SACRAE ROTAE ROMANAE DECISIONVM RECENTIORVM

PARS VNDECIMA.

NOVISSIMA

Maximè ab Anno Domini M. DC. L. vsque ad totum Annum M. DC. LIV.

Cum Appendice in fine earum Decisionum, quæ in ipsis Decisionibus allegantur in eisdem Causis emanatarum, & non dum publici Iuris factarum.

A PAVLO RVBEO I. C. ROMANO, ET IN ROMANA CVRIA ADVOCATO

ELECTARVM, ET NVLLIBI IMPRESSARVM.

Cum Argumentis, Summarijs, & Indicibus locupletissimis, non tam Causarum, & quidem tripliei modo, quam Rerum, & Materiarum, vt solitum est, digestis.



ROMÆ, Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apostolicæ. M. DC. LXVII.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.

SACRAE ROTAE ROMANAE DECISIONVM RECENTIORVM

PARS VNDECIMA.

NOVISSIMA

Maximè ab Anno Domini M. DC. L. vſque ad totum Annum M. DC. LIV.

Cum Appendice in fine earum Deciſionum, quæ in ipſis Deciſionibus allegantur in eiſdem Cauſis emanatarum, & non dum publici Iuris factarum.

A PAVLO RVBEO I. C. ROMANO, ET IN ROMANA CVRIA ADVOCATO

ELECTARVM, ET NVLLIBI IMPRESSARVM.

Cum Argumentis, Summarijs, & Indicibus locupletiſſimis, non tam Cauſarum, & quidem triplici modo, quam Rerum, & Materiarum, vt ſolitum eſt, digeſtis.



ROMÆ, Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ. M. DC. LXVII.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.


QVICVNQVE INVOCAVERIT NOMEN DOMINI SALVVS ERIT. Paul. Apost. ad Rom. cap. 10.
IHS
VT PORTET NOMEN MEVM CORAM GENTIBVS

SANCTISSIMO
PAVLO APOSTOLO
A SAPIENTIA IPSA INCREATA
AD LEGATIONEM ILLAM SVBLIMEM PORTANDI EIVS DVLCISSIMVM NOMEN
IESV
CORAM GENTIBVS, ET REGIBVS
VIVÆ VOCIS ORACVLO, DESTINATO.
AB IPSO QVOQVE DEO IN VAS ELECTIONIS, DECLARATO.
TVBÆ CANORÆ SPIRITVS SANCTI.
AD TERTIVM VSQVE COELVM, MIRABILITER RAPTO.
ARCANA COELESTIA ADHVC ETIAM VIVENS, INTVENTI,
VITAM IPSAM PRO ZELO S. FIDEI, CONSECRANTI.
ROMANO CIVI CONSPICVO.
VRBIS ORBIS REGINÆ, COMPROTECTORI.
APVD REGEM TREMENDÆ MAIESTATIS,
POTENTISSIMO.

PAVLVS RVBEVS Romanus, eius Cælestem, & efficacem, implorando, protectionem, humiliter prostratus, præsens Volumen inscribit.

EMinentissimo illo, Prædicatoris VERITATIS titulo, ab Ecclesia Sancta DEI, meritò quidem præconizatus es (*O Gloriosissime Regni Aeterni Princeps*) Quoniam eam in gradu supremo ex toto quidem corde, dilexisti. Sicuti Tu ipse ad tuos scribendo Romanos, attestatus fuisti cap. 9. *Veritatem dico in CHRISTO, non mentior*, & ad *Corinth. 2. cap.* 11. ibi, *Est Veritas CHRISTI in me*. Qualis tuus tàm sincerus in ipsam Veritatem ardor, operabatur, vt omnibus candidè eam manifestares, abhorrendo, ne aliquo ficto mendacij colore (vt solet fieri) puram Veritatem adulterares, prout scripsisti ad *Timoth. 2. cap. 2.* ibi,

NON ENIM SVMVS, SICVT PLVRIMI, ADVLTERANTES VERBVM DEI, SED EX SINCERITATE, SED SICVT EX DEO, CORAM DEO, IN CHRISTO LOQVIMVR &c.

Nam & Tu ipse vocatus fuisti à DEO, vt Veritatem, Orbi vniuerso prædicares. Vlterius

quoque renuentes eidem Veritati obedire ſtolidos, & affaſcinatos vocabas, vt libero calamo ſcribendo ad *Galat. c. 3. & 5.* qui Veritati reſiſtebant, ſic DEI zelo accenſus, eos increpaſti,

O inſenſati Galatæ, quis vos faſcinauit non obedire VERITATI, Currebatis bene, quis vos impediuit VERITATI non obedire.

Talis ſanè, ac tantus Veritatis ardor impulit me, vt hoc recens ſelectarum à me Deciſionum Rotæ Romanæ Volumen, TVI nominis, immortali fulgori, inſignitum, in lumine publico, venerabundus apponerem. Cum VERITATIS centrum, quodammodo poſſit nuncupari Sacra Rota Romana. Quælibet enim res in ſuo Centro, arcana quadam vi, ſecurè manet, & ſoporosè quieſcit, & dormit, vnde Veritas depoſito ſolito timore, & tremore (cum amet lucem), ne abſcondatur, vel proditoriè ſtrangulletur ab aliquo ſuſpectu, vel reſpectu humano, ſecura ſtat in ſuo Centro, nempe in d. Sacra Rota Romana, ac ſoporoſe in ea quieſcendo, nullius quamuis Magni potentiam, vel verſutiam perhorreſcendo, benè agnoſcendo in quàm inuiolabili, & intemerato aſylo ſit. Iudices iuſti, prout ſunt Auditores dictæ Rotæ Romanæ, mori poſſunt, flecti tamen à Via VERITATIS non poſſunt. Eiſque conuenit Emblema illud, Columnæ marmoreæ, cum inſcriptione, FRANGAR, NON FLECTAM.

Vix enim credibile eſt, qua ſingulari beneuolentia, & indefeſſo ſtudio dictum Sacrũ Tribunal inquirat, vt omni in cauſa, Veritas ad ipſam lucem deueniat, & inuenta debitæ executioni mandetur, nam etiã poſt extenſas Deciſiones, imo poſt latas ipſas definitiuas Sentẽtias, ſi conſtaret, quod Veritas eluceret in cõtrarium eorũ, quæ deciſa, & pronunciata jam fuerunt. Tunc nullatenus curando proprias ceruicioſè defendere opiniones, prout multi, & quidem peſſime, faciunt, qui ad eorũ confuſionem audiant S. Auguſtinum ſic exclamantem in *epiſt.* 48. ſcilicet,

Qui contra Veritatem cognitam dimicat, Idolatriam ſuperat.

Imo ſentiant, ipſum Paulum Sanctiſſimum, qui contra tales, ſic tronitruat, loquendo cum Romanis *cap.* 18. ibi, *Contra Illos reuelabitur ira DEI, qui Veritatem in iniuſtitia detinent &c.* nam, vt declarat ibi S. Hieronymus, *Illi, qui Veritate cognita, iniuſtè agunt, dicuntur Veritatem in iniuſtitia detinere.*

Verum non ſic, ſe gerit dictus ſupremus Vrbis, & Orbis Areopagus Rotæ Romanæ. Nam captus à radioſo, & grato ipſius Veritatis ſplendore, & fulgore, libentiſſimo animo vtraſque dat manus, vt non ſolum Deciſiones reuocentur, verum etiam ipſæ Sententiæ penitus annullentur, vt debitus honor, & locus detur ipſi VERITATI.

Eſt equidem non minus dignum quàm iuſtum, cum ſimilitudo ſit fomes, & Mater amoris, vt Deciſiones tam zelantis Tribunalis, quo ad aſſequendam ipſam Veritatem, inſcribantur Tibi, *(O Paule Sanctiſsime)* tamquam Doctori Gentium, & VERITATIS Prædicatori, Omnia enim ſimilia ſimilibus hærent, ſimilia ſimilibus gaudent, ſimilibus ſimilia nutriuntur, ſimile ſimili conueniens &c. Ad hoc poriſſimum enim à Iure inuenti ſunt Iudices, vt à tenebris ipſam Veritatem eruant. Quare non ſine cauſa Celeberrimus, & Potentiſſimus Rex ille Ægiptiorum Semiramides, perpetua ſanxit Lege.

Vt Iudices VERITATIS imaginem collo appenſam, ſupra pectus continuè geſtarent.

Cœterum modò de Veritate generaliter loquendo, non ſolum enim Iudicibus, cœteriſq; Iuſtitiam miniſtrantibus, Veritas ſummè conuenit, imò neceſſaria eſt, Verum etiam omnibus anhelantibus ad gaudia peruenire ſempiterna. Qui enim in hac lacrymarum Valle ſperneren, aut nollent Veritatem agnoſcere, & ſequi, Heu infœlices, & ab ipſis hoſtibus amare deplorandi, nam poſt terminatam hanc Mundi fabulam, in alia vita, in intenſiſſimis illis tenebris infernalibus, ad eorum æternam confuſionem ipſam Veritatem agnoſcent, & eorum errorem circa eius cognitionem, Nam ipſi damnati pleno ore talem fatentur errorem, prout teſtis eſt Oraculum Cæleſte in *Sapient. cap.* 5. ibi;

ERGO ERRAVIMVS A VIA VERITATIS, ET SOL INTELLIGENTIÆ, NON EST ORTVS NOBIS, &c.

Regius

Regius Propheta Dauid, præuidendo, quod ex hoc errore à via Veritatis scatebat æterna damnatio, conuersus ad Dominum DEVM Nostrum, sic exclamat in *Psal. 42.* ibi,

EMITTE LVCEM TVAM, ET VERITATEM TVAM.

Forsitan dicta Lux, & Veritas operari possunt acquisitionem Beatitudinis æternæ, prosequatur loqui idem Vates in dicto loco, *Ista* (idest Lux, & Veritas) *adduxerunt*, *& deduxerunt in Montem Sanctum, & in Tabernacula tua etc.* Audimus quid illa operentur, O quam malignus, & execrandus est prædictus error à via Veritatis. Sane notatu dignum est, quod infelices damnati non conqueruntur de atrocissimis illis pœnis infernalibus, quas ipsi intollerabiliter substinent, sed atrociter conqueruntur, & exclamant se errasse à via Veritatis, O error magnus, & quidem maximus, dum per totam æternitatem in aliquo non poterit corrigi, desperato prorsus omni remedio. Summe cauendum est ab illo errore, qui alium post se non admittit, sicuti ab illo consilio, quod est immutabile.

Insuper tã execrabilis, & horrẽdus est iste error à via Veritatis, vt vix explicari queat. Puero, si moriatur Pater, non dolet, non conqueritur, non stridet, non lacrymat, tamquam parum, aut nihil amiserit, & quare? ratio est clara, quia puer ille nescit, quid amiserit, sciet dum postea bonum à malo discernet; Sic nos, dum erramus à via Veritatis, videtur nobis errorem leuem committere, sciemus postea dum ad veram pœnitentiam perducti, amarè illum flebimus, & si in hac vita non flebimus, amariori fletu digni erimus.

Quoniam qui non deleto errore à via Veritatis, ex hac vita discedet, nullis Calamitatum fluctibus, nullis inferorum incendijs, sopietur in æternum.

Æternitatis quidem Centrum est, SEMPER. Circumferentia verò est, NVNQVAM.

Quantum enim durabunt atrocissima illa tormenta infernalia, SEMPER. Quando infelicissimi illi damnati à maledicto illo loco infernali tandem aliquando exibunt, NVNQVAM. Hic enim potius flere vellem, quam loqui.

Quis mortalium, sane esset, nisi candido egeret ellebero, qui, acceptasset promissionem illam recipiendi dimidiam partem totius Mundi, sub vnica conditione, scilicet per integrum cursum 10. annorum in lecto rosis strato, eoque mollissimo continuò supinus stare; certe nullus esset; & quatenus, aliquis reperiretur, qui à tam magno lucro impulsus, talem conditionem acceptaret, si ibi continuo stetisset per tres, vel quatuor annos, certe infastiditus, & stomachatus à tanto tempore, intrepidè surgeret tedio plenus, asserendo, quod nec per totum Mundum ibi amplius staret.

Ita res est, & tamen infelicissimi damnati, quia aberrarũt à fortunata illa via VERITATIS, quæ ducit ad Cœlum, non in lecto rosis strato, ac mollissimo stabunt, sed in candenti grate, in feretro flammeo, in horrendis tenebris, in magna fame, & siti, & hæc omnia cum horribili fœtore, cum execranda societate Dæmonum, qui sunt perfidi hostes generis humani, cum stridore dentium acutissimo, cum semper viuo verme conscientiæ, qui ipsos damnatos intollerabiliter cruciat, cogitando facili negotio potuisse tantum, & æternum malum euitare, non errando scilicet à via Veritatis.

Insuper cogitatio illa eis cor lacerabit, mente reuoluendo, quod multi, & multi felici sorte dictum malum æternum euitarunt, quia verè deuoti extiterunt Gloriosissimæ VIRGINIS MARIÆ, Nam fideiussore Sancto Anselmo, *Damnari non potest, quisquis ad MARIAM accesserit.* & vt eidem Magnæ Dominæ alloquitur S. Epiphanius in *sermon. de eiusdem Laudib.*

Per TE O BEATA VIRGO, Mors conculcatur, Infernus spoliatur, & Paradisus impletur, TV enim es constituta à DEO Magna Magistra viarum Cœli.

Imo ipsa est VIA, & quidem INERRABILIS, qua petitur Cœlum, & non solum est VIA SECVRA, sed etiam Scala, & Porta, qua Cœlum ingreditur, & qui per Portam Cœli intrare non valebit, ad instar Latronum, per fenestram intrabit, quoniam ipsa Beata VIRGO, Cœli fenestra facta est &c. At modo ad nos. Certè culpa sua perit, qui à

præuiso præcipitio potest cauere, & non cauit. Et in supra dicto loco nefandissimo non per 40. annos, aut quadraginta millia, aut tot milliones annorum; sed sine fine ibi torti erunt in æternum, Desperata omni via, & modo numquàm videndi faciem pulcherrimam Benigni DEI nostri, O tremenda æternitas tartarea, quidem omnium rerum atrocissima!

Verumtamen in tam rabiosa, & atra tempestate, à turbine contrariorum ventorum rabiose, exagitata, naufragijsque subiecta. Qualis erit securus noster ventus Aquilonaris, qui non aberrando à via VERITATIS, tutò pertingere nos faciet ad Portum Salutis, nisi TV (*O gloriosissime Paule*) qui es ipsiusmet Veritatis Prædicator: Vnde sub tuo potenti patrocinio, & felici ductu spem omnem nostram euitandi prædictum magnū errorem, committamus, & deponamus. Equidem sub tam maximo Duce, & sublimi in Curia Cœlesti, quis poterit dubitare non inuenire viam Veritatis, per quam deuenitur ad Cœlum?

Fortunatè etiam accidit, quod Tu quoque fuisti ab ipso CHRISTO destinatus Curipheus, vt coram Gentibus &c. portares dulcissimum nomen IESV, quale tam mirabilia operatur, vt habetur apud *Marc. cap.* 16. Vbi enim adest, tam sanctū, & terribile nomen, Venerabile Cœlo, Adorabile Terræ, & Formidabile Inferno, ibi adest omne gaudium. Sentiamus obsecro S. Bernardum *sermon.* 10. Qui mellifluè loquendo de tam suaui Nomine, sic dulciter inquit, *Tristatur aliquis ex vobis, statim veniat in corde hoc nomen IESV, & inde saliat in Ore, & non dubitet, quamuis iam curret ad laqueum Mortis, desperando, quia inuocando tam potens nomen, relicta morte, confestim respirabit ad vitam.*

Quare ipse sceleratus Iudas, quando prodidit, & vendidit Benignum SALVATOREM nostrum, dixit, *Quid vultis mihi dare, & ego vobis EVM tradam*, vt habetur apud *Ioan.* 16. Si enim, vt inquit Euthimius *sup. Matth. c.* 16. dixisset, *Et ego vobis IESVM tradam*, non se desperasset; Vbi enim est tanti Nominis mentio, ibi aufugit omnis desperatio, Heu infelix, nullatenus se desperasset, & sic non se suspendisset, & per consequens in æternum in æternis illis pœnis infernalibus non præcipitasset, & iam sunt transacti mille sexcenti, & triginta anni, quod infelix iste cruciatur in inferno, sed hoc est nihil respectu æternitatis.

Verum persistendo in terminis nostris, quoad Saluberrimum, & Potentissimum nomen IESV, quod sit valens ad obtinendum nobis omne bonum, & etiam illud bonum, quod est supra omne bonum, scilicet, vt æternam consequamur salutem, Audiamus Te ipsum (*O Paule Sanctissime*) hoc promittentem scribendo ad *Romanos cap.* 10. vbi sic dixisti, ibi,

QVICVMQVE INVOCAVERIT NOMEN DOMINI SALVVS ERIT.

Iureque exclamabat Vates Regius in Psalm. 53. *DEVS in nomine tuo saluum me fac.* Vnde sedulò aduertit S. Bonauentura in *Act. Apostol. cap.* 1. Qui Cœlum ascendere desiderat nomen IESV inuocet. Atque fideiussore S. Bernardino Senensi *serm.* 4. *tom.* 1. deuotissimo tam mirabilis nominis. *Quicumque* (ait) *scelestus Peccator, in extremo vitæ termino constitutus, si deuotè, & corde contrito inuocauerit nomen IESV saluabitur*, iuxta illud Apostoli, *Quicumque inuocauerit nomen DOMINI saluus erit.* Qui ergo desiderat non aberrare à via VERITATIS, & in æternum euitare miserias æternas; deuotus existat huius gloriosi Nominis IESV, cuius inuocatio ducit, & iter facit ad Cœlum, Sit ergo nomen DOMINI Benedictum in æternum. Iure quidem asseri possumus, vna cum Regio Vate *in Psalm.* 8.

DOMINE DOMINVS NOSTER, QVAM ADMIRABILE EST NOMEN TVVM IN VNIVERSA TERRA.

Cœterum, vt verum fatear proposueram modo hic, tuarum laudum qualem qualem esse Buccinatorem (*O Sanctissime Paule*) & ad hoc etiam me stimulabat, singularis mea beneuolentia, & deuotio, qua ego Te ex corde prosequor, & eo magis, quia meorum parentum in Te pietas, Tui nominis me fecit hæredem, Paritas enim nominis parit quamdam mutuam affectionem. Atq; ista apud nos Iuristas est decantata conclusio, & præsertim per famigeratum textum in *leg. Cum filius. §. Pater*, ibi, *Sempronio nepoti meo plus tribuas in honorem mei nominis. ff. de legat.* 2, *cum simil.* Ille enim nepos vocabatur Sempronius, sicuti quoque vocabatur

batur ipse Testator, quem ideo ex hoc præ cęteris amando, plus ei reliquit, Ex qua conclusione ad plura notabilia possem inferre, sed non est hic locus. Ideo ad nos

Sed quid præsumo, quidnam audeo aliquid asserere, de laudibus tuis, Nescio forsitan, quod cum oculis Noctuæ non potest aspici Sol, Nunc sanè agnosco, quod Amor est cœcus, Congruitque vulgatum illud dictum. *Non si conosce errore, la doue regna amore*. Verum enimuero quis condigne valuerit (*O Paule Gloriosissime*) tua enarrare encomia. Tu enim es ille, qui à potentissimis Solis æterni fulgoribus, percussus de vilissimo cœno, in purissimum, & præciosissimum Aurum transfusus fuisti. Insuper Tu es ille, pro quo Omnipotens, & Benignus DEVS noster, de summo Cœlo, in Terram descendit, & cum Te obuiam habuisset, currentem, & anhelantem in exterminium, & depredationem Christianorum, cum ipse in suis fidelibus angustiatus esset valida, & potenti voce sic eum Te conquestus fuit.

SAVLE SAVLE QVID ME PERSEQVERIS?

Vix enim audito tonitru tam tremendæ Diuinæ Vocis, à formidine non parua captus fuisti, vnde à tremore, & pauore, quasi arefactus, declarasti Te penitus victum, & captum ab ipso Domino, sicq; in Terram pæcipitatus, quasi adorans ipsum CHRISTVM, quem offendebas. Vnde humiliter in pleno eius arbitrio Te remisisti, clamando

DOMINE QVID ME VIS FACERE?

Sed quæso vnde tam subitanea mutatio! Tu, mox spirabas minas, & auide, ac hostiliter præcipitabas ad alligandos, & perducendos Christianos, & modo dicis CHRISTO, Domine quid vis me facere? Certe satis apte replicauit Tibi CHRISTVS, quem Tu actu persequebaris in suis fidelibus *Durum est tibi contra stimulum calcitrare*.

O quam generosè, & intrepidè Te gessisti in ista Tua prima responsione, Dum voluntatem tuam cum DIVINA conformare penitus intendebas. Istud enim holocaustũ, omnium gratissimũ, & acceptissimum est Benignitati DIVINAE. Quantum enim differt pars à toto, tantum differt hoc holocaustum, seu sacrificium ab alijs sacrificijs. Summa prudentia est in totum DIVINAE voluntati se conformare. O Altitudo Munificentiæ Misericordiæ Diuinæ, quàm benè scintillauit in hac mirabili Tua conuersione. Certè magnũ gaudiũ fuit factũ in Cœlo.

Tandem Benignitas SALVATORIS Nostri hac reportata victoria, se gessit, vti strenuus Bellator, cum, & etiam DEVS exercituum nuncupetur, nam tamquam debellata aliqua fortissima Arce, & maximæ consequentiæ, in ea inarborare voluit eius Cæleste, & Gloriosum Vexillum, nempe

VT PORTET NOMEN MEVM CORAM GENTIBVS, ET REGIBVS &c.

Itaque viuæ vocis Oraculo, ab ipso CHRISTO, declaratus fuisti, Nuncius generalis ad annunciandum eius dulcissimum Nomen, & specialis Plenipotentiarius ad omnes Coronas.

Insuper, Tu (*O Paule Generosissime*) fuisti amans illa Gallina, quæ solet maxima cum solicitudine oua etiam dispersæ speciei diu, noctuq; cubando, ad lucem deducere. Ita & Tu, qualis, & quantus fuit ille tuus ardens zelus, & amor in amplectendo, & quasi in cubando indifferenter animas omnium, dirigendo in viam salutis æternæ, & non relinquebas donec perfectè eas partureres DEO, meritoque scripsisti ad *Galat. 4.* ibi, *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur CHRISTVS in vobis*. Vnde, & omnibus te declarasti debitorem, vt significasti scribendo ad *Romanos cap. 1. n. 14.* ibi, *Græcis, ac Barbaris, Sapientibus, & Insipientibus debitor sum &c.*

Vlterius, qualis erit, ille Magnus, & Peritissimus Mathematicus, qui altitudinem, & circũferentiam illius pulcherrimi Vasis Electionis, ab ipso CHRISTO pro se destinati, in quo tãquam in Vasto Oceano gorgatim intrarũt, maximi illi Torrentes omnium Fauorũ, Gratiarũ, Priuilegiorũ, Prærogatiuarũ, &c. quæ fuerunt cõcessa omnibus Sãctis tàm Veteris, quàm Noui Testamenti. Supradicta enim considerando, & tantò magis cũ sim de domo Rubea, eo magis erubesco ad solam cõsiderationem, velle nonnulla (*O Paule Sanctissime*) in tui laudem eloqui-

qui-

qui. Quare memor ero dicto illo, *Id velis quod possis*, & quidem *Temeritas rarò fœlix est*. Nam, & prope præcipitium est, qui temere agit, & licet alias timiditas laudabilis non sit, tamen tunc bona est, quando reddit hominem circumspectū. Quare haud non volens, sed non valens, quæ præposueram asserere prætermitto, & laudes in humiles conuertam preces. Vnde maxima cū fiducia humiliter prostratus in Sacrosancta Basilica Lateranensi ante satis celebre Altare, vbi veneratur tuum illud generosum Caput, vna cū alio Capite gloriosissimi Petri Apostolorum Principis, consocij tui carissimi, ibi enim, qua debeo, & valeo reuerentia, oro, obsecro, obtestorque ardentem illam tuā Charitatem, vt efficaciter obtineas à Sæculorū omnium SVPREMO MODERATORE, vt emittat mihi, omnibusque meis, & omnibus hæc pia legentibus, lucem suā, & veritatem suam, vt nos deducat in Montem sanctum suū, & in Tabernacula sua, Sicq; nobis ostendere dignetur magnam suam Misericordiam, & misereatur nostri. Vnde ita viuamus, vt in æternum viuere valeamus. Cum vero sit verius, quod

EX MERITIS VITÆ DEPENDET, ITE, VENITE.

Quatenus verò incideremus in aliquod peccatum mortale, tunc quia exclusi à Cœlo essemus, Tu tantùm ardenter opereris, vt Benignus DEVS noster, cui proprium est misereri semper, & parcere, & qui miserendo, & parcendo magis Omnipotentiam suam ostendit, & qui vult, vt omnes homines saluentur, vt dum dies est, & aperta est Signatura Gratiarū DIVINARVM, & sic tempus est acceptabile, nos ad veram pœnitentiam perducere dignetur, itaque ab omnibus culpis absoluti, statim mortui ad Beatitudinem perueniamus æternam. Vtinam,

Firmè credo me dictam gratiam à pietate DIVINA, TE Aduocante, esse consequuturū, quia Tu es valde potens apud ipsum Omnipotentem DEVM nostrum. Tu enim plus omnium desudasti, & laborasti, in fundanda, & propaganda Dilectam Sponsam suam Ecclesiam Militantem, Testes erunt innumeri labores, & tribulationes, quas Tu longa serie recenses, *scribendo ad Corinth. 2. cap.* 11. Quæ omnia sic mirificè coronasti, dum pro defensione Candoris Fidei, lucrum magnum reputasti, vitam ipsam generosè consecrare. Quis dubitabit quin Tu sis dilectissimus, amabilissimo DOMINO Nostro, si enim ipse fuit, & est mirabilis in omnibus operibus suis, certè quoquè erit talis in reamando feruentem amantem. Sed quid dico, penitus aberro, dum de hoc in aliquo dubito. Nam asseri potest quod

TV ES DILECTVS CHRISTI BENIAMIN,

Idq; quidem colligi potest, quia ipse CHRISTVS, Petrum, aliosque Apostolos solo verbo ad se vocauit. At Te non solo verbo, sed plura, & plura mirabiliter operatus fuit in tua vocatione, vt tetigi supra, Nam Tu dum velociter currebas ad depredandos Christianos, ipse CHRISTVS velocius cucurrit ad Te depredandum. Vnde fortunate remansisti præda eius, quem Tu depredare intendebas in suis fidelibus. Sicque de Destructore, & Extirpatore suæ Sanctæ Ecclesiæ, ab ipso CHRISTO electus fuisti eiusdem Ecclesiæ Reparator egregius, & vigilantissimus Cultor. Quare omnino, & certè sperare debemus, quod tamquam dilectus Beniamin gratias omnes, quas petis statim vix audita petitione, omnia Tibi vltrò concedat, cum ipse sit fons indeficiens gratiarum omnium.

Nec quoq; in aliquo titubor (*O Paule Gloriosissime*) Te dictā gratiā pro Nobis sis libenter petiturum esse à Deo, Quoniam etiam dum mortalis eras, summe optabas, vt omnes viam arriperent erga Cœlum, & sic omnes ad perpetuæ vitæ consortium aggregarentur, & in hoc tam zelans fuisti, & tāto flagrasti desiderio, vt in hoc omnes terminos beneuolentiæ excessisti.

Sic enim ad tuos Romanos scripsisti *cap. 4. Cupiebam ego ipse anathema esse à CHRISTO pro fratribus meis &c.* ibique communiter Expositores asserunt, quod Tu cupiebas, dummodo fratres tui saluarentur, maledictum esse à CHRISTO, & sic æternam separationem à Beatitudine, & Gloria futura habere &c. O opulentissimæ Charitatis prodigiū, O eminentissimæ Pietatis stupor, O Paulinam obstupescendā benignitatem ab omnibus sæculis celebrandam. Nullo periculo se exponit, qui talia audet pro salute animarū. Securè nauigat, qui ad tam potentē ventū Charitatis iter facit, Qui alienā salutem procurat, salutem propriam in tuto ponit.

Facto

Facto etiam proprio hoc tuum ardens desiderium in ipsovitæ limine demonstrasti, Dum operatus fuisti, vt induratum illud cor Carnificis, qui Te decollatus fuit, ex derisore Fidei Catholicæ, Te operante, factus fuit pius CHRISTI famulus, & gloriosus eiusdem Martyr, Vidit enim prius, dum Tibi generosum caput amputauit, exire purissimum lac, ac postea sanguine mixtum, & postea gloriosum illud tuum caput trinum dare saltum, toties implorando dulcissimũ Nomen IESV, & in quolibet loco vbi saltũ dedit, fons aquæ viuæ, erupuit.

Quibus rebus mirabilibus visis à dicto Carnifice, & ipse cooperando gratiæ diuinæ, euasit intrepidus Buccinator Catholicæ Fidei, & vna cũ alijs triginta quinque personis, quæ pariter, tot mirabilia videntes, Catholicam amplexæ fuerunt fidem, pro cõfessione nominis CHRISTI crudeliter trucidatus fuit, O inuidendum Carnificem, imo gloriosum Martyrem, dum prudens, & sapiens æterna gaudia, felici sorte, acquisiuisti in æternum.

Restat solum, vt aliqua dicam de satis præclaro miraculo, circa illos tres fontes, quorum memoria adhuc hic Romæ extra Portam Ostiensem, hodie vocata Porta S. Pauli, florida est in loco nuncupato *ad Aquas Saluias*. Vbi Romana Pietas, ne tam celebris memoria periret, super ædificauit Ecclesiam, & vocatur Ecclesia Trium Fontium, & est vna ex nouem Ecclesijs, quæ à Populo solent visitari ad acquirendum cumulum magnarum Indulgentiarum, & ego ex dictis aquis sæpius bibi deuotionis ergo.

Si Tibi, O Chrysostome Sancte, eiusdem Pauli Apostoli perquam amantissime, & zelantissime, fuisset permissum ex Græcia, iter arripere Romanum, sane quidem in visitatione d. Ecclesiæ Trium Fontium, præ gaudio, & pietate, tui Oculi alij quoque essent effecti, Fontes, & ab illo Aureo Tuo Ore, flumen præclarorum Encomiorum d. Apostoli, effudisses copiosissimum, Sed loquendo de dicto miraculo trium Fontium, O quam mirabilis est benignus DEVS noster in Sanctis suis. Imo, & Tu ipse inter Sanctos es mirabilis, Nam secundum S. Hieronymum apud Hebreos.

PAVLVS IDEM SONAT, QVAM MIRABILIS:

Pro Coronide præsentis Dedicatoriæ, enixè deprecor TE *(O Paule Sanctissime)* vt pergas generosè, vt facis, Romam Vrbium Reginam sub tua comprotectione existentem, fouere, & protegere. Memento enim, quod TV antequam natus fuisses Romana Ciuitate donatus fuisti, vt *in Act. Apost. cap.* 22. Sine etiam intermissione TV memoriam Romanorum faciebas in tuis orationibus, vt ad eosdem scribendo attestatus fuisti *cap.* 1. Insuper tali desiderio flagrasti videndi Romam, vt non horruisti, dummodo hic venires, cum multis sceleratis viris, qui mille crimina commiserant, vinctum Romam accedere.

O excessus excedens omnem excessum Beneuolentiæ, Fuitq; causa, vt ait S. Chrysostomus *in homil. 4. de tuis laudibus*, Tua ardens Charitas Romam CHRISTO lucrifacere, prout postea mediante ILLO, IN QVO OMNIA POSSVMVS fecisti, disseminando in ea veram fidem Catholicam, eamque, sudoribus plurimis irrigasti, & ibique innumeros DEO filios peperisti, qui Romani & adeo amatores Candoris Catholicæ Veritatis fuerunt, vt Tu eosdem vocasti Dilectos DEI, nec non Viros Sanctos, vt habetur in *d. cap. 1. ad Roman.*

In tantum quod apud Sanctos Patres, imo, ipsosque Fidei hostes, Catholica, & Romana fides, eiusdem rei, sint eadẽ vocabula. Insuper eamdem Romam, tuo sacro cruore consecrare voluisti. Atq; cum tuæ sacræ Reliquiæ, in Basilica Lateranensi, in Basilica Vaticana, & in tua Basilica adsint, sic Romam totam complexam tenes. Tandem pro fine, sine fine, precor Te, vt si accideret; quod propter enormia delicta, Romam iustè esset fulminaturus Benignus DEVS noster. Tu, vna cum consocio Tuo Carissimo Petro Apostolo, recordando Benignitati Diuinæ, quod *Miserationes eius sunt super omnia opera eius*, & sic dulci violentia sagittas ex eius manibus auferatis, cum & aliàs illæ sint plenæ iacinthis, ira, & furor in gratias conuertantur. Vnde felix Roma tota humiliata, & contrita lætanter canat, cum Regio Propheta Dauid in Psalm. 88.

MISERICORDIAS DOMINI IN ÆTERNVM CANTABO.

Priuilegiorum Summa pro Impressore Camerali, & Vaticano.

CLemens Papa VIII. Diplomate sanxit ne quis citra voluntatem Dominici Basæ, olim in Typographia Vaticana Impressoris Sacram Bibliam, Concilia generalia, Epistolas decretales, Libros ad Ecclesiasticum munus pertinentes, ac etiam Sanctorum Patrum volumina, Libros etiam cuiuscumque generis, vel nouiter ab ipso edendos, vel nouis additionibus auctos, per decennium ab editione cuiusque volumina imprimat, vel impressa venalia habeat. Quod Priuiegium Paulus Papa V. peculiari Chirographo in fauorem Hieremiæ Guelphi I. V. D. ac Impressoris Cameralis transtulit, indulsitque. Idem Gregorius Papa XV. literis expeditis ratum, firmumque haberi voluit. Violatores excommunicationis latæ sententiæ pœna puniantur. Quod si in Terris S.R. E. subiectis id contigerit, confiscatione etiam Librorum, ac quingentorum ducatorum auri solutione mulctabuntur, vt latiùs patet in literis ipsius Gregorij Papæ sub datum Romæ apud S. Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die 22. Octobris 1621. Pontificatus sui anno primo. Ac idem Vrbanus Octauus peculiaribus literis datis apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 23. Maij 1628. Pontificatus sui anno quinto in fauorem Andreæ Brogiotti Impressoris Cameralis, & Vaticani transtulit, indulsitque. Ac iterum Innocentius X. peculiaribus literis datis apud S. Petrum in fauorem Angeli Balladori, pariter Impressoris Cameralis, & Vaticani, confirmauit, sub annulo Piscatoris die 1. Martij 1664. Et tandem omnia supradicta priuilegia, & gratias amplè confirmauit, & indulsit Sanctissimus D.N. Alexander VII. in fauorem Zenobij Malotti, præsentis Impressoris Cameralis, & Vaticani, datis literis die 14. Decembris 1663. Pontificatus anno Decimo.

Summa Priuilegij Apostolici concessi Paulo Rubeo I. C. Romano Decisionum Selectori.

VRbanus Papa VIII. fel. rec. Datis literis apud S. Mariam Maiorem, sub anulo Pisca toris 23. Iulij 1642. Pontficatus anno 18. signatis M.A. Maraldus, Indulsit Paulo Rubeo V.I.D. Romano, ne quis durante termino viginti annorum, tam prorsùs in Statu Ecclesiastico mediatè, & immediatè subiecto, quàm alibi vbicumque citra & vltra Montes existeñ omnia, & singula per d. Paulum iam edita, & deinceps etiam ædenda Volumina, & Opera, prout sunt præsentes *Decisiones Part. 11. Recent. ab anno 1650. vsque ad ann. 1654.* sine speciali d. Pauli, eiusque hæredum, & successorum licentia in scriptis habita, imprimere, vel ab alio, seu ab alijs imprimi facere, seu impressas vendere, aut venalia habere, proponere, vel aliter ædere, aut euulgare, seu etiam pro vsu proprio habere, vel tenere posse, sub pœna violatoribus *excommunicationis maioris latæ sententiæ*, à qua, nisi à Romano Pontifice pro tempore existentibus, præterquàm in mortis articulo, absolui nequeat, ac in d. Sedis Apostolica ditione existentibus, etiam *sub quingentorum ducatorum auri de Camera*, & *amissionis librorum*, pœnis toties quoties contrauentum fuerit, ipso facto, & absque declaratione incurrendis, & aliàs, prout latiùs habetur in dictis literis Apostolicis, de quibus supra, & per extensum habetur in 3. & 4. part. Decisionum Recentiorum Rotæ Romanæ, & in 2. & 3. Tom. eiusdem part. 4. recent. & in part. 5. & 7. pariter recent. & alijs Voluminibus ab eodem Paulo Rubeo in lucem datis.

Imprimatur, si videbitur Reuerendiss. P. Magistro Sac. Palatij Apostolici.

O. Archiepisc. Patracen. Vicesg.

Imprimatur,
Fr. Hyacinthus Libellus Sac. Pal. Apostolici Mag.

SVM-

SVMMARIVM
SEQVENTIS DISCVRSVS
AD IVRIS, ET VERITATIS AMATORES.

1 *Ex Pulchra, & rubicunda Rosa, quod oriatur flos fœtidus, & putridus, hoc non datur naturaliter, & num.3.*

2 *Cæpa, & allia plantata penes Rosarum stipites, reddunt Rosas cum maiori suauitatis odore.*

3 *Candidissimum Lilium nascitur ex putrida herba.*

4 *Veritas cum sit mater pulcherrima, & tamen parit monstrum sic horribile sicut est odium, & num.5.*

6 *Odium est viperinum toxicum, & aspidum venenum humanæ societatis.*

8 *Galenus fuit egregius medicinæ restaurator.*

9 *Hominibus omnibus hic mos est, vt odio habeant, qui eis dicunt veritatem.*

Pericula veritati sæpe sunt contigua, num.9.

10 *Veritatem cruenti sæpè patuit malum.*

11 *Quod patet expressè, non est probare necesse.*

12 *Probatio, quæ fit per euidentiam facti, est omnium probationum illustrissima.*

13 *Sol non eget aliena luce.*

14 *Veritas, quod odium pariat, id benè probat euidentia facti, cum quotidie hoc experiatur.*

15 *Veritas est mater pulcherrima, & ei non reperitur similis.*

16 *Veritas Christianorum est longè formosior Helena Græcorum.*

Historiæ sunt antiquitatum memores, num.16.

17 *Helenæ Græcorum elegans pulchritudo, fuit sublimis, & num.18.*

19 *Pulchritudo est mundi tyranna.*

Pulchritudine, qui non capitur, aut sensu, aut vita caret, sed intellige de æterna, num.19.

20 *Pulchritudo licet sit mundi tyranna, est tamen modici temporis.*

21 *Pulchritudine velle se inflari, & gloriari, stultum est.*

22 *Pulchritudo mortalibus est anceps donum exigui temporis.*

Pulchritudo aut præmaturè à morbo frangitur, aut à senectute deletur.

23 *Pulchritudo sola fortitas est fortem, vt ab omnibus ametur.*

Pulchritudinis Regnum est sine satellitibus, nu.23.

24 *Pulchritudo velocius vulnerat, quam sagitta.*

25 *Pater, si non habeat vnde dotet filiam, sicuti quoque nec auus paternus, nec auus maternus.*

27 *Tunc in subsidium frater, nisi ipse sit pauper, tenetur dotare sororem.*

Frater in subsidium tenetur dotare sororem, etiam si Clericus sit, num.27.

28 *Clericus magis tenetur exercere charitatis opera, quam sæcularis.*

29 *Clericus debet excitare sæculares ad charitatis opera exercenda, maximè in suos.*

30 *Clericus non poterit inflammare sæculares ad exercendam charitatem, si illa ipse sit viduus, & n.32.*

31 *Ardere debet Orator, si velit Iudicem incendere, secundum Marc. Tull.*

33 *Homines magis credunt oculis, quam auribus.*

34 *Clericus tenetur in subsidium dotare sororem, etiam si non habeat bona patrimonialia, sed benè ex redditibus Ecclesiæ, & num.35.*

36 *Clericus in subsidium tenetur dotare sororem ex redditibus Ecclesiæ ad necessitatem conditionis.*

37 *Clericus plus peccat ex redditibus Ecclesiæ dans consanguineis, quam extraneis.*

38 *Filius in subsidium tenetur dotare matrem, & maximè si sit iuuenis, & pulchra, & filius diues sit.*

39 *Formosa mulier, vix potest in castimonia viuere.*

41 *Veritas non tantum est mater pulcherrima, verum etiam potentissima.*

42 *Rex sine Iustitia, est tyrannus.*

Veritas in omnibus obtinet Principatum, num.42.

43 *Veritatis, qui non est amans, non potest esse amator iustitiæ.*

44 *Veritas omnibus alijs rebus est anteponenda.*

Veritas est mater iustitiæ, eiusque essentia, & substantia.

45 *Iustitia non ambulat sine veritate.*

Regna amota iustitia sunt magna latrocinia.

46 *Iustitia stante, etiam magna latrocinia sunt iusta Regna.*

47 *Subditis vtilior est iustitia Regnantis, quam ipsa temporis fertilitas.*

48 *Veritas non tantum est pulcherrima, & potentissima, verum rerum omnium in mundo potentissima, & num.49.*

50 *Veritàs, quod sit rerum omnium potentissima, fuit decisum in Regio Palatio Regis Cyri in Babilonia.*

51 *in Regio Palatio Regis Cyri, in illius antecubiculo fuit excitata ardua, & pulchra quæstio, & qualis.*

52 *Vinum, quod sit fortior res, quæ sit in hoc mundo, fuit opinatum ab aliquibus.*

53 *Aly senserunt esse Reges, alij Mulieres, alij Veritatem.*

53 *Opinionum diuersitas operatur, vt non possit capi resolutio quæstionum.*

Sententiæ tot esse solent, quot sunt personæ, num.54.

55 *Aurum, & opes donabit amicus, sed qui velit ingenio cedere, nullus erit.*

56 *in Controuersijs arduis decidendis opus est consilio hominum sapientum.*

57 *Vinum. quod sit fortior res quæ sit in mundo, ex quo deducitur.*

58 *Rex, quod sit fortior res, quæ sit in mundo, quæ sint rationes.*

59 *Mulier, quod sit fortior res mundi, adducitur ratio.*

60 *Veritas, quod sit res fortior, quæ sit in hoc mundo, ex quo fuit decisum, & num.62.*

61 *Veritas de omnibus quæ temporis diuturnitas consumit, triumphat.*

64 *Iustinianus Imper. factorum præclarorum gloria adhuc spirat.*

65 *Veritas perfectissima per ampliores homines reuelatur.*

66 *Regnum Regis Darij in Babilonia fuit satis amplum & floridum virorum sapientium.*

67 *Veritas non solum est pulcherrima mater, verùm potentissima, & fortissima.*

68 *Veritas est magnum miraculum, quod pariat formidabile illud monstrum.*

69 *Bibens habet vinum in sua potestate, & ipse est Dominus.*

70 *Vinum postquam est in corpore, illud habet bibentem in sua potestate, & ipse est Dominus, & maxime immoderate sumptum.*

71 *Bibens tracoat vinum pro suo arbitrio, quando est in corpore, sed si sit extra contrarium seruatur.*

72 *Asinus, & canis præstantior est ebriosio.*

73 *Animalia omnia, vltra necessitatem non manducant, nec bibunt.*

Et id obseruant etiam si mille homines, ea cogerent ad id, num. 73.

74 *Ebrius pingitur cum capite Simiæ, cum pectore, & brachijs leoninis.*

Cum reliqua parte corporis porcina, num. 74.

75 *Ebrietas in sui principio, tamquã tyrannus captat arcem mentis.*

76 *Ebrietas à summo vertice capitis imperat.*

Ebrij mens in principio incipit vacillare, num. 76.

77 *Ebrius in principio incipit facere actus ridiculos, prout facit simia.*

Simia volens facere, quod videt alijs facere, actus ridiculos facit, num. 77.

78 *Ebrius calefaciente vino, idest altaria fumando audacitèr rixas concitat.*

79 *Græci Bacchum DVEM Vini posuerunt cum simulacro Deæ Palladis, & quare num. 80.*

81 *Ebrius excitat lites, & controuersias.*

82 *Ebrietas, tamquam callidus luctator captat crura, & pedes, Ebriosi, & illum proijcit in terram ad dormiendum.*

83 *Ebrij vitam edormire dicuntur.*

84 *Ebriosi raro vident Solem Occidentem, & rarius Orientem.*

85 *Alexander Magnus, dum erat ebrius per duos integros dies dormire solebat.*

86 *Alexander Magnus, qui magnam Mundi sub suo iugo subiugauit, ipse postea subiugabatur à Vino.*

Alexander sæpè se inebriabatur, cum magno dedecore suæ fortitudinis, & prudentiæ, num. 86.

87 *Vini magna est potentia, dum illud sæpius ipsum Alexandrum deuicit.*

Vini potentia tyrannica est, itaque non parcit ipsis Regibus, num. 87.

Ebrietat tractat Reges, vti suos mancipios, num. 87.

88 *Potentia fumantium vaporum vini magna est.*

89 *Ebrietas facit exire homines de potestate mentis, rationis, & iudicij.*

Ebrietas est ignominiosus languor.

Mentis sanæ debilitatio, num. 89.

Capitis turbatio, num. 89.

90 *Submersio sensus, num. 90.*

Sanitatis naufragium, num. 90.

Rabies voluntaria, num. 90.

91 *Ebrij ineptè, incompositè, & balbutienter loquuntur.*

92 *Ebrij verba mortifera loquuntur, turpia, inhonesta, & sæpe blasphemant.*

93 *Peccatum blasfemiæ est valdè horrendum.*

94 *Peccatum blasphemiæ esset à mundo toto extirpandum.*

95 *Ebrij citò irascuntur, & iracundiam nesciunt temperare.*

96 *Ebrij omnes vellent occidere, vulnerari &c. & certè id facerent, nisi ad hoc prohibiti essent, num. 97.*

98 *Ebrij secreta pandunt, in vino est veritas, secundum Græcos, num. 98.*

99 *Secretum nullum adest, vbi adest ebrietas.*

100 *ab Ebrietate cauendum est, ne quod sobrie caueamus per ebrietatem ignoranter committamus.*

104 *Exemplum ridiculum refertur de quibusdam iuuenibus ebrijs existentibus in quadam domo, & putabant esse in mare.*

106 *Qui vt naufragium euitarent omnia bona domus in viam proijcerent, sed mox sedata tempestate vini.*

106 *Cognouerunt esse in saluo, vacua tamen domo, cum magno eorum damno, & dedecore, & num. 107*

108 *Vini fumantes vapores, aliquando ita sunt validi, vt sint causa suffocationis ipsius vitæ.*

109 *Ebrij à subitanea & improuisa morte possunt rapi.*

110 *Ebrij improuisè moriendo id potest esse causa eorum ruina, & quidem æterna.*

111 *Ebrij quod subitaneè aliquando moriantur id à quo possit procedere, & num. 112.*

113 *Oleum, si in magna copia adsit in lucerna, illud ipsum oleum extinguit lumen.*

114 *Oleum ipsum dans vitæ lumini, quando est multum illud lumen extinguit.*

115 *Vinum, quod præbet causam vitæ, si abundè bibatur, est causa mortis.*

116 *Ebrietas inter grauia delicta connumeratur.*

117 *Ecclesia sancta DEI vix orat pro peremptis in ebrietate.*

Ebriosi Regnum DEI non possidebunt, num. 117.

118 *Vinum mortalibus est pestilens venenum.*

119 *Vinum bibens, existens in calice ex ligno taxi factto, occidit.*

120 *Ebrietatis vitium est pessimum, & multorum malorum est causa.*

121 *ab Ebrietate quilibet caueat ne in tam fœtentem incidat cloacam.*

123 *à Vitio pessimo ebrietatis, quot præcipitia, quot ruinæ, quot mortes subitaneæ obueuerunt.*

122 *Vinum, dum immoderatè bibitur irritationem, iramque suscitat.*

124 *Indi magnificum Templum Baccho ædificarunt in locum eminentem, & quidem 365. graduum, & quare, & num. 125.*

126 *Consuetudo, vt possit dici rationabilis, quid requiratur.*

127 *Consuetudo, dum non est rationabilis, non consuetudo, sed corruptela potest dici.*

EXCELLENTISSIMIS DD.

PHILOSOPHIAE LEGALIS AMATORIBVS.

Ac Veritatis Studiosis omnibus.

PAVLVS RVBEVS I. C. ROMANVS

Sempiternam deprecatur salutem in EO, Qui vult omnes homines saluos fieri.

EX PVLCHERRIMA
Rosa, dato si nasceretur
putridus, & fœtens flos,
id sanè stupore, & qui-
1 dem † magno dignum
esset, & hoc tantò magis
(O Excellentissimi Dñi)
quia, vt alibi ex Plutar-
co dixi, si ad radices ro-
sæ plantarentur allia, & cœpæ, tunc rosa ipsa
2 conuertendo † fœtorem illum, in sui natu-
ram odoratam,& sui maiorem suauitatis odo-
rem flos rosæ redderet. Videmus etiã quod
3 ex putrida herba † oritur candidissimum Li-
lium. Id enim, quod secundum cursum na-
turalem non datur, tamen id operatur mali-
gna, & perfida mens mortalium.

Sed vt apertè, & sine ænigmate loquar.
Quis enim non stupeat,dum experimur,quod
4 ex pulcherrima, † & prudentissima matre si-
cut est VERITAS (de cuius laudibus aliqua
iam deduxi in superiori Epistola concipiat,
5 & † pariat horrendum illud monstrum, ac
scelestam illam, & fœtentem bestiam ex ca-
uernis Infernalibus transmissam, sicut est
6 odium ipsum viperinum † toxicum, & aspi-
dum venenum beneuolentiæ humanæ. Id-
que testatum reliquit antiquus ille senex Co-
micus Terentianus in Andr. scen. 1. ibi.

7 VERITAS † ODIVM PARIT.

Et apud nos probatur *ex textu in l. 3. iuncta
ibi gloss. C. si contra ius, vel vtilit. public.*. Et te-
8 ste Galeno † egregio illo medicinæ Restaura-
tore *in lib. de cognit. & curat. anim. morb. cap. 3.*
ibi, *Omnibus hominibus hic mos est, vt eos oderint,
9 qui veritatem † loquuntur*, vt monebat Amo-
nius lib. 26. cap. 1.

PERICVLA VERITATI SAEPAE CONTIGVA SVNT.

Et secundum moralem Philosophum Se-
10 necam in Ordipt. *Sæpe eruenti † veritatem pa-*
tuit malum &c. Sed in hoc non est laborandum
in afferendis alijs auctoritatibus. quod enim
11 patet expresse † non est probare necesse.
Quotiescumque enim probatio fit per euidē-
12 tiam facti, cum ea sit † probationum om-
13 nium illustrissima, Sol enim † non eget alie-
na luce. Quare quod veritas odium pariat.
14 & id † per euidentiam facti, scilicet per quo-
tidianam experientiam demonstratur. Vti-
que vana erit omnia alia probatio,& demon-
stratio. Atque de hoc satis attendamus nunc
curiosè aliqua animaduertere circa curiosita-
tem monstruositatis partus Veritatis, de qua
supra loqui incepi.

15 Quamobrem considerandum † venit,quod
sana VERITAS est mater pulcherrima, & est
ei similis, & taliter, vt sine comparatione,
16 (teste S. Hieronymo) longè † est formosior
ipsa Helena Græcorum, quæ, vt referunt Hi-
storiæ antiquitatum memores, adeò propter
17 eius sublimem, † & elegantem pulchritu-
dinem fuit celeberrima, vt pro re admiranda
18 haberetur. Longè enim possidebat triginta
illa octo requisita quæ sunt necessaria, vt mu-
lier possit sibi nomen pulchræ vsurpare, quæ
requisita referuntur *à Neuizan. in sua Sylua nu-*
19 *ptial. lib. 2.* Sanè pulchritudo est mundi † ty-
ranna, *vt inquit Theophrastus.*

*Qui non capitur pulchritudine, aut sensu, aut vi-
ta caret.*

Verùm non de omni pulchritudine,sed id in-
telligamus de pulchritudine æterna, vt alibi
fusè dicã. Et sanè licèt pulchritudo est tyrãna
mundi, attamen prædictam tyranniam esse
20 breuis temporis, † Heu quam stultum est ob
formam fragilem, quæ quanto magis tendit
21 in annos fit minor, & † spatio capitur ipse
suo, se inflari, & gloriari. Nam vt monet
Stoicus Romanus Seneca: *Pulchritudo mortali-*
22 *bus est anceps bonum, & breue donum † exigui tem-
poris*. Nam pulchritudo, aut præmaturè à
morbo frangitur, ac debilitatur, aut à sene-
nectute deletur.

Aliqua circa pulchritudinem, quæ ipsa sola
23 habuit sortem illam, † vt ab omnibus ametur, ideoque dicitur quod pulchritudinis.
Regnum esse sine satellitibus.
23 Nam pulchritudo velociùs vulnerat, † quam
ipsa sagitta, *adduxi in Annotat. ad decis. 460. in litera A. à num. 166. par. 4. recent. tom. 3.* Vbi solidè probaui *à num. 64.* Quod si pater egestate
25 sordescat, itaut bonis sit † viduus, itaque impotens erit ad dotandam filiam sicuti quoque cæteri, qui ad tale onus tenentur, veluti auus
26 paternus, † maternus &c. Tunc enim frater
in subsidium, nisi ipse quoque in eadem pau-
27 pertatis Naue sit † tenetur sororem dotare
ex propria persona, quam conclusionem ampliatus sum, *num. 74.* vt procedat etiam si frater esset Clericus; nam Clericus tenetur ma-
28 gis exercere actus humanitatis, † & charitatis
quam secularis. Nam cum Clericus tenetur excitare sæculares ad charitatem quomo-
29 do poterit † illos ad eam inflammare si ipse
in ea erit totus gelidus, non obseruando ope-
30 ra † charitatis, & maximè erga suos. Nam
vt inquit Romanæ eloquentiæ Tuba.

Ardeat Orator si velit Iudicem incendere,

31 quia si sit ipse gelidus, † quomodo poterit Iudicem incēdere; Sic & Clerici nūquam excitabunt laicos ad ardendum charitate, si ipsi
32 tali † igne vidui sint, & vt moralis Seneca
animaduertebat.

33 *Homines magis credunt oculis, quam auribus.*

Vtinam sæpè factis non negaretur, quod verbis affirmatur, sed loquendo in terminis, Supradictam enim conclusionem ampliaui
34 procedere † quantumuis Clericus non haberet ex bonis laicalibus, & sororem pauperem
35 non valeret dotare, quia tunc ex † redditibus
Ecclesiæ, seu Beneficiorum eis promissum est, sororem mendicam dotare ad necessita-
36 tem conditionis, † *& num. 108.* respondeo ad
textum in can. peruenit. 3. quæst. 1. vbi asseritur,
37 quod grauius † peccat, si ex redditibus Ecclesiæ aliquid det consanguineis, quam extraneis. Tandem supradicta ampliaui, quod non
38 tantum frater diues tenetur dotare † sororem
inopem, verum si etiam habeat matrem iuuenem, & pulchram, si filius sit diues, in subsidium tenetur eam dotare, *vt probaui à nu. 167.*
39 *vers. nam † formosa vix potest in castimonia viuere &c.* ibique ad propositum nostrum plura circa vim, & potentiam pulchritudinis, vt dixi, scripsi.
Sed si persistendo in puris terminis nostris
40 stupor est † magnus, quod cum Veritas sit
pulcherrima, & adeo vt *secundum S. Hieronym.*
41 superet formositate Helenam † Græcorum, & tamen ipsa odium pariat, quale est adeò horrendum monstrum, vt habetur supra
41 *à num. 5.* Insuper † augetur admiratio, quia
non solùm VERITAS est superlatiuo gradu pulcherrima, & formosissima, verùm etiam potentissima est cuius potentia sic sublimiter prædicatur, quia sine VERITATE Rex Ty-
42 rannus esset. Nam VERITAS in † omnibus
obtinet Principatum, *can. quæritur 2. quæst. 7.* Et qui non est amans veritatis, non potest esse † amator iustitiæ, & quidem Veritas super omnibus alijs rebus anteponenda & vincit
43 amanda venit, cùm ipsa † VERITAS, sit
mater Iustitiæ, eiusque essentia, & substantia, *leg. cum ita legatum, ff. de condit. & demonstrat. & exaggerat Bald. in l. omnes, C. de sentent. & l. libertini, ff. de stat. homin. & in consil. 392. num. 3. lib. 3.* Vidimus quoque, quod Iustitia non ambulat si-
44 ne † Veritate. Vnde Regis Propheta Dauid
Psalm. inquit, *Iustitia, & Veritas obuiauerunt sibi &c.* & in Psalm. *Veritas de terra orta est, & & Iustitia de cælo prospexit.*
Sanè, quid essent Regna, remota Iustitia,
45 (vt inquit S. Augustinus) nisi † aperta latro-
cinia, & quid essent latrocinia, admissa Iusti-
46 tia; † nisi iuxta Regna. Benè enim rescri-
bendo Alexandro Magno, Peripateticæ Familiæ Princeps, Aristoteles, attestatus fuit, quod

47 *Vtilior est subditis † Regnantis Iustitia,*
quam ipsa temporis fertilitas &c.

Quamobrem non tantùm Veritas est in superlatiuo gradu pulcherrima, sed etiam potentissima, tanquam mater Iustitiæ, & tamen
48 his minimè refragantibus, parit tam horren-
dum monstrum, sicuti est odium ipsium, sicut diximus. Tandem, vt his stuporibus superaddam alium stuporem, non solùm, & pulchritudine, & potentia. Veritas omnia superat, & vincit.
49 Sed † etiã tali pollet vi, & fortitudine, vt su-
peret omnes res nostri Hemispheri, itaut palmam reportet gloriosam Victoriam quoad omnia, quæ sunt in hoc mundo.
Resolutum enim fuit id in Babilonia in
50 Regio Palatio † Regis Darij, prout æternis
literarum monumentis consignatum reperio *in sacra Regina in Esdra lib. 3. cap. 3. & 4.* Vbi asseritur, quod tres Adolescentes, custodientes
51 antecubiculum eiusdem Regis Darij, † exci-
tarunt non minus curiosam, quam ingeniosam controuersiam, scilicet,

Qualis res erat in hoc Mundo tanta
vi, & fortitudine adeo instructa, vt nihil
heberet superius, & fortius.

Sumpta igitur disputatione. Primus dixit
52 fortiorem rem, quæ erat † in hoc mundo, esse
vinum. Alter conatus fuit ostendere rem fortiorem esse Regem.
53 Tertius † vero, qui vocabatur Zarobabel-
lus, sustinuit, fortiorem rem esse Mulierem, & Veritatem. Sed propter diuersitatem per-
54 sonarum, † & sic ingeniorum, orta fuit di-
sparitas sententiarum, cum & regulare sit, vt tot sint sententiæ, quod sunt capita. Nullus enim alteri cedere voluit, & hoc insitum est mortalitati, iure ergo merito cecinit Poeta ille,

55 *Aurum, & opes, & rura tibi donabit amicus,*
Qui velis ingenio cedere, nullus erit.

Inde-

Indecisa igitur remanente prædicta contro-
uersia, Adolescentes illi, cum iam in scriptis
suas rationes redegissent, tales scripturas tra-
diderunt eorum Regi Dario, qui visis, & con-
sideratis rationibus, opportunum iudicauit,
vt conuocarentur Persarum, & Medi, & Pur-
56 purati, & Prætores, & Præfecti, † quibus om-
nibus, iussu Regis conuocatis in Concilio, &
coram eisdem lectis dictis scripturis, Rex mã-
dauit, vt vocarentur dicti tres Adolescentes,
& sic introductis coram Concilio, fuit ipsis
ordinatum, vt vnusquisque eorum indicaret
de his; quæ scripta fuerunt per eos.

Prior igitur, qui dixit de vi, & fortitudine
vini, asseruit ideo ipse in ea residere sententia,
57 quia † vinum quando est immoderatè sum-
ptum ostendit suam vim, & quidem magnã,
& hoc quantumuis, ille, qui sic bibit sit sa-
piens, & prudens, alienando eum à mente,
eum sit tanquam demens, & furiosus. Infra
dicam aliqua alia circam magnam vini in
corpore humano *à num. 57. vsque ad num. 212.*

Inchoauit deinde secundus Adolescens, qui
dixit de fortitudine Regis sic loquendo, Rex
58 fortior † est, quia in suos subditos, tanquam
omnes alligatos Regiis legibus, talem, ac tan-
tum habet dominium, vt quamlibet quan-
tumuis arduam rem potest illis imperare, &
inobedientes etiam capitaliter punire, &c.
Nonnulla alia circa vim Regiam adducam
infra à num. 212. & seqq.

Tertius tandem, qui dixerat de Muliere, &
59 Veritate, qui tali modo cæpit perorare † de
vi, & fortitudine Mulierum, quæ & Reges,
& colentes vineas generant, itaut ipse Rex
Darius, & Purpurati in alterutrum intueban-
tur. Insuper idem Adolescens loqui incæpit
de Veritate, & tam mirabiliter se gessit, vt
prædictum Concilium omnibus consentien-
59 tibus, & conspirantibus omnibus illis † do-
ctissimis, & sapientissimis Viris ad hoc con-
uocatis, statuerunt, & vnanimiter decreuerunt
omnium fortissimam, & validissimam esse
61 Veritatem. Quia veritas † vi sua non solum
res omnes vincit, ac superat, quas temporis
diuturnitas confecit, & consumit vetustas
sed etiam de ipso tempore triumphum agit
nobilissimum.

Dubitare ergo amplius decenter non erit
de subsistentia prædictæ conclusionis, quod
62 Veritas rerum omnium † in Mundo existen-
tium, sit fortissima, itaut nihil sit superius, aut
fortius, postquam per sapientiores, & amplio-
res homines in vasto Regno Regis Darii in
63 Babilonia fuit † omnibus in prædicto Con-
cilio applaudentibus, decisum, & resolutum
63 fuit. Et id registratum habetur in sacra
scriptura in loco supra citato *num. 50.*

Darius enim Rex tam longè ante obserua-
uit prudens præceptum, seu monitum datum
ab Imperatore Iustiniano (factorum præcla-
64 rorum gloria † adhuc spirans) Ioanni Præ-
fecto Prætorio *in l. quæstionum final. S. sed sibi,*
ibi, PER AMPLIORES HOMINES PER-
65 FECTISSIMA † VERITAS REVELE-
TVR &c. *C. de fideicom.* Sicque optimè se
gessit prædictus Rex Darius, dum voluit scire
veritatem, circa illam quæstionem. Quæ res
omnium rerum esset fortissima in Mundo,
66 dum conuocare † ad hoc fecit sapientiores,
doctiores, & ampliores homines sui ampli,
& floridi Regni. Qui, vt dixi, omnes respõ-
derunt quæstione acerrimè discussa. Ipsam
Veritatem reportare palmam de omnibus
rebus fortissimis huius Mundi, & hoc firmis-
simum, & indubitatum est.

Scrupulo igitur omni remoto, necesse est,
67 vt magis † crescat admiratio, seu verius stu-
por, quod Veritas non solum, vti pulcherri-
ma, & potentissima super omnes res huius
Mundi, sed etiam vti res fortissima, & qui-
dem etiam supra omnes res huius nostri He-
misphærii, & tamen non obstantibus tam
præclarissimis prærogatiuis, & dotibus. Ni-
68 hilominus ipsa pariat † tam mõstruosum, &
horribilem abortum sicuti est odium ipsum,
vt tetigi supra *num. 5.*

Promissionis memor de qua supra, quod
aliqua dicturus ero, circa magnam potentiam
VINI, REGIS, MVLIERIS, ET VERI-
TATIS. Quæ res fuerunt deductæ ab illis
tribus Aulicis Regis Darij, de quibus supra *à
num. 50.* credentes, quod supradictæ res sint
tanta vi, & fortitudine instructæ, vt omnes
alias res nostri Hemipherij superent, de qui-
bus singulis disseram, & postea, vt etiam di-
ctum est supra etiam late concludam in fa-
uorem Veritatis.

Loquendo igitur primum di vi, & poten-
tia Vini. Satis notum est, quod dum quis vi-
69 num habet in calice, † illud habet in sua po-
testate, & ipse est Dominus, dum verò vinum
70 est in corpore, & quidem † est immomode-
ratè sumptum, & tunc ipsum vinum habet
bibentem in sua potestate, & ipsum est Do-
minus, ac Gubernator, Dum quis † bibit, tra-
71 ctat vinum pro suo libito, posteaquam fuerit
bibitum, illud te tractat pro suo libito. Opti-
mè cecinit Poeta ille egregius.

72 *Parce Vinum † bibe, vt tibi Vinum parcat.*

73 Ebrius pingitur † cum capite Scimiæ cum
74 pectore, & brachijs leoninis, cum reliqua ve-
rò parte corporis porcina, nam ebrietas in sui
75 principium, † tanquam tyrannus mentis ar-
cem capit, vnde à summo vertice, imperat.
76 Itaque primum, mens vacillare incipit, & sic
facit actus ridiculos, prout est mos Scimiæ,
77 dum † imitatur id, quod videt facere. Po-
stea verò calefaciente vino, seu altaria fuman-
78 do, ebrius adinstar Leonis concitat, & pro-
uocat audaciter rixas, furores, & iracundias,
Sanè, non sine causa Græci, simulacrum
79 Bacchi, somniari Dei Vini prope † simula-
crum Deæ Palladis posuerunt, quæ est quo-
que Dea bellorum, tacitè significare volendo
80 sæpè à † calicibus vini, oriri dissentiones, bel-
la &c. In nimio enim vino pax, & concor-
81 dia suffocatur. Verùm deinde, † postquam
Ebrius plura generosè comminatus est, ebrie-
tas triumphando de ebrio, tanquam callidus,
82 & fortis luctator † captat crura, & pedes, ebrij

turpiter in locum etiam parum honestum ad longum tempus dormiendum proiicit.

Hinc dicimus, quod ebrij vitam edormire
83 dicuntur, † *text. est elegans in cap. à crapula, extra de vita & honestat. Clericor.* Vnde ebrij rarò So-
84 lem † vt inquit Romanus Orator M. T. Occidentem, & rarius Orientem vident: Sicque ferunt de Alexando illo vociferato Magno, qui dum erat ebrius, sæpe per duos in-
85 tegros † dies dormiebat. Vnde inuictus ille Alexander, qui generosè magnam Mundi partem, sub potenti eius iugo subiecerat, po-
86 stea ipse ignominiosè † à Vino multoties debellatus, & deuictus fuit, & cum non paruo dedecore suæ fortitudinis, & prudẽtię. Quam-
87 obrem dicendum est, quod magna, imò maxima potentia vini: Vtique ista potentia ebrietatis est tyrannica, dũ nec parcit ipsis Regibus, nam eos, vt mancipia tractat, si eos vinum inuadat.

88 Sanè potentia fumantis valoris vini, talem in ebrios fortitudinis vim ostendit, vt eos exi-
89 re † faciat de potestate mentis rationis, & iudicij. Cum ebrietas sit ignominiosus Langor, mentis sanæ Debilitatio, Turpatio capitis,
90 Submersio sensus, † & pudoris, Naufragium sanitatis, Procella linguę, Rabies voluntaria.
91 Videmus quidem, quod ebrij ineptè, † incompositè, & balbutientes extra propositum, atque mortifera loquuntur, proferunt verba
92 turpia, † inhonesta, & sæpe blasphemãt (circa quod horrendum, & nefarium peccatum bla-
93 sphemiæ † latissimè plura congessi *in meo Tractatu tam edito de Validitat. Legal. cap. 35. à num. 31.* vbi quæsiui à Mundo eradicare tàm sceleratum
94 † peccatum, adducendo etiam ad hoc tremenda exempla &c.) sed ad nos. Item ebrij citò irascuntur, iracundiam non tempe-
95 rant † furiunt, minantur, raucè loquuntur, volunt omnes perire, omnes vulnerare, om-
96 nes † occidere, & sanè id facerent, nisi ad hoc
97 prudenter essent tenti, † & prohibiti.

Item ebrij secreta proferunt. Vnde apud
98 Græcos † decantatum erat prouerbium, idest

IN VINO VERITAS.

Et secundum sacram paginam in prouerb. cap. 31. Nullum secretũ esse vbi regnat ebrie-
99 tas. † Hinc monet textus singularis *in canon. sanè diximus* 15. *quæst.* 1. vt omni via caueamus
100 ab ebrietate, † quæ sobrie cauemus per ebrietatem ignoranter committimus. Et vsque adeò progreditur fortitudo Vini, vt Ebrij
101 sciant, nec se † ipsos, nec suos de familia, nec in quo loco sint.
102 Itaque † Ebrij æquiparantur existentibus in
103 Naui in medio Maris agitata † à rabiosis ventis Aquilonaribus sine Rectore, prout asserit Pisanellus *lib. de natur. cibor. & potus tit. de effect. Vini immoderat. sumpt.* Addo ridiculum illud exemplum, de quibusdam iuuenibus existen-
104 tibus in quadam domo, qui † cum omnes ebrij essent, putabant se in mari esse, & domum esse nauim, eamque † agitatam dicebant, & hinc inde à rabie ventorum contrariorum in diuersis locis transportari, & iam ab horrida, & voraci tempestate esse demersos. Quarè vt mos est, deliberarunt, postquam alia via,
105 nec medium † ab euidenti naufragio se liberare, nauem exonerare. Vnde confestim omnem domi suppellectilem è fenestris in viam
106 publicam † proiecerunt, sed mox digesto Vino, & sic pacata tempestate Vini, cognouerunt esse in saluo, & longe à tempestate, sed
107 vacua † tota domo, & hoc cum eorum magna ignominia, dedecore, ac damno.

Non ne videmus etiam, quod fumantes vapores Vini immoderatè sumpti, aliquando
108 sunt ita † validi, & fortes, vt possint esse causa suffocationis spiritus, & sic Ebrius (heu miser, & deplorandus) à subitanea, & impro-
109 uisa † morte, quod benignus DEVS noster nos liberet, poterit rapi, & id poterit esse vltimum, & æternum præcipitium eius.
110 Causa enim talis subitaneæ mortis in ebrijs potest esse, quia abundantia vini, implẽtis ven-
111 triculis cerebri, & omnibus venis, vnde cum nullum spatium, seù locus remaneat, per quẽ
112 calor naturalis dilatetur, sequi † debet ipsa spiritus suffocatio, sicuti exemplum habemus
113 in lucerna olei, † cuius nimia abundantia lumen ipsum suffocat, & extinguit. Vnde id
114 quod præbet vitam lumini, † est causa ipsius mortis, hinc illud vulgatum.

VBI VITA, IBI MORS.

115 Nam vinum, quod est causa † vitæ, & quidem sanitatis plenæ, postea ipsum immoderatè sumptum, est causa ipsius mortis. Sic & in casu nimiæ ebrietatis.
116 Caueat ergo quilibet ab abrietate † quia ebrietas inter grauia peccata connumeratur Hinc Ecclesia sãcta DEI, vix orat pro perem-
116 ptis, † ebrietate, dicente Apostolo, *Ebriosi Regnũ DEI non possidebunt &c.* & in hoc tex: habetur expressus, in c. audiuimus, ibi: *Cum vix pro talibus in ebrietatis peremptis Ecclesia permittat orare &c. ext. de venerat. Sanctorum,* & videatur *Iacob Zocch. in tract. de Ieiun. num. 36. & Pamin: in tract. de Visitat. par. 2. quæst. 10. num. 101.* Vereque dixit ille,

118 *Vinum venenum est pestilens mortalibus.*

Et sanè est pestilens, dum illud nimium bibentes occidit. Sicut quoque illos occidit
119 qui † vinum bibunt, quod existit in vas ex taxo confectum, nam tunc vinum est mortiferum, *teste Plin. lib. 16. cap. 10. histor. natural.* Alia non addo, quoad magnam vim, & fortitudinem vini, quia non esset ita facilè terminare, cum ad vlteriora vellem procedere. Quare vide, quæ latè dixi de pessimo, & tur-
120 pi vitio ebrietatis, quæ tot, tantaque mala producit humano generi, *in mea Annotat. ad decis. 38. in littera A. à num. 170. vsque ad num.* vbi conatus simul conglutinare, mala multa quæ oriuntur à pessimo vitio ebrietatis, vt
121 quilibet † studiosè ne cadat in tam horidam foueam ebrietatis.

Ab hoc vno pessimo vitio ebrietatis, quot mala, quot ruinæ, quot præcipitia, quot mor-
122 tes subitaneæ processerunt, † non esset ita facilè

facilè enarrare, & quotidie id experitur. clamat Oraculum celeste in Ecclesiast. c.31 in fin. ibi,

123 *Vinum multum potatum irritationem iram, & ruinas multas facit &c.*

Populi illi vocati Indi, *prout narrat Herodotus lib.2. histor.* magnificum ædificarunt Templum

124 in honorem Bacchi somniati † Dei Vini, & in tam eminentem locum illud extraxerunt, vt gradus 365. apposuerunt, certè multos Templum hoc dicatum Deo Vini habet, nam

125 ipse † Bacchus, dum moderatè non bibitur, quidem, & multos, de rationis, iudicij, & mētis gradu, & suggestu ignominiosè deiicit.

In dicta enim Annotatione, quæsiui demonstrare *à num.1. & seq. & postea à num.230.*

126 *& seq.* ad hoc vt consuetudo † possit dici rationabilis, quæ sint necessaria requisita, & præsertim *num.47.* improbatur illa tanquam consuetudo irrationabilis, quæ esset nutritiua peccati, cum tunc talis consuetudo tanquam

127 peruersa, & detestabilis, ac impia, † non vocari consuetudo, sed potius corruptela, & abusus, qui abusus nunquam præscribitur.

SVMMARIVM

Sequentis §. II.

128 *Abusus nunquam præscribitur.*

129 *Peccata ea sunt grauiora, quæ diutius infelicem animam tenent alligatam.*

130 *Consuetudo se inebriandi est corruptela magna.*

131 *Consuetudo se inebriandi, reprobatur per glossam, vt hic.*

132 *Consuetudo semel in mense se inebriandi valida est, secundum Senecam, sed reprobatur.*

133 *Calor naturalis à magna potentia vini, extinguitur.*

134 *Ebrius quasi in piscina vini natat.*

135 *Ebrius non habet verum sensum, & sic non habet consensum ordinatum.*

136 *Contractus, testamenta, & similia facta ab ebrio non valent.*

137 *Ebrius durante ebrietate cum careat vsu rationis est tanquam furiosus.*

138 *Ebrius aliquando, quando Iudex clementius cum eo agere valeat.*

139 *Ebrius, dum dedit causam ebrietati, tunc mitius cum eo est agendum.*

140 *Ebrius, si quis sit factus, quia eius socij eo ignoranter sal apposuerunt in vino, & occidat aliquem an sit puniendus, & num.141.*

141 *In Delictis, quando cessat dolus, cessat pœna.*

142 *Ebrius, quando est solitus se inebriare, tunc debet puniri si delinquat.*

143 *Culpa, quando præcedit delictum, tunc non est locus veniæ.*

143 *Rationis vsum per ebrietatem, quando quis perdit benè scit quilibet, quod in diuersis malis incidit.*

144 *Ebrietas non excusat delictum, sed augmentat illud.*

145 *Pittacus vnus ex septem Sapientibus Graciæ tulit legem, quod ebrius delinquens, cum duplicitate pœnæ delicti puniretur, & num.146.*

147 *Et sic formidine pœnæ ab ebrietate cauerent.*

148 *Quæ lex à multis exaltatur, tanquam optima, & iusta.*

149 *Vinum non solum est potens ad conquassandum corpus humanum.*

150 *Verum etiam quando est moderatè sumptum, est valdè potens ad operandum bonum in corpore humano, & num.151.*

152 *Vtilitates sunt multæ quæ hauriuntur ex vino moderatè sumpto.*

153 *cum Gaudio est bibendum, secundum Regem Salomonem.*

154 *Vinum lætificat cor hominis secundum Regium Prophetam.*

155 *Vinum ideo à DEO fuit inuentum vt præsidium optimum sit senectuti.*

156 *Vinum reminiscere facit senectutem.*

Vinum valens est ad tollendam mæstitiam. n.156.

157 *Vinum moderatè sumptum mærores sopit.*

158 *Vinum hilaritatem excitat sicut oleum flammas.*

159 *Plantæ temperato imbre, & leui aura perflatæ, augescunt, & florent.*

160 *Vini vis, & potestas moderatè sumpti, ex communi DD. Physicorum magna est vis.*

161 *Sanitati corporis multum confert vinum moderatè sumptum.*

Vinum vires fouet, ac lassata membra confirmat; num.161.

162 *Vini Deum, antiqui vocabant Deum sanatorem.*

163 *Vinum, secundum Galenum, naturalem humorem fouet.*

164 *Vinum putredini resistit.*

Vinum coadiuuat concoctionem, digestionem, & generationem sanguinis, num.164.

165 *Vinum cholericos calores temperat, excitat appetitum, restaurat conualescentes.*

166 *Vinum moderatè sumptum sanitatem custodit, metum abicit, & hilaritatem inducit.*

167 *Vinum confert stomacho.*

168 *Seueriani hæretici, à quo ignominiosum initium habeant.*

169 *Seuerus quidam putauit, non posse à Christianis vinum bibere, sed ista est hæresis, & n.170.*

171 *Hæresis, quod non possit bibi vinum, nocet animæ, & corpori.*

171 *Vinum immoderatè sumptum multum nocet, moderatè verò plurimas corpori affert vtilitates.*

173 *Sanius animæ, & corpori sobrius potus.*

174 *Vinum, vt afferat suas vtilitates est sobriè bibendum.*

175 *Sanus, vt quis stet, debet bibere quantum natura exigit.*

176 *Tripliciter bibendum est ad mensam, nam*

Primus calix pertinet ad sitim.

Secundus ad hilaritatem.

Tertius ad voluptatem.

Quartus ad insaniam.

177 *ad Mensam, quantum sit bibendum non potest dari certa regula.*

Cum id sit regulandum ad diuersitatem complexionum, & temporis.

sumpto

178 *Gregorius Papa, actione rerum præclararum fuit Magnus Dignitate verò Maximus.*

179 *in Manducando, & bibendo est seruanda regula, quæ seruatur in temperanda cythara.*

180 *Manducandum est, & bibendum non quantum exigit, sed quantum naturæ imbecillitas postulat.*

181 *à Cibi nimia repletione cauendum est, tamquam à re lætifera.*

182 *Digestio bona vocatur vitæ radix à D.D. Medicis.*

183 *Cibus immoderatus operatur, vt paulatim corpus crassis, & malis impletum humoribus sequatur mortis acceleratio.*

184 *Digestio vbi bona fieri non potest, cum ea sit radix vitæ, sequitur, vt deficiente bona radice ipse arbor vitæ exsiccetur, & num. 185.*

186 *Abstinentia est omnium medicamentorum epilogus.*

187 *Abstinentia est causa vitæ, & sanitatis, secundum Platonem.*

188 *Viuere, qui potest parce, gaudeat.*

189 *Vita parca occidit vitia, libidinem extinguit, virtutem nutrit, corpus roborat, & mentem ad cælestia eleuat.*

Cælestium rerum contemplatio, operatur vt ipsa cælestia rapiantur, num. 189.

190 *Cælestium rerum memoria est Pharmacum ad tolerandas huius Mundi angustias.*

11 *Cælestium memoria, & illa spes ea assequendi, nihil dulcius.*

192 *Abbas Apollo, quid gaudiosè auribus suorum Monachorum instillabat, dum videbat eos tristes.*

193 *Mæsti, & tristes illi esse debent, quibus non Cælum, sed Terram sapiunt.*

194 *Spes sola assequendi bona Cælestia, est gaudium supra ipsum gaudium.*

195 *Hadrianus deputatus Iudex à Diocletanio, & Massimiano Impp. ad extirpandos Christianos, obseruauit, quod dicti Christiani toti gaudiosi moriebantur.*

196 *Vnde valdè admirandus interrogauit eos, de tam insolita lætitia, & quale responsum ab eis habuit & num. 197. & 198.*

199 *Quam responsionem ipse ruminando, & ipse Iudex ex Tigre magna, euasit humilis Agnus, & sumpto baptismo, postea pro confessione nominis CHRISTI, lætitia plenus crudelem mortem subijt, & num. 200. 201. & 202.*

203 *Sobrie viuendum est, quia operatur etiam, vt ad Cælestia mens subleuetur.*

204 *Ieiunium vitia comprimit, & mentem eleuat, scilicet ad rerum cælestium contemplationem.*

205 *Vita parca non solum corpus roborat, sed etiam mentem ad cælestia eleuat, secundum Vgonem de sancto Victore.*

206 *à Paupertate si quis prematur, vel ab angustijs vexetur, gaudet, quia iste iam de præsenti est beatus.*

208 *Cum inter alias beatitudines, CHRISTVS, istos de præsenti vocat Beatos, dum dixit, Beati pauperes, & tribulati, quia ipsorum est Regnum Cælorum.*

209 *Cæteræ vero Beatitudines loquuntur per verba de futuro, & num. 210. 211. 212. & 213.*

§. I I.

CONTINVANDO ea quæ dixi in superiori §. quoad malas consuetudines quę non merentur tali nomine, cum potius corruptelæ sint vocandæ, & cum non sint irrationabiles, nullo vnquam tempore præscribuntur, prout benè probaui *in Annotat. ad decis. 28. in litera A a. num. 1. & seq. & à num. 230. & seq. par. 3. recent.*

Hinc illud vulgatum dictus,

128 SI MALE SIS VSVS NVNQVAM PRAESCRIBIT ABVSVS.

Immò quanto plus est longeuior, eo magis
talis consuetudo studiosius est eradicanda,
cum tanto grauiora sint peccata, quanto diu-
129 tius † infelicem animam tenent alligatam,
& num. 47. damnaui *post S. Augustin. serm. 131.*
de tempore, reprobatam illam opinionem eo-
130 rum, qui putant licitum esse se † inebriare,
addo *ex nostris gloss. in canon. sane 15. quæst. 1. in*
verb. damnantur, vbi iustè redarguit eos, qui
131 sunt † faciles ad se inebriandum. Reprobari
quoque potest Moralis Philosophus Seneca,
in tractat. de tranquillit. vitæ in fin. Vbi sentit
132 semel † in mense licitum esse se inebriari.
Qualis opinio optimè damnatur à Commentatore *super Cantic. Auicennæ*, vbi ait, quod assensus in ebrietate semel in mense est erroneum, *cum secundum Aristotelem Problem. sect. 30.*
133 Cultor naturalis † à magno valore vini ex-
tinguitur. *Reliqua vide ibi in dicta Annotation. à*
num. 66. Plura etiam congessi circa delicta, ac
varia crimina commissa ab Ebrio durante
ebrietate *à num. 203.* & sanè cum tunc Ebrius
134 sit, & quasi in piscina vini † natet, nullum-
que vitæ gerendæ habeat consilium, & cum
non habeat sensum rectum, & sic non vali-
135 dum, † & ordinatum consensum possideat,
vnde clementius cum eis est agendum.

Hinc quoque contractus, testamenta, &
136 similia ab ebrijs condita nullius sunt penitus
roboris, ac firmitatis, *videatur in dicta Annotat.*
137 Et ratio causę est, qua ebrius durāte ebrieta-
te, caret vsu rationis, vnde vti furiosus exi-
stimandus est, nam, & quidquid dicit, facit,
138 & operatur furiosus, funditus, † & peni-
tus inualidum est. Quam amplissimam fatuitatis materiam quoad inualiditatem gestorum ab eis, cum penitus careāt consensu, nullum penitus habeant firmitatis robur, *pertractaui in meis Resolution. Practicabil. circa Testam. cap.*

Aduertendum tamen est in casu nostro,
139 quod tunc clementius Iudex se gerere † de-
bet cum ebrio, qui durante ebrietate, aliquod malum, seu delictum, perpetrauit, quando talis ebrius non dedit causam ebrietati, *prout accidit in casu Anchar. in suis quæstion. iuris lib. 6. quæst. 13.* Vbi consuluit, quod cum Sempronius ab ebrietatę captus, eo quia eius

socij

140 focij, † ipso ignorante sal apposuerunt in
vino. Vnde sic alienatus à mete, sumpsit gla-
dium, & læthaliter vulnerauit mulierem, quę
tandem mortua est, in quo casu, *vt dixi*, *con-*
141 *sulit Anchar̃en.* quod † ille ebrius erat absol-
uendus, quia vbi abest consensus, cessat dolus
sine quo pœna intrare non potest.

Verum, quando quis ex habitu, & consue-
142 tudine sciens, & prudens se † inebriauit, nam
si eo casu homicidium, seu aliquod malum
commiserit, tunc pœna ordinaria plectendus
venit: *vt asserunt Blanc. in tractat. crim. §. Ebrius*
per tot. cum alijs adductis per Angel. de Malefic. in
in verb. scienter num.

143 Et ratio satis aperta est, quia culpa † præ-
cessit casum, & data fuit opera rei illicitæ, &
satis omnibus notum est, quod amisso per
144 ebrietatem, † vsu rationis in quodlibet
facinus præcipitanter quis prolabitur, vnde
in his terminis excusatio ebrietatis non potest
145 excusare, sed augumentat † delictum, & fa-
cit *text. in l. quoniam, ibi, causam malorum præ-*
buit &c. C. ad leg. Iul. de vi public. & in leg. qui
occidit, ff. ad leg. Aquil. cum simil. Hic benè con-
gruit lex illa Pittaci, qui fuit vnus ex septem
146 Sapientibus Græciæ, in † qua sancitum fuit
vt delinquentes per ebrietatem magis puni-
rentur, idest pœnę duplicatione, & sic formi-
147 dine pœnę cautius, † à vino abstinerentur
homines cum in eorum potestate sit ebrios
148 non esse. Quam Pittaci lex à multis † est
exaltata tamquam optima, & iusta.

Terminando modo quæ dixi de vi, & po-
149 tentia vini, † asseram, quod non solum vi-
num mirabilis est fortitudinis ad conquassan-
150 dum corpus humanum, dum immoderatè
sumptum est; Verum etiam quando est mo-
151 deratè sumptum, tunc quoque est † mira-
bilis fortitudinis ad operandum bonum in
corpore humano. Nam maximæ sunt vtili-
152 tates, quæ ex vino moderatè sumpto hau-
riuntur, & quidem vberrimè. Hinc monet
Rex Salomen *in Ecclesiast. cap.* 11. Vt cum
153 gaudio † bibamus, & Regius Propheta Da-
uid *in Psalm.* 103. testificatur, Vinum lætifi-
154 care † cor hominis, quod & refert *Gloss. in*
In l. si vinum, in verb. degustationem, vers. quia vi-
num lætificat cor hominis &c. ff. de pericul. &
commod. rei vendit. Vnde egregiè quoque te-
tum reliquit *Plato in l. 2. de legib.* Quod vinum
155 à † DEO ideò nobis contributum fuit, quasi
optimum sit præsidium ad tuendam senectu-
156 tem, quod eam reuiuiscere facit, † & abo-
lere valens mæstitiam.

Perbelle enim testatum reliquit Socrates,
qui fuit Magister Aristotelis, Quod vinum
157 moderate † sumptum, tristitias, & mœro-
158 res sopit, hilaritatem sicut † oleum, flam-
mas excitat. Plantarum quoque exemplo,
quæ temperato imbre, & leui aura perflatæ,
159 augescunt, & florent, sicque ad sua † per-
ueniunt essentiam.

Magna quidem est vis, & potestas vini,
160 dum moderatè † sumitur. Nam, & sanè
vtilis est vsus vini dum moderatè bibatur, &
161 sanitati corporis † summe conducit, & vires
fouet, lassataque membra confirmat. Vnde
mirum non est, si Bacchum vini cultorem
162 veteres † *Sanatorem*, vocabant, sanitatis enim
pater quodammodo vinum est. Vnde secun-
163 dum Galenum, Vinum † naturalem humo-
rem recreat, & calorem fouet, vtrumque
temperando. Notumque est ex communi
DD. Physicorum Schola, Vinum confert nu-
164 tritioni, resistit putredini, † adiuuat conco-
ctionem, digestionem, & generationem san-
guinis, incidit flegmas, calorem naturalem
confortat, & illum per totum corpus exten-
dit, cholericos calores temperat. excitat ap-
165 petitum, † restaurat conualescentes impi-
guescit extenuatos, prouocat sudorem, & vri-
nam, aperitque viam superfluitatibus, sanita-
166 tem † custodit, metum abijcit, & hilarita-
tem inducit.

Vinum etiam plurimum confert lassitudi-
ni, & liberalitati corporis. Vnde *Paul. Apost.*
167 *scribendo ad Timoth. lib. 1. cap. 5.* † eidem Ti-
motheo dixerit, *vt modico vino vteretur propter*
stomacum. Deridendus sanè miser ille hæreti-
168 cus vocatus Seuerus, † à quo, & hæretici
Seueriani ignominiosam ducunt originem,
169 qui Seuerus docuit nullo modo † esse vi-
num bibendum, quia fabulosa quadam
170 vanitate (vt S. Augustinus ait) dicebat, † de
Satana, & terra geminasse vinum. Contra
quam hæresim plures DD. pugnant, & præ-
sertim Sebastianus Medices in summa om-
nium hæresum *par. 1. in verb. Vinum, & vini*
vsus, quomodo incæperit *Alberic. Pelag. in tra-*
ctat. de Planc. Eccles. cap. 36. col. 5. & ex nostris
de prædicta hæresi mentionem faciunt *Petr.*
Cened. collect. Iuris Canonic. collect. 23. sub num. 5.
vers. aduersus Seuerum hæreticum dicentem, non lice-
re bibere vinum &c. & præter ab eo adductos
addo Alphons. de Castr. Minor. in tractat. De omn.
hæres. in verb. vinum. Vbi circa medium, sic
ad propositum nostrum loquitur, ibi, Et cer-
171 tè, vt candide loquar, † hæc hæresis non so-
lum nocet animæ, prout faciunt cunctæ hæ-
172 reses, sed etiam nocet corpori, quia † & si
vinum immoderate sumptum multùm no-
ceat, moderatè tamen sumptum, plurimas
corporis præstat vtilitates &c. Optimeque ad
hoc potest extendi tex. sacer *in Ecclesiast. cap. 31*
in fin. ibi,

173 *Sanitas animæ, & corporis sobrius potus.*

Sobrie ergo est bibendum, vt vobis supra-
174 dictas vtilitates † corpori conferat. Hinc
Cato inter alia eius aurea documenta aliud
quoque reliquit, idest,

175 *Hoc bibe, vt possis, si tu vinis viuere sanum.*

Idest bibe, quantum tua natura exigit. Tri-
pliciter enim ad mensam, ad refectionem
176 potest † bibi; Nam & primum poculum
ad sitim spectat, secundum ad hilaritatem,
tertium ad voluptatem, quartum ad insaniam.
Sed veritas est, quod ad hoc nõ traditur certa
177 regula, † cum id sit reducendum ad quali-
tates complexionum, & temporum. Tan-
dem

dem pro coronide præsentis materiæ, obser-
uandum est quod paterne monuit Gregorius
178 ille, † qui rerum præclararum gestarum
vocatur Magnus, dignitate verò Maximus,
in suis Moralibus *lib. 20. cap. 31.* idest, in esu
179 & potu † ita cauendum, sicuti quando cy-
thara temperatur. Nam si si cordę in cythara
minus tenduntur, nõ sonat cythara, si verò am-
plius, rauce sonat, & secundum Sanctum Au-
gustinum, qui sic perbelle docet, *Bibamus er-*
180 *go, † & manducemus, non quantum gula exigit, sed*
quantum naturæ imbecillitas postulat.

Omninò igitur cauendum est à nimia cibi
181 satietate, tanquam † lętifera, quia cum ex
hac non potest fieri bona digestio, quæ à DD.
182 Medicis † vitæ radix appellatur, sequitur,
quod talis immoderatus cibus, malis, & pessi-
183 mis humoribus † paulatim corpus implet,
crassis vaporibus mentis aciem obtundit, &
hębetudinem sensuum inducit, quibus stanti-
184 bus † cum nullatenus possit fieri bona dige-
stio quæ, vt dixi, est radix vitæ, quare corru-
pta, seu deficiente radice, necesse est, naturali-
185 ter loquendo, † vt ipsa arbor vitæ, exsic-
cetur.

Quare concludi poterit, omnium medica-
186 mentorum epilogus † ad tuendam sanita-
tem est vita moderatè parca, nam vt sumitur
187 ex dictis Platonis. ABSTINENTIA † EST
CAVSA LONGEVAE VITAE, ET SA-
NITATIS. Gaudeat ergo, *vt inquit Vgo de*
188 *S. Victore*, qui potest parcè viuere, † parca
enim vita, occidit vitia, libidinem extin-
guit, virtutem nutrit, corpus roborat, &
mentem ad cælestia eleuat. Qualis mentis
eleuatio ad contemplanda cælestia operabitur
189 vt † ipsa cælestia rapiamur. Cælestis enim
Regni memoria est omnium miseriarum
190 Pharmacum, † & omnium malorum leni-
mentum optimum, Nihil dulcius, quam re-
191 rum cælestium memoria, † & spes illa asse-
quendi.

Abbas Apollo, teste Palladio, dum videbat
aliquot ex suis Monachis mestum, & affli-
192 ctum, gaudio plenus sic † ei asserebat, quare
tristis stas, mi frater, hunc mœrorem, illis re-
linque quibus spes ad Cęlum interclusa est,
193 qui terram, & non Cælum sapiunt, † BEA-
TITVDO NOBIS A CHRISTO *Chirogra-*
pho promissa est, Quid igitur contristaris &c.
194 sola spes assequendi ipsa bona cælestia, † est
gaudiũ ante ipsum gaudium. Quare gauden-
dum est illis, qui habent talem spem certam.

Hadrianus tempore Diocletiani, & Massi-
195 miani Imperatorum, † iussu eorum depu-
tatus Commissarius ad extirpandam Catholi-
cam Religionem, crudelissimus fuit Iudex in
trucidandis Christianis, & videndo eos, ma-
gna lætitia, & gaudio tot, tantaque acerba
196 tormenta † ferre, & tam magna constantia,
gaudiosè mori interrogauit, cum magna cu-
riositate, eos de prædicta re tam insolita. Fuit
197 ei per Christianos responsum, † Nos Chri-
stianos, dixerunt, speramus illam volupta-
tum, & deliciarum affluentiam, quam nec
oculi viderunt, nec aures audierunt, & quam
nec cogitando potest assequi.

Hanc autem bonorũ omnium affluentiam
198 Benignus DEVS noster, pro quo libenter
morimur, ex promisso dabit, & talis sola &
certa spes ea assequendi, tanta, & talis inducit
199 in nobis, tam superabundans † gaudium, &
lætitiã, dum etiam sic crudeliter emorimur.

Hæc Hadrianus attentè considerando, sic
tam rerum cælestium desiderio, & spe ea asse-
200 quendi, † exarsit, vt totus mutatus ab eo,
qui ante erat, ex crudeli, & feroci Leone mu-
tatus fuit in humilem agnum; vnde totus hu-
201 miliatus, † & contritus sacrum sumpsit ba-
ptismum, & paulò post totus flagrans diuino
202 amore, † & totus plenus gaudio, & lætitia,
crudelem mortem pro cõfessione CHRISTI
nominis constantissimè subiuit.

Sic ergo sola spes assequendi cælestia, tanti
203 boni, & lætitia est causa † sobrie igitur vi-
uamus, quia parca vita operatur etiam, vt ad
cælestia mentem nostram eleuat, vt dictum
est. Hinc sancta Mater Ecclesia tempore
Quadragesimali quo ieiunatur, & sobrie viui-
tur, in præfatione tremẽdi, & cruenti Sacrificij
Missæ, sic canit, cum ipso Christo alloquen-
204 do: *Qui corporali ieiunio vitia comprimis, † &*
mentem eleuas, idest, mediante ieiunio mentem
ad rerum diuinarum contemplationem ele-
uas &c. Benè ergo dixit Vgo de S. Victore,
quod parca vita non solum corpus roborat,
205 verum † etiam mens ad cælestia contem-
planda parat, quorum memoria est omnium
malorum Pharmacum.

206 Quis enim à paupertate † præmitur, ab
angustiis vexatur, à tribulationibus affligitur
vel mille aliis malis summè crucietur, animo
generoso conspiciat, & consideret, quod
DEVS noster inter alios Beatos connumera-
207 uit † etiam Pauperes, & Tribulatos, asseren-
do, quod istorum Beatorum Regnum Cælo-
rum est. Illudque obseruatione est dignum
208 CHRISTVS in dicto loco † connumerat se-
ptem, & de eis quinque per verba de futu-
209 ro loquitur, videlicet. Beati mites, quia
ipsi terra possidebunt. Beati qui lugent, quia
210 ipsi consolabuntur. Beati qui esuriũt, quia
ipsi saturabuntur. Beati misericordes, quia
ipsi misericordiam consequentur. Beati mũ-
211 di corde, quia ipsi DEVM videbunt. † Beati
pacifici, quia ipsi filij DEI vocabuntur. Re-
liquæ verò beatitudines, videlicet, de Pau-
212 peribus, & de illis qui persecutiones † pa-
tiuntur, ipsorum est Regnum Cælorum. Sic-
que pauperes, & tribulati non in futurum,
non possidebunt Cælum, sed iam de
præsenti, est Regnum Cælorum, idest, tam
213 læti, & gaudio † pleni sunt, libenter feren-
do duram paupertatem, & tribulationes re-
spiciendo ad ipsum CHRISTVM, vt iam
Beati sint, & eorum est Regnum Cælorum.

Desisto loqui de materia ista cum non fa-
ciat in terminis nostris, quare vide in seq. §.

SVM-

SVMMARIVM
sequentis §. III.

Corui

*Corui, illos solum deuorant, qui sunt mortui, n.*283
284 *Adulatores viuentium bonam mentem deuorant.*
285 *Corui, vt accedunt ad deuorandum corpus mortuum, primum illi effodiunt oculos.*
286 *Adulatores, vt accedunt ad adulandum, effodiunt oculos bonæ mentis, & veritatis eius, quem adulāt.*
287 *Adulatores cum eorum mendacijs, & falsitatibus, excæcant oculos adulati.*
288 *Laudari plus quis se desiderat cum mendacio, quam vt admoneatur cum veritate.*
291 *Alexander Magnus cum sumpsisset medicinam, & valdè torqueretur, quid dixerit ei quidam eius Adulator.*
293 *Et quid angustiatos à malo respondit Alexander, cum vexatio det intellectum.*
294 *Sigismundus Rex summè adulatus à quodam Adulatore, multas alaphis ei dedit.*
295 *Vnde se conquerens Adulator, quid generosè respondit Rex ille, verè Rex.*
296 *Canutus Rex Anglorum à suis adulatoribus valdè elatus erat.*
297 *Quid fecerit, vt ipsi agnoscerent, quod agnoscebat eorum fallaciam, & mendacia. num.*298. 299. *&* 300.
301 *Regum Terrenorum potentia qualis sit.*
302 *Rex ille, qui creauit Cælum, & Terram, est verè Rex, & Omnipotens.*
303 *Canutus Rex Anglorum, postquam ostendit suis Adulatoribus, quam fallax, & vana eius potentia est.*
Noluit amplius super caput suum Diadema Regium ferre.
304 *Aulicus quidam, cum per* 40. *annos inseruiuerit Carolo V. nec duas horas ab eo potuit in morte obtinere, quid dixerit, & num.*306.
307 *Aulicorum mors fere, qualis sit.*
308 *ad Felicitatem summam ille deuenit, qui vitam suam in alienæ potestate non posuit.*
309 *Curiam euntibus dimidiū ingenij DEVS abstulit.*
310 *Curia est tanquam Theatrum Simiarum, quæ vna decipit aliam, & tandem omnes remanent decepta.*
311 *Aula paucos beauit, & hos quos beauit perdit. etiam.*
312 *Ouidius Poeta, hortatur omnes tanquam ab vsu edoctus, vt nullus accedat ad Aulam.*
Atque ipsa magna Nomina Principum à longè effugiant.

§. III.

SAT prata biberunt. Vnde quæ dixi de vino in superioribus §§. sufficiant. Illudque tantum pro coronide apponam prædictæ materiæ, quod magna † est fortitudo, & potentia vini, & quidem ad operandum magnum malum, quando est immoderatè sumptum, quando verò moderatè, tunc magnum affert bonum. Vnde primus ille Aulicus Regis Darij existimauit, Rerum omnium fortissimam, & potentissimam esse vinum, vt dictum fuit supra *num.* Sanè negari non potest, † quod magna est potentia, & fortitudo vini. Hinc Oraculum Diuinum in Eccl. c.19. num.20. ait,

214
215
216

Vinum, & Mulieres apostatare faciunt Sapientes, & arguent sensatos &c.

Itaque loquendo in terminis nostris.

Vinum immoderatè sumptum est aspidum Venenū.
217 *Moderatè † verò, est magna Theriaca.*

Non immerito, magnas vtilitates ex vino
218 moderatè sumpto attentè considerans egregius quidam Poeta vernaculus insignis, sic cecinit.

Vin sangue della Terra,
Vin più caro a' mortai ch'il sangue vero;
Benedetto il primiero,
Che ti trouò; per te s'ardisce in guerra,
E si stà lieto in pace,
Discacciator verace
De l'humana tristezza,
Tesor de l'allegrezza,
Liquefatto rubin, tenera gioia,
Ch'entro de' nostri seni
Alta gioia inuisibile diuieni.

219 Vinum † igitur est illud, quod vires, &
220 robur† addit homini, eaq; mox adimit. Vn-
221 de † à vi nomen traxit, acuit ingenium,
222 liberat cor metu, † primum ex terra gignitur, & postea à Sole concoquitur, atq; quan-
223 diu † manet carceratus in carceribus illis ligneis, nec benè, nec malè operatur. Verum
224 dum † egreditur è carcere, tunc bonum, aut malum operatur, si moderatè, vel immoderatè sumatur. Huc enim respexit Antipha-
225 nus Poeta Græcus, qui in eadem statera posui bibere, & viuere.

Τὸ δὲ ζῆν εἰπὲ μοι τί ἐστι; πίνειν φημ' ἐγώ.

226 *Dic mihi, † quid est viuere, bibere, dico ego.*

Cæterum concludendo in terminis nostris licet magna sit potentia vini, tamen non est
227 rerum †omnium existentium in hoc Mundo fortissima, & potentissima. Et ad hoc con-
228 siderandum etiam venit, quod magna†potentia vini, non tantum prouenit ab ipso vino, sed ab ipsis immoderatè, & moderatè bibentibus, sicuti etiam dicimus de Iudice enim
229 condemnato † homicidam ad mortem, non est causa mortis ipse Iudex, quamuis ip-
230 se illum homicidam ad furcham † destinet, sed ipse reus dedit causam tali sententiæ, & prædictæ condemnationis capitalis. Sic &
231 asseri † potest in casu nostro. Verum his, & similibus relictis in hac materia penitus abrumpo filium huic discursui.

Procedendo ad vlteriora, discutiamus modo alteram apinionem secundi Aulici dicti
232 Regis Darij, † volentis rem omnium fortissimam, & potentissimam existentem in Mundo esse Regem, vt tetigimus supra à *num*50. Et quidem potentissimus, & fortissimus

simus

233 simus est Rex, † & quilibet alius Princeps
superiorem non recognoscens; Nam in suo
234 Statu, † omnia ad nutum simplicem propriæ voluntatis pendet. Itaque ad ictum
235 oculi, quidquid iubet, exequitur subditus.
Omnia enim supremo Principi licet in suo
236 Statu, † *can. conuenior, vers. allegatur Imperator 15. quæst. 1. ff. de constit. Princip.* Nam, & factum
237 Principis reputatur factum Diuinum, cum sit quasi DEVS in Terra, vt ratiocinatur *Bart. in Extrauag. ad reprimendum, in verb. totum num. 5.*

In tantum quod si quis auderet disputare
238 de potestate † Principis supremi, sane se faceret similem, immò Superiorem ipsi Princi-
239 pi, † pernecesse incideret in execrandum crimen læsæ Maiestatis, sicuti ratiocinatur *Bald. in cons. 359. Proponitur col. 1. lib. 1.* Vbi in-
240 quit, quod qui disputat de potestate † Principis fit superior ipsi Principi, ponendo sedem suam ab Aquilone, & tentat se facere similem Altissimo &c. Quod verò sacrile-
241 gium † sit disputare de ipsa potestate Principis, *est text. in l. 1. ff. de crimin. sacrileg.*. Vnde
242 Principi non potest dici † cur ita facis? quia
243 cũ sit solutus legibus, † non est ab eo inquirenda causa suarum actionum. Nam est su-
244 pra ius, † extra ius, & contra ius, nam non
245 habet † ligamen Legum, est enim solutus legibus Princeps, *l. hostes, ff. de capit. & post limin. reuers.*

Verumenimuero, an supradicta vera ab-
244 soluta sint, *Aequum iudicium, qui sapit ille ferat,* maximeque si consideretur Principis defini-
245 tio † ingenuo ore adducta, *à Bald. in l. 2. numer. 47. circa med. Cod. de seruit. & aqu.* vbi
246 fatetur quod Princeps est animal † rationabile, & mortale, qui nullo modo efficere valet, vt non sit talis.

247 Sicuti nec potest obtinere † dispensationem à ligamine legis naturæ, & à dictamine
248 rectæ rationis, † Ecce quam egregiè *Bald.* à splendore Veritatis captus, certè non tran
249 seundo per Placentiam, † sed per Veronam, definiuit Principem. Hinc quoque animaduertit *idem Bald. in consil. 34. num. 2. lib. 1.* Vbi monet Principem, vt tamquam homo
250 mortalis † caueat ne aliquid faciat contra conscientiam.

251 Quia veniet tempus, † quando Nauis erit in Portu dimittetur onusta, & qua mensura dimensus fuerit, eadem, & ei dimitietur.

Necnon subdit, quod Princeps quantum-
252 uis magnus non † confidat in potentia sua; quia considerare debet, quia DEVM ipsum
253 habebit vltorem, Hinc Oraculum Diuinum; *Potentes potenter tormenta patientur,* Item commonefacit ipsos Principes, quod durissi-
254 mum iudicium † fiet his, qui præsunt &c.
255 & Reges † erunt rei læsæ Maiestatis si in
256 malam partem abusi eorum † potentia.
Recordentur enim Principes à DEO esse creatos non ad opprimendum, sed ad sublemandos oppressos. Rexnon eligitur, vt sui
257 curam agat, sed eorum, quos regunt.

Principes enim illi Optimi, qui felici sorte insigniti gloriosa gemma Sanctè DEI
258 Timore † reperiuntur, procul ab eorum auribus propellant, & penitus surdi si ad illas
259 Adulatorum † voces, scilicet, Libido Re-
260 gum † habetur pro lege, & quod Principi placet, legis habet vigorem, & illud aliud,
261 *Si libet † licet.*

Atque hoc fuit sacrilegum dictum impudicæ Mulieris: Nam, cum Marcus Antonius Caracalla Imperator eius Nouercam
262 insano, cœcoque † amore ardenter diligeret, & cum semel ipse Imperator ab amore ebrius, illi dixisset: Vellem si liceret, mox
263 impudens Nouerca, † statim turpiter replicauit, *Si libet, licet, nescis te Imperatorem esse, & sic Tu alijs leges das, & non recipis.* Qualis nefaria vox ad quid sollicitauerit incautum Im-
264 peratorem, † id prælegatur in eius vita, ne longior sim.

Inuicto igitur animo Magnanimi illi Prin-
265 cipes DEI timorem † habentes, dum eius Consiliarij supradictas voces, aut similes eis suggerunt, tun inuictè, & generosè agno-
266 scere faciant, se † tam animum obtusum, & mentem ita obtenebratam non habere, ex
267 qua responsione benè apprehendant † dicti Palpones, quod eorum mendacia cognita fuerunt, vide infra à num. 290.

Et hoc quantumuis non ità facilè ille, qui adulatur valeat agnoscere veritatem, quan-
268 do enim † quis adulatur, ita excœcatur, vt nullatenus videat apparentem veritatem re-
269 rum liquido apparentium, affascinat † enim Adulatio intellectum, ipsamque memoriam rerum, plus enim credimus Adulatoribus, quam nobis ipsis, quantumuis veritatem
270 rei † scimus liquido esse in contrarium. Appositè hic congruit Fabula illa relicta à Philosopho illo vocato Aesopo.

Narrat enim, quod quædam Vulpis fa-
271 melica † vidit Corbum in quadam arbore habentem in ore formam casei, cogitauit illam facilè depredare; quare ad illam arbo-
272 rem vadens, † cœpit Corbum valdè laudare, & inter cætera dixit, quod non sempe
273 ita facilè credendum famæ, † quamuis communi; Nam ipsa semper intellexerat dicere quod Corbi erunt nigerrimi, quia tunc videbat, quod id erat falsissimum mendacium & nunc video, oculis hisce meis, quod Tu
274 es albior † niue, & si veritas dicenda est. dato quod cantus tuus correspondeat, sicuti in pinnis es albus, & nobilis, absque vlla adu-
275 latione asseri potest, † quod tu coronari potes Rex Auium.

Quod audiens Corbus credens illa esse vera, quæ dicebat Vulpis, benè enim sciebat ipse an erat albus, vel niger. Voluit etiam stultus, vt illa audiret eius cantum, &
276 incipiens cantare, ad illud † non cogitando, cecidit in terra caseum, quem statim Vulpis auidè arripuit, velociter aufugendo, & sic adulationibus suis derisit Corbum, qui sum-
277 mè conquerebatur, & de amissione † casei, & de

& de eius magna credulitate, & vituperio.
Discat enim vnusquisque non ita facile credere Adulatoribus, vt sibi omnem fidem adhibeat, & contra ipsum esse hæreticum. Fertur de Alexandro vociferato Magno, qui
278 licet alias esset prudens, † & benè sciebat se esse filium Philippi Regis Macedoniæ, tamen suasus à suis Adulatoribus, credebat se filiū Iouis; vnde sic se subscribebat

Alexander Iouis Amonis filius.

Insuper Adulatio tam suauiter venenat,
279 vt etiam dum † reijcitur, & refutatur, nihilominus venenat, & inficit, O venenum aspidum, O viperinum toxicum, & tam pessi-
280 mæ naturæ, vt † attentet interficere quantūuis adhibita potenti medicina; Meritò inclamat Magnus S. Augustinus, quod

281 *Plus nocet lingua Adulantis, quam gladius Persequentis.*

Iure quidem celeberrimus ille Rex Ara-
282 goniæ † Alphonsus æternæ memoriæ, qui nec dixit, nec aliquid fecit, nisi Regium. Vtinam multos Alphonsos &c. Is enim solitus erat asserere, quod potius incidere voluisset in Coruos, quàm in Adulatores.
283 Nam Corui,† illos tantum qui sunt mortui deuorant, Adulatores verò viuentium
284 bonam † mentem tollunt, & deuorant. Insuper hic præterire nolo, quod Adulatores in hoc imitantur Corbos, quia sicuti Corbi,
285 vt accedunt ad cadauera illa deuoratura, inprimis, teste Plinio, illis effodiunt oculos, sic & Adulatores, statim, vt accedunt ad aliquē
286 adulandum, † ei cum eorum mendacijs, & falsis suppositis, obtenebrant oculos rationis,
287 vt cernere nullatenus † possit, veritatem & sic quid malum, & quid bonum sit, & ferè.

288 *Quilibet naturaliter plus † desiderat, vt laudetur cum mendacio, quam vt admoneatur cum veritate.*

Verum enim est, quod adulationis vene-
289 num, est sic perfidæ naturæ, † vt inficiat, etiamsi reijciatur, vt tetigimus supra n. 279. Attamen aliquando supremi Principes temeritatem eorum Adulatorum agnouerunt & liberè eorum perfidiam agnoscentes, illā palam exprobarunt, benè demonstrando, se
290 non † esse penitus extra iudicium, & inter alios Magnos Principes.
Illustre est exemplum superbissimi Regis Alexandri vociferati Magni, qui cum
291 quadam die, † summè anguistiaretur, & torqueretur propter sumptam medicinam. Vnde tam magnam angustiam animaduertens eius familiaris Ginesius, & eius aper-
292 tus Adulator, Vnde dixit † Alexandro,
Quid, igitur nobis Mortalibus faciendum dum medicinam sumemus, si vos Dij tam vehementer angustiamini.

Qualem meram adulationem ægrè ferens Alexander quamuis summè à malo esset an-
293 gustiatus, nihilominus † attollens oculos, memorandam illam emisit vocem.

O quales Dij sumus! Metuo ne Dijs inuisi &c.

De Sigismundo Imperatore ferunt histo-
294 riæ cum à quodam † Adulatore supra modum laudaretur, & cum etiam personam diuinam assereret esse, alaphas multas ei cō-
295 cussit, & cum † ille conquærendo dixisset, *Cur me cedis*, generosè replicauit Sigismūdus, *Cur me mordes?* videatur *Aen. Sylu. lib. 4. cap. 4. Miscell. 43.*
De Canuto Anglorum Rege, vt referunt Annalia Anglicana, cum semel à suis Adu-
296 latoribus esset circumdatus, eique † persuaderent, vt mos est istorum Coruorum Aulicorum, Quod ad nutum suæ Regiæ voluntatis omnia pendebant, eique omnia obediebant.
297 Prudens enim † ille Rex sic reprimere illorū temeritatem iustum iudicauit. Quamobrem spectantibus dictis Adulatoribus ius-
298 sit, vt eius Regia† sedes poneretur in littore Maris in ipso fluxu, & refluxu, & Rex imposita sibi Corona Regia, sic imperauit Mari.
Impero Tibi, ò Mare, meæ dictioni sub-
299 ditū ne venias † in hoc loco vbi sedeo, itaut nec me, nec vestes meas madefacias. Imperauit sic Rex, sed Mare tamquam surdum, veniebat, & alluebat, quare in totum, ac
300 penitus madefactatus Rex, † sic se videre fecit suis Adulatoribus dicendo, Ecce quam
301 vana, † & falsa, est Regum terrenorum potentia, & ille solum est dignus tali nomine,
302 qui † vere Imperium inhibet Cœlo, Terræ, & Mari, & talis Rex amplius noluit su-
303 per eius caput suum Regium Diadema apponere.
Potestas enim Principis vltra res humanas in nihilo extenditur, legitur enim in vita Caroli Quinti Imperatoris, quod quidam
304 eius † Aulicus per 40. & plures annos in Curia continuò fuerit occupatus; Cum se infirmasset, eiq; fuerit dictum, intra paucum tempus fuisset mortuus, & cum impetrasset, vt ad eum accederet Imperator, qui ad eum peruentus, Instanter illum deprecatus fuit, vt
305 duas † horas temporis tantum ei concederet. Prudenter ei respondit Carolus V. si id fuisset in sua potestate liberalissimè concessisset, quia ad DEVM tantum talis concessio
306 spectabat; Replicauit miser † Aulicus, *Igitur pro te ego expendi, & consummaui vltra 40. annos, & tu mihi nec duas horas tantum non habes potestatem concedendi.* Quæ est ergo ista tua potestas, quamuis magna. Qui Aulicus paulò
307 post quasi † desperatus mortuus est, vt ferè est mors similium, Vnde benè scripsit Seneca ad Lucill. Epist. 13.

308 *Ad summum † peruenit, qui felicitatem suam in aliena potestate posuit.*

Vere-

Vereque dixit Horatius, quod euntem in
309 Curia, dimidium † ingenii DEVS abstulit.
Curia est tamquam Theatrum Simiarum,
310 nam decipit vna aliam& tandem ferè †omnes remanent deceptæ. Sanè quidem pau-
311 cos beauit Aula, & hos, quos † beauit, perdidit. Ouidius Nasus celeberrimus ille
312 Poeta, † cum diu stetisset in Curia, ex qua fuit postea relegatus in Ponto, per experientiam loquendo omnibus tale aureum reliquit monitum.

313 *Vsibus edocto, & si quicquam credis amico*
Viue tibi, & magna nomina longe fuge.

Prosequendo loqui de perfido vitio Adulationis,& relictis supra relatis. vide in seq.§.

SVMMARIVM

Sequentis §. IV.

314 *Adulatores cum eorum laudibus nutriunt peccata.*
315 *Veritas est res magis cara, & salutifera huius Mundi cum ostendat viam Cœli.*
316 *Labia dolosa deberent fieri muta.*
Silentium est melius, quam loqui cum mentitis verbis, num.116.
317 *Aliud loqui, sentire aliud, mendacium est.*
Loqui cum mendacibus verbis, id est contra naturam.
318 *Lingua humana duas habet venas, vna correspondet cordi, altera cerebro.*
in Cerebro residet ratio, num.318.
319 *Vnum non est habendum in ore, & aliud in corde.*
320 *Loquendum non est, totum id, quod quis habet in corde, sed vtendum est prudentia.*
321 *Arcana reuelat, qui fraudolenter ambulat, qui fidelis est, celat amici commissum.*
322 *Adulator laudat, & vituperat, secundum quod placet.*
323 *Adulator non habet propriam voluntatem, cum eam mutet ad nutum adulati & num.330.*
324 *Color faciei mutatur ad speciem subiecti Solis.*
325 *Adulatores possunt comparari Echo.*
326 *Echus est illa resonantia vocis formata in locis concauis.*
327 *Echi resonantia, nullam habet de per se proprietatem.*
328 *Echus in totum, & per totum imitatur ea, quæ fiunt per eos, qui illum resonare faciunt.*
Echus non dicit alia verba, nisi eorum, qui cum resonare satagunt, num.329.
329 *Adulatores sunt perfecti imitatores morum adulati*
331 *Adulator affirmatiuè, vel negatiuè respondet, prout videt, quod adhæret adulatus.*
332 *Adulator stridet, si adulatus doleat, & si rideat, adulator iubilat.*
333 *Adulatores vnum foris ostendunt, & habent intus contrarium.*
334 *Adulator imitatur Vinum, nam vinum demonstrat, quod vadat ad partes inferiores, & dat ad caput.*
335 *Cigni habent suauissimum cantum, & sunt ornati albissimis pinnis.*
336 *Cigni iudicandum esset, quod haberet carnem albissimam, & boni saporis.*
337 *Adulatores in apparentia videntur candidæ conscientiæ, & quod cum eorum laudibus, suauiter sonent.*
338 *Cigni cantando moriuntur, ita Adulatores laudando vitium, moriuntur ad peccatum, & n.339.*
340 *Meretrices habent in ore verba ficti amoris, sed eorum intentio fixa est tantum ad crumenam.*
341 *Verba ficti amoris Meretricium, cessant, euacuata crumena.*
342 *Adulatores terminatis diuitijs adulati, terminant ipsi quoque laudes.*
343 *Ignis non nutritur sine lignis.*
Lucerna non ardet sine oleo.
344 *Adulatores non habent nisi quandam vanam apparentiam.*
345 *Vmbra nullam habet subsistentiam, sed solum sequitur corpus luci oppositum.*
346 *Vmbra cum fraudulenti apparentia, facit apparere corpus illuminatum, maius, quam non est.*
347 *Vmbra contrafacit omnes, & singulos actus, qui fiunt à corpore illuminato.*
348 *Vmbra in totum euanescit, quando Sol se abscondit.*
349 *Adulator sequitur semper personam adulati, donec est illuminatus à luce auri, qua cessante cessat adulatio, & num.150.*
351 *Halitus humanus est calidus, & frigidus, secundum motum oris.*
352 *Halitus humanus, est calidus si os large aperiatur.*
Halitus humanus est frigidus, si emittatur stricto ore.
353 *Adulatores dilatant os ad laudes adulati, si ipse adulatus dilatet os crumenæ.*
354 *Adulatores stringunt laudes, si eis per adulatum, stringatur crumena.*
355 *Vinum non est indicandum ab eius dulcedine amabili.*
356 *Itaut ad gustum sit valde dulce, & suaue quia postea sparges suum venenum.*
357 *Dulcia quamuis sint amica natura, tamen valdè e a comedentibus generant opilationem.*
358 *Adulatione, qui valde delectatur, sicut Alexander Magnus, tumefacti remanent à superbia.*
359 *Ateon remansit deuoratus à canibus illis, quos ipse nutriebat.*
360 *Miseri sunt illi, qui se defraudare faciunt ab Adulatoribus.*
Beatos, qui nos dicunt, ipsi nos decipiunt.
361 *Adulatores imitantur matrem illam, quæ vt reuocet à planctu filium, qui cecidit, subridendo, quid ei afferat.*
362 *Adulatores laudant vitium, sicut illud esset virtus, & sic detinent adulatos in suis vitijs.*
363 *Adulatores, si non laudarent vitia, & veritatem annunciarent, forsitan cessaretur à peccatis.*
364 *Posteri Noë, proposuerunt ædificare Turrim tam altam, vt vsque ad Cælum pertingeret.*
365 *Et quare non potuerunt eam ad perfectionem deducere.*
366 *Turris peccati Superbia, Vanagloria &c. à multis ædificatur, & quia subministratur materia, eis ab adu-*

ab adulatoribus, fit magna fabrica, & non desistitur à fabricando, & num. 367.

368 *Principes si non haberent adulatores, ambularent forsitam per viam veritatis.*

369 *Principes ab omnibus hodie adulantur eorum gratiam aucupantes, & num. 371.*

370 *Omnes hodie ideo Principes adulantur, quia vident quod melius accidit adulatoribus, quam veritatem dicentibus, & num. 372.*

373 *Confessarij Principum, eorum officio vix liberè & audaciter funguntur, & id ex hoc sequitur.*

374 *Tubex, quidam cum fuisset captus in bello, Dux statim iussit, vt interficeretur.*

375 *Tubicines in bello neminem solent interficere.*

376 *Tubicines, licet in bello neminem occidant, tamen cum eorum tuba incitant homines ad bellum, & sic ad occidendum.*

377 *Adulatores occidunt multos cum eorum falsis linguis, laudando vitium, nam etsi temporaliter non occidant, tamen æternaliter id operantur.*

378 *Peccata multa non committerentur, si non essent maledicta lingua adulantium.*

379 *Alexander Magnus, quoties audiebat Tubam Senocratis, statim euaginabat gladium, quamuis non esset in bello.*

380 *Saltator, vt audit sonitum Fidis, vel Cytharæ, statim incipit saltare.*

381 *Adulator, vt mouet linguam ad mentitas laudes, incitat personas ad vanagloriam, & superbiam*

382 *Ieroboam fecit Vitulos, eosque populus adorauit, vt Deos; & non defuerunt Adulatores, qui id laudarunt.*

383 *Idem quoque accidit Aaron, dum constituit Vitulum aureum, & num. 384.*

385 *Adulatores sunt causa multorum sacrilegiorum.*

§. IV.

QVAE superiùs dixi de Simiarum, seù Aulicorum Theatro, sufficiant, & modo recto tramite Domum redeundo, generaliter differam aliqua alia circa perfidos Adulatores, hortando omnes, vt caute, & summa diligentia caueant ab istis
314 maledictis linguis, nam † Adulatores, cum eorum laudibus, non solùm nutriunt vitiũ, verùm autem homines priuant magis cara, & salutifera re huius Mundi, nempe Verita-
315 te, per quam viam † directè deuenitur ad Cœlum. De qua præclara virtute veritatis, in præsenti Discursu verba habeo.

Taceant supradictæ linguæ pestiferæ ad Veritatem, nam vt inquit Vates Regius in
316 Psalm. 38. † *Muta fiant labia dolosa.* Iure tacere deberet Adulator, quia melius est silentium, quam loqui cum mentitis verbis. Hinc illud dictum,

317 *Aliud loqui, sentire aliud, mendacium est.*

Loqui enim cum mendacibus verbis, idest contra naturam. Refert Plinius, quod lin-
318 gua humana duas habet venas, † vna correspondet cordi, & alia cerebro, vbi residet ratio. Id enim constituit DEVS, vt edisceremus, quod Vnum non debemus in lingua
319 habere, † & aliud in corde, nec minùs debemus proferre cum lingua, totum id, quod est
320 absconditum in corde, † sed solùm id, quod vera dicendo, à ratione venit dictatum; Vnde dicit Rex sapientissimus Salomon in Pro-
321 uerb. 11. *Qui ambulat † fraudolenter, reuelat arcana, qui autem fidelis est, celat amici commissum.*

Adulator laudat, & vituperat, non secun-
322 dum illud, quod habet in corde, † sed secundum quod videt placere ei, quem adulat. Nam non habet propriam opinionem, sed
323 eam mutat, † sicuti mutat ille, qui adulatur & sicuti ad speciẽ subiecti Solis color faciei
324 mutatur, † ita Adulatores ad voluntatem audientium mutant sententiam. Optimè
325 quidem Adulatores, † possunt comparari Echo, de quo loquitur Rex Salomon *in Sapient. cap. 17.* ibi, *Resonant de altissimis montibus*
326 *Echo.* Echus † est illa resonantia vocis, aut strepitus, formata in locis concauis, cauernosis, & resonantibus, prout sunt vallia in-
327 ter montes. Et dicta resonantia vocis † nullam de se habet proprietatem. Nam si quis in loco congruo ad hoc sistat, & strideat, & ipse Echus stridet, si ille cantet, & Echus cantat, si loquatur, & Echus loquitur, & refert
328 illa † tantum, & non alia verba, quæ ille loquens emittit, in summa est vnica contrasimilitudo vocis humanæ.
329 Tales adamussim † sunt Adulatores, nam sunt perfecti imitatores eorum, quos intendunt adulare, non habent propriam opinio-
330 nem, sed † solam eius, quem adulant, si adulatus dicit male, aut bene, & adulator omnia
331 applaudit, † & sic affirmatiuè, vel negatiuè respondit sicut sentit adolatus; si iste se do-
332 let, & ille stridet, si † ridet, & iste exultat &c. Donec Adulator obtineat quod desiderat. Illud enim perpetuum est in Adulatoribus,
333 vt † vnum foris ostendat, & contrarium est intus. Itaque omnia in eis consistant in simulatione. Congruit, quod inquit Sanctus Ioannes Chrysostomus, quod Adulator imi-
334 tatur † vinum, nam & vinum demonstrat, quod vadat ad partes inferiores, & dat ad caput.

Adulatores quoque assimilari possunt ani-
335 malibus vocatis † Cignis, qui habent suauissimum cantum in ore, & sunt ornati albissimis pinnis, itaque quilibet iudicaret,
336 quod eorum caro † esset albissima, & delicata, & tamen est nigrior ipso carbone, quare apud Hebræos prohibitum erat talia animalia manducare. Ita sunt Adulatores, nam
337 in apparentia videntur † valde candidi conscientiæ, cum eorum pulchris verbis, & sua-
338 uibus sonis fictarum laudum, † nihilominus sunt cordis maculati, & conscientiæ nigræ. Cignus cantando moritur, & Adulatores
339 laudando † vitium moriuntur in peccato, & tentant, vt moriantur etiam illi, quibus laudant peccatum.

Meretricibus quoque non sine causa pos-
340 sunt assimilari Adulatores. Nam † Meretrices

trices habent in ore verba ficti amoris, sed
341 earum intentio stat fixa ad † crumenam,
qua euacuata, cessant quoque amatoria
verba. Ita, & Adulatores, terminatis diuitiis
342 adulati, terminant quoque † laudes, quia si-
343 cut nullatenus nutritur ignis, † sine lignis,
nec ardet lucerna sine oleo, sic non se nutrit
Adulator, vbi desunt bona.
Adulator insuper nõ habet nisi quamdam
344 vanam † apparentiam, quæ est similis vm-
bræ, quæ non habent in se † aliquam substã-
345 tiam; vmbra enim sequitur corpus opposi-
tum luci, & cum fraudolenti apparentia,
346 vt † plurimum facit apparere staturam ma-
iorem, quam non est, & contrafacit omnes
347 corporis actus, itaq; sedit stat, ambulat, sicut
operatur corpus, sed deficiente Sole, aut alia
348 luce, † Vmbra in totum dispahet. Ita, &
Adulator semper sequitur, & imitatur ipsius
349 adulanti, donec † adest lux diuitiarum, sed
cessante dicta luce, cessant penitùs laudes, &
350 ipse † amplius non apparet, cum non adsit
amplius aurum ad eum impignandum.
351 Humanus halitus est calidus, † & frigidus
secundum motum oris, Si extendatur, seù
352 largè aperiatur os, & tunc est calidus, † sed
si stringantur labia, halitus qui exit, est frigi-
dus. Adulatores operantur idem, si enim
353 extendatur os † per adulatos, latè aperiendo
crumenam, & tunc quoque ipsi dilatant os
suum, & calefaciunt adulatos, cum flatu eo-
354 rum laudum, & encomiorum, sed si † os
crumenæ stringatur, nec aliquid eis donatur,
ipsi quoque Adulatores stringunt labia, nec
plus laudant, sed canit Palinodiam, & emit-
355 tunt † flatum frigidum, & fœtidum vitupe-
rij. Hinc illud Psalm. 13. *Sepulchrum patens
est guttur eorum, linguis suis dolosè agebant.*
Ad istas fraudes potest præsumi, quod vo-
luerit alludere Rex Salomon *in Prouerb. c.23.*
356 vbi asserit, quod non debemus † iudicare
vinum secundum dulcedinem amabilem, eo
quia vinum ad gustum sit valde dulce, &
356 suaue, quia ad finem mordebit, † vt facit
serpens, & asperget suum venenum, vt Re-
gulus. Et quia dulcia sunt amica naturæ,
sed videmus, quod amantes, & valdè man-
357 ducantes res dulces, incidunt † in pessimum
morbum opilationis. Verba Salomonis sunt
sequentia: *Non iudices vinum propter dulcedi-
nem, nam in potu suaue est, postea mordebit, vt co-
luber, & sicut Regulus, venena diffundet.*
Qui delectantur, cum Alexandro Magno
358 de dulcedine laudum Adulatorum, † etiam
ipsi euadunt opilati, & tumefacti à superbia,
sine aliqua substantia veritatis, tandem acci-
359 dit, sicut euenit Atconi, † qui deuoratus à
canibus illis fuit, quos ipse nutriebat. Non
sine causa monuit Isaias Propheta cap. 3.
Miseros illos, qui sinunt, se defraudare à supradictis
360 *Defraudatoribus*, scilicet,

Popule meus, qui te beatum dicunt
Ipsi te decipiunt.

Adulatores faciunt quoque, sicut facit
361 Mater illa suo filio, qui valde † lugendo, eo
quia habet caput fractum, dum ludendo ce-
cidit in terram; vnde vt Mater reuocet eum
à planctu, subridens dicit: *O fili mi quare tan-
tum plangis, non ne vides, quod es valens vir, &
fecisti tam pulchrum saltum.* Ita & Adulatores,
362 laudant † vitium, sicut illud esset virtus, &
sic detinent homines in suis vitiis, cum eo-
rum infamibus, & mellifluis verbis, qui ces-
363 sarent, † si Adulatores puram veritatem an-
nunciarent.
Id enim comprobare intendo ex Textu
364 Genes. cap. 11. vbi posteri Noè, † dixerunt
vnus cùm alio: *Venite, faciamus nobis Turrim,
cuius culmen pertingat vsque ad Cœlum.* Sed non
potuerunt terminare talem fabricam, quia
DEVS confuxit eorum linguas, & taliter, vt
365 dum † illi superius petebant vna rem, alia
res, & quidem diuersa allatum eis erat; vn-
de ex hac magna confusione linguarum ob-
uenit, quod Turris non potuerit perfici.
366 Turris infamis † peccati Vanigloriæ, & Su-
perbiæ, quæ à Mundanis ædificatur contra
DEVM, vt se reddant gloriosos in hoc
Mundo, tantum durat, necnon ascendit,
quantum durant, siquidem subditi, & Adu-
367 latores † subministrant materiam, laudando
quantum faciunt, fomentando, & magnifi-
cando eorum vitia, & sanè si eis absolutè
pura veritas prę oculis proposita esset, rema-
neret imperfecta talis Turris superbiæ, & sic
368 Principes † per viam rectam Veritatis, &
Iustitiæ ambularent.
Meritoque ex nostris exclamat *Hieronym.
Cagnol. I. C. celebris in suo tractat. de Vit. & Re-
gimin. boni Principis posit. in princip. suar. Lectur.*
369 *num* 95. quod hodie † Principes per omnes
adulantur, videndo quidem, meliùs Adu-
370 latoribus quàm veritatem dicentibus † suc-
cedere, vnde quæ placent loquuntur, & ideo
adulantur Sacrifici, assentantur Medici, Con-
371 siliarii † haud satis amice consulunt, neque
liberè loquuntur, Magistratus, Proceresque
372 certatim Principis gratiam ambiunt, † & ad
gratiam ferè semper loquuntur, & deinde
sic vociferat. *Et qui à sacrosanctis Confessionibus
sunt, libere, & audacter vix officio suo funguntur,*
373 *quod si faceret me hercle meliores essent Principes.*
Ita fit, vt dum vnusquisque suis studet pro-
priis commodis, vtilitas publica negligitur.
374 Narrat Filopus, quod cum captus † esset
in bello Tubex, statim iussit Dux belli, vt
occisus esset. Cui respondit Tubex, & qua-
re iubes, vt sim interfectus, dum ego, nec
375 euaginaui † gladium ad aliquem occiden-
dum. Respondit Dux, quamuis tu non oc-
cidisti aliquem cum gladio, attamen cum
376 ore, dedisti mortem pluribus, hortando, † &
incitando milites ad pugnam, & sic ad occi-
dendum cum Tuba in ore. Sic faciunt adu-
latores, occidunt multos, cum eorum fal-
377 sis † linguis, laudando vitium, sanè plus
occidunt quam non facit strenuus Miles,
occidendo homines in bello, atque hic tra-
ctatur de morte æterna. Congruitque illud

lere-

Ieremiæ Prophetæ; *Venite percutiamus eum*
lingua.
378 Verè multi excæcati † à prædictis linguis
adulatricibus plures committunt errores, quę
alias non committerent. Narrat moralis Se-
neca, quod quoties Senocrates suam sonabat
379 Tubam, Alexander Magnus, ea audita, eua-
ginabat suum gladium, etiam si non esset in
380 bello pugnaturus. Saltator † dum audit so-
nitus Fidis vel Cytharę, statim incipit saltare
terram pulsando. Non tam citò Adulator
linguam mouet ad mentitas laudes, quod in-
381 citat alios † ad vanagloriam, & superbiam.
Quando Ieroboam fecit Vitulos, eosque
Populus adorauit vti Deos, non desierunt
382 multi, † qui eum laudarunt, incipiendo sal-
tare, & festiuitatem magnam faciendo. Ita
383 etiam quando Aaron instauit † Vitulum
aurum in extremitate Montis Sinæ, non de-
sierunt Adulatores, qui tam sacrilegum, &
nefarium opus laudarunt, & dixerunt ad
Aaron. Isti sunt tui Dij, ò Israel, qui te
liberarunt à dura seruitute Aegypti, verba
Text. sunt in Exod. cap. 32. *Isti sunt Dii tui*
Israel, qui te deduxerunt de terra Aegypti. Qui-
384 bus † Dijs extruxerunt Altaria, & imola-
runt Sacrificia, & solemnizarunt cum festis,
cantis, & saltationibus cõsecrationem eorum
Altarium. *Quod cum vidisset Aaron, adificauit*
385 *Altare coram eo, & praconis voce clamauit, † di-*
cens, cras solemnitas Domini est, surgentesque mane
obtulerunt Holocausta, & pacificas hostias, & sedit
Populus manducare, & bibere, & surrexerunt lu-
dere. Ecce cuius mali causa fuerunt linguæ
386 illæ † adulatrices, & quid sacrilegijs dede-
runt occasionem.
Certè, certè si tam Ieroboam, quam Aa-
ron habuissent aliqui habẽtes timorem DEI,
387 & † cum charitate eos reprehendissent, sicuti
habuerunt multi Adulatores, qui laudarunt
eorum indignas actiones, forsitan tam hor-
renda non commisissent, nec Populus idola-
388 trasset. Quare † condigne dixit loquendo
de Adulatoribus Osea Propheta cap. 7. *In ma-*
litia sua latificauerunt Regem. Reliqua vide in
sequenti §.

SVMMARIVM

sequentis §. V.

389 *Adulatio est pestis mortifera, Morbus crudelis, ve-*
nenum dulce, & saccharium mortale.
390 *Adulator, vt alter Iudas prodit homines mediante*
osculo.
Aquila in altum extollit testitudinem, vt pracipi-
tet ad saxum, num. 390.
391 *Adulator in sublimem extollit adulatum, vt pra-*
cipitet.
392 *Laudatus, quando quis est maiorem se putat, quam*
non est.
393 *Laudari, quis se desiderat etiam in eo, cuius ipse*
contrarium facit.
394 *Laudator potest dici, quod sit adulator*.
395 *Adulator imitatur Coquum*.
396 *Coquus solum quarit, quod cibus sapiat, non curan-*
do, an prosit, vel obsit.
Coquus nullam rationem habet de stomacho langui-
do, vel debili capiti, num. 396.
397 *Coqui Placentini, id solum attendunt, quod laudes*
arrideant adulato, nullatenus curando, an prosint
vel obsint.
398 *Adulatores solum studens vt laudes sapiant, cate-*
rum vero derident.
399 *Coqui Veronenses, sic sincere amant veritatem, vt*
dummodo illam dicant, non curant de damno.
400 *Veritatem sectantes imitantur Medicos, asserendo,*
hoc est bonum, hoc est malum.
401 *Veritas paucos delectat plures assentatio*.
402 *Adulatores, qui beneuolè audit stultus est, vt deri-*
detur ab ipsis Adulatoribus.
403 *Peccata nutrit adulatio, & sicus oleum flammas, sic*
& adulatio vitia fouet.
Adulatoribus, qui credit, timeat infaustos exitus.
404 *Adulatio aquiparatur morsui Capra*.
405 *Capra lambendo arbores, exsicant, & cum illas*
osculari videantur occultum venenum infundunt.
406 *ab Adulatorum morsibus cauendum est, cum possint*
afferre malum irreparabile.
407 *Adulatores, Cato, dictus sapiens, comparabat ve-*
natoribus auium, qui dulciter canendo decipiunt
incautas aues. & num. 408.
409 *Viri boni dum laudantur, valdè timent*.
Adulatio est mendax laudatio, & mera derisio.
num. 409.
410 *Tertullianus nolebat adulari Imperatorem de Di-*
uinitate.
411 *Tum quia adulari nesciebat, nec eum decipere*
audebat.
412 *Adulationis materia est alta radicis*.
413 *Finis debet correspondere principio*.
414 *Adulatores, vt gratiam Principum captent, eos*
adulant.
415 *Adulatio propriè est scabies Regia*.
Principum conditio infelix est, cum nunquam, aut
rarò veritatem audiunt, num. 415.
416 *Principibus timetur veritas dici ob timorem di-*
gnitatis.
417 *Viri boni non audent dicere veritatem Principibus,*
dum vident fraudolenter esse elatos ab alijs, &
num. 418.
419 *Augustus, in morte Varij valde à dolore fuit op-*
pressus, cum non haberet, qui amplius ei verita-
tem diceret.
420 *Veritas fugit Potentum limina*.
421 *Alphonsus Rex, dictus Sapiens, libros legebat,*
quia cum liberè loquantur non adulantur.
422 *Antigonus Rex, fuit vnus ex successoribus Alexan-*
dri Magni in Asia.
423 *Antigonus Rex nunquam audiuit veritatem, nisi*
quadam nocte quo incognitus stetit inter viros
agrestes.
424 *Et quando ei fuit allata purpura, quid memorandi*
dixit, & num. 425.
426 *Antigono Regi, cum esset dictum ab Adulatoribus,*
quod Regi omnia iusta, & honesta sunt.
427 *Quid mascule, & prudenter respondit*.
428 *Regi honestas, Tyranno voluptas proposita est*.

Princeps

429 *Princeps, vt timeatur à subditis caueat, vt ipse DEVM timeat.*

430 *Principis malum exemplum maius damnum affert publico quam quoduis magnum delictum priuatorum.*

431 *Fauilla ignis plus nocet in oculo, quam carbo accensus cadens super pedem,*

432 *Turris, vbi se tueri debet Princeps, non debet esse Dignitas, sed bonitas vitæ.*

433 *Vitæ bonitas defendet Principem ab insidijs malignantium.*

434 *Principis dignitatem officij debet habere pro accessorio, & bonitatem vitæ pro principali, quando est calumniatus.*

435 *Octauianus Imperator meruit omnium primus genuflexum adorare CHRISTVM natum, eique incensum dare.*

436 *Octauianus Imperator solitus erat dicere, quod non curabat linguam malignantium, dum eius vita regulata erat, & num. 437.*

438 *Conscientia superat quidquid mali confixit lingua.*

439 *Regis officium est Iustitiam colere, & iura sua vnicuiqui intacta seruare.*

440 *Principi, quod omnia liceant, intelligendum est, de omnibus, quæ iusta sunt.*

441 *Princeps terrenus, debet imitari Principem Cælestem.*

442 *DEVS iustus est, & omnia rectè disponit, & ordinat.*

443 *DEVS quamuis Omnipotens sit, non tamen potest committere peccatum, aut quicquam iniustum facere.*

444 *Princeps terrenus, nullus fuit adeo temerarius, qui præsumpserit, se parem, aut maiorem auctoritatem habere cum DEO.*

445 *Romani gloria rerum bene gestarum tumefacti, magnam superbiam fouebant.*

446 *Romani à superbia inflati aliquando dederunt in delirium.*

447 *Romani decreuerunt, vt Imp. nullum in Deum sumeret, nisi à Senatu esset approbatus.*

448 *Romani in decernendis legibus fuerunt iustissimi, & prudentissimi.*

449 *Hominis arbitrio, quod diuinitas pensetur, stultum est asserere.*

450 *DEVS non egit fautoribus, & num. 451.*

452 *Magi adoraturi Puerum IESVM venerunt Hierosolymam, dicendo vbi est natus REX Iudæorum.*

453 *Herodes, quando audiuit, quod Magi quærebant Regem Iudæorum valde turbatus fuit, sed cur turbatur.*

454 *Et turbationis causa fuit quia sciebat, quod Romani sanxerunt, vt nullus diceretur Rex, vel DEVS sine eorum consilio.*

455 *Romani volebant, quod Diuinitas ex eius æstimatione penderet.*

456 *Lex humana non potest quidquam in naturam Diuinam, aut Diuinitatem.*

457 *Temeritas execranda est velle præsumere esse supra humanum fastigium, & extra terminos humanitatis.*

458 *Principes, quod velit spernere, quod DEVS ordinauit summè temerarium est, & nec impunitus transibit.*

459 *Refertur memorabile exemplum de quodam Rege superbo, qui putabat se posse deponi à sede à DEO.*

460 *Et qualiter in omnium exemplum benè humiliatus fuit à DEO, à num. 460. vsque ad finem.*

§. V.

CONTINVANDO, & hic in præsenti §. terminando, loqui de pessimo vitio adu-
389 lationis, quæ † est Pestis mortifera, Morbus crudelis, Venenum dulce, & Saccharium mortale. Nam est Adulator, vt alter Iudas
490 prodit homines, mediante Osculo. Aquila in altum quidem extollit Testudinem, sed vt ex alto præcipitem ad saxum allidat, &
391 conterat. Adulator quidem in sublimen extollit, sed vt elatum in sui admirationem, & in fastum præcipitet in amabili lapsu, &
392 quis † est, qui laudatus non se circumspiciat & maiorem imò alium se esse credat, quam sit, prout satis demonstraui supra à num.

Adeò enim indulgemus nobis, vt laudari
393 velimus in nobis illud, † cui contraria nos facimus, libenter auditur, quod delectat, & offendit omne, quod nolumus: Quando quis ita facilè laudat, & habet mel in ore,
394 non esset miraculum asserere, † quod esset adulator. Hinc protestatur Romanus Orator 1. Rhetor. quod ipse abhorrebat aliquem laudare, ne videretur Adulator. Sane potest
395 asseri, quod Adulator est vti † optimus Coquus, qui solum attendit, vt cibus sapiat, sed an prosit, vel obsit, hoc ipse nullatenus
396 aduertit. Vnde attentè tantum † insudat, vt ori, & palato, & non an noceat capiti, vel stomacho, itaque nullam rationem habet, quamuis eius Dominus sit languidi stomachi, vel debilis capitis.

Tales sunt Placentini Coqui, qui id so-
397 lum attendunt, illudque tantum † student, vt cumulum suarum laudum, voluntati eorum, qui per eos adulantur arrideat, nullatenus curando, an noceat eis, vel aliquod
398 magnum malum possit † eis contingere, itaque hoc tantum interrogant. *Sapit ne, & si affirmatiuè respondetur, replicant si bene voluntati coximus salua sunt omnia, aliud non quærimus.*

Non ita gerunt Veronenses Coqui, idest
399 illi, qui veritatem † tantum sincere amant, nam, vt purè eam pronuncient, nullatenus attendunt an gustet palato audientium, scilicet eorum voluntati, nec ne. Sed tanquam periti, & docti Medici, ingenuè fatentur.
400 *Cibus † iste confert sanitati, ille verò nocet, & similia.* Homo enim veridicus palam, & purè veritatem dicit nullatenus attendendo ad illud, quod

401 *Veritas paucos † delectat, plures assentatio.*

Et tamen, qui beneuole audit Adulatores, stultus est, itaut deridendum se exhibeat ipsis quoque Adulatoribus. Vtique Adulator,
402 aut falsas virtutes quoque prædicat, aut veras

veras, mentitur: Nam, vt inquit Beda, *Ipsa peccata nutrit adulatio, sicut oleum flammas, sic in*
403 *culpa ardentibus, † ipsa adulatio solita est præstare fomentum*. Qui enim credit adulatoribus timeat infaustum exitum.

Prudenter quidem plures æquiparantur
404 Adulatores morsui Capræ; Nam, vt scribit Naturæ Secretarius Plinius, quemadmodũ mortiferus est, sic enim inquit: *Capræ lambunt arbores, & lambendo exsiccant, cum illas oscu-*
405 *lari videantur, occultum venenum infundant, quo pereant &c.* Tales enim Capræ ab Adulatoribus imitantur.

Cauendum enim est ab ipsis morsibus A-
406 dulatorum, nam non parum † afferre possunt damnum, & quidem irreparabile, & tunc cautius animus ab eis remouendus, dum magis suauiter laudando canunt. Op-
407 tima quidem † similitudine prudens Cato in his terminis vsus est, assimilando Adulatores Aucupibus, qui vt Aues inuadant, & capiant dulcissimè canunt. Verius autem sunt.

Noli homines blando nimium sermone probare
Fistula dulce canit, volucrem, dum decipit, auceps.

Sicuti enim Auceps dum dulciter canit
408 Fistula, decipit incautas aues, sic, & † homines adulatores suo blando sermone, incautos viros decipiunt. Vnde boni dum lau-
409 dantur non parum † contremiscunt. Ac adulatores derident. Quoniam &

Adulatio est mendax laudatio & mera derisio.

410 Quare viri † iusti summè abhorrent aliquem adulari. Vnde dicebat Tertull. in Apolog. cap.33. *Nolo Imperatori de diuinitate*
411 *adulari. Vel quia mentiri nescio, vel quia decipere illum non audeo.*

412 Verum cum materia † ista adulationis, sit altæ radicis, certè eius finem dicendi, non ita facilè animaduerto inuenire. Ideoque tempus est abrumpere talem situm, & quia
413 finis † æquum † est, vt correspondeat principio. Ideoque cum incœperim loqui de adulatione, quoad Magnos Principes. Ideoque ad eos in specie redeo; nam cum verba fecissem quoad Summam Potentiam Regũ,
413 quæ à secundo Aulico † Regis Darij, vt dictum est supra à num.50. pronunciata fuit res magis potens Mundi, & hac occasione loqui incœpi de perfidis Adulatoribus, qui vt gratiam Principum, ob eorum priuatum
414 interesse obtineant, summè † illos adulantur, quoad eorum supremam potestatem. Quæ an vera sint, necne æquum iudicium, qui sapit ille ferat.

Adulatio propriè est scabies Regia, & cer-
415 tè infelicitas magna est illa † Principum, qui nunquã, vel rarò audiant simplicem veritatẽ, ex causa maledicta linguarum adulantium.
416 Miseri sunt illi, qui, vt aures propitias præbeãt fraudulentibus laudibus Adulatorum, non agnoscunt proprios defectus, & crimina ob timorem dignitatis, etiam Viri boni timent propalare, videndo ab alijs Principes
417 fraudolenter esse † elatos, & inde oriuntur multa mala. Tantoque magis ingemiscendum venit in summis Principibus, quibus sicut paternè monet Gregorius ille Magnus, his verbis: *Delinquentem, namque cum redarguere*
418 *nullus præsumit, atque in exemplum † culpæ vehementer extenditur, quando pro reuerentia ordinis peccator honoratur*. Augustus Imperator (de
419 quo, & dicam infra) in morte † Vari sui intimi Consiliarij à magno fuit oppressus dolore, conquerendo, quia non erat amplius, qui puram veritatem esset dicturus; nam, vt dici solet,

Fugit Potentum limina Veritas.

Satis enim aptè Alphonsus Rex, cogno-
420 mento Sapiens, † solebat dicere, cum nullus ei veritatem auderet dicere, quod descedere volebat ad loquendum cum mortuis, idest
421 cũ liberis, qui cũ liberè † loquantur, ineorũ dictis sunt veraces, & absentes ab adulando.

Fertur de Rege Antigono, vnus ex suc-
422 cessoribus Alexandri Magni, † qui regnauit in Asia, inter venandum mutata veste, relictis comitibus apud agrestes homines errabundus in vili tugurio pernoctauit incogni-
423 tus. Et cum de ipso tamquam de † altero percontatus astantes curiosè esset; quidem omnia quæ fecerat mala, ab eis audiuisset.
424 Manè quæsitus, & inuentus, † cum vestem allatam, atque Regium ornatum vidisset, *Date*, inquit, *purpuram, quam vt primum indui,*
425 *verum de me nisi in hac nocte, qua spoliatus eram, nunquam audiui*. Eidem Regi egregio, cum
426 semel † ab Adulatoribus esset dictum, quod omnia Regibus essent licita, & honesta. Generosè talem iactantiam suppressit.

Ista quidem vera sunt apud Reges Barbaros, &
427 *Tyrannos, † apud verò nos tantum iusta, quæ iusta sunt, & ea honesta tantum, quæ honesta sunt.*

O præclara, & verè Regia responsio. Sa-
428 nè Tyranno † voluptas propria est, Regi verò honestos, secundum opinionem Aristotelis.

Illud valdè caueat, Princeps vt timeatur à subditis, ipse amet, ac timeat DEVM.
429 Atque pro massima indubitata tenere debet quod parum malum exemplum Principis
430 affert maius damnum publico, quod † quantumuis magnum delictum priuatorum.

431 *Plus sanè nocet fauilla ignis in oculo, quam † carbo accensus cadens super pedem.*

432 Turris enim vbi se tueri intendit † Princeps, non debet esse Dignitas, seu sublimis Potestas, sed bonitas vitæ quæ ista defendet
433 eum ab insidijs † malignantium. Sicque necessario opus erit habere dignitatem officij pro accessorio, & bonitas vitæ pro princi-
434 pali, vnde de nemine quantumuis maligno timebit.

Octauianus egregius ille Imperator Romanorum, qui meruit omnium primus ge-
435 nuflexus † adorare benignum DEVM nostrum

ſtrum incarnatum in Sphera Solis, eique in-
cenſum dare, & hoc in die Natiuitatis DO-
MINI. *Vide ad Diſcurſum par.4. tom.4. recent.*
à num.140. vbi de eo dixi. Iſte enim Impera-
436 tor † ſolitus erat dicere, quod non curabat
malignam linguam eorum, qui obloquebã-
437 tur † de eo, dummodo eius vita ità erat re-
gulata, vt eorum lingua non poſſet ei afferre
438 nocumentum, Quoniam ſuperat† conſcien-
tia, quidquid mali confixit lingua ſubdi-
torum.

Regis enim officium eſt Iuſtitiam colere
439 & iura † ſua vnicuique ſeruare. Quatenùs
verò aſſeratur, quod Principi omnia liceant
id intelligendum venit de omnibus, quæ iu-
440 ſta† ſunt. Siquidem Princeps terrrenus imi-
tari debet Principem Cæleſtẽ, ideſt DEVM,
441 at DEVS † iuſtus, & omnia rectè diſponit,
& ordinat, & licet Omnipotens ſit, non
443 tamen † poteſt facere peccatum, aut quid-
quam iniuſtum, Ergo &c. Nec vllus Prin-
444 ceps terrenus † adeò fuit temerarius, qui
præſumpſerit ſe parem, aut maiorem aucto-
ritatem cum DEO habere. Sanè quidem
Romani, qui gloriam rerum præclarè felici-
445 ter † geſtarum inflati tanta ſuperbia terge-
bant, vt aliquando in delirium etiam de-
446 deruut, vt benè patebit ex ſequenti lege, ſeu
decreto, nam certè eorum fuit ridicula, &
inſolens ſuperbia. Apud enim eos erat ve-
tus decretum (vt refert Tertull. Apol cap.5.
Ne quis Deus ab Imperatore conſecraretur, niſi à
447 *Senatu approbatus.* Vnde obſtupeſcens Ter-
tull. de tam inſolito, & aereo decreto, cũ &
448 alias in ferendis legibus fuerunt † pruden-
tiſſimi, & iuſtiſſimi. Vnde de ſupradicta le-
ge ſic eos irridet Tertull. Hominis arbitrio
Diuinitas penſitatur, niſi homini DEVS
449 placuerit, † Deus non erit, homo in DEO
propitius eſſe debebat &c.

Quaſi Numen, & potentia illa Diuina,
quæ ſolo nutu totum tremefacit Olympum
450 fautoribus indigeat. Hinc dixit S. Ioannes
Chryſoſtomus homil.66. ad Populum, *Se-*
451 *natus hanc † habet poteſtatem Deos creandi, & de-*
cernendi. Refertur apud Matth. cap.2. quod
Magi adoraturi puerum IESVM ingreſſi
452 ſunt † Hieroſolymam, dicentes: *Vbi eſt, qui*
natus eſt REX Iudæorum? Audiens enim He-
rodes Rex turbatus eſt, & omnis Hieroſo-
453 lyma † cum illo, Cur turbatur Herodes?
cur timet? cur trepidat?

Opportunè explicat ibi Gloſa, cauſam hu-
ius turbationis, dum inquit. *Non ſolum per*
454 *ſe timet Herodes, † ſed propter iram Romanorum*
ne quis Rex, vel Deus, ſine eorum conſilio diceretur.
Nam, vt egregiè dixit Tertull. vbi ſup. c.13.
Salus Dei cuiuſcumque ex Senatus æſtimatione pen-
debat. Deus non erit, quem homo conſul-
455 tus noluiſſet, & nolendo damnarot, † Quaſi
humana Lex poſſet quempiam in naturam
Diuinam, aut Diuinitatem.

Sanè execranda temeritas illa eſt, dum
homo quantumuis Magnus præſumere ve-
457 lit, † quod eſt ſupra humanum faſtigium,
& extra terminos humanitatis faciendo ſe
arbitrum Diuinitatis, ac putando ſe illi eſſe
458 ſimilem, imò † maiorem DEI, & inſuper
ea, quæ ordinauit, ſpernere, ſed certè ſint,
quod impuniti non remanebunt. Hic igitur
pro fine præſentis materiæ poteſtatis Regis,
459 memorabile † exemplum verè dignum, vt
in omnem perpetuitatem vadat, deducam,
ac illud refert *S. Antoninus Summa Theolog.*
par.2. tit.3. cap.2. fol.186. col.4. de ſpeciebus ſu-
perbiæ narrat, vt infra.

460 De quodam Tyranno ſuperbo, quod cum
audiſſet pluries decantare in Eccleſia illud.
Diſperſit ſuperbos mente cordis ſui. Depoſuit po-
tentes de ſede, & exaltauit humiles; vocauit Cle-
ricos, & mandauit eis, vt deberent radere de
libris ſuis illos verſus, quia falſi erãt, dicens
de ſede ſui dominij à nullo poſſe deponi, cui
cum è contrario dicerent non acquieſcebat.

461 Accidit, vt quadam die † iret ad balnean-
dum ſe cum magna Comitiua, cumque di-
miſſis veſtibus ſolus fuiſſet balneum ingreſ-
ſus, inde ad modicum Angelus Domini ap-
paruit in effigie illius Domini quaſi exiens
de balneis nudus, cumque omnes æſtima-
rent illum Dominum eſſe ſuum reindutum,
aſſociantes omnes cum eo, redeunt ad Ciui-
462 tatem, & ad domum, † verò Domino re-
manente in balneis, & tranſacta aliqua mo-
rula exiens de balneis nudus, neminem in-
uenit, nec etiam ſuos pannos, ſed quoſ-
dam miſeros conciſos, cumque alios non
haberet in promptu illos indutus, furore re-
pletus contra familiam ſuam, quia eum di-
miſerant reuertit ad Ciuitatem, & incipit in-
terrogare Ianitores de familia ſua, nominan-
do nunc vnum, aut alium conquerendo
quomodo eum fuerant auſi, ità dimittere
ſolum.

463 Illi verò, qui viderant † Angelum in for-
ma eius reuerſum domum cum comitiua,
quem Dominum credebant, videntes hunc
malè indutum reputarunt eum vnum fatuũ,
qui faceret ſe Dominum ex fatuitate, & ſic
deridendo loquebantur cum eo ſicut fit
cum fatuis.

464 Turbatur iſte † magis, & miratur, vadit ad
Palatium, & multi cũ eo deridendo. Dum-
que ab aliquibus maturioribus diceretur,
quod Dominus Ciuitatis erat in Palatio, &
quod ipſe errabat, ideò non diceret talia,
Ille attonitus, & præ admiratione, quaſi alie-
natus à mente dicit: *Quid eſt, quod dicitis?*
Non cognoſcitis me Dominum veſtrum, qui egreſſus
paulò ante de Ciuitate & iui ad balnea? quomo-
do ergo dicitis Dominum eſſe in Palatio?
quis eſt iſte Dominus alius, quam ego.

465 Fiunt hæc nota Angelo, qui Dominum
putabant, qui ad ſui humiliationem maio-
rem fecit eum vocare, vt ſic loquendo co-
rã alijs irridebat eũ. Et illè Dominus male in-
dutus videns Angelum ab hominibus ha-
beri vt Dominum, & ſe contemni, dicit:
Quomodo iſte eſt Dominus Ciuitatis, & quomodo
Dominus fuerat in balneis, nec etiam ſuas ve-

ſtes

stes inuenerat, & quod miratur, quomodo ipse teneatur Dominus Ciuitatis, quod suũ erat, omnesque in risum conuertebat.

466 Demum Angelus auocauit eum solum in camera, & reduxit sibi ad mentem superbiam suam, qua vsus pluries fuit, in verbis dicens, *Reges sede non posse deponi, & illos versus debere abradi*, ostendens sibi manifestè an vera esset illa sua insania, & quomodo fuit de sede non solum priuatus, sed fatuus à cunctis reputatus, & ideo disceret humiliari, & non superbire.

467 Qui recognoscens peccatum suum indutus ab Angelo vestibus suis,& ipso disparente & egressus de camera, receptus est à suis, vt Dominus. Narrans gesta per Angelum &c. Ita S. Antoninus.

Atque hæc dicta sufficiant, quoad illam opinionem,vtrum Rex sit magis potens res huius Mundi, vt prætendebat secundus ille Aulicus Regis Darij, de quo supra nu. 50.

SVMMARIVM

sequentis §. VI.

469 *Mulier fuit indicata res fortior existens in Mundo à tertio Aulico Regis Darij.*

470 *Mulier generat Reges, & illos qui plantant vineas easque custodiunt.*

471 *Vinum, & Reges, cum secundum aliquos sint res fortiores in hoc Mundo, ergo fœminæ, cum illos generent, omnium fortissimas esse debere.*

472 *Sampson à nullis funibus poterat ligari, quamuis essent validissima.*

473 *Et etiam illa essent contexta, & canape,& neruis.* *Sampson plures actiones fecerat magna quidem fortitudinis.*

474 *Sampson, licet esset inuincibilis, & nullo modo poterat ligari.*
Nihilominus fuit deuictus, & ligatus à simplici muliere, num.474.

475 *Sampson validus, & fortis suffocauit Leonem.* *Sampson, licet suffocauit Leonem tamen amorem suum suffocare non valuit, num.475.*

476 *Sampson, quamuis vincula hostium disruperit, propria tamen soluere non potuit.*

477 *Iudith fortissima, & pulcherrima fœmina valde se generosè gessit, dum decollauit fortissimum Ducem Holofernem.*

478 *B. VIRGO præ omnibus fortissima mulieribus, sat est, vna allegari.*

479 *Beata VIRGO est Filia amatissima PATRIS AETERNI.*
Gloriosissima Mater VERBI AETERNI.
Sacrarium preciosissimum SPIRITVS SANCTI.
Lilium cãdidissimum SANCTISSIMAE TRINITATIS.

480 *Rosa pulcherrima Cælestis Viridarij ex qua, & nasci, & lactari REX Cælorum.*

481 *B. VIRGO est omnipotens apud Omnipotentem eius Filium.*

482 *Sanctissima MARIA vocatur ab Ecclesia, Sancta VIRGO POTENS.*

483 *Beata VIRGINIS potentia non est ordinaria. dum permansit Virgo, & euasit Mater, & genuit eum, qui est Omnipotens.*

484 *B. VIRGO est potentissima per eius Filium, & potentissima apud eumdem.*

485 *DEVS Omnipotens exaltauit eius B. VIRGINEM, & omnia ipsa ei possibilia esse voluit.*

486 *B. VIRGO, nunquam petijt gratiam aliquam à Dilecto Filio suo, quam non reciperet.*

487 *in Dataria Cælesti, omnes supplicationes, quæ porriguntur à B. VIRGINE, omnes cum illo gratioso rescripto FIAT, signantur.*

488 *B. VIRGO apparendo Glorioso Martyri Thomæ Cantuariensi,quid ei promiserit, & num.489.*

490 *B. VIRGO inter alia gaudia quæ habet in Cælo, illud est mirabile, vt non petat gratiam aliquam ab eius FILIO, quin perfectè non consoletur, & num.491.*

492 *Supplicatio materna, dici potest apud Filium Imperium.*

493 *B. VIRGO accedit ad Filium, non solum rogans, sed etiam imperans vti Domina, non vti Ancilla, & num.498.*

494 *Beatam VIRGINEM fecit magnam qui POTENS est.*

495 *Magnalia, quæ fecit DEVS in B. VIRGINEM qualia sunt.*

497 *B. VIRGINI nihil est impossibile, & nullus casus est ei desperatus.*

498 *CHRISTVS ad Nuptias Canæ Galileæ adfuit, vna cum eius Sanctissima Matre.*

500 *B. VIRGO existens in Nuptijs Canæ Galileæ, aduertens Vini defectum, accedit ad Filium.*

501 *Supplicans eum, Vinum non habent. & ipse potius dedit negatiuam, quam affirmatiuam responsionem pro operando miraculo.*

503 *Et nihilominus gratiam operatus est, & quare vide in num. seq.*

506 *CHRISTVS, quantumuis dixerit B. VIRGINI, dum petijt miraculum Vini, Non dum venit hora mea, postea tamen fecit, quod voluit eius Mater.*

507 *Beata VIRGO orando Filium rogat, & rogando imperat.*

§. VI.

SVPERIVS iam relata sufficiant circa opinionem illorum duorum Aulicorum Regis
468 Darij, de quibus † supra. Quorum primus putauit rerum omnium potentissimum esse Vinum, alter verò asseruit esse Regem; sed nec prima, nec secunda opinio fuit recepta. Nunc accedamus ad defendendam alteram
469 opinionem tertij Aulici, qui vocabatur Zorobabel. Iste enim voluit, quod res fortior in Mundo erat Mulier, nam ex Mulie-
470 re oriuntur Reges, & † omnem populum, qui dominatur Mari, & Terræ, & ex illis, qui plantant vineas ex quibus Vinum fit, si
471 enim Vinum, & Rex ex sententia † illorum primo-

primorum Aulicorum erant tres potentio-
res, quæ reperiuntur in Mundo, quid erit
dicendum de Muliere, à qua originem ha-
bent prædicta; & sanè quoad magnam po-
tentiam Mulierum addo, quod fertur de
Sampsone, qui nullatenus à funibus ligatus
472 esse poterat, † etiamsi essent valdè validæ, &
de canape, aut ex neruis essent fabricatæ, quia
omnes illę tamquam debiles facilè soluebat,
473 tamen non obstante tam † magna fortitudi-
ne demõstrata, etiam ex aliis generosis actio-
nibus, quæ de tam Viro forti, imò, & for-
474 tissimo narrabantur, & tamen † à simplici
Muliere vocata Dalida, facilè domatus fuit,
vt legitur in lib. Iudic.
De qua re non parum admirans Sanctus
475 Ambrosius, sic inquit, *Sampson † validus, &
fortis, Leonem suffocauit, sed amorem suum suffocare
non potuit. Vincula soluit bestium, sed suorum non
soluit, Messes incendit alienas, & vnius ipse Mu-
476 lieris accensus † igniculus messem suam virtutis
amisit.* Fortis etiam Mulier illa celeberrima
vocata Iudith, quæ viriliter, & generosè de-
477 collauit † magnum illum, & fortissimum
Ducem Holofernem, & tam prudenter se
gessit, vt DEO adiuuante, mirabilia opera-
ta fuit; vt habetur in lib. Iudith, & præser-
tim *cap.13.* Et magnum gaudium, & vtilita-
tem attulit Populo Bituliæ, vide etiam alia
in dicto lib. Iudith.
Verum vnam pro omnibus Mulieribus
fortibus sat mihi erit deducere, quæ non so-
478 lum fortis, imò fortissima † dicenda est, &
ista est Gloriosissima Domina, & Aduocata
nostra MARIA, Filia Amantissima Patris
Aeterni, Gloriosissima Mater Verbi Aeter-
479 ni, † Sacrarium preciosissimum Spiritus
Sancti, Lilium candidissimum Sanctissimæ
480 TRINITATIS. † Pulcherrima Rosa Cæ-
lestis Viridarij, de qua, & nasci, & lactari
voluit Rex Coelorum.
Quam enim sit Potens, imò Omnipotens,
481 prædicta † Gloriosa Domina Nostra MA-
RIA apud Omnipotentem DEVM Nostrũ,
benè patet ex eo, quia ab Ecclesia Sancta
482 DEI † vocatur *Virgo POTENS*, & certe
eius potentia non est ordinaria, dum per-
483 mansit Virgo, † & euasit Mater, & genuit
eũ, qui est Omnipotens. Vnde clamat San-
ctus Bonauentura in Specul. Virgin. cap.8.
*Tu es Mater potentissima Creatoris, ipseque tecum
484 potentissime est. Ideo tu es † potentissima per ipsum,
& potentissima apud ipsum.* Et vt dixit Sanctus
Anselmus in libro de excellentia eiusdem
Virginis lib.12. *Te Omnipotens DEVS (O Bea-
485 ta Virgo) exaltauit, & omnia † ipse Tibi possibi-
lia esse voluit.* Insuper ipsa nunquam petijt
486 aliquam gratiam † Dilecto FILIO, quod
fuerit ei denegata. In Dataria enim Cæle-
sti omnes supplicationes, quæ ab ipsa porri-
487 guntur, † vltrò à Supremo Datario Diuino
eius Dilectissimo Filio, signantur cum gra-
tioso illo Rescripto.

FIAT VT PETITVR.

Idque benè comprobatur ex eo, quia ea-
488 dem Beata Virgo, semel † apparendo Glo-
rioso CHRISTI Martyri Sancto Thomæ
Cantuariensi, cui promisit (*vt refert R.P. Ber-
nardinus de Bustis in suo celebri Mariali*) si ipse,
vel quilibet alius quotidie recitauerit deuo-
489 tè septem AVE in honorem septem † Gau-
diorum, quæ habet in Paradiso. Ipsa omnes
in periculoso tempore mortis adiuuabit, &
consolabit. Sed illud facit ad propositum
490 nostrum, quia † ipsa Mater DEI referendo
dicta Gaudia illud in quarto loco retulit.
491 *Omnes gratias quas peto † Dilecto FILIO MEO,
statim mihi conceduntur &c.*
Accedit insuper, quod materna supplica-
492 tio, vt ita † dicam, Imperium est. Nam
vt affirmat S. Petrus Damianus, cum ipsa
VIRGINE sic alloquente: *Accedis ad Tuum
493 Filium non solum † rogans, sed etiam imperans vti
Dña, non vti Ancilla.* Ipsa enim VIRGO, ait
494 apud Luc. cap.1. *Fecit mihi † magna, qui potens
est.* Quæ sunt ista magnalia, quæ operatus
est DEVS in Virgine. Potentia enim DEI
495 fecit Magna † in MARIA, nunquid ipsam
potentiam, quodammodo MARIÆ com-
municauit?
496 Pulchrè, † obsecro, audiamus eumdem
S. Petrum Damianum sic pariter cum ea
alloquentem, *Fecit TIBI magna, qui potens est,
& data est TIBI omnis potestas in Cælo, & in Ter-
497 ra, † & nihil TIBI impossibile est, cui possibile est
desperatis in via beatitudinis relevare.* Profectò
498 non accedit, vti rogans, † sed veluti impe-
rans, quam ita magnam fecit, qui potens est.
Tandem ad hoc ponderemus sac. textum
apud Ioann. cap.4. Inuitatur CHRISTVS ad
Nuptias Canæ Galileæ, adest etiam nuptiali
499 conuiuio † eius Sanctissima Mater, & no-
stra Aduocata, cuius oculata pietas anteuer-
500 tit Vini defectum, & accedens † ad Filium
DEVM, sic eum supplicat, *Vinum non habent.*
CHRISTVS enim sic respondit verbis, quasi
501 austeris, *Quid mihi, & tibi Mulier, † Nondum
venit hora mea.*
Hæc verba sanè supplicationis negatiuam
sonant. Quasi importuno tempore fieret
502 supplicatio, † nec tunc vellet operare mira-
culum. Sed Beata VIRGO, ac si CHRI-
STVS, ipsi indulxisset miraculum operare,
503 Læta petijt † ad conuiuij ministros, vt sta-
tim, in omnibus FILIO obsequantur, *Quod-
cumque dixerit vobis facite.* Sic per suam ratio-
nem præsumit, vt quamuis CHRISTVS
ipse repulisse videatur.
504 Nihilominus † MARIA impetrationis se-
cura; nam id comprobauit euentus ipse,
quoniam statim SALVATOR noster refu-
tatum miraculum operatus est. Sanè hic
505 non tam miranda est † miraculi magnitudo,
quia DEVS Omnipotens est. Quam B. VIR-
GINIS supplicis orationis omnipotentiam.
Dixerat CHRISTVS, nondum esse op-
506 portunum † tempus, & hoc non obstante
facit, quidquid rogauit eius Pia Mater roga-
ta est. Quod benè animaduertit os illud
aureum

aureum S. Ioann. Chrysostom. homil. 20. in Ioann. ibi, *Quamuis dixerit, nondum venit hora mea, postea fecit, quod Mater dixerat.*

O MARIAE voces suppliciter omnipo-
507 tentes oras, † an imperas, sanè orando rogas, & rogando imperas.

Desisto inuitus deponere talem dulcem
508 materiam † benignitatis, & magnæ potentiæ nostræ Benignæ Aduocatæ, cum hæc induxerim incidenter, & in diuersis locis iam de ea aliquá disserui, & duo Volumina ex meis, iam in lumine publico posita, nempè, *De Testamentis, & de Validitate Legali eidem inscripsi, & nunc Volumen, quod præ manibus habeo, De Consolatione Afflictorum, Controuersiæ Legales eidem inscribere intendo, tamquam vera Consolatrix Afflictorum, quæ nos consolare semper quærit, cum ab Ecclesia Sancta DEI intituletur CAVSA NOSTRAE LAETITIAE.* Et benè comprobabo in Epistola Dedicatoria dicti Voluminis. Recta nunc via Domum redeundo, vt in sequenti §.

SVMMARIVM

Sequentis §. VII.

510 *Mulieres sunt valdè potentes ad operandum bonum.*

511 *Mulirres sunt valdè fortes, & potentes ad operandum malum, quando dant in reprobum sensum.*

512 *Fœmina mala, multos homines ad præcipitium trahunt.*

513 *Mulieris etiam piæ, conuersatio cum viris, quoque pijs, & religiosis, timenda est.*
Oculi, casta, non semper casta feriunt, num. 513.

514 *in Mulieribus etiam pijs insunt nescio, quædam illecebra, quamuis maturitatem, & pietatem loquantur.*
Videndum non est, quod non licet concupiscere, num. 514.

515 *Viri etiam boni timeant mulierum conuersationem, ne sub specie pietatis, imprudenter agant.*
Et sic dulce aliquod venenum non hauriant.

516 *Prodesse non debemus alijs cum magno nostro periculo.*

517 *cum Ruina propria non est mercanda aliorũ salus.*

518 *Pietatis fomes, videndum est, ne sit fomes lasciuiæ.*
Maris, & fœminæ nullum tutum commercium.
Solus cum sola non debet manere sub eodem tecto.

519 *Clerici ne habeant cohabitationem cum Mulieribus, sacri Canones seuerè inhibent.*

520 *Veneris voluptate, nihil est periculosius.*

521 *Periculum vbi est maius, ibi cautius est agendum.*

522 *CHRISTVS cauit in se pericula aliena, leuissimas etiam cauendo occasiones.*

523 *Mulier quædam habens sanguinis cursum, tetigit in magna turba, extremitatem vestis CHRISTI.*
Et CHRISTVS dixit, Quis me tetigit, & non dixit, dum erat Mulier, quæ me tetigit, vide à num. 528.

524 *Abraham volens sepellire eius vxorem, vocauit eam mortuum, & non mortuam.*

525 *Vxor dum est mortua, rupta sunt vincula matrimonialia.*
Mors omnia soluit, & hoc iuris elementum est satis decantatum.

526 *Vxor, vel maritus, si morerentur, & postea resurgerent, vnus, alterum non recuperaret.*

527 *Papa si moreretur, & postea resurgeret, nullatenus recuperaret Papatum.*

528 *Abraham dum nominauit vxorem mortuam, supposuit masculum pro fœmina.*

529 *CHRISTVS dum fuit tactus à muliere illa, in extremitate vestis, bene sciuit, quod erat mulier & tamen dixit, Quis me tetigit.*

530 *Vnde mutauit tangentis sexum, vt dissimularet mulieris contactum, etiam ore prolatum.*

531 *Et hoc, vt erudiret mortales ad scrupulosam periculi cautelam, & num. 532.*

533 *à Mulierum etiam parum conuersatione si cauendum est, quid est dicimus de malis, & lasciuientibus mulieribus.*

534 *ad Mulierum lasciuientium solum obtutum oculorum, vir remanet captus.*

535 *Fœmina mala, cum earum blandis, & fallacijs verbis ligant, & triumphant de hominibus.*

536 *Meretricis labia sũt fauus distillans, & num. 537.*

538 *Mel, qui distillat è fauo oris Meretricis est pestiferum, & mortiferum.*

539 *Carnis concupiscentia, quæ non gaudia, quas non voluptates suis sectatoribus non promittit.*

540 *Carnis volaticæ voluptates Adrianus Imperator comparabat pillulis Medicorum.*
Pillulæ Medicorum foris sunt auratæ, intus verò sunt amarissimæ.

541 *Venenum mulso mixtum primo bibentibus gratum est, sed paulò post sentiunt agonem mortis.*

542 *Veneri hiantes primum voluptatem sentiunt deinde verò dolorem.*

543 *Voluptates facile dant aditum, sed non ita facilè egressum.*

544 *Voluptates tamquam innasissima sunt fugienda, & ideo homines amplectuntur, vt eos strangulent.*

545 *Voluptas, & Dolor diu litigarunt in Tribunali Iouis, & vnus alium accusabat, sed lis non potuit terminari.*

546 *Voluptas, & Dolor ex præcipto Iouis fuerunt simul strictissime ligati, & quidem vinculo indissolubili.*

547 *Voluptatis, & Doloris Deæ Antiqui posuerunt in eodem Altari, vt simul adorarentur.*

548 *Dolia duo habet Iuppiter vnum Mellis, & alterum Fellis.*
Primum gustatim distillat in terram, alterum verò affluenter, & large profudit, & numer. 547. & 548.

549 *Carnis voluptas est hostis fraudolenta, itaut prius homines occupat, quam aggrediatur.*

550 *Augustus Cæsar iussit, vt quamdam Iuuenem, quam adamabat tecto vehiculo, in certum locum veheretur, & quid amicus eius fecit, & vide num. 551. & 552.*

553 *Luxuries insidiatur in abscondito, quasi Leo in sua spelunca.*

554 *Coluber, quando periculosior sit viatori.*

555 *Luxuries per amena gaudiorum prata, per lilia, & flores magis insidiatur.*

Sampson

556 *Samson Heroum fortissimus luxuriam sectatus, in miserandum statum, & vitæ exitum miserè ruit.*

557 *Dauid amorem Bersabeæ secutus, in magnas incidit calamitates.*

558 *Filius prodigus, qui viuendo luxuriosè, suam dissipauit substantiam,*

Bene, sed serò didicit quid esset Amor, & quid desiderabat manducare, num. 559.

560 *Plautinus quidam adolescens suo, & omnium amatorum nomine, qualiter inconsolabiliter vociferatus fuit, & num. 661.*

562 *Carolus Rex Nauarræ ob excessus suarum inhonestatum multum viribus fuit diminutus, & quid ei per Medicos fuit ordinatum.*

563 *Et quid horrendè in eius executione accidit, nam dicto citius occisus remansit, & num. 564.*

564 *Mundana omnia à tenui filo pendent.*

565 *à Cogitationibus impuris cauendum, sicuti ignitum carbonem, quis à suis vestimentis excutit.*

566 *Turris illa obsessa est proxima, deditioni, cuius Gubernator alloqui incipit cum Hoste.*

§. VII.

510 SANE, vt dicebam supra, Mulieres † sunt
valdè potentes ad operandum bonum,
verum non sunt minus potẽtes ad operandũ
511 malũ. Quando scilicet Mulieres † in reprobum
sensum dant, spoliando se pulchra timoris
DEI veste, & abiiciendo à se omnem
modestiam: vnde in prædam se dant, heu mi-
512 serabiles, incontinentiæ, & sensualitati. † Et
tunc, ò quam potentes sunt, vt incauti Mortales
facilè præcipitent ad peccandum.

Cæterum, si noxia omnino est Viro etiam
513 pio, & religioso, muliebris † consuetudo,
etiam bonæ mulieris. Nam, & oculi castæ,
non castè feriunt, inest nescio, quæ illis illecebra,
etiam dum maturitatem, & pieta-
514 tem † loquuntur; Et sicut dicebat Sanctus
Hieronymus.

Non est illud videndum, quod non licet concupiscere.

Timeat probus quisque, quantumuis pius,
& religiosus sit, ne sub specie pietatis impru-
515 denter dulce † aliquod venenum absorbeat,
& sic dum aliis † quærit prodesse, sibi obsit
516 cum magno sui periculo. Non licet cum
propria ruina mercari alienam incolumita-
517 tem. † Cauendum est, ne id quod videtur
pietatis fomes, sit protinùs lasciuiæ. Sanè
518 nullum siquidem fœminæ † commercium
tutum est. Vnde clamitari solet,

Non maneat solus cum sola sub eodem tecto.

Hinc sacri Canones seuerè inhibent Cle-
516 ricis ne cohabitationem habeant cum † mulieribus,
vt benè patet *ex tot. titul. de cohabitatione
Clericorum, & Mulierum &c. super quo titul.
videatur Augustin. Barbos. in rub. ic. & capit. vlt.*
vbi Doctores congeri: hanc periculosam
materiam tractantes.

Portò nullum est maius periculum, quã
520 ipsa Veneris voluptas, † idque satis edocet
lubrica hominis natura, tot tantisque experientiis
confirmata. CHRISTVS amor noster,
sapienter, vbi maius erat periculum, ibi
521 cautius † docuit esse agendum, ideo cauit in
se pericula aliena, & cui impossibile erant
cupiditatis pericula, leuissimas tamen † occasiones
aufugit, vt omnibus præberet exemplum
euitandi certa ista præcipitia.

Illud tantum afferam, breuitatis ergo,
exemplum, & est apud *Marc. cap. 5.* vbi Mulier
illa, quæ patiebatur sanguinis fluxum,
523 in † magna gentium turba, tetigit ipsius
IESV vestimenti extremitatem, & tunc ipse
dixit: *Quis me tetigit? &c.* Hugo Card. exponens
illud Genes. cap. 23. vbi dixit Abra-
524 ham † ad Hebræos. *Date † mihi ius sepulchri
vobiscum, vt sepeliam mortuum meum.*
De Sara mortua loquitur Abraham, sed
cur eam non appellat, mortuam, sed dicit
525 mortuum meum. Numquid, quia † iam
mortua erat, nam morte dirumpuntur vincula
matrimonialia, vtiq; Mors omnia soluit,
& est satis decantatum istud Iuris Elementum;
Vnde si vxor, vel maritus vitam
526 cum morte cõmutassent, † & postea resurgerent,
vnus alterum non recuperaret, cum
mors omnia soluat, *ad text. in leg. non à patre,
ff. de capt. & postlim. reuers. cum aliis plurimis à me
allegatis in meo Tractat. de Validit. Legal. cap. 49.
à num. 35.* vbi etiam dixi, quod si Papa mo-
527 reretur, & deinde resurgeret, non recuperaret
Papatum, cum mors omnia soluat.
At modo ad nos.

Verũ opportunè in supradicto casu Abraham,
ait Hugo in dicto loco, Abraham ma-
528 sculum † pro fœmina ponit. Simile est illud,
quod dictum est *apud Marc. 5. Quis me tetigit.*
(Quis) dicit benignus SALVATOR Noster
528 & tamen sciebat, quod Mulier † eum tetigerat,
quare ipse non dixit (Quæ me tetigit)
530 sed masculum † pro fœmina posuit. Mutat
enim tangentis sexum, vt dissimulet fœminę
tactum, dissimulat scientiam, ne fateatur se
531 tactum à muliere, cauitque † mulieris piæ
tactum, etiam ore prolatum. Nec aliquis
de hoc admiretur, Nam CHRISTVS id fecit
532 vt † erudiret mortales ad scrupulosam huius
periculi cautelam, *sed de his hactenus.*

Verũ, vt vnde digressus sum redeã, Si enim,
sicuti dixi supra num. 513. cauendum est etiam
533 à piarũ fœminarum † consuetudine, & conuersatione
cum pia, & deuota muliere, nam,
ea etiam affascinat viros, Quid enim dicen-
534 dum † venit de improba, & omni lenocin-
orum suppellectili, ornata muliere.

Nam ad solum earum vnicum obtutum
oculorum lasciuentium feriunt, & cum earum
blandis, & fallaciis verbis ligant, &
535 triumphant † de ipsis hominibus. Optimeque
dixit Oraculum Diuinum in Prouerb.
cap. 36.

Fauus distillans, labia Meretricis.

Certè quidem postea talis fauus, O quam
537 experitur amarus? O quam pessimum, & quidem pestiferum, ac mortiferum vene-
538 num proueniet à tali fauo. O quas amaritudines, quis experitur ab isto somniato fauo Mellis.

Sanè carnis concupiscentia, quæ non gau-
539 dia, quas non voluptates † sectatoribus suis promittit? & tamen præter dolores, & mærores præstare nihil aliud soleat. Vndè rectè Adrianus egregius ille Imperator eiusmodi
540 carnis volaticæ † voluptates, pillulis Medicorum comparabat, quæ extrinsecè auro, & saccaro indutæ, intrinsecè verò sunt amarissimæ. Diogenes apud Laertium dicere solitus erat: *Quemadmodum venenum mulso com-*
541 *mixtum ob dulcedinem, bibentibus † primo gratum est, paulò post tamen inde, mortis agonem sentiunt.*
542 Sic quoque Veneri hiantes † primò voluptatem sentiunt, quam tamen perpetuus dolor sequitur.

Diogeni assentit Sanctus Augustinus, dum ait, *O voluptates quam facilè aditus habetis, dum*
543 *suadetis, & quam † difficiles exitus habetis, dum suadetis, iniungitis, sed postquam suaseritis vsque ad mortem animam pungitis.* Prudenter itaque Seneca Lucilio præcepit in epist. 51. ibi: *Voluptates præcipuè exturba, & inuisissimas habe, nam latronum more, ideo nos amplectuntur, vt nos strangulent.*

Fertur, quod Voluptas, & Dolor diu liti-
544 gauerunt, in Tribunali † Iouis, & in multis vnum, alterum accusarunt. Cumque tam supremus Iudex non valuisset suscitatas lites inter eos definitiuè terminare, iussit illos si-
545 mul adamantina catena strictè ligari, † & copulari, ac vinculo indissolubili coniungi. Meritoque constitutum fuit apud Veteres, quod Dea Voluptatis, Volubia simul in
546 eadem † Ara adoraretur, etiam Dea Angerona, Doloris, & sic in eodem Altari
547 vtramq; Deam collocarunt. Tacitè insinuãdo, Voluptatis comitem esse dolorem, & quidem indiuiduum. Verum tamen est, quod semper maior est Dolor, quam voluptas. Tritum enim est illud, quod fertur de
548 Ioue, nam † ipse habet dolia, alterum Mellis, & alterum Fellis. De dolio Mellis, guttatim distillat in terram, de altero largè, & vbertim effundit.

Carnis voluptas hostis fraudolenta est, ita-
549 que dicendum veniat illam pene † homines occupare, quam aggredi, idque blanditijs non minus, quam fraude difficilius deprehendat. Iusserat aliquando Augustus Cæ-
550 sar, fœminam quamdam formosam, † & nobilem, tecto vehiculo clam sibi adduci. Quod Athenodorus Augusto familiarissimus animaduertens, remota fœmina à vehiculo, ipse gladio cinctus vehiculum con-
551 scendit, seque ad Cæsarem deduci † iussit Cæsar Amasiam adesse putans, solus remotis arbitris vela vehiculi contexit. Cui Athenodorus ex improuiso stricto gladio Augustum expauit dicendo: *Quid tu vero, non times*
552 *ne aliquis hoc pacto te trucidet.* Augustus † licet inopinatam rem atterritus, gratias tamen amico retulit, cautior in posterum, & continentior effectus.
553 Luxuries sanè insidiatur † in abscondito, quasi Leo in spelunca sua. Queadmodum
554 coluber tunc periculosius viatori † imminet, cum è latebra nihil tale cogitantem morsu venenato appetit. Ita luxuriosi tunc maximè miseriis inuoluuntur, cum sibi per amœna
555 gaudiorum prata, † flores, & lilia amorum incogitatè deliciosè spatiantur. Hinc illud Virgil.

Qui legitis flores, & humi nascentia fraga
Frigidus, O Pueri fugite hic latet anguis in herba.

Risus dolore miscetur, & extrema gaudii luctus occupat.

Expertus est id fortissimus Heroum Sam-
556 son (de quo dixi supra) qui † Dalilæ suæ, amores sectatus in miserãdum fortunæ suæ, & vitæ exitium miserè ruit. Expertus est Dauid, qui Bersabeæ alienæ vxoris delicijs
567 delectatus † in maximas postea incidit miserias, & calamitates. Expertus fuit Filius ille prodigus, de quo apud Luc. cap. 15. *Qui dissipata substantia sua, viuendo luxuriosè,* & sanè
558 luxuriam † dira, & rapida fame expiauit, vt cuperet ventrem suum implere de siliquis,
559 quas porci manducabant. † & nemo illi dabat. Itaque à fame oppressus, & angustiatus exclamare, sed sero, potuit.

Nunc scio, quid sit amor.

Expertus fuit quoque quid sit amor, ma-
560 gna eiusdem Tyrannidis † adolescens ille Plautinus, qui suo, & omnium stolidorum amatorum nomine, cum excruciatus esset † pessimo illo morbo, qui esse solet fructus amorum, ita enim sic dire vociferabat inconsolabiliter.

Iactor, crucior, agitor, stimulor, versor,
561 *In amoris rota miser examinor, feror, distrahor.*
Diripior, vbi sum, ibi non sum, vbi non sum, ibi est animus.

Tandem (relictis multis exemplis, miserabilium personarum) Carolus Rex Nauarræ expertus quoque fuit, quid sit vitium li-
562 bidinis, † istius enim, vt refert Paulus Aemilius, cum essẽt ob excessum suarum inhonestatum plurimum eneruatæ eius vires, Quare DD. Medici ordinarunt, vt ad eius corpus nudum addaptarentur lintei infusi in acqua-
563 uite. Ille, qui adaptabat, & suebat ad † corpus illius linteos, dum voluit cum accensa candela rumpere filum, qui quantumuis esset madefactus, nihilominus sic auidè ignẽ ardentem arripuit, vt eo communicato cum lino, quod Regẽ cooperiebat, vt statim à ve-
564 hementia † ignis lini, remãsit miserè exarsus, & mortuus. Vnde Rex iste dolenter expertus, quod eius vita, & mors à tenui filo pendebat, iuxta fuit illud.

Omnia sunt omnium, tenui pendentia filo.

Ex

Ex supradictis enim, & similibus exemplis quilibet edocetur, quàm vigili oculo, sit fugiendum pessimum luxuriæ vitium. A co-
565 gitationibus † impuris cauendum est, ea solicitudine qua ignitum carbonem, quis à
566 vestimentis suis excutit. Proxima † est deditioni, Arx illa, cuius Gubernator incipit habere colloquia cum hoste.

SVMMARIVM
sequentis §. VIII.

567 *Meretrices, Antiqui pinxerunt sub figura Sirenæ.*
568 *Sirenæ solent cum eorum cantu homines ad somnum prouocare, & à somno sopitos, occidunt.*
569 *Meretrices, homines sic incantant, vt dormire faciant in peccato, & sic incidunt in mortem æternam.*
570 *Picem liquefactam, si quis tangat, ita digitis affigitur, vt etiamsi tollere valeat, nequit.*
Picem liquefactam, si quis tetigerit, inquinabitur ab ea, num. 570.
571 *Luxuries est rabiosa pix, quæ si aliquem tetigerit, ita hæret in corde, vt non sit facilis eius liberatio, & num. 572.*
573 *Mulieres sunt fortes ad vltimam, & æternam ruinam Mortalium.*
574 *Fouea profunda est Meritrix.*
575 *Fouea quanto magis est profunda, tanto magis periculosior est eius transitus.*
576 *Luxuries à principio cautè est expellenda.*
577 *Homo cadendo facilè, in foueam ibi existentem incidit, sed exitus non est ita facilis.*
578 *à Vitijs est difficilis exitus, & licet sit commune omnibus vitijs, tamen speciale est in vitio incontinentiæ.*
579 *à Luxuria gustata, quis valdè delinitur, & quid operetur.*
580 *Luxuries gustata operatur, vt quis sui arbitrij compos, euadat quasi impos.*
581 *Continentiæ fomes, vocatur carnis necessitas.*
582 *Vates Regius carnis necessitatem expertus fuit.*
Regius Vates exorabat DEVM, vt eum erueret à suis necessitatibus.
583 *Consuetudines prauæ dicuntur necessitates.*
584 *de Cupiditate vix triumphat ille, qui semel à cupiditate fuit triumphatus.*
Cupiditas leges obliterat, ius omne prosequitur, & diuinas abradit sanctiones.
585 *Libido gustata prophetat reliquæ vitæ licentiam.*
586 *ab Incontinentiæ aspida gustatione valdè cauendum est.*
Tum propter potentiam fomitis, tum quia est inimicus, qui intra nos est.
587 *Victoria est rara, quando inimici in domo sunt, & num. 588.*
589 *Liberatio à profunda fouea incontinentiæ, difficilis est, propter fomentorum præparationes.*
590 *Et præsertim propter frequentem mulierum aspectum.*
591 *Puritatem, si quis amat, contineat oculos ab aspectu Mulierum.*
592 *Oculus incustoditus incustoditæ mentis est indicium.*
593 *Domus illa non potest esse munda, cuius effracta fenestra, omne genus auium admittunt.*
594 *Pura non potest esse mens, si eius mentis fenestræ, idest oculi, patent ad omnem curiositatem.*
595 *Mulierum fucatam iuuenilem, & caducam pulchritudinem, qui admiratur, in magno periculo est.*
596 *Pulchritudinis donum est breuis temporis.*
597 *Mulierum incautæ conuersationes fugiantur ne accidat aliqua magna ruina.*
598 *Mulier prima, primum hominem expulit de Paradiso.*
599 *Mulier fuit facta à DEO adiutrix Viri, sed dolo Serpentis personam sumpsit hostilem.*
in Muliere nihil est, nisi quod feriat, quod vrat, quod interficiat, num. 599.
600 *Basiliscus nullus est, nulla Hyena, quæ cum oculis Mulierum, aut voce possit conferri.*
601 *Mulierum aspectus fugiendus est, fugiendum colloquium, àquocumq; suam salutem æternam amãtes.*
602 *à Mulierum familiaritate cauendum est, nec quis se excuset prætextu necessitatis, consuetudinis, aut puræ intentionis.*
603 *Mala ingentia, latent sub specie boni, & vide num. 604. & 605.*
606 *à Christianorum mente semper absit, vt æternis nati, quietem in perituris inquirant.*
607 *Libidinis flamma, nisi extinguatur, quam magnam ruinam afferre possit.*
608 *Libidinis flammæ, luctuoso exitu terminantur.*
609 *Mulierum vagus, & curiosus aspectus sensim siue sensu fascinat hominem, & nisi cautè agatur, præcipitat.*
610 *à Mulierum aspectu cauendum est, secundum varia loca sacræ Scripturæ.*
611 *Vates Regius ob vnicum, & incautum mulierum aspectum, & adulter, & homicida factus est.*
612 *Holofernes Dux ille formidabilis vidit Iudith, & vitam turpiter perdidit.*
613 *Lycurgus tulit legem, non minus seueram, quam prudentem, vt adulteri luminibus priuarentur.*
614 *Puniri quis debet in eo, in quo delinquit.*
615 *Oculi sunt adulterij, vel duces, vel suasores.*
Oculi amoris principium, num. 615.
616 *Oculi sunt in amore Duces.*
Præcipitijs multis, & malis causam dederunt oculi, num. 617.
617 *Periculum, vbi est maius, ibi cautius est agendum.*
618 *Oculi in humani corporis formatione vltimi omnium vitam accipiunt, & amittunt primum, dum moriendum est.*
619 *DEVS voluit, vt oculi essent instrumenta lacrymarum, vt quod fuit causa mali, esset causa boni, & num. 620. & 621.*
622 *Incontinentiæ magna est pugna, sed rara victoria.*
Luxuries animam occidit, & vitam abbreuiat. num. 622.
623 *Auis illa vocata Vulturis nullo concubitu miscetur, & sine eo pullos generat.*
624 *Vulturis auis illa vsque ad annos centum viuit.*
625 *Animalia, quæ sunt multi coitus, breuis sunt vitæ.*
626 *Luxuries vitam abbreuiat, vnde, & herba producto semine, solet vt plurimum, exsiccari.*

§. VIII.

PROSEQVENDO loqui de fortitudine
Mulierum quoad malum, & iure qui-
567 dem Antiqui † sub figura Sirenæ pinxerunt
Meretrices; Sirena enim naturaliter solet
568 cum eius cantu tastantes ad somnum † pro-
uocare, & postea sic à somno sopitos occidūt
Sic quoque supradictæ Mulieres, nam ipsa
569 experientia docet, † quod illi, qui incidunt
in profundam incontinentiæ foueam, vt in-
fra dicam, insistire si incipiunt obdormire,
570 vt paulatim sopiantur, & taliter, quod vsque
ad mortem in peccato moriuntur.

Si quis liquefactam picē digitis tetigerit, &
571 ecce illico repente ita † manibus inhæret, &
affigitur, vt licet ille expolire quærat, tamen
nequit. *Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea.*
Quid nam putandum est, hoc vitium carnis
572 *vt habetur in Ecclesiast. cap. 13.* nisi † rabiosa
pix, quæ vt statim ab aliquo tangitur, ita ad
hoc adhæret in corde, & in mente, vt licet
573 ab ea † ille se liberare cupiat minimè potest.
Hinc dicitur in Osea cap. 4. *Fornicati sunt, &
non cessauerunt &c.* Videmus ergò quam vali-
dæ, & potentes sint istæ Mulieres ad vltimā,
& æternam ruinam mortalium.

Iure habetur in sacra pagina in Prouerb.
cap. 23. quod

574 *Fouea profunda est Meretrix.*

Nam quantò fouea est profundior, tantò
eius transitus est periculosior, sic luxuria,
575 ideo † à principio est expellenda. Vnde Isi-
dorus, ait, *Calca serpentis caput, calca praua co-
gitationis initium, scilicet antequam fiat fouea pro-
576 funda vsque ad consensum.* Insuper homo ca-
dendo facilè in foueam, quæ sibi existit in-
greditur, sed post lapsum non ita facilè ab ea
777 quis egreditur, † licet id sit commune om-
nibus vitijs, tamen ipsa experientia demon-
strat, id specialiter esse verum in peccato
578 incontinentiæ, seu libidinis. Sic enim quis
579 delinitur, à gustata Veneris † voluptate, &
tunc sic ardent libidinis flammæ, vt ex libe-
580 ro homine, & sui arbitrij compore † quasi
impos euadat, & impellitur ad tale vitium.
Vnde *Saluian. de exhortat. castit.* inquit, quod
incontinentiæ fomitem ab eo, qui Vene-
581 reas † voluptates expertus est, vocat *Carnis
necessitatem,* quasi tunc adēpta sit libertas; vn-
de tunc quidem luxuria quasi necessitas est.
582 Hanc carnis necessitatem expertus fuit Va-
tes Regius. Vnde in Psalm. 24. exorat sic
DEVM.

De necessitatibus meis, erue me.

Quid necessitatis nomine intelligat Re-
gius Vates, variant Expositores, receptior
583 sententia est loqui de praua † consuetudine
quæ altè impressa carni illum cogebat ad
peccatum. Multoties enim, vt inquit San-
ctus Augustinus, quis ex libertate fit neces-
sitas. Hinc dictum illud, *Fornicata est, forni-
cabitur &c.* Præclarè dixit Hildebert. *Epi-
stol. 41.*
584 *Vix de cupiditate triumphat, de quo semel cupi-
ditas triumphauit, cupiditas leges obliterat, ius
omne prosequitur, diuinas abradit sanctiones.*

Gustata enim libido, prophetat reliquæ
585 vitæ licentiam, sanè quis † caueat à dicta
aspida gustatione incontinentiæ, tum pro-
pter potentiam fomitis, & concupiscentiam
586 carnis, † tum quia est vitium, quod intra
nos est, sanè peccatum omne quodcumque
587 fecerit homo † extra corpus suum est; qui
autem fornicatur in corpus suum peccat, &
sic est vitium, quod nobiscum est. O quam
588 rara est victoria † illa, quando inimici iam
domi sunt.

Difficilis etiam redditur exitus à dicta
589 profunda fouea † libidinis, quia passim ad-
sunt tot fomentorum præparationes, & præ-
590 sertim frequens† aspectus Mulierum. Qua-
les Mulieres, vt dictum est, sunt valde po-
tentes, & maximè ad ruinam mortalium.

Si quis enim amat puritatem, contineat
591 oculos † ab aspectu Mulierum, ne inui-
tus amet quam incautè aspexit. Incustodi-
392 tus† oculus incustoditæ mentis est nuncius,
& sicuti Domus illa non potest esse munda,
593 cuius effractæ fenestræ omne genus auium
admittunt. Ita nec mens pura, si mentis fe-
594 nestræ † oculi, ad omnem patent curiosita-
tem. Sanè decipitur, qui admiratur iuueni-
595 lem mulierum fucatam, & caducam † pul-
chritudinem tantisper enim expectetur, &
amplius non erit, si erat castus. Puldhritu-
dinis enim donum, est breuis temporis do-
596 num, vt aliàs dixi.

A longè igitur fugiantur Mulierum in-
597 cautę familiaritates, ne obueniat † incautis
aliqua magna ruina, & hoc ob magnam po-
tentiam mulierum ad perdendos homines.
Prima enim Mulier, primum Hominem à
598 Paradiso expulit. † Sicque est primaria na-
tura fœminarum miseros homines expellen-
di à Paradiso.

Facta est Mulier à DEO adiutrix Viri,
sed dolo Serpentis, personam sumpsit hosti-
599 lem. † Nihil in illa, nisi quod feriat, quod
vrat, quod interficiat. Nulla est Hyæna, nul-
600 lus est Basiliscus, † qui cum illius voce, &
oculis conferri possit. Ah fugendus est
601 eius aspectus, † fugiendum colloquium,
à quocumque qui suam optat salutem æter-
nam.

Caueat quilibet à familiaritate tam po-
602 tentium Mulierum, † nec se excuset præ-
textu necessitatis, consuetudinis, puræ inten-
tionis &c. Nam latet anguis in herba, lati-
603 tant sub specie boni, ingentia mala. † Quia
crescente dicta familiaritate: Ille qui rubore
antea suffultus ad sola mulierum vestigia,
perhorrescebat, iam vultu cōstanti lasciuen-
604 tes oculos, nudatumque pectus † intuetur,
& blando operante veneno, prius damna
patitur, quam periculum senserit. Vnde
paulatim rationis oculus caligare incoepit,
postea

605 postea in totum obcæcatur. † Sicque ille
miser benè experitur, quam fortis, & valens
sit mulier ad hominum perniciem, & ruinā
operandam, absit enim, & tempus in omne
606 sit falsum à Christianorum mente,†vt æter-
nis nati, quietem in perituris inquirant.
Nam anima nata Cælo, vt fruatur æternis
gaudiis, affigitur humi, immemor DEI, im-
607 memor sui, donec flamma libidinis semper
duraturo incendio, in æternum absorbeatur.
Et ecce, quomodo tam fædæ, & momenta-
608 neæ voluptates tam † luctuoso exitu termi-
nantur, & sæpe sepiùs tantæ ruinæ, & tanta
præcipitia veniunt, ex incauto, & vnico mu-
lierum aspectu, Nam sensim sine sensu fasci-
609 nata mens † remanet, & nisi statim abrum-
patur, adhærebit.

Hinc Oraculum Cæleste considerando
tantam ruinam ex tam paruo principio pa-
610 ternè monet † in Prouerb. 11. ibi, *Ne respi-
cias mulierem*, & in Sapient. cap. 9. ibi, *Vir-
ginem ne conspicias &c.* Atque in Eccl. cap. 41.
ibi, *Auerte faciem tuam à muliere compta &c.*
Regius Propheta Dauid, Vir secundum cor
611 DEI, ob solum vnicum, sed incautum mu-
lieris se lauantis aspectum, factus est, & adul-
ter, & homicida. Formidabilis ille Dux Ho-
612 lofernes, vidit Iuditham,† & vitam perdidit.
Cætera exempla vti nota prætereo; Meri-
613 toque Lycurgus ille Lacedemoniorum†iu-
stus Legislator, tulit legem non minus seue-
ram, quàm prudentem, scilicet, quod om-
nes Adulteri luminibus priuarentur; Vnde
614 puniebantur, † in quo delinquerunt. Nam
oculi fuerunt adulterii, vel duces, vel suaso-
615 res, † dum incautè alienas respexerunt mu-
lieres. Nam inquit Lucianus, *Oculus amoris
principium*. Congruitque illud vulgatum.
616 *Si nescis † oculi sunt in amore Duces.*

O quantis malis, & præcipitijs causam
præbent oculi, optimè quidem constituit
617 natura, (Nam † vbi maius est periculum,
ibi cautius est agendum, *cap. quam sit de elect.
in 6.*) quod oculi in humani corporis for-
618 matione, † vltimi omnium vitam accipiunt
& amittunt primi, dum moriendum est.

Sapientissime Benignus DEVS noster, si-
619 cut cætera omnia,†voluit, vt oculi essent in-
strumenta lacrymarum, vt quibus tot vitio-
rum sordes hauriuntur, ex eisdem per lacry-
620 mas diluantur, & † lauentur. Sicque per ea
quæ mors intrauit, per eadem vita restitue-
621 retur, & quidem beata, & æterna. Plura,
& pulchra mihi dicenda restarent circa ma-
teriam oculorum, sed cum non faciant ad
propositum, ideo alibi aptius reseruo.

Caueat tandem quilibet ab suprarelato
622 pessimo † vitio carnis, cuius pugna magna
est, sed rara victoria, nam illud animam oc-
cidit, & etiam aduersatur vitæ longitudini,
623 vt patet ex Aue illa vocata Vulture,†quam
dicunt naturales, concubitu nullo admisce-
ri, & sine eo pullos generare; & hinc fit,
624 quod viuit vsque ad centum † annos, teste
Isidoro, ex quibus colligitur, quod diutiùs
viuunt, qui viuunt caste. Nam secundum
625 Philosophum animalia, quæ sunt † multi
coitus, vt passeres, capræ, & huiusmodi, sunt
626 breuioris vitæ. Vnde luxuria abbreuiat vitā
corporalem. Videmus quoque herbas pro-
ducto semine siccari. Atque de eo satis su-
pra relata enim adduxi, ad probandam poten-
627 tiam mulierum, & † quidem magnam, vt
ex solo incauto, & vago earum oculorum
obtutu, sæpe causetur tam altum præcipi-
tium.

SVMMARIVM

Sequentis §. IX.

630 *Mulierum potentia, & fortitudo magna est.*
631 *Mulieres sunt valdè potentes, & fortes ad vlti-
mam ruinam mortalium.*
632 *Viri inquinati à pestifera pice luxuria valdè ca-
ueant.*
633 *Credere, vix ille dicitur, qui malè viuit.*
634 *Credere, verè ille dicitur, qui exercet operando,
quod credit.*
635 *Finis vitij luxuriæ est expulsio à gaudijs æternis.*
Vitium nullum est turpius, quam vitium luxuriæ.
*Luxuriæ nudum nomen, generat ignominiam.
num. 636.*
636 *Paul. Apost. voluit, vt nec inter Christianos nomi-
naretur vitium luxuriæ.*
637 *Pudore magno affligitur vir probus, qui semel ad-
mittit peccatum aliquod immunditiæ, ne illud in-
notescat.*
638 *Pœnitentiæ Sacramentum, à nullo vitio magis
vulneratur, quàm à peccato commissæ obsceni-
tatis.*
639 *Luxuriæ peccatum, non tantum infligit lethalem
plagam, verum etiam resistit, vt adhibeatur eius
medicina, vt illud deleatur.*
640 *Luxuriæ peccatum, vltra alia mala, ipsam famam
quod est thesaurum probi viri, crudeli depreda-
tione interuertit.*
641 *Magna, à paruis initium sumunt.*
642 *Luxuriæ vitium est voluptas momentanea, & va-
porata.*
643 *in Mundo non datur Mel sine Fele.*
Risus Mundi dolore miscebitur, num. 643.
644 *Dulcedines humanæ, multis replentur amaritu-
dinibus.*
Dulcia facilè conuertuntur in bilem.
645 *Vinum dulce non multum est ætatis, & quo est dul-
cius minus durat,*
*Vinum quo est dulcius, eo magis in fortissimum
acetum vertitur, num. 646.*
646 *Adam gustauit pomum vetitum, & illum non va-
luit digerire, nec potest digeri à toto genere
humano.*
*Amaritudinem pomi ab Ada gustati, quilibet ex
genere humano sentit.*
647 *Mors dicitur à morsu pomi Adæ.*
648 *Carnalis voluptas est adulterina, foris habens mel,
& intus fel.*

§. IX.

VERVMTAMEN, cum tempus sit terminare ea, quæ dixi circa magnam potentiam, & fortitudinem Mulierum, qualis quidem maxima est, & talis, vt secundum Tertium Aulicum Regis Darij, sicut dixi
630 num.30. non reperitur † maior in Mundo, & sanè videtur talis, quando agitur de vltima, & æterna ruina mortalium, incitando
631 eosdem ad † præcipitium incontinentiæ, & luxuriæ.

Quare terminaturus ea, quæ dixi in hac materia, Hortari intendo omnes, & singulos, qui à pestifera pice hac infeliciter coinqui-
632 nati † reperiuntur, vt sedulò attendant, videant, & medulitus scrutentur, quid faciunt & qualis erit eorum finis, si tamen credunt,
633 vix † enim fieri potest, vt quis benè credat, & malè viuat. Ille enim verè credit, qui exercet operando, quod credit, sed ad nos. Finis enim, vt dixi, talis vitij erit expulsio à
634 gaudijs æternis. Insuper nullum vitium, est hoc vitio luxuriæ turpius, & de quo
635 magis, quis erubescat.

Ita vt solum nomen nudum eius generat ignominiam, sicque ipse Veritatis Prædica-
636 tor noster Paulus Apostolus volebat, † vt tale vitium, nec inter Christianos nominaretur.

Hinc ille pudor, quo solent affici ingenui
637 & probi homines, † qui semel admissum aliquod immunditiæ peccatum alijs innotuisse suspicentur. Pœnitentiæ Sacramen-
638 tum à nullo magis vitio † violatur, quam à silentio commissæ obscœnitatis. O execrandum peccatum, quod non tantum infligit læthalem plagam, verum etiam quærit ex-
639 cludere vt quis eius aptam, † & necessariam medicinam sumat, vt emundetur ab eo. Nec huic nefando crimini, satis fuit læsisse crumenam, ingenium abstulisse, intellectum fregisse, memoriam hebetasse, corpus debi-
640 litasse, animam ipsam iugulasse, † nisi, & demum

demum famam rapiat, probique nominis thesaurum interuertat crudeli depredatione.

Heu quantæ ruinæ,& horrendi præcipitij,
641 sanè est causa; Verè † Magna à paruis initium sumunt, nam & causa est momentanea voluptas, quæ vix incipit,quod est terminata. Vnde magnus Pater Tertullianus *in libro de Mulierum habitu cap.1. & 2.* vocat putridas
642 carnis † voluptates, *Momentum*, & illud *Vaporatum*, quod prius euanescat, quam quis illud satis aduertat. Sanè in hoc Mundo nō datur felicitas, & quatenus detur est imperfecta; vnde in hoc Mundo non datur Mel
643 sine Felle. *Risus Mundanus*, vt in Prouerb. habetur cap.14. *dolore miscebitur*.
644 Sicq; Dulcedines Terrenæ, multis amaritudinibus sunt aspersæ. Vnde secundum Medicinæ Restauratorem Galenum, *Dulcia*
645 *facilè conuertuntur in bilem*. Videmus etiam quod Vinum dulce non multum est ætatis, & quo magis est dulce, minus durat, & in
466 fortissimum † acetum vertitur. Adam gustauit pomum vetitum,& illud non valuit digerire, imò nec digeri potest à toto genere humano, itaut nemo est,qui non sentiat eius amaritudinem, & quamuis fuerit dictum à Serpente ambitioso Adæ, *Nequaquam moriemini*. Attamen propter dictum morsum
647 intrauit mors in genus humanum; Quamobrem Mors dicta est à dicto morsu Adæ.

Voluptas enim carnalis est adulterina
648 habens foris mel, &† intus fel, heu satis eloquantur illi miseri, de quibus dixi supra latius, & alij infiniti Antiqui,& Moder-
649 ni, qui bene, † sed tardè agnouerunt, quid est carnalis concupiscentia. Horribile est dictu, quod Sanctissimus Rhemensis Præsul Remigius, de Libidine, & incontinentia
650 pronunciauit, † scilicet, *Demptis paruulis ex adultis ex carnis vitio, pauci saluantur*, Vix est
651 vllum vitium, † quod pluris flectat, quam hoc libidinis,& incontinentię. Paternè enim munuit Sanctus Petrus in Can. 2. *Vt abstinea-*
652 *tur à carnalibus desiderijs*. Sanè si hoc† vitium
653 incontinentiæ, non solum delectaret, † sed etiam placeret, & desinit esse locus remedio.
654 A longe igitur fugiatur, quidquid † aduersatur Pudicitiæ Carnis, & Mundi gaudia ce-
655 lerrime transeunt, † vt dixi, & quandoque prius terminantur, quam planè incipiant.

Voluptates DEVS Cęlo æternas posuit,&
656 quare illas cum † fallacijs huius Mundi
657 voluptatibus transmutare fatue † quis præsumit? vbi ratio? vbi iudicium? O stultitia,
658 quousque ludis in humanis? Cœlum, obsecro, intueatur, & videatur, quod omnes
659 eius felicissimi Ciues olim panem † cum cinere, & potum cum lacrymis miscebant, necnon transierunt per aquam, & ignem, semper in augustijs, semper in tribulationi-
660 bus, in lacrymis,† in calamitatibus persisterunt; Voluptatesque mundanas tamquam sibi exosas à longe fugierunt. Infortunia
661 æstimarunt † fortunas, & potius mori desiderarunt, quam non pati. Hac enim via aditum sibi fecerunt, & inuenerunt gaudia æterna, & sempiternas felicitates.

Intueatur Infernus, & desperata Damna-
662 totum illa infelix Turba, † illis æternis miserijs, & calamitatibus in æternum sepulta.
Infelices illi ibi existentes,falsa Mundi gau-
663 dia, † & carnis delectamenta, & oblectamenta sequentes, tunc serò agnoscunt, & pleno ore fatentur se errasse à Via Veritatis, dilucidè videndo, quantum eis nocuerunt
664 mundanæ felicitates. Optimeque † experiuntur illud vulgatum.

Momentaneum est quod delectat, æternum quod cruciat.

Quatenus veró etiam in hoc Mundo pla-
665 ceret alicui voluptas, † & desideraret gaudiosè stare, cur lætitiam solidam,veram, impollutam, immutabilem &c. non amat,
666 quæ † ex animo benè composito oritur. Carnis voluptas mollis, caduca, & fugata
667 est, Semper quis timet publicari, ac censorem metuit. Apud enim probos homines eius opinio,& honor grauata remanet,monstratur digito. Ita enim gaudendum est, vt
668 in † gaudio modestia eluceat, vt nunquam desinat animo lætitia, faciendum est vt domui nascatur, honestè viuendo.

Meritoque Sanctus Ioannes Chrysostomus, Os illud aureum,inuitando nos ad ve-
668 ram † lætitiam, tranquillitatemque animi, mentisq;hortatur ad honestatem, & sanctitatem vitæ. Sic enim ait in Homil.25. ad Populum:

Vis nunquam esse tristis? Bene viue, Bona vita semper gaudium habet. Nihil aliud est triste,
669 *nisi † DEVM offendere, Iucunditas cordis, ea est vera lætitia.*

Audiamus Virum barbarum, & à candore Fidei Catholicæ alienum, nempè Stoicum Romanum, idest Seneca de vita beata cap.10. vbi sic loquitur.

670 *Nego quemquam posse iucundè viuere, nisi simul, & honestè viuat.*

Veriùs, ac iucundiùs gaudebis,ait Sanctus
671 Augustinus,de bona conscientia† inter molestias, quam de mala, inter delicias, & vt attestatur Plutarchus ille Statista *in lib.de virt. & vitio. Iucundè viuere, & hilariter, non à*
672 *foris est*. Sanè non est melior lætitia, quam voluptas animi, cum vera iucunditas cordis sit, & sic intus est vera lætitia, ea quidem
673 non consistit in motu duorum † labiorum, & ostensione dentium,Stultum est risu gesti-
674 re,& exultare† de rebus perituris, quæ possunt in momento vnico tolli, ac in totum
675 euanescere. Fugit terrena † voluptas, & quæ nos gaudia vocamus, sæpè sunt initia tristitiæ.

Sicque vera lætitia consistit intus, scilicet
676 in bona conscientia, † quia ea bene lætificat extra. Idque optima similitudine demon-

strat

677 strat Cassiadorus lib.2. Epistol. *Arborem, inquit, quam florere vides, quam summa viriditate latari, subterraneo succu viriditatis, & fertilitatis animatur, reddens in superficie, quod continet in radice. Hominum quoque vultus, magna hila-*
678 *ritate † florescit, si visceribus sanis grauamen nullus sentiat læsionis.* Non potest mori, nec de-
679 finere † lætitia in vultu eius, qui inculpatam habet conscientiam.

Sed persistendo in terminis, quoad amouendos homines à vitio incontinentiæ. O
680 quantū infeliciter amat, † qui alium, quam Benignū DEVM nostrum amat, Non enim
681 quis potest esse in amato, qui diligit † ea, quæ cum satiare non valent cum sint mutationi, & morti subiecta. Qui enim DEVM
682 diligit † in DEO est, & definens viuere, in eo viuit, in quo omnia viuunt, qui est centrum nostrum, & incommutabile bonum,
683 Amor † humanus violentus, & amarus est, Diuinus semper humilis, & tranquillus,
684 Amor † humanus cruciatur à Zelotypia. In amore Diuino nulla est riualitas. Amor
684 humanus † summè timet, ne quis amet, rem à se amatam. E contra, & sic totum
685 contrarium, † qui amat DEVM, nam summè optat, vt ab omnibus hominibus summè ametur. Exemplum det Gloriosissimus Apostolus Paulus, cui feliciter præsens Volumen inscripsi. Qui quantumuis ardentissimè, in extremo gradu dilexisset CHRI-
686 STVM, nihilominus desiderio desiderabat vt eūdem CHRISTVM omnes amarent, &
687 si quis non fuisset eiusdem amator † declarauit illum anathema, prout statuit scribendo ad Corinth. 1. cap.16. in fine, ibi, *Si quis non amat Dominum Nostrum IESVM CHRISTVM sit anathema &c.* Et cum hac sententia Doctoris Gentium, & Prædicatoris Veritatis, terminabo ea, quæ dixi, de magna potentia Vini, Regis, & Mulieris, quæ fuerunt extimata fortiores res huius nostri Hemispherij.

SVMMARIVM

Sequentis § X.

688 *Mulier an sit res fortior huius Mundi.*
689 *Veritas in æternum inualescit, viuit, & obtinet in sæcula sæculorum.*
690 *Veritatis potentia magna est.*
691 *Veritas concluditur, quod sit fortior Mundi, & num.692. 693. & seq.*
696 *Veritas viuit in æternum, & omnia vincit, & superat.*
697 *Veritas, etiam de ipso tempore triumphum agit nobilissimum.*
698 *Veritas cupiditate potest oppugnari, sed non expugnari.*
Veritas metu premi potest, sed non opprimi, num. 698.
Veritas odio comprimi potest, sed lædi non potest: num.968.
Veritas, amore offuscari potest, sed non excæcari. num.698.
699 *Veritas est sanitas, quæ non infirmatur.*
Veritas vita est, sed nescit mortem.
700 *Veritas est antidotum, quod omnes sanat.*
Veritas est Sol sine occasu.
Veritas porta est, quæ nunquam clauditur.
701 *Verita est iter, quod non fatigat.*
Veritas est lux Cæli, & Terræ splendor.
702 *Potestas sine veritate est debilis.*
Prudentia sine veritate est malitia, num.701.
703 *Temperantia sine veritate est miseria.*
Patientia sine veritate est simulatio, num.703.
704 *Castitas sine veritate, est damnosa.*
Diuitiæ sine veritate, sunt miseriæ, num.704.
Pietas sine veritate, est vanitas, num.704.
705 *Veritas est vnicè colenda.*
776 *Scandalum est potius tolerandum, quam veritatis omissio.*
pro Veritate melius est pati supplicium, quam pro adulatione beneficium, num.706.
707 *Veritas post DEVM est vnicè amanda.*
708 *Veritati æquum est, vt omnes se submittant.*
709 *Iuramentum cedit veritati.*
710 *Communis opinio, cedit veritati.*
711 *Veritas enim admittitur contra propriam veritatem.*
712 *Veritatis pulchritudo, quid admittat.*
713 *Veritas, nec mutatur loco, nec nocte interrumpitur, nec vmbra intercluditur.*
714 *Veritatis potentia qualis sit, secundum Romanum Oratorem, & num.715.*
716 *Veritas perpetua est, cui impium est aduersari.*
717 *Mendacium aliquando diù fidem facit.*
Stellæ claro ardore tremulæ, Græci vocant cometas, & apud Latinos, vocantur Stellæ crinitæ.
718 *Cometæ, licet aliquando diù luceant, tandem obscurantur, & in nihilum rediguntur, & num.719.*
720 *Antiquitas temporis, non præiudicat veritati.*
721 *Falsitas à se ipsa facilè demonstratur.*
722 *Veritatis robur oppugnari potest, expugnari non potest.*
723 *Veritas similis est luci, quæ ex tenebris lucet.*
724 *Veritas, quamuis sit pulcherrima, sapientissima, potentissima, fortissima &c. & tamen non inuenit hospitium in Mundo.*
725 *Veritas licet sit mater pulcherrima, & prudentissima, tamen generat odium, monstrum nefandum, & num.726.*
727 *Veritas est lux, iuxta illud, Emitte lucem tuam, & ueritatem tuam.*
728 *Oculis non est res magis amata, quam lux Solis.*
729 *In Tenebris, quando quis diù stetit, odit lucem, nam Solem non potest uidere.*
Multaque mala ei operatur lux illa aurata.
730 *Veritate nihil est iucundius, & melius, sed illis, qui eam intelligunt, & amant.*
731 *Sed existentibus in densis peccati tenebris, nam tantam Veritatis lucem sufferre non ualent, & sic ea odium parit.*
732 *Veritas amara est, & vitia blanda.*
733 *Veritas amara non est ex se, sed prouenit ex natura hominum, qui ex superbia nolunt corrigi. Cum alias*

alias veritas sit dulcis, & suauis.
Homo est inimicus correctionis commissi delicti.
734 *Veritas aequiparatur liquori vocato Mel.*
735 *Mel licet sit suaue, & dulce, tamen appositum vulneri, parturis magnum dolorem.*
736 *Veritas sanè applicata vulneribus putridis peccatorum generat dolorem.*
737 *Homo à longè abhorret reprehensionem cum veritate, erroris commissi.*
738 *Homo est amicus propriae libertatis, vt vellet omnia facere, quae ei libent, absque freno correctionis*
739 *Homo vellet, omnia sibi esse permissa, quae eius cor desideret.*
340 *Veritas facta est in auersionem.*
Veritati omnes terga vertunt.
741 *Canis mortuus, & fatens, si adsit in Platea, omnes ab eo aufugiunt, & terga vertunt.*
742 *Veritatem nemo est, qui velit audire, cum ea sit tamquam canis mortuus in platea.*
743 *Veritas omnibus fetet, & omnes ab ea oculos auertunt.*
744 *Paulus Apostolus fecit sibi Galatas inimicos, quia Veritatem eis dixit.*
745 *Veritas non solum concitat odium, sed etiam periculosissimum est, eam liberè defendentibus.*
746 *Mundus est furiosus, fallax, mendax, & iniustus.*
747 *Veritatem dicentibus, quod plura mala obuenerunt infinita sunt exempla, & quotidie experitur, & num.748.*
749 *Periculosum est veritatem ingenuo ore asserere.*
750 *Idola duo erant in quadam Ciuitate vnum ex eis reuelabat furta, & ei fuit fractum caput, & quare num.751. vsque ad num.755.*
755 *Veritatem, qui vult reuelare, caput ei erit fractū.*
756 *Vetula quaedam inuenit speculum inuolutum in Coeno, quod sumpsit, & purgauit.*
Et quid ei accidit speculando se in eo, & nu.757. 758. & 759.
760 *Alexander Magnus trucidare fecit Calistenem Philosophum, quia ei veritatem dixit, & num.761. 762. & 763.*
764 *Achior quia dixit veritatem Holoferni, iussit ipse Holofernes, vt inimicis esset traditus, & vide vsque ad num.768.*
769 *Achior, quia dixit veritatem Holoferno, factus est eius inimicus.*
770 *Veritatem dicentes liberè, incidunt in crimen rebellionis, quod comprobatur à n.771. vsque ad 779.*
Exemplum memorandum, refert de quodam Aulico, qui voluit veritatem dicere Principi.
Et quid ei infaustè, ei acciderit vsque ad nu.797.
798 *CHRISTVS DEVS quotquot uexationes, & iniurias passus est in hoc Mundo, id pro substinenda Veritate obuenit.*
799 *CHRISTVS uenit in hunc Mundū, ut uerit atem perhiberet Veritati, & num.800. & seq.*

§. X.

TANDEM tertius Aulicus Regis Darij, qui vocabatur Zerobabel, qui vt dixi, multum defendit rem fortiorem, & potentiorem, quae erat in Mundo esse Mulierem, postea mutata opinione, viriliter tutatus fuit
688 fortiorem rem, † quae erat in Mundo esse Veritatem, & sic post varia diuerticula redeo in viam nostram principalem. Quare inter caetera sic locutus fuit tertius ille Aulicus.
689 *Veritas inualescit in aeternum, & viuit, & obtinet in saecula saeculorum, nec est apud eam accipere personas, neque differentias, sed quae iusta sunt facit omnibus iustis, ac malignis, & omnes benignantur in operibus eius, & non est in iudicio eius iniquum, sed fortitudo, & Regnum, & potestas, & Maiestas omnium aeuorum.*

Sic locutus fuit Zerobabel in praedicto congressu Personarum Sapientum Purpuratorum &c. de quo congressu dixi supra in primo §. Et quia rationes ab eodem prolatae
690 quo ad magnam † potentiam Veritatis, praeualuerunt alijs rationibus allatis, & Primum pro VINO, Secundo pro REGE, & Tertio pro MVLIERE. Quamobrem viua voce fuit conclamatum, & exclamatum vnanimiter à toto illo congressu, quod Magna est VERITAS, & ipsa praeualet.
691 Ad tantum † clamorem, & communem laetitiam, quia fuit inuentum, quod per longum tempus fuit disputatum, surrexit ipse
692 Rex Darius, † & osculatus est dictum Zerobabel inuentorem, quod Veritas est rerum
693 omnium, quae sunt in Mundo † potentissima, & fortissima.

Et quia tali opinioni ipse quoque Rex arrisit vltra plura dona, quae illi dedit. Insuper scripsit Epistolas ad omnes Dispensatores, Praefectos, & Purpuratos, vt deducerent ip-
694 sum † Zerobabel, & omnes, qui cum eo erant, omnesque descendentes, vt possent Hierusalem reaedificare &c. quare conclusum fuit pro VERITATE, prout & latius
695 habetur † relatum in Sacra Biblia, *Esdr.lib.3 cap.3. & 4.* De eadem historia etiam fecit mentionem *Ioseph Hebraeus in lib.11. Antiq. Iudiac. cap.4.*

Viuat ergo VERITAS, & quidem in aeternum, *Can. consuetudo. distinct.8.* Nam Ve-
696 ritas † vi sua, non solum res omnes vincit, & superat, quas temporis diuturnitas conficit, & consumit vetustas, sed etiam de ipso
697 tempore triumphum, † agit nobilissimum. Et sanè Veritas cupiditate oppugnari potest sed expugnari non potest. Metu premi po-
698 test, non tamen opprimi potest. Odio concuti potest, laedi attamen non potest, Amore potest offuscari, sed non potest excoecari.

Veritas namque secundum Anaxarcum
699 Philosophum, est Sanitas, † quae nunquam infirmatur, est Vita, quae nunqua moritur, est Antidotum, quod omnes sanat, est Sol,
700 qui nescit occasum, est Luna quae † non patitur deliquium; est Porta, quae nunquam clauditur; est Iter, quod non defatigat. Ve-
701 ritas est lux Coeli, & splendor Terrae. Et secundum Echinem Philosophum, qui fuit emulus Demostenis. In oratione quadam, quam habuit contra eumdem Demostenem. Sic enim dixit, Veritatis vis, & potestas est talis,

702 lis, & tanta est, vt omnis potestas, sine ea sit
debilis. Prudentia est malitia, Temperantia
est miseria, Iustitia est iniustitia, Humilitas
703 est falsa, Patientia est simulatio, Castitas est
704 damnosa, Diuitiæ sunt† miseriæ, Pietas est
vanitas.

Insuper tam vnicè est amanda Veritas,
vt potius sit tolerandum scandalum, quam
705 Veritatis omissio. *Decius in consil. 368. in fin. Barbat. in consil. 51. in fin. & consil. 53. num. 23. lib. 4. Cephal. consil. 464. num. 64. Franc. Marc. quæst. 892.*
706 Vbi id declarat. Et melius est † pro Veritate pati supplicium, quàm pro adulatione beneficium, *Can. ne impetret, 9. quæst. 3.* Veritas
707 quidem † post DEVM vnicè est amanda,
vt pluribus comprobat ex nostris *Grachar. de sindicat. à num. 262. post opera criminal. Iul. Clar. impress.* Et ea semper vincere debet.

Siquidem Veritati, tamquam matri Iusti-
708 tiæ æquum est, † vt omnia se submittant,
omniaque eidem cedant. Vnde, & probatio
cedit Veritati, videatur *Pacian. de probation.*
709 *cap. 11. à num. 3.* Sic etiam iuramentum † ce-
dit Veritati, *Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 1. qu. 50.*
710 *num. 6.* Item communis opinio † cedit Ve-
ritati. *Coler. de process. execut. par. 4. cap. 1. nu. 41. & seq.* Vnde, & videmus, vt etiam contra
711 propriam † confessionem admittatur proba-
tio in contrarium, *leg. fin. ff. de probat. Coras. in l. admonendi, num. 20. ff. de iure iur. Magon. decis. Florent. 2. num. 26.* Siquidem secundum Sanctum Augustinum *de liber. arbitr.* Veritatis
pulchritudo, nec multitudine audientium
712 conspicata † excludit venientes, nec peragi-
tur tempore, nec mitigatur loco, nec nocte
713 interrumpitur, nec vmbra intercluditur.

Hinc Romanæ Eloquentiæ Pater in Oratione, quam publicè habuit in Senatu Romano in Vatinium, in hæc prorupit verba.
714 *Tantam semper potentiam Veritas habuit, vt nullis machinis, aut cuiuspiam hominis ingenio, aut arte subuerti possit, & licet in causis nullum patronum, aut defensorem obtineat, tamen per se ipsam defenditur.* Idemque Romanus Orator sic quoque exclamauit in causa Marci Cæcili. *O*
715 *magna vis Veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, solertiam, contra fictas hominum insi-*
716 *dias, facilè per se ipsam se defendat.* Optimè
scripsit Sanctus Augustinus in Siloquio, *Veritas, ait, perpetua est, cui impium est aduersari.*
717 Nec turbetur aliquis † quamuis mendacium aliquandio fidem facere videatur, attamen vt stellæ claro tremulæ ardore fulgentes, quas Græci Cometas, Latini verò, vt testatur M. Tullius, Stellas crinitas appellare
718 consuescunt, † quæ etsi aliquibus diebus
perfulgeant, & resplendeant, obscurantur
tandem, & in nihilum rediguntur, sic, cum
illud tenue sit, vt eruditi Philosophi Senecæ
719 verbis vtar, prædictæ † Stellæ crinitæ perlu-
lucent, ac deteguntur, & si paulò post diligenter inspiciantur, nihil reperitur. Et secundum Sanctum Cyprianum. *Antiquitas*
720 *Veritati nullatenus præiudicat.* Hinc os illud
aureum Chrysostomi Sancti, loquendo de

720 cælesti, & virida † doctrina nostri Gloriosi
Apost. Pauli in hom. sic ait: *Falsitas facilè à se ipsa demonstratur, Veritatis tamen vis, & robur esse vt oppugnari, sed expugnari tamen non possit.* Imò
722 Veritas magis † impugnata, tunc magis elu-
cescit. Hinc dicitur, quod Veritas est luci si-
723 milis, quæ in tenebris lucet, ita & Veritas.

Verumenimuero, cum tot, tantaq; dicantur
de præstantia, & excellentia Veritatis; quæ
vt patet ex latè supra relatis, non solùm Ve-
724 ritas est pulcherrima, † sapientissima, fortis-
sima, & potentissima, & tamen, quod est
summè admirandum, Veritas in Mundo nō
inuenit hospitium, & quantumuis ipsa sit
725 tam † pulcherrima, & prudentissima Mater
tamen parturit odium, tam horrendum
monstrum, iuxta illud scitum, & vulgatum
dictum Terentianum, *Obsequium parit amicum, Veritas odium*, de cuius partus infelicitate
726 iam supra in principio Discursus conquæ-
stus sum per plures numeros. Non est res
in Mundo, quæ magis hostiliter prosequatur
quam ipsa Veritas.

Ratio enim, tàm magni excessus, ea videtur posse assignari, quia Veritas est lux,
727 *Emitte lucem tuam, † & ueritatem tuam*, inquit
Regius Vates; non est res magis amata oculis, quam Sol, vt habetur in Eccles. cap. 11.
728 *Dulce lumen, † & delectabile oculis Solem uidere.*
Et tamen quando quis diu stetit in tenebris,
& exit ad lucem, odit lucem, quia est malè
729 dispositus, multa mala in eo operatur aurata illa lux.

Veritate nihil est iucundiùs, sed ei, qui
730 eam † intelligit, & vult eam sentire, sed non
sic est, existentibus in tenebris peccati, nam
731 dum † ei affertur veritas sui status, talis enim
veritas tunc generat odium. Insuper Veritas
732 amara est, † Vitia verò blanda sunt. Nec
quis credat, quod Veritas sit amara, quoniam ipsa dulcis, & amabilis est, & fructus
optimos producit; sed talis amaritudo pro-
733 uenit ab eis, qui malè operantur † Homo
enim est tam inimicus reprehensionis commissi erroris, vt longè abhorreat omnem
734 correctionem, quæ † cum veritate ei fit.
Sanè Veritas comparatur liquori vocato
Mel, qui quantumuis sit dulcis, & suauis,
735 nihilominus si applicetur alicui † vulneri,
parturit magnum dolorem. Sic, & Veritas
quoque, quæ quātumuis sit dulcis, & suauis,
736 nihilominus applicata fœtentibus † peccatorum vulneribus est valde amara infelicibus
737 vulneratis. Homo siquidē adeò † abhorret
proprij peccati viridicam reprehensionem.
vt statim oriatur odium viperinum in ipso
738 contra eum, qui sincerè † redarguit. Adeò
enim homo superbus est, atque amicus propriæ libertatis, vt vellet omnia, quæ ei pla-
739 cent esse licita, † atque permissa, & sic liberè peragere, quidquid eius cor desiderat
absque vllo freno.

Non mirùm ergo si veritatem nemo audire pacato animo velit. Supradicta bene
confirmauit Magnus Pater Sanctus Augustinus

stinus, dum sic clarè locutus fuit.

Veritas ideo semper inuisa est, nam is, qui peccat vult habere liberum peccandi locum, nec aliter se putat à voluptate malefactorum securius frui posse, quam si nemo sit, cui delicta non placeant.

Optimeque loquendo Isaias cap. 59. loquens
740 de Veritate: *Facta est, ait, Veritas in oblinionem,* & vt alij ex Hebræo traducunt, *in Auersionem.* Sicque eidem veritati omnes terga ver-
741 tunt. Sumpta est metaphora à Cane mortuo, & putrido in aliqua platea existenti, quẽ omnes transeuntes abominantur, & alibi
742 oculos vertunt, vt † non sentiant fœtorem illum; sic enim dicit Isaias, *Facta est ueritas in auersionem.* Ita nullus est, qui audire velit
743 veritatem † omnibus fœtet, & omnes eam à longe fugiunt, & ex hoc generantur inimicitiæ, quod benè comprobat Paulus no-
744 ster Sanctissimus Apostolus dum sic scripsit Galat. 4. ibi, *Inimicus factus uobis uerum dicens.*

Illud verò est magis abhominabile, vt non
745 solum semper Veritas generet † odium, verum etiam periculosissimum est liberè veritatem defendere, adeo enim furiosus, fal-
746 lax, mendax, iniustus est Mundus, & in maligno positus est. Sunt quidem infinita, quæ possent ad hoc adduci exempla variorum
747 infortuniorum † etiam mortalium, quæ obuenerunt eis, qui liberè veritatem enunciarunt. Verumtamen id potius longum esset, quam opportunum multa adducere exempla eorum, qui omnia & etiam ipsam vitam
748 perdiderunt, † quia ingenuè veritatem defenderunt.

749 Summè enim † periculosum fuit, & est ingenuo ore Veritatem ipsam propalare. Congruitque gratiosa Fabula illa, nempe in Ciuitate, quadam duo reperiebantur, & co-
750 lebantur Idola, † quorum vnum manifestabat cunctos errores, & furta quæ committebant Ciues. Accedit igitur die quodam, quod Prædo quidam magnum insignem commiserit furtum, & quia hic time-
751 bat † ab Idolo manifestandum esse; accessit illud, dixitq; *Caue ne furtum, à me patratum diuulgaueris, secus si feceris impunitum haud transibis*
752 *& dignam lues pœnam.* Hoc dicens paratũ arripuit baculum, et egregiè adeò Idolum illud percussit, vt turpiter confregerit, et superit ei caput.

Elapso aliquo tempore accessit ille, cui
753 fuerunt surrepta bona, † petiturus ab ipso Idolo, vt sibi manifestaret prædonem, et furem, at illud subtacuit, et locutus non est. Vnde propterea ille ad alterum Idolum petens, rapinæ authorem, dixitque ei adsui so-
754 cio † tuo, vt reuelaret mihi furem qui mihi surripuit bona, nec vllum mihi dedit responsum, reuela te rogo illum, et ei respondit Idolum.

755 *Tempora periculosa sunt; si quis Veritatem dixerit, frangetur et caput.*

Nec incongruit illud, quod narratur de quadam Muliere, quæ per viam ambulando
756 vidit reuolutum in cœno † speculum, illud sumpsit, et quando fuit domi, illud in totum à cœno purgauit, et deinde in eo se vidit, et quia speculum omnibus dicit veritatem,
757 vnde vidit se esse valdè antiquam, et turpem cum capillis argenteis, cum sulchis in fronte ab aratro temporis factis; adeò ira exarsit erga dictum speculum, vt iracundè, et rabiosè illud proiecit in terram, illud fecit in mille
758 partes, clamando: *Meritò enim ab † omnibus abiectus in sterquilinio iacebas, dum sic apertè deformitates manifestas.* Vnde pauper Speculum
759 poterat asserere, vt † supra dictum fuit, *Si quis dixerit veritatem, frangetur et caput.* Adducamus modo, et alia exempla ad ostendendum quam sit periculosum veritatem asserere.

Recenset Seneca *lib. de Benefic. cap. 13.* miserabilem mortem celebris Philosophi Calistenis discipuli Aristotelis, postquã enim
760 Alexander Magnus † celebrem illam victoriam contra Darium reportauit, adeò insuperbiuit, vt se totius Orbis Dominum, voluerit proclamari, et voluit vti Deum ado-
761 rari. Vanæ huic prætensioni † resistit Calistenis, et sic ei veritatẽ ingenuè propalauit. *Impossibile nimirum esse, ut homo mortalis Deus euadere posset, & sic minimè ei licere Deitatis ar-*
762 *rogare honorem, & titulum.* † Vix enim terminauit sermonem, et ecce Rex indignatus iussit illum tanquam coniuratorem, et hostem, detruncatis primo auribus, naso, labijsque, ac postea includi in ferreo auiario, cum ca-
763 ne quadam ferocissimo, † et tandem crudeli eum affecit morte: Et aliud à tali Monarcha sperari non poterat, ab eo qui veritatem dicendo vanas, stolidasque illius prætensiones, et cogitationes improperabat.

Stupendum exemplum circa hoc ex Scriptura sacra *in lib. Iudith cap. 6.* legitur quod Holofernes Dux Exercitus Regis Nabuch-
764 donosor † Ciuitatem Bethuliæ obsidione cingere, et expugnare statuerat, at primum veram virtutem cum moribus, alijsque qualitatibus populi illius, relationem, et infor-
765 mationem exoptabat, subito in medio prodijt Achior informat, et prolixe eidem recenset cunctas illius Populi conditiones, et virtutes, et stratagemmata, videlicet quod effugisset manus Pharaonis, et nũquam ei defuisset superni DEI sui auxiliũ, essetq; Popu-
766 lus magna vigens fortitudine, † et valore, Rem totam, vt in se constituta erat recensuit et ecce vix Achior terminauerat sermonem et relationem suam, quam dabat Holoferni, subiunxit sacer Textus cap. 6. *Indignatus est Holofernes vehementer, & furore hoc æstuans præ-*
767 *cepit militibus suis, vt arriperent Achior, & captũ traderent hostibus, quos adeò depradicauerat, & non multum transit, quod ipse Achior cognoscet peccatum & errorem suum.*

Sed quæso, quid Achior fecit, vt condignus fuerit, vt ipsis inimicis traderetur. Non enim dixit veritatem Holoferni certè quidem, nam vt ait sacer Textus, *Nec*
768 *verbum quidem falsum ab eius ore regressum fuit.* Sed quare bene dixit Hugo Card. *in d. loco.*
769 *Vt Achior comprehensus est Veritatis amicus, & factus est Holoferni inimicus.*

Exosa

Exosa est enim Veritas Mundo, imò plus
770 dicam, quod Veritatem † dicentes, omnes
ferè censentur, ac si commisissent peccatum
rebellionis. in Amos Propheta *cap.7.* legitur
dictum Prophetā ex præcepto DEI iuisse die
771 quodam in Bethuliam † prædicaturum.
Magno igitur feruore cępit ibi prædicare, et
reprehendere peccata, et errores, tum Po-
puli, tum Principis, terminato sermone di-
xit Amasias Prophetæ.
772 *Fuge in Terram Iuda, & comede ibi panem, &*
prophetabis ibi, & in Bethel vltra nō prophetes.
Quare enim Amasias inhibuit Prophetæ
ne prædicaret in Bethel, rationem ipsemet
assignat, ibi, *Quia satisfactio Regis est, & do-*
773 *mus Regni est*. quasi † dicere vellet, Hic
moratur Princeps, et propterea hoc in loco,
nullus tibi habendus est sermo, quod si velis
officio tuo fungi, alium pete locum, *& in*
Bethel non adiicies vltra, vt propheta. Sed Amos
surdus ad tale præceptū tamquam defensor
774 honoris DEI, † prædicationis suæ officium
intrepidè prosecutus est. Vndè Amasias nun-
cium misit Regi Ieroboam, eique dixit: *Re-*
bellauit contra te Amos in medio Domus Israel, non
potuit terra substinere vniuersos sermones eius.
De qua re non parum admiratus S. Hie-
ronymus in eo loco dicit, quid fecit Amos,
778 quod tamquam rebellis † declaratus fuit,
& respondit, quod non fecit, nisi quia dixit
veritatem, & hac de causa, vti rebellis iudi-
candus erat, sentiamus verba ipsa.
Ergo Veritatem manifestasse, hoc est contra Re-
gem inimicum rebellasse.
779 Sicque qui in Mundo apertè Veritatem
enunciat, tamquam rebellis iudicatur, æsti-
maturq; Quoniam illam nemo audire cupit,
omnesque abhorrent illam.
Tandem valdè memorandum, & notabile
est illud exemplum in his terminis relatum
ab Eborense, De Rege illo vocato Camby-
780 se, † qui hrbebat Aulicum vocatum Prosa-
pium, satis fidelem, & prudentem, Quadam
enim die Rex introduxit eum in eius secretū
781 cubiculum, & sic amicè cum eo † loqui cę-
pit, *Non parum desidero scire, ò Mi Prosapie, quid-*
nam vociferatur de me in Ciuitate, & præsertim
circa meum gubernium. Nullus adesset qui con-
queratur, respondit Prosapius, de tam iusto
gubernio. Iustitia enim tua est recta, tuum
782 gubernium est sanctum, tui mores sunt sin-
ne labe, *Sentias replicauit Rex* (ò Prosapie)
omnes habent duos Populos, & ille, qui guber-
nat, impossibile, vt omnibus placeat, necesse
783 est, quod dum vni parti arrideo, † altera pars
remanet inimica. Ideoque non parū deside-
784 ro, vt tu mihi liberè aperias veritatem.
Soporose dormiat, Tua Regia Maiestas,
785 quia omnes vna voce laudant † tuum opti-
mum Gubernium, Vide (O Prosapie) tu
credis me offendere mihi dicendo ipsam ve-
ritatem, scias enim magna me affici iniuria,
dum tu eam mihi celas. Credat mihi re-
plicauit Prosapius, ob illam magnam serui-
786 tutem quam † Tibi profiteor, quod ego in-
tellexi, non parum laudare DEVM, qui tam
iustū, & bonum Regem sicuti es tu, cōcessit,
787 & summe desiderant, † vt cum ipso Mundo
terminaret talis optima gubernatio, & verè
788 esset querere vmbram in Sole, † qui auderet
querere aliquem defectum in te.
Verumenimuero, vt tu cognoscas meam
789 fidelitatem, & simul satisfaciam tuo † anxio
desiderio sciendi veritatem cum sinceritate,
& modestia. Scias diebus elapsis cū ego esse
790 in discursu, cum quibusdam † probatis viris
tuæ Curiæ, loquebamur cum omni reueren-
tia de tua Regia Maiestate, quæ sūmè celebra-
batur, & laudabatur à nobis, sed quia in ni-
791 hilo errare potius est † Diuinitatis, quam
humanitatis: Illud enim benè iudicatum fuit
vt tu post prandium, & post cœnam ad tua
792 cubicula accederes, † quia cūc loquendo, vi-
num operatur, vt ad discursus indignos Tuæ
Regiæ Maiestatis transcurres.
Quo audito à Rege, petijt à Prosapio an
793 filios † haberet, & respondit se vnicum ha-
bere, & replicauit Rex, quod in crastinum
794 ipse cum filio venirent ad prandium secum.
Et gratias agendo Prosapius de tāto hono-
re; sequenti enim die ambo comparuerunt,
& ad Regiam tabulam fuerunt admissi, qua
795 peracta, † Rex introduxit eos in Regio Vi-
ridario; Et ordinauit suis, vt ad arborem li-
garent filium Prosapis, & fecit sibi adferre
796 sagittas, cum arcu, & postea Rex † Prosa-
pio dixit Recordare, quid mihi dixisti, & sic
videbimus, si nullus sētus in me sit alteratus,
& tàm benè, & directè direxit sagittam in di-
ctū Iuuenem, vt in medio cordis eam infixit,
797 qua operatione facta † dixit Paosapio: *Disce*
modo veritatem Regibus dicere pro hac prima vice,
mortem tui filij acquisiuisti, caue à secunda, quia
tuam vitam perdes. Vnde cum talis Rex esset
impatiens veritatem audire; ideò tam crude-
liter sæuit in amicum. Verū fini properando.
Sat enim erit asserere, quod CHRISTVS
798 DEVS noster benignissimus, † qui est Ve-
ritas ipsa, quotquot vexationes, & iniurias
passus fuit in hoc Mundo, de omnibus causa
fuit Veritatis assertio. Quoniam, & ipse ve-
799 nit in hunc Mundum, vt testimonium † per-
hiberet Veritati, vt habetur apud Ioannem
cap.18. Ipse quoque Mundo dixi: *Si Veritatem*
800 *dico vobis, quare † non creditis mihi.* Io.cap.8.
Terminabo denique Discursum hunc
quoad Veritatem, cum ipso Dulcissimo
801 CHRISTO DEO Nostro, † cum ipse sit
finis noster. Imò ipse, vt fatetur ipsemet
apud eumdem Ioann.cap.6. est VERITAS,
ibi, *Ego sum Via, VERITAS, & Vita &c.*
Quare quæ habui in honorem Veritatis, cum
ipsa Veritate, quæ est CHRISTVS Noster,
feliciter cōcludo. Vtinam in omnibus ILLE
sit finis meus.
Cæterum, quia condire saporosè non om-
nibus datum est, & Criticorum infinitus est
numerus. Ideoq; in eis, quæ superius dixi.

Inueniat, quod quisque velit, non omnibus vnum est,
Quod placet, hic spinas, colligit ille Rosas.

INDEX CAVSARVM
IN QVIBVS FACTÆ SVNT DECISIONES
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ.
IN PRÆSENTI PARTE VNDECIMA POSITÆ
Alphabetica serie dispositus.
QVATVOR MODIS DIGESTVS

Primò per Diœceses: Secundò per Materias: Tertiò per Tempora, unà cum Indice Argumentorum: Quarto per singulos RR. DD. Auditores post Indicem Argumentorum.

A

B

Index Causarum per Materias.

Compo-

Index Causarum per Diœceses.

Raue-

Index Causarum per Diœceses.

R

Index Causarum per Dioeceses.

S

T

Tullen.

V

INDEX CAVSARVM DECISIONVM
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
In hac Vndecima Parte Recentiorum contentarum;

Iuxta seriem Materiarum secundum Titulos Causarum.

Signina

Index Causarum per Materias.

Roma-

E

F

Roma-

Index Causarum per Materias.

Aue-

Cra-

Index Causarum per Materias.

Roma-

NOTA
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
AVDITORVM
CORAM QVIBVS EMANARVNT DECISIONES

Quæ in præsenti Parte Vndecima Recentiorum continetur.

Reuerendiss. P.D. CAROLVS CERRVS ROMANVS, Decanus.

R. P. D. ANTONIVS ALBERGATVS BONONIEN.

R. P. D. ANGELVS CELSVS ROMANVS, posteà S. R. E. Cardinalis.

R. P. D. COELIVS BICHIVS SENENSIS.

R. P. D. CHRISTOPHORVS PEVTINGERVS GERM.

R. P. D. FRANCISCVS MARIA MACHIAVELLVS, posteà S. R. E. Cardinalis.

R. P. D. FRANCISCVS MARIA GHISILERIVS BON. prius Episcopus Terracineñ, & postea Episcopus Imolen.

R. P. D. GVTTIERES ARGVELLES HISPANVS.

R. P. D. HIERONYMVS MELTIVS MEDIOLANEN. posteà Episcopus Papieñ.

R. P. D. IO. BAPTISTA COCCINVS VENETVS.

R. P. D. IO. IACOBVS PANZIROLVS ROMANVS, posteà S. R. E. Cardinalis.

R. P. D. LEO VEROSPIVS ROMANVS.

CATA-

CATALOGVS
RR. PP. DD.
AVDITORVM
QVI DE PRÆSENTI ANNO M.DC.LXVII.
In Sacra Rota Romana feliciter sedent.

Reuerendiss. P.D. CAROLVS CERRVS ROMANVS, S. Rotæ Romanæ non tantum Decanus, sed verius DECVS, estq; amplissimo Literarum Theatro in primis subsellis iure collocandus.

R. P. D. ANTONIVS ALBERGATVS BONONIEN.

R. P. D. ALOYSIVS BEVILAQVA FERRARIEN.

R. P. D. HIERONYMVS PRIOLVS VENETVS.

R. P D. FLAMINIVS TAIA SENENSIS.

R. P. D. LVDOVICVS BOVRLEMONT GALLVS.

R. P. D. IOANNES EMERIX LEODIENSIS.

R. P. D. VITALIANVS VICECOMES MEDIOLAN. Archiepiscopus Ephesinus, Locumtenens.

R. P. D. IO. ANTONIVS OTALORA HISPANVS.

R. P. D. GASPAR CARPINEVS ROMANVS.

R. P. D. VINCENTIVS DE CALATAIV HISPAN.

R. P. D. POMPEIVS VARESIVS ROMANVS.

INDEX

INDEX
ARGVMENTORVM
DECISIONVM,
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ,

Quæ in hac Vndecima Parte Recentiorum continentur.

Vnà cum Indice Causarum pro Tempore, vt iacent.

Anno 1650.

Veneris 14. Ianuarij 1650. Meleuitana Commendæ. Leone Verospio.

ARGVMENTVM I. Remissoria conceditur, quando probationes verisimiliter suffragari possunt. Et admittitur probatio per testes licet per scripturas posset fieri, quando probatio per testes esset magis specifica.

Mercurij 19. Ianuarij 1650. Mediolanen. Bonorum. Arguelles.

ARGVMENTVM II. Fructus sunt restituendi à possessore malæ fidei qualis est, qui condemnatus fuit ad prædij restitutionem, & si in principio litis sententiam fauorabilem reportasset, & ad quorum fructuum restitutionem teneatur egregiè pertractatur.

Lunæ 24. Ianuarij 1650. Romana successionis. Corrado.

ARGVMENTVM III. Funeris impensa detrahitur ex dote si mulier aliud non habeat, quæ arbitrio Iudicis remittitur. Consensus Patris pro filio familias se obligante ex quibus resultet. Prætensio dubia, quando non valet impedire restitutionem portionis filio debitæ ex hæreditate materna.

Lunæ 24. Ianuarii 1650. Romana Saluiani. Peutingerio.

ARGVMENTVM IV. Census impositus super Castro Rocchæ Gurghæ substinetur tamquam impositum super re allodiali. Saluianum quod competebat contra bona vendita exerceri potest contra subrogata in locum illorum.

Lunæ 24. Ianuarii 1650. Rauennaten. seù Ferrarien. Decimarum. Leone Verospio.

ARGVMENTVM V. Inuestitura concessa laicis super iure decimandi est nulla neque substineri potest sub prætextu quod in illa sit etiam laicis concessa exactio fructuum decimalium de quibus sunt capaces.

Lunæ 24. Ianuarii 1650. Romana Domus. Bichio.

ARGVMENTVM VI. Census extinctio non resultat ex acquisitione fundi censiti præsertim si acquirens sibi reseruauit iura census. Meliorans quando acquirat sibi fructus melioramentorum, & quando secus plene discutitur, vbi disceptatur quando debeat imputare fructus perceptos, & quos percipi potuerunt.

Veneris 28. Ianuarii 1650. Ferrarien. Transactionis. Celso.

ARGVMENTVM VII. Transactiones non habent suam subsistentiam, dum non adimpletur, quod in eis fuit promissum, & maximè stante dolo, veluti si quis vna manu concedat promissa, & altera ea quærit eripere; nam id bona fides non patitur. Venenum sicuti inficit omne compositum, ità dolus inficit omne dispositum.

Lunæ 31. Ianuarii 1650. Militen. Parochialis. Bichio.

ARGVMENTVM VIII. Parochia conferri non potest infami quod nō procedit quando infamia proueniat ex iudicio criminali per calumniam moto, & sententia super illo sit contumacialis.

Lunæ 31. Ianuarii 1650. Cracouien. Decimarum. Leone Verospio.

ARGVMENTVM IX. Executor minus rectè interpretando decreti verba dicitur excedere: Vbi multa de Executoris excessu in exequendo.

Lunæ 7. Februarii 1650. Comen. Iurispatronatus. Arguelles.

ARGVMENTVM X. Præsentatus à maiori parte patronorum est instituendus aduersus alium, qui obtinuit à Papa derogationem medietatis vocum, dum non iustificauit narratiuam ipsi Pontifici factam, scilicet quod à medietate Patronorum ipse præsentatus fuisset.

Lunæ 24. Februarii 1650. Conchen̄ Pensionis. Bichio.

ARGVMENTVM XI. Pensio dicitur nulliter reseruata, quando fuit facta Pontifici narratiua falsa, etiam si fuerit facta ab Expeditore, quando vel narratiua fuit dolosa, vel tertio præiudicialis, & fortius si principalis ea narratiua vsus fuerit, Pensio reseruata filio super beneficio Patris est nulla, & etiamsi fuerit reseruata ab extraneo dum fuerit factum in fraudem, vbi coniecturæ fraudis recensentur.

Veneris 11. Februarii 1650. Burgen̄ Decimarum. Cerro.

ARGVMENTVM XII. Declaratoria conceditur contra inobedientes in solutione decimarum, quod etiam procedit stante appellationis interpositione, quando causa commissa fuerit sine præiudicio mandati de manutenendo.

Veneris 11. Februarii 1650. Mediolanen̄ prætensæ deuolutionis. Meltio.

ARGVMENTVM XIII. Manutentio non est concedenda Domino directo, quod dominium plenè, & concludentissimè non probet, ac etiamsi deuolutio reddatur turbida non solum per exceptionem facti altiorem indaginem requirentis, sed etiamsi occurrat quæstio iuris hinc inde a Doctoribus ventilata.

Veneris 14. Februarii 1650. Eugubina Prædij. Cerro.

ARGVMENTVM IV. Concursu Emptoris contra bona debitoris non attenditur, solum pro summa in manibus emptoris remanente, sed etiam pro soluta, quia bona empta possunt ex hypothecis antecedentibus emptori euinci.

Lunæ 14. Februarii 1650. Fulginaten̄ Hæreditatis. Leone Verospio.

ARGVMENTVM XV. Religio Hierosolymitana non potest succedere Equiti minus legitimè professo, & qui fuit admissus ad Religionem extra tres gradus in Religione existentes, vbi multa de equitibus obedientiæ nuncupatis, qui verè Equites Religiosi non sunt.

Veneris 18. Februarii 1650. Romana Legati. Cerro.

ARGVMENTVM XVI. Fratres Diui Francisci sunt incapaces legatorum non autem relictorum pro Sacristia, & infirmaria Breue in forma commissaria presumitur iustificatum si cum sententia concurrat lapsus temporis cum obseruantia.

Veneris 18. Februarii 1650. Romana Domorum. Bichio.

ARGVMENTVM XVII. Dominus directus ob lineam finitam non est manutenendus quando renouationem emphyteusis promisit, Declaratio facta ex memoriali quando non præiudicet declaranti.

Veneris 18. Februarii 1650. Romana Saluiani. Corrado.

ARGVMENTVM XVIII. Hypotheca resoluitur si res hypothecata ad creditorem titulo dominij perueniat emptione, adiudicatione, vel simili. Et licet ipse postea virtute pacti de redimendo eamdem rem retrouendat, attamen hypotheca resoluitur si pretium receperit; Et concordatur contraria opinio.

Mercurii 13. Martii 1650. Sulmonen̄ Beneficij. Celso.

ARGVMENTVM XIX. Præsentatus à maiori parte Patronorum debet institui. Maior pars Canonicorum ad faciendam præsentationem intelligitur, & sufficit de congregatis in Capitulo, non autem de absentibus, vbi, an, & quando absentibus non vocatis præsentatio valeat.

Lunæ 15. Martii 1650. Forosempronien̄ Bonorũ. Bichio.

ARGEMENTVM XX. Legitima, siue illius supplementum non debetur matri binubæ, sed tantummodo vsusfructus. Quæ conclusio limitatur, quando filius relinquit bona non prouenientia à paterna substantia, quia tunc debetur legitima, vel supplementum etiamsi filius illam matri prohibuerit.

Lunæ 14. Martii 1650. Romana Rescissionis Cõcordiæ. Corrado.

ARGVMENTVM XXI. Articuli licèt regulariter admitti soleant in Curia etiam parte opponente cum clausulis præseruatiuis, *Dummodo quoquo modo ad causam conferant, &c.* id tamen non procedere in præsenti decisione firmatur, quando articuli sint omninò irreleuãtes, vel aliter redduntur suspecti, ex quibus autem huiusmodi irreleuantia, & suspicio deprænendi possit, latissimè tractatur.

Veneris 25. Martii 1650. Bononien̄ de Glauarinis. Peutingerio.

ARGVMENTVM XXII. Agitur de restitutione fructuum à die motæ, & contextatæ litis, necnon expensarum pro recuperatione prædij nulliter, & iniustè executati.

Mercurii 18. Martii 1650. Romana Renunciationis. Cerro.

ARGVMENTVM XXIII. Renunciatio facta à matre filio adhoc, vt ipse de sua hæreditate disponeret ad fauorem certarum personarum quando vitio captatoriæ dispositionis subiaceat: Familiæ decor in primogenituræ institutione apprimè consideratur, & ideò satis illius conseruationi prospexisse dicitur, qui primogenituram instituit.

Lunæ 28. Martii 1650. Perusina Bonorum. Leone Verospio.

ARGVMENTVM XXIV. Licet regulariter prothocollo standum sit quando inter ipsum prothocollum, & exemplum aliqua adesset repugnantia, tamen si Notarius in d. prothocollo aliquid sub clausula ceterata reliquit, & in exemplo postmodum extenderit, d. extensioni standum esse in præsenti decisione firmatur, & in contrarium adductis plenè responderunt.

Veneris 1. Aprilis 1650. Romana Lucri Dotis. Albergato.

ARGVMENTVM XXV. Loca montium, licet ex constitutione Vrbana non recipiant hypothecam, tamen id non procedere, quando

Veneris 10. *Iunij* 1650. Romana Subhastationis. Leone Verospio.

ARGVMENTVM L. Adultus existens in loco Iudicii, citari quidem potest ad effectum, vt legitimè compareat, & iudicium cum Curatoris interuentu substineat; non tamen validè conueniri potest nisi citato Curatore, quem si non habet, Iudex eidem licèt inuito; decernere debet, aliàs quidquid in eius præiudicium gestum fuerit irritum, ac nullum esse firmatur. Cohæredes ad persoluenda debita hæreditaria quando teneantur pro virili, quando verò insolidum, eruditè demonstratur.

Lunæ 13. *Iunij* 1650. Perusina Suffragiorum. Bichio.

ARGVMENTVM LI. Prætendens medietatem vocum in suffragijs debet illam in indiuiduo probare nempè eam habuisse in actu ab omnibus suffragia habentibus expedito, etiam si agatur in iudicio possessorio. Suffragia pertinent ad suffragantes in capita non in stirpes, dummodò ità actus expediti probentur, nec declarationes post possessionem suffragantibus acquisitam; eidem præiudicare valent, sed de petitorio sunt intelligendæ.

Lunæ 13. *Iunij* 1650. Anglonen̄ Territorij. Meltio.

ARGVMENTVM LII. Attentata quando, & ex quibus dicantur commissa perbellè discutitur.

Mercurij 15. *Iunij* 1650. Lucana Vnionis. Celso.

ARGVMENTVM LIII. Regula reuocatoria vnionum non dum effectum sortita cum compræhendunt vniones factas non pro necessitate Ecclesiæ, sed pro commodiori beneficiatorum substentatione.

Veneris 15. *Iunij* 1650. Bononien̄ Manutentionis. Meltio.

ARGVMENTVM LIV. Quomodo debeant esse concepti libri ad perfectam redditionem rationis inducendam in hac decisione discutitur, ad materiam liquidationis lucrorum, quæ libris cessantibus ex solito præcedentium, & subsequentium annorum benè deducitur.

Lunæ 20. *Iunij* 1650. Bononien̄ fideicommissi de Nascentoriis. Peutingero.

ARGVMENTVM LV. Identitatis probatione facta hæredi conceditur immissio, quæ alias ex defectu probationis illius fuerat denegata.

Lunæ 20. *Iunij* 1650. Militen̄ Parrochialis. Bichio.

ARGVMENTVM LVI. Possessio instrumentalis si est anterior manuteneri debet, etiam quod Iudex possidentem à possessione decesserit, modò tamen nullitèr, vel iniustè processerit.

Lunæ 20. *Iunij* 1650. Romana Supplementi legitimæ. Leone Verospio

ARGVMENTVM LVII. Dos computatur in legitimam, quam minui non posse ex diuersis Legatis in Testamento relictis, & ad pios vsus destinatis, constanter firmatur; an autem, & quando minui possit, propter diminutionem proprij valoris bonorū, & propter expensas factas pro creditorum hæreditariorum exactione, clarè demonstratur.

Lunæ 20. *Iunij* 1650. Camerinen̄ Legati. Bichio.

ARGVMENTVM LVIII. Hæres, qui se pro debito obligans hæreditario beneficium inuentarij non amittit, quamuis se proprio nomine teneri declarauerit, ex quibus vltrà vires hæreditarias teneatur ex contextu totius decisionis habebis.

Lunæ 20. *Iunij* 1650. Viceñ Parrochialis. Bichio.

ARGVMENTVM LIX. Vnio est concludenter probanda à fortiori si vltimus status beneficii sit collatiuus, Immissio in beneficium concessa ab executore si fuit merus importat præsumptionem iustificationis narratorum, sed in iudicio executiuo, non autem in Ordinario.

Lunæ 20. *Iunij* 1650. Neritonen̄ Præcedentiæ. Peutingero.

ARGVMENTVM LX. Manutentio, quia denegari non potest probata possessione, ideò in præsenti decisione discutitur an causa vniuersalis, & vniformis præcedendi, suffragetur pro manutentione in quasi possessione præcedenti etiam in alijs actibus specie diuersis, & quid si Ordinarius, qui prouidere potest controuersijs quæ oriuntur in processionibus, alterius vicibus præcedere mandasset.

Mercurij 22. *Iunij* 1650. Romana Cambij. Celso.

ARGVMENTVM LXI. Debitor sub conditione, quamuis non dicatur verè, & propriè debitor antè euentum conditionis, tamen quia conditio habetur pro impleta, quandò stat per promittentem, quominus adimpleatur; idcirco in præsenti decisione discutitur, an, & quando debitor qui se obligauit soluere cum pecunijs retrahendis ab aliquo, effectu teneatur de proprio, & dictæ pecuniæ ob ipsius negligentiam haberi debeant pro exactis.

Mercurij 22. *Iunij* 1650. Camerinen̄ Dotis Ecclesiæ. Meltio.

ARGVMENTVM LXII. Census impositus à Fundatore in summa (puta) scutorum centum, super omnibus suis bonis pro erigendo iurepatronatus, reseruata sibi suisque &c. facultate redimendi pro certa, & determinata quantitate; cum hoc quod Rector pro tempore in casum redemptionis teneretur illam reinuestire in alio censu similis redditus scutorum centum, an redimi possit, depositata tantummodo dicta quantitate conuenta quamuis ex ea annuus redditus scutorum centum non perciperetur latissimè discutitur, & resolutio est affirmatiua, in contrarium adductis plenè, & abbundè satisfaciendo.

Mercurii 22. *Iunii* 1650. Romana Legati. Corrado.

ARGVMENTVM LXIII. Confessio in Testamento emissa, an, & quando sufficiat ad pro-

probationem debiti latissimè tractatur, & an reuocari possit per secundum testamentum postea conditum eruditè explicatur. Demum legatum, quando præstandum sit, quamuis illius solutio fuerit ex certo loco designata, clarè demonstratur.

Mercurii 22. Iunii 1650. Ianueñ prætensæ separationis Thori. Meltio.

ARGVMENTVM LXIV. Adiudicatio redditur nulla quando fuit excessum in ea, & nō fuit citatus Possessor, & prius non fuerit deuentum ad executionem mediante pignore prætorio; quod hoc verùm intelligas si non fuerit constitutum pignus conuentionale. Citatio non suppletur ex præsentia citandi; Intimatio quando non sit necessaria. Læsio ex quibus excludatur.

Mercurii 22. Iunii 1650. Valentina Rectoriæ. Bichio.

ARGVMENTVM LXV. Beneficium quando dicatur collatiuum, & seculare, itaut possit per Pontificem seculari conferri, etiam si dictum Beneficium esset in Ecclesia Regularium.

Mercurii 22. Iunii 1650. Romana Saluiani. Peutingero.

ARGVMENTVM LXVI. De dominio, & possessione bonorum suppositorum censui constat, quando constat; & insuper apparet, quando alia bona loco illorum fuerunt subrogata, cum eisdem conditionibus, & hypothecis, tunc in eis potest intentare vtile Saluianum.

Lunæ 27. Iunii 1650. Romana Fideicommissi de Barilanis. Celso.

ARGVMENTVM LXVII. Transactio inita per Testatorem est seruanda per hæredem, etiamsi cum beneficio legis, & inuentarii donec per redditionem rationis docuerit bona hæreditaria non sufficere. Pro validitate transactionis iudicandum est, cum ea impediat litis ingressum.

Lunæ 27. Iunii 1650. Romana prætensæ restitutionis Dotis. Peutingero.

ARGVMENTVM LXVIII. Mandatum quando est iniustum, & sic ex falsa causa emanatum cum omnibus inde secutis est reuocandum, vt maximè, si quis locupletaretur cum aliena iactura, & dispendio litium &c.

Lunæ 27. Iunii 1650. Romana redditionis Rationis. Albergato.

ARGVMENTVM LXIX. Tutor sicuti dum est viuus, tenetur reddere rationem tutelæ, & sic etiam de neglectis, & tenetur quoque ad vsuras tutelares, sic eo mortuo tenetur ad id eius hæres. Tutor liberatus à redditione rationum, qualiter sit intelligenda dicta liberatio. Tutor, quando non gaudeat beneficio ordinis.

Lunæ 27. Iunii 1650. Pisaureñ Administrationis Montis. Cerro.

ARGVMENTVM LXX. Immissionem petens contra aduersarium ex propria confessione fatetur eum fateri, & id sufficit ad iustificandam possessionem. Primogenito mortuo eo ipso euanescit possessio, & transijt in successorem. Obseruantia ex vnico actu non inducitur, & maximè si sit contra Ius Ciuile, Canonicum, & Diuinum. Et quid requiratur.

Lunæ 27. Iunii 1650. Romana Officij Notariatus. Leone Verospio.

ARGVMENTVM LXXI. Possessione, quando quis est destitutus, in vanum laborat, si intendat obtinere immissionem, vèl manutentionem, & aliàs latiùs, vt in præsenti decisione discutitur.

Lunæ 27. Iunii 1650. Beneuentana Manutentionis. Peutingero.

ARGVMENTVM LXXII. A Dotis petitione Mulier dicitur exclusa, si ei ipsa renunciauerit cum debitis, & necessarijs solemnitatibus. Dispositio *leg. fæminæ, C. de secund. nupt.* cessat si filij præcedentis matrimonij prædecesserit antè transitum Matris ad secunda vota.

Veneris 1. Iulii 1650. Asculana Iurispatronatus. Meltio.

ARGVMENTVM LXXIII. De probanda pertinentia iuris patronatus vbi lis non est inter compatronos, sed solum inter præsentatos, latè præsens pertractat decisio, vbi plura & quidem in hac materia.

Veneris 1. Iulii 1650. Lucana Cappellaniæ. Bichio.

ARGVMENTVM LXXIV. Beneficium esse simultaneę collationis ex quibus satis superq; probatum remaneat latissimè tractatur, & status beneficij simultaneæ collationis, Episcopi cum Capitulo, an, & quando immutatus dicatur per collationes factas ab Episcopo priuatiuè quoad Capitulum, clarè demonstratur. Demum an Episcopus induceret possessionem, vel præscriptionem aliquam contra Capitulum, quoad menses ordinarios, si in conferendis dd. beneficijs simultaneæ collationis in mensibus reseruatis vteretur alternatiua, quę simultaneam excludit, eruditè resoluitur.

Veneris 1. Iulii 1650. Portueñ Affictus. Bichio.

ARGVMENTVM LXXV. Successor in beneficio, an, & quando teneatur stare locationi ab antecessore factæ, & quando huiusmodi locatio dici possit ratificata ex perceptione affictuum decursorum, latissimè discutitur: Et quid si Antecessor post celebratam locationem, apocam modificatiuam, ac resolutiuam prohibitionis in Instrumento expresse, fauore conductoris conficeret, asserendo dictam apocam fuisse factam correspectiue ad primordialem tractatum, an successor possit solummodo instrumentum approbare, & apocam reprobare, eruditissimè tractatur.

Veneris 1. Iulii 1650. Pisana Sepulturæ. Bichio.

ARGVMENTVM LXXVI. Attentata in spretum inhibitionis commissa sunt omninò reuocanda, nec attenditur æquitas etiamsi ageretur de exhumatione cadaueris; Quod fortius procedit si constet de bono iure petentis reuocationem.

Vene-

Index Argumentorum.

cauſæ

causæ suffragari posſit, ne geſta coram illo per viam attentatorum reuocari posſint, clarè demonſtratur.

Lunæ 5. *Decembris* 1650. Bituntina Theſaurariæ. Leone Veroſpio.

ARGVMENTVM XCII. Poſſeſſio quando eſt probata concedenda venit manutentio, clauſula, *ſine præiudicio litterarum Apoſtolicarum*, quid importet, Beneficij poſſeſſio non eſt capienda capitulariter, ſi non habeat ſtallum in Choro, nec vocem in Capitulo.

Lunæ 5. *Decembris* 1650. Bononien̄ Fideicōmiſſi. Celſo.

ARGVMENTVM XCIII. Immiſſio quæ debetur fideicommiſſario docenti de requiſitis non retardatur exceptione dotis ſolutæ quoties illa ex bonis liberi erat ſoluenda vel prætextu aliarum detractionum quæ minus debitæ iudicantur.

Lunæ 5. *Decembris* 1650. Bononien̄ Legati Vſusfructus. Bichio.

ARGVMENTVM XCIV. Legatum, & inſtitutionem ſuper exiſtentium æque Legatarijs; ac hæredis requirere in hac deciſione firmatur, quæ concluſio licet vbi, & Legatario, & hæredi fuerit datus ſubſtitutus limitationem recipiat, quatenus tamen hæc poſſit limitatio procedere in eadem deciſione videbis, vbi etiam plura de euictione rei legatæ congeruntur.

Lunæ 5. *Decembris* 1650. Bonon̄ Fideicommiſſi de Barberiis. Corrado.

ARGVMENTVM XCV. Ad Fideicommiſſum perpetuum, & ſucceſſiuum ordinatum ad fauorem filiorum eorumque deſcendentium, & in eorum defectum ad fauorem deſcendentium, & in eorum defectum ad fauorem lineæ maſculinæ Filiæ Teſtatoris an admittendus ſit nepos ex filia, ex quo ipſa Teſtatoris filia, nullos maſculos ſuſcepit, in præſenti deciſione latiſſimè tractatur: & huius occaſione diſcutitur, an & quando maſculi deſcendentes ex fœmina dicantur de linea maſculina; item agnationis conſeruatio, ex quibus contemplata cenſeatur, ac demum quando ſubſtitutus, qui de tempore purificatæ conditionis non aderat, poſt ordinationis euentum admittatur.

Lunæ 5. *Decembris* 1650. Meleuitana Cenſus. Peutingero.

ARGVMENTVM XCVI. Cenſus impoſitus ſuper bonis fideicommiſſarijs non valet, vel ſaltem reſoluitur à die mortis imponentium. Bona permiſſa alienari in aliorum deficientia, & de certo tempore non poſſunt alienari non conſtito de illorum deficientia, & ante tempus.

Veneris 5. *Decembris* 1650. Neapolitana Fructuū. Meltio.

ARGVMENTVM XCVII. Manutentio in qua ſi poſſeſſione exigendi fructus recompenſatiuos, denegari non poteſt probata poſſeſſione illos exigendi etiam per vnicam ſolutionem; & an impediri poſſit per ſententiam latam in petitorio, quæ tamen ſuſpenſa remāſit per appellationem clarè demonſtratur.

Lunæ 12. *Decembris* 1650. Romana fructuum. Cenſus. Meltio.

ARGVMENTVM XCVIII. Priuilegiatus, an & quando vti poſsit priuilegio contra equè priuilegiatum primo loco diſcutitur. Contractus nulliter cum minore celebratus, an, & quando obliget naturaliter, & in foro conſcientiæ d. minorem, & quid requiratur ad hoc, vt dictus contractus ex lapſu temporis cenſeatur ratificatus clarè demonſtratur: & nonnulla adducta pro ratificatione d. contractus, tanquam inſufficientia refelluntur. Cōtractus vbi apparet ſimulatus quoad perſonas, verus tamen quoad ſubſtantiam, an & quando perſonas ſuppoſita illius vigore agere poſſit eruditè tractatur.

Veneris 9. *Decembris* 1650. Vicen̄ Iuriſdictionis. Cerro.

ARGVMENTVM XCIX. Literarum Apoſtolicarum executio poſt 30. annos perditur viam executionem, & qualiter ſit intelligenda prædicta concluſio in præſenti deciſione declaratur, Suppreſsio Eccleſiæ, qualiter præſumatur facta.

Lunæ 12. *Decembris* 1650. Cæſarauguſtana Decimarum. Meltio.

ARGVMENTVM C. Cum à decreto ſolutionis decimarum appellatio ſuſpenſiua non concedatur, cauſa deſuper in gradu appellationis commiſſa cum clauſula, *arbitrio Rotæ*, operare non poteſt, quin illarum poſſeſſori manutenendo concedatur. Priuilegium exēptionis decimarum, quod habent Equites Hieroſolymitani, quomodo intelligatur, & quibus ſuffragetur.

Lunæ 12. *Decembris* 1650. Placentina, ſeù Abulen̄ Decimarum. Celſo.

ARGVMENTVM CI. Teſtes deponentes ſuper immemorabili qualiter debeant teſtificari, & ſuper ea deponere, Parocho quando nō ſuffragetur aſsiſtentia Iuris circa collectionem decimarum. Immemorabilem habens pro ſe, an poſsit allegare priuilegium, cum iſta videantur inter ſe contraria, cum priuilegia excludant immemorabilem.

Lunæ 12. *Decembris* 1650. Conimbricen̄ Præſentationis. Leone Veroſpio.

ARGVMENTVM CII. Ius præſentandi pertinet ad Eccleſiam, cui alterius iura fuerunt annexa ſiue ex vnione, ſiue ex diſmembratione, vbi diſceptatur quando per viam vnionis, vel diſmembrationis dicantur annexa.

Lunæ 12. *Decembris* 1650. Cracouien̄ Præpoſituræ S. Floriani. Bichio.

ARGVMENTVM CIII. Declaratoria fertur contra inobedientem decreto Rotali, & ſi nō fuerit Citatus perſonaliter dummodo notitiā habuit, nec ſeruantur quatuor termini ad docendum de paritione quando inobedientia conſiſtit in committendo.

Lunæ

Anno 1651.

Lunæ 13. Ianuarij 1651. Perusina Reintegrationis. Peutingero.

ARGVMENTVM CIV. Decretum feriarum, quo executiones illis pendentibus fieri prohiberetur remanet in hac decisione declaratum, quod nempe executiones, quæ fiunt pro debitis comprælhendat, secus vero immissionem in possessionem, & similia.

Veneris 13. Ianuarij 1651. Ampurieñ, seù Ciuitateñ deputationis Vicarij. Meltio.

ARGVMENTVM CV. Deputatio Vicarij, quæ Sede vacante fieri debet à Capitulo, ad quem ei tempore spectant iurisdictionalia, nullo modo potest à Clero prætendi; quomodo autem in hac materia probetur iurisdictionalium possessio præsens patefaciet decisio.

Veneris 16. Ianuarij 1651. Nouarieñ Parrochialis. Peutingero.

ARGVMENTVM CVI. Constructio Ecclesiæ facta eleemosynis pauperum nullum ius tribuit construenti pro acquisitione iurispatronatus, quod nec etiam dicitur acquisitum ex assignatione stipendij facta pro salario Rectoris.

Lunæ 23. Ianuarij 1651. Cortoneñ Cappellaniæ. Meltio.

ARGVMENTVM CVII. Non posse iuspatronatus reuocari in præiudicium præsentati præsens firmat decisio, vbi plura de consensu Ordinarij, & alijs in iurispatronatus materia disceptari solitis adducuntur.

Lunæ 23. Ianuary 1651. Marianen. seù Accian. Beneficij. Corrado.

ARGVMENTVM CVIII. Prouisio Apostolica facta de beneficio vacato de mense Martij est valida, & executioni est mittenda, si constet Episcopum acceptasse alternatiuam, & ex quo dicatur constare de tali acceptatione. Episcopatus duo, quando fuerunt vniti, ita vt loco vnius sit, si acceptata erit alternatiua, quo ad maiorem Episcopatum, an dicatur acceptata etiam pro altero Episcopatu.

Lunæ 23. Ianuary 1651. Cracouieñ Iuris respondendi. Bichio.

ARGVMENTVM CIX. Iurisdictionem quam habet Episcopus in sua Diocesi non excluditur ad Accademias Pontificis, vel Regis auctoritate erectas, & propterea inhibitio ab illo concessa, cum nullius sit roboris, & momenti potest in functionibus eiusdem Accademiæ impunè sperni.

Lunæ 23. Ianuarij 1651. Cracouieñ Decimarum. Leone Verospio.

ARGVMENTVM CX. Decimarum in solutione fundatam, quam habet intentionem Parocus ex dispositione Sacrorum canonum, atque illam ex qualibet fructuum specie consequatur, ex solutionibus in pecunia factis non impediri quominus illa in eisdem fructibus continuetur in futurum hic deciditur.

Lunæ 23. Ianuarij 1651. Cæsenateñ Emphyteusis. Albergato.

ARGVMENTVM CXI. Primus acquirens emphyteusis, dummodo sit ex titulo oneroso, vt ei libet, potest præiudicare vocatis, ac de bonis emphyteuticis, sicuti de liberis, potest disponere in præiudicium quorumque vocatorum, quantumuis ex pacto, & prouidentia.

Veneris 10. Februarij 1651. Aueniońeñ Saluiani. Bichio.

ARGVMENTVM CXII. Fœudum, quando dicatur hæreditarium, & ad extraneos Successores transitorium, adhoc, vt per alienationem illius priores censeantur extinctæ hypothecæ, vel nè; de datione in solutum, quando, & ipsa hypothecam extinguat, ac alia in præsenti decisione videbis.

Veneris 10. Februarij 1651. Romana Saluiani. Corrado.

ARGVMENTVM CXIII. Interpretatur in hac decisione textus in l. fin. C. de remiss. pignor ad discussionem questionis, quando per præstationem consensus factam per creditorem in alienatione rei ad suum debitorem spectantem ità eius extinguatur hypotheca, vt illa non reuiuiscat etiamsi eadem res in dominio debitoris denuo reuertatur.

Veneris 10. Februarij 1651. Taurineñ prætensæ optionis. Peutingero.

ARGVMENTVM CXIV. Remissoria quæ ex capite irreleuantiæ non conceditur, eo magis denegatur quo si sumus in beneficialibus, nec sequestro fuerit contentum, nec facta promissio de stando vnicæ sententię vt requiritur.

Lunæ 13. Februarij 1651. Cracouieñ Præposituræ S. Floriani. Bichio.

ARGVMENTVM CXV. Quod attentata resultent nedum ex eo, quod quis aliquid attentare fecerit, verùm etiam si quis eius nomine attentatę factum, vt primum sciuerit non reuocare curauit, præsens demonstrat decisio.

Lunæ 13. Febrtarij 1651. Toletana Niuis. Celso.

ARGVMENTVM CXVI. Nix, cum omnibus pateat, ab omnibus ideo potest reponi. Et quid si Princeps sæcularis alicui concessit appaltum dictæ niuis, priuatiuè quoad omnes, & quid si eam reponentes sint personæ Ecclesiasticæ.

Veneris 3. Martij 1651. Bononieñ successionis. Celso.

ARGVMENTVM CXVII. Famigerata dispositio tex. in l. hac ædictali C. de secundis nuptiis perbelle in hac decisione declaratur ad diuisionem successionis inter Nouercam, & nepotes ex filio prioris matrimonij çqualiter competentis, vbi reiectis DD. opinionibus diuersimodè in hac materia disponentibus, modus ab hoc S. Tribunali receptus in huiusmodi diuisione assignatur.

Lunæ 6. Martij 1651. Bononieñ Gabellæ. Albergato.

ARGVMENTVM CXVIII. Ad exclusionem gabel-

ducuntur; & circa manutentionem exactionis fructuum locorum Montium.

Lunæ 20. Martii 1651. Cracouieñ Decimarum. Leone Veroſpio.

ARGVMENTVM CXXXIII. Decimæ ſolitum eſt, vt tam de iure communi, quam de iure Diuino in eadem ſpecie ſunt ſoluendæ. Et quid ſi ſuper tali ſolutione ſit facta aliqua tranſactione ſine Beneplacito Apoſtolico, & vt intret curſu temporis præſumptio talis beneplaciti, quid requiratur.

Veneris 21. Aprilis 1651. Romana Pecuniaria. Corrado.

ARGVMENTVM CXXXIV. Agitur de confirmatione ſententiæ, quæ in parte,& partibus fuit confirmata, quod intelligendum eſt quando per capita ſeparata fuit lata.

Veneris 21. Aprilis 1651. Anconitana Dotis. Leone Veroſpio.

ARGVMENTVM CXXXV. De probatione dominij, ac bonorum identitatis ad effectum ſubſtinendi executionem plura in præſenti deciſione videbis.

Lunæ 24. Aprilis 1651. Romana ſupplementi Legitimæ. Leone Veroſpio.

ARGVMENTVM CXXXVI. Plura deducuntur circa probationem identitatis partitarum, qualiter veritas earum comprobetur, quando ſunt facienda calcula cum multum ſit attendendum, ne ſequatur aliquarum partitarum duplicatio, Satisfactionis præſumptio, quando intret, & multum in hoc attenditur veriſimilitudo.

Lunæ 24. Aprilis 1651. Camerineñ Hæreditatis. Albergato.

ARGVMENTVM CXXXVII. Promiſſiones, quando habent in ventre ſuas exceptiones, ſecundum illas ſunt intelligendæ. Facultatem habens diſponendi de aliquibus rebus, an valeant etiam diſponere in vltima voluntate. Obſeruantia multum operatur ad declarandam mentem diſponentium.

Lunæ 24. Aprilis 1651. Romana Quartæ. Celſo.

ARGVMENTVM CXXXVIII. Materia auth. præterea, C. vnde vir & vxor in hac deciſione declaratur ad excluſionem illius in marito ſuperſtite, qui ante matrimonij contractum tam ex ſuis redditibus, quam ex ſeruitio, quod Principi præſtabat honorificentes vixit.

Veneris 28. Aprilis 1651. Romana quatuor Domorum. Peutingero.

ARGVMENTVM CXXXIX. Solutio licet præſumatur facta in cauſam præcedentem, & potius in cauſam neceſſariam, quam voluntariam, attamen id non procedit, quando de mente partium, & tacita conuentione earundem contrarium, argui poſſit.

Veneris 28. Aprilis 1651. Mediolaneñ Cenſuum. Peutingero.

ARGVMENTVM CXL. Fatalia ſunt prorogãda, vt ſententia tranſeat in rem iudicatã. Cenſus quando non poſſit dici nullus, tanquam creatus ſine pecunia numerata, vel quia fuit conſtitutus ſuper fundo alieno, & tunc qualiter imponentes remaneant obligati.

Veneris 28. Aprilis 1651. Romana Cambiorum. Leone Veroſpio.

ARGVMENTVM CXLI. Cambiorum realitas in quibuſnam potiſſimè conſiſtat, ita vt debitor, qui in ſe aſſumpſit onus cambiandi teneatur, vel litteras exhibere, vel ad damna, & intereſſe per creditorem iuſtificata, crudiſſimè tractatur. Obligatio Cameralis an vulnerata remaneat ex quo cauſa fuit per ſignaturam commiſſa cum clauſula, *ſi quid exequendum* clarè demonſtratur.

Veneris 28. Aprilis 1651. Romana Fideicommiſſi de Nicolinis. Cerro.

ARGVMENTVM CXLII. Dos licet in ſubſidium conſtitui poſſit de bonis fideicommiſſariis, tamen ſi fructus ſufficerent, ad bonorum alienationem deueniri non debet, quatenus verò non ſufficerent, ea tantum bona ſunt alienanda, quorum diſtractio ſit minùs nociua vocatis: quid autem dicendum ſit, quando mulier, ſtante quod bona ſui Viri erant fideicommiſſo obnoxia, ſpecialiter conuenit de inueſtiendis pecunijs dotalibus pro eius cautione.

Veneris 28. Aprilis 1651. Firmana Cappellaniæ. Bichio.

ARGVMENTVM CXLIII. Manutentio eſt concedenda prouiſo Apoſtolico. Et ſi adſit contradictor quando prouiſus Apoſtolicus poſſeſſionem, quam cœpit vacuam inuenit. Obreptio turbida manutentionem non impedit.

Veneris 28. Aprilis 1651. Romana fideicommiſſi de Saluiani. Celſo.

ARGVMENTVM CXLIV. Cenſum ex quibus actibus nullo modo poſſit dubitari per partes fuiſſe extinctum, & quando perperam opponatur cum non fuiſſe extinctum ex defectu voluntatis partium, dum in Inſtrumento deſuper celebrato adſit verba translatiuè, & non extinctiuè prolata, & in oppoſitum deducuntur plures oppoſitiones in hac materia.

Lunæ 15. Maij 1651. Placentina, ſeù Ambuleñ Decimarum. Celſo.

ARGVMENTVM CXLV. Eccleſia, quando poſſit prætendere decimas loci de quo ſit Domina, & quando non; Exemptio à decimis, in terris propria manu elaboratis, an extendatur ad terras locatas. Ius decimandi vigore immemorabilis æquiparatur vero titulo.

Lunæ 15. Maii 1651. Peruſina Fideicommiſſi de Cincijs. Peutingero.

ARGVMENTVM CXLVI. Agitur de Statuto Peruſino lib. 2. rubric. 46. & cap. 45. prohibentium fœminas quicquam petere contra teſtamentum patris, & firmatur hoc habere locum donec extent maſculi.

Mercurii 12. Maii 1651. Ferrarieñ Domus. Meltio.

ARGVMENTVM CXLVII. Statuto ſi caueatur, quod duæ ſententiæ habeant vim trium, intelligendum eſt, de validis, & iuſtis, & quod

Lunæ 12. Iunij 1651. Romana Domus in Burgo. Peutingero.

ARGVMENTVM CLXI. Sententia iusta, & valida transit in rem iudicatam ob lapsum temporis, dum fatalia non sunt promulgata. Bona pupilli magni valoris, non sunt alienanda pro soluendis debitis pupilli paruæ summæ.

Lunæ 12. Iunij 1651. Aquilana Iurispatronatus. Meltio.

ARGVMENTVM CLXII. Agnatio quando in materia Iurispatronatus dicatur considerata.

Lunæ 12. Iunij 1651. Bisuntina Thesaurariæ. Leone Verospio.

ARGVMENTVM CLXIII. Beneficium resignans in manibus Sanctissimi, dicitur reseruatum tanquam vacans apud Sedem Apostolicam,& quando literæ Apostolicæ ad hoc dicantur iustificatæ.

Lunæ 12. Iunij 1651. Comeñ Iurispatronatus. Albergato.

ARGVMENTVM CLXIV. ad Iuspatronatus, quando plures sunt præsentati, quis veniat instituendus, Iuspatronatus transit cum vniuersitate bonorum. In translatione Iurispatronatus requiritur consensus Ordinarij.

Veneris 16. Iunij 1651. Romana redditionis rationis. Albergato.

ARGVMENTVM CLXV. De quibus teneantur bonis rationem reddere tutores in præsenti decisione discutitur, vbi quod citra dolum, nec admittitur contra illos iuramentum in litem, nec de ad modum rigorosa rationum redditione exiguntur à testatore liberati fuerunt.

Veneris 16. Iunij 1651. Cesenateñ Emphiteusis. Albergato.

ARGVMENTVM CLXVI. Dispositio facta de emphyteusi à primo acquirente substinetur, etiam quod emphyteusis sit ex pacto, & prouidentia, & huic dispositioni non resistit alia concessio obtenta à persona in prima inuestitura concessa, cui per huiusmodi dispositionem vtique præiudicatur.

Veneris 16. Iunij 1651. Bononieñ Fideicommissi. Celso.

ARGVMVNTVM CLXVII. Immissio quia non retardatur fideicommissario per detractiones turbidas, & illiquidas; ideò in præsenti decisione constanter firmatur, quod alienationes factæ ab hærede grauato præsumantur equare detractiones sibi competentes, vel quod onus probandi contrarium transferat in alienantem, & eius hæredes; quid autem dicendum sit, si quis prætenderet retentionem dictorum bonorum pro dotis restitutione, eruditè resoluitur; Demum identitas bonorū fideicommissariorum ex quibus probata remaneat clarè demonstratur.

Veneris 16. Iunij 1651. Romana fideicommissi de Carpianis. Leone Verospio.

ARGVMENTVM CLXVIII. Hæres fideicommissarius, qui & docto de fideicommisso, & iustificata identitate bonorum in illis immissionem petit, prætextu transactionis initæ cum hærede grauato impediri non debet, vbi transactio, & bona fide non fuit facta, & illius validitas altiorem requirit indaginem.

Lunæ 19. Iunij 1651. Spoletana Successionis à Celso.

ARGVMENTVM CLXIX. Feminas agnatas esse vocatas à statuto ad fauorem agnationis disponente,licèt ipsę nō conseruent agnationem in præsenti decisione constanter firmatur Statutum disponens de successione defuncti ab intestato an, & quando comprehendat etiam successionem illius, qui testari non potuit eruditè tractatur.

Lunæ 19. Iunij 1651. Portueñ Affictus. Bichio.

ARGVMENTVM CLXX. Conductor, qui contrà formam locationis in vltimo anno fundum seminauit,licèt expressè conuentum fuisset, vt quidquid vltimo satum esset in Terris locatis cederet locatori, an possit repetere expensas factas pro cultura Terrarum, vel potius huiusmodi conuentio pœnalis dicenda sit, itaut restringi debeat ad id, quod locatoris interest, eruditissimè tractatur,& resolutio quoad vtramque partem dubii est negatiua, rationibus, & obiectionibus in contrarium adductis plenè satisfaciendo.

Lunæ 19. Iunij 1651. Romana locorum Montiū. Meltio.

ARGVMENTVM CLXXI. Obligatio Mulieris corruit stante falsitate, & ineptitudine causæ, quid autem dicendum sit si fuisset facta cum decreto Iudicis, & concurreret duplex causa, quarum vna esset vera, & altera falsa, eruditè resoluitur. Possessori quando pro suo credito competat retentio rei possessæ, & conclusio an procedat etiam in bonis feudalibus, clarè demonstratur.

Lunæ 19. Iunii 1651. Senogallieñ Saluiani. Corrado.

ARGVMENTVM CLXXII. Solutione eius, quod debetur, tollitur omnis actio, ac hypotheca creditorum.Solutio in quam causam in dubio debeat referri: Sententia quando est concepta vnica verborum structura, non potest pro parte confirmari, aut infirmari. Sententia executa,si sit excessiua in totum reuocatur, & quare.

Lunæ 19. Iunii 1651. Auximana Dotium. Albergato.

ARGVMENTVM CLXXIII. Bona fideicōmissaria transuersalia licet non cadant sub dispositione Auth. res quæ, Cod. commun. delegat. tamen aliud est dicendum, si frater se obligauerit dotare sorores, quia tunc eas tenetur dotare, licet sint diuites. Obligatio minoris, quando valeat sine solemnitatibus.

Lunæ 19. Iunij 1651. Anconitana Saluiani. Corrado.

ARGVMENTVM CLXXIV. Saluianum non retardatur per exceptionem fideicommissi, aliasque turbidas, & illiquidas exceptiones, & quid si in hoc iudicio solummodo citatus fuisset hæres, qui exciperet se possidere simul cum cohærede, & tamen creditor immissionem obtinuisset, an dicto cohæredi

Anno 1652.

vitiet,

vitiet, si id fuerit omissum maximè si fuisset à Testatore remissum, eruditè resoluitur.

Lunæ 29. Ianuarii 1 6 5 2. Meleuitana Census. Peutingero.

ARGVMENTVM CCXVI. Census non potest imponi super bonis fideicommissi nisi durante vita hæredis grauati, nec potest impositio substineri cum supposito quod ex illo fuerint debita fideicommittentis extincta si dies debiti adhuc non cesserit. Nec minus potest substineri impositio tanquam facta ad euitandas vsuras, si vsuræ census fuerint maiores, quæ omnia indubitatè procedunt, si aderant mobilia, & pecuniæ in hæreditate cum quibus erat facienda solutio.

Mercurii 31. Ianuarii 1 6 5 2. Romana Dotis. Bichio.

ARGVMENTVM CCXVII. Confessio Viri de dote recepta quando probet veram, & realem solutionem, etiamsi emanasset post decoctionem, primo loco discutitur, quid autem dicendum sit, quando in capitulis matrimonialibus conuentum fuit, quod dos inuestiri deberet, & tamen inuenstimentum non fuit factum, eruditè resoluitur. Consensus præstitus alienationi bonorum communis debitoris, operatur solum remissionem iuris competentis de tempore præstiti consensus, & non importare remissionem crediti cuius dies nondum cesserat, etiamsi in instrumento, clausulæ vniuersales, & amplissimæ suppositæ forent, constanter firmatur, & in contrarium adductis plenè respondetur.

Lunæ 19. Februarij 1652. Bononieñ fideicommissi de Barberijs. Bichio.

ARGVMENTVM CCXVIII. In primogenituris, & fideicommissis, quando masculus descendens ex fœmina veniat sub appellatione masculorum, & quando secus non minus latè, quàm clarè tractatur, & huius occasione, quando Testator dicatur considerasse conseruationem agnationis simpliciter, & quando simul etiam contemplasse lineam masculinam, eruditè discutitur.

Lunæ 26. Februarii 1652. Romana rescissionis Concordiæ. Bichio.

ARGVMENTVM CCXIX. Vocatio filiorum ex parentibus legitimis creatorum comprehendit etiam eos ex parentibus legitimatis procreatos. Transactio verbis prægnantissimis concepta comprehendit omnia iura trãsigentium etiam vltra expressa, & etiam fideicommissum diuersum ab eo, quod fuit expressum. Vbi plura de Testamento de falsitate suspecto.

Lunæ 26. Februarij 1652. Bononien. Beneficij. Albergato.

ARGVMENTVM CCXX. Iuspatronatus, quando dicendum sit gentilitium, & quando hæreditarium, ac quando Iuspatronatus quod erat gentilitium efficiatur hæreditarium non minus latè, quàm eruditè tractatur.

Veneris 1. Martij 1 6 5 2. Marianeñ, seù Accieñ Beneficij. Bichio.

ARGVMENTVM CCXXI. Episcopatus duo, quando simul fuerunt vniti, si Episcopus acceptauerit alternatiuam sub nomine vnius, & maximè dignioris, censetur pro vtroque voluisse acceptare, & præsertim si ratio disparitatis non potest assignari.

Lunæ 4. Martii 1652. Assisieñ Oblationum. Albergato.

ARGVMENTVM CCXXII. Læsio, quando adest in aliquo contractu, & de eo constat patenter, tunc non potest esse locus denegationi restitutionis in integrum, quod procederet etiamsi Ecclesia ageret contra Ecclesiam.

Lunæ 4. Martij 1 6 5 2. Portueñ Affictus. Bichio.

ARGVMENTVM CCXXIII. Auditores Rotæ an procedi possint executiuè quando causa fuit per appellationem commissa cum facultatibus A. C. eruditè resoluitur. Quantitas frumenti percepti, & illius asportatio ad Vrbem, ac valor de eo tempore ex quibus iustificata remaneant, clarè demonstratur.

Veneris 8. Martij 1652. Aretina Vnionis. Leone Verospio.

ARGVMENTVM CCXXIV. Vnio rectè probatur ex instrumento à Papa confirmato non obstante regula reuocatoria. Dum per sententias executas probatur effectum sortita. Quod fortius procedit si adsit clausula sublata in confirmatione Papæ vnita decreto irritanti, & derogationi cuiuscumque vsus contrarijs: Clausula prout ad alterum, & saluis infrascriptis quomodo intelligantur.

Veneris 8. Martij 1652. Calaguritana Beneficij de Alesanco. Albergato.

ARGEMENTVM CCXXV. Ad Beneficium, quando plures sunt præsentati, ille est instituendus, qui habet plures, & digniores qualitates, & quæ sint, examinatorum irrationabile iudicium, ex quo bene dignoscatur.

Lunæ 8. Martij 1652. Romana Hæreditatis. Leone Verospio.

ARGVMENTVM CCXXVI. Falsitas testamenti clausi, quia debet esse concludenter probata, ideò in præsenti decisione reiciuntur leues coniecturæ ad arguendam illius falsitatem ex quibus verò probetur identitas d. testamenti, in qua tota vis falsitatis consistit, itaut mutationis, ac alterationis præsumptio exclusa remaneat, clarè demonstratur.

Veneris 8. Martij 1.6 5 2. Aueniones Saluiani. Bichio.

ARGVMENTVM CCXXVII. Saluianum non retardatur per exceptionem crediti ab hærede debitoris appositi si inuentarium non confecerit, quod etiam procedit, & si creditum proueniret, ex fideicommisso ad fauorẽ hæredis purificato præsertim si altiorem indaginem, requirat, vel etiam ex melioramentis dum specificè non probentur.

Veneris 8. Martij 1 6 5 2. Spoletana Tutelæ, & Curæ. Meltio.

ARGVMENTVM CCXXVIII. Mandata contra Tutores non sunt relaxanda, donec, & quo vsque redditio rationum non fuerit penitus reddita, quia nisi eis redditis determinari non potest an remaneant debitores, vel creditores.

Index Argumentorum.

Lu-

Et

Et quid si fœminæ vocatæ fuissent dummodo nuptias cum aliquo de Familia N. contraxerint, an exclusæ remaneant huiusmodi conditione non impleta, eruditè resoluitur.

Mercurii 27. Iunii 1651. Viterbieñ Canonicatus, Cerro.

ARGVMENTVM CCLXXXIV. Ad Institutionem beneficij, licet quando extraiudicialiter procedatur, non detur appellatio, tamen si appareat contradictor, & id cessat. Signatura simpliciter committendo causam quid denotet; Attentatorum reuocationi, quando non sit locus ob bonum ius partis attentantis.

Mercurij 26. Iunij 1652. Romana fideicommissi de Victoriis. Leone Verospio.

ARGVMENTVM CCLXXXV. Pro matrice vt habenda sit scriptura reperta inter cæteras matrices Notarij, quæ vlterius requirantur clarè demonstratur, & quid dicendum sit si altera quoque scriptura nullis lituris deturpata, & ab ipsomet Notario rogato de more subscripta ibidem reperiretur, eruditè resoluitur, & huius occasione discutitur, an, & quando testamentum lituris deturpatum dici possit de ordine Testatoris, vel dolo Notarij cancellatum. Filij exheredati non dicũtur inclusi sub appellatione nominis collectiui, *descendentium*, & in contrarium adductis, plenè respondetur.

Mercurii 26. Iunii 1652. Vrbinateñ Salarij. Zarate.

ARGVMENTVM CCLXXXVI. Salarium deberi per rotum tempus conuentum quamuis Minister toto tempore seruitium non præstiterit, quando per ipsum non stetit, quominus præstiterit in præsenti decisione constanter firmatur; idque ampliatur procedere etiãsi ex facto Principis huiusmodi conuentum seruitium à Ministro præstari non potuerit, & in contrarium adductis non minùs plenè, quam eruditè respondetur.

Mercurij 26. Iunii 1652. Nouarieñ Pecuniaria. Bichio.

ARGVMENTVM CCLXXXVII. Promissio exigibilitatis cum pacto de retrocedendo nomen cessum, si de ea constat ad retrocessionem deueniri debet, cum autem pluribus modis inexegibilitas probetur quomodo illa dicatur in hoc casu verificata ex sequenti summario colligito.

Mercurii 26. Iunii 1652. Acerrarum Pensionis. Albergato.

ARGVMENTVM CCLXXXVIII. Pensio reseruata cum clausula, *dummodo tertiam partem fructuum non excedat*, non potest Pensionarius agere, nisi prius dictam clausulam verificauerit, etiamsi Titularis consensum præstiterit huiusmodi reseruationi. Valor beneficij, an, & quando probatus remaneat, clarè demonstratur.

Mercurii 26. Iunii 1652. Romana Societatis Officij. Celso.

ARGVMENTVM CCLXXXIX. Obligatio præstandi fideiussorem in Societate Officij apposita, an, & quomodo dicatur remissa per receptionem fructuum eruditissimè tractatur; & quid si huiusmodi obligatio non fuerit adimpleta, an pecuniæ superlucrari debeant per mortem illius sub cuius vitę periculo societas inita fuit, ingeniosè resoluitur.

Mercurii 26. Iunii 1652. Romana, seù Ianueñ Cambij. Bichio.

ARGVMENTVM CCXC. In materia cambiorum de vsuris suspecta, an, & quando probetur solutio per confessionem creditoris de recepto primo loco discutitur: Continuatio cambiorum in quibus casibus dicatur illicita, & prohibita à Piana constitutione clarè demonstratur. Demum quando cambia debeantur ob non integram restitutionem capitalis, eruditè tractatur.

Veneris 28. Iunii 1652. Bononieñ Legati. Leone Verospio.

ARGVMENTVM CCXCI. Legatum puellæ relictum ab extraneo, postquam certam compleuit ætatem, & nupserit, redditur conditionale tàm respectu temporis, quàm etiã respectu nuptiarum, vnde si puella post completam ætatem, pendente tamen nuptiarum conditione decesserit, non transmittit huiusmodi legatum ad suos hæredes, sed remanet penes hæredes legantis, & refutatur opinio eorum, qui tenent, quòd conditio nuptiarum potiùs ad designandum tempus solutionis, quam ad eius substantiam coarctandam apposita censeantur.

Veneris 28. Iunii 1652. Astoriceñ Attentatorum. Bichio.

ARGVMENTVM CCXCII. Inhibitionum Rotalium cognitio, cum pręseferant nomen, & potestatem Romani Pontificis, & Sedis Apostolicæ non spectat ad alium, quam ad eumdem Pontificem, siue eius Signaturam Gratiæ, vel Iustitiæ, vel ad ipsam Rotam inhibentem, & non ad alios.

Veneris 28. Iunii 1652. Bononieñ Hæreditatis. Bichio.

ARGVMENTVM CCXCIII. Statuta Laicalia in hæreditate Clerici non habent locum, siue dirigant verba in personam defuncti, siuè tantùm de eius bonis disponant, siue etiam agatur de bonis quæsitis ante, vel post Clericatum; & quid si essent confirmata à Sede Apostolica cum verbis amplissimis, & in forma specifica, quæ habet vim nouæ legis, an, & quando libertatem Ecclesiasticam coarctari possit, clarè demonstratur.

Lunæ 1. Iulii 1652. Bononieñ nullitatis Concordiæ. Meltio.

ARGVMENTVM CCXCIV. Ius institutionis est personalissimum, ac proinde non potest cedi, ac in alium transferri, & licet fideicommissa, legatas substitutiones &c. concurrentibus coniecturis transmittantur ad hæredes, tamen non ità pariter iudicandum est de directa hæredis institutione, quæ cum debeat nominatim, & expressim fieri proprio ore Testatoris, nullo modo posse in alios transferri, in præsenti decisione constanter firmatur.

Lunæ

Index Argumentorum.

Lunæ 1. Iulij 1652. Calaguritana Beneficij de Ocon. Zarate.

ARGVMENTVM CCXCV. Quod Beneficia Calaguritana ad formam Constitutionis Clementis Octaui semper adiudicentur dignioribus in præsenti decisione firmatur; Hinc maior dignitas quomodo iustificetur latè discutitur.

Lunæ 1. Iulij 1652. Calàguritana Beneficij de Auscio. Verospio.

ARGVMENTVM CCXCVI. Cum ad Beneficium habens curam animarum semper ille præferatur, qui maioribus qualitatibus præpollet, certum est habentem gradum Doctoratus, & experientia maiori, ac singulari prudentia dotatum cæteris inferioribus esse præferendum.

Lunæ 1. Iulij 1652. Romana, seù Ianueñ Legati. Verospio.

ARGVMENTVM CCXCVII. Cùm adimatur legatum alicui sub conditione præstandi obedientiam erga parentes, quotiescumque contraria inobedientiæ remanet purificata; an actus ex quibus illa deducitur possit sola parentis attestatione probari.

Lunæ 1. Iulij 1652. Fesulana Beneficij, seù Oratorij. Albergato.

ARGVMENTVM CCXCVIII. Habere facultatem Vicarium confirmandi donationes in materia Beneficiorum de Iurepatronatus probatur etiam præsumptionibus, & coiecturis, quales autem illæ esse debeant vt sufficientes dicantur in decisione videbis.

Lunæ 13. Ianuarij 1653. Romana fideicommissi de Victorijs. Verospio.

ARGVMENTVM CCXCIX. Identitas bonorum fideicommissariorum probatur ex Codice conscripto à fideicommittente, & legaliter asseruato: Item ex decisione Rotali: Item ex immissionis sententia si agatur contra illā obtinentem: Item ex Instrumentis acquisitionum, & etiam ex Instrumentis Census, & litteris patentibus locorum Montium in quibus præsefertur pretium prouenire ex re fideicommissaria. Remissio fideicommissi non præsumitur ex diuisione, & ex quibus illa excluditur.

Lunæ 13. Ianuarij 1653. Romana, seù Veliternia Affictus. Bichio.

ARGVMENTVM CCC. Contractus an rescindi possit ex defectu non implementi, vel agendum sit contra deficientem vt adimpleat, maximè si aliquid fuerit impletum erudite tractatur. Procurator vigore mandati procuræ cum libera, an paciscendo possit præiudicare cum magno damno eius Principali, & quando quis non dicatur constitutus Procurator cum libera, licèt mandatum procuræ in fine contineat clausulas id importantes, latissimè discutitur.

Mercurij 15. Ianuarij 1653. Tulleñ Matrimonij. Albergato.

ARGVMENTVM CCCI. Matrimonium quando præsumatur liberè, & non metu contractum; & metus probatio qualis sit necessaria ad dirimendum matrimonium solemniter in facie Ecclesiæ celebratum, magistraliter tractatur.

Veneris 24. Ianuarij 1653. Hieraceñ Parochialis. Zarate.

ARGVMENTVM CCCII. Beneficium dimittens animo aliud assequendi, & non assequatur, & alter de dicto beneficio fuerit prouisus an, & cui sit dandum mandatum de manutenendo, eruditè resoluitur.

Veneris 24. Ianuarij 1653. Cracouieñ Decimarum Verospio.

ARGVMENTVM CCCIII. Decimæ tàm ex dispositione Iuris Diuini, quàm humani debentur Parocho, in bonis existentibus intra fines suæ Parochiæ, quid autem dicendum sit, si adesset constitutio, quòd decimæ debeantur Ordinario, an Tertius possit se hac exceptione tueri, eruditè resoluitur. Decimarum exactio ex quibus iustificata remaneat clarè demonstratur.

Lunæ 27. Ianuarij 1653. Beneuentana Iurisdictionis. Zarate.

ARGVMENTVM CCCIV. Episcopus quoad Iurisdictionem habet pro se assistentiam iuris in locis suis intra limites suæ Diœcesis, vndè si quis prætenderet in eadem Diœcesi habere Iurisdictionem Ordinariam, & Territorium separatum ab Episcopo, debet docere, vel de priuilegio Apostolico, vel de immemorabili; quid autem dicendum sit, quando neutrum perfectè probari possit, sed plures actus Iurisdictionales pro vtraque parte concurrerent, eruditè resoluitur.

Lunæ 3. Martij 1653. Mediolaneñ Parochialis. Zarate.

ARGVMENTVM CCCV. Vnio ex quibus probetur, & quando fuit effectum sortita non subiacet regulæ reuocatoriæ vnionū; Vnionis effectuatio probatur per possessionem captam per procuratorem cum mandato ex præsumptionibus elicito, & ex obseruantia illius, quæ ex quibus actibus inducatur plenè discutitur.

Veneris 14. Martij 1653. Auersana Iurispatronatus. Zarate.

ARGVMENTVM CCCVI. Anceps disceptator controuersia duarum donationum de Iurepatronatus, quæ scilicet debeat attendi ad effectum obtinendi prælationem ad fauorem alterius ex præsentatis in executionem dictarum donationum.

Lunæ 17. Martij 1653. Romana Census. Bichio.

ARGVMENTVM CCCVII. Census extinguitur per emptionem fundi censiti factam à Censuario ratione incompatibilitatis, quia res suas nemini potest seruire; an autem huiusmodi census reuiuiscere valeat si dictus fundus, vel ab Inquilino, vel à Vicino vigore Bullæ Gregorianæ fuerit à Censuario retrotractus, seu auocatus? eruditissimè resoluitur. & huius occasione etiam clarè demonstratur, an census semel extinctus reuiuiscere possit, & quādo opus sit noua creatione ex integro, seruata forma Pianæ Constitutionis.

Lunæ

que

quæ præterea quotiescumque alicui prouiso daretur possessio, is se ex Iudæorum genere non esse iuramentum præstare, & de eo sufficientem informationem tradere teneatur, acerrimè discutitur,& resolutio affirmatiua in contrarium adductis plenè satisfit.

Veneris 20. Iunij 1653. Albinganeñ Præcedentiæ. Bichio.

ARGVMENTVM CCCXX. Præcedentia secundum Constitutionem Gregorij XIII. debetur existenti in quasi possessione præcedendi, huiusmodi verò quasi possessio ex quibus probata remaneat, clarè demonstratur; & huius occasione, quando in Ecclesia cornu Euangelij respectu præcedentiæ censeatur minùs dignum cornu Epistolæ,& quando secùs, eruditissimè tractatur.

Veneris 20. Iunij 1653. Romana deuolutionis domus. Verospio.

ARGVMENTVM CCCXXI. Bona Ecclesiastica in emphyteusim concessa pro hæredibus & successoribus quibuscumque transferuntur quoque ad hæredes extraneos; si tamen fuerit renouata Inuestitura, & stipulata tantummodò pro hæredibus, & successoribus, in ea comprehensos esse hæredes sanguinis simpliciter constanter firmatur: Et licèt in nouis Inuestituris etiam sub nouis pactionibus stipulatis, ex primæua Inuestitura recessum solummodò censeatur, quatenus aliquid additum fuerit, vel in contrarium dispositum; tamen in præsenti decisione ex quibus possit dici constituta noua concessio, quæ cum primæua Inuestitura nullam habet connexionem, clarè demonstratur.

Lunæ 23. Iunij 1653. Viterbieñ Beneficiorum. Celso.

ARGVMENTVM CCCXXII. Per resignationem beneficii, quæ ob non factam publicationem iuxta Constitutionem fel. recor. Gregorij XIII. non fuit effectum sortita, ex quo alter à Sede Apostolica dictum beneficium impetrauit, an dicatur omninò abdicatum ius à Resignante, itaut stante prima resignatione ineffectuata, nequeat denuò resignare? non minus clarè, quàm eruditè tractatur.

Veneris 27. Iunij 1653. Romana Pecuniaria. Meltio.

ARGVMENTVM CCCXXIII. Cessio iurium quamuis fuerit verbis generalibus concepta, tamen restringi debet ad iura talia qualia penès cadentem de tempore cessionis reperiebantur; Quod autem dicendum sit, si res cessa fuerit promissa libera ab omni censu, canone, seruitute &c. & deinde fuerit detecta aliquo onere grauata, de quo Cessionarius plenam notitiam habebat, an in tali casu sit permissum Cessionario agere de euictione, eruditè tractatur.

Veneris 27. Iunij 1653. Perusina Census. Zarate.

ARGVMENTVM CCCXXIV. Mulier adhuc in minori ætate constituta, non potest sine debitis solemnitatibus eius viro in dotem dare bona æstimata, æstimatione faciente venditionem, licèt possit illa dare inæstimata, & quare. Mulier an, & quando possit ex taciturnitate ratificare contractum ab initio nullum, & quæ requirantur, eruditè tractatur.

Veneris 4. Iulij 1653. Bononieñ de Bologninis. Celso.

ARGVMENTVM CCCXXV. Identitas Bonorum fideicommissi rectè probatur ex Inuentario, & ex diuisione inter hæredes secuta in cuius instrumento singillatim fuerint cum confinibus expressa bona, item ex adnotatione facta à Testatore in testamento. Existentia bonorum penès aliquem ex quibus probetur.

Lunæ 17. Nouembris 1653. Auenioneñ Legitimæ. Peutingero.

ARGVMENTVM CCCXXVI. Legitimæ legatum per filium matri relictum quando debeatur, itaut per superuenientiam liberorum non censeatur reuocatum, elegantissimè discutitur; & quamplurimæ coniecturæ pro vtraque parte adductæ, an huiusmodi legatum ex liberalitatè potius, quàm ex proprij debiti cognitione censeatur relictum, perpenduntur, demùm pro validitate legati respondendum esse firmatur.

Veneris 15. Decembris 1653. Meleuitana Parochialis. Cerro.

ARGVMENTVM CCCXXVII. Liquidatio fructuum, qui fuerunt attentatè percepti spectat ad eum, qui petit procedi ad vlteriora in negocio principali, quomo autem de stylo Rotæ admittatur attentans ad huiusmodi liquidationem faciendam, & ex quibus iustificata remaneat, non minus clarè, quam eruditè tractatur.

Lunæ 12. Ianuarij 1654. Sabineñ Status Montis Libretti. Dunozet.

ARGVMENTVM CCCXXVIII. Peritus post peritiam factam potest cogi ad declarandum, & specificandum dictam suam peritiam, etiã si venditio plurium rerum sit facta vnico pretio dummodò res venditæ sint diuersæ speciei, & venditio vniuersaliter facta emanauerit tanquam quid facit, non tanquam quid iuris. Præcipuè si interesse partis,& mens contrahentium hoc exposcet. Venditio plurium rerum quando dicatur vnica, vel plures venditiones.

Lunæ 12. Ianuarij 1954. Tulleñ Matrimonij. Albergato.

ARGVMENTVM CCCXXIX. In quolibet iudicio etiam si illud esset de sui natura priuilegiatum, aut causa appellatione remota fuisset commissa post concessam primo loco remissoriam, regulariter ad concessionem secundæ non deuenitur, eo magis si concurrat præsumptio calumniæ, ac timor subornationis Testium.

Veneris 26. Ianuarij 1654. Tiburtina Castri S. Angeli. Meltio.

ARGVMENTVM CCCXXX. Ardua,& plerumq; in praxi reiecta dispositio *L. Cõmissoria*, in præsenti decisione discutitur ad interpretationem contractus assignationis fructuum creditoris fauore celebrati, quod ille in casum & euentum molestiarum possit in venditionem transire, cum per actum huiusmodi eo tantum

Mer-

Index Argumentorum.

Lunæ

INDEX CAVSARVM DECISIONVM PER SINGVLOS R. R. D. D. S^{RÆ} ROTÆ ROMANÆ AVDITORES

Alphabetico ordine compositus.

Calagu-

Coram R. P. D. BVCCABELLA.

Coram Eminentissimo, & Reuerendissimo D. CARD. CELSO.

Asten.

Coram Rouerendissimo P. D. CERRO DECANO.

Coram Eminentissimo, & Reuerendissimo D. CARD. CORRADO.

Coram R. P. D. COCCINO.

Coram R P D. DVNOZET.

Coram Illustrissimo, & Reuerendissimo D. GHISILERIO Episc. IMOLEN.

Coram Eminentissimo, & Reuerendissimo D. CARD. MACCHIAVELLO.

Coram Illustrissimo, & Reuerendissimo D. MELTIO Episcopo PAPIEN.

Maria-

Coram R. P. D. PEVTINGERO.

Index Causar. per singulos DD. Auditores.

Coram Eminentissimo, & Reuerendissimo D. CARD. PANZIROLO.

Coram R. P. D. QVEIPOi

Coram R. P. D. VEROSPIO.

Coram

Coram R. P. D. ZARATE.

DECI-

DECISIONVM RECENTIORVM A PAVLO RVBEO I. C. ROMANO SELECTARVM. TOMVS VNDECIMVS.

R.P.D. LEONE VEROSPIO

Meleuitana Commendæ,

Veneris 14. Ianuarij 1650.

ARGVMENTVM.

Remissoria conceditur, quando probationes verisimiliter suffragari possunt. Et admittitur probatio per testes licet per scripturas posset fieri, quando probatio per testes esset magis specifica.

SVMMARIVM.

1 *Statutum dubium interpretationem recipit ab obseruantia.*

2 *Remissoria conceditur stante releuantia materiæ.*

Obseruantia interpretatiua Statuti Hierosolymitani est materia releuans pro obtinenda remissoria. num. 2.

3 *Remissoria non conceditur in beneficialibus absque fumo.*

4 *Testes etiam nulliter examinati sufficiunt pro fumo.*

5 *Remissoria, vt concedatur sat est vt probationes verisimiliter possint aliquo modo suffragari.*

6 *Remissoria denegatur stante suspicione calumniæ.*

7 *Suspicio calumniæ non datur, quando materia articulata est releuans.*

8 *Suspicio calumniæ euanescit, quando qui remissoriã petit non est in possessione.*

9 *Remissoria non conceditur, quando probatio fieri potest per Scripturas.*

Quod fallit, quando testibus posset fieri magis præcisa probatio. num. 10.

DECISIO I.

SVPER adiudicatione Cõmendæ de Mõpilier Eques Henricus Valletta à Priore Sancti Egidij ad eam præsentatus, binas in partibus sententias fauorabiles obtinuerat cõtra Equitem Ioannem Burtè prouisũ à Venerabili Prouinciæ linguæ, quæ Commendæ controuersæ collationem ad se pro hac vice spectare contendit ex Statuto S. Religionis Hierosolymitanæ in hęc verba disponente sub rubrica de Commendis videlicet, *Vacandone vna, ella apparteneuà al Maestro, & vacandone due, l'vna al Maestro, l'altra al Conuento, e vacandone più di due, essendo morti più Commendatori fuori di Conuento nelli confini della Lingua, della quale sarà il Priorato dopo il Maestro, & il Conuento il Priore, & il Castellano d' Emposta disporranno di vna di esse per loro preeminenze*: quasi ex ijs delata sibi fuerit huius Commendæ prouisio, postquam de altera S. Felicis Eminentissimus Magnus Magister antecedenter disposuerat; & vtraque per obitum Iacobi de Gandeus Equitis eiusdem Linguæ anno 1647 in Nouembri mense vacauerat.

Pro huius obseruantia Statuti interpretatiua articulis de more productis cum eadem Venerabilis Lingua in tertia instantia instetisset coram me pro remissoria super eius concessione dubiũ proposui, affirmatiuè resolutũ.

Articulata siquidem obseruãtia Statuti interpretatiua, quæ regularitèr in casibus du-
1 bijs semper attenditur, † vt sancitur in *l. si de interpretatione, & in l. sequenti, ff. de legibus*, & tradit *Bart. in l. neque leges num. 2. ff. eod. tit. Parisc conf. 56. num 34. lib. 2. Decian. conf. 32. num. 14. lib. 2. Bertazz. conf. ciuili 71. num. 1. Rota coram Cresc. decis. 1. de const. num. 1.* releuante quoque visa fuit pro admittenda remissoria petita. Prio-

Prioralis præeminentiæ collationem exclu-
dit, donec Eminentiss. Magni Magistri Tur-
nus, ac Venerabilis Linguæ fuerit successiuè
consumptus, adeoque ex futura ipsius pro-
batione dependeat principalis causæ discussio,
ciusque victoria videatur posse resultare;
2 prout † alias ad effectum remissoriæ interpre-
tatiua stabilimentorum huius Sacræ Religio-
nis obseruantiam releuantem esse decreuit *Ro-
ta coram Caual. decis. 368. num.1. & 371. num.9.
par.4. tom.2. & 725. num.14. part. tom.3. recent.
& in Valentina Præpositura 5. Decembris 1631. in
§. non obstat coram bon. mem. Coccino.* Acce-
3 dente præsertim fumo veritatis † in benefi-
cialibus necessario, qui in proposito casu re-
sultat, tùm ex præfati Statuti verbis eidem
obseruantiæ consonantibus, tum ex senten-
tia per Concil. ordinarium super eadem con-
suetudine prolata de anno 1632. ac in Equitis
Ioannis Summario exhibita; cum alias pro
4 sufficienti fumo † admiserit testes licet nulli-
ter examinatos. *Rot. coram Cassad. decis. 3. nu-
mer. 2. de dilat. coram Gregor. 105. num.1. & 562.
nu.4. & in Melevitana Commendæ de Puliers 7. Maij
1635. in §. quia & illa non deficit coram bon. mem.
Pirouano, & in Nazarena, seu Montis Viridis Bene-
ficij 10. Iunij 1648. coram Reuerendissimo D. meo
Decano.*

Neque hanc releuantiam excludit obiecta
Turni consumptio, seu facultates Venerabilis
Linguę in præcedenti vacatione Commendæ
de Girolæ, quæ ab eadem Lingua per obitum
possessoris de antecedenti mense Octobris e-
iusdem Anni 1647. fuit alteri collata, prout
in Summario Henrici num. 4. Quia cum nō-
dùm ab eo iustificetur, de quo tempore pos-
sessor obierit, ita ut Commendæ vacatio in
aliud debeat, nec ne referri quinquennium, &
an in Conuentu, vel extra decesserit, ac intra
eiusdem Linguæ confines, ex quibus apertè
dignosci valeat, vtrum Commenda antecedē-
ter collata in earum trium vacantium nume-
rum adscribi debeat, quarum postrema ad
Priorem S. Egidij ex Statuti dispositione per-
tineat, sed hæc omnia ex futurarum probatio-
num verificatione dependeant, interim retar-
dari non debet remissoria, pro cuius admissio-
5 ne satis est, † vt probationes verisimiliter pos-
sint aliquo pacto suffragari, vt respondit *Rota
coram Gregor. decis. 124. num.3. coram Buratto 656.
num.5. coram Mant. 312. num.10. & coram Caua-
ler. 232. num.2. & in alijs adductis in Hispalen. de-
cimarum 26. Iunii 1647. in vltimo §. coram R.P.D.
meo Corrado.*

Hinc cessat præsumpta suspicio calumniæ
exindè deducta, quod ex obseruantia in præ-
cedentibus instantijs diu in partibus agitatis
articulata non fuit, nec ex aduerso probata,
6 denegatione propterea † remissoriæ mulctan-
da; vt dixit *Rot. coram Verall. decis. 63. numer. 1.
par. 3. & coram Put. decis. 191. lib.1. & coram Gre-
gor. 174. num.5. & 276. num.3.* Cum obiecta
calumniæ suspicio elidatur in casu proposito,
7 tum ex releuentia articulatæ materiæ, † vt re-
spondit *Rot. coram Verall. decis. 56. num.1. par.3.
coram Cassad. decis. 3. de dilat. & in Pampilonen. de-
cimarum 23. Iunii 1600. coram recol. mem. Cardin.
Pamphilio, & in Hieracen. iurispatronatus 5. Iulii
1617. coram bon. mem. Card. Verospio.* Tum ex
eo, quod Commendam controuersam non
8 possideat Ioannes, † qui instat pro remissoria,
vt ponderauit *Rota coram Cæsar. de Grass. decis. 1.
de dilat. num.3. & coram Buratto decision. 816. nu-
mer.5.*

Non obstat, quod deducta in articulis ob-
9 seruantia probari possit ex scripturis, † adeoq;
probatio ex testibus admitti non debeat, vt a-
liàs dixit *Rota coram Egidio decis. 9. in princip. &
decis. 142. num.7. par. 6. recent. & in Calagurritana
beneficij de Cornago 27. Apr. 1648. coram R.P.D.
meo Cerro in §. Priuilegium enim.* Quia cum ex
scripturis resultare non valeat adeo præcisa,
atque concludens obseruantiæ probatio qua-
lis deducitur in articulis, & possit melius te-
10 stium depositione verificari, † remissoria su-
per iis denegari non debet; vt alias firmauit
*Rot. decis. 196. num.9. cum seqq. par.6. recent, &
in Turritana Bonorum 23. Febr. 1615. coram Vbal-
do, & notant add. ad decis. Greg. 253. num. 31.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. ARGVELLES.

Mediolanen. Bonorum.

Mercurij 19. Ianuarij 1650.

ARGVMENTVM.

Fructus sunt restituendi à possessore malæ fidei,
qualis est, qui condemnatus fuit ad prædij re-
stitutionem, & si in principio litis sententiam
fauorabilem reportasset, & ad quorum fru-
ctuum restitutionem teneatur egregiè per-
tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Fructus sunt restituendi à die motæ litis.*
*Quod procedit non à die motæ litis in Rota, sed
ab ipso principio litis vbique introducto nu-
mer. 2. & 7.*
*Quod intelligas verum etiam si in ipso principio
reus conuentus sententiam fauorabilem reportas-
set num. 3. & seqq.*
3 *Causa per appellationem non mutatur, sed conti-
nuatur.*
4 *Mala fides possessoris non tollitur per sententiam in
prima instantia fauorabilem. & num. 6.*
5 *Appellans reponitur in eo statu, in quo erat tempore
litis contestatæ.*
8 *Mala fides inducitur per controuersiam.*
Immò per solam denunciationem num. 9.
10 *Fructus restituendi sunt non solum à die motæ litis,
sed ab ipsa die occupationis quando declaratur ti-
tulum iniustum. & num. 11.*
12 *Fructus percepti cum titulo resolubili, si titulus re-
soluatur restituendi sunt.*
13 *Possidens in vim sententiæ, si sententia reuocatur, de-
bet restituere rem, & fructus, quod amplia vt
num. 14.*
15 *Instantia non transit in singularem successorem.*
16 *Decisio 240. post Cencium de censib. declaratur.*

17 *Fru-*

17 *Fructuum perceptio probatur per locationes.*
18 *Fructus præsumuntur percepti à possessore usque ad tempus, quo rem possessam restituit.*
19 *Clausula* donec *est repetitiua unde locatio cū tali clausula durare censetur ultra tempus in instrumento appositum.*
Et usque quo de renouatione appareat. num. 20.
21 *Locatio præsumitur renouata eodem pretio, & conditionibus in antecedenti expressis.*
Nisi contrarium probetur. num. 22.
Præsertim si bona tanti solita fuerint locari. numer. 23.
24 *Valor decennii antecedentis probat valorem decennii subsequentis.*
25 *Valor locationis, quæ non apparet probatur per locationes, quæ apparent.*
26 *Liquidationis materia nō requirit exactissimas probationes, sed leuiores.*
27 *Malæ fidei possessores non onerantur à Rota in fructibus, qui percipi potuerunt, quando violenti nō sunt.*
Vel aliquem titulum coloratum habent. & numer. 28.
Quod fallit stante eorum negligentia. num. 30.
29 *Iudex nulliter, & iniustè procedens dicitur spoliare.*
31 *Malæ fidei possessor non tenetur restituere fructus, quos ipse remisit conductori ex causa tempestatis.*
32 *Testes non reddentes rationes dicuntur loqui ex suo capite, ideò non probant.*
33 *Melioramenta quomodo sint probanda.*
34 *Melioramenta utilia facta post litem motam non debent refici, nec pro eis datur retentio.*
35 *Melioramentorum in æstimatione multum defertur Iudicis arbitrio.*
36 *Melioramenta quando sunt illiquida, & turbida non retardant restitutionem.*
37 *Fidei malæ possessor non potest retinere rem pro melioramentis non necessariis, & non utilibus.*
38 *Possessor non potest retinere rem pro collectis, quas Aduersarius soluisset, si rem possedisset.*
Dummodo ipse possessor uirtute alicuius priuilegij eas non soluit.

DECISIO II.

FRVCTVS, quos Domini Vicecomites debent Dominis Bustijs restituere ex sententijs
1 Rotalibus ab initio litis computandos, † ipsę
decreuerunt sententiæ, prout iuris est, *l. sed & & si res §. si ante litem 7. ff. de petit. hæred. l. Iulianus 17. §.1. iuncto principio ff. de rei vindic. facit l.3. ff. de interd. l. partum 10. ff. de usur. l. certum 22. C. de rei vind. l.2. C. de fruct. & lit. expens. §.2. Instit. de off. iud. Basylic. tom. 1. lib. 9. tit. 5. cap. 66. pag. mihi 515. ex impress. Parisien. ann. 1647. in quibus iuribus. Gloss. & omnes communiter Rota coram san. mem. Greg. XV. decis. 74. num. 1. & in Camerinen. spolii 4. Iulii 1646. in princ. coram R.P.D. meo Ottobono, & in Segūtina Beneficii 1. Iulii 1643. §. cæterum coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Nec debet condemnatio restringi ad diem
motæ litis in Rota, sed de eius initio in par-
2 tibus, *Seraph. decis. 1245. num. 4. & 5.* (vbi in for-
tioribus terminis, nempè, quia lata sententia,
& in iudicatū transacta per multos annos si-
luerat causa, *vt ibi num. 1. & 2.*) *Buratt. dec. 568. num. 17. & 337. num. 16. & in Romana domorum 25. Iunii 1646. coram R.P.D. meo Bichio* (vbi etiā in fortioribus) *& in Romana fideicommissi de Marianis 3. Iunii 1647. coram R.P.D. meo Royas, & decis. 19. post Modernum de manuten. num. 1. & 8.* & iura supra allegata indistinctè loquūtur, nempè fructus deberi ab initio litis, & ex inde cōstitui possessorem in mala fide.

Nec obstat, quod Dominus Primicerius
habuerit sentētiam fauorabilem in prima in-
3 stantia, † quia per appellationem causa non
mutatur, sed continuatur. *Rota in d. Romana fideicommissi de Marianis in princ. coram R. P. D. meo Royas.*

4 Nec mala fides tollitur † ex sentētia in pri-
ma instantia fauorabili *Buratt. d. decis. 568. n. 16. & 17.* quia per appellationem extinguitur iudicatum *l. 1. §. fin. ff. ad Turpill. vel suspenditur l. furti 6. ff. de his, qui not. infam. intelligendæ cum distinctione, Bald. in rubr. C. de appellat. Scacc. in eodem tract. quæst. 3. num. 82. vers. concordari,* qui eo non
citato sequitur eius distinctionem, & appel-
5 lans, † reponitur in eo statu, quo erat tempo-
re litis contestatæ, *ibi nu. 84.* & sic nullum potest effectum procedere, vt benè *vt d. l. furti 6. facit l. 2. C. de exec. rei iud. Basylic. tom. 1. lib. 9. tit. 3. cap. 87. pag. mihi 518.* nec propter eam fructuum restitutio impeditur, *vt in allegatis decisionibus 1245. coram Seraph. 568. penes Buratt. &*
6 *19 post Modern. de manut.* † Et sententiam non
purgare malam fidem possessoris, probat *Roman. in l. si per errorem, C. de usucap.* & notabiliter prosequitur *Lambertengus de contract. sine solenn. fact. gloss. 1. à num. 320. Barbos. ad d. l. sicut 3. C. de præscript. 30. vel 40. ann. num. 125. cum seqq. vbi explicat l. generaliter, ff. de noxalib.*

Nec interest quod lis fuerit intentata à di-
7 cto Primicerio; nam etiam in simili casu lo-
quuntur *dec. Seraphin. & decis. post Modern. de manut. & decis. 220. num. 7. & 8. par. 7. recent.* intelli-
genda est, quando non inter victum, & victo-
8 rem fuit lis agitata, sed inter alios, † fructus
namque restituuntur ratione malæ fidei, quę
per controuersiàm motam inducitur *d. l. sed etsi 28. d. §. si ante litem,* ibi, *Quanquam enim litis contestatæ mentio fiat in Senatus consulto. tamen, & post motam controuersiam omnes possessores pares fiūt, & quasi prædones tenentur. C. de petit. hæred.* Immo
& post litis denunciationem *l. item veniunt 22. §. præter 6. in fine vers. petitam,* ibi, *Quo primū scieuit quisque eam à se peti: idest, cum primum aut denunciatum ei esset, aut literis, aut edictis euocatus esset. ff. eod. tit. de petit. hæred. Gotthofr. d. §. si ante litem litt. P. vbi alia iura adducit. Barbos. ad l. sicut 3. C. de præscript. num. 275.* Nam si propter motam
controuersiam mala fides inducitur, quid in-
teresse poterit an victor pulset, aut pulsetur,
9 cum † vtroque modo controuersiam faciat, &
optimè facit *tex. in l. si fundum 17. C. de rei vind.*
vbi per solam denūciationem factam empto-
ri, quod venditor Dominus non erat, indu-
citur mala fides, & fructuum restitutio.

Præterquam, quod ad istam fructuum re-
stitutionem, non solum à die motæ, aut
denunciatæ litis, sed ab ipsa occupatione suf-
10 ficit † declarari titulum fuisse iniustum, per

quod, titulus reducitur ad non titulum. *elegans tex. in l. 2. C. de fide, & iur. hasta fiscal. lib. 10. alias de fide instrumen. & ver. hasta fiscal. lib. 10. tit. 3. Tiraq. plures referens in l. si vnquam. C. de reuocand. donat. Rom. consil. 454. sub num. 27. Natta cons. 535. num. 12. Gonzal. reg. 8. gloss. 15. n. 150. Osasch. decis. 160. num. 12. Surd. decis. 163. num. 16. & consil. 268. num. 29. & seqq. Burat. d. decis. 568. num. 17. Rot. decis. 693. nu. 1. par. 1. rec. & in Meleuitana fructuum 8. Febr. 1649. §. nec illos præcedere coram Reuerendiss. D. meo Decano*, & regulare est, quod percipiens fructus ex aliqua re vigore tituli in-
11 ualidi omnes restituere tenetur, † præceptos etiam ante litem *c. si quis presbyterorum 6. de reb. Eccl. non alien. vbi gloss. & DD. l. 1. C. de fid. & iur. haste fiscal. Valenz. Velasc. cons. 196. n. 27. vers. vnde Rom. tom. 2.* Vnde quoquo se vertant Domini Vicecomites effugere non possunt fructuum restitutionem, & saltem negari non potest titulum illum per sententiam inductum ma-
12 nere resolubilē propter appellationem; † At quando titulus resolubilis est, facta resolutione fructus omnes interim percepti restituūtur, *l. 4. in princ. cum alijs §§. l. item quod 6. l. Imperator 16. ff. de in diem addit. l. is, qui 11. §. si fundus 10. ff. quod vi, aut clam l. fin. ff. de iure fisc. l. cum antē 23. §. cum redhibetur ff. de ædelit. edict. l. videamus 38. §. item si 2. ff. de vsur. l. 1. C. de his, qui vt indign.* Et reuocata sententia, cuius causa quis possidere-
13 bat, † rem cum fructibus esse restituendam, *est text. formalis in l. filio 16. §. fin. ff. de inoff. testamen.* (vbi notādum est litem cum alio factam fuisse, & contra eum sententiam obtentam, &
14 tamen per aliam sententiam condemnari † ad fructus ab initio perceptos) quam omnes extollunt *Abb. in cap. cum causam vltim. notab. de off. deleg. & alijs relatis Garz. de expens. cap. 23. num. 24. Rauden. de Anolog. cap. 37. num. 209. Guttier. consil. 35. num. 11. & 12. Rimin. iun. cons. 333. nu. 19. Surd. cons. 14. num. 16. & cons. 113. num. 11. & consil. 168. num. 20. & cons. 372. num. 21. Peregrin. cons. 3. n. 71. vol. 1. Menoch. de recup. remed. 15. num. 638. iterum Surd. decis. 45. num. 10. & seqq. & decis. 25. à n. 21. & de aliment. tit. 1. quæst. 124. num. 8. Giurb. dec. 89. per tot. Mastrill. decis. 29. num. 4. Gratian. discept. forens. cap. 157. num. 27.*

Parum iuuat, litem cœptam non esse cum
15 ipsis Bustijs, † quia instantia non transit in singularem successorem ex allegatis *à Burat. decis. 337. num. 1. & 2.* quia ipse optimè respondet *num. 3. & 4. san. mem. Greg. decis. 121. num. 2. Rota decis. 189. num. 4. par. 6. recen.* vbi multi citantur, *& d. Gratian. discep. foren. cap. 459. n. 4. tom. 3.*
16 Non obstat etiam † *dec. 240. post Cenc. de censib.* quia loquitur de fructibus petitis accessoriè ad mandatum de manutenendo, vt omnes aliæ exāduersò allegatæ, nos sumus in petitorio, & in possessore malæ fidei ex supra allegatis.

Fuit autem lis cœpta de mense Februarii 1618. & possessio capta die octaua Decembris eiusdem, & inde fructus restituendi ex supradictis.

Liquidatio autem facilis est, quia constat ex publicis instrumentis, quæ nec controuertūt Domini Vicecomotites ab āno 1619. fuisse bona locata pro ānuis libris 1275. vltra appendices ascendentes ad annuas libras 18. à quo die vsque ad 12. Iunij 1641. quo videtur facta restitutio bonorum, calculo ducto, sūma ascendit ad libras 29236. & 3.

Nec Domini Vicecomites negant per no-
17 uennium, de quo locationes cantant, † dictas libras percepisse, & satis per eas probatur, & constat de appendicibus *Rota decis. 61. in fine par. 2. diuers. & 481. num. 5. part. 3. rec. & penes Vrgellen. decis. 307. nu. 4. & in Neapolitana liquidationis fructuum 21. Iunij 1610. coram Lancellott. apud Marches. de commiss. part. 1. fol. 104. num. 3. & in d. Camerinen. spolij 4. Iulii 1646. & in Romana fideicommissi de Massimis 20. Nouem. 1644. coram R. P. D. meo Otthobono, & in Meleuitana optionis 16. Apr. 1649. §. tertio conclusum coram R. P. D. meo Peutingero*, in quibus multi Doctores, & decisiones adducuntur, *& in Bononien. Pecuniaria, seu dotis 14. Iunij 1649. §. itaque in princ. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Nec possunt etiam negare vsque ad d. annum, quo restitutio facta apparet, fructus per-
18 cepisse, † quia hoc iuris præsumptione probatur *l. Iulianus 13. §. ex vendito vers. possessionem alias est, §. possessionem 21. ff. de act. empt. Rota decis. 25. de prob. in nou. & coram sa. mem. Greg. XV. decis. 50. nu. 2. & Caual. decis. 238. num. etiam 2. & 586. num. 1. laic Rot. in dicta Bononien. pecuniaria, seu dotis §. ex quibus coram Reuerendissimo Domino meo Decano.*

Non etiam vsque ad summam locationū, quia prima facta est ad nouennium, cū clau-
19 sula *Donec*, † quæ est repetitiua, itaut finita locatio repetita censeatur, *arg. l. sicut 3. in principe vers. inde tractatum est ff. quibus mod. vsufr. amitt. Cened. singul. 46. num. 7.* Et extendit locationem ad beneplacitum partium itaut duret, donec
20 nec † appareat reuocata *Bald. in cap. 1. num. 1. de feud. Guardia Surd. cons. 524. num. 3. in fine.* Immò ex ipsa contractus natura, ex quo perseueratum est in conductione, præsumitur eodem
21 pretio, † & conditionibus renouata *l. lege 16. C. de locat. l. item quæritur 14. §. qui impleto, & l. qui ad certum 15. ff. eod. vbi omnes Gotthofr. litt. C. F. E. Mantic. de tac. lib. 5. tit. 15. nu. 19. Carof. de locat. p. 3. sub tit. de renouat. locat. quæst. 30. num. 1. Pitchard. instit. de locat. & cond. ad rubr. num. 32. Rota in citata Bonon. pecuniaria, seu dotis d. §. itaque ad medium coram Reuerendissimo D. meo Decano.* † Et præsu-
22 mitur perseuerasse, nisi contrarium probetur *Rota in Romana reintegrationis 23. Iunij 1642. coram Reuerendissimo Pataunino, §. cumq. Antonius confirmata 22. Iunij 1643. in princ. coram Reuerendissimo Salamantino, & in Maceraten. redditionis rationis 27. Martij 1645. §. quo verò coram R. P. D. meo Meltio,*
23 in quibus multi adducuntur, † & sufficit ad effectum, de quo agitur, quod bona prædicta tanti fuerint solita locari, *Surd. consil. 293. n. 31. Acchill. de Grass. decis. 22. de restit. spoliat. Caual. decis. 17. num. 1. & 586. num. 2. Coccin. decis. 439. numer. 3. Rota decis. 343. nu. 3. par. 1. recent. & in Bononien. bonorum 26. Februarii 1649. coram R. P. D. meo Ottbobono, & in Bononien. manutentionis 28. Iunii eiusdem anni coram R. P. D. meo Peutingero, & in mox alleg. Bonon. pecuniaria, seu dotis d. §. itaq. in fine*

& d.

& d. §. ex quibus ad finem coram Reuerendiss. D. meo Decano, facit optimè quod ex valore precedē-
24 tis decennij† probatur valor infuturum; *Garz. de benef. par. 5. cap. 3. nu. 228. & seqq. Pat. dec. 374. num. 3. lib. 1. in correct. Rota in Cesaraugustana pensionis 11. Martij 1645. coram R. P. D. Eichiej, vbi*
25 *exornatè*. Et ex locationibus, quæ† apparent regulari valorem non apparentium, *Echoban. de ratioc. cap. 16. num. 40. ex tex. singulari in l. si fundum 35. cum l. seq. ff. mandat.* Nec in materia liquidationis requiruntur exactissimæ proba-
26 tiones, † sed leuiores sufficiunt, *Rota apud Seraph. d. decis. 1245. num. 7. & in d. decis. 19. num. 19. post Modern. de manut. & in Romana de Cesareis 30. Maij 1639. coram Reuerendiss. Domino meo Terracinen.*

Ex qua summa supra calculata deducendas esse annuas libras 125. pro canone in confesso est apud partes, sed & libras 4942. quas Domini Vicecomites aiunt non exactas, sed adhuc à Colonis deberi deducen. (dum tamen ipsi probēt verè deberi, & actiones cedant instrumentis consignatis) dixerunt Domini, sūma quidem benignitate. Nam licet Rota nō oneret malæ fidei possessores in fructibus, qui
27 percipi potuerūt, †quando violenti non sunt, *vt decis. 11. de restit. spoliat. in antiq. Menoch. de recuper. remed. 15. num. 11.* vel aliquo titulo colora-
28 to se defendunt, † *vt decis. 552. n. 1. & seqq. p. 1. diuers. & pœnes Crescent. decis. 81 de caus. possess. & propr. sic temperando tex. in d. l. domū 5. C. de rei vindic. l. 1. vers. post litē, C. de petit. hered. l. 2. C. de fruct. & lit. expens. d. l. sed & si 28. §. sed & fructus 4. ff. de petit. hered.* Quod temperamentum amplexus est etiam *Amaya ad l. 1. 2. & 4. num. 15. C. de fide, & iure hastæ fiscal. lib. 10.* post alios congestos *à Picchard. §. 2. instit. de off. ind. num. 66. pro concordia l. 17. C. de rei vind. statim citanda Basil. tom. 1. lib. 9. cap. 66. fol. mihi 513. l. preterea 20. l. si nauis 63. §. final. ff. de rei vind. l. apud Iulianum 40. aliàs l. cum seruus §. apud Iulianum ff. de leg. 1. & alia multa iura, & Doctores per Picchard. congesta in d. §. 2. nu. 16. & multi alij per Harpprecht. in §. si quis à non domino 35. num. 93. & seqq. inst. de rer. diuis. qui ad l. si fundum 17. C. de rei vind. sequitur interpretationem Picchard. vbi supra eo non citato.*

Tamen Dominis Vicecomitibus nō solum deficit titulus coloratus; ille enim decreti, vt per appellationem extincti; vel suspensi (vt supra dictum est) & nulli, & iniusti, & spoliatiui suffragari non potest, quia Iudex nulliter
29 & † iniustè procedens dicitur spoliare, *Bart. in l. meminerint 6. num. 2. in fine C. de rei vindic. & alij multi per Larream decis. Granat. 2. num. 15. Postb. de Subhast. inspect. 50. num. 12. & post eundem in tract. de manut. Rot. decis. 643. num. 29. & 541. nu. 1. pa. 5. tom. 2 recent. & passim.* Nec coloratus fortè dici potest, sed & apparet de eorum negligen-
30 tia in exigendo, † cum debitum locationis ab anno 1641. & antea dicant non exactum in anno 1650. & saltem condemnandos (dicebat vnus ex Dominis) si debitores minus idonei reperiantur *ad text. in l. si inter constitutus 25. l. si sine herede 32. § modestinus, ff. administr. tut. l. fin. §. item rescripserunt nominum 9. ff. de administr. rer. ad ciuit. pert. l. 2. C. arbitr. tutel. per arg. à fortiori Escobar. de ratioc. cap. 16. num. 1. & cap. 19. num. 21.*
31 Iusserunt identidem† excomputari lib. 600. pro remissionibus factis Colonis causa tempestatum (quibus

Sternantur segetes, & deplorata Colonis
Vita iacent, longèque perit labor irritus anni

vt ait Ouid. lib. 1. Metamorph. & latiùs Virgil. Giorg. 1. à versu 311.) ad l. licet 8. C. de locat. & cap. propter sterilitatem extra eod. tit. & latè tradita innumeris congestis Neothericis, & antiquioribus Amaya lib. 3. obseru. cap. 1. num. 12. & per tot. (quibus adde Greneam. ad Gail. lib. 2. obseru. 23. pag. mihi 67.) vbi multis etiam humanioris literaturæ authoribus. Non enim in ampliori summa factam remissionem probatur, nam licet aliæ duæ videantur factæ Summario Vicecomitum nu. 6 vna pro anno 1620. cuius quantitas non explicatur, & alia pro anno 1628. calculata anno 1630. tamen istæ videntur comprehensæ in calculo anni 1632. vt in liberculo; cuius partita cantat *più per la pretensione della tempesta, & ogn'altro di à questo giorno à dietro lire 600. dicto num. 6.*

Melioramenta verò, quæ prætenduntur facta in domibus Coloni, licet dicantur necessaria à Testibus Dominorum Vicecomitum num. 1. non tamen probatur, quid fuerit impensum, & licet num. 3. deponant primus, & secundus testis fuisse impensas lib. 6203. & quartus lib. 6000. & vltra, loquuntur ex suo
32 capite nulla reddita ratione, † & sic non debent attendi. *Honded. cons. 7. num. 37. & 38. lib. 1. Rota apud Verall. decis. 278. num. 1. par. 3. decis. 136.*
33 *num. 1. par. 1. recent.* Sunt enim probanda † secundum formam traditam *à Rota in Romana hereditatis 14. Decembris 1646. à §. nec magis vsque ad §. minus suffragatur coram me* vbi iura, & Doctores possunt videri, & eas impensas confundunt cum expēsis factis in domo nobili, quas nullo modo asserunt necessarias, nec vtiles, nec quid in vnaquaque sit impensum, aut melioratum (cum tamen lite iam cœpta, & mala fide inducta ex supra allegatis appareāt
34 factæ, † quapropter vtiles nullo modo possūt conseruari, nec per retentionem *d. l. domum 5. C. de rei vind. Garz. de expens. cap. 2. à num. 2. & c. 5. num. 1. cum seqq. et num. 16.* & alia iura congerit *Donell. lib. 20. comment. cap. 7. vers. vtilium, mihi vtenti impress. Francofurtensi 1595. pagin. 432. et multos DD. antiquos, et modernos Osual. ibi littera E. Harpprecht. in §. ex diuerso 30. à num. 30. instit. de rer. diuis. Picchard. d. §. 2. num. 32. instit. de indic. Rot. penes Seraph. decis. 898. num. 1. decis. 695. num. 2. par. 3. et 130. num. 18. par. 7. recenti.* Domini tamen mediam viā eligentes, vt in simili casu *Rota apud*
35 *Seraph. d. decis. 1249. nu. 7.* † & quia in æstimatione melioramentorum ineunda multum Iudicis arbitrium versetur, *vt ait text. in l. in fundo 39. in princ. ff. de rei vind.* ibi: *Bonus Iudex variè ex personis, causisque constituet*: *Arias lib. 1. var. c. 49. num. 29.* Statuerunt, vt excomputarentur libræ 3000. vt facilius res expediatur, alias cum
36 impensæ turbidæ, † & illiquidæ appareāt fieri deberet restitutio, data cautione de restituēdo facta liquidatione, *Rota alijs congestis in d. Romana hereditatis §. praecipue C. Clapinus in fine coram me.*

A 3 Eodem

Eodem modo responsum est ad pretensam
deductionem pro plantatione vitium, & ar-
37 borum, quia nec probantur necessariæ, nec
vtiles, immò ex ipsis testibus apparet plures
vites, & arbores adfuisse de tempore, quo Do-
minus Primicerius intrusus fuit in possessio-
ne bonorum, & in puncto vitium est optimus
tex. in C. Gregoriano l. 1. de rei vind. cuius hæc sũt
verba. *Vineas in alieno agro institutas solo cedere, et si à mala fidei possessore id factum sit sumptus eo nomine erogatos per retentionem seruari non posse incognitum non est.*

Eadem responsio adaptatur ad prætensionem sumptuum pro palis ad vitium sustentationem positis vocabulo patrio dicti manegge, *Theophrastus lib. 2.* Historiæ nominat palũ, & sunt hæ fortè, de quibus *Virgil. Georgic. lib. 2. vers. 358.*

Tum leues calamos, et rasa hastilia Virgæ
Fraxineasque aptare sudes, furcasque bicornes:
Viribus eniti quarum, et contemnere ventos
Assuescant.

Nec magis admissa fuit excomputatio pro
collectis, & tributis, quæ Bustij soluerent, si
38 possedissent, † cum ipsi Domini Vicecomi-
tes clericatus priuilegio non soluerint, vt in
terminis disputata quæstione resoluit: *Tiraq.
cum alijs indè petendis de retract. lignag. §. 29. gloss. 4.
num. 20.* & facit elegans *tex. quem ipse non adducit in l. fin. C. de fruct. et lit. expens. Quoniam non est ferendum eos, qui præfatas prærogatiuas (vt iam antè latum est) prætendunt aliquid plus ab aduersarijs suis quærere concedi, quam ipsi ab aliis pulsati facere patiantur: Basylic. d. tom. 1. lib. 9. tit. 3. pag. mihi 515. cap. 70. Non enim æquum est, ei, qui scit se in minores condemnandum, maiores ab aduersario refundi propter rationes à gloss. adductas d. l. fin. verbo cum quidã Bald. num. 4. vers. item nota. Gotthofr. littera B.* &
esset contra naturam aliena iactura locupleta-
39 ri, † quia Bustius cogetur à Communitate
soluere ex *Tiraq. vbi supra numer. 3. in fine*, nec
Domini Vicecomites dicent se soluisse, nec
forte interesset, si sponte soluisset, *Bald. d. l. fin.
num. 7. et 11.*

R. P. D. CORRADO.

Postea S. R. E. CARDINALI.

Romana Successionis.

Lunæ 24. Ianuarij 1650.

ARGVMENTVM.

Funeris impensa detrahitur ex dote si mulier aliud non habeat, quæ arbitrio Iudicis remittitur. Consensus Patris pro filio familias se obligante ex quibus resultet. Prætensio dubia, quando non valet impedire restitutionem portionis filio debitæ ex hæreditate materna.

SVMMARIVM.

1 *Lucrum dotale acquisitum mulieri ex Statuto Vrbis post Mulieris mortem consolidatur cum proprietate ad fauorem filiorum.*
2 *Funeris impensa detrahitur ex dote, quando non adsunt alia bona mulieris.*
3 *Funeris impensa moderatur arbitrio Iudicis.*
Qui debet illam moderare, attenta qualitate personæ, et quantitate dotis. num. 4.
7 *Maior quis dicitur virtute Statuti Vrbis peracto vigesimo anno.*
8 *Consensus Patris in obligatione filij familias ex quibus resultet, et num. 9.*
10 *Dilatio cessat cessante causa dilationis.*
11 *Probatio efficacissima requiritur, quando sit contra alteram probationem ab instrumento resultantem.*
12 *Legata non probantur testibus singularibus, et de auditu.*
13 *Pretensio altiorem discussionem exposcens dicitur dubia vsquequò diffinita non sit.*
Ideòque impedire non valet restitutionem portionis hæreditariæ debitæ filio in hæreditate materna. num. 14.
Fortius si restitutio sit facienda à marito cum obligatione Camerali virtute clausulæ, quorum interest. num. 15. et 16.

DECISIO III.

POSTQVAM Rota pluries resoluit Lelio Barisciano de Perintijs deberi legitimam in bonis Imperiæ matris, ac dimidiam vsusfructus per eam relicti D. Com. Fabio Carandino secundo viro, necnon tertiam partem proprietatis æqualiter cum Camillo, & Anna Maria filijs ex ipso Comite Fabio progenitis hęredibus vniuersalibus ab illa institutis, vt apparet ex Decisionibus sub diebus 18. Maij 1646. 14. Iunij 1647. & 17. Maij 1649. *emanatis coram me. Plura fuerunt pro parte dicti D. Comitis, ac filiorum respectiuè deducta ex eisdem bonis, (vt prætendebatur) priùs detrahenda. Quibus hodie discussis censuerunt Domini detrahendam esse dumtaxat sũmam scut. mille præfatæ Imperiæ ob causam lucri dotalis iuxta dispositionem Statuti Vrbis lib. 1. cap. 131 solutam de bonis Iulii Perinctij primi viri, & in constitutione Dotis Com. Fabio assignatam, ac post eius mortem eidem Lelio Patri hæredi restitutam. Et aliam scut. 156. ba. 55. in Funus illius impensam.

Nam lucrum dotale, quod ex dispositione
Stat. Vrbis lib. 1. d. cap. 131. debetur vxori viro
prædefuncto superstiti, quando extant eiusdẽ
matrimonij liberi, acquiritur ipsi quoad vsũ-
fructum tantùm, vt ibi legitur in vers. si verò
maritus, &c. Ideòque ex instanti mortis mu-
lieris consolidatur cum proprietate apud hæ-
1 redes viri existente, † nec remanet in bonis il-
lius, nec ad hæredes transmittitur, vt fuit di-
ctum *in Romana quarti dotalis 16. Martij 1618. coram bon. mem. Remboldo apud Fenzon. ad Statut. Vrbis decis. 74. §. 1. vers. fundamentum autem dictæ resolutionis, etc. et in Romana de Caualer. 22. Martij 1632. coram bon. memor. Coccino: ibi decis. 39. §. 2.*

vers.

versiculo decisionis fuit, etc. et infr. ac in Romana hereditatis 26. Aprilis 1632. coram bon. me. Cardin. Vbaldo. ibidem decis. 80. sub princip. vers. si igitur, ac infr. qua est decis. 117. par. 6. recent. & in aliis relatis *in Romana reintegrationis 31. Maij 1649. corā R. P. D. meo Otthobono in §. neque obstat, quod Paulus, etc.* Quare cum fuerit à Com. Fabio iam restitutum in summa dd. scut. mille præfato Lelio, tanquam patris hæredi vigore mandati A. C. per Rotam confirmati præuiis Decisionibus coram R. P. D. meo Cerro sub diebus 27. Aprilis 1646. & 11. Martij 1648. iure merito detrahi debet.

Impensa verò funeris detrahēda est integrè
2 ex ipsa dote cum nulla extent † alia Imperiæ bona *l. in eum vbi gloss. in verb. conferre, et l. seq. ac in l. Celsus cū l. seq. ff. de Religios. et sumpt. fun. l. si vir ff. ad l. falcid. l. quod in vxorem §. in fiunus C. de negot. gest. Ioan. de Campeg. de dot. par. 2. quæst. 51. numer. 1. vers. cuius autem expensis, Rol. de lucr. dot. quæst. 90. Matth. Brun. cons. 139. sub nu. 44. vers. de quibus omnibus, etc. et seqq. Franc. Viu. dec. 307. per tot. Garz. de expens. cap. 8. sub num. 15. vers. itaque funeris sūptus, ac num. 42. vers. hactenus diximus, etc. et seqq. Rota penes sanct. mem. Greg. decis. 573. num. 9. versic. expensa etiam funerum, etc. et in Imolen. legitim. 1. Iulij 1644. coram Reuerendissimo D. meo Decano in fine.*

At quantitas illius arbitrio Iudicis moderāda
3 † *l. si quis sepulchrum. §. sumptus, ubi gloss. et DD. de Religios. et sumpt. funer. Surd. decis. 255. sub num. 28. vers. qua autem, et quanta impensa, etc. cum seq. Mastril. dec. 203. vers. et sic in casu prædicto, etc.* Visa fuit Dominis satis congrua vsque ad dictam summam scut. 156. ba. 55. quam idem Com. Fabius in eam causam erogauit, atten-
4 ta qualitate personæ, † & quantitate dotis *iuxt. text. in d. §. sumptus, et in l. et si quis in §. equum ff. eodem tit. Garz. de expens. d. cap. 8. sub num. 16. versic. quæ quidem admittenda sunt, etc. Ioseph. Lud. dec. Perus. 79. num. 15. vers. dixi quod impensa, etc. et seqq. par. 2. Rot. decis. 399. sub num. 17. vers. cum in illarū admissione, etc. par. 5. recent.*

Verùm alia partita scut. mille, quos Com. Fabius constante matrimonio restituit vxori vna cum scutis tercentis, seu alia veriori summa pro interusuriis recompensatiuis damni emergentis inter partes cōuentis, non est detrahenda ad diminuendam portionem debitā Lelio in bonis, & hæreditate matris. Quia cum fuerint ea lege restituti, vt cederent in extinctionem æris alieni, quo dictus Camillus filius communis ipsorum coniugum opprimebatur, attento quod ipse conuenit, ac se obligauit illos matri restituere vna cū interusuriis, ipsamque omninò indemnem cōseruare, vt legitur in Instrumento solemnitèr
5 celebrato sub die 6. Maij 1641. recenseri debent in hæreditate Imperiæ, *l. maritus in princip. ff. ad l. falcid.* Ac imputari in partem eiusdē Camilli penes ipsum Comitem Fabium eius Pa-
6 trem, † & legitimum administratorem remanentem, *l. 1. §. id, quod natura, vers. si debitor creditori heres, ibique gloss. in verb. computatur, et DD. ff. ad l. falcid. l. Nesenius, vers. quid enim, etc. ubi gloss. et DD. ff. de negot. gest. l. Aristo, vers. si quid autem, ubi*

gloss. in verb. materna pietate, etc. in fin. vers. in aliis autem expensis, et in verb. ostenderis, etc. et alia gloss. in l. 1. in verb. non admittit, &c. in fin. C. eodem tit. Cucch. in tract. de legitim. sub rubr. dat. inter viu. non imputar. in legitim sub num. 20. vers. primo limitatur, &c. & sub num. 55. in fin. vers. sed tamen cum tota huius quæstionis ratio, &c. Surd. de aliment. tit. 5. q. 8. à num. 64. vers. limitatur secundo, &c. & seq. Peregr. de fideicomm. artic. 36. sub num. 138. vers. aut voluntariè soluit, &c. cum aliis relatis per *modern. Pisauren. de imput. quæst. 40. sub num. 33. vers. aut filius erat inops, Rota penes Card. Seraphin. decis. 568. numer. 3. vers. huic argumento, & san. mem. Gregor. decis. 568. numer. 3. vers. minus facit, &c. & in aliis.*

Neque subsistit obiecta nullitas obligationis Camilli, seu quia in minori ætate, seu quia in patria potestate cōstitutus esset ex Stat. vrb. lib. 1. cap. 151. & 152.

Quoniam vterque defectus ex facto eliditur. Constat enim, quod ille sacro fonte lauatus die 12. Iulij anno 1618. tempore celebrationis dicti Instrumenti vigesimum secūdum excesserat, quæ (peracto vigesimo) legi-
7 tima erat Ciuis Romani ætas; † vt specialiter cauetur Stat. Vrb. lib. 1. cap. 17. *Rota penes Card. Seraph. decis. 746. num. 2. vers. & ex forma Stat. Vrb. &c. decis. 751. num. 2. vers. sed difficultas tollitur, &c. & in recent. decis. 431. sub num. 3. vers. quia fuit responsum, &c. par. 1. ac sæpè in aliis.*

Prętérea cum in eodem Instrumento Pater ipsæ interuenerit dd. pecunias in extinctione æris alieni per filium contracti erogandas restituens vxori illas sub ea lege recipienti attēta restitutionis obligatione per filium vnico
8 contextu facta; vt ibi legitur. † Hinc sanè resultat patris consensus pro validitate huiusmodi actus sufficiens, *l. sed Iulianus §. quamquam in fin. vers. sed si scio, &c. & l. si tamē ff. ad S. C. Maced. l. 4. C. eod. tit. Socini cons. 200. sub num. 2. vers. & hoc etiam confirmatur, etc. lib. 2. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 10. sub nu. 42. vers. si verò pater, et filius, etc. Barbos. in l. 2. §. fin. sub num. 29. vers. nam qui præsens est, etc. ff. solut. matrim. Rota decis. 811. sub num. 23. vers. et quamuis, ac seq. par. 1. diuers.* & in his terminis fuit dictum *in Romana nullit. contr. 20. Nouembris 1613. coram bon. mem. Seleucien. in recent. dec. 527. sub num. 4. vers. idque tanto magis par. 1.*

Quod euidenter demonstrat declaratio ab eodem Com. fabio facta in principio d. Instrumenti ibi: *quod per eius assensum, seu præsentiam infradicendo contractui adhibendum, etc. non censeatur d. Camillus liberatus à patria potestate, etc. nec illi nisi, quoad alios contractus per ipsum forsans fiendos, etc.* Quæ sanè verba tàm explicitè, quàm etiam implicitè, dùm excludunt patris consēsum ab aliis contractibus per filium ineundis
9 illum, † vtique in ipso tunc celebrato præseferunt, *l. cum prætor. ff. de iud. cap. nonne, ubi gloss. in verb. tacendo vers. item argumentum, etc. de præsumpt. Crau. consil. 214. numer. 13. vers. rursus reseruatio, etc. cum seq. Rot. penes S. mem. Gregor. decis. 257. num. 4. vers. hæc enim exceptio, et decis. 579. num. 2. vers. item cum D. Federicus, etc.*

Minùs obstat pendentia decennalis dilationis ad restituendam dictam summam Camil-
10 lo concessæ. † Quia per subsequentem obitū matris.

matris, ac successorem in bonis illius cessauit causa dilationis, ac proinde ipso dilatio *ad l. aliquando §. fin. ff. ad S.C. Velleia. et l. à filia §. alumno ff. ad S.C. Trebell. l. continuus §. cum ita ff. de uerb. obligat. Bald. consil. 212. eundo ad ueritatem iuris lib. 4. Alex. consil. 34. uiso instrumento sub num. 5. uers. non obstat si dicatur. etc. et seqq. lib. 2.*

Altera summa scutorum centum per dictũ Com. Fabium soluta Ioanni Baptistæ Capanræ asserto Imperię Creditori non est detrahẽda. Quia in fine Instrumenti super eo credito celebrati rogato peracta Paciuchelli Not. Cap. sub die 27. Septembris 1642. legitur illius satisfactio, & cassatio rogat. eodem Not. die 6. Martij 1643. enuntiata etiam in alio per Com. Fabium excibito. Neque adducta dictę Mulieris confessio pro exoneratione conscĩetiæ ipsi Com. Fabio oretenus facta probatur eius assertione, seù famulæ extraiudicialem Imperiæ enunciationem referentis, seù aliorũ de auditu ab eadem famula, & à creditore, vel alijs deponentium dum agitur de præiudicio dicti Lelij, quo casu plenè iustificari debet, præsertim contra prædictam eiusdem creditoris declarationem antea solemniter in dicto
11 Instrumento facta, † quo casu efficacior requiritur probatio, *cap. cum Ioannes §. porrò, ibique gloss. in uerb. quodlibet instrumẽtum de fi. instr. Soccin. sen. cons. 189. num. 62. uers. nam licèt aliàs, etc. lib. 2. Rot. penes sanct. mem. Gregor. decis. 375. num. 3. vers. et aduersus instrumentum, etc. et decis. 409. nu. 3. uers. et probationes, etc. ac Maceraten. pecuniaria 27. Ianuarij 1645. Reuer. P.D. meo Ottbobono in §. et ea, quæ fuerunt pro parte Monasterij deducta, etc. et in fine.*

Eademque ratione non sunt detrahenda nonnulla legata, quæ à prædicta Imperia fa-
12 cta dicuntur. † Quia non iustificantur ex depositione dictæ Famulæ, vel alterius legatariæ, nec aliorum singularium testium de auditu deponentium, *iuxt. reg. l. nullus, ff. de testib. l. omnibus, vbi Fulgos. sub num. 3. uers. de legatario dic. &c. C. eodem tit. cap. licet causam, vbi glos. in verb. singulares, de probat. Mascar. de probat. concl. 970. numer. 4. versic. primo limitata &c. & concl. 1357. numer. 7. versicul. atque adeo &c. Rot. penès sanct. mem. Gregor. decis. 510. num. 6. vers. tamen in hoc &c.*

Postrema demùm adducta pro parte dd. Camillæ, & Annæ Mariæ valoris partis domus in constitutione dotis Imperiæ comprehensæ, quæ post eius mortem ex alio particulari titulo fideicommissi per q. Marsilium Bariscianum ad eos spectare prætenditur. In præsentia non potest admitti. Quia Testatoris dispositio, Instrumenti dotalis contextus, & obiectarum detractionum releuantia super quibus Lelius dum vixit, & nunc eius hære-
13 des vehementer insistunt, † altiorem in cõpetenti iudicio discussionem exposcunt, ac dubiam reddunt huiusmodi prætensionem donec fuerit legitimè desfinita *l. 1. & ibi gloss. ac Ias. sub num. 19. & seqq. & l. post rem iudicatam, ff. de transact. Castr. cons. 464. uiso lando sub nu. 1. uers. prætereà etiam &c. ac versic. prætereà illa dicuntur. lib. 3. Ossasch. decis. Pedam 129. sub num. 7. vers. & licet &c. Rot. penes Cardin. Seraphin. dec. 275. sub n. 5. vers. non obstat &c. & sub numer. 6. vers. ex his &c.*

Ac proinde portionis debitæ Lelio in bonis,
14 & † hæreditate matris tot decisionibus iam declaratæ restitutionem impedire non valet *l. fin. C. de compens. Afflict. decis. 381. sub num. 5. vers. ad secundum dubium &c. et seq. Rot. penès Seraphin. decis. 1455. num. 3. vers. 2. quia &c. et seq. Mantic. decis. 349. num. 6. ver. quæ autem &c. sanct. me. Greg. decis. 220. num. 5. vers. interim non est differenda executio &c. Burat. decis. 803. num. 9. vers. et prædicta &c. Duran. decis. 113. num. 7. vers. quia quicquid fit &c. et decis. 197. sub num. 1. vers. quia ad hoc &c. ac in recent. decis. 679. sub num. 5. vers. et denique &c. num. seq. p. 1. et decis. 743. num. 11. vers. non obstat denique exceptio &c. recentioris &c. p. 3. decis. 254. sub nu. 1. vers. nam quoad primum etc. ac decis. 411. n. 24. vers. neque creditum etc. p. 5. et in Interamen. Census 14. Maii 1618. coram bon. mem. Pirouano apud Modern. Perusin. de manuten. decis. 487. nu. 9. uers. tamen in hoc omnes conueniunt etc. et seq.* Quæ sub obligatione Camerali per Com. Fabium in In-
15 strumẽto dotali contracta pro omnibus quorum interest benè comprehenditur, *ut fuit dictum coram R.P.D. meo Cerro sub die 27. Aprilis 1646. et 1. Maii 1648.* Ideoq; minus est retardanda, vt alias simili exceptioni respondit, *Rot. in decis. 641. sub num. 16. uers. quo uero ad fideicommissum cum seqq. usque in fin. p. 1. diuersor. in dec. 536. sub num. 9. ad fin. uers. maximè cum agatur etc. ac decis. 647. num. 8. uers. non obstat quod dicta bona etc. p. 4. rec. ac in Romana Census coram R.P.D. meo Meltio 10. Febr. 1645. in §. exceptiones uero etc. et 14. Iunii eiusdem anni, in §. neque ad impediendum etc.*

Et ita fuit conclusum vtraque parte informante &c.

* *Decisiones istæ sub diebus 14. Martii 1646. et 17 Maii 1647. in eadem causa emanatas habes coram eodem Eminentiss. Corrado supra, prima est decisio 406. part. 8. recent. altera uero est decisio 306. supra in hac eadem part. 10. recent. Altera uero sub die 14. Iunii 1647. quia impressam non reperio ponã infra in fine in Miscellan. Decisionum.*

R. P. D. PEVTINGERO.

Romana Saluiani.

Lunæ 24. Ianuarij 1650.

ARGVMENTVM.

Census impositus super castro Rocchę Gurghę substinetur tamquam impositum super rè allodiali. Saluianum quod competebat contra bona vendita exerceri potest contra subrogata in locum illorum.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum est probatio probata.*
2 *Subrogata bona sunt obnoxia eisdem obligationibus quibus obnoxia erant bona in cuius locum fuerunt subrogata.*
3 *Census non potest imponi super re feudali ex pacto, & pro-*

& prouidentia absque Pontificis licentia.

4 *Castrũ excluditur esse feudale ex pacto, & prouidentia si super eo fuerit impositum fideicommissum cum prohibitione alienationis.*

5 *Castrum Roccha Gurge est allodiale, & hæreditarium.*

6 *Census impositio super Castro Roccha Gurghe ualet etiam sine consensu Papæ.*

7 *Stabilia, & si situata intra fines alicuius Castri præsumuntur allodialia.*

8 *Census impositus super re feudali, & super rè allodiali sustinetur saltem super allodiali.*

9 *Constitutio Apostolica comprehendit futura non præterita.*

10 *Clausula derogatoria remouet obstantiam principiorum, & principiatorum.*

11 *Census super bonis fideicommissi impositus subsistinetur vigore detractionum.*

Saltem ratione damnorum, & interesse ad quæ venditor census promittens validitatem tenetur, num. 12.

13 *Saluianum quod competebat contra bona, competit contra in locum illorum subrogata.*

14 *Saluianum non impeditur exceptionibus altiorẽ discussionem requirentibus.*

DECISIO IV.

CVM RR. Beneficiati in Ecclesia Lateranen. à felic. record. Papa Vrbano Octauo
instituti, de anno 1625. Censum à Prospero
Caetano sub fideiussione, & principali obligatione Drusillæ Capranicæ vxoris eius super Castro Rocchæ Gurghæ, & alijs Tenutis
ibi existentibus, reseruato, quatenus opus esset, beneplacito Apostolico in summa scutorum 104. impositorum pretio scutorum 1600.
emissent, eo fundo vendito ad instantia Alexendri Caetani, & creditorum eorumdem
Prosperi, & Alexandri, vinculisque eius in
pretium inuestitum in locis Montium Sancti
Bonauenturæ secundæ erectionis translatis,
ac recusante dicto Alexandro soluere fructus
d. census sub prætextu assertæ nullitatis eiusdem tanquam super re feudali, & fideicommisso subiecta impositi, contra detentores dictorum locorum Montium in iudicio Saluiani coram Vicario Eminentissimi Cardinalis
Archipresbiteri Lateranen. ac etiam coram
Congregatione Montium, & Baronum egerunt, causaque ad Signaturam Gratiæ delata,
Sanctissimus D.N. iussit eumdem Vicarium
procedere de voto Rotæ; Ideo dubium proposui, An sit ad vlteriora in dicto iudicio procedendum, & Domini affirmatiuè responderunt, quia de credito, & hypoteca Beneficia-
1 torum constat ax publico† Instrumento census à Prospero ipsis super bonis in eo cõprehensis d. anno 1625. venditi, & per Summum
Pontificem confirmati, quod dicitur probatio probata, *Clement. sæpè de uerb. signific. l. cum precibus 18. C. de probat. Rota in Romana census 14. Decembris 1648. § creditum coram bo. mem. Arguelles, in Beneuentana Saluiani 14. Maii 1649. post princ. coram eodem, & in Nouarien. Talearum 17. Maii 1649. coram me.* Cum enim dicta loca
Montium pro dicto Castro fuerint subrogata
2 remaneant † hypothecata ad fauorem creditorum Prosperi modo, & forma prout idẽ Castrum eis obligatum erat, *l. si eum § qui iniuriarum, ff. si quis caut. Ias. in l. 1. § hæc actio, & ibi Bar. ff. si is qui testam. lib. esse iuss. fuer. Rota apud Gregor. XV. decis. 60. num. 1. coram Burat. decis. 913. num. 9. & in Camerinen. fideicommissi 4. Decembris 1606. coram Sanctissimo Domino Nostro Innocentio X.* & in terminis immissionis ex Saluiano, *Gratian. disception. 943. numer. 8. & seq. & num. 24. & 25. lib. 5.*

Nec dicatur, quod dictus census super Castro Rocchæ Gurghæ feudali, & iurisdictionali ex pacto, & prouidentia sit nulliter im-
3 positus † absque Summi Pontificis licentia,
contra Constitutionem fel. rec. Sixti Quinti
emanatam de anno 1585. *Bullar. p. 2. constitutione 3. fel. recen. Clementis Octaui in ordine constit. 78. de anno 1608. § 5. & nihilominus Bullar. par. 3. fel. recor. Pauli V. constitutionem 108. uers. præterea eadem p. 3. & constitutionem fel. rec. Vrbani Octaui de anno 1627. in ordine 65. § 10. quam etiam ad quascumque Bullar. par. 4.*

Quia non solum hactenus non constat dictum Castrum esse feudale ex pacto, & pro-
4 uidentia, † se imò hæc qualitas ex fideicommisso conuentionali super eo imposito cum
expressa prohibitione alienationis ab ascendẽtibus, & auctoribus Alexandri, qui eo titulo
idem recuperare voluit, penitus excluditur,
vt apparet in decisionibus, *Romana fideicommissi de Caetanis 7. Iunii, & 17. Nouembris 1634. coram bon. mem. Coccino impress. decis. 284. & 304. p. 6. recen.* † Ex eis etenim probatur illud Castrum
5 per † familiam Caetanam fuisse tanquam allodiale, vel saltem hæreditarium possessum
Rot. decis. 185. num. 4. & seq. p. 4. recen. & latè fuit
ostensũ *in Sabinen. Montis Rotundi 25. Iunii 1627 coram Coccino impress. p. 5. recen. decis. 93. num. 53.*
6 *cum seq.* quo casu censuum impositionem † sustineri firmat *Intrigliol. de feud. q. 26. n. 12. & seq. ad Modern. Perusin. de censib. secundum ultimam impress. q. 21. num. 7.*

Præterea accedit etiam alia ratio; ex quo
dict. census non solum super dicto Castro, sed
etiam super duobus Oliuetis, & Tenuta nuncupata la Piaia in instrumento in Breui Pontificio relato legitur fuisse impositus, quę bo-
7 na quamuis situata intra fines eiusdem † Castri præsumuntur allodialia *Duran. decis. 28. sub nu. 12. cum seq. usque ad finem;* super quibus sal-
8 tem † iste census sustinetur *Marescot. variar. resolut. lib. 1. cap. 72. n. 1. & seq. Honded. cons. 58. n. 99. lib. 1. Rota decis. 116. num. 19. & 24. part. 6. recent. coram Gregor. XV. decis. 256. num. 1.* cum pluribus relatis *in Bituntina census 27. Nouembris 1645 § nec etiam altera exceptio coram R.P.D. meo Corrado.*

Minus refragãtur præallegatæ Constitutiones Summorum Pontificum, quia Constitutio felic. record. Vrbani Octaui nonnisi census post eius editionem imponẽdos comprehendit vt in § 10. expresse legitur non autem
hunc de anno 1625. prius impositum, *ut di-*
9 *xit Rota decis. 211. num. 1. p. 5. recen.* † Siquidem
Con-

Constitutio noua non tangit actus iam perfectos, sed tantum futura respicit, *Geminian. in cap. delibaratione, §. nolentes num. 2. de offic. de legat. in 6.* quem sequitur *Felin. in cap. fin. nu. 3. de const. Rot. decis. 319. nu. 3. p. 1. diuers.* Aliæ verò Sixti Quinti, & Clementis Octaui, & Pauli V. non officiunt huic casui, quia illæ vltra quod pro iuribus Cameræ conditæ fuerunt, eis fuit in Breui confirmationis instrumenti, de quo agitur validè derogatum, etiamsi debuisset interuenire beneplacitum ante actum; quia
10 sufficit Papam post actum confirmare; † clausula enim derogatoria remouet non solum obstantiam principiorum, sed principiatorum secundum, *Bald. cons. 408. num. 2. lib. 5.* & omnia quæ possunt obstare, *Rota decis. 87. num. 4. par. 2. & decis. 375. num. 3. p. 4. recen. & in Meleuitana Antianitatis 1. Iulii 1643. coram Cardinali Verospio, & in alia Meleuitana, seu Tranen. Translationis pensionis 9. Decembris 1644. in §. quia responsum fuit coram Reue. P. D. meo Ottbobono*, & semper firmius saltem census remanet in prædictis bonis liberis, & iuribus dotalibus Drusiliæ permanet.

Pariter nec exceptio fideicommissi huiusmodi censum euertit, quia vigore detractionum, præsertim dotis dictæ Drusillæ instrumento d. census principaliter obligatæ nihil-
11 ominus sustinetur, † vt Rota pluries resoluit, & signanter *d. decis. 116. num. 24. p. 6. recent. ubi allegat. concordan. decis. 244. num. 3. coram Coccino, & post dictum Modern. Perus. de censib. decision. 49. numer. 1. & seq. decision. 68. numer. 6. & seq. quæ est decision. 456. part. 2. recentior. decision. 69. numer. 16. versic. prout in simili decision. 70. num. 1. & decis. 71. num. 13.*

Maximè quia in omnem euentum Prosperi & Drusillæ census impositum debitum clarum remanet saltem ratione damnorum, & interesse, ad quæ ob venditionem census
12 validi Beneficiatis tenetur, † qui nunc ob nō liberam qualitatem fundi annullari petitur, vt respondit *Rota coram Card. Seraphin. decis. 787 per totidem Modern. Perusin. de censibus q. 19. nu. 41. & seq. secundam ultimam impressionem, & post eumdem in d. tractat. decis. 13. num. 1. decis. 59. num. 12. & 13. & decis. 60. sub. nu. 6. uers. secus est, Adden. ad Buratt. decis. 813. litt. B. & fuit resolutum in Vrbeuetana census 21. Maii 1635. §. non obstat quod impositio coram Reuerendissimo Domino meo Decano.*

Quo facto ita stante Beneficiati adhuc vigore alterius Constitutionis feli. record. Clementis VIII. in ordine 41. in Bullar. *p. 3. ubi in §. volumus etiam, & seq.* derogatur expresse quibuscumque fideicommissis satisfieri possunt de pretio ex venditione dictorum bonorum retracto, nam cum illud ex decreto Pontificio clausula sublata, & decreto irritanti, munito loco ipsius Castri, & locorum venditorum fuerit subrogatum in specie ad fauorem, creditorum Prosperi, iisdemque hypothecis
13 & obligationibus subiectum, † eadem aduersus loca Montium, quæ sunt pretium, competit actio Saluiani quæ aduersus ipsa bona vendita competebat, *Seraphin. decision. 1178. in princip. Buratt. decision. 913. numero 9. & fuit dictum in Romana Saluiani 26. Nouembris 1646. §. nec dicatur, & §. seq. coram Reuerend. P. D. meo Royas.*

Vnde quia ex prædictis omnibus apparet exceptiones contra Beneficiatos Actores oppositas non esse adeò alaras, vt altioris iuris, vel facti discussione non egeant; vlteriorem executionem ex remedio Saluiani ab illis intentati impedire nequeunt, *ad text. in l. fin. C. quorum bonorum, Surd. qui alios cumulat consil. 42. num. 36. lib. 1. Statil. de Saluian. interdict. inspect. 2. cap. 2. num. 55. Rota coram Greg. XV. decis. 264. nu. 4. in recent. decis. 276. n. 11. p. 6. in d. Romana Saluiani 26. Nouembris 1646. §. final. coram R. P. D. meo Royas, & in Romana Census 8. Martii 1649. §. exceptio fideicommissi, & §. seq. coram bon. memor. Arguelles.*

Et ita vtraque parte &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO

Rauennaten, seu Ferrarien Decimarum.

Luna 24. Ianuarii 1650.

ARGVMENTVM.

Inuestitura concessa laicis super iure decimandi est nulla neque substineri potest sub prętextu quod in illa sit etiam laicis concessa exactio fructuum decimalium de quibus sunt capaces.

SVMMARIVM

1 *Validitas Sententiæ resultat ex actorum reuolutione.*
2 *Iustitia Sententiæ ex decisionibus Sac. Rotæ dignoscitur.*
3 *Reintegratio quibus Iustificatis concedatur.*
4 *Ius Spirituale non potest in laicos transferri.*
5 *Ecclesia non potest transferre dominium utile in laicos.*
6 *Laici non possunt exigere fructus bonorum Ecclesiasticorum nomine proprio.*
7 *Ius decimandi concessum laicis censetur concessum nomine proprio quando fuit illis concessum pro indiuiso.*
Cum aliis Ecclesiasticis qui nomine proprio exigere tenentur.
8 *Inuestitura concessa laicis tam super iure decimandi quam super fructibus decimalibus non potest substineri sub prætextu.*
Quod ualida sit respectu fructuum decimalium.

DECISIO V.

SENTENTIAM Rotalem Capitulum Rauennaten ad duas ex tribus partibus decimarum per DD. Comites de Tassonis modo detentas reintegrantem ex vtroq; validitatis, ac iustitiæ fundamento subsistere, & proinde confirmandam esse Domini responderunt, eius enim validitas ex actorum reuolutione
1 dignoscitur, mandatum Procuræ, † citationes cæteraq; ad hunc effectum requisita cōtinentium

tium iuxta decisionem, *Veral.262.par.2.* sæpè sæpiùs in hoc Tribunali receptam; Iustitia quoque conuincitur ex decisionibus coram R.P.D. meo Cerro in prima instantia, in secunda vero coram R.P.D. meo Meltio luculenter extensis,
2 † eam plenè denotantibus, vt alias respondit *Rota in decis.362.nu.12.p.4.tom.2 recent.in decis.51.num.18.& 223.nu.2.p.5.& decis. 53.num.1.par.7.recent.* In iis siquidem iusta ratione decernitur reintegratio, Capitulo, atq; Canonicis, qui antiquum Ecclesiæ dominiū, ac possessionem in decimis controuersis ex pluribus locationum Instrumentis cum subsecuta canonum solutione, recentem vero possessionem penès DD. de Tassonis existentem ex litis substentatione, ac aliis adminiculis comprobauerant, prout etiam nullitatem cui præsens decimarum inuestitura existit ob-
3 noxia,† quibus iustificatis reintegratio Ecclesiæ denegari non valet ex notatis *in cap. cōquerens, & cap. cum ad sedem de rest. spol.* & pluries respondit, *Rot. vt coram Greg. decis. 116. num.1. & 485.num.2.& 437.num.1.& 2.p.2.recent. & in Sublacen. bonorum 14. Martij 1603. coram Litta, & in Messanen. feudi 28. Iunij 1624. confirmata 7. Febr. sequentis anni coram Eminentiss. D. Cardin. Verospio.*

Huius autem inuestituræ nullitatem ostendit ipsamet concessio, quæ non de solis decimis, ac fructibus decimalibus, sed de iure decimandi specialiter facta fuit, cum delatum exinde conuincatur in laicos ius spirituale à sacris Canonibus in ipsos transferri prohibi-
4 tum, † vt expresè sancitur, *in cap. tua, & in cap. dudum, cap. quamuis de decimis, in cap. cum Apostolica 7. de iis quæ fiunt à Prel. sine consensu Capituli, & in canon. 1. 16. q. 7.* & pluribus comprobat *Monet. de decimis cap. 5. q. 3. num. 57. Rot. decis. 103. n. 10. p. 7. & in Pampilonen. decimarū de Vsurbil 1. Iulii 1648. in §. nec quidquam releuat, & 1. Febr. 1649. coram R.P.D. meo Celso.*

Detegitur quoque nullitas inuestituræ ex reseruatione dominij solummodo directi penès Ecclesiam inuestientem, ex ea enim ar-
5 guitur ab eadem Ecclesia† translatum dominium vtile in Laicos ex iuris dispositione interdictum, *vt in cap. prohibemus de decimis,* & tradit *Abb. in cap. ad hæc num. 15. de decimis, Barbos. in l. Titia nu. 47. ff. solut. matr. Card. in cap. cum Apostolica de iis, quæ fiunt à Prælatis, Couarr. var. lib. 1. cap. 17. num. 5. in princ. Monet. eod. tract. de decimis cap. 5. nu. 68.* vbi pro ratione considerat, quod
6 tunc proprio nomine censetur exigere, † & tamen à iure reprobatur: Prout etiam prædicta nullitas inuestituræ elucescit ex tenore concessionis, qua constat ipsis Dominis de Tassonis ius decimandi pro duabus partibus attributum pro indiuiso cum Rectoribus Ecclesiarū, quibus proinde ius percipiendi pro-
7 prio nomine delatum fuisse † arguitur, prout nomine proprio Rectores Ecclesiarum pro indiuiso ad participationem admissi propriè nomine tenebatur exigere ex regula, *text. in l. iam hoc iure, ff. de vulg.* & in his terminis ponderauit, *Rot. in Albingan. decimarum 5. Iunii 1627. coram Card. Virili, & in decis. 684. num. 2. & 3. part. 1. recent.* ac demum ex pluribus aliis argumentis in decisionibus præteritis egregiè recensitis.

Neque prædicta nullitatis exceptio tollitur ex concessione fructuum decimalium, ac exactione quoque decimarum in Instrumento concessionis attributa, quorum proinde respectu sustineri debeat prædicta concessio, li-
8 cet, ius decimandi quoque contineat. † Quia cum ratione iuris ipsius decimandi principaliter in inuestitura comprænensi, quod Laicis concedi non potuit nulla prorsus, ac inualida fuerit, non potest ratione solius commoditatis sustineri contra expressum tenorem, ac formam eiusdem inuestituræ, vt respondit, *Rot. in alia Ferrarien. decimarū 23. Iunii 1617. coram Sanctiss. D. N. impressa p. 4. rec. dec. 545. nu. 2. & in add. Albinganen. 5. Iunii 1627. coram Card. Virili, & in Nouarien. decimarum 28. Maii 1583. coram Arigonio, & in Mediolanen. rescissionis permutationis 21. Maii 1597. coram clar. mem. Card. Pamphilio.*

Et ita altera tantum parte informante, altera vero licet pluribus citationibus lacessita, non comparente.

R. P. D. BICHIO.

Romana Domus.

Luna 24. Ianuarij 1650.

ARGVMENTVM

Census extinctio non resultat ex acquisitione fundi censiti præsertim si acquirens sibi reseruauit iura census.

Meliorans quando acquirat sibi fructus melioramentorum, & quando secus plene discutitur, vbi disceptatur quando debeat imputare fructus perceptos, & quos percipi potuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Confessio non præiudicat non habenti causam à confitente.*
2 *Administrator tenetur reddere rationem de bonis administratis.*
3 *Administrator qui non reddit rationem de bonis administratis præsumitur de suo credito satisfactus.*
4 *Alimenta qui prætendit præstitisse de fructibus alicuius rei probare tenetur.*
5 *Probatio potest fieri ex pluribus simul iunctis.*
6 *Confessio non potest diuidi à sua qualitate præsertim vbi fuit acceptata.*
7 *Petens redditionem rationis cōtra eum qui de facto administrauit tenetur probare quantitatem ad illum peruentam.*
8 *Testis varius non probat.*
9 *Census extinctio resultat ex acquisitione fundi censiti si illius dominiū fuerit irreuocabiliter acquisitum, Secus è contra.*
Quod fortius procedit si acquirens fundum censiti reseruauerit sibi iura census num. 10.
Vnde si fundus censiti euincatur poterit creditor

census

censetur agere ac si nunquam fundum censitum acquisiuisset ibid. Declara vt num.23. & 24.

11 *Fructus prædij Vrbani non nobilis valutatur ad rationem quinque pro centenario.*

12 *Fructus melioramentorum etiam post motam litem sunt meliorantis, nec compensantur cum melioramentis.*

13 *Possessor bonæ fidei acquirit melioramenta ac fructus etiam post litem motam illi debentur vsque quo illi non restituatur pretium, & num.14.*

Quod fortius procedit stante adiudicatione Iudicis possessori facta num.15.

16 *Pensiones domus spectant ad Dominum.*

17 *Cessionarius, & successor vtuntur eodem iure auctoris, & cedentis,*

18 *Soluens pro melioramentis dicitur meliorare.*

19 *Confessio creditoris non probat veram solutionem ad effectum repetitionis, & nu.20.*

Limita quando ad fauorem soluentis concurrant adminicula nu.21. & 22.

25 *Compensatio facta à creditore census in emptione fundus censiti includit actum exbursationis facta ab eodem compensante, & numerationis facta à venditore pro extinctione census.*

26 *Instrumento potest diuersos contractus inuicem independentes continuare.*

Et debent separatim recipi non confundi num.27. & 28.

29 *Correspectiuitas non inducitur ex actuum contextualitate quando sunt diuersa natura.*

30 *Correspectiuitas non inducitur ex eo quod vnus contractus dederit occasionem alteri.*

31 *Reseruatio iurium anterioritatis census si census est extinctus operatur quoad sortem, & fructus decursos ante extinctionem, & nu.32.*

33 *Mala fides resultat ex contestatione litis, melioramenta cedunt solo num.33.*

34 *Meliorans tenetur restituere fructus perceptos non autem quos percipere potuit, & vide numero sequ.*

Quod absque dubio procedit in bona fidei possessore num.35.36.& 37.

38 *Meliorans compensat expensas melioramentorum cum fructibus eorum.*

39 *Dominium melioramentorum cedit Domino soli, & num.40. & 41.*

42 *Meliorans fundum alienum nomine Domini non sibi sed Domino acquiri melioramentorum Dominium.*

Ideoque non valet percipere fructus illorum numer.43.

44 *Damnum emergens, vel lucrum cessans potest peti si probentur requisita Pauli de Castro.*

45 *Meliorans qui ratione conuentionis est Dominus melioramentorum facit fructus suos.*

46 *Valor rei est inspiciendus de tempore restitutionis.*

DECISIO VI.

OMNIS disceptatio versata in nullitate venditionis factæ à Bernardina Lācellotto D. Magalotti Authori, ac in retentione ab eodē Magalotto prætēsa ob æs alienum Testatoris solutum, restricta hinc inde fuit ad summam quæ soluta, vltima decisio huius causæ concedit immissionem Carolo Adriano Sellorio Adriani Testatoris hæredi, illam augeri Magalotto, minui vel in totum deleri prætendente Sellorio.

Delendo nempè à credito D. Magalotti scuta 610. qua ipse soluit Peregrino Fabro marario pro laborerijs, viuente Testatore, factis in hac domo, vt potè non benè probatis, vel ab ipso Testatore solutis. Et computando in creditum Magalotti tum dolia 19. vini hæreditarij d. Lancellotto tradita à Bernardina, quorum pretium cedere non potest in causam scut. 300. testatori à Lancellotto mutuatorum, quia mutuum non probatur aliter quam ex confessione Bernardinæ, cui licet vltima decisio statuat, adhibendam esse fidem eo quod etiam ipsa tradito vini non aliundè, quàm ex eadem confessione probabatur, corruit hodie hoc fundamentum, quia dicta tradito probata nuper fuit ex duobus Testibus formiter examinatis Sum. Sellorij nu.6 vnde cum Sellorius intentionem suam amplius non fundet in d. confessione, † nec à
1 cōfitente causam habeat aliqua exinde in eius præiudicium probatio non resultat *l.duobus §. 1.ff.iur.iur. Tiraq. de retract. conuent. §. 4. gloss.6. numer.9.Cephal.cons.*101. *num.28. Surd.decis.*325. *num.3.*

Tum mobilia hæreditaria, & fructus vineæ pariter hæreditariæ nō calculandos in annuis scutis centum, vt supponit vltima decisio, quia vineam constat fuisse locatam non pro annuo affictu pecuniario, sed pro medietate fructuum, quos propterea ad quam summā ascenderint probare debet ipse Lancellottus, qui vineam, vt testes d. Summ. *num.6.litt.B.* deponunt, administrauit tanquam Tutor, &
2 si talis non esset† cum administrator teneatur reddere rationē de bonis administratis, *Socc. sen.cons.*34.*num.*15.*lib.*1. *Bellon. dec. Ianuen.*187.
3 *num.*1.*Rot.decis.*470. *num.*1. *p.*1. *recent.* † & alias de suo credito satisfactus præsumatur *ex alleg. in vltima decisione §.in debitum*: prout reddere rationem debet de dd. mobilibus, quæ pariter testes probant ad eius manus peruenisse, & saltem pro medietate hæreditaria esse confessa fuit ipsa Bernardina Lancellotti authrix in codicillis datis in Sum. Magalotti *num.4.*

Nec respectu Vineæ administratio excluditur ob Lancellotti carcerationem criminalem, & condamnationem ad triremes mediante compositione postea versam in exilium nam quo tempore ille exulare cæperit non apparet, & anteà dum in carceribus detinebatur, ac etiam de anno 1630. administrasse mediante vxore, & filio deponunt Testes dati in Summariolo Sellorij *num.*1. ac probat quærela criminalis de d. anno 1630. de dolosa occultatione partis fructuum recollectorum in duobus annis antecedentibus, & arboribus incisis cōtra Vinearolum porrecta à Lancellotto d. Summ. *num.* 2. Gratis etiam dicitur fructus Vineæ cessisse de dd. annis in alimenta Sellorij, quia ille tunc temporis, imò ab anno 1626. vsque ad totum annum 1630. circiter moratus continuo fuit in Ciuitatibus Peru-

Perusiæ, & Firmi, & famulando vtrobique
sibi victum comparauit, vt testantur fides da-
tæ in d. Summariolo *num. 2. in fin.* onusque
4 probandi alimenta † ex dd.fructibus à se prę-
stita fuisse incumbit aduersario, *Escobar. de ra-
tiocin.cap.22.num.3.*

Hæc tamen non suffragari Sellorij visa sunt
nam laboreria fabro murario soluta à Testato-
re de anno 1625. diuersa sunt ab alijs antea
factis ascendentibus ad valorem scut. 610. &
iunctis expensis iudicialibus ad scu 670.quod
vltima decisio *in §.item, & seq.* colligit ex plu-
5 ribus simul iunctis,†vt debet facientibus ple-
nam probationem *gloss. in l.3. eiusdem verb.spe-
ciem , ff. de testib. Bald. consil. 3. numer. 4. lib. 3.
Socc. iun.cons.32.num.24. consil.39. num. 14.lib.2.
Roman.cons.7.n.3. Ciriac.controu.291.n.21.Coccin.
decis.297.num.2.*

Dolia 19.vini hæreditarij peruenisse ad ma-
nus Lancellotti non benè concludunt testes
exaduerso adducti cum primus deponat de
auditu , ibi , *Io non sò che fusse fatto di detto vino,
se non che hò inteso dire ma non mi ricordo da chi ,
che fù portato à casa di detto Pietro Paulo Lancel-
lotto,& io non sò, ne ho inteso dire à qual effetto fus-
se portato, ne che ne fusse fatto .* Secundus pariter
deponit de auditu, ibi,*E sentito dire, che vi era-
no tante botti di vino piene* , ac de propria credu-
litate , ibi, *ma che il vino del quale ho deposto fusse
venduto, donato, versato, ò portato via viuenti dd.q.
Adriano,e Bernardina credo nõ potesse essere* . Sum.
num. 6. quia propter probatio pernecesse su-
menda est à Bernardina cõfessione à qua per
consequens separari non potest qualitas mu-
tui iuxta allegatos in vltima decisione §. *neu-
trum,* eo minus postquam Sellorius eam con-
fessinem dumtaxat in præteritis disputatio-
nibus pro fundamento suæ intentionis addu-
6 xit . † Idq; Magalottus reus conuentus ac-
ceptauit , vt per , *Vestr. in prax. lib. 6. capit. 1.
numer.5.Scacc.de iudic. lib. 2. cap. 11.numer.405.
Guidop. quæstion. 243.in fin. Put.decis.262.lib.2.in
correct.*

Mobilia, quæ sanè ad Lancellottum perue-
nisse duo Testes benè conuincunt modici sũt
valoris dempta præsertim illorum portione
ad Bernardinam spectante fructus vineæ pro
triẽnio, quo fuit locata ad pomedium in ma-
iori quanticate, quàm valoris annui scut.cen-
tum, de quibus habetur ratio fuisse à Lancel-
lotto perceptos probandum exaduersò esset ,
quia cum Lancellottus non esset Tutor , sed
conueniatur solum pro rebus , ac fructibus à
7 se de facto administratis, † aduersarius,qui de
illis reddi rationem petit eorum quantitatem
probare debet, *Socc.cons.24. num.35.lib.1.ex tex.
iuncta gloss.in l.licet C.de iudic. Aym.cons.231.n.14.
Rota decis.220. num.2.& 3.coram san. mem. Greg.
XV.* Nec verò probat ex duobus Testibus da-
tis in eius *Sum.num.6. lit.C.* quia secundus de-
ponit de proprio iudicio, ibi: *à mio parere com-
putato l'anno sterile, &c.* & infrà , ibi : *mà à mio
giudicio, se non hauesse hauuto gelate, &c.*nihilq;re-
leuat extraiudicialis fides Vincaroli,cum eam
deindè reuocauerit *Sum.Magalotti num. 6. & 7.*
8 &† ob varietatem in dicto nullam fidem me-

reatur, *Aretin.in cap.per tuas nu.8.vers.nec obstat,
& num.13.de testib.cum alijs allegatis à Farinacc.de
testib.quæst.66.num.241.& seq.Rot.decis.207. nu.3.
par.1.recent.*

Augeri è conuerso ad sui fauorem summã
in vltima decisione firmatã allegabat D. Ma-
galottus addendo sc. 250: in residuo totidem
aliorum, quę Lancellottus soluit Felici Ric-
ciardę mediante renouatione Societatis officij
ex qua originaliter scut.500. debeantur, item
scuta 200.pro fructibus viuente Testatore de-
cursis census scut.500. ab eo debiti. Item fru-
ctus eiusdem census ex die litis super d.domo
exaduerso motæ decursos, par enim est, vt si-
cuti ab illa die Lancellotti successor amittit
domum , eiusque fructus reuiuiscat , pariatq;
fructus cẽsus per acquisitionem d. domus ex-
tinctus, cum extinctio ex acquisitione fundi
censualis , non resultat nisi quatenus domi-
9 nium, verè, realitèr,† & irreuocabiliter,vt di-
stinguendo bene declarauit *Rota in Veliterna
Census 20.Iunij 1616. coram clar.mem.Coccino, &
in Romana Censuum 7. Maij 1629. coram Reueren-
diss.Terracinen. penes Cenc.de censib.dec.300.nu. 2.
& 3.dec.530.num.12.* Eo magis, quia in instru-
mento acquisitionis domus Lãcellottus cre-
ditor , & respectiuè exemptor reseruauit sibi
iura anterioritatis ex Instrumento census cõ-
10 petentia, † cuius reseruationis vigore potest
domo euicta agere actione ex cõtractu cẽsus,
ac si domum censualem nusquam acquisiuis-
set, *Bart.in l. si quis aliam num.2.in fine,vers.itemsi
esset actum,ff.solut.Fab.Ann.cons.35.num.12.& 13.
Vinc.de Franc.decis.50. num.7. & seqq. Castill. de-
cis.5.num.50.& 2.seqq.*

Necnon detrahendo ex annua pẽsione hu-
ius domus quã vltima decisio firmat in scu-
tis 77. & à die motæ litis adscribit integrè in
debitum Magalotti,ratam rationem meliora-
mẽtorum vltra antiquum fructuum auctam,
& perceptam,quæ calculata ad scuta quinque
pro quolibet centenario , vt in domibus vr-
11 banis†non nobilibus consueuit, *Rot.apud Ca-
naler. decis.358.num.2.decis.387.sub num. 4.* ascẽ-
dit annuatim ad scuta 30.& integro sexennio
12 litis durãtis ad scuta 180. † fructus enim me-
lioramentorum etiam post motam litem fiũt
meliorantis,neque si percepti fuerint compẽ-
santur cum expensis melioramentorum,cum
acquirantur non ratione bonæ fidei , quam
litis contestatio substituit, sed dominij ipsorũ
melioramentorum, quod possesso melioran-
13 do bona fide acquisiuit, † nec amittit , nisi
sibi pretio restituto, nullumq; exindè fit præ-
iudicium vero Domino, cui res est restituen-
da,quia non factis meliorationibus nihil plus-
quam qui iuxta ãtiquum rei statum percepti
fructus fuissent , forent restituendi, cuius opi-
nionis auctrix est *gloss.in l.fin.verb.si per mulierẽ,
vers.quod falsum est,ff.fund.dot.*quam reprobata
contraria opinione, *Couar.& aliorum secuti post
Afflict.decis.87.nu.6.& seqq.*fuerunt *Valasc.de iur.
emphit.q.25.num.26. in fine,* vbi quod ita pluries
vidit iudicari *Rodoan.de reb.Eccles.non alienan. §.
de emptore num.4.& §.si verò nu.9.Garz.de expens.
cap.24.sub num.54.col.2.infra med.vers.contrarium,*

& col. seq. vbi pluribus id comprobat *Peregr. de fideic. art. 50. sub n. 68. vers. quamobrem,* vbi quod hæc opinio est æqua *Palaez. de maior. par. 4. q. 32 num. 10. vsque ad 15.* vbi signanter *numer. 13. ait,* quod est cõmunior opinio *Guttier. pract. quæst. lib. 5. cap. 68. sub num. 17. vers. & ita, vbi quod hæc opinio contra Couar.* est cõmunior, & magis æqua. *Molin. de contr. disput. 456. sub num. 6.* vbi in foro conscientiæ admittit ante latam sententiam, post latam verò standum esse sententiæ latæ, ait in vtroque foro. *Maresc. var. resolut. lib. 2. cap. 112. num. 54. Caualcan. decis. 28. in addit. num. 8. p. 1. Gam. decis. 230. sub nu. 3. vers. ego itaque* vbi quod hanc sententiam Senatus crebrioribus sententijs approbauit licèt nonnulli ex nouioribus collegijs aliud teneant moti per ea, quæ *Couar. ingeniosè tradit, & decis. 364. nu. 2. vers. sed hæc.* vbi quod dd. Collegarum opinio, nec stylo Senatus conuenit, nec iuri consentanea est. *Vinc. de Franch. decis. 705. per tot. Surd. decis. 282. sub num. 29. & num. 30. cum aliis allegatis à Moder. Panorm. var. resolut. lib. 1. resolut. 14. num. 76. Hier. Leo decis. Valentia 98. num. 11. & seqq. remissiuè lib. 1 & decis. 153. num. 1. & seqq.* vbi hoc limitat quãdo facta compensatione cum fructibus antè motam litem perceptis meliorãs esset de melioramentis satisfactus *lib. 2.* eamdem sententiam amplexa fuit: *Rot. penes Put. decis. 275. n. 1.* vbi supponitur litem fuisse motam cõtra possessorem, eique declaratum per sententiam competere retentionem propter melioramẽ-
14 ta † & nihilominus deciditur, quod si propter melioramenta pensio domus esset aucta illud augumentum non teneretur possessor restituere, donec melioramenta essent soluta cum procederet ex re sua *lib. 3. in corr.* quam decisionem iuxta sensum supradictæ decisionis *Afflict. 87.* sequuta paritèr fuit *Rota inter impress. par. 2. diuers. decis. 112. num. 1. & inter recent. decis. 435. num. 15. par. 1. decis. 113. num. 17. par. 7.*

Facilius verò eadem opinio recipienda videtur in casu nostro, quo Fabermurarius pro laborerijs à se factis in domo illius portionẽ
15 sibi † adiudicari à Iudice obtinuit *Summ. Magalotti num. 15.* & sic ad ipsum tanquam effectũ
16 verum Dominum proprietatis, & fundi, † pẽsiones domus proportionabiliter spectant, *l. fructus, l. ex diuerso ff. rei iudic. Surd. cons. 128. nu. 5. Rot. decis. 451. sub num. 4. par. 1. recent.* eodemque iure spectare debent ad Magalottum succes-
17 sorem, † & Fabrimurarij cessionarium, *Rota d. decis. 435. sub num. 15. vers. & consequenter par. 1, recent.* qui quoque soluendo, quod ex domo
18 debebatur Fabromurario domum † ipsam vtiliter meliorasse videtur *Peregr. de fideicomm. art. 50. num. 25. & 50. Boer. decis. 44. num. 9. aliq; relati à Modern. Panorm. resolut. 44. num. 5.*

Ex his partitis à D. Magalotto prætensis, primam Domini admiserunt, quia solutio illorum scut. 250. probatur ex confessione Ricciardæ creditricis educta ex eo quod cum Lancellotto renouauit societatem officij in summa scut. 250. pro residuo scut. 500. Et licet ista confessio probare non soleat veram solu-
19 tionem † ad effectum repetendi à debitore, quia referri potest siue ad gratuitam remissionem, quam creditor fecerat, aliamque causam, ob quam absque pecuniæ numeratione se pro satisfacto vocauerat, siue ad realem numerationem factam ab alio, quam illo, cum quo confessio emanauit, *Federic. de Sen. cons. 54. per tot. & præter alleg. in vltima decisione §. in creditum,* in terminis similis confessionis emanatæ ad fauorem principalis debi-
20 toris, qui totum soluere tenebatur, † & prætendebat ab alio confessatum repetere, fuit decisum *in Panormitana pensionis 1. Decembris 1642 §. 1. & 2. & seqq. coram Reuerendiss. D. meo Decano, ibidem tamen, §. non obstat,* id limitatur quando pro repetente concurrunt adminicula, cũ
21 tunc † ex confessione probatur actus verus solutionis ad omnem effectum, *Grat. discept. 426. num. 18. Seraphin. decis. 1443. num. 1. Rota decis. 177. num. 6. par. 2. diuers.* qui est casus noster, quia creditrix erat mulier extranea, quę gratiosè summam scut. 250 remittere voluisse, non præsumitur, certumque est nullam adfuisse aliam causam satisfactionis, nec debitũ ab alio solui potuit, quàm à Lancellotto, cũ Testator, eo non soluto, decesserit, & hæreditas multo ære alieno grauata esset, solumq; existerent pupilli hæredes penitus inhabiles ad soluendum, & quod plus est, mortuo Testatore ab ipsis pupillis hæredibus, seu eorum matre hanc domum emendo Lancellottus integram societatem officij scut. 500. accollauerat, & extinguere promiserat, quod demonstrat hæredes non aliter potuisse, aut voluisse soluere de proprio, nec antea ab alio fuisse
22 solutam, † præsumique facit omnibus simul iunctis confessionem emanasse ex causa veræ numerationis factæ ab ipso Lancellotto, qui de proprio numerare promiserat, *ad Text. in l. fin. C. alim. pupill. præstan. Menoch. præsumpt. 11. n. 1. & seqq. lib. 6. Surd. de alim. tit. 6. quæst. 23. num. 11. Rota coram san. mem. Greg. XV. decis. 250. num. 7. & par. 7. recent. dec. 253. num. 3.*

Admiserunt etiam alteram partitam fructuum census decursorum ante illius extinctionem, ac domus venditionem, quorum summa non excedit scut. 168. circiter si calculentur, vt debet à die 23. Septembris 1622. vsque ad diem 10. Decembris 1626. qua secuta fuit extinctio.

Non ita senserunt de fructibus d. cẽsus decursis à die motę litis; quod enim dicitur reuiuiscere cẽsum euicto fundo censuali è manibus censuarij, qui illum titulo dominij cõ-
23 parauerat, locum habet † quando extinctio census processerat, vel ministerio legis per solam cõfusionem dominij, & hypothecæ, quia scilicet dominium fundi quocumque titulo habili ad censuarium peruenerat, vel facto hominis per dationem in solutum ipsius fundi censualis pro sorte principali census, quibus casibus militat ratio temporalis extinctionis donec dominium reuocetur, quia ab ipso dominio fundi formaliter, & immediatè pẽdet extinctio, quam rationem in eisdem terminis afferunt *decis. 300. & 530. apud Cinc. de cens. in obiecto allegatæ.*

In casu autem nostro neutro ex dd. modis fuit

fuit census extinctus, sed censuarius titulo
puræ, ac simplicis emptionis fundum censua-
lem emit pro certo pretio, quod soluere pro-
misit, deinde in computum pretii à se soluen-
di accollauit diuersa debita venditoris, eius-
demque pretij partem compensauit, & sibi
24 retinuit in extinctionem census. † Extinctio
itaque nullam habuit formalem dependentiā
ab acquisitione dominii, & fundi, ex qua so-
lum resultauit venditori commoditas extin-
guendi cēsum cum pecuniis retractis ex pre-
tio fundi, & sicuti si totum pretium fuisset
venditori ab emptore exbursatum, & statim
venditor ipsi emptori, ac simul censuario il-
lius ratam in extinctionem census numeras-
set, extinctio dubio procul esset irreuocabilis,
nec desineret per euictionem fundi eo quod
venditio fundi, & extinctio census essent actus
distincti habentes singuli peculiarem causam,
eundem parit effectum compensatio ratę pre-
tij cum sorte census, quia includit actum
precedentis exbursationis pecuniarū ex parte
25 emptoris pro pretio rei emptæ, † & subse-
quentis numerationis ex parte venditoris pro
extinctione census, *ad Tex.in l. si debitor, ff. qui
pot.in pign.hab. Afflict.decis.121.num.4.Surd.decis.*
191.*num.*1. & in terminis extinctionis census
*Molin.de iust.& iur. disput.394. num.7. Rota decis.
354.num.2.& seqq. par.5.decis.148.num.1. & seq.
par.6.recent.*

Nec vrget, quod in eodem Instrumento
venditio fundi, & extinctio census in pecunia
26 numerata, vel compensata cōtineatur, † quia
possunt diuersi contractus inuicem indepen-
dentes vnico Instrumento, & sub eadem
clausula, actum contineri, *l. scire debemus 29.
ff.de verb.oblig.l.cum eiusdem, ff.edil.edict. Alb.cons.
45. per tot.Dec.cons.421.nu.2. vers. sed in tali con-
clusione, Surd.cons.101.num.38. Cabman.consil.18.
num.*18. qui addit contractus in eodem Instru-
27 mento contentos non esse † confundendos,
sed separatim recipiendos, *Rota in Romana cam-
bij, seu pecuniaria 22.Iunij 1639.coram Reuerendiss.
D.meo Decano,* in qua dictum fuit posse in eo-
dem Instrumento contineri contractum cā-
bij, & pecuniarum ad cambium acceptarum
28 successiuum mutuum, † esseque diuersas
vtriusque contractus obligationes, *& in Ro-
mana, seu Veliterna restitutionis in integrum 7. De-
cembris 1646.coram me,* in quibus decisionibus
ad obiectum correspectiuitatis educi solitum
29 ex actuum contextualitate respondetur † non
intrare quando actus contextuales sunt di-
uersæ naturæ, & vnus non venit ad determi-
nationem alterius, habentque singuli pecu-
liarem causam, prout habent nostri, nempè
solutio pretij causam venditionis, compen-
satio causa extinctionis census, adeo quod
dici ad summum possit, quod vnus contra-
30 ctus dederit occasionem alteri, † quod tamen
non sufficit, vt correspectiui dicantur, *Auchar.
in cap.accessorium sub nu.16. vers. præterea isti duo
actus, Pacian.de probatio.lib.1.cap.28. in addit. lit-
tera F. Rota in Engubina erroris calculi 26. Aprilis
1641.coram Salamantino, & in d.Romana, seu Ve-
literna restitutionis in integrum §. in hac in fine co-
ram me.*

Cum ergo census fuerit ab initio per actū
retro similem æquipollentem numerationi
pecuniarum irreuocabiliter extinctus reser-
uatio iurium anterioritatis census exaduerso
31 ponderata operari solum potest † quoad sor-
tem principalem, & fructus ante extinctio-
nē decursus, quod videlicet pro illis emptor
in casu euictionis redire valeat ad primæua
iura, vt in terminis respondit *Rota in Romana
anterioritatis 4.Febr.1608.coram bon.mem.Iusto, &
in Romana census 20.Febr.1612. coram Sanctissimo
D.N.Innocentio Decimo, impress. apud Cinc. de
cens.decis.209.& decis.411. sub num.2.& num.3.et
seq.* vel etiam ad effectum excipiendi contra
32 posteriores creditores, † qui suas hypothecas
in fundi possessorem dirigerent, vt in simili
*Rot.decis.135.num.19.& num.4. par.6.recent.repe-
tita apud Cinc.de cens.decis.559.num.20. & 27.*

Quo tertio ad fructus melioramentorum
post litem contestatam perceptos fieri melio-
ratis absque onere imputandi in expensas ne-
gant infra allegandi, quia per litis contesta-
33 tionem melioràns euenit malæ fidei † posses-
sor, nec illos acquirere potuit ratione domi-
nii, melioramentorum cum ea vti facta in re
aliena statim cesserint Domino soli, *§. si quis
in aliena instit.de rer.diuis.l.adeò, ff. acquir.rer.dom.*
& consequenter hi fructus ex aliena re perci-
piantur non secus ac hi qui ex propria pecu-
nia, sed nomine alieno empta capiuntur, qui
tamen compensantur, sic *gloss.in l.cæterū, verb.
potuerunt, vers.quid si percepisset, ff. de re indic.* vbi
dicit meliorantem teneri restituere fructus ex
34 meliorationibus perceptos, † non autem quos
percipere potuisset, *Argel.in l. emptor ante nu.1.
vers.dic quia, & vers. sequitur, ff. eod. Couar. var.
resolut.lib.1.cap.3.num.4.vers. percepti,* vbi pari-
ter distinguit inter perceptos, & qui percipi
35 potuerunt, † & ab his tantum malæ fidei pos-
sessorem excusat, eumque sequitur *add.ad Ro-
man. sing.337.in fine, Peregr. sibi contrarius de fi-
deic.art.50. num.67. vers.in malæ fidei,* vbi quod
contraria opinio in bonæ fidei possessore est
36 vera, † & multum æqua, secus in malæ fidei,
*Menoch.de recuper.remed.15.num.610. in fin. vers.
verum,* vbi ait, quod rectius adnotauit *Couar.
loco alleg.& num.611.Neguſ.de pignor.4. membr.5.
par.num.20.vers.& licet, & vers.stante mora,* vbi
hoc limitat si Dominus interpellatus ad re-
37 stituendum pretium † melioramentorum
fuisset in mora restituendi, *Caldas. de empt. &
vend.cap.27.num.69.* vbi quod melioràns, licet
non teneatur cum sumptibus compensare
fructus ex melioramentis percipiendos, tene-
tur tamen perceptos, quodque non vrget
damni cōsideratio ob prædictam industriam,
38 & sumptus factos in meliorando, † quia illud
damnum cum fructibus compensatur, *Ant.
Faber in Cod.lib.7. tit.18. diffinit.19. in corpore in
fine, & num.11.in fine, Hier. Gabr. cons. 151. sub
num.9. vers.tamen puto,* vbi damnat glossam au-
ctricem contrariæ opinionis, eamque ait sub-
stineri non posse, cum fructus huiusmodi ac-

quiri non valeant melioranti, aut iure domi-
39 nij,† quia dominium cessit Domino soli, aut æquitatis *Leurabit*, quia meliorans nusquam
40 fuit Dominus melioramentorum,† subditq; solum propter moram restituendi sumptus peti posse non fructus, sed interesse, quatenus illud probetur; *lib. 1. Bero. conf. 79. num. 62. lib. 2. Barbos. in l. diuortio, §. fin. num. 49. uers. sed his, & pluribus num. seqq.* vbi respondet omnibus contrarijs, & allegat *Concord. ff. solut. matrim. Capic. decis. 93. num. 12. circa fin. uers. & essent, Gabr. Pereira decis. Portugalliæ 47. sub num. 7.* vbi ponderat impossibile esse, quod meliorans sit Dominus melioramentorum, ne in eadem re
41 duo sint Domini;† Implicat enim, quod fundus sit alienus, & pari illius sit alterius Domini, *& num. 8.* Decisiones autem Rotæ allegatæ pro affirmatiua licet allegent decisionem Afflict. loqui videntur de possessione bonę fidei, qui propter bonam fidem facit suos fructus meliorationum.

Verum vtriusque opinionis trutina in casu pręsenti necessaria non est, quia nos versamur extra terminos quæstionis, ea namque à Doctoribus discutitur in casu, quis nomine proprio in re aliena melioramẽta fecerit; tunc enim intrat dubitatio an ille sibi quæsiuerit melioramẽtorum dominium, propter quod non obstante mala fide superueniente fructus suos facere potuerit. Hic verò melioramenta fieri fecit ipse Dominus fundi author Sellorii, & conuenit cum fabromurario de certa mercede, & pretio soluendo adeo quod fabermurarius, seu eius successor, qui hodie fructus prætendit, quia meliorauit non suo nomine, sed Domini fundi non sibi melio-
42 rationum dominium voluit,† seu potuit acquirere, sed Domino fundi, *l. qui aliena pecunia, l. nihil prohibetur, C. si quis alt. uel sibi, Rota dec. 262 num. 1. & 7. decis. 425. num. 1. par. 1. recent. & inter impress. apud Cenc. de censib. decis. 165. & 166. per tot.* manetque fabromurario simplex creditũ
43 pecuniarum mercedis, ac pretij † cementorum, cuius intuitu fructus meliorationum percipere non valet, sed ad summum probatis requisitis *Castr. in l. 3. ff. eo quod cert. loc.* pete-
44 re interesse, seu lucri cessantis, † seu damni emergentis, vt benè ad propositum aduertit *Angel. in l. emptor in princip. uers. hic tantum, ff. rei vindic. Marescot. var. resolut. lib. 2. cap. 12. n. 57.* facit *text. in can. eiciens 88. distinct. Alex. conf. 21. nu. 8 lib. 4. Decian. conf. 2. num. 22. lib. 1. Cenc. de censib. quæst. 34. num. 21.*

Vrget tamen, quod fabermurarius in conuentionibus initis cum Domino fundi reseruauit sibi nominatim dominum melioramẽtorum vsque ad integram satisfactionem pretii, ibi, *Cum conditione quod d. Mastro Io. Maria intelligatur reseruatum dominium super laboreriis donec de pretio fuerit integrè satisfactus*, vt in Summ. præteritæ positionis pro Magalotto *num. 2. in fine*. Item supra memorata deliberatio iudicialis, seu verius datio in solutum partis domus facta à Iudice fabromurario de an. 1634.
45 pro credito melioramentorum,† quapropter cum negari non possit quin faber murarius meliorationum Dominus sit tum ex conuẽtione cum ipso Domino fundi, tum ex facto Iudicis ritè, ac rectè procedentis cessat omnis amaritudo, & ratione dominij fructus acquirit ex supra allegatis. Quota autem fructuum pars ei debeatur ratione melioramentorum eget liquidatione probando, vel quanti sit fructus pars data in solutum, vel quanti
46 hoc tempore melioramenta valeant, † cùm inspici debeat præsens valor rei de tempore restitutionis, *Morot. conf. 31. num. 13. & seqq. Cephal. conf. 188. num. 31. Molina, Franc. & aly plures allegati à Modern. Panorm. resol. 14. num. 64.*

Ex quibus aucta iuxta prædicta summa scut. 676. qua soluta dandam esse immissionẽ in hanc domum Carolo Adriano Sellorio decisum fuit sub die 17. Martij 1649. standum esse in decisis Domini censuerunt vtraque parte informante.

R. P. D. CELSO.

Postea Eminentiss. CARDINALI.

Ferrarieñ. Transactionis.

Veneris 28. Ianuarij 1650.

ARGVMENTVM.

Transactiones non habent suam subsistentiam, dum non adimpletur, quod in eis fuit promissum, & maximè stante dolo, veluti si quis vna manu concedat promissa, & altera ea quærit eripere; nam id bona fides non patitur. Venenum sicuti inficit omne compositum, ità dolus inficit omne dispositum.

SVMMARIVM.

1 *Adimplementi exceptio repellit agentem à limine iudicij.*
2 *Transactionem, quis dicitur non adimplere, si neget reddere quod promisit.*
3 *in Dolo, quis dicitur esse, si quod restituere tenebatur, & vna manu dat, & alia quærit id eripere.*
4 *Adimplere non sufficit præmissa, semel, si habeat tractum successiuum, sed perseuerantia est necessaria.*
Adimplementum quando est perpetuum, non debet esse momentaneum, sed durabile. num. 4.
5 *Verisimilia, ea, quæ non sunt non præsumuntur promissa. & num. 6.*
7 *Dolus in omni contractu censetur exceptus.*
8 *Dolus probatur, dum fuit tacitum id, quod si fuisset expressum, retraxisset partem à contractu.*
9 *Transactionis remedium tollitur per exceptionem doli.*
10 *Præseruatiua aliqua non est extendenda ad casum, in quo cadit captio, vel læsio.*
11 *Priuilegia Fabricæ S. Petri non intrant, quando legata sunt certa. & num. 12.*
13 *Priuilegia Fabricæ S. Petri, vt intrent, debet prius assignari parti terminus ad probandam insufficientiam*

tiam pro adimplendis legatis.
14 *Transactiones cum sint stricti iuris, non possunt extendi ad ea, de quibus non fuit actum.*
15 *Bona, quæ iure cessionis ad aliquem peruenerint, iudicantur, vti propria, & non cedentis.*

DECISIO VII.

OBSTARE dixerunt Domini executioni
Transactionis non solum exceptionem
non implementi, sed etiam manifestæ con-
trauentionis, & doli; Nam cum Comitissa
Vienna in Instrumēto desuper celebrato ces-
serit, & relaxauerit Comitibus de Manfredis
Piscationes, & Bona Portus maioris receptis
scutis 1100. pro eius prætensis creditis, & pro
dote, & fructibus retentis loco pignoris ijsdē
bonis vltra alias promissiones, & obligatio-
nes; Vtique dum bona prædicta adhuc penes
se ex diuerso titulo retinere prætendit, obstat
1 illi defectus adimplementi, † qui repellit Agē-
tem à limine iudicij, *ad tex. in l. Iulianus, §. offer-
ri, ff. de act. empt. l. cum proponas, la 2. ibique Bart. &
communiter Doct. C. de pact. Put. decis. 357. circa fin.
Mantic. decis. 91. num. 4. & coram Penia decis. 367.
num. 1. & seqq.*

Cessio verò reportata à fabrica, qua me-
diante in bonis transactis prætendit mutasse
causam possessionis, ac sibimet ipsi illa euī-
cisse non excludit defectum huiusmodi, sed
demonstrat potius contrauentionem, dum
2 denegat † restituere bona, quæ ex lege Tran-
sactionis concesserat, vt probat *Tex. in l. si quis
maior 41.* ibi, vel interpellando Iudicem, vel
supplicando Principi, vel non obseruando
promissa, vbi etiam *gloss. verb. Iudicem, & verb.
supplicando, & Bald. num. 2. C. de transact. Felin. in
cap. ex tenore 16. sub num. 11. vers. facit lex, de re-
script. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 16. num. 30. Rot. post
Zarch. de obligatione camerali decis. 210. nu. 3.*

Imò ex cessione prædicta detegitur dolus,
seu malitia Comitissæ, quæ eodem tempore,
quo stipulabatur transactio, procurabat ces-
sionem à fabrica, à qua iam antea reportaue-
rat rescriptum fauorabile super compositio-
ne facienda; Itaut nunquam habuerit animū
dimittendi bona, sed semper ea retinendi, dū
3 vna † manu fingebat illa relaxare, altera verò
tentabat eripere, vt in proximis terminis cō-
suluit *Neuizan. consil. 50. per tot. præsertim à n. 36.*
& faciunt notata per *Larream allegat. 66. nu. 25.
Surd. decis. 326. num. 81. vers. & quia supra, & nu-
meris seqq. vbi plures cumulat.* In his enim, quæ
4 tractum successiuum † habent non sufficit ab
initio implere, dum implementum non est
durabile, sed momentaneum, *Bart. in l. inter
Castellianum 49. ibique Bald. num. 1. & 2. ff. de re-
cept. arbitr. Soccin. consil. 133. num. 7. lib. 1. Surd. cons.
381. num. 19. Rot. decis. 618. num. 3. par. 4. recent.*

Nec obstat, quod in eodem Instrumento
conuentum fuerit, quod in euentum, in quē
bona prædicta euincerentur, tenerentur Co-
mites de Manfredis dotē in pecunia, vel alijs
bonis restituere, quia nihilominus sub dictis
verbis nō censetur comprænhensus casus, quo
Comitissa euictionem affectaret, & sibi mole-
stias inferret, qui sanè casus cum à Dominis
5 de Manfredis non † fuerit verisimiliter præ-
uisus, censetur propterea exceptus, & reser-
uatus, *iuxta text. in l. qui cum tutoribus, §. qui per
fallaciam, ff. de transact.* vbi quod tali casu quis
6 non † tam paciscitur, quàm decipitur, *& in l.
2. §. fin. ff. si quis caut. Cæsar Manent. cons. 140. n. 21.
& seqq. & consil. 246. num. 8. lib. 2. Surd. consil. 371.
num. 87.*

7 Etenim in omni contractu † censetur sem-
per exceptus dolus, *l. creditor, §. lucius, ff. mandat.
Bart. in l. fin. num. 3. in fin. ff. de prætor. stipulat. Rot.
decis. 103. num. 20. part. 5. in recentior. & decis. 230.
num. 19. par. 7.* Qui dolus dicitur benè proba-
8 tus, dum fuit † tacitum id, quod si fuisset ex-
pressum retraxisset Comites à transactione,
*Berou. cons. 177. num. 43. lib. 1. Fachin. cons. 18. n. 26.
lib. 1. Manent. dicto consil. 140. num. 21. & seqq. lib. 2.
Cancer. var. resol. lib. 3. cap. 4. num. 15. & 16. Rot. in
Bonon. nullitatis concordiæ 12. Iunij 1645. coram
R. P. D. meo Cerro.*

Et propterea impedit effectum Transactio-
9 nis remedio replicationis, † vel actionis de do-
lo, *Mantic. de tacit. lib. 26. tit. 8. num. 11.* Imò ean-
dem Transactionem inficit, & extinguit *l. et
eleganter, ff. de dolo, Bart. in l. sub prætextu in 1. lect.
num. 4. et 5. et in 2. lect. num. 3. C. de transact. Cuman.
cons. 156. num. 4. Rot. decis. 271. nu. 24. par. 6. recent.*

Et ex his patet responsio ad obiectum in
contrarium adductum, quod per eamdem
transactionem fuerint quoque præseruata
iura, quæ ex qualibet causa eidem Comitissæ,
eiusque filiæ possent in futurum competere,
10 quia dicta præseruatiua † debet intelligi de
iuribus, quæ legitimo modo competere pos-
sunt, nec sunt extendenda ad eum casum, in
quo captio, vel læsio interueniat, vt aduertit
Bald. in cap. 1. §. hac quoque num. 19. de success. feudi,
quem refert, & sequitur *Ciriac. contron. 254.
num. 33.*

Faciliùs verò inclinarunt Domini in hanc
sententiam, ex quo iura fabricæ visa fuerunt
non releuare, neque ex capite incertitudinis,
11 neque sub prætextu insufficientiæ; † Non
quidem ex primo capite; nam Confraterni-
tates quibus Ioannes Ludouicus legata reli-
quit sunt certæ, & in Ciuitate, & in districtu
12 Ferrariæ existunt, & sic deficit qualitas † re-
quisita per Constitutionem sanct. mem. Cle-
mentis Septimi, vt benè per *Rot. coram Canaler.
decis. 212. num. 1. et 2.* Minus ex secundo, quia
insufficientia non fuit probata, & probata
13 non releuaret, nisi præcedente † præfixione
termini pro obtinenda commutatione volū-
tatis, vt disponitur per Constitutionem sanct.
mem. Pij Quinti in ordine 97. & declarauit
Congregatio Fabricæ, de qua per *Quarant. in
Bullario verb. Fabrica S. Petri, §. præterea fol. mihi
247.* & dixit *Rot. d. decis. 212. num. 6. vers. nec etiam
visa sunt obstare, coram Canalerio.*

Demum nō obstat, quod in eadem transa-
ctione nulla fuerit facta mentio de testamen-
to Ioannis Ludouici, condito de anno 1542.
sed tantum de successionibus Comitum An-
14 tonij, & Francisci; & ideo † cum illa sit stri-
cti iuris non possit trahi nisi ad ea, de quibus
actum

actum fuit, *Gabr. conf. 90. num. 43. et seq. lib. 1.* Nam cum dicta bona Ioannis Luduuici iure successionis peruenerint ad Comitem Antonium non considerantur amplius vti bona eiusdem Ioannis Ludouici, sed vti propria, & de patrimonio Comitis Antonij, vt dixit *Rot. decis. 247. num. 3. et 28. par. 5. et decis. 66. num. 4. et seq. par. 4. tom. 3. recent.*

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. BICHIO.

Militen. Parochialis.

Lunæ 31. Ianuarij 1650.

ARGVMENTVM.

Parochia conferri non potest infami, quod non procedit quando infamia proueniat ex iudicio criminali per calumniam moto, & sententia super illo sit contumacialis.

SVMMARIVM.

1 *Citationis defectus impedit executionem sententiæ.*
2 *Ablatiuum absolutum importat conditionem.*
3 *Processus factus in vim litterarum Papæ sub conditione impetratarum, conditione non adimpleta est nullus.*
4 *Gratia Papæ quoties tendit in præiudicium alterius est coram executore citandus.*
5 *Citatio ad valuas nullius est momenti si non præcedat citatio personalis.*
Vel fuerint adhibitæ diligentiæ in loco soliti domicilij citati, quia tunc valet, præsertim si subsequatur illius comparitio. & num. 6.
7 *Gratiæ fundamentum est plenè, & concludenter coram executore probandum.*
8 *Sententia lata in contumacia non probat delictum. vide num. 10.*
9 *Iudex criminalis non potest procedere sine citatione, nec etiam ad inquisitionem, quando ad instantiam partis procedit.*
10 *Sententia lata in contumaciam, licet non probet delictum, probat tamen priuationem reo infra annum non comparente.*
Quod procedit etsi reus post annum admissus sit ex Principis rescripto ad purgandam contumaciam, num. 11.
12 *Contumacia sine matrimonio non contrahitur.*
13 *Sententia reuocata habetur ac si nunquam lata fuisset.*
14 *Iudicium criminale irrogat infamiam facti.*
15 *Parochia non potest conferri infami etiamsi infamia sit facti.*
Fallit si infamia facti proueniat ex iudicio criminali per calumniam moto. num. 16.
17 *Infamis infamia facti incursa per criminale iudiciũ ad hoc vt non possit eligi ad beneficia necessarium est, vt delictum semiplena probatione probetur.*
18 *Pendentia iudicij non datur absque citatione, seu monitorio.*
19 *Infamis infamia facti non dicitur ille, de cuius crimine vociferatur inter personas non graues, & honestas.*
Quia istæ personæ debent esse graues, & plures, nec sufficit minor pars. num. 20.
21 *Infamia iuris resultat ex sententia criminali condemnatoria.*
Fallit si sententia sit lata in contumacia, seu reo non citato.
Item fallit quando sententia est per aliam reuocata. num. 24.

DECISIO VIII.

CITATIONIS defectum obstare vlteriori executioni sententiæ latę ab Executore A-
1 postolico: † Necnon eiusdem sententiæ iniustitiam, apparet in alia decisione sub die 28. Iunij proximi præteriti corã me * edita, quę hodie reuisa, & confirmata fuit.

Erat enim necessaria citatio Iosephi, quem ex capite homicidij incapacem esse huius Parochialis Ceraulus Aduersarius narrauit Papæ in litteris suæ prouisionis; tam inspectis verbis litterarum Apostolicarum, ibi, *vocato dicto Iosepho*; quæ vti concepta per ablatiuum absolutum inducunt conditionem, & formã,
2 eaque non adimpleta, † processus est nullus. *Rot. decis. 707. num. 2. in fin. par. 3. recent.* quam attenta dispositione iuris, cum regulariter, quoties gratia tendit in præiudicium intrin-
4 secum alterius, † illius citatio coram Executore requiratur, vt præter allegatos in alia decisione, fuit dictum *in Callien. Prioratus 5. Iulij 1649. §. penultimo coram me.*

Citatio autem facta per affixionem ad val-
5 uas nullius momenti est, † non præcedente citatione personali, *Clem. 2. de re iudic. Seraphin. decis. 1276. num. 4.* Et gratis exaduerso dicitur
6 adhibitas prius fuisse diligentias, † in loco soliti domicilij Iosephi; quo casu, subsecuta præsertim comparitione citati substineri citationem dixit *Rot. penes Comitulum decis. 125. num. 2. et 3.*

Iniustitia pariter euidens est, quia coram Executore iustificata non fuit narratiua ho-
7 micidij plenè, & concludenter, † vt debuit; cum sit fundamẽtum gratiæ, sed solũ exhibita sententia condemnatoria Iosephi ad trire-
8 mes, † quæ vti lata in contumaciam delictum non probat, ex allegatis *in prima decis. §. at in casu,* quibus adduntur aliæ duæ relatæ à *Farinacc. in prax. q. 11. post num. 92.*

Eò minus quia eadem sententia, ex capite nullitatis, & iniustitię reuocata nouissimè fuit ab A. C. & insuper condemnatus accusator ad perpetuas triremes ob calumniam accusationis, & falsitates commissas: Etiam simulando quod contra Iosephum fuisset executũ monitorium ad comparendum coram Iudice; qui ipsum, vt supra, in contumaciam ad triremes condamnauit; Vnde conuincitur, quod processus ille criminalis cõpilatus fuit calumniosè contra Iosephum sine eius cita-
9 tione; † sine qua Iudex criminalis, nedum ad sententiam, sed nec ad inquisitionem potuit procedere quando, vt hic, ad instantiam partis procedebatur: quicquid dicendum esset, si fuisset processum ex officio; vt distinguendo

ex

ex sententia *Aretina* tradit *Boss. in prax. tit. de inquisit. num. 72. facit Farinac. cons. 111. num. 11. lib. 2.*

Nec obstat, quod licet sententia lata in
10 contumaciam non probet delictum, † reo
tamen non comparente intra annum probet
priuationem, quæ sufficit, vt declarauit *Rota in Romana beneficiat. Sancti Petri 16. Iunij 1561. coram Ordinario impress. post 1. volumen cons. Farinac. decis. 3. numer. 5.* & tradit *Lotther. de re benef. lib. 3. quæst. 18. num. 168. iuncto num. 166.* Vbi dixerat hoc procedere quamuis post annum
reus ex Principis rescripto admissus fuisset ad
11 purgandam contumaciam, † quia rescriptũ
non tollit ius quæsitum ex annali mora in
comparendo; quam nocere etiam, quando
ex ipsa lectura inquisitionis, & processus constat euidenter de eius nullitate, tradit *Farinac. consil. 111. num. 13. in fine, & num. 14. lib. 2.*

In casu namque nostro hæc non applicantur, quia nec versamur in terminis sententiæ
latæ in contumaciam; cum in rei veritate
nuper probata, numquam contra Iosephum
12 transmissum fuerit, & † executum monitorium, & alioquin contumacia non contrahatur, *l. contumacia 57. ff. de rei iudic. Seraphin. decis. 972. num. 12. Rot. decis. 254. num. 5. part. 6. recent.* neque solum Iosephus post annum comparuit, sed etiam obtinuit sententiam reuocatoriam primæ sententiæ, cum omnibus inde
13 secutis, quæ proinde habetur † ac si facta non
fuisset, vt in terminis *Rot. in Romana Canonicatus Sancti Angeli 17. Maij 1567. coram Cotta impress. post Farinacc. in prax. quæst. 11. sub num. 92. col. 3. in fine*, ibi & non constat de reuocatione illius.

Tandem non obstat, quod sola pendentia
iudicij criminalis propter infamiam saltem
14 facti, quam Iosepho irrogabat, efficeret ne ei
15 Ordinarius posset hanc Parochialem † conferre, *cap. omnipotens de accusat. cum alijs allegat. à Garzia de benefic. part. 7. cap. 8. num. 6.* Nam respondetur primo, quod ad hunc effectum iudicium criminale per calumniam, vt in casu
16 nostro motum, † ac instructum non releuat,
Felin. in d. cap. omnipotens num. 3. vers. limita. Nè aliàs aperiatur via cuilibet maleuolo impediendi personis honestis consecutionem beneficiorum, vt benè *in d. cap. omnipotens aduertit August. Barbos. sub num. 2. vers. & limitatur*: & conferunt tradita *à Nauarro cons. 22. sub num. 6. de hæretic.* vbi quod ad impediendum, nè criminaliter denunciatus de aliquo delicto eligi
17 possit ad dignitatem, † seu officium requiritur semiplena probatio delicti. Sic etiam *Mirand. & alij relati à Modern. Parmens. in cons. regular. resol. 26. num. 22. & à Modern. Clasino de canon. elect. disput. contron. 1. num. 5. & 8.*

Secundo quod dici nõ poterat pendere iudicium aliquod criminale contra Iosephum,
18 qui, † vt supra dicebam, nusquam fuerat monitus, aut citatus, *l. libertus la 2. ff. in ius vocan. Boss. in tit. de foro compet. num. 203. Farinacc. cons. crim. 228. sub num. 3. vers. nec facit lib. 3.* Nihilque
refert, quod inter aliquas personas calumniæ
19 participes, † aut saltem non graues, & honestas, Iosephi acc usatio, aut pretensum crimen vociferaretur, *Felin. in cap. testimonium num. 14. de testibus, Garz. de benefic. d. cap. 8. num. 7. et 12. et duobus seqq. Barbos. de potest. Episc. alleg. 43. nu. 17. & in d. cap. omnipotens sub num. 2. vers. quæ incurritur, P. Layman. Theolog. moral. lib. 1. tract. 5. part. 5. cap. 4. sub num. 4. vers. secundo ut aliquis, cum alijs allegatis à Modern. Matriten. quæst. regular. tomo 3. verbo infamia, num. 9.* Vt enim incurratur infamia facti, oportet opinionem criminis, illam
quatenus commissum esset irrogantis manere
20 re apud personas graues, † & plures, itaut non
sufficiat minoris partis, *vt ex text. in cap. inquisitionis, §. quæsiuisti de accusat. docet ibi gloss. vers. ultim. Innoc. num. 5. Abb. nu. 6. in cap. per vestras n. 12. de cohabit. clericorum, Sanchez respons. moral. tom. 2. lib. 6. cap. 3. dub. 4. num. 2. et 4.* vbi allegantur concordantes.

21 Quæ verò infamia iuris † ex sententia condemnatoria resultare solet, *l. infamem, ff. public. iudic.* non resultat, quando vt hic in contuma-
22 cia, † seu verius reo non legitimè vocato sententia lata fuit, *Clar. in prax. crimin. lib. 5. §. fin. quæst. 72. column. 1. in fine, P. Layman. d. tract. 5. par. 5. cap. 4. sub num. 2. vers. requiritur autem; Giurba cons. crimin. 63. num. 69. alijque relati à Modern. Maceraten. de differ. inter iudic. ciuil. et crimin. differ. 16. num. 3. ubi pluribus id comprobat.* Et quatenus
23 opus esset deleta fuisset † per sententiam reuocatoriam nouissimè latam, *Sanchez respons. moral. tom. 2. lib. 6. cap. 3. dub. 6. num. 28. Barbos. de potest. Episc. alleg. 43. num. 20.*

Et ita decisum informante Iosepho, diù tamen aduersario expectato, ac citato.

☞ *Decisio ista emanata in hac eadem causa sub die 28. Maij 1649. coram eod. bon. mem. Bichio, erit infra in fine in Miscell.*

R. P. D. LEONE VEROSPIO

Cracouien. Decimarum.

Lunæ 31. Ianuarii 1650.

ARGVMENTVM.

Executor minus rectè interpretãdo decreti verba dicitur excedere. Vbi multa de Executoris excessu in exequendo.

SVMMARIVM

1 *Regulares Regni Poloniæ immunes à solutione decimarum cum priuilegij apostolici tenentur non obstante priuilegio Soluere Parochis decimas illorum bonorum, quæ antequam ad eos peruenissent soluebantur à laicis. & num. 2.*

3 *Decretum per verba futura conceptum non potest trahi ad preterita.*

4 *Executor interpretans minus rectè decretum dicitur excedere modum in exequendo.*

5 *Decretum vim declarationis habens trahi solet etiã ad preterita. Vide num. 8.*

6 *Decima petita tamquam sors independenter à iure decimandi, debentur non solum in futurum decurren-*

currenda, sed etiam ante petitionem decursa. Vide num. 10.

7 *Decretum Sacræ Congregationis Concilij super decimis soluendis à Regularibus Poloniæ an emanauerit per viam nouæ dispositionis, ac declarationis, necnè. Videas &c.*

9 *Res iudicata impedit quamcumque retrotractionem, et excludit quamcumque temporis coniunctionem.*

10 *Decimæ tamquam sors petita, & quæ regulariter veniunt etiam ante petitionem decursa, restringuntur ad decursas post petitionem tantum, quando pro decursis anteà adsit res iudicata, & num. 8. cum seqq.*

11 *Liquidatio in decreto requisita debet præcedere exequutionem.*

Eaque non præcedente executio est nulla. num. 12.

13 *Dictio, tamen, est exceptiua, et restrictiua præcedentium.*

14 *Ablatiuum absolutum importat conditionem, & formam.*

15 *Forma executori tradita si non adimpleatur, reddit irrita omnia ab executore gesta.*

16 *Executor excedens fines suæ iurisdictionis nulliter procedit.*

17 *Inhibitio vigore appellationis simpliciter à Signatura admissæ efficit attentata omnia inde secuta.*

DECISIO IX.

POST latam in hoc Tribunali sententiam in iudicatum transactam, quæ præuijs duabus decisionibus coram R.P.D. meo Cerro 21. videlicet, Maij, & 4. Iulij anni 1640. Collegiũ Cracouien. ac PP. Societatis Iesu ibi degentes à quacumque decimarum solutione ex Apostolicis priuilegijs declarantur immunes, fuerat postmodum ab vniuerso Poloniæ Clero iudicium institutum in Sacra Congregatione Eminentiss. Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, contra eosdem PP. cæterosque Regulares super decimis ex bonis proprijs ab ipsis quoque præstandis; In quo sanè iudicio productis ex parte Patrum priuilegijs super decimarum exceptionè ab Apostolica Sede receptis, iisque maturè discussis, de eorumdẽ consensu tandem Sacra Congregatio decreuit anno 1645. in hæc verba, videlicet.

Sacra Congregatio iterum, atque iterum auditis
1 *Regularibus, eorum iuribus, ac priuilegijs maturè discussis, censuit ab eisdem Patribus, et alijs Regularibus soluendas esse Parochis, et alijs Beneficiatis Regni Poloniæ decimas, quæ soluebantur à laicis, priusquam bona in ipsorum Patrum,*
2 *† ac Regularium proprietatem fuerant translata, firmis tamen remanentibus transactionibus desuper factis.* Cũ verò huius virtute decreti Executor Apostolicus Patres Societatis condemnasset ad decimas, tum in futurum, tum pro ante acto decreti tempore Golambiæ Parocho præstandas ex bonis intra ipsius Parochiæ limites constitutis; Delata postmodum mihi causa appellationis ab executoris excessu, super eo dubium hodie proposui affirmatiuè resolutum.

Ille siquidem præcipuè deducitur ex mandato pro decimis præteritis relaxato, quæ tũ inspecta ipsius decreti natura, tum verborum
3 qualitate, † ad futurum tempus restricta ibidem dici non poterant compræhensæ, *textus in cap. cognoscentes, vbi gloss. in verbo futuris, & in cap. vlt. de const. vbi gloss. pariter in verbo futuris, Bart. in l. verbum oportebit num. 1. & ibi quoque Rebuff. in verbo futurum vero, ff. de verb. signif. idem Bart. in l. cent. num. 25. ibique Iason. num. 49. ff. de vulgar. Menoch. cons. 110. num. 13. cum seqq. & cons. 711. num. 4. Natt. cons. 107. num. 7. & 8.* Adeoque decimę ante emanatum decretum decursæ in relaxatione mandati includi non poterant ab executore, qui proinde decreti verba minus
4 rectè interpretando; † legatũ exequendi modum excessisse censetur *per text. in l. ab executore, ff. de appell. vbi post gloss. in verbo non iure notat Bart. num. 7. gloss. in cap. quoad consultationem, in verbo excedatur circa finem de sententia, & re iudic. Petrus Rebuff. in tract. de sententijs executoris art. 7. gloss. 14. num. 8.*

Non obstat, quod anteacti temporis decimæ in casu proposito iusta ratione videantur inclusæ, vel quia præfatum Sacrę Congregationis decretum vim declarationis obtineat,
5 quæ † ad præteritum quoque tempus referri solet, vt notant *DD. in cap. vlt. de constit. vbi inter cæteros Felin. num. 4. Dec. num. 13. Menoch. cons. 792. num. 8.* Vel quia illæ fuerant à Parocho antecedenter petitæ tamquam sors, ac independentes à iure decimandi, & consequenter non solum in futurum, sed etiam ab initio ante
6 institutum super ipsius iudiciũ † debebantur, vt respondit *Rot. in Toletana decimarum 21. Iulij 1649. coram R.P.D. meo Celso, & in alia Hispalen. decimarum 10. Decembris eiusdem anni coram R.P.D. meo Bichio.*

Quia præterquam præfatum S. Congregationis decretum per viam nouæ dispositionis
7 potius † videtur emanasse ad coarctãda Apostolica priuilegia, verbis expressis bona Patrũ eximentia à quacumque decimarum solutione (ne Parochis onerosa nimiùm successu temporum redderentur, iuxta cap. suggestum de decimis) licet vim quoque declarationis obtineret, decimarum tamen præteritarum ibidem inclusio impeditur, ex sententia Rotali exemptionum priuilegia canonizante cõtra ipsummet Parochum,
8 † qui pro prętensis decimis iudicialiter eos in partibus conuenerant: Ex ea enim sententia in iudicatum deinde transacta, in bona vtique fide constituti Patres Societatis conueniri non poterant pro fructibus ante decreti relaxationem exactis,
9 cum virtus rei iudicatæ † retrotractionem impediat exaduerso prætensam, ac quamcũque temporum coniunctionem includat, vt probat *tex. in l. relegatorum, § ad tempus, vbi gloss. notat in verb. ita, ff. de interdictis, et relegatis,* quam refert, & sequitur *Iason. in l. non dubium, C. de legib. gloss. in cap. 1. in verb. de cætero de postulatione Prælatorum lib. 6. vbi Franc. num. 5. Gemin. num. 6.* & probauit *Rot. decis. 158. num. 4. circa finem cum seqq. par. 2. diuers.* Bona verò fides inde resultans diuersitatis rationem inter tempus vtrumq;
10 constituat, † ac consequenter decimarum antecedentium retardet exactionem, eamque restringat ad futuras, licet fuerint indepen-

den-

denter à iure decimandi petitæ, vt respondit *Rot.coram Seraphin.decis.835.num.8.& 1168.n.4. & coram Buratt.184.num.2.*

Resultare quoque visus fuit excessus executoris ex decimarum quantitate in summa florenorum 3000.taxata in mandato ante liquidationem eius, quod præstabatur à laicis, priusquam bona ad ipsos fuissent Patres de-
11 lata, † quæ tamen liquidatio vigore decreti expresse requisita, ac vti qualitas dispositioni inhærens debuisset omninò præcedere, *iuxta text.in l.1.§.ait prætor, vbi notat Bart.ff.ne quid in flumine publico, l.prætor la 2.§. docere, ff.de vi bonorum raptorum,Tiraq. de retract. consanguin. §. 8. gloss.7.num.1.Surd.cons.130. num.1.& decis. 230. num.6.Rot.coram Buratt.decis.317.num.1.et in Hispalen.decimarum 26.Iuly 1647.coram R.P.D.meo Corrado in §.quia procedit circa fin.* Eaq; postha-
12 bita nullam, † & excessiuam reddidit executoris condemnationem, *iuxta tex. l.ab executione,C.quorum appellationes non recipiantur, vbi post gloss.in verbo excedat notat Bart.num.4.gloss.in cap.quoad consultationem in fin. in verbo excedatur, de re iudic.Petrus Rebuff.ad constit.Gall.tom.1. eodem tit. de sententijs executor.art.7. gloss.14.num.4. Lancell. de attent.appell.pendente lim.53.num.32.Rot. coram Seraphin.decis.1168.num.5. et coram Greg.224.& 545.num.7.et coram Buratt.417.*

Aliqui præterea ex Dominis exinde quoq; deducebant excessum executoris, quod ille deuenerat ad relaxationem mandati, non obstantibus transactionibus, quas Sacram Congregationem præseruare voluisse dignoscitur, tum ex dictione illa, tamen, præseruatio-
13 ni adiecta supra expressorum exceptiua, † ac restrictiua præcedentium, *vt in l. pro hærede, §. quod autem, ff.de acquirenda hæreditate, l.ita tamen, ff.ad trebell.l.ubi adhuc,§.ita tamen,C.de iure dotiu:* Tum ex ablatiuo etiam absoluto, sub quo cõcepta fuerat transactionum præsentatio, con-
14 ditionem,† ac formam designante, vt notat *Bald.in auth.matris,et auia, C. quando mulier tutor. off. fungi possit, Felin.in cap.dilecta num.6.de rescrip. Rolan.cons.82.num.5. lib.1. Tiraq.in tract. cessante causa limit.1.num.61.Rota decis.189.num.3. par.4.*
15 *diuers.* quæ dum impleta non fuit, † nullam, ac irritam reddidit condemnationem executoris, *ad tex.in l.menius, & l.qui hæredi, ff.de condit.demonstrat.l.1.et 2. C. quando prouocare non est necessarium, notant DD. in cap.dilecta de rescriptis, vbi post gloss.in uerbo irritum,Abb.num.4.Felin.n.6 Sanchez de matrim.lib.3.disp.5.num.2. Rot.post Pacif.de salutan.decis.268.num.8.*

Neque præfatus excessus euitari poterit, vel ob prætensam eorundem transactionum nullitatem ex defectu beneplaciti Apostolici resultantem, vel quia illæ tunc temporis expirassent,cum huius articul idecisio(quatenus Sacra Cõgregatio eas noluisset absolute præseruare) vel in ipsa Sacra Congregatione debuisset terminari, vel saltem in hoc Tribunali dignosci,non autem eiusdem cognitio spe-
16 ctaret ad executorem,† qui proinde fines suæ iurisdictionis excedendo nulliter processisse censetur, *ad text.in l.1.C. si à non competente Iudice, et in cap.at si Clerici in princ. de iudicijs, Barb. in cap.cum M.Ferrarien.num.186.in fine de constit. Gemin.cons.4.num.1.Rot.in Parmen. null.satis ordinationis 12. Maij 1631.coram Reuerendiss. Terracinen.*

Hinc etiam aliqui ex DD. alterum executoris excessum arguebant;Cum hic post causam appellationis à Signatura simpliciter ad-
17 missam,†& expeditam huius Sacri Tribunalis inhibitionem, sibi quoque personaliter intimatam, ad relaxationem censurarum,aliosque actus præiudiciales vlterius progredi non potuisset, *ad tex.in cap.non solum in fine de appell. lib.6.et in cap.Romana.§.sin autem post sentent. de appell.et in cap.cum inferior, de maioritate, & obedientia:* & pluries respondit *Rot. coram Buratt. 902.coram bo.me.Coccino 319. coram bo. me Vrgellen. 104.* & in alijs latè congestis *in Toletana matrimonij 20.Iunij 1645.in §.2.quia cum seqq.Rota coram R.P.D.meo Corrado.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. ARGVELLES.

Comen. Iurispatronatus.

Lunæ 7. Februarij 1650.

ARGVMENTVM.

Præsentatus à maiori parte patronorum est instituendus aduersus alium, qui obtinuit à Papa derogationem medietatis vocum, dum non iustificauit narratiuam ipsi Pontifici factam, scilicet quod à medietate Patronorum ipse præsentatus fuisset.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus à maiori parte patronorum est instituendus.*
2 *Gratia Papæ est obreptitia si ei fuerit narratum mendacium.*
3 *Narratiua, quæ fuit causa concessionis gratiæ Pontificis est concludenter probanda.*
4 *Quasi possessio præsentandi unica præsentatione acquiritur.*
5 *Iuspatronatus est actus diuiduus.*
6 *Compatronus qui non præsentauit ob temporis lapsum præsumitur consensisse præsentationi factæ à compatronis.*
7 *Negligentia patroni in non præsentando praiudicat in vacatione præsenti, non autem in futura.*
8 *Quasi possessio ab vnò ex compatronis in vim præsentationis acquisita censetur preseruata ab aliorum compatronorum præsentatione.*
9 *Renuncians transmittit propria iura in renunciatarium.*
10 *Renunciatio non trahitur ad incognita, & vltrà expressa.*
11 *Possessio vitiosa est sequestranda.*
12 *Possessor vitiosus non debet perfrui ex commodo eius possessionis.*

DECISIO X.

POSSESSIONEM Patronalis beneficij, de quo agitur, per Archidiaconum Papien. execu-

executorem litterarum Apostolicarum Io. Baptistæ Polattæ præsentato concessam, Nicolaus Tencalla pariter præsentatus contendebat, & illam vti captam lite pendente coram Ordinario Comen. esse attentatam, & sic sequestrandam prætendebat. Vnde sub die 5. Iulij anni præteriti hoc dubio per me in Rota proposito, & reiecto, ordinatum fuit, vt de bono iure videretur, & hodie de bono iure Tancellæ constare fuit responsum.

Nam omissa disputatione Iurispatronatus existentiæ, super qua nulla cadit altercatio, & captæ illa pertinentiæ circa quam tota huius causæ difficultas inuoluitur, patet iuspatronatus pro maiori vocum parte pertinere ad illos, qui Nicolaum Tencallam præsentarunt. Siquidem Petrus de Bonitate testator in erectione huius Patronatus ius præsentandi suo proximiori consanguineo legauit, proximior fuit Bernardus, ex quo Patronatus transiuit ad Lazzarottum, & Petrum Martyrem eius filios, & hæredes, vox Petri Martyris deinde deuenit ad Thomam, ac demum de Thoma ad Franciscum à quo præsentationem habet Nicolaus Tencalla.

Vox autem Lazzarotti deuenit pro medietate ad Anastasiam, & deinde ad Prudentiã, & Mariam, quæ eundem Nicolaum præsentarunt, pro alia medietate ad Catherinam, ab ista ad Lucretiam, ac demum de Lucretia ad quinque eius filios, nempe ad Cæsarem pro vna quinta parte, qui eundem Nicolaum præsentauit, pro alia quinta ad ipsummet Nicolaum præsentatum, & pro alijs tribus quintis partibus ad Carolum Antonium, Elisabettam, & Catherinam, qui dictas suas partes Petro Martyri iuniori donarunt, à quo præsentatus fuit Io. Baptista Polatta, vt iustificatur in Summario.

Igitur constat, quod prænominatus Nicolaus Tencalla habet præsentationem à Francisco habente vnam vocem à Prudentia, & Maria habentibus medietatem alterius vocis, & à Cæsare habente quintam alterius medietatis eiusdem vocis.

Io. Baptista verò præsentatus fuit à Petro Martyre iuniore habente dumtaxat reliquas tres quintas partes alterius medietatis eiusdẽ vocis ex personis dd. Caroli Antonij, Elisa-
1 bettæ, & Catherinæ, † & sic dictus Nicolaus præualet in bono iure ad effectum institutionis, *cap. 3. & ibi gloss. in verb. qui maiorib. de iurepatr. Garz. de benef. par. 9. cap. 2. num. 257. Rot. corã bon. mem. Vrgellen. decis. 438. num. 1. cum alijs relatis in Neapolitana Iurispatronatus 27. Ianuarij 1644. in fin. coram R. P. D. meo Otthobono, & in Comen. Cappellæ 21. Aprilis 1648. coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Nec derogatio Sanctissimi pro medietate Patronorum dicto Ioanni Baptistæ suffragatur. Quoniam Summus Pontifex ad eam concedendam motus fuit ex narratiua, quod prædictus Io. Baptista à medietate Patronorum fuerat præsentatus, ibi, *Nos dicto Io. Baptistæ, &c. à medietate dilectorum filiorum modernorum illius Patronorum intra legitimum tempus promotum fuisse, &c. ac dicto Iurispatronatus pro altera medietate Patronorum huiusmodi hac vice dumtaxat harum serie specialiter, & expresse derogantes, &c.*

2 At cum hactenus hoc probatum† non fuerit, gratia remanet nulla, *Rot. coram Penia decis. 139. num. 1. & 552. num. 3.* & dicitur per obretionem obtenta, *Rota in Aquilana Iurispatronatus 4. Iunij 1646. §. pariter, vers. quo casu coram R. P. D. meo Corrado, & in Mutinen. Beneficij 27. Martij 1648. §. nec minus in fin. coram me,* & ad eam iustificandum leues probationes non sufficiunt, quales
3 sunt illæ Polattæ, † sed concludentes requiruntur, quando prout hic narratiua fuit absolutè causa concessionis, *Rot. decis. 268. numer. 4. par. 1. diuers. & decis. 482. num. 9. coram Penia.*

Leuis est illa, quod huiusmodi narratiua iustificari possit, primo ex præsentatione Alexandri Ionij facta anno 1624. per Lucretiam, quæ vnà cum Thoma dictum Alexandrum præsentarunt, per quam præsentationem di-
4 cuntur constituti † in quasi possessione præsentandi pro medietate, *Innoc. in cap. cum Ecclesia Sutrina sub nu. 4. de caus. possess. & propr. & Rip. num. 39. Rot. in Sulmonen. Beneficij 10. Martij 1649. §. & hac quasi possessio coram me.*

Quoniam Anastasia, quæ habet medietatem vocis patris (vt fuit ostensum) sibi non præiudicauit ob non præsentationem. Tum
5 quia cum Iuspatronatus † sit actus diuiduus, *cap. 1. & 3. de iurepatr. Achill. de Graff. decis. 4. n. 13. de praeben.* A Lucretia, & Thoma sine Anastasiæ interuentu præsentatio benè fieri potuit,
6 cui † postea ob temporis lapsum dicta Anastasia consensisse censetur, *Rota apud Achill. de Graff. d. decis. 4. num. 14. Caual. decis. 197. numer. 5.* Tum etiam quia in omnem casum ob negli-
7 gentiam præsentandi in ea vocatione† non sibi in alijs futuris vocationibus præiudicauit, *Federic. de Sen. cons. 112. in vlt. dub. Abb. cons. 54. num. 3. post med. lib. 1. Rot. decis. 174. num. 10. par. 7. recent. decis. 136. num. 12. post Viuian. de iurepatron.* Imò ex istorum compatronorum præsentatione quasi possessio Anastasiæ acquisita in
8 præsentatione anni 1593.† præseruata intelligitur, *Rimin. iun. cons. 214. num. 40. Calder. cons. 15 de iurepatr. Viuian. de iurepatr. part. 2. lib. 2. cap. 2. num. 37. Rot. coram fael. mem. Greg. XV. decis. 417. & decis. 452. num. 9. & in Neapolitana Iurispatronatus 27. Ianuarij 1644. §. pariter non releuat, coram R. P. D. meo Otthobono.*

Secundò nec minus iustificari potest ex renunciatione hæreditatis paternæ facta per Anastasiam ad fauorem Lucretiæ, & suorum
9 filiorum, per quam ius, † quod habebat ad eandem Lucretiam, & eius filios transmisisse prætenditur, *cap. ex litteris, & cap. cum seculum, de iurepatr. Rota coram Seraphin. decis. 725. per tot.*

Quia respondetur, quod Anastasia non fecit generalem, & absolutam cessionem hæreditatis paternæ ad fauorem Baguti, quo casu poterat esse quæstio, An sub titulo illo vniuersali hæreditatis veniret etiam Iuspatronatus, sed prius adiuit hæreditatem, & deindè recepta promissione scutorum centum pro suis dotibus fecit solitum pactum de quicquã amplius non petendo de dicta hæreditate ab eodem

eodem Baguto, ex quo pacto nullo modo inferri potest ad renunciationem Iurispatronatus, quod ex præcedenti aditione fuerat iam in persona Anastasiæ consolidatum, & cuius occasione illa nihil ab eo prætendere poterat, sed tantum ad remissionem aliorum iurium, quæ in posterum sibi quomodolibet competere poterat super hæreditate paterna contra
10 eundem Bagutum ex regula, † quod renunciatio non trahitur ad incognita, & vltra expressa, *Butr. in cap. accedentibus num. 8. de priuileg. Dec. in cap. cum accessisset num. 90. de constitut. Decian. cons. 52. num. 23. lib. 1. Rota coram sanct. mem. Gregor. XV. decis. 15. num. 3. & in recentior. dec. 471. num. 5.*

Vltra quod dicebant Domini, quod circumscripta etiam præsentatione facta à Prudentia dictæ Anastasiæ hærede ad fauorem Tencallæ, nihilominus de eius bono iure dubitari non potest, cum semper maiorum vocum partem habeat, vt patet ex supra narrata facti serie.

Firmato igitur hoc bono iure Tencallæ, & constito de non iure Polattæ, sequitur, quod
11 ipsius possessio † tamquam vitiosa sit seque-
12 stranda, † ne possessor commodo suæ vitiosæ possessionis perfruatur iuxta laudabile huius supremi Tribunalis stylum, de quo in *Calaguritana Beneficij 23. Iunij 1645. §. & consequenter, & in Bituntina Iurispatronatus 26. Februarij 1646. in fine, coram me.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BICHIO.

Concheñ. Pensionis.

Luna 24. Februarij 1650.

ARGVMENTVM.

Pensio dicitur nulliter reseruata, quando fuit facta Pontifici narratiua falsa, etiam si fuerit facta ab Expeditore, quando vel narratiua fuit dolosa, vel tertio præiudicialis, & fortius si principalis ea narratiua vsus fuerit. Pensio reseruata filio super beneficio Patris est nulla, & etiamsi fuerit reseruata ab extraneo dum fuerit factum in fraudem, vbi coniecturæ fraudis recensentur.

SVMMARIVM.

1 *Pensionarius tenetur in petitorio iustificare valorem Papæ narratum, quia narratiua valoris dicitur causa gratiæ.*

Quod amplia si agatur de pensione reseruata beneficio pleno. num. 2.

3 *Valor beneficij an sit probandus per titularem, vel pensionarium.*

4 *Gratia non vitiatur quando narratiua non est dolosa, vel non est talis, quæ mouit concedentem.*

5 *Papa solet apponere pensiones beneficiis dum remaneant pro titulari duæ tertiæ partes fructuum.*

6 *Pensionarius quando excusatur de mala expressione valoris beneficii. & num. 4. & 5. 7. & seqq.*

8 *Error procuratoris, siue Expeditoris in expressione valoris beneficii, quem Rota non excusat, procedit si sit in eo, quod redderet Papam difficiliorem ad concedendum. & n. 9. & 13.*

10 *Pensionarius debet probare, quod pro titulari remaneant duæ tertiæ partes fructuum beneficii.*

11 *Gratia non potest dici dolosè impetrata, quando impetrans est puer teneræ ætatis.*

12 *Narratiua falsa procuratoris non vitiat gratiam, quando narratiua non est alicui præiudicialis. Secus è contra num. 13. & 14.*

Fallit si principalis ea vsus fuisset. num. 18.

14 *Papam præsumitur vel non concessisse, vel difficilius concessisse gratiam tertio præiudicialem si narratiua est falsa.*

15 *Correctio litterarum apostolicarum non conceditur quando à supplicatione non discordant.*

16 *Producens scripturam illam cum omnibus suis qualitatibus, & narratiuis ratificat.*

Quod procedit etsi productio sit facta à procuratore, siue speciali mandato dum producens illa productione reus fuerit. num. 17. & 18.

17 *Vsus conducit ratificationem æquipollentem mandato speciali. & num. 18.*

19 *Concilium Tridentinum prohibet reseruari filio pensionem super beneficio à patre possesso. & nu. 28.*

Quod procedit etiam si pensio reseruaretur ad fauorem consanguinei alterius titularis, & postea iste titularis alteram pensionem reseruaret ad fauorem illius filii, quia præsumitur factum in fraudem. num. 20. & 22. & seqq.

21 *Simulatio occultè committitur, ideoque animus simulandi à coniecturis conuincitur.*

22 *Simulatio in reseruatione pensionis inducitur ex contextualitate mandatorum hinc inde ad consentiendum coram eodem Notario, & testibus, & numer. 24.*

Fallit quando contextualitas mandati fundata est in diuersa causa. num. 23.

25 *Simulatio in reseruatione pensionis arguitur si vnus faciat expensas expeditionis alterius.*

Et fortius si expeditiones tendant ad fauorem eius consanguinei. num. 26.

27 *Simulatio conuincitur ex pluribus coniecturis simul iunctis.*

DECISIO XI.

RATIONES ipsæ, quæ iuxta decisiones in priori instantia coram R. P. D. meo Corrado editas sub die 13. Ianuarij 1648. & 21. Maij 1649. * Sententiæ Rotalis ab eodem D. meo Corrado super nullitate pensionis latæ iustitiam demonstrant, mouerunt hodie Dominos vt eandem sententiam confirmandam esse responderent; nempè defectus iustificationis valoris à Manzilla pensionario narrati, & simulatio in fraudem decreti Sacri Concilij Trid. sess. 25. de reformat. cap. 15.

Debuit namque pensionarius in hoc iudi-
1 cio petitorio † iustificare valorem ducatorum 500. auri de Camera à se narratum Papæ per assensum, cum huiusmodi narratiua dicatur causa, & fundamentum gratiæ, vt in puncto præter allegatos in decisionibus R. P. D. mei Corradi tradit *Lotther. de re benef. lib. 1. quæst. 43. num. 1. & seqq.* vbi hoc ampliat quando vt in casu

2 casu nostro agitur de pensione † reseruata beneficio pleno, *Rot. decis. 526. num. 1. par. 3. decis. 287. num. 9. par. 5. recent. & in Placentina pensionis 25. Iunii 1646. coram R.P.D. meo Cerro*, vbi sequendo distinctionem semper in hoc Sacro Tribunali receptam dicitur, quod aut agitur
3 in iudicio possessorio, † & onus probandi falsitatem valoris narrati incumbit titulari, quia est de eius exceptione, cum pensionario sufficiat docere de quasi possessione exigendi, aut
4 agitur petitorio, & valor probandus est à pensionario, quia cum titularis habeat intentionem fundatam in dispositione iuris, quod beneficia sine diminutione conferantur, innitatur opus est pensionarius litteris Apostolicis reseruationis pensionis, & quidem validis, quales non sunt nisi iustificentur in valore narrato, vbi vt hic agitur contra successorem in beneficio, qui reseruationi pensionis non consensit.

At pensionarius non iustificauit, solumque apparet de valore in ducat. 500. monetæ Ca-
4 stellæ, † nec excusatur siue quia falsa narratiua, quæ non mouit concedentem, & dolosa non est gratiam non vitiat, *cap. super litteris de rescript.* cuius dispositionem ad rescripta gratiosa extendit, *Innoc. in cap. postulasti num. 1. eod. tit. Lap. allegat. 89. num. 6. aliique relati in decis. 288. num. 1. post cons. Farin. decis. 536. nu. 4. par. 4. tom. 3. recent.* concedentem verò non magis mouit narratiua valoris in 500. ducatis Cameræ, quã mouisset in totidem monetæ Castellæ, cum semper remaneant pro titulari duę tertię par-
5 tes fructuum † quibus saluis Papa solet beneficia grauare pensione, *vt per Gigan. de pens. quæst. 9. sub num. 1. & 2. & sub num. 5. in fin. Rot. in Romana pensionis 25. Maii 1646. §. vnde huiusmodi coram me*; & magis in terminis ad effectum ex-
6 cusandi malam expressionem † valoris fuit ponderatum *in d. decis. 536. sub num. 5. uers. alia enim, & num. 6. par. 4. tom. 3. recent.*

Siue quia mala expressio prouenit ab er-
7 rore procuratoris, † ac expeditoris, vt constat, quia in mandato procuræ dato à principali valor expositus; fuit in 500. ducatis monetæ Castellæ, quod excludit dolum principalis, & licet Rota non facilè admittat istam excusationem propter fraudes, quæ alias fieri possent impetrando per medium procuratoris,
8 vt † refert *Crescent. decis. 10. de præben.* hoc procedere quando error versatur circa ea, quæ Papam ad concedendum difficiliorem reddere
9 re potuissent, † necnon conuincitur ex publicis instrumentis mandati procuræ dati à principali declarauit *Rot. inter impress. post cons. Farin. decis. 270. sub num. 4. uers. censuerunt Domini, & d. decis. 288. sub num. 11. uers. fuit responsum*, quas refert, & sequitur *d. decis. 536. numer. 5. & num. 18. par. 4. tom. 3. recent.*

Primum enim cessat, quia non constat remanere pro titulari duas tertias partes fru-
10 ctuum deductis oneribus, † quod est in specie probandum ab impetrante, *Seraphin. dec. 1030. num. 1. Rot. decis. 444. num. 4. par. 2. recent. decis. 237 num. 6. coram bon. mem. Card. Mellino, & in Monopolitana pensionis 7. Februarij 1648. coram me*; præsumique potest dolo narratus valor in ducatis Cameræ, vt Papa libentius tantam pensio-
11 nem beneficio pleno reseruaret: † quicquid enim sit quando pensionarius erat puer teneræ ætatis, & agitur pro reductione pensionis contra titularem, qui illi consensit, in quibus terminis loquitur exaduerso allegata *dec. 536. par. 4. tom. 3. recent. vt patet num. 4. & sub numer. 7.* vel quando falsa narratiua non tendit in ali-
12 cuius præiudicium, † puta quia impetrans beneficium non curatum se Presbyterum narrauerit, cum tamen simplex Clericus esset, qui est casus supra citat. *decis. 270. & 288. apud Farinac. post cons.* Sanè in maiore, qui benè sciebat valorem beneficij, & in gratia præiudiciali tertio prout est reseruatio pensionis, quia Papa procedit cum maiori circumspectione oritur suspicio, quod nisi fuisset facta
13 illa narratiua Papa non concessisset, † vt respondendo contrarijs benè distinxit *Rot. in dicta decis. 270. sub num. 3. uers. & quantum, ex doctr. Gemin. in cap. gratia num. 4. in fin. de rescript. in 6.* quam sequitur *Cresc. decis. 10. num. 2. de præben. Cassad. decis. 10. num. 3. uers. scilicet quod expressio eod. tit.* & generaliter quod Papa gratiam, quę alicui præiudicium infert præsumatur non
14 concessurus, † vel difficilius si narratæ sint falsa fuit dictum *in Nouarien. Canonicatus 12. Februarii 1593. coram clar. memor. Cardin. Hieronymo Pamphilio impress. apud Marches. de commiss. par. 1. fol. 451. sub num. 1. uers. & præsertim in decis. 150. num. 5. coram san. mem. Greg. XV. & in Calaguritana beneficij de Cornago 27. Maii 1647. coram me.*

Alterum pariter penitus remouetur, quia pensionarius receptis litteris Apostolicis narratiuam valoris in ducatis 500. Cameræ continentibus, non solum non contradixit, aut pro illarum correctione institit, quam forsan nec obtinere potuisset cum litteræ non
15 discordent à supplicatione, † sed à mandato iuxta alteram ex opinionibus relatam à *Mandos. super reg. 27. Cancell. num. 7.* sed eas in iudicio produxit pro obtinenda earum executione; hinc enim illas ratificasse censetur cum
16 omnibus qualitatibus, † & narratiuis ibi expressis ex *alleg. in 2. doc. R.P.D. mei Corradi, §. quia præter quod*: parumque refert, quod productio facta fuerit à procuratore absque speciali mãdato, quia ipse pensionarius tum litteris, tum earum productione vsus fuit obtinendo illarum executionem, & obtentam in varijs Tri-
17 bunalibus defendendo, qui vsus inducit ratificationem æquipollentem speciali mandato *l. si filiusfamilias*, vbi notant omnes *ff. ad Maced.* cum alijs adductis *in Cæsenaten. fructuum 28. Iunii 1647. §. fin. coram R.P.D. meo Roias*, & in specie supplicationis porrectæ à procuratore, *Caputaq. decis. 193. num. 1. & 2. & num. 4. par. 1. Canal. decis. 26. num. 5. Put. in pund. pensionis expedita à procuratore decis. 100. sub num. 1. uers. tamen, & num. 2. lib. 2. in corr.* itaut falsa narratiua procuratoris apta vitiare gratiam noceat principali propter illius vsum esto quod non noceret si nullatenus mouere potuisset Principem ad
18 concedendum, † ac tertio non præiudicaret, in quibus terminis gratiæ vsum non nocere

dixit

dixit *Rot. in sæpè citata decis. 283. num. 12. post cons. Farin.*

19 Simulatio quoque in fraudem † Concilii
Tridentini prohibentis reseruari filio pensio-
nem super beneficio possesso à patre visa est
vrgere, nam Manzilla, quia prohibebatur ob-
tinere pensionem super fructibus Ecclesiæ
parrochialis Loci Vallis de Colmenas, quam
tunc Iacobus eius pater naturalis possidebat,
curauit quod idem Iacobus consentiret pen-
sioni ad fauorem Petri Ordono nepotis San-
ctii Ordono, vt vice versa idem Sanctius su-
per fructibus alterius parrochialis loci Cata-
lenellæ à se possessæ consentiret simili pen-
sioni ad fauorem ipsius Manzillæ, prout fa-
ctum fuit, expeditæque hinc inde litteræ ex-
pensis solius Manzillæ: Vnde apparet tum
20 causa simulandi ad euitandam scilicet, † seu
verius eludendam prohibitionem Concilij,
vt ferè in punct. *Parif. de confid. quæst. 51. num. 8. Aymon. cons. 153. num. 8.* tum animus, & conie-
cturæ simulationis, quibus illa conuincitur
21 ex quo † occultè committitur, *cap. per tuas, cap. sicut, vbi Innoc. num. 1. de simon. Lotther. de re benef. lib. 1. quæst. 36. num. 105. Rot. decis. 238. nu. 14. coram san. mem. Greg. XV. & in Balneoregien. simoniæ 17. Maii 1624. coram bon. mem. Coccino.*

Et inter coniecturas potissima est quæ re-
sultat ex contextualitate mandatorum pro-
curæ ab vtroque Rectore eodem tempore, &
coram eodem Notario, & testibus ad consen-
22 tiendum pensionibus, † vt supra datorum,
Parif. de resign. lib. 14. quæst. 9. num. 10. & seqq. vsque ad 15. & de confid. d. quæst. 51. num. 5. & 9. & 17. in fin. Rot. decis. 134. num. 3. vers. & ex breuitate par. 2. diuers. aliique relati in 2. decis. coram D. meo Corrado, §. penult. neque correspectiuitas euitari po-
test eo quod testes deponant mandatum Ia-
cobi patris Manzillæ emanasse in remunera-
tionem eorum, quę Sanctius Ordono fecerat
23 ad fauorem ipsius Manzillæ, † ex quo infer-
tur quod ob diuersitatem causæ vtriusq; mã-
dati contextualitas non inducit correspecti-
uitatem, *ex alleg. in decis. 392. num. 13. coram san. mem. Greg. XV. & in Romana, seu Veliterna restitutionis in integrum 17. Septembris 1646. coram me.*
Quia titulus iste remunerationis cum sit re-
latiuus ad beneficium acceptũ, hoc est ad cõ-
sensum à Sanctio præstitum ad fauorem Mã-
24 zillæ magis conuincit identitatem causæ, † &
correspectiuitatem consensuum, quod scili-
cet vnus consenserit cõtemplatione consen-
sus alterius, itaut ex vtriusque simultaneo, &
effectuatu consensũ probetur mutua inter ip-
sos permutatio, vt in terminis consensus re-
muneratorij *est tex. in l. sed etsi lege 28. §. consuluit in fin. ibi, genus quoddam hoc est permutationis, ff. de pet. hæred.* & ibi notat *Ant. Faber. col. 3. circa fin. vers. remunerationem fol. 307. facit text. in l. si pignora 56. vers. species enim, ff. de furt.* Acceden-
25 te præsertim, † quod Manzilla fecit expensas
expeditionis vtriusque pensionis, quod pro
coniectura fraudis adducit *Parif. de confid. q. 27. num. 1. & seqq. Rot. in Romana domus ad Transtyberim 18. Iunii 1638. §. 3. insurgit coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo,* & vtrinque resultabat vtili-

tas ad fauorem consanguineorum ipsorum
26 consentientium, † nempe ex vna parte nepo-
tis, ex altera filij, quod pariter fraudis argu-
mentum præbere tradit *Parif. de confid. d. quæst. 27. num. 6. & 7.* vnde quicquid dicendum esset
si aliqua ex prędictis coniecturis concurre-
ret, sanè omnibus simul iunctis apparet prę-
27 cessisse inter partes expressam, † aut pręsum-
ptam conuentionem de ad inuicem consen-
tiendo, *Anchar. cons. 434. sub nu. 3. vers. ex præambula. Aym. cons. 153. num. 9.* & pensionem cadere
28 sub prohibitione Concilij Tridentini, † vt in
terminis declaratum fuisse à Sacra Congre-
gatione refert *Garz. de benef. par. 7. cap. 3. num. 87.* ibi in fine dicit, quod consensus pensioni di-
citur pręstitus per fraudem, & in proximis
terminis *Anfred. ad Capell. Thol. quæst. 439. nu. 5.*
Et ita decisum vtraque &c.

Decisio ista emanata sub die 21. Maii 1649. coram Eminentissimo Corrado est supra in par. 10. recent. decis. 306.

REVERENDISS. P. D. CERRO
Sacræ Rotæ DECANO.

Burgen. Decimarum.

Veneris 11. Februarij 1650.

ARGVMENTVM.

Declaratoria conceditur contra inobedientes in solutione decimarum, quod etiam procedit stante appellationis interpositione, quando causa commissa fuerit sine prę̨iudicio mandati de manutenendo.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria conceditur vbi adest inobedientia.*
Fallit si causa appellationis commissa fuisset. numer. 2.
Quam fallentiam restringas si commissio sit reformata à Signatura cum clausula, sine prę̨iudicio mandati de manutenendo. *num. 3.*
4 *Clausula,* sine prę̨iudicio mandati de manutenendo *illud præseruat.*
5 *Persona si sint Ecclesiastica eò magis tenentur obtemperare mandatis Rotalibus.*
6 *Patientia sola non sufficit pro paritione, sed necessaria est paritio verbalis ad euitandam declaratoriam.*
7 *Declaratoria ad hoc vt concedi possit necessaria est liquidatio summæ.*
Quod procedit quando contumax à paritione facto deposito alicuius quantitatis offert residuum post liquidationem factam, num. 8.
Præcipuè in materia decimarum. num. 9.
9 *Debitor decimarum eas offerre tenetur*

DECISIO XII.

IN executionem resolutionis captę corã me 13. Nouembris 1643. expedito mandato de manutenendo ad fauorem Abbatis, & Mona-

C chorum

chorū Beatę Marię de Nagera in quaſi poſ-
ſeſſione percipiēdi omnes Decimas,quæ col-
liguntur intra fines Parochialis Eccleſiæ Bea-
tæ Mariæ Oppidi de Argoños dempta quar-
ta parte in cauſam fabricæ , & congruæ ſub-
ſtentationis Beneficiatorum illius iuxta con-
cordiam de anno 1585. *relat.in decis. edita ſuper
bono iure 28.Iunij 1647.in fine coram me* . Eoque
perſonaliter intimato Roccho de Solar Re-
ctore, & Franciſco Dexado Parocho Benefi-
ciato, *Summ.Abbatis num.3.* ac in actis Notarij
cauſæ reproducto , ſeruatiſque quatuor ter-
minis ad docendum ſe paruiſſe de ſtylo ſer-
uari ſolitis *num.4.* cum adhuc de aliqua pari-
tione doctum non fuerit,quinimmò conſtet
de poſitiua inobedientia, ex quo in actu præ-
fatæ intimationis à dicto mandato appellarūt
d.num.3. Ideò Domini reſoluerunt contra di-
ctos Rectorem, & Parochum dandam eſſe
1 declaratoriam, † vt tamen reſipiſcant , & de-
bita paritione protinus obedire feſtinent , ad
*notat.in cap.2.de dol.& contum.in 6.Mohed. decis.1.
de ſent.excomm.bon.mem. Buratt.decis.17. numer.1.
cum alijs in Leodien. Abbatiſſatus 8. Aprilis , & 20.
Iunij 1644.coram Reuerendiſſ.D.Terracinen.in To-
letana Canonicatus 18.Iunij 1646.coram R. P. D.
Otthobono in Cæſarauguſtana diſtributionū 25. Maij
eiuſdem anni,& in Leodien.decimarum 3.Iun.1647.
coram me §. finali.*

Non obſtat , quod poſt dictam intimatio-
nem præfati mandati de manutenendo com-
2 miſſa † fuerit cauſa appellationis ſimpliciter
R.P.D.meo Bichio,& ideo Rocchus,& Fran-
ciſcus iuſtam habuiſſe videantur cauſam non
parendi .

Tum quia ex lectura ipſius commiſſionis
euidenter conuincitur dictam appellationem
non fuiſſe interpoſitam ab ipſo mandato de
manutenendo , ſed à ſentētia in negotio prin-
cipali prolata , & conſequenter eius prætextu
debitam mandati paritionem recuſare non
poſſunt .

Tum etiam quia commiſſio dictæ appel-
3 lationis quoad decimas, de quibus agitur per
Signaturam ſtatim reformata fuit mediante
clauſula, *ſine præiudicio mandati de manutenendo* ,
4 quæ propterea † integram illius executionem
præſeruat, *Lancell.de attent.poſt inhib. par.2.c.20.
num.2.Marcheſ.de commiſſ.appell.ab execut. oblig.
Camerali,§.1.num.155. fol.707.Rota coram bo.me.
Buratt.decis.641.num.18.in recent.decis.8.numer.1.
& 13.par.0.in Ianuen.pecuniaria , ſeu attentatorum
24.Ianuarij 1642.corom Reuerendiſſ.D.meo Decano
§.non obſtat in Romana Palatij 4. Maij 1648.coram
me,§.finali,& in Bononien. Bonorum 26. Februarij
1649.coram R. P. D. meo Otthobono, §.Minuſque
releuat .*

Et licet ob prædictam clauſulam Abbas , &
Monachi videantur canonizaſſe compræhen-
ſionem mandati de manutenendo ſub dicta
appellatione,ex quo ipſa commodè non ada-
ptatur ſententiæ latæ in petitorio . Nihilomi-
nus quia dictum reſcriptum procurari,& ob-
tineri potuit potius ad abundantiorem caute-
lam, quam de neceſſitate exindè contumaces
legitimam excuſationem nequeunt allegare
& ſemper ſufficit , quod in actu intimationis
fecerint actus paritioni, & obedientię contra-
rios , vt proindè petita declaratoria retardari
non poſſit, præſertim cum agatur inter per-
5 ſonas Eccleſiaſticas,† quæ eò magis tenentur
mandatis Rotalibus reuerenter obtemperare,
*cap.in memoriam,19.diſtinct. cum cæteris ad propoſi-
tum congeſtis in dicta Toletana Canonicatus coram
R.P.D.meo Otthobono, §.hic vero,& in d. Leodien.
Decimarum coram me in fine.*

Nec releuat, quod dictum mandatum non
contineat aliquid certum ab altera parte prę-
ſtandum , & ideò ſola patientia habeatur pro
paritione .

Quia præter quod compræhendit etiam
decimas ſoluendas ex fructibus bonorum ab
ipſis Roccho, & Franciſco poſſeſſorum , nec
non expenſas mandati integraliter reſtituen-
das, liceat quoad reliqua ipſi nihil certum
præſtare teneantur , nihilominus ſola patien-
6 tia non ſufficit pro paritione,† ſed inſuper re-
quiritur paritio verbalis legitimè facta exhi-
bendo ſeſe paratos huiuſmodi patientiā præ-
ſtare,vt fuit animaduerſum *in recent.decis.319.
num.1.par.2. decis.614. num.2. part.3. in Conchen.
decimarum dell' Infantado 26. Aprilis 1619. coram
bon.mem.Andrea,§. ſed pro paritate, in Mediolanen.
bonorum 18.Februarij 1630. coram rec.mem. Cocci-
no,penes Modern.Peruſ.de minut. decis.272. num.3.
ac in Ampurien.& Ciuitaten.electionis Vicarij 20.
Octobris 1649. coram R. P. D. meo Meltio .* Quæ
quidem verbalis paritio tantum abeſt , quod
in propoſito concurrat, quinimmò clarè cō-
ſtat de aperta inobedientia , & poſitiua con-
tradictione ex præfata appellatione reſultan-
tibus .

7 Et hinc parum releuat,† quod adhuc liqui-
data non fuerit quantitas decimarum Abba-
ti, & Monachis debita , prout omninò requi-
ritur , præſertim ex quo in dicto mandato ex-
cepta legitur cōgrua eiſdem Beneficiatis pro
ipſorum ſubſtentatione præſtanda .

Quia vltra quod in cauſam fabricæ , & di-
ctæ congruæ ſubſtentationis ibidem explicitè
reſeruata fuit quarta pars præfatarum deci-
marum, quæ proinde tamquam certa ſaltem
ratione quotæ, vlteriorem non deſiderat li-
quidationem , ceſſat hæc difficultas, quia
obiectio illiquiditatis non excuſat contuma-
8 ces à paritione, † cum debuerint facto depoſi-
to alicuius quantitatis iudicialiter offerre re-
ſiduum ſequuta liquidatione, *Rot.decis.5. de re
iud.in nouiß. Achill.decis.1.num.1.de ſent.excom.
in Dertuſen.decimarum 11.Maij 1609. coram Car-
dinali Marquemont.penes Marcheſ.de commiſſ.par.1
fol.mihi 675. num. 2. & 3.* vbi quod hoc præci-
puè procedit in hac materia decimarum, in
qua cautum eſt,quod debitor teneatur offer-
re, *ex Rebuff. de decimis quæſt. 12. num. 7. & 8.
& in Valentina Decimarum vigeſima Nouembris
1698. coram Lancelloto , penes eumdem Marcheſ.
dicta part. 1. fol. 678. numer. 2. in Calagaritana
Penſionis quarta Decembris 1624. coram bonæ me-
mor. Manzanedo , penes Modern. Peruſin. vbi ſu-
pra decis. 193. numer. 7. verſ. quod licet , & in
Vicen. Portionis 18. Martii 1639. coram Reue-*

ren-

rendissimo Domino meo Decano, §. *quia cum dictæ dignitates*.

Et ita &c.

R. P. D. MELTIO,
Posteà Episcopo PAPIEN.

Mediolanen. prætensæ deuolutionis.

Veneris 11. Februarii 1650.

ARGVMENTVM.

Manutentio non est concedenda Domino directo, quando dominium plenè, & concludentissimè non probet, ac etiamsi deuolutio reddatur turbida non solum per exceptionem facti altiorem indaginem requirentis, sed etiamsi occurrat quęstio iuris hinc inde à Doctoribus ventilata.

SVMMARIVM

1 *Possessio instrumentalis alio non possidente est manutenibilis.*

Præsertim concurrente sententia, in qua habens possessionem instrumentalem sit condemnatus ad relaxandum bona, num.2.

3 *Relaxatio bonorum supponit possessionem illorum.*

4 *Immissionem petens fatetur possidere illum contra quem petit se immitti.*

5 *Manutentio conceditur illi cōtra quem petitur commissio.*

Etiam si immissio resultet à verbis prolatis in sententia, quia ad hunc effectum verba Iudicis censentur verba partis, num.6.

7 *Manutentio conceditur Domino directo finita emphiteusi.*

Quod intellige quoties deuolutio ad fauorem Domini directi sit clara, secus autem si sit turbida. num.8.& 14.& num.18.

Et turbida censetur quoties plenissimè non constet de dominio directo, num.9.& seqq.

Item censetur turbida si adsit quęstio iuris hinc inde, num.19.

10 *Dominium directum ad effectum deuolutionis non probatur ex inuestitura, etiamsi concurrant solutiones factæ à primo acquirente, nisi sint continuatæ spatio 30. annorum, num.11.*

Fallit si concurrant adminicula, num.12.

15 *Dominium plenum,& possessio plena non datur emphiteutæ in bonis emphiteoticis.*

16 *Prohibitio de non alienando in locum pium facta in emphiteosi de sui natura transitoria ad extraneos.*

An debeat restringi tantummodo ad titulos singulares, qui fuerunt expressi, vel potius ad vniuersalem hæredis institutionem,& num.16.

17 *Prohibitio de non alienando emphiteusim in locum pium, an impediat quominus locus pius sit capax bonorum emphiteoticorum ad effectum illa vendendi.*

19 *Quæstio iuris hinc inde opinionem habens æquiparatur exceptioni facti altiorē indaginē requirenti.*

Et sic reiicitur ad petitorium, nec in possessorio admittitur. num.22.

20 *Exceptio facti requirens altiorem indaginem reijcitur ad petitorium.*

22 *Sententia suspenditur per appellationem, quæ per omnia restant integra.*

23 *Sententia lata à Iudice suspecto allegato est omninò nulla.*

DECISIO XIII.

BALTHASSAR de Vrbino Titularis Cappellæ S.Ioannis Baptistæ in Collegiata Sancti Thomæ in Terra Amara Ciuitatis Mediolani de anno 1561. titulo perpetuæ emphiteusis concessit quędam bona stabilia Io.Stephano Lampugnano pro se, suisque hæredibus, & successoribus etiam extraneis, & cui, vel quibus dederit, pacto tamen adiecto, ne dicta bona possent in dotem dari, legari, donari, nec iudicari alicui Ecclesiæ, vel loco pio, vt in Summario D.Nicolai Montij moderni *nu.* 1. dicta bona deinde tractu temporis prætendūtur peruenisse ad manus Cæciliæ Ponzanæ, quæ de anno 1632. sibi hæredem scripsit Ceciliam Piolam eius neptem, eidemque substituit eius descendentes masculos, & in illorum defectum locum pium Orphanorum S.Martini eiusdem Ciuitatis Mediolani, ad cuius fauorem purificata postmodum de anno 1645. dicta substitutione per obitum prædictæ Cæciliæ sine filiis, illius nomine capta fuit possessio dictorum bonorum. Vndè insurrexit D.Nicolaus Montius, qui agendo ad deuolutionem, eo quia facta fuerat alienatio in locum pium contra formam pacti in concessione emphiteusis apposit. obtinuit duas sententias fauorabiles in partibus, à quibus interposita pro parte dicti loci pij appellatione, & mihi commissa causa dubitatum fuit, an, & cui esset dandum mandatum de manutenendo, & ad fauorem eiusdem loci pij per Dominos fuit responsum.

Probat ille namque suam possessionem ex Instrumento publico possessionis appræhensæ sub die 23 Iulij 1646. vt in eius summario
1 *num.*1. † quæ licet instrumentalis, alio non possidente est manutenibilis, *vulgat.l. prædia, ff. de acquir.poss.l. penult.* ibique *Bald.in princ.& alii scribentes in l.idcirco, C. de fid. instrum. Rota coram san.mem.Greg.XV.decis.40.num.1. decis.114. nu.1. coram Durano in recent.decis.244.num.1.part.4. & decis. 107. num.1. par. 6. Beneuentana parochialis 29.Nouembris 1649. coram R.P.D. meo Cerro §.1. & alibi passim.* Eoque magis accedente sententia Iudicis condemnantis locum pium ad
2 relaxanda bona, † ibi, *Christi nomine &c. Nos &c. Deputatos S. Martini Orphanorum Mediolani obligatos esse relaxare bona Nicolao Montio, &c.* summ loci pij *num.*1. Relaxatio enim in vim necessarij antecedētis supposuit possessionem
3 penes † debentem illa dimittere, & relaxare, non secus ac carentia habitum, sicut in similibus terminis firmauit *in Alexandrina Canonicatus 9.Decembris 1648.coram R.P.D. meo Cerro, § etenim ad med.vers.annotatio enim, & in Brundusina bonorum 23.Ianuarii 1649. coram me, §.idque facilius,* & certi iuris est, quod petens immitti

in possessionem bonorum ab alio relaxando-
4 rum fatetur non se,† sed alium possidere, *Rota coram Card.Caual.decis.106.num.1.vers. anterioritas autem possessionis, & decis.629. num.4. vers. respondebatur*, adeout ratione istius confessatæ possessionis manutentio debeatur ei, † contra
5 quem † immissio petitur, præsertim quando prout hic, non habuit se pro spoliato, *Rota coram Buratt.decis.160.num.4.& decis.306.num.1.et coram Durano decis.115.num.1. cum aliis relatis in d.Alexandrina Canonicatus coram R.P.D. Cerro*, vbi dictum fuit id procedere, etiamsi verba prolata sint à Iudice,& non à parte,quia cum sententia emanauerit ad instantiam partis,
6 perinde habetur,† ac si verba in ea emissa prolata essent ab ipsamet parte instante, itaut cōtra eam plenam faciunt fidem ad effectum concedendi manutentionem possessori ibidem enunciato, hoc idem firmauit aliàs *Rota coram Buratt.decis.342.num.1.& in aliis allegatis in Iuuacen. seu Melphiten. bonorum 25. Ianuarii 1606. coram R.P. Domino meo Corrado, §. verum etiam.*

Neque vllius releuantiæ visum fuit, quod manutentio in bonis, de quibus agitur tamquam deuolutis ad Ecclesiam ob finitam emphiteusim competens dicatur eidem Cappellæ, siue illius Rectori ratione ciuilis possessionis animo retentę pro recuperatione
7 vniuersalis aduersus successores † vltimi emphiteutæ, ad tradita *per Bart. in l.1. §. quod ait Prætor num.27. ff.vti possid.Bero.cons.102.num.43. & seqq.lib.1.Honded.cons.1.num.29.lib.2. Rota decis.29.num.3.par.5.rec.cum aliis relatis in Auximana pradii 15.Maii 1649.coram Illustriss. D. meo Decano, & in Romana domorum 25. Decemb.1649. coram R.P.D.meo Bichio in fine principij.* Quia dicta conclusio procedit quotiescumque de-
8 uolutio est omninò clara; † secus est autem quando aliquo modo redditur turbida, itaut distinguendo declarauit *Rota decis. 268. num.8. & 9.decis.293.num.3.& 336.num.7. inter impress. apud Modern.Perusin. de manutenen. & in Romana domorum 15.Decembris 1649. coram R.P.D. meo Bichio,§.licet ista conclusio.*

9 Turbiditas in proposito casu resultat † ex eo, quia non videtur sufficienter constare de dominio directo Ecclesiæ ad effectum deuolutionis, quod tamen plenissimè probari deberet *Rota in recen.decis.290.nu.1. vers.licet enim, & coram Buratt. decis.334. num.7. vers. tum quod non constat*: neque ad hunc effectum sufficit exhibuisse inuestituram factam de dictis bonis tamquam emphiteuticis prædicto Ioãne
10 Stephano Lampugnano, † quia illa regulariter non concludit probationem dominij directi, iuxta doctrinam Bartoli cōmuniter receptam in *l.ad probationem,C.locat.*quam sequitur *Aym.cons.157.num.5. Speculat. in tit. de locat. §.nunc aliqua.vers.42.& ibi Ioann. Andr. in addit. Alex.cons.43.col.3.lib.4.cons.185.col.3. lib.5. cons. 115.ante fin.lib.6.Curt.iun.cons.41. num.8. Afflict. decis.2[illegible].num.8.* præsertim contra tertium, *Rota coram Verall.decis.280.par.1.decis.141.num.1.par. 2.diuers. decis. 290. num.2. par.1. recent.* vbi ampliat procedere, quamuis concurrant vltrò
11 solutiones factæ à primo acquirente nisi sint continuatæ spatio triginta annorum, *decis.79. num.3.par.5.rec. & in Neapolitana domus 16. Nouembris 1605. coram Ortembergo.*

Neque prætendi potest, quod Instrumentum concessionis in emphiteusim licet de per se non probet dominium tamen concurrentibus alijs adminiculis, quæ in præsenti casu informantes pro D. Nicolao Montio dedu-
12 cere conati sunt, † ex illis reddatur aptum ad inducendam sufficientem illius probationem etiam contra tertium, ex adductis pro *Rip. in l. si rem aliquam num. 39. ff. de acquir. possess. cum aliis relatis in decis.290. num.1. par.1. recent.* Adminicula enim ad id ponderata in nulla habita fuerunt consideratione; nam illud deductũ ex instrumento diuisionis dato in summario D.Montij *nu.3.*nō suffragatur cum in eo nulla fiat mentio, quod hæc bona sunt emphiteutica, imò contrarium elicitur ex eo, quia dicta bona assignãtur in plenum dominium,
13 ibi plenum dominium, plenamque possessionem, quod ex diametro repugnat qualitati emphiteuticæ, cum appellatione pleni dominij veniat etiam dominium directum; quod tamen per emphiteusim nō transfertur, *l.1.C.iur.emphit.Rota decis.110.num.6.par.1.recen.* Prout nec minus dici potest, quod ex instrumento possessoris dictorum bonorum captæ per locum pium dato in sum.Ecclesiæ *num.4.* probetur Cæciliam Piolam auctricem loci pij habere causam à Io.Stephano Lampugnano primo acquirente, imò dicta Cæcilia apparet semper enunciata filia Antonij Ponzani tam in testamento dato sub *num.6.* quam ex instrumento diuisionis sub *num.3.* absque eo, quod appareat vllam vnquam factã fuisse mentionem de Lampugnano; vnde donec dominium plenius, vt oportet probetur ma-
14 nutentio† concedi debet loco pio Orphanorum hæredi Cæciliæ Piolæ, ad tradita per *Modern.de iur.emphit. de diuers. quæst. emphit. q.7. num.7.vers.quo casu manutentio.*

Eoque magis, quia dato etiam, quod probaretur dominium directum Ecclesiæ in bonis controuersis, nihilominus prætensa caducitas adhuc redditur turbida ex duabus iuris quæstionibus; quarum prima est, An ex quo versamur in emphiteusi transitoria ad extraneos prohibitio facta de non alienando in locum pium restringi debeat ad casum tantum
15 expressum, † nempe ad titulum singularem legati, & donationis, secundum opinionem, quam sequitur *Gabr.cons.76.num.17.lib.2.Mantic.de tacit. lib.22. tit.19. num.36*, vel potius de-
16 beat etiam extendi ad titulum † vniuersalem institutionis hæredis, ad tradita per *Peregr.consil.30.lib.5. Bertazol.cons.ciuil.36. num.12.& seqq. Menoch.cons.21.num.12.vers.quarto accedit, cum aliis allegatis per Rotam decis.211. num. 28. part.6. recent.* Secunda, An quatenus sub prohibitione certorum casuum legati, & donationis cẽseretur prohibitus etiam casu dispositionis per vltimam voluntatem, ac hæredis institu-
17 tionis,† nihilominus locus pius dici possit capax si cum ad effectum retinendi bona

emphi-

emphiteutica saltem ad effectum illa vendendi, & recipiendi debitam æstimationem; vt concludere videtur *Mastrill. decis. 128. num. 18. & adden. ad Buratt. decis. 477. num. 9. vers. contrarium tamen*, in quibus iuris articulis tamquam respicientibus peculiarem excussionem nihil fuit firmatum in hac disputatione, sed ad petitorium illi remissi fuerunt, & sic eorum causa censuerunt Domini non posse retardari mandatum de manutenendo loco pio Orphanorum.

Etenim certum est, quod quando deuolutio non est clara, sed de illa contingit durari hæredi, vt supra dicebatur, qui cæpit possessionem datur manutentio non autem Domi-
18 no directo, † qui tenetur in iudicio petitorio iura experiri, & docere concludenter de necessarijs requisitis, vt notant latè congesti per *Adden. ad Gregor. XV. decis. 105. in princip.* & firmauit *Rota in decis. 359. num. 4. & sequen. par. 5. recen.* & ipsa controuersia, ac opinionum discrepantia in huiusmodi iuris articulis suffi-
19 cit, † vt dubia reddatur deuolutio, quia exceptio iuris dubij, in quo hinc inde adsunt opiniones æquiparatur exceptioni facti altio-
20 rem indaginem requirentis; † Vnde quemadmodum exceptio requirens indaginem facti reijcitur ad petitorium, *l. 3. §. ibidem, ff. ad exhiben. l. ille à quo, §. 1. ff. ad trebell.* ita idem seruari debet quotiescumque casus euenit in iu-
21 re dubius ob varias, † & inter se discrepantes DD. opiniones, & optimè declarat *Capic. decis. 10. num. 19. & 20. Rota coram Seraph. decis. 271. sub num. 6. decis. 64. num. 6. inter impress. apud Paris. de Saluiano, cum alijs recensitis in Romana census 22. Maij 1648. coram Reuerendiss. Terracinen. §. neque hanc associationem in fin.*

Minusque potest aliqua vis fieri in sententijs de partibus, quia prima suspensa fuit per
22 appellationem, † qua pendente omnia restant integra, *cap. pastoralis, §. præterea, de offic. delegat. cap. venientes de iureiur. cap. 1. de re iudicat. Cæsar. de Graffis decis. 4. num. 4. de causa possess. & propriet. & in Cracouien. decimarum 1. Iulii 1648. §. 1. in fine coram me*; secunda autem est omninò nulla
23 tamquam lata per Iudicem à loco pio † pro suspecto allegatum, *cap. quia suspecti 3. par. 5. cap. legitima de appell. in 6. Fran. in rubr. de appell. Castren. conf. 121. num. 2. lib. 2. Gabr. conclus. 5. de iudic. Rota decis. 2. num. 7. part. 2. diuers. coram san. mem. Gregor. XV. decis. 520. num. 5. vers. quia si recusatio.*

Et ita decisum fuit vtraque parte informante &c.

REVERENDISS. CERRO
Sacræ Rotæ DECANO.

Eugubina Prædij.

Veneris 4. Februarij 1650.

ARGVMENTVM.

Concursus Emptoris contra bona debitoris nō attenditur, solum pro summa in manibus emptoris remanente, sed etiam pro soluta,

quia bona empta possunt ex hypothecis antecedentibus emptori euinci.

SVMMARIVM.

1 *Transportatio actorum non est facienda ab eo, qui prætendit rem iudicatam, sed ab impugnante, Quod fallit in Rota Romana, quæ non solet exequi sententias aliorum Tribunalium, nisi constito de iustitia. num. 2.*
3 *Vendens terras pro liberis si reperiantur obnoxiæ alicui oneri, vel hypothecæ tenetur deponere æquiualentem summam pro cautione emptoris.*
5 *Datio in solutum habet vim solutionis.*
6 *Actio hypothecaria transit in singularem Successorē, & possessorem bonorum hypothecatorum.*
7 *Emptor in concursu bonorum venditoris non agit tantummodò pro parte pretij in soluta, sed etiam pro parte soluta ad effectum, de quo in decisione, & num. 4. cum seqq.*
8 *Obligatio Cameralis trahitur etiam ad bona futura.*
9 *Damna, & interesse debentur ab emptore ob non factam extinctionem tempore conuento.*
10 *Æstimatio monetæ est facienda secūdum tempus solutionis promissæ, non autem temporis antecedentis, vel subsequentis.*
11 *Perito electo de consensu est standum, nisi concludenter de errore doceatur.*

DECISIO XIV.

OMISSIS alijs pluribus, quæ in præterita deducebantur informantes pro Maggijs hodie strictè impugnabant sententias, & rem iudicatam ex duplici capite: Altero, quia latæ fuerunt nulla in actis exhibita iustificatione censuum, & onerum, quibus Terræ venditæ Becchettis asseruntur grauatæ: Altero, quia realiter, & cum effectu Becchetti emptores pro censu scutorum 1350. assignato Maggijs in computum pretij non intrabant in cōcursu sententiæ graduatoriæ ferendæ ad fauorem Creditorum de Brunis, indèque tenebantur, vt promiserant eamdem summam in pecunia numerata præstare, quam ideò imputare debent in computum quantitatis petitæ: Neutrum tamen obstare Domini responderunt, proindèque steterunt in decisis 14. *Iunij præteriti*.

Quod enim attinet ad iustificationem onerum, scribentes pro Becchettis constanter asserebant Instrumenta censuum fuisse exhibita coram Iudicibus primæ, & secundæ instantiæ, nec opus esse eadem exhibere in hoc iudicio cum non agatur de confirmatione sententiarum, sed tantummodò de re iudicata, pro qua sufficit sola præsumptio militans pro earum iustitia, saltem quousque de iniustitia non doceatur, ideòque onus huiusmodi in-
1 cumbere excipienti de præfata nullitate, † qui tenetur acta integra transportare, vt indè huiusmodi asserta nullitas cognoscatur; alias præsumitur pro validitate, vt notabiliter admonet *Vant. de nullitat. à quo, & à quibus tit. de dec. num. 20.* & ita seruari in omnibus Curijs tradit *Ranchin. in addit. ad decis. Guid. Pap. 20. in prin-*

cip. quem refert, & sequitur *Gratian. discept. forens. cap. 21. num. 8. & 9. plures cumulans, & tenuit Rota coram Card. Seraph. decis. 290. n. 20. & in Imolen bonorum 30. Martij 1628. & 4. Iulij 1629. coram Card. Virile confirmata 5. Martij 1632. coram bon. mem. Pirouano*. Quia tamen ex inueterato stylo Rota non exequitur sententias aliorum
2 Tribunalium † nisi constito de illarum iustitia, *vt in Lauden pecuniaria prima Iulij 1588. coram clar. mem. Card. Hieronymo Pamphilio, in Camerinen. pensionis 22. Iunij 1594. corā Gyptio, & in Papien. bonorum coram bon. me. Card. Fabritio Verospio apud Marches. de commiss. part. 1. fol. 985. sub nu. 8. vers. cum præsertim. & apud Pacific. de Saluian. decis. 17. num. 1. & seqq.* Ad maiorem cautelam, & securitatem fuerunt in actis exhibita Instrumenta censuum in authentica forma, ex quibus iustificatur Terras venditas non esse liberas (vt venditores asseruerunt,) sed grauatas pluribus hypothecis, & oneribus, adeòut iure merito condemnati fuerint ad deponendū concurrentem quantitatem pecuniarum pro
3 cautela, † & indemnitate emptorum, donec dictæ Terræ à præfatis oneribus liberentur, *vt per text. in l. ex ijs prædijs C. de euict. pluribus cumulatis authoritatibus dictū fuit in altera decisione §. & prædicta indubitantèr.*

Quo verò ad secundum census scutorum 1350. cessus Maggijs in computum pretij realitèr, & cum effectu intrabat in concursu Creditorum de Brunis, & in decimo nono loco graduatus fuerat: Prætensio verò, quod concursus fieri debebat pro summa tantummodò scutorum 12. mill. quæ soluenda remanserant à Maggijs, cum alia scuta sex mille soluta fuissent in tot bonis in solutum datis Brunis
4 venditoribus, † caret prorsus fundamento, siuè inspiciatur promissio, siuè etiam contrahentium intentio, & necessitas subiectæ materiæ: Promissio siquidem est relatiua ad sententiam graduatoriam latam *sub die 28. Iunij* 1631. ibi: *& ad nihil aliud dicti DD. de Becchettis teneantur causa dicti census, nisi quatenus in præsentiarum non intrarent in concursu facto omniū Creditorum prædictorum de Brunis ex sententia graduatoria sub die 28. Iunij 1631. quo casu tantum teneantur ad solutionem sortis principalis dicti census scutorum 1350. & non ad aliud, nec alio modo, &c.* ac per consequens loquitur de concursu, qui continebat creditores vsque ad summam scutorum 18. mill. non autem tantummodò scutorum 12. mill. & in illo Becchetti graduati fuerint: Intentio autem contrahentium, & necessitas subiectæ materiæ idem pariter suadent, quia concursus fieri debebat pro integro pretio scutorum 18. mill. cum tanti valerent prædia vendita, non obstante quod ad computum illius Maggij emptores in solutū dedissent bona valoris scutorum sex mille, quia & si huiusmodi solutio, seu veriùs in solutum datio inter emptorem, & venditorem habe-
5 ret vim solutionis, & liberationis, creditoribus tamen nihil obesse poterat, nec extinguebat eorum credita, vel hypothecas, ideò ipsi non obstante in solutum datione potuissent pulsare emptores, si non actione personali,
6 saltem hypothecaria, † quæ transit in singularem successorem, & possessorem bonorum hypothecarum, *Negusant. de pignor. 1. memb. p. 8. num. 6. & membr. 3. eiusdem partis numer. 19. Rota apud Pacific. de Saluian. interdict. decis. 15. num. 1. & 2. & decis. 308. num. 6. par. 5. recent. & in Rauennaten. Saluiani 26. Maij 1634. coram Reuerendiss. D. Terracinen.* Pro cautela itaque emptorum concursus non debebat commensurari, nec regulari à portione in eorum manibus re-
7 mansa, † sed à valore bonorum emptorum, quæ à creditoribus potuissent in Saluiano, vel aliter auocari.

Nec fuit habitum in consideratione absurdum ab altera parte, deductum, quod hac via Maggij soluissent vltra pretium conuentum, scuta nempè sex mil. venditoribus, & 18. mil. eorum creditoribus: Quia si quid vnquam soluissent vltra pretium cōuentum, facili negotio recuperassent ab eisdem venditoribus, si non ex pretio in eorum manibus remanso saltem super tenuta eisdem ad bonum computum tradita, quæ tamqaam effecta de patrimonio debitoris fuisset obnoxia hypothe-
8 cæ, & obligationi † Camerali comprehendenti etiam bona futura, *Zacch. post Galles. de oblig. Cam. quæst. 5. num. 31. Gratian. discept. forens. cap. 391. num. 48. Rota in Sancti Seuerini Dotis, seu Saluiani 4. Maij 1640. coram Reuerendissimo Domino meo Decano.* Et ad hoc emptores respexisse indicat manifestè pactum adiectum, quod casu quo debita quæcumque, & obligationes eorum de Brunis in dicta graduatoria contēta excederent dicta scuta 18. mil. venditio habeatur pro non facta, & vtrique parti redire liceat ab primæua iura *Summ.* eorumdem de Maggijs *num. 1. litt. D.*

Huic tamen responsioni non acquiescebāt informantes pro Maggijs, sed vlterius prosequendo contendebant etiā admissa graduatione in summa scutorum 18. mill. censum assignatum non posse habere locum in concursu ob plura alia debita anteriora de nouo detecta de quibus in graduatoria non fuit habita mentio; Debita autem huiusmodi designabant in quinque partitis. Prima scutorum 265. bonon. 50. solutorum Quintilio Andreolo legatario Quintiliani de Fortis sub die 28. Februarii 1632. vt ex Instrumento quietantiæ eorum *Sum. num. 7.* Secunda scutorum 243. solutorum Michaeli Angelo Marino causam habenti à Theodora de Mengaccijs sub die 10. Martij eiusdem anni 1632. *eodem Sum. nu. 8.* tertia scutorum 350. pro totidem solutis Paulo Gonnio hæredi Petri Perotti sub die 19. Octobris pariter 1632. *Sum. nu. 9.* Quarta scutorum 441. pro totidem debitis illis de Montanuccijs, qui vigore eorum crediti contra Brunos obtinuerant in saluiano immitti in possessionem partis Terrarum venditarum Maggijs, quæ in totum constituunt summā scutorum 1300. & quinta demum pro fructibus decursis, tàm ante venditionem, quàm postea vsque ad diem 1. Iulij 1637. in qua expirabat vltimus terminus dilationis datus emptoribus, quibus partitis additis summæ scu-

torum

torum 16307. b.96. ad quam Io: Franciscus Scarlatus Peritus, & Calculator electus ab A.C. retulit ascendere debita illorum de Brunis, absorberent, & excederent integram quantitatem scutorum 18. mill. adeout proinde in illa intrare non posset census assignatus Maggijs.

Verum omissis omnibus alijs responsionibus datis ab informantibus pro Becchettis ex facto visa fuit cessare hæc difficultas, quia additis etiã dictis prætensis primis quatuor partitis, quæ ascendunt ad summam scut. 1300. debita, de quibus agitur non excedunt summam scutorum 17607. 96. atque ideò non absorbent integram quantitatem dictorum scutorum 18. mill. & per consequens census eorumdem de Becchettis non est delendus à decimonono loco, in quo fuerat graduatus.

Pro fructibus verò decursis, qui quinto loco deducebantur nihil dictum fuit addendum fore summæ præfatæ, quia decursi ante venditionem, qui sanè debitum augent, calculati fuerunt in relatione Periti, prout etiam calculati fuerunt decursi post venditionem pro illa rata, qua durabat dilatio conuenta: Reliqui verò decursi post lapsam dilationẽ spectabant ad Maggios loco damnorum, & in-
9 teresse ob non factam extinctionem in tempore conuento *l. Stipulationes nõ diuiduntur vers. Celsus ff. de verb. obligat. Menoch. consil. 118. num. 24. & seqq. Card. Caualer. decis. 605. num. 1.*

Moneta Papalis iustè valutata fuit in grossis 29. pro quolibet scuto, quia tunc temporis tanti valebat, de iure enim fieri debet æstimatio habita ratione illius tẽporis, quo fieri de-
10 bebat solutio, † non inspecto valore temporis antecedentis, aut subsequentis *ex Theor. Bart. in l. Paulus num. 6. ff. de solut. Aret. consil. 11. num. 3. Rota in Assisien. pensionis coram Sacrato, quæ est decis. 135. num. 2. par. 2. recent. vbi alij referuntur.* Vltra quod differentia quæ inesse poterit in huiusmodi moneta non excedit in totum scuta 84. circiter, ac proindè dictum creditum non excludit; Et cum his responsionibus Domini eo libentiùs transierunt, quia concordant cum relatione Periti, quem constat singulas partitas diligenter dispunxisse cum suis causis, & rationibus, & cui vtpotè ab A.C. electo de partium consensu firmiter
11 est adhærendum, † nisi de errore concludenter doceatur, *iuxtà gloss. in l. item si vnus §. principaliter verb. authoritati ff. de recept. arbitr. Castr. in l. si cui libertas num. 7. ff. de condit. & demonstr. Rota in recent. decis. 47. num. 7. par. 7. cum alijs adductis in præterita vers. difficulas enim.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit, &c.

Decisio ista emanata in hac eadem causa sub die 14. Iunij 1649. coram eodem Reuerendissimo Cerro Decano, est in præcedenti par. 10. recent. decis. 324.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Fulginaten Hereditatis.

Lunæ 14. Februarij 1650.

ARGVMENTVM.

Religio Hierosolymitana non potest succedere Equiti minus legitimè professo, & qui fuit admissus ad Religionem extra tres gradus in Religione existentes, vbi multa de equitibus obedientiæ nuncupatis, qui verè Equites Religiosi non sunt.

SVMMARIVM.

1 *Religio, quæ non sit à Pontifice erecta, vel approbata non valet.*
2 *Religio Hierosolymitana non succedit Equiti, nisi validè professo.*
3 *Professio ab Equite Hierosolymitano quomodo emittatur, & num. 16.*
4 *Religio Hierosolymitana in tres tantummodo species Equitum est distincta, & quænam sint.*
Et tantummodò sub qualitate istarum trium specierum fuit à Papa confirmata. num. 5.
Et etiam à Magno Magistro ipsa die suscepti muneris cum Sacramento approbatur. num. 6.
7 *Equites Hierosolymitani non possunt nouum gradum Equitum vltra tres in Religione existẽtes ipsa inconsulta superaddere.*
Imò nec etiam inconsulto Pontifice. num. 8.
9 *Equites Hierosolymitani tenentur retinere in viridi Obseruantia constitutiones eorum Religionis.*
10 *Eques Hierosolymitanus non valet dici, qui non expleto anno probationis professionem emisit, & num. 14.*
Vel qui profiteatur extra suum Conuentum. numer. 13.
12 *Religio Hierosolymitana tenetur seruare dispositionem Concilii Tridentini quoad professionem.*
15 *Magnus Magister Hierosolymitanus non potest cooptare Equites in alio gradu præter tres in Religione existentes.*
16 *Professionis perfectio regulariter consistit in tribus votis.*
17 *Professio emissa in manibus Superioris legitima facultate carentis non valet.*
18 *Professio subsistere non potest sine interuentu duarum personarum, quarum altera obliget se Religioni, & altera Religionem profitenti.*
19 *Equites Hierosolymitani non possunt dici de corpore Religionis ex eo, quod eis permissum sit à Magno Magistro habitum deferre nomen Equitis assumere, &c.*
20 *Moniales Sanctæ Franciscæ Vrbis non sunt Religiosæ Professæ.*
21 *Consuetudo est ab allegante probanda.*
22 *Breue, ac literæ Apostolicæ non probant quando ad alium finem, & effectum emanauerunt.*
23 *Beneplacitum Apostolicum præsumptum ex lapsu annorum triginta nihil operatur, nisi concurrat obseruantia, Et num. 24.*
25 *Equites Hierosolymitani Obedientiæ nuncupati etsi professi sint non propterea sunt obligati Religioni*
26 *Resolutio Sacræ Congregationis Concilii nõ dat normam*

mam futuris, sed etiam elapsis non decisis, neque in Iudicium deductis.

27 *Resolutiones Sacra Congregationis Concilii suscipiuntur à Rota cum magna reuerentia.*

DECISIO XV.

MORTVO Petro Roncallo inter Equites obedientiæ Magistralis, dum degeret in humanis præuia votorum castitatis obedientiæ, ac paupertatis emissione adscripto, cum Sacra Hierosolymitana Religio successionem in bonis ipsius sibi apertam esse contenderet, dubitaui: An eidem, vel Eminentissimo Domino Magno Magistro exindè fuerit delata successio, & negatiua prodijt hodie resolutio ex validæ professionis, nondum iustificatæ defectu in gradu præsertim Religionis, assen-
1 su Pontificis, nec erecto, † nec approbato, contra Sacri Lateranensis Concilij decretum, relatum *in cap. vltimo de Relig. domi*, sine cuius professionis validæ concursu, obligatio Petri erga Religionem efficaciter contracta non
2 fuit, † nec Sacra proindè Religio ad ipsius defuncti bona potuit aspirare, *iuxt. gloss. in authentica ingressi, in verbo dedicant. C. de Sacr. Sanct. Eccles. ibique Odof. num. 11. Bart. nu. 32. Bald. num. 27. circa finem, Salicet. num. 7. Castr. nu. 20. Alberic. n. 13 cæteriq; communiter Gemin. cons. 66. num. 9. Cald. consil. 23. col. 2. post medium vers. vera tamen ratio, & naturalis vsque ad finem de regul. Rot. in Bonon. bonorum 17. Nouembris 1625. coram bon. memor. Pirouano inter impressas par. 4. tom. 3. recent. decis. 625. num. 3.*

Contraria verò professionis validæ probatio, nec valet ex testibus resultare, contestantibus nimirum, eumdem Petrum tria Religionum vota nuncupasse, ac professionem
3 successiuè in manibus Equitis † ad id specialiter deputati, emisisse, prout aliàs hinc eam Rota deduxit *coram Mohedano decis. 10. de causa possess. & proprietatis, & in vna Meten. professionis 2. Iunij 1636. coram Reuerendiss. Salamantino penes Tambur. de iure Abb. decis. 3. num. 2.*

Cum enim hæc Sacra Religio in tres tantummodò species Equitum ipso institutionis
4 initio, distincta fuerit, † Alteram scilicet Militum, ex primaria Orbis Terrarum vniuersi nobilitate ascitam, vt ipsi forent Christifidelium ensis, ac miserabilium Clipeus personarum; Alteram fratrum Cappellanorum Cōuentualium, ac obedientiæ; Alteram deniq; fratrum seruientium armorum, ac officiorū, sicuti eiusdem Religionis stabilimenta testantur, in statutorum volumina registrata *tit. 2. cap. 2. sub rubr. Della diuisione de' gradi de' fratelli dell'ordine nostro*; Et triplicatus hic solummodo Equitum gradus sub titulo Religionis cōfirmationem ab Apostolica Sede obtineat, vt
5 ex Sixtina Constitutione dignoscitur initio statutorum voluminis impressa: Ac tripartitus hic quoque gradus proprio Magni Magistri Sacramento ipsa suscepti muneris die; tā-
6 tummodo † approbetur, vt elicitur ex altero *Statuto sub tit. 13. cap. 3. in fine de elect.* Ipse proindè non potuit, nouum Equitum gradum
7 superaddere Religioni eadem inconsulta, † de cuius obligatione, ac præiudicio per noui gradus, ac successiuam Equitis incorporationem agebatur *secund. gloss. in cap. porrectum in verbo non facit habitus de regul. & in cap. vltimo in verbo pertineat eodem tit. lib. 6. vbi etiam Ancar. n. 2. notab. Franch. num. 2. Gemin. num. 3. Ioannes Monac. num. 1. ibique Probus ad eum num. 1. & 3. Roderic. quæst. Regular. tom. 3. quæst. 17. art. 7.* & alij plures relati *per Sanchez. ad præcepta decal. lib. 5. cap. 4. num. 65.* Irrequisito præsertim Apostolicæ Sedis assensu, in triplicati gradus erectione ante-
8 cedenter adhibito, † ac in noui propterea institutione pernecesse adhibendo *ad text. in cap. vlt. ibique gloss. in verbo nouam de Relig. dom. & in cap. vnico in princ. ibique gloss. in verbo habitum eod. tit. lib. 6. & in Extrauag. Ioannis XXII. vnica eodem tit. notat Siluest. in summa in verb. Religiosi l primò, num. 6 Armill. num. 4. Nauarr. in comment. 1. de Regul. sub nu. 28. in 23. §. Roderic. quæst. Regul. to. 3. quæst. 48. art. 3. Less. de iustitia, & iur. lib. 2. cap. 41. num. 62. vers. 9. circa medium*, & latè prosequitur *Azor. instit. moral. lib. 11. cap. 24. quæst. 5. & par. 2. lib. 5. cap. 7. Sanchez. ad præcepta decal. lib. 6. cap. 1. sub num. 19.*

Cum maximè particulares Religionis cōstitutiones (quæ vtpote authoritate Apostolica, ac Magni Magistri Sacramento firmatæ
9 ab eo debuerant† in viridi obseruantia retineri, vt respondit *Rota in vna Meliten. præeminentiarum 13. Nouembris 1638. coram bon. mem. Pirouano impressa par. 5. recent. decis. 209. sub num. 1. cū seq. & in Melenitana antianitatis 30. Maij 1639. in §. nam vltra quod talis receptio coram Reuerendiss. D. meo Decano.*) Petro obstarent, quin inter Equites recipi posset, vel ob defectum nobilitatis ex latere paterno cessantis, atque concordi Commissariorum relatione, ac Venerabilis consilij Linguæ Italicæ decreto reiectæ,
10 quæ tamen pro gradus præfati assecutione aliàs necessaria decernitur in Statuto *tit. 2. c. 17. 20. & 41. rub. Chi hauesse essercitato mercantia*: Vel ob præstitam professionem non expleto anno
11 probationis, † tum per alterum statutum essentialiter requisito *in cap. 28. eodem tit.* tum ex disposit. *Sacri Concilij Tridentini sess. 25. de Regul.* in hac enim Religione seruanda, vt respondit
12 Sacra Congregatio de mense Iunij 1599. † & aliàs de mense Iulij anno 1582. vt testatur *Paris. de resignat. benef. lib. 6. quæst. 2. num. 120.* et tradit *Genuen. in praxi cap. 20. in fine Barbos. de officio, & potestate Episcopi allegat. 101. num. 8.* & pluribus comprobat *Gratian. discept. forens. cap. 363. nu. 27. cum seqq.* Vel ratione denique loci professio-
13 nis emissæ, † videlicet extra Conuentum cōtra alterius sanctionē Statuti *eodem tit. c. 2.* Quę proindè ipsum Religioni obligare non valuit non solum ob defectū probationis legitimæ, vnius anni continui tempore non expletæ, prout sanxit *S. Trid. Synod. sess. 25. de Regul. addicto cap. 15.* & tradit *Io. Andr. in cap. 1. de elect. lib. 6 Siluest. in Sūma in verbo Religio 5. quæst. 4. Nauar. lib. 3. tit. de Regul. cons. [illegible] & 37. & in comen. 1. eodem tit. num. 19. S[illegible] tom. 3. lib. 5. cap. 5. num. 1. Less. de i[illegible] 2. cap. 41. dubit. 7. n. 59.* Siue etiam [illegible]am potestatis in ipso

Magno

Magno Magistro, eundem cooptandi in alio
Equitum gradu, præter expressos, ac incor-
porandi Religioni: ita quod nec obligatio re-
ciproca induci validè potuerit, prout ad effe-
ctum prædictum, potestas incorporandi legi-
tima necessaria foret secundum *Innoc. in cap.
porrectum sub num.4. Antoniusde Butrio nu.9. Abb.
num.10.de Regul. Siluester in summa in verbo Reli-
gio, il primo, num.5. & 14.Nauar.in Coment. 4. de
Regul.nu.74.Less.de iustitia, & iur.lib.2. d.cap. 41.
num.10.& 61.Roderic.quæst.Regul. tom.1. quæst.1.
art.2.Sanchez.ad pracepta decalogi lib.5.cap.4. nu-
mer.62.Rot.decis.195.num.14. par.4.tom.2. recent.*

Obesse præterea non poterit, quod essen-
tialis perfectio professionis in tribus votis à
16 Petro, vt præfertur emissis † regulariter so-
leat contineri, *ad tex.in cap.cum ad Monasterium
in fine de statu Monacorum,& in cap.ad Apostolicam
de Regul.Diuus Thomas secunda secundæ quæst. vlt.
art.3.4.& 5.* eiusque probatio, indè sat elici vi-
deatur.

Quoniam (præterquam vota illa emissa
fuerant in ordine ab Apostolica Sede nondũ
approbato sub titulo Religionis) licet eadem
vouentis obligationem erga Deum præsefe-
rant efficacem, non tamen ipsum vti certæ
Religioni professum obstrinxere, dũ præstita
solummodo fuerant in manibus superioris le
gitima facultate carentis ipsum in Religione
17 cooptandi, † nec vicissim obligandi autho-
ritate pollentis, vt benè explicant, *Innoc. in d.
cap.porrectum sub num.5.Butrius num.9.Abb.nu.10
cum seq.de Regul.Nau.in coment.1.eodem tit.nu.18.
& coment.4.num.74.* vbi pro ratione considerat,
quod professio nullatenus subsistere possit ab-
sque legitimo duarum interuentu persona-
rum, quarum altera suam erga Religionem
18 fidem astringat, † altera Religionis erga ip-
sum obligationem inducat, quam quippe re-
ciprocam professio ipsa contineat, *Less.de iustit.
& iur d.lib.2.cap.41.sub num.11. & 61.Roderic.q.
Regul.tom.1.q.1.art.2.*

Nec etiam præfato gradui, ac professioni
licet inualidæ robur addit consuetudo effica-
cibus, vt ex aduerso supponitur probationi-
bus iustificata; Quamuis enim alias legitimè
constaret, quòd Eminentissimus Magnus Ma-
gister pro tempore, huiusmodi obedientiæ
Magistralis habitum, seu deuotionis, vel ali-
ter nuncupatum, remisso aliqualiter nobilita-
tis rigore, ac probationis anno, personis sibi
bene visis deferre consueuerit, non tamen in-
de concluditur personas illas, eo decoratas,
etiam si vota prædicta protulerint, de corpo-
19 re Religionis euasisse, † quamuis pium, ac
laudabile viuendi institutum elegerint, atque
honorario habitu præfato cohonestati, Equi-
tis nomen assumpserint, vt notat *Abb.in rubr.
de Regul.nu.1.Nauar.in coment.1.eod.tit.sub nu.18.
in fine.& 19.& cons.35.nu.3.eod.tit.de Regul.Less.
de iustitia, & iur.adducto cap.41.sub num.02.§.6.in
fine, vers.aduerte tamen Siluest.in summa in §.Reli-
gio il primo q.1.§.secundum fratres,* & benè decla-
*Roderic.d.q.1. art.2. vers. hinc est, quòd votum
cum seqq.& tom.3.q.48.art.4.& q.72.art.1.
conclusio,* & in similibus ferè terminis

20 Monialium scilicet sub instituto † S. Franci-
scæ Romanæ in Vrbe militantium, tradit idẽ
Nauar. in cons.6. de statu Monacorum lib.3. ipsas,
licet cum habitus mutatione, ac trium sub
emissione votorum collegialiter viuentes,
non tamen Religiosas inde professas esse cen-
sendas, dum ipsarum Regulam sub titulo ve-
ræ Religionis non approbauerat Eugenius
Pontifex, sed sub laudabili solummodo insti-
tutione viuendi; Adeoque allagata consue-
tudo ad effectum de quo agitur suffragari nõ
poterit, dum in eisdem terminis vertentis cõ-
21 trouersiæ non ostenditur præcisè seruata, † &
tamen esset pernecesse probanda, secundum,
*Oldrad.cons.237.Aymon.cons.96.num.4.Anch.cons.
339.num.8.Cæsar. de Graff. decis.6.num.5.de præb.
& coram Seraph.326.n.2.coram Greg.45.nu.6.161
nu.2.p.3.recen.dec.662.nu.3.& p.4.tom.2.dec.323.
num.24.*

Hinc minus ad probationem consuetudi-
nis præassertæ deseruiunt, siue Breue san.me.
Clem. VIII. hortantis Magnum Magistrum,
qui Siculum quemdam ad habitum obedien-
tiæ Magistralis admitteret, eoq; titulo Equi-
tem renunciaret; siue litteræ comendatitiæ
Cardinalis Aldobrandini nepotis, eiusdem
fauore transmissæ. Siquidem illa tantũmo-
do supponunt in Magno Magistro facultatẽ,
eam tamen nullatenus attribuunt neque iu-
stificant, nisi aliunde constet tunc verè, ac rea-
liter extitisse, cum adhunc effectum Breue,
22 ac† litteræ prædictæ non emanauerint vt de-
ciditur *in Clem.vlt.§.similiter, ibique post gloss.per
DD.communiter de sententia excommunicat. Oldrad.
cons.258. sub num.1. vers. è contra autem cum seqq.
Rom.cons.180.num.4. Rot.decis.23.in fine de procu-
rat.in antiq.& decis.108.num.3.par.1.& decis.154.
num.4. part.2. diuers.* Neque ex ijs valet inferri
personas eodem habitu insignitas, in ipsa Re-
ligione tunc fuisse, ac esse, incorporatas,
vnde pendet solutio dubitationis propo-
sitæ.

Hinc quoque S. Religioni opitulari non
poterit lapsus temporis spatio annorum 30.&
vltra, à die per Petrũ editæ professionis, quasi
beneplacitum Apostolicum valeat inde præ-
23 sumi.† Etenim procedere forsan posset obie-
ctio, si cum temporis cursu obseruantia
quoque concurreret, nimirum, quod Petrus
semper inter Equites habitus fuerit, ac verè
Religiosus, vt vtrumque requisitum ad hunc
effectum copulatiuè necessarium tradit, *Abb.
in cap. Albericus sub num.3.de testibus, Alex.cons.12
num.70.& cons.17.nu.4.lib.4.* & pluries respon-
dit *Rot.videlicet.in vna Medielanen.rescissionis per-
mutationis 10.Ianuar.1587.coram recol.mem.Card.
Pamphilio, & decis.176. num.45. p.5. recen.& post
Pacif.de salu.dec.170. nu.8. & in Perusina bonorum
4.Iulij 1608. coram Penia.* Dum itaque obser-
uãtia in casu proposito excluditur ex testibus
deponentibus, Petrum per annos viginti-
quinque, & vltra, nec in Pallio, nec in pecto-
re Crucem detulisse, ab eoque tempore citra
inter Equites amplius agnitum non fuisse,
nec recensitum, cursus ille temporis, licet lõ-
24 gæus, † præsumptionem Pontificis assensus
indu-

inducere non valet, vt notat *Soccin. in cons. 29. num. 20. cum seqq. lib. 1. Iason. in l. sciendum in 4. lim. ff. de verb. oblg. Felin. in cap. sicut. num. 33. vers. 7. & vlt. de re iud. Add. ad dec. Put. 355. num. 7. lib. 2. Rot. coram bo. me. Cocc. dec. 301. num. 3.*

Prædicta vero certiora redduntur ex resolutione S. Congregationis Concil. Triden. *in vna Meliten. sub die* 10. *May* 1608. qua Emi-
25 nentissimi Patres responderunt, † Professionem ab huiusmodi Equitibus obedientiæ nũcupatis emissam, nullius esse roboris, atque momenti ad obligandum ipsos Religioni, nisi eorum institutio Apostolicam Sedem fuerit approbata, vel ab eadem Eminentissimus M. Magister legitimam ad id facultatem obtineat; Quorum responsa non solum futuris imponendi finem controuersijs vim obtinent
26 sed † iustam quoque præseferunt interpretationem, in præcedentibus casibus hactenus non decisis, neque in iudicium deductis pari ratione seruandam, *iuxta gloss. in proem. Clem. in verb. de cætero, Salas de leg. qu. 97. tract.* 14. *sect.* 12. *vers. 4. colligo,* vbi loquitur in specie de resolut. Sac. Congregationis præfatæ, *Rot. coram Greg. decis. 310. num. 7. & decis. 17. num. 32 p. 4. tom. 2. recent. & in Melevitana antianitatis 26. Maij 1640. in §. non obstat, quòd prædicta ordinatio coram Reuerendiss. D. meo Decano* Et ab hoc Tribunali semper
27 magna cum reuerentia suscipi solent, † vt dictum fuit, *Aversana beneficiorum 3. July 1606. coram Card. Sacrato, & coram Buratt. decis. 479. numer. 2. & in Meten. Abbatia 19. Iunij 1628. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Maioricen. parrochialis 13. Iuny 1646. coram R. P. D. meo Celso,* & in aliis relatis, *in Calaguritana clauis 12. Ianuarij 1648. in vlt. §. coram R. P. D. meo Corrado, & in Oppiden. processionum 18. May 1646. in §. Et hac iuris dispositio coram me.*

Et ita vtraque &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO Sacræ Rotæ DECANO.

Romana Legati.

Veneris 18. Februarij 1650.

ARGVMENTVM.

Fratres Diui Francisci sunt incapaces legatorum non autem relictorum prò Sacristia, & infirmaria. Breue in forma commissaria præsumitur iustificatum si cùm sententia concurrat lapsus temporis cum obseruantia.

SVMMARIVM.

2 *Fratres Diui Francisci de obseruantia sunt incapaces legatorum fallit in legatis factis Sacristiæ, quia concernunt decorem cultus diuini non commoditatem fratrum num. 3.*
Quod procedit etiam si facta non fuerit specialis mentio Sacræ Suppellectilis n. 4.
Item fallit in legato facto Infirmariæ nu. 6.
5 *Legatum factum Infirmariæ Fratrũ Minorum Diui Francisci nõ aduersatur eorum arctissimæ paupertati.*
6 *Pontifex bene scit incapacitatem fratrum Diui Frãcisci tamquam resultantem ex clement. exiui de verb. signific.*
7 *Pontifex habet iura in scrinio pectoris.*
8 *Pontifex concedendo consequens habilitat in antecedenti.*
9 *Subreptio excluditur si Papa in genere cogitare potuit.*
10 *Breue in forma Commissaria præsumitur iustificatũ ex sententia executoris executioni demandata, & per spatium annorum 30. obseruata.*
11 *Clausula constito non indiget iustificatione nisi ad instantiam illius ad cuius fauorem apposita fuit.*
Et ipso nõ reclamante gratia stat in implicito statu validitatis.
12 *Datio in solutum est perpetua, & facit venditionem.*
13 *Datio in solutum transfert in recipientem totale dominium irreuocabiliter.*
Ideoque recipiens facit fructus suos nec tenetur illos excomputare in sortem & nu. 14.
15 *Hæreditas præsumitur opulenta, & soluendo.*

DECISIO XVI.

BREVE sanct. mem. Pauli V. suffragari in perpetuum Ioannino quoad legata facta à Iacobo Brioso Sacristiæ, & Infirmariæ S. Mariæ in Aracæli Domini censuerunt, quia cum illa in perpetuum pariter relicta fuerint, & eisdem verbis pleno iure translata in dictum Ioannem cum reseruatione Beneplaciti Apostolici deinde subsecuti præuia sententia Iu-
1 dicis ad id specialiter delegati, † merito Breuis beneficio potiri debet, *capit. si cui nulla de præben. in 6. capit. decet de reg. iur. eodem lib.*
2 Neque repugnat obiecta incapacitas † Patrum Sancti Francisci Minorum de Obseruantia nuncupatorum ex eorum Regula, de qua *in clem. exiui, §. cum annui redditus de verb. significat.*
3 Quia indubitatum est, † quod non comprehendit legatum factum Sacristiæ eorum Ecclesiæ cum Diuini Cultus decorem, non autem illorum cõmodum respiciat, nec quicquam ex eo ipsi approprientur, *iuxta communẽ DD. opinionem, quam probant Card. Zabarell. in dicta clement. exiui num. 11. ibique Ancharan. num. 18. Butr. in cap. in præsentia num. 25. de probation. Nauar. cons. 13. per tot. de testament. Roderic. qu. regular. tom. 2. q. 127. art. 5. per tot. Sanchez ad præcept. Decal. lib. 7. cap. 26. num. 42 cum seqq. & latissimè alijs relatis probauit Rota in Romana Computorum 10. Aprilis 1630. coram bon. mem. Merlino, in recen. dec. 365. num. 27. & seqq. par. 5.* Idque etiamsi de sa-
4 cra suppellectili, † alijsque necessarijs ad eum vsum specialis mentio facta non fuerit, quia sufficit Sacristiæ relictum fuisse, cum indè satis appareat intentio Testatoris, ac eius validitas iustificatur, ex causa enim licita relictũ existimatur, *vt deducitur in cap. exijt, § in hoc casu in fin.*

in fin. de verb. signific. in 6. Card. Zaberell. in d. cle-
men. exiui dict. numer. 11. Rota coram Buratto de-
cision. 245. num. 18. & in dict. Romana Computorum
num. 29.
Nec etiam comprehendit alterum legatũ
5 factũ Infirmariæ eorum Conuentus; † Quia
præter quod DD. non videbatur aduersari ar-
ctissimæ paupertati, & mendicitati, quàm ex
præfata Regula dicti Patres profitentur iuxta
text. in d. cap. exijt de verb. signif. in 6. & in d. clem.
exiui eodem tit. cum in eorum vsus quotidiani
victus, & vestitutus non fuerit principaliter
6 ordinatum, † sed pro substentatione Infirmo-
rum, ne deficientibus remediis necessarijs,
quæ non semper, nec integrè largitione fide-
lium parari possunt, miserè pereant, ideoque
maxima pietatis, & honestatis ratione substi-
neri potest; tàm vigore eiusdem Regulæ in-
iungentis curam sollicitam pro Infirmorum
necessitatibus, quàm Apostolicarum Con-
stitutionum approbantium easdem necessi-
tatis causas, vt habetur in d. cap. exijt, §. si verò
modum licitum, & benè aduertit hanc sententiam pro-
bans Ioan. de Anania cons. 30. num. 5. & per tot. &
ibi etiam Add. quem sequitur Roderic. dicta qu. 127.
art. 4. in fin. & ex recentioribus P. Dian. resolut. mo-
ral. p. 3. tract. 2. resolut. 33. in princip. Laurent. de Po-
stell. in dub. regular. in verb. legatum num. 7. & P. Le-
zan. in summ. q. regular. volum. 2. in verb. legata
Regularibus relicta num. 6. In omnem casum re-
mouetur difficultas ex facultate concessa in
dicto Breui approbandi illius alienationem,
& cessionem ab eisdem Patribus factam, cum
enim Pontifex optimè sciuerit illorum inca-
pacitatem tanquam resultantẽ, ex dicta clement.
cuius dispositionem ipse non ignorasse præ-
sumitur, quippe qui omnia iura in scrinio pe-
7 ctoris habere † censetur; cap. 1. de constitut. in 6.
l. omnium, C. de testament. Vtique concedendo
dictam facultatem in necessarium antecedens
8 eos † habilitasse videtur super huiusmodi in-
capacitate, argum. text. in l. ad rem mobilem, ff. de
procurat. & in l. illud, ff. de acquiren. hereditat. Ol-
drad. consil. 330. num. 7. & consil. 331. num. 1. 2. & 3.
Roman. consil. 307. numer. 1. & 2. Soccin. iun. con-
sil. 140. numer. 44. & 45. liber. 2. cum alijs al-
legatis per Gabriel. de præsumpt. concl. 8. num. 1. cum
seqq.
Nec refert, quod dictos Patres non narra-
uerint dictum legatum esse perpetui redditus,
& ideo Breue remaneat subreptitum: Quia
cum Pontifex demandauerit exequutori di-
ctam facultatem, vt Ioanninus pro perpetuis
futuris temporibus præfatum legatum acqui
reret eius perpetuitatem satis clare cognouis-
se videtur, ex quo propterea penitus corruit
9 allegata subreptio, † cum ad istum effectum
sufficiat in genere Papam cogitare potuisse,
l. quod iure, ff. de milit. testament. Felin. in cap. non-
nulli num. 18. de rescript. Rot. decis. 452. numer. 15.
decision. 501. numer. 28. part. 5. decis. 222. numer. 25.
part. 7. decis. 57. num. 11. & decis. 598. num. 5. par. 8.
recent.
Minusuè obstat, quod dictum Breue con-
ceptum fuerit in forma cõmissaria cum clau-
sula constito de necessitate: Quia præter quod fa-
10 tis iustificatum † præsumitur ex dicta senten-
tia exequutoris demandata exequutioni, &
per spatium 30. annorum continuò obserua-
ta, Card. Seraphin. decis. 1073. num. 2. & 3. & decis.
1125. num. 1. 2. & 3. & decis. 1174. num. 3. Gregor.
decis. 343. num. 1. ibique Adden. num. 4. 5. & 6. Rota
in recent. decis. 684. num. 1. part. 2. huiusmodi ex-
ceptio ab ipsis tantum Patribus quorum fa-
uore dicta clausula censetur apposita, non au-
tem ab alijs allegari potest, ipsisque volenti-
11 bus etiam sine illius † iustificatione gratia stat
in implicito statu validitatis, Innocen. in cap. 1.
in princip. ibique Butr. nu. 5. de ijs quæ fiunt à Prælat.
Put. decis. 318. num. 39. par. 5. recent. Multoque
minus suffragatur Ecclesiæ de Anima,
quæ siue lagatarijs cedentibus, siue cessio-
nario dictum legatum semper præstare tene-
bitur.
Prout nec subsistere quod creditum Ioan-
nini ex tot annuis paghis iam persolutis vi-
deatur extinctum: Obiectum enim procede-
ret si ageretur de simplici assignatione in pi-
gnus temporaliter duratura, donec scilicet ex
annuis præstationibus creditor satisfieret, se-
cus autem in proposito, quo agitur de vera,
& actuali cessione, ac datione in solutum cũ
clausulis, in perpetuum, ad habendum, & constituti;
Hoc enim casu cum huiusmodi cessio, & da-
12 tio in solutũ de sui natura sit perpetua, † &
faciat venditionem, transfert in recipientem
13 totale dominium rei † cessæ penès ipsum du-
raturum perpetuo, & irreuocabiliter, vt com-
probatur in decisionibus huius causæ emanatis coram
me super manutentione 1. Iuly 1643. §. minus obstat,
14 & 2. Maij 1644. §. ad secundum vero; † Ac ope-
ratur, vt cessionarius non teneatur ex com-
putare fructus in sortem, sed illos faciat suos
l. si ei, §. 1. ff. de euiction. Soccino iun. consi. 170.
numero 5. lib. 1. Cardinal. Seraphin. decision. 1284.
num. 1.
Suppositum denique quod hæreditas Brio-
si sit adea tenuis, vt non sufficiat pro præsta-
tione huius legati adhuc concludenter iustifi-
15 catum non fuit, ideoque † viget præsum-
ptio, quod sit opulenta, & soluendo, vt re-
spondetur in dicta secunda decisione §. demum ad
tertium.
Ac propterea Domini super huiusmodi
tenuitate, & insufficientia meliores desi-
derarũt iustificationes in vlteriori propositio-
ne dispungendas præuia legitima redditione
rationis.
Et ita vtraque &c.

R. P. D. BICHIO.

Romana Domorum.

Veneris 18. Februarij 1650.

ARGVMENTVM.

Dominus directus ob lineam finitam non est manutenendus quando renouationem emphitheusis promisit; Declaratio facta ex memoriali quando non præiudicet declaranti.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Manutentio non est concedenda Domino directo, quãdo promisit renouationem inuestituræ. & num. 2.*

2 *Emphiteota non tenetur dimittere bona emphiteotica à se possessa quando Dominus directus renouationem inuestituræ promisit.*

3 *Declaratio de renouando emphiteusim in memoriali porrecta non obligat, declarantem nisi fuerit redacta ad actum. vide num. 11.*

4 *Declaratio in memoriali porrecta non obligat, sed resoluitur in simplicem velleitatem. & num. 6.*

Et semper declarans potest pœnitere. nu. 5. & 10.

5 *Multa tractantur, quæ non perficiuntur.*

7 *Nominatio facta ad cappellaniam vacaturam est reuocabilis.*

8 *Hæres grauatus restituere post mortem vni ex familia testamenti per eam eligendo.*

Potest electionem, seù nominationem ante mortem factam reuocare. & num. 10.

9 *Ius petendi renouationem emphiteusis non est considerabile priusquam generatio extincta sit.*

10 *Variare semper potest nominans quando alteri non est ius quæsitum.*

11 *Declaratio in memoriali porrecta ad aliquid obtinendum, si illud non obtineatur declaratio non nocet.*

12 *Nominatio ad beneficium non releuat, quando Superiori non est exhibita.*

13 *Error voluntatem excludit.*

14 *Renouatio locationis non potest fieri ab Ecclesia sine euidenti vtilitate inspecto tempore quo ea fit.*

15 *Declaratur decisio in Mutineñ emphiteusis 28. Maij 1648. coram Dunozzetto.*

16 *Manutentio conceditur Ecclesiæ ob lineam finitam.*

DECISIO XVII.

EXCEPTIO renouationis Inuestituræ apta excludere manutentionem Domini directi, quando renouationi locus est, puta quia fue-
1 rit promissa,† in quibus terminis loquitur *Rot. decis. 111. num. 8 in fin.* ibi hic autem excipi poterat de renouatione promissa à Capitulo, apud *Modern. Perusin. de manuten.* cum non teneatur, qui renouationem petit, bona emphiteotica à se possessa dimittere Domino di-
2 recto, † vt iterum ab eodem sibi restituantur, vt aduertit *Valasc. consul. 157. num. 29. vers. in quo articulo, & 3. seqq.*

Suffragari visa non est Io: Petro Testæ aduersus Rectorem Ecclesię Sancti Saluatoris in Vnda, cui ex capite deuolutionis ob lineam finitam dandam esse manutentionem decisum fuit sub die 15. Decembris prox. præt. si quidem, vt in eadem decisione firmatur renouationi locus nòn est, cùm Rector velit bona deuoluta penès se retinere prout potest, quamuis alias in quadam memoriali porrigendo Sacræ Congregationi Concilij Interpretum declarauerit desiderare se renouationem inuestituræ facere ad fauorem Io: Petri geniti ex Io: Antonio Hieronymo vltimo emphyteuta; Vt enim declarationes huiusmodi irretractabiles sint, ac præstent successoribus vltimi emphyteutæ ius cogendi Dominum directum
3 ad † renouationem faciendam, opus est, fuerint reductæ ad actum, vt in his terminis declarauit *Rot. in Raueñaten. emphyteusis 19. Ianuarij 1646. coram Reuerendiss. D. meo Decano,* cum alioquin resoluantur in simplicem velleita-
4 tem, seù propositum,† quod ad renouandum non obligat, *Molin. de iust. & iur. tom. 2. tract. 2. disput. 262. numer. 1. infrà med. vers. Cum solum. Sicut in fortioribus terminis nec obligat tractatus de renouando l. iuris gentium, §. adeò autem, in princip.* ibi re nondum secuta posse abiri ab emptione, *ff. de pact. l. contractus circa fin. C. fid. instrum. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 3. nu. 10. Cyriac. contr. 425. num. 16. & 17.* vbi infert, quod est locus pœnitentiæ, quia nimirum multa tractantur,
5 quæ† non perficiuntur, *Alex. cons. 18. n. 2. cons. 28. num. 3. lib. 1. Gaill. obser. 140. num. 9. & seqq. lib. 2.* & iniquum esset, quod Ecclesia Domina directa ad relocandum obligaretur ex simplici
6 declaratione,† ex qua neminem sibi obligauit ad reconducendũ, vt bene ponderat *Beninten. decis. 19. sub nu. 2. vers. & etiam,* quem sequitur *Honded. consil. 51. numer. 44. vers. nam sicut lib. 1.* aliosque refert *Modern. Fulginatensis de iur. emphit. tit. de renouat. quæst. 1. sub num. 24.*

Dicta verò declaratio Rectoris, nusquam redacta fuit ad actum, nec exaduerso acceptata, nisi postquam Rector, vt bona pro Ecclesia retinere iudicium mouit pro obtinenda manutentione super bonis deuolutis, & sic post ipsam declarationem verbo, & facto reuocatam, quam eo magis reuocare licuit, tum quia cum emanauerit de tempore, quo per superuiuentiam vltimi emphitheutæ prima inuestitura adhuc durabat, non potuit statim sortiri, & secum trahere executionem, sed eam expectabat in tempus futurum, post mortem scilicet eiusdem emphytheutæ; Ex qua ratio-
7 ne dicimus in simili, † quod reuocabilis est nominatio facta ad Cappellaniam vacaturam, vt fuit decisum in *Giennen. Cappellaniæ 23. Martij 1620. § minus obstat, coram Sanctiss. D. Nostro,* quodque hæres grauatus restituere post mortem vni ex familia Testatoris per eum eligendo potest electionem, seù nominationem ante
8 mortem factam reuocare, † vt probat *text. in l. vnum ex familia in princ. ff. leg. 2.* & tradit *Crot. cons. 11. num. 36. Rimin. Iun. consil. 112. num. 182. vers. præsertim, Surd. consil. 264. num. 34. & seqq.* vbi addit, quod nominatio facta ante mortem nullum ius tribuit nominato, & magis in ter-
9 minis, † quod ius petendi renouationem non sit considerabile antequam extincta sit generatio, dixit *Rot. decis. 664. sub num. 11. infrà med. vers. non autem, part. 2. recent.* quodque locus sit
10 pœnitentiæ, & variationi, † quando alteri ius quæsitum non fuit, tradit in terminis renouationis emphytheusis, *Caldas de emphyt. tit. de renouat. lib. 1. quæst. 19. num. 37. in fin.*

Tum quia emissa fuit in precibus pro obtinendo beneplacito Sac. Cõgregationis Conc. eidem Congregat. porrigendis, & propterea dependenter à dicto beneplacito, quod quicquid sit an esset necessarium, declarationem nihillominus ad illud obtinendum emissam, ac ordinatam qualificat, itaut Rector eatenus

de-

11 declarauerit velle renouare, † quatenus Congregationis beneplacitum accederet, *iuxtà theoricam Gemin. cons.20.num.4. Siluan.cons.56.nu.19. Ceph. cons.516. num.34. Cocc. decis.144. num.41.* Vndè fit, vt eo non obtento ipsa declaratio, vel de se corruat, vel saltim reuocari potuerit ex allegatis in *prima decis.* §. *voluntas*. Facilius, quia nec aliquando dictæ preces fuerunt Sac. Cõgregationi porrectæ; Ex indè enim assequimur non habuisse Rectorem deliberatam voluntatẽ renouãdi, sed initiatiuam dumtaxat, 12 ex qua alter nullum ius acquiritur; † sicut in simili denominatione ad beneficiũ nondum superiori exhibita, *Abb. in cap. fin. sub num.4. de inrepatr. Garz. de benefic. part.7. cap. 1. numer.34. Rot. coram Penia decis.4. num.5. & seqq. & nu.16. & 17.* & in *Aquilana Iurispatronatus 24. Ianuarij* 1646. *§.nam pro declaratione coram R. P. D. meo Corrado*.

Tum tertiò, quia in dictis precibus Rector credidit, ac supposuit renouationem esse vtilem Ecclesiæ, ibi: *Attesa l'euidente vtilità, &c.* quod suppositum erroneum cõuincitur, cum imò perniciosissimum esset Ecclesiæ pro annuis scutis 12. vt ibi exponitur relocare has domos, ex quibus annuatim scuta 77. perci- 13 piuntur, & hic error amouet † à Rectore renouandi tàm voluntatem, *l. sed hoc ita, ff.acqu. plu. arcen. Buratt.decis.19. num.10.* quam potestatem, quia renouatio etiam rei solitæ locari fieri non potest absque euidenti Ecclesiæ vti- 14 litate † inspecto tempore præsenti, quo illa fit, vt tradit *Honded.cons.51.num.60.& 61. lib.1. Molin. de iust. & iur. disput.468. num.17. Crat. discept.813.nu.17.& 40. Castrop. oper.moral. tom.2. tit. de reueren. debit. Eccles. disput. vnica, punct.15. §.4. sub num.4. vers.secunda conditio, Cas.de Grass. decis.3. num.16. & decis.4. per tot. de reb. Eccles. non alien. Rot. inter recent.decis.243. nu.15. part.7.*

Ex quibus nullatenus vrget *decisio in Mutinen.Emphytheusis 28.Maij 1638.coram Reuerendiss.* 15 *D.meo Decano*. † Quia in eo casu, vt ocularirer ibi legitur, non aderat simplex declaratio Ecclesiæ, sed vltrò deuentum fuerat ad actualem inuestituram extranei, & inuestitura non detegebatur Ecclesiæ præiudicialis, vt in casu nostro.

Cum itaque incontinenti appareat nullam Io: Petro competere defensionem, seù actionem ad renouationem petendam, & clara sit 16 deuolutio ob lineam finitam,† denegari non potest manutentio Ecclesiæ ex deductis in alia decisione, quam hodie Domini confirmarunt vtraque parte informante.

R. P. D. CORRADO.

Posteà S.Romanæ Ecclesiæ CARDINALI.

Romana Saluiani.

Veneris 18. Februarij 1650.

ARGVMENTVM.

Hypotheca resoluitur si res hypothecata ad creditorem titulo dominij perueniat emptione, adiudicatione, vel simili. Et licet ipso posteà virtute pacti de redimendo eamdem rem retrouendat, attamen hypotheca resoluitur si pretium receperit; Et concordatur contraria opinio.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio Aegidiana non habet locum stante iniustitia sententiæ.*
2 *Saluianum non competit sine hypotheca.*
3 *Hypotheca resoluitur ex acquisitione dominij rei hypothecatæ.*
Quod procedit etiam si acquisitum fuerit dominiũ cum pacto redimendi, dummodo redemptio fuerit secuta præuia solutione pretij. num.4.& num.6. & 14.
5 *Text. in l.voluntate creditoris,ff.quib.mod. pign.vel hypoth. solu. Declaratur, & num.7.*
Hypotheca reuiuiscit si res hypothecata à creditore acquisita postea redeat ad debitorem. numer.5. & 13.
Quod procedit si acquisitio non fuerit plenè,ac perfectè completa,vel ille contractus effectum non habuerit secus è contrà. num.7. 8. 9. & 10.
Vel si ab initio fuerit per pactum conuentum, quod res à debitore recuperari deberet. num.9. & 15.
10 *Actus idem non potest contrarios producere effectus, scilicet extinctionis, ac præseruationis hypothecæ.*
11 *Creditor alicuius rei recepto illius pretio idem est, ac si rem illam penès se haberet.*
12 *Hypotheca per solutionem extincta reuiuiscere non potest.*
Et debitor, ac ab eo causam habentes non possunt amplius molestari. num.14.
16 *Cessio iurium operatur, vt omnia iura cedentis integra transeant in Cessionarium.*
17 *Cedens iura non potest eis vti in præiudicium Cessionarij. Et causam ab eo habentis.*
Etiam si adsint verba ita quod non retorqueantur, quia non comprehendunt casum in quo molestiæ sint ab ipso cedente illatæ. num.18.

DECISIO XVIII.

PRAEVIA sententia Rotali bonæ mem: Pirouan. obtinuerunt DD. de Taurinis, & Montagutis mandata contra bona hæreditaria q. Francisci Zeccadori pro summa scutorum 3076. & baioc.80. præter damna, & interesse vsque ad integram satisfactionem in eadem sententia comprehensa. Quæ fuerunt successiuè executa super domo nunc controuersa, illis demum adiudicata pro pretio scutor.2300.Reseruato iure MichaeliAngelo fratri, ac Hæredi dicti Francisci cum beneficio legis, ac inuentarij eam recuperandi infrà terminum sex mensium, prout ab illo recuperata fuit soluto dicto pretio præfatis DD. de Taurinis, & subindè dotis titulo translata in D. Catherinam eius filiam, ac eius virum. Contrà quos instituto nuper coram A.C. iudicio pro eisdem DD. de Taurinis prolata fuit sententia immissionis in possessionem eiusdẽ domus ex remedio vtilis Saluiani interdicti pro satisfactione residui prædicti corum

rum crediti. Verùm commissa mihi causa appellationis pro parte dd. Coniugum interpositæ cum clausula, *Constito, quod sit locus Aegidiana, &c.* Hodie proposui dubium iuxtà formam rescripti. Cui Domini negatiuè respon-
1 derunt stante iniustitia sententiæ, † quæ impedit illius Constitutionis effectum, ac in ea specialiter excepta legitur *lib. 6. cap. 2. iuxta gloss. communiter receptam in cap. ex conquestione in verb. post appellationem, &c. de rest. spoliat. Gabr. cons. 36. num. 1. lib. 2. Rot. penès Card. Seraphin. decis. 603. in princ. Card. Mantic. decis. 33. sub nu. 2. vers. neque ad rem pertinet, &c. & nu. 11. vers. quod autem, &c. san. mem. Gregor. decis. 491. num. 5. vers. quoniam autem, &c. Buratt. decis. 152, num. 10. vers. ex quibus, &c. & in recent. decis. 88. nu. 2. vers. ad effectum autem, &c. part. 6.* ac in alijs relatis in *Bononien. fideicommiss. de Rubeis 23. Maij* 1644. *coram me, in §. hincque pariter euitatur, &c.*

Iniustitia verò Dominis visa fuit manifesta ob defectum hypothecæ dd. DD. de Taurinis, qua cessante certum est propositum Saluiani
2 remedium eis non competere, † quod licet sit interdictum adipiscendę possessionis, est tamen de pignoribus, idest de possessione rerum obligatarum, *l. 2. §. Saluianum*, vbi hoc explicat *gloss. in verb. pignoribus, ff. de interd.* & probatur *ex l. 1. ac 2. ff. de salu. interd.* & plenè *Rot. decis. 34. sub num. 26. vers. quo circa stante remissione pignoris, &c. cum seq. part. 2. diuers.* & penès *Burat. decis. 257. num. 14. vers. & consequenter, &c. & decis. 774. num. 7. vers. verùm dixerunt, &c. Cocciu. decis. 50. num. 2. vers. nihilominus, &c. ac in recent. decis. 385. nu. 3. vers. data autem nullitate census, &c. part. 1.* ac sæpè in alijs.

Cũ enim Domus hæc fuerit illis in causam eorum crediti adiudicata die 16. Martij 1635. vt apparet ex publico Instrumento, certum est
3 quod ex ea die, † qua illius dominium in ipsos translatum fuit extincta remansit quæuis hypotheca eius priùs acquisita, *l. si quis ædes, ff. de seru. vrb. præd. l. eleganter, in princ. ff. de pign. act. l. Titius, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. l. neque pignus, ff. de reg. iur. l. si prædium, C. de euict. Surd. decis. 51. nu. 3. vers. hinc est, cum seq. & decis. 266. sub num. 3. vers. credidit tamen Senatus, & seqq. per tot. Rot. penès Card. Seraphin. decis. 1333. num. 2. vers. vndè cum Casale, &c. ac seq. & in recent. decis. 347. num. 6. vers. & in re propria, &c. part. 5.* & alijs relatis per *Statil. de Salu. interd. inspect. 3. cap. 2. sub num. 268. vers. & sic non potest dici, &c. cum seq.*

Non obstat, quod translatio dominij non fuerit ex eo contractu irreuocabiliter facta in creditores ob facultatem redimendi dicto Michaeli Angelo concessam, & re ipsa completam.

Quia cum dominij reuocatio in proposito casu fieri deberet, prout facta fuit iuxtà formam etiam præscriptam à *Statut. Vrbis lib. 1. cap. 194. vers. possit tamen illa bona, &c.* mediante retrouenditione, ac solutione pretij ab eisdem DD. de Taurinis recepti, vt apparet ex publicis Instrumentis sub die 8. Iulij 1636. & sub
4 die 15. Martij 1638. † Ex hoc sanè non solùm inualescere, ac reintegrari non potuit hypotheca dd. Dominorum, sed efficacius extinctæ fuerunt omnes eius reliquiæ, *l. si debitor, §. si in venditione,* vbi *Fulgos. sub num. 2. uers. nota creditorem, &c. l. item liberatur in princip. l. si consensit in princip. l. sicut, §. si voluntate, & l. pen. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. l. 2. l. cum te à debitore, C. de remiss. pign. Crau. cons. 298. sub num. 10. uers. ratio igitur, &c. Gabr. cons. 155. sub num. 11. uers. secundo quia, &c. lib. 1. Rot. penès Duran. decis. 445. numer. 57. uers. tamen quia creditor, &c. & decis. 449. num. 3. uers. imò Sforzia eo ipso, &c. cum seq.*

Minus obstat, quod resoluta per huiusmodi retrouenditionem vigore reseruationis in ipso Instrumento factæ adiudicatione, domus in pristinam causam ad hęredem Francisci redierit, ac proindè eisdem hypothecis præce-
5 dentibus obnoxia, † vt respondit *I. C. in l. voluntate creditoris, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. gloss. in l. fin. in uerb. indignum esse, vers. vel refert an ex eadem, vel simili causa, &c. C. de remiss. pign.* & iuxtà *theor. Bart. in l. in diem, sub nu. 2. vers. tota die contingit, &c. ff. de aqua pluu. arcend.*

Quoniam esto (illæsa veritate) quod domos per Michaelem Angelũ hæredem Francisci dictæ facultatis vigore recuperata penès eum subindè fuerit eodem hęreditario titulo, quo ad ipsum anteà peruenerat, non tamen in eamdem hypothecam Dominis de Taurinis prius competentem reincidisse censeri potest, quæ in ipso recuperationis actu mediante illorum consensu retrouenditioni præstito, & facto receptionis pretij remansit prorsus extincta (prout dictum est) itaut amplius re-
6 uiuiscere non potuerit, † licèt futura quoque bona comprehenderet, iuxtà *text. in dicta lib. fin.* vbi *DD. omnes, C. de remiss. pign. Negus. de pignor. in 3. membr. 6. part. sub nu. 21. vers. nono amplia, &c. Didac. resol. 12. sub num. 1. vers. nam res ipsa, &c. lib. 3. Asin. de execut. §. 6. cap. 102. sub nu. 2. uers. nec minus prædicta procedunt, &c. Surd. decis. 163. sub num. 1. uers. extat enim textus, &c. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 31. sub nu. 60. uers. sed hoc loco aduertendum est, &c. & decis. 146. sub nu. 8. uers. neque etiam obligatio, &c.*

Neque repugnant leges pro limitatione adductæ. *cum gloss. in dicta l. fin.* quam *DD. communiter sequuntur.*

Siuè quia procedunt in casu quo cõtractus cum creditore, vel alio, ipso consentiente super bonis hypothecatis celebratus, aut non fuit re ipsa completus, aùt ita facto partium, seù Iudicis resolutus, & nullum habuerit effe-
7 ctum. † Tunc enim iustum, & æquum est, quod sicut debitori, ita, & creditori ius pristinum restituatur, vt respondit *I. C. in d. l. voluntate, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu.* & comprobatur in præcedenti *l. sicut, §. si voluntate, cum §. seq. ff. eodem tit.* in quibus terminis loquitur *gloss. in d. l. fin.* ac ibidem *Placentin. Iacob. de Arena. Cyn. Bart. Bald. Angel.* & post alios explicat *Hug. Donel. sub num. 7. uers. remissionis pignoris hæc vis est, &c. Erbnc. Conan. in cõmentar. iur. lib. 4. cap. 19. sub num. 3. uers. quid autem si de voluntate creditoris venditum est pignus, &c. cum seq.* Non autem quando verè, & bona fide initus, atque perfectus fuit, licet deindè debitor bona ipsa fo...

soluto pretio ex eadem,† vel alia causa redeme-
rit, vt ex generalibus verbis, ac ratione *text. in*
d. l. fin. C. de remiss. pign. sentiunt ibidem post
Franc. Accurs. Alberic. sub numer. 1. vers. & licet
gloss. &c. Hug. Donel. in fin. uers. sic autem rem ca-
rere suspicione, &c. Franc. Conan. d. cap. 19. sub nu. 4.
uers. Aliud est dicendum, &c. & sequitur *Asin. de*
execut. §. 6. cap. 102. sub num. 2. uers. Id autem in-
tellexit, &c.

Siuè, quia certè intelligi debent prout lo-
quuntur, quando res per debitorem credito-
ris consensu in tertium alienata ab eodem
ex pacto à principio conuento recuperatur.
9 Sicque † ad pristinam causam redit, à qua
temporaliter non perpetuò fuerat extracta, &
10 separata; † Non autem quando ab ipsomet
creditore soluto illi pretio redimitur, quia
non potest idem actus contrarios producere
effectus extinctionis neindè, ac præseruatio-
nis, & reintegrationis hypothecæ, *contr. l. qui*
hominem, §. fin. vbi *gloss. in verb. liberatur, adducit*
concord. ff. de solut. Alex. consil. 66. in causa, & lite
sub num. 17. uers. quinimò, &c. lib. 3. Nec credi-
11 tor iure conqueri valet, † qui recepto pretio
eiusdem rei commodum substantialiter con-
sequutus est perindè, ac si illas penès se habe-
ret, ità quod finalem adiudicationis effectum
realiter obtinuit, *ad text. in l. labeo, §. item si Do-*
minus, ff. de uerb. signific. vbi *gloss. in uerb. pretium*
adest, & DD. Surd. decis. 206. num. 12. uers. secun-
dò respondeo, &c. Caualer. decis. 579. nu. 4. uers. vti-
que tale pretium, &c. Pen. decis. 603. nu. 14. uers. se-
cundò respondebatur, &c. Ideòque meritò non
potest hoc casu reuiuiscere hypotheca per so-
12 lutionem extincta. † vt dictum est, & proba-
tur *ex text. in d. l. eleganter in princip. ff. de pign. act.*
& in l. si prædium, Cod. de euict. gloss. in l. libera, in
uerb. non prohiberis in fin. C. de sent. & interloc. omn.
Iud. & benè explicat *Mant. de tacit. lib. 11. tit. 31.*
sub num. 48. uers. & quidem, &c. cum seq. dicens,
quod tunc demum resoluto cōtractu reinte-
13 gratur hypotheca, quando eadem ratio, † ob
quam contractus resoluitur æquè viget pro
conseruatione, ac reintegratione hypothecæ.
Secùs autem si non vigeat. Vndè fortiùs si
ratio resolutionis contractus præseferat extin-
ctionem hypothecæ, vt in hoc casu.

Postremò non obstat, quod saltem com-
prehensa fuerit sub hypotheca futurorum bo-
norum dicti Michaelis Angeli ad fauorem
dd. DD. de Taurinis, vel D. Ioannis alterius ex
eis pro satisfactione eiusdem debiti contracta
in Instrumento sub die 29. Martij 1630. cele-
brato.

Quia per adiudicationem, retrouenditio-
nem, ac solutionem pretij (vt dictum est)
subsecutas extincta fuit quæcumque præce-
dens hypotheca super dicta domo ex quauis
14 causa competens DD. de Taurinis, † ita vt
Michael Angelus, & causam habentes ab illo
non possint amplius ex huiusmodi causis mo-
lestari, *ad l. & si is, ff. de distr. pign.* & speciàliter
deciditur *in d. l. fin. C. de remiss. pign.* vbi *Cyn.*
in fin. uers. postremò, &c. & Bald. sub nu. 1. uers. no-
ta quod obligatio habens duo capita, &c. Salyc. sub
num. 4. vers. quarò cur in casu nostræ legis, &c. &
Alberic. sub num. 1. uers. alia ratio est, &c. Negus. de
pignor. in 1. memor. 6. part. sub num. 41. uers. aduer-
te tamen, &c. Nisi expresso partium consensu
15 fuerit renouata † (in quibus terminis DD. in
contrarium adducti loquuntur, & intelligi de-
bent) *iuxtà text. in d. l. cum te à debitore, Cod. de*
remiss. pign. & probatur *ex text. in d. l. si quis ædes,*
uers. & si rursus, ff. de seru. urb. præd. ac explicant
in d. l. fin. Iac. Cuiac. in fin. uers. semel remissa hypo-
theca, &c. & Hug. Donell. sub d. num. 7. uers. re-
missionis pignoris hæc vis est, &c.

Præterea Domini considerarunt Domum
hanc retrouenditam fuisse Michaeli Angelo
hæredi beneficiato Francisci, soluto per ipsum
DD. de Taurinis integro pretio, quo fuerat
illis adiudicata, cum cessione iurium, vt legi-
tur in prædictis Instrumentis, cuius vigore,
16 si quæ † adhuc super d. Domo iura credito-
ribus competebant non extincta transierunt
integrè in dictū emptorem, ac cessionarium,
iuxta text. in l. soluitur, §. si conuenerit, uers. aliud
est, &c. ibique *gloss. in uerb. integrè, ff. quib. mod.*
pign. vel hypoth. solu. Dec. cons. 104. & diligenter
sub num. 2. uers. sed prædictis non obstantibus, &c.
cum seqq. Rot. penès Duran. decis. 310. sub num. 2.
uers. cum in eum vigore dictæ cessionis, & decis. 401.
nu. 4. uers. quia cessionario &c. ac in recent. dec. 208.
sub num. 3. uers. cum enim, &c. & decis. 248. nu. 1.
uers. quia fuit responsum, &c. part. 4. Ac proindè
non possunt modò cedentes eis vti super ea-
17 dem re in præiudicium illius, † & causam ha-
bentium ab eo, *l. quæritur, §. si venditor, ff. de adi-*
lict. edict. Surd. cons. 513. sub num. 5. uers. secundò
repellenda videtur, &c. & seqq. Rota decis. 336. sub
nu. 1. uers. non potest denuò redire, &c. ac decis. 382.
sub num. 1. uers. quantum attinet, &c. part. 1. & de-
cis. 373. sub num. 22. uers. Atquè hoc præsertim, &c.
part. 4. recent. & in specie benè probat *Crauett.*
in d. cons. 298. nu. 10. uers. ratio igitur, &c. cum seq.
dicens, quod vel hypotheca per adiudicatio-
nem, ac venditionem successiuè factam com-
muni iure venditoris soluta, & extincta fuit,
vel superfit eo quia res vendita fuerit iure cre-
ditoris transijt in emptorem, ita quod nullo
casu potest ampliùs creditor ad eamdem rem
experiri.

Nec eiusdem cessionis efficaciam adhunc
effectum offendunt clausulæ, *ita quod non retor-*
queatur, &c. & aliæ similes.

Quia non comprehendunt casum, quo ab
ipso cedente inferuntur molestię super eadem
18 re, † cuius pretium illi solutum fuit. Hoc
enim ab omni iustitiæ, ac æquitatis ratione
prorsùs abhoret, *l. bona fides, ff. de reg. iur. cap. bo-*
na fides, eod. tit. in 6. Dec. d. cons. 104. sub num. 4.
uers. tertiò hoc probatur, &c. & seq. & respondit
Rota in Romana Officij Notariatus 26. Iunij 1641.
coram bon: mem: Merlino in §. Neque obstat quod Pa-
radisus, cum seq. & rursùs in eadem *coram R. P.*
D. meo Peutingero 20. Nouembris 1645. in §. Nec
refert, quod hæc cessio, &c. cōfirmata *27. Iunij 1646*
& 20. Februarij 1647. coram eodem.

Atque ita fuit conclusum vtraque parte
informante, &c.

eip. quem refert, & sequitur *Gratian. discept. fo-
rens. cap. 21. num. 8. & 9. plures cumulans, & tenuit
Rota coram Card. Seraph. decis. 290. n. 20. & in Imo-
len bonorum 30. Martij 1628. & 4. Iulij 1629. co-
ram Card. Virile confirmata 5. Martij 1632. coram
bon. mem. Pirouano*. Quia tamen ex inueterato
stylo Rota non exequitur sententias aliorum
2 Tribunalium † nisi constito de illarum iusti-
tia, *vt in Lauden pecuniaria prima Iulij 1588. co-
ram clar. mem. Card. Hieronymo Pamphilio, in Came-
rinen. pensionis 22. Iunij 1594. corã Gyptio, & in Pa-
pien. bonorum coram bon. mẽ. Card. Fabritio Verospio
apud Marches. de commiss. part. 1. fol. 985. sub nu. 8.
vers. cum præsertim. & apud Pacific. de Saluian. de-
cis. 17. num. 1. & seqq.* Ad maiorem cautelam, &
securitatem fuerunt in actis exhibita Instru-
menta censuum in authentica forma, ex qui-
bus iustificatur Terras venditas non esse libe-
ras (vt venditores asseruerunt,) sed grauatas
pluribus hypothecis, & oneribus, adeout iu-
re merito condemnati fuerint ad deponendũ
concurrentem quantitatem pecuniarum pro
3 cautela, † & indemnitate emptorum, donec
dictæ Terræ à præfatis oneribus liberentur, *vt
per text. in l. ex ijs prædijs C. de euict. pluribus cumu-
latis authoritatibus dictũ fuit in altera decisione §. &
prædicta indubitantèr*.

Quo verò ad secundum census scutorum
1350. cessus Maggijs in computum pretij rea-
litèr, & cum effectu intrabat in concursu Cre-
ditorum de Brunis, & in decimo nono loco
graduatus fuerat: Prætensio verò, quod con-
cursus fieri debebat pro summa tantummo-
dò scutorum 12. mill. quæ soluenda remanse-
rant à Maggijs, cum alia scuta sex mille solu-
ta fuissent in tot bonis in solutum datis Brunis
4 venditoribus, † caret prorsus fundamento, si-
nè inspiciatur promissio, siuè etiam contra-
hentium intentio, & necessitas subiectæ mate-
riæ: Promissio siquidem est relatiua ad sen-
tentiam graduatoriam latam *sub die 28. Iunij
1631.* ibi: *& ad nihil aliud dicti D.D. de Becchet-
tis teneantur causa dicti census, nisi quatenus in præ-
sentiarum non intrarent in concursu facto omniũ Cre-
ditorum prædictorum de Brunis ex sententia gradua-
toria sub die 28. Iunij 1631. quo casu tantum tenean-
tur ad solutionem sortis principalis dicti census scuto-
rum 1350. & non ad aliud, nec alio modo, &c.* ac
per consequens loquitur de concursu, qui
continebat creditores vsque ad summam scu-
torum 18. mill. non autem tantummodò scu-
torum 12. mill. & in illo Becchetti graduati
fuerint: Intentio autem contrahentium, &
necessitas subiactæ materiæ idem pariter sua-
dent, quia concursus fieri debebat pro integro
pretio scutorum 18. mill. cum tanti valerent
prædia vendita, non obstante quod ad com-
putum illius Maggij emptores in solutũ de-
dissent bona valoris scutorum sex mille, quia
& si huiusmodi solutio, seù veriùs in solutum
datio inter emptorem, & venditorem habe-
5 ret vim solutionis, & liberationis, creditori-
bus tamen nihil obesse poterat, nec extingue-
bat eorum credita, vel hypothecas, ideò ipsi
non obstante in solutum datione potuissent
pulsare emptores, si non actione personali,
6 saltem hypothecaria, † quæ transit in singula-
rem successorem, & possessorem bonorum
hypothecarum, *Negusant. de pignor. 1. memb. p. 8.
num. 6. & membr. 3. eiusdem partis numer. 10. Rota
apud Pacific. de Saluian. interdict. decis. 15. num. 1. &
2. & decis. 308. num. 6. par. 5. recent. & in Rauenna-
ten. Saluiani 26. Maij 1634. coram Reuerendiss. D.
Terracinen.* Pro cautela itaque emptorum
concursus non debebat commensurari, nec
regulari à portione in eorum manibus re-
7 mansa, † sed à valore bonorum emptorum,
quæ à creditoribus potuissent in Saluiano, vel
aliter auocari.

Nec fuit habitum in consideratione absur-
dum ab altera parte, deductum, quod hac via
Maggij soluissent vltra pretium conuentum,
scuta nempè sex mil. venditoribus, & 18. mil.
eorum creditoribus: Quia si quid vnquam
soluissent vltra pretium cõuentum, facili ne-
gotio recuperassent ab eisdem venditoribus, si
non ex pretio in eorum manibus remanso
saltem super tenuta eisdem ad bonum com-
putum tradita, quæ tamquam effecta de pa-
trimonio debitoris fuisset obnoxia hypothe-
8 cæ, & obligationi † Camerali comprehen-
denti etiam bona futura, *Zacch. post Galles. de
oblig. Cam. quæst. 5. num. 31. Gratian. discept. forens.
cap. 391. num. 48. Rota in Sancti Seuerini Dotis, seu
Saluiani 4. Maij 1640. coram Reuerendissimo Domi-
no meo Decano*. Et ad hoc emptores respexisse
indicat manifestè pactum adiectum, quod ca-
su quo debita quæcumque, & obligationes
eorum de Brunis in dicta graduatoria contẽ-
ta excederent dicta scuta 18. mil. venditio ha-
beatur pro non facta, & vtrique parti redire
liceat ab primæua iura *Summ.* eorumdem de
Maggijs *num. 1. litt. D.*

Huic tamen responsioni non acquiescebãt
informantes pro Maggijs, sed vlterius pro-
sequendo contendebant etiã admissa gradua-
tione in summa scutorum 18. mill. censum
assignatum non posse habere locum in con-
cursu ob plura alia debita anteriora de nouo
detecta de quibus in graduatoria non fuit ha-
bita mentio; Debita autem huiusmodi desi-
gnabant in quinque partitis, Prima scutorum
265. bonon. 50. solutorum Quintilio Andreo-
lo legatario Quintiliani de Fortis sub die 28.
Februarij 1632. vt ex Instrumento quietantię
eorum Sum. num. 7. Secunda scutorum 243. so-
lutorum Michaeli Angelo Marino causam
habenti à Theodora de Mengaccijs sub die
10. Martij eiusdem anni 1632. *eodem Sum. nu. 8.*
tertia scutorum 350. pro totidem solutis Pau-
lo Gonnio hæredi Petri Perotti sub die 19.
Octobris pariter 1632. *Sum. nu. 9.* Quarta scu-
torum 441. pro totidem debitis illis de Mon-
tanuccijs, qui vigore eorum crediti contra
Brunos obtinuerant in saltiano immitti in
possessionem partis Terrarum venditarum
Maggijs, quæ in totum constituunt summã
scutorum 1300. & quinta demum pro fructi-
bus decursis, tàm ante venditionem, quàm
postea vsque ad diem 1. Iulij 1637. in qua ex-
pirabat vltimus terminus dilationis datus E-
mptoribus, quibus partitis additis summæ scu-
forum

torum 16307. b.96. ad quam Io: Franciscus Scarlatus Peritus, & Calculator electus ab A.C. retulit ascendere debita illorum de Brunis, absorberent, & excederent integram quantitatem scutorum 18. mill. adeoùt proindè in illa intrare non posset census assignatus Maggijs.

Verum omissis omnibus aliis responsionibus datis ab informantibus pro Becchettis ex facto visa fuit cessare hæc difficultas, quia additis etiã dictis prætensis primis quatuor partitis, quæ ascendunt ad summam scut. 1300. debita, de quibus agitur non excedunt summam scutorum 17607. 96. atque ideò non absorbent integram quantitatem dictorum scutorum 18. mill. & per consequens census eorumdem de Becchettis non est delendus à decimonono loco, in quo fuerat graduatus.

Pro fructibus verò decursis, qui quinto loco deducebantur nihil dictum fuit addendum fore summæ præfatæ, quia decursi ante venditionem, qui sanè debitum augent, calculati fuerunt in relatione Periti, prout etiam calculati fuerunt decursi post venditionem pro illa rata, qua durabat dilatio conuenta: Reliqui verò decursi post lapsam dilationẽ spectabant ad Maggios loco damnorum, & in-
9 teresse ob non factam extinctionem in tempore conuento *l. Stipulationes nõ diuiduntur vers. Celsus ff. de verb. oblig. Menoch. cons. 118. num. 24. & seqq. Card. Caualer. decis. 605. num. 1.*

Moneta Papalis iustè valutata fuit in grossis 29. pro quolibet scuto, quia tunc temporis tanti valebat, de iure enim fieri debet æstimatio habita ratione illius tẽporis, quo fieri de-
10 bebat solutio, † non inspecto valore temporis antecedentis, aut subsequentis *ex Theor. Bart. in l. Paulus num. 6. ff. de solut. Aret. consil. 11. num. 3. Rota in Assisien. pensionis coram Sacrato, quæ est decis. 135. num. 2. par. 2. recent. vbi alij referuntur.* Vltra quod differentia quæ inesse poterit in huiusmodi moneta non excedit in totum scuta 84. circiter, ac proindè dictum creditum non excludit; Et cum his responsionibus Domini eo libentiùs transierunt, quia concordant cum relatione Periti, quem constat singulas partitas diligenter dispunxisse, cum suis causis, & rationibus, & cui vtpotè ab A.C. electo de partium consensu firmiter
11 est adhærendum, † nisi de errore concludenter doceatur, *iuxtà gloss. in l. item si vnus §. principaliter verb. autoritati ff. de recept. arbitr. Castr. in l. si cui libertas num. 7. ff. de condit. & demonstr. Rota in recent. decis. 47. num. 7. par. 7. cum alijs adductis in præterita vers. difficultas enim.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit, &c.

Decisio ista emanata in hac eadem causa sub die 14. Iunij 1649. coram eodem Reuerendissimo Cerro Decano, est in præcedenti par. 10. recent. decis. 324.

R.P.D. LEONE VEROSPIO.

Fulginaten Hęreditatis.

Luna 14. Februarij 1650.

ARGVMENTVM.

Religio Hierosolymitana non potest succedere Equiti minus legitimè professo, & qui fuit admissus ad Religionem extra tres gradus in Religione existentes, vbi multa de equitibus obedientiæ nuncupatis, qui verè Equites Religiosi non sunt.

SVMMARIVM.

1 *Religio, quæ non sit à Pontifice erecta, vel approbata non valet.*

2 *Religio Hierosolymitana non succedit Equiti, nisi validè professo.*

3 *Professio ab Equite Hierosolymitano quomodo emittatur, & num. 16.*

4 *Religio Hierosolymitana in tres tantummodo species Equitum est distincta, & quænam sint.*

Et tantummodò sub qualitate istarum trium specierum fuit à Papa confirmata. num. 5.

Et etiam à Magno Magistro ipsa die suscepti muneris cum Sacramento approbatur. num. 6.

7 *Equites Hierosolymitani non possunt nouum gradum Equitum vltra tres in Religione existẽtes ipsa inconsulta superaddere.*

Imò nec etiam inconsulto Pontifice. num. 8.

9 *Equites Hierosolymitani tenentur retinere in viridi Obseruantia constitutiones eorum Religionis.*

10 *Eques Hierosolymitanus non valet dici, qui non expleto anno probationis professionem emisit, & num. 14.*

Vel qui profiteatur extra suum Conuentum. numer. 13.

12 *Religio Hierosolymitana tenetur seruare dispositionem Concilii Tridentini quoad professionem.*

15 *Magnus Magister Hierosolymitanus non potest cooptare Equites in alio gradu præter tres in Religione existentes.*

16 *Professionis perfectio regulariter consistit in tribus votis.*

17 *Professio emissa in manibus Superioris legitima facultate carentis non valet.*

18 *Professio subsistere non potest sine interuentu duarum personarum, quarum altera obliget se Religioni, & altera Religionem profitenti.*

19 *Equites Hierosolymitani non possunt dici de corpore Religionis ex eo, quod eis permissum sit à Magno Magistro habitum deferre nomen Equitis assumere, &c.*

20 *Moniales Sanctæ Franciscæ Vrbis non sunt Religiosæ Professæ.*

21 *Consuetudo est ab allegante probanda.*

22 *Breue, ac literæ Apostolicæ non probant quando ad alium finem, & effectum emanauerunt.*

23 *Beneplacitum Apostolicum præsumptum ex lapsu annorum triginta nihil operatur, nisi concurrat obseruantia, Et num. 24.*

25 *Equites Hierosolymitani Obedientiæ nuncupati etsi professi sint non propterea sunt obligati Religioni.*

26 *Resolutio Sacræ Congregationis Concilii nõ dat normam*

mam futuris, sed etiam elapsis non decisis, neque in Iudicium deductis.

27 *Resolutiones Sacræ Congregationis Concilii suscipiuntur à Rota cum magna reuerentia.*

DECISIO XV.

MORTVO Petro Roncallo inter Equites obedientiæ Magistralis, dum degeret in humanis præuia votorum castitatis obedientiæ, ac paupertatis emissione adscripto, cum Sacra Hierosolymitana Religio successionem in bonis ipsius sibi apertam esse contenderet, dubitaui: An eidem, vel Eminentissimo Domino Magno Magistro exindè fuerit delata successio, & negatiua prodijt hodie resolutio ex validæ professionis, nondum iustificatæ defectu in gradu præsertim Religionis, assen-
1 su Pontificis, nec erecto, † nec approbato, contra Sacri Lateranensis Concilij decretum, relatum *in cap. vltimo de Relig. domi*, sine cuius professionis validæ concursu, obligatio Petri erga Religionem efficaciter contracta non
2 fuit, † nec Sacra proindè Religio ad ipsius defuncti bona potuit aspirare, *iuxt. gloss. in authentica ingressi, in verbo dedicant. C. de Sacr. Sanct. Eccles. ibique Odof. num. 11. Bart. nu. 32. Bald. num. 27. circa finem, Salicet. num. 7. Castr. nu. 20. Alberic. n. 13 cæteriq; communiter Gemin. cons. 66. num. 9. Cald. consil. 23. col. 2. post medium vers. vera tamen ratio, & naturalis vsque ad finem de regul. Rot. in Bonon. bonorum 17. Nouembris 1625. coram bon. memor. Pirouano inter impressas par. 4. tom. 3. recent. decis. 628. num. 3.*

Contraria verò professionis validæ probatio, nec valet ex testibus resultare, contestantibus nimirum, eumdem Petrum tria Religionum vota nuncupasse, ac professionem
3 successiuè in manibus Equitis † ad id specialiter deputati, emisisse, prout aliàs hinc eam Rota deduxit *coram Mohedano decis. 10. de causa possess. & proprietatis, & in vna Meten. professionis 2. Iunij 1636. coram Reuerendiss. Salamantino penes Tambur. de iure Abb. decis. 3. num. 2.*

Cum enim hæc Sacra Religio in tres tantummodò species Equitum ipso institutionis
4 initio, distincta fuerit, † Alteram scilicet Militum, ex primaria Orbis Terrarum vniuersi nobilitate ascitam, vt ipsi forent Christifidelium ensis, ac miserabilium Clipeus personarum; Alteram fratrum Cappellanorum Cõuentualium, ac obedientiæ; Alteram deniq; fratrum serui entium armorum, ac officiorũ, sicuti eiusdem Religionis stabilimenta testantur, in statutorum volumina registrata *tit. 2. cap. 2. sub rubr. Della diuisione de' gradi de' fratelli dell'ordine nostro*; Et triplicatus hic solummodo Equitum gradus sub titulo Religionis cõfirmationem ab Apostolica Sede obtineat, vt
5 ex Sixtinæ Constitutione dignoscitur initio statutorum voluminis impressa: Ac tripartitus hic quoque gradus proprio Magni Magistri Sacramento ipsa suscepti muneris die; tã-
6 tummodo † approbetur, vt eliciturex altero *Statuto sub tit. 13. cap. 3. in fine de elect.* Ipse proindè non potuit, nouum Equitum gradum
7 superaddere Religioni eadem inconsulta; † de cuius obligatione, ac præiudicio per noui gradus, ac successiuam Equitis incorporationem agebatur *secund. gloss. in cap. porrectum in verbo non facit habitus de regul. & in cap. vltimo in verbo pertineat eodem tit. lib. 6. vbi etiam Ancar. n. 2. notab. Franch. num. 2. Gemin. num. 3. Ioannes Monac. num. 1. ibique Probus ad eum num. 1. & 3. Roderic. quæst. Regular. tom. 3. quæst. 17. art. 7.* & alij plures relati *per Sanchez. ad præcepta decal. lib. 5. cap. 4. num. 65.* Irrequisito præsertim Apostolicæ Sedis assensu, in triplicati gradus erectione ante-
8 cedenter adhibito, † ac in noui propterea institutione pernecesse adhibendo *ad text. in cap. vlt. ibique gloss. in verbo nouam de Relig. dom. & in cap. vnico in princ. ibique gloss. in verbo habitum eod. tit. lib. 6. & in Extrauag. Ioannis XXII. vnica eodem tit. notat Siluest. in summa in verb. Religio il primo, num. 6 Armill. num. 4. Nauarr. in comment. 1. de Regul. sub nu. 28. in 23. §. Roderic. quæst. Regul. to. 3. quæst. 48. art. 3. Less. de iustitia, & iur. lib. 2. cap. 41. num. 62. vers. 9. circa medium*, & latè prosequitur *Azor. instit. moral. lib. 11. cap. 24. quæst. 5. & par. 2. lib. 5. cap. 7. Sanchez. ad præcepta decal. lib. 5. cap. 1. sub num. 19.*

Cum maximè particulares Religionis cõstitutiones (quæ vtpote authoritate Apostolica, ac Magni Magistri Sacramento firmatæ
9 ab eo debuerant † in viridi obseruantia retineri, vt respondit *Rota in vna Meliten. præeminentiarum 13. Nouembris 1638. coram bon. mem. Pirouano impressa par. 5. recent. decis. 209. sub num. 1. cũ seq. & in Melenitana antianitatis 30. Maij 1639. in §. nam vltra quod talis receptio coram Reuerendiss. D. meo Decano.*) Petro obstarent, quin inter Equites recipi posset, vel ob defectum nobilitatis ex latere paterno cessantis, atque concordi Commissariorum relatione, ac Venerabilis consilij Linguæ Italicæ decreto reiectæ,
10 quæ tamen pro gradus præfati assecutione aliàs necessaria decernitur in Statuto *tit. 2. c. 17. 20. & 41. rub. Chi hauesse essercitato mercantia:* Vel ob præstitam professionem non expleto anno
11 probationis, † tum per alterum statutum essentialiter requisito *in cap. 28. eodem tit.* tum ex dispost. *Sacri Concilij Tridentini sess. 25. de Regul.* in hac enim Religione seruanda, vt respondit
12 Sacra Congregatio de mense Iunij 1599. † & aliàs de mense Iulij anno 1582. vt testatur *Paris. de resignat. benef. lib. 6. quæst. 2. num. 120.* et tradit *Gennen. in praxi cap. 20. in fine Barbos. de officio, & potestate Episcopi allegat. 101. num. 8.* & pluribus comprobat *Gratian. discept. forens. cap. 363. nu. 27. cum seqq.* Vel ratione denique loci professio-
13 nis emissæ, † videlicet extra Conuentum cõtra alterius sanctionẽ Statuti *eodem tit. c. 2.* Quæ proindè ipsum Religioni obligare non valuit non solum ob defectũ probationis legitimæ, vnius anni continui tempore non expletæ, prout sanxit *S. Trid. Synod. sess. 25. de Regul. adducto cap. 15.* & tradit *Io. Andr. in cap. 1. de elect. lib. 6 Siluest. in Sũma in verbo Religio 5. quæst. 4. Nauar. lib. 3. tit. de Regul. cons. 34. & 37. & in comen. 1. eodem tit. num. 19. Suar. de Relig. tom. 3. lib. 5. cap. 5. num. 1. Less. de iust. & iur. lib. 2. cap. 41. dubit. 7. n. 59.* Siue etiam ob resistentiam potestatis in ipso

Magno

Magno Magiſtro, eundem cooptandi in alio
Equitum gradu, præter expreſſos, ac incor-
porandi Religioni: ita quod nec obligatio re-
ciproca induci validè potuerit, prout ad effe-
ctum prædictum, poteſtas incorporandi legi-
tima neceſſaria foret ſecundum *Innoc. in cap.
porrectum ſub num.4. Antoniusde Butrio nu.9. Abb.
num.10.de Regul. Silueſter in ſumma in verbo Reli-
gio, il primo, num.5. & 14. Nauar.in Coment. 4. de
Regul.nu.74. Leſſ.de iuſtitia, & iur.lib.2. d.cap. 41.
num.10. & 61. Roderic.quæſt.Regul. tom.1. quæſt.1.
art.2. Sanchez.ad præcepta decalogi lib.5.cap.4. nu-
mer.62. Rot.deciſ.195.num.14. par.4.tom.2. recent.*

Obeſſe prætereà non poterit, quod eſſen-
tialis perfectio profeſsionis in tribus votis à
16 Petro, vt præfertur emiſsis † regulariter ſo-
leat contineri, *ad tex.in cap.cum ad Monaſterium
in fine de ſtatu Monacorum, & in cap.ad Apoſtolicam
de Regul. Diuus Thomas ſecunda ſecundæ quæſt. vlt.
art.3.4. & 5.* eiuſque probatio, indè ſat elici vi-
deatur.

Quoniam (præterquam vota illa emiſſa
fuerant in ordine ab Apoſtolica Sede nondũ
approbato ſub titulo Religionis) licet eadem
vouentis obligationem erga Deum præſefe-
rant efficacem, non tamen ipſum vti certæ
Religioni profeſſum obſtrinxere, dũ præſtita
ſolummodo fuerant in manibus ſuperioris le-
gitima facultate carentis ipſum in Religione
17 cooptandi, † nec viciſſim obligandi autho-
ritate pollentis, vt benè explicant, *Innoc. in d.
cap.porrectum ſub num.5. Butrius num.9. Abb.nu.10
cum ſeq.de Regul. Nau.in coment.1.eodem tit.nu.18.
& coment.4.num.74.* vbi pro ratione conſiderat,
quod profeſſio nullatenus ſubſiſtere poſſit ab-
ſque legitimo duarum interuentu perſona-
rum, quarum altera ſuam erga Religionem
18 fidem aſtringat, † altera Religionis erga ip-
ſum obligationem inducat, quam quippe re-
ciprocam profeſſio ipſa contineat, *Leſſ.de inſtit.
& iur d.lib.2.cap.41.ſub num.11. & 61. Roderic.q.
Regul.tom.1.q.1.art.2.*

Nec etiam præfato gradui, ac profeſſioni
licet inualidæ robur addit conſuetudo effica-
cibus, vt ex aduerſo ſupponitur probationi-
bus iuſtificata; Quamuis enim alias legitimè
conſtaret, quòd Eminentiſſimus Magnus Ma-
giſter pro tempore, huiuſmodi obedientiæ
Magiſtralis habitum, ſeu deuotionis, vel ali-
ter nuncupatum, remiſſo aliqualiter nobilita-
tis rigore, ac probationis anno, perſonis ſibi
bene viſis deferre conſueuerit, non tamen in-
de concluditur perſonas illas, eo decoratas,
etiam ſi vota prædicta protulerint, de corpo-
19 re Religionis euaſiſſe, † quamuis pium, ac
laudabile viuendi inſtitutum elegerint, atque
honorario habitu præfato cohoneſtati, Equi-
tis nomen aſſumpſerint, vt notat *Abb.in rubr.
de Regul.nu.1. Nauar.in coment.1.eod.tit.ſub nu.18.
in fine. & 19. & conſ.35.nu.3.eod.tit.de Regul. Leſſ.
de iuſtitia, & iur.adducto cap.41.ſub num.02.§.6.in
fine, verſ.aduerte tamen Silueſt.in ſumma in §.Reli-
gio il primo q.1.§.ſecundum fratres,* & benè decla-
rat *Roderic.d.q.1. art.2. verſ. hinc eſt, quòd votum
votum cum ſeqq. & tom.3.q.43.art.4. & q.72.art.1.
§. prima concluſio,* & in ſimilibus ferè terminis
20 Monialium ſcilicet ſub inſtituto † S. Franci-
ſcæ Romanæ in Vrbe militantium, tradit idẽ
Nauar. in conſ.6. de ſtatu Monacorum lib.3. ipſas,
licet cum habitus mutatione, ac trium ſub
emiſſione votorum collegialiter viuentes,
non tamen Religioſas inde profeſſas eſſe cen-
ſendas, dum ipſarum Regulam ſub titulo ve-
ræ Religionis non approbauerat Eugenius
Pontifex, ſed ſub laudabili ſolummodo inſti-
tutione viuendi; Adeoque allagata conſue-
tudo ad effectum de quo agitur ſuffragari nõ
poterit, dum in eiſdem terminis vertentis cõ-
21 trouerſiæ non oſtenditur præcisè ſeruata, † &
tamen eſſet perneceſſe probanda, ſecundum,
*Oldrad.conſ.237. Aymon.conſ.96.num.4. Anch.conſ.
339.num.8. Caſar. de Graſſ. deciſ.6.num.5.de præb.
& coram Seraph.326.n.2.coram Greg.45.nu.6.161
nu.2.p.3.recen.dec.662.nu.3. & p.4.tom.2.dec.323.
num.24.*

Hinc minus ad probationem conſuetudi-
nis præaſſertæ deſeruiunt, ſiue Breue ſan.me.
Clem. VIII. hortantis Magnum Magiſtrum,
qui Siculum quemdam ad habitum obedien-
tiæ Magiſtralis admitteret, eoq; titulo Equi-
tem renunciaret; ſiue litteræ comendatitiæ
Cardinalis Aldobrandini nepotis, eiuſdem
fauore tranſmiſſæ. Siquidem illa tantũmo-
do ſupponunt in Magno Magiſtro facultatẽ,
eam tamen nullatenus attribuunt neque iu-
ſtificant, niſi aliunde conſtet tunc verè, ac rea-
liter extitiſſe, cum adhunc effectum Breue,
22 ac† litteræ prædictæ non emanauerint vt de-
ciditur *in Clem.vlt.§.ſimiliter, ibique poſt gloſſ.per
DD.communiter de ſententia excommunicat. Oldrad.
conſ.258. ſub num.1. verſ. è contra autem cum ſeqq.
Rom.conſ.180.num.4. Rot.deciſ.23.in fine de procu-
rat.in antiq. & deciſ.108.num.3.par.1. & deciſ.154.
num.4. part.2. diuerſ.* Neque ex ijs valet inferri
perſonas eodem habitu inſignitas, in ipſa Re-
ligione tunc fuiſſe, ac eſſe, incorporatas,
vnde pendet ſolutio dubitationis propo-
ſitæ.

Hinc quoque S. Religioni opitulari non
poterit lapſus temporis ſpatio annorum 30. &
vltra, à die per Petrũ editæ profeſſionis, quaſi
beneplacitum Apoſtolicum valeat inde præ-
23 ſumi.† Etenim procedere forſan poſſet obie-
ctio, ſi cum temporis curſu obſeruantia
quoque concurreret, nimirum, quod Petrus
ſemper inter Equites habitus fuerit, ac verè
Religioſus, vt vtrumquè requiſitum ad hunc
effectum copulatiuè neceſſarium tradit, *Abb.
in cap. Albericus ſub num.3.de teſtibus, Alex.conſ.12
num.70. & conſ.17.nu.4.lib.4.* & pluries reſpon-
dit *Rot.videlicet.in vna Medielanen.reſciſſionis per-
mutationis 10.Ianuar.1587.coram recol.mem.Card.
Pamphilio, & deciſ.176. num.45. p.5. recen. & poſt
Pacif.de ſalu.dec.170. nu.8. & in Peruſina bonorum
4.Iulij 1608. coram Penia.* Dum itaque obſer-
uãtia in caſu propoſito excluditur ex teſtibus
deponentibus, Petrum per annos viginti-
quinque, & vltra, nec in Pallio, nec in pecto-
re Crucem detuliſſe, ab eoque tempore citra
inter Equites amplius agnitum non fuiſſe,
nec recenſitum, curſus ille temporis, licet lõ-
24 gæus, † præſumptionem Pontificis aſſenſus
indu-

inducere non valet, vt notat *Soccin. in consf. 29. num. 20. cum seqq. lib. 1. Iason. in l. sciendum in 4. lim. ff. de verb. oblig. Felin. in cap. sicut. num. 33. vers. 7. & vlt. de re iud. Add. ad dec. Put. 355. num. 7. lib. 2. Rot. coram bo. me. Cocc. dec. 301. num. 3.*

Prædicta vero certiora redduntur ex resolutione S. Congregationis Concil. Triden. *in vna Meliten. sub die* 10. *May* 1608. qua Emi-
25 nentissimi Patres responderunt, † Professionem ab huiusmodi Equitibus obedientiæ nũcupatis emissam, nullius esse roboris, atque momenti ad obligandum ipsos Religioni, nisi eorum institutio Apostolicam Sedem fuerit approbata, vel ab eadem Eminentissimus M. Magister legitimam ad id facultatem obtineat; Quorum responsa non solum futuris imponendi finem controuersijs vim obtinent
26 sed † iustam quoque præseferunt interpretationem, in præcedentibus casibus hactenus non decisis, neque in iudicium deductis pari ratione seruandam, *iuxta gloss. in proem. Clem. in verb. de catero, Salas de leg. qu. 97. tract. 14. sect. 12. vers. 4. colligo,* vbi loquitur in specie de resolut. Sac. Congregationis præfatæ, *Rot. coram Greg. decis. 310. num. 7. & decis. 17. num. 32 p. 4. tom. 2. recent. & in Meleuitana antianitatis 26. Maij 1640. in §. non obstat, quòd prædicta ordinatio coram Reuerendiss. D. meo Decano* Et ab hoc Tribunali semper
27 magna cum reuerentia suscipi solent, † vt dictum fuit, *Auersana beneficiorum 3. Iulij 1606. coram Card. Sacrato, & coram Buratt. decis. 479. numer. 2. & in Meten. Abbatia 19. Iunij 1628. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Maioricen. parrochialis 13. Iuny 1646. coram R. P. D. meo Celso,* & in alijs relatis, *in Calaguritana clauis 12. Ianuarij 1648. in vlt. §. coram R. P. D. meo Corrado, & in Oppiden. processionum 18. Maij 1646. in §. Et hæc iuris dispositio coram me.*

Et ita vtraque &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO Sacræ Rotæ DECANO.

Romana Legati.

Veneris 18. Februarij 1650.

ARGVMENTVM.

Fratres Diui Francisci sunt incapaces legatorum non autem relictorum prò Sacristia, & infirmaria Breue in forma commissaria præsumitur iustificatum si cùm sententia concurrat lapsus temporis cum obseruantia.

SVMMARIVM.

2 *Fratres Diui Francisci de obseruantia sunt incapaces legatorum fallit in legatis factis Sacristiæ, quia concernunt decorem cultus diuini non commoditatem fratrum num. 3.*
Quod procedit etiam si facta non fuerit specialis mentio Sacræ Suppellectilis n. 4.
Item fallit in legato facto Infirmariæ nu. 6.
5 *Legatum factum Infirmariæ Fratrũ Minorum Diui Francisci nõ aduersatur eorum arctissimæ paupertati.*
6 *Pontifex bene scit incapacitatem fratrum Diui Frãcisci tamquam resultantem ex clement. exiui de verb. signific.*
7 *Pontifex habet iura in scrinio pectoris.*
8 *Pontifex concedendo consequens habilitat in antecedenti.*
9 *Subreptio excluditur si Papa in genere cogitare potuit.*
10 *Breue in forma Commissaria præsumitur iustificatũ ex sententia executoris executioni demandata, & per spatium annorum 30. obseruata.*
11 *Clausula constito non indiget iustificatione nisi ad instantiam illius ad cuius fauorem apposita fuit. Et ipso nõ reclamante gratia stat in implicito statu validitatis.*
12 *Datio in solutum est perpetua, & facit venditionem.*
13 *Datio in solutum transfert in recipientem totale dominium irreuocabiliter.*
Ideoque recipiens facit fructus suos nec tenetur illos excomputare in sortem & nu. 14.
15 *Hæreditas præsumitur opulenta, & soluendo.*

DECISIO XVI.

BREVE sanct. mem. Pauli V. suffragari in perpetuum Ioannino quoad legata facta à Iacobo Brioso Sacristiæ, & Infirmariæ S. Mariæ in Aracæli Domini censuerunt, quia cum illa in perpetuum pariter relicta fuerint, & eisdem verbis pleno iure translata in dictum Ioannem cum reseruatione Beneplaciti Apostolici deinde subsecuti præuia sententia Iu-
1 dicis ad id specialiter delegati, † merito Breuis beneficio potiri debet, *capit. si cui nulla de præben. in 6. capit. decet de reg. iur. eodem lib.*

2 Neque repugnat obiecta incapacitas † Patrum Sancti Francisci Minorum de Obseruantia nuncupatorum ex eorum Regula, de qua *in clem. exiui, §. cum annui redditus de verb. significat.*

3 Quia indubitatum est, † quod non comprehendit legatum factum Sacristiæ eorum Ecclesiæ cum Diuini Cultus decorem, non autem illorum cõmodum respiciat, nec quicquam ex eo ipsi appropriantur, *iuxta commune DD. opinionem, quam probant Card. Zabarell. in dicta clement. exiui num. 11. ibique Anchar. num. 18. Butr. in cap. in præsentia num. 25. de probation. Nauar. cons. 13. per tot. de testament. Roderic. qu. regular. tom. 2. q. 127. art. 5. per tot. Sanchez ad præcept. Decalog. lib. 7. cap. 26. num. 42 cum seqq. & latissimè alijs relatis probauit Rota in Romana Computorum 10. Aprilis 1630. coram bon. mem. Merlino, in recen. dec. 365. num. 27. & seqq. par. 5.* Idque etiamsi de sa-
4 cra suppellectili, † alijsque necessarijs ad eum vsum specialis mentio facta non fuerit, quia sufficit Sacrestiæ relictum fuisse, cum inde satis appareat intentio Testatoris, ac eius validitas iustificatur, ex causa enim licita relictũ existimatur, *vt deducitur in cap. exijt, §. in hoc casu in fin.*

in fin. de verb. signific. in 6. Card. Zaberell. in d. clemen. exiui dict. numer. 11. *Rota coram Buratto decision. 245. num. 18. & in dict. Romana Computorum num. 29.*

Nec etiam comprehendit alterum legatũ
5 factũ Infirmariæ eorum Conuentus; † Quia præter quod DD. non videbatur aduersari arctissimæ paupertati, & mendicitati, quàm ex præfata Regula dicti Patres profitentur *iuxta text. in d. cap. exijt de verb. signif. in 6. & in d. clement. exiui eodem tit.* cum in eorum vsus quotidianũ victus, & vestitutus non fuerit principaliter
6 ordinatum,† sed pro substentatione Infirmorum, ne deficientibus remediis necessarijs, quæ non semper, nec integrè largitione fidelium parari possunt, miserè pereant, ideoque maxima pietatis, & honestatis ratione substineri potest; tàm vigore eiusdem Regulæ iniungentis curam sollicitam pro Infirmorum necessitatibus, quàm Apostolicarum Constitutionum approbantium easdem necessitatis causas, *vt habetur in d. cap. exijt*, §. *si verò modum licitum, & benè aduertit hanc sententiam probans Ioan. de Anania cons. 50. num. 5. & per tot. & ibi etiam Add. quem sequitur Roderic. dicta qu. 127. art. 4. in fin. & ex recentioribus P. Dian. resolut. moral. p. 3. tract. 2. resolut. 33. in princip. Laurent. de Posiell. in dub. regular. in verb. legatum num. 7. & P. Lezan. in summ. q. regular. volum. 2. in verb. legata Regularibus relicta num. 6.* In omnem casum remouetur difficultas ex facultate concessa in dicto Breui approbandi illius alienationem, & cessionem ab eisdem Patribus factam, cum enim Pontifex optimè sciuerit illorum incapacitatem tanquam resultantẽ, *ex dicta clement.* cuius dispositionem ipse non ignorasse præsumitur, quippe qui omnia iura in scrinio pe-
7 ctoris habere † censetur; *cap. 1. de constitut. in 6. Omnium, C. de testament.* Vtique concedendo dictam facultatem in necessarium antecedens
8 eos † habilitasse videtur super huiusmodi incapacitate, *argum. text. in lud rem mobilem, ff. de procurat. & in l. illud, ff. de acquiren. hæreditat. Oldrad. consil. 30. num. 7. & consil. 331. num. 1. 2. & 3. Roman. consil. 307. numer. 1. & 2. Soccin. iun. consil. 140. numer. 44. & 45. liber. 2. cum alijs allegatis per Gabriel. de præsumpt. concl. 8. num. 1. cum seqq.*

Nec refert, quod dictos Patres non narrauerint dictum legatum esse perpetui redditus, & ideo Breue remaneat subreptitium: Quia cum Pontifex demandauerit exequutori dictam facultatem, vt Ioanninus pro perpetuis futuris temporibus præfatum legatum acquireret eius perpetuitatem satis clare cognouisse videtur; ex quo propterea penitùs corruit
9 allegata subreptio, † cum ad istum effectum sufficiat in genere Papam cogitare potuisse, *l. quod iure, ff. de milit. testament. Felin. in cap. nonnulli num. 18. de rescript. Rot. decis. 452. numer. 15. decision. 501. numer. 28. part. 5. decis. 222. numero 25. part. 7. decis. 57. num. 11. & decis. 598. num. 5. par. 8. recent.*

Minusuè obstat, quod dictum Breue concessum fuerit in forma cõmissaria cum clausula *constito de necessitate*: Quia præter quod fa-
10 tis iustificatum † præsumitur ex dicta sententia exequutoris demandata exequutioni, & per spatium 30. annorum continuò obseruata, *Card. Seraphin. decis. 1073. num. 2. & 3. & decis. 1125. num. 1. 2. & 3. & decis. 1174. num. 3. Gregor. decis. 343. num. 1. ibique Adden. num. 4. 5. & 6. Rota in recent. decis. 684. num. 1. part. 2.* huiusmodi exceptio ab ipsis tantum Patribus quorum fauore dicta clausula censetur apposita, non autem ab alijs allegari potest, ipsisque volenti-
11 bus etiam sine illius † iustificatione gratia stat in implicito statu validitatis, *Innocen. in cap. 1. in princip. ibique Butr. nu. 5. de ijs quæ fiunt à Prælat. Put. decis. 318. num. 39. par. 5. recent.* Multoque minus suffragatur Ecclesiæ de Anima, quæ siue lagatarijs cedentibus, siue cessionario dictum legatum semper præstare tenebitur.

Prout nec subsistere quod creditum Ioannini ex tot annuis paghis iam persolutis videatur extinctum: Obiectum enim procederet si ageretur de simplici assignatione in pignus temporaliter duratura, donec scilicet ex annuis præstationibus creditor satisfieret, secus autem in proposito, quo agitur de vera, & actuali cessione, ac datione in solutum cũ clausulis, *in perpetuum, ad habendum, & constituti*; Hoc enim casu cum huiusmodi cessio, & da-
12 tio in solutũ de sui natura sit perpetua, † & faciat venditionem, transfert in recipientem
13 totale dominium rei † cessæ penès ipsum duraturum perpetuo, & irreuocabiliter, *vt comprobatur in decisionibus huius causæ emanatis coram me super manutentione 1. Iulij* 1643. §. *minus obstat*,
14 *& 2. Maij 1644.* §. *ad secundum vero*; † Ac operatur, vt cessionarius non teneatur ex computare fructus in sortem, sed illos faciat suos *l. si ei, §. 1. ff. de euiction. Soccino iun. consi. 170. numero 5. lib. 1. Cardinal. Seraphin. decision. 1284. num. 1.*

Suppositum denique quod hæreditas Briosi sit adea tenuis, vt non sufficiat pro præstatione huius legati adhuc concludenter iustifi-
15 catum non fuit, ideoque † viget præsumptio, quod sit opulenta, & soluendo, *vt respondetur in dicta secunda decisione* §. *demum ad tertium.*

Ac propterea Domini super huiusmodi tenuitate, & insufficientia meliores desiderarũt iustificationes in vlteriori propositione dispungendas prævia legitima redditione rationis.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BICHIO.

Romana Domorum.

Veneris 18. Februarij 1650.

ARGVMENTVM.

Dominus directus ob lineam finitam non est manutenendus quando renouationem emphitheusis promisit, Declaratio facta ex memoriali quando non præiudicet declaranti.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Manutentio non est concedenda Domino directo, quādo promisit renouationem inuestituræ. & num.2.*
2 *Emphiteota non tenetur dimittere bona emphiteotica à se possessa quando Dominus directus renouationem inuestituræ promisit.*
3 *Declaratio de renouando emphiteusim in memoriali porrecta non obligat, declarantem nisi fuerit reducta ad actum. vide num.11.*
4 *Declaratio in memoriali porrecta non obligat, sed resoluitur in simplicem velleitatem. & num.6.*
Et semper declarans potest penitere. nu.5.& 10.
5 *Multa tractantur, quæ non perficiuntur.*
7 *Nominatio facta ad cappellaniam vacaturam est reuocabilis.*
8 *Hæres grauatus restituere post mortem vni ex familia testamenti per eam eligendo.*
Potest electionem, seù nominationem ante mortem factam reuocare. & num.10.
9 *Ius petendi renouationem emphiteusis non est considerabile priusquam generatio extincta sit.*
10 *Variare semper potest nominans quando alteri non est ius quæsitum.*
11 *Declaratio in memoriali porrecta ad aliquid obtinendum, si illud non obtineatur declaratio non nocet.*
12 *Nominatio ad beneficium non releuat, quando Superiori non est exhibita.*
13 *Error voluntatem excludit.*
14 *Renouatio locationis non potest fieri ab Ecclesia sine euidenti vtilitate inspecto tempore quo ea fit.*
15 *Declaratur decisio in Mutinen emphiteusis 28. Maij 1648. coram Dunozzetto.*
16 *Manutentio conceditur Ecclesiæ ob lineam finitam.*

DECISIO XVII.

EXCEPTIO renouationis Inuestituræ apta excludere manutentionem Domini directi, quando renouationi locus est, puta quia fue-
1 rit promissa,† in quibus terminis loquitur *Rot. decis.111. num.8 in fin.* ibi hic autem excipi poterat de renouatione promissa à Capitulo, apud *Modern. Perusin. de manuten.* cum non teneatur, qui renouationem petit, bona emphiteotica à se possessa dimittere Domino di-
2 recto, † vt iterum ab eodem sibi restituantur, vt aduertit *Valasc. consul.157.num.29. vers.in quo articulo, & 3. seqq.*

Suffragari visa non est Io: Petro Testæ aduersus Rectorem Ecclesię Sancti Saluatoris in Vnda, cui ex capite deuolutionis ob lineam finitam dandam esse manutentionem decisum fuit sub die 15. Decembris prox. præt. si quidem, vt in eadem decisione firmatur renouationi locus nōn est, cūm Rector velit bona deuoluta penès se retinere prout potest, quamuis alias in quadam memoriali porrigendo Sacræ Congregationi Concilij Interpretum declarauerit desiderare se renouationem inuestituræ facere ad fauorem Io: Petri geniti ex Io: Antonio Hieronymo vltimo emphyteuta; Vt enim declarationes huiusmodi irretractabiles sint, ac præstent successoribus vltimi emphyteutæ ius cogendi Dominum directum
3 ad † renouationem faciendam, opus est, fuerint reductæ ad actum, vt in his terminis declarauit *Rot. in Rauennaten. emphyteusis 19. Ianuarij 1646. coram Reuerendiss. D. meo Decano,* cum alioquin resoluantur in simplicem velleita-
4 tem, seù propositum,† quod ad renouandum non obligat, *Molin. de iust. & iur. tom.2. tract.2. disput. 262. numer.1. infrà med. vers. Cum solum. Sicut in fortioribus terminis nec obligat tractatus de renouando l. iuris gentium, §. adeò autem, in princip.* ibi re nondum secuta posse abiri ab emptione, *ff. de pact. l. contractus circa fin. C. fid. instrum. Mantic. de tacit. lib.4. tit.3. nu.10. Cyriac. contr.425. num.16. & 17.* vbi infert, quod est locus pœnitentiæ, quia nimirum multa tractantur.
5 quæ†non perficiuntur, *Alex. cons.18. n.2. cons.28. num.3. lib.1. Gaill. obser.140. num.9. & seqq. lib.2* & iniquum esset, quod Ecclesia Domina directa ad relocandum obligaretur ex simplici
6 declaratione,† ex qua neminem sibi obligauit ad reconducendū, vt benè ponderat *Beninten. decis.19. sub nu.2. vers. & etiam,* quem sequitur *Honded. consil.51. numer.44. vers. nam sicut lib.1.* aliosque refert *Modern. Fulginatensis de iur. empit. tit. de renouat. quæst.1. sub num.24.*

Dicta verò declaratio Rectoris, nusquam redacta fuit ad actum, nec exaduerso acceptata, nisi postquam Rector, vt bona pro Ecclesia retinere iudicium mouit pro obtinenda manutentione super bonis deuolutis, & sic post ipsam declarationem verbo, & facto reuocatam, quam eo magis reuocare licuit, tum quia cum emanauerit de tempore, quo per superuiuentiam vltimi emphitheutæ prima inuestitura adhuc durabat, non potuit statim sortiri, & locum trahere executionem, sed eam expectabat in tempus futurum, post mortem scilicet eiusdem emphytheutæ; Ex qua ratio-
7 ne dicimus in simili, † quod reuocabilis est nominatio facta ad Cappellaniam vacaturam, vt fuit decisum in *Giennen. Cappellaniæ 23. Martij 1620. § minus obstat, coram Sanctiss. D. Nostro,* quodque hæres grauatus restituere post mortem vni ex familia Testatoris per eum eligen-do potest electionem, seù nominationem ante
8 mortem factam reuocare, † vt probat *text. in l. unum ex familia in princ. ff. leg.2.* & tradit *Crot. cons.11. num.36. Rimin. Iun. consil.112. num.182. vers. præsertim, Surd. consil.264. num.34. & seqq.* vbi addit, quod nominatio facta ante mortem nullum ius tribuit nominato, & magis in ter-
9 minis, † quod ius petendi renouationem non sit considerabile antequam extincta sit generatio, dixit *Rot. decis.664. sub num.11. infrà med. vers. non autem, part.2. recent.* quodque locus sit
10 pœnitentiæ, & variationi, † quando alteri ius quæsitum non fuit, tradit in terminis renouationis emphytheusis, *Caldas de emphyt. tit. de renouat. lib.1. quæst.19. num.37. in fin.*

Tum quia emissa fuit in precibus pro obtinendo beneplacito Sac. Cōgregationis Conc. eidem Congregat. porrigendis, & propterea dependenter à dicto beneplacito, quod quicquid sit an esset necessarium, declarationem nihilominus ad illud obtinendum emissam, ac ordinatam qualificat, itaut Rector eatenus de-

11 declarauerit velle renouare, † quatenus Congregationis beneplacitum accederet, *iuxtà theoricam Gemin. conf. 20. num. 4. Siluan. conf. 56. nu. 19. Ceph. conf. 516. num. 34. Cocc. decif. 144. num. 41.* Vndè fit, vt eo non obtento ipsa declaratio, vel de se corruat, vel saltim reuocari potuerit ex allegatis in *prima decif. §. voluntas*. Facilius, quia nec aliquando dictæ preces fuerunt Sac. Cōgregationi porrectæ; Ex indè enim assequimur non habuisse Rectorem deliberatam voluntatē renouandi, sed initiatiuam dumtaxat,
12 ex qua alter nullum ius acquiritur; † sicut in simili denominatione ad beneficiū nondum superiori exhibita, *Abb. in cap. fin. sub num. 4. de iurepatr. Garz. de benefic. part. 7. cap. 1. numer. 34. Rot. coram Penia decif. 4. num. 5. & seqq. & nu. 16. & 17.* & in *Aquilana Iurispatronatus 24. Ianuarij 1646. §. nam pro declaratione coram R. P. D. meo Corrado*.

Tum tertiò, quia in dictis precibus Rector credidit, ac supposuit renouationem esse vtilem Ecclesiæ, ibi: *Attesa l'euidente vtilità, &c.* quod suppositum erroneum cōuincitur, cum imò perniciosissimum esset Ecclesiæ pro annuis scutis 12. vt ibi exponitur relocare has domos, ex quibus annuatim scuta 77. perci-
13 piuntur, & hic error amouet † à Rectore renouandi tàm voluntatem, *l. sed hoc ita, ff. acqu. plu. arcen. Buratt. decif. 19. num. 10.* quam potestatem, quia renouatio etiam rei solitæ locari fieri non potest absque euidenti Ecclesiæ vti-
14 litate † inspecto tempore præsenti, quo illa fit, vt tradit *Honded. conf. 51. num. 60. & 61. lib. 1. Molin. de iust. & iur. disput. 468. num. 17. Crat. discept. 813. nu. 17. & 40. Castrop. oper. moral. tom. 2. tit. de reueren. debit. Ecclef. disput. vnica, punct. 15. §. 4. sub num. 4. verf. secunda conditio, Caf. de Graff. decif. 3. num. 16. & decif. 4. per tot. de reb. Ecclef. non alien. Rot. inter recent. decif. 243. nu. 15. part. 7.*

Ex quibus nullatenus vrget *decisio in Mutinen. Emphytheusis 28. Maij 1638. coram Reuerendiss.*
15 *D. meo Decano*. † Quia in eo casu, vt ocularitet ibi legitur, non aderat simplex declaratio Ecclesiæ, sed vltrò deuentum fuerat ad actualem inuestituram extranei, & inuestitura non detegebatur Ecclesiæ præiudicialis, vt in casu nostro.

Cum itaque incontinenti appareat nullam Io: Petro competere defensionem, seù actionem ad renouationem petendam, & clara sit
16 deuolutio ob lineam finitam, † denegari non potest manutentio Ecclesiæ ex deductis in alia decisione, quam hodie Domini confirmarunt vtraque parte informante.

R. P. D. CORRAADO.

Posteà S. Romanæ Ecclesiæ CARDINALI.

Romana Saluiani.

Veneris 18. Februarij 1650.

ARGVMENTVM.

Hypotheca resoluitur si res hypothecata ad creditorem titulo dominij perueniat emptione, adiudicatione, vel simili. Et licet ipse posteà virtute pacti de redimendo eamdem rem retrouendat, attamen hypotheca resoluitur si pretium receperit; Et concordatur contraria opinio.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio Aegidiana non habet locum stante iniustitia sententiæ.*
2 *Saluianum non competit sine hypotheca.*
3 *Hypotheca resoluitur ex acquisitione dominij rei hypothecatæ.*
Quod procedit etiam si acquisitum fuerit dominiū cum pacto redimendi, dummodo redemptio fuerit secuta præuia solutione pretij. num. 4. & num. 6. & 14.
5 *Text. in l. voluntate creditoris, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. Declaratur, & num. 7.*
Hypotheca reuiuiscit si res hypothecata à creditore acquisita postea redeat ad debitorem. numer. 5. & 13.
Quod procedit si acquisitio non fuerit plenè, ac perfectè completa, vel ille contractus effectum non habuerit secus è contrà. num. 7. 8. 9. & 10.
Vel si ab initio fuerit per pactum conuentum, quod res à debitore recuperari deberet. num. 9. & 15.
10 *Actus idem non potest contrarios producere effectus, scilicet extinctionis, ac præseruationis hypothecæ.*
11 *Creditor alicuius rei recepto illius pretio idem est, ac si rem illam penès se haberet.*
12 *Hypotheca per solutionem extincta reuiuiscere non potest.*
Et debitor, ac ab eo causam habentes non possunt amplius molestari. num. 14.
16 *Cessio iurium operatur, vt omnia iura cedentis integra transeant in Cessionarium.*
17 *Cedens iura non potest eis vti in præiudicium Cessionarij. Et causam ab eo habentis.*
Etiam si adsint verba ita quod non retorqueantur, quia non comprehendunt casum in quo molestia sint ab ipso cedente illata. num. 18.

DECISIO XVIII.

PRAEVIA sententia Rotali bonæ mem: Pirouan. obtinuerunt DD. de Taurinis, & Montagutis mandata contra bona hæreditaria q. Francisci Zeccadori pro summa scutorum 3076. & baioc. 80. præter damna, & interesse vsque ad integram satisfactionem in eadem sententia comprehensa. Quæ fuerunt successiuè executa super domo nunc controuersa, illis demùm adiudicata pro pretio scutor. 2300. Reseruato iure Michaeli Angelo fratri, ac Hæredi dicti Francisci cum beneficio legis, ac inuentarij eam recuperandi infrà terminum sex mensium, prout ab illo recuperata fuit soluto dicto pretio præfatis DD. de Taurinis, & subindè dotis titulo translata in D. Catherinam eius filiam, ac eius virum. Contrà quos instituto nuper coram A. C. iudicio pro eisdem DD. de Taurinis prolata fuit sententia immissionis in possessionem eiusdē domus ex remedio vtilis Saluiani interdicti pro satisfactione residui prædicti eorum

rum crediti. Verùm commissa mihi causa appellationis pro parte dd. Coniugum interpositæ cum clausula, *Constito, quod sit locus Aegidiana, &c.* Hodie proposui dubium iuxtà formam rescripti. Cui Domini negatiuè respon-
1 derunt stante iniustitia sententiæ, † quæ impedit illius Constitutionis effectum, ac in ea specialiter excepta legitur *lib. 6. cap. 2. iuxta gloss. communiter receptam in cap. ex conquestione in verb. post appellationem, &c. de rest. spoliat. Gabr. cons. 36. num. 1. lib. 2. Rot. penès Card. Seraphin. decis. 603. in princ. Card. Mantic. decis. 33. sub nu. 2. vers. neque ad rem pertinet, &c. & nu. 11. vers. quod autem, &c. san. mem. Gregor. decis. 491. num. 5. vers. quoniam autem, &c. Buratt. decis. 152, num. 10. vers. ex quibus, &c. & in recent. decis. 88. nu. 2. vers. ad effectum autem, &c. part. 6.* ac in alijs relatis in *Bononien. fideicommiss. de Rubeis 23. Maij 1644. coram me, in §. hincque pariter euitatur, &c.*

Iniustitia verò Dominis visa fuit manifesta ob defectum hypothecæ dd. DD. de Taurinis, qua cessante certum est propositum Saluiani
2 remedium eis non competere, † quod licet sit interdictum adipiscendę possessionis, est tamen de pignioribus, idest de possessione rerum obligatarum, *l. 2. §. Saluianum*, vbi hoc explicat *gloss. in verb. pignoribus, ff. de interd.* & probatur ex *l. 1. ac 2. ff. de salu. interd.* & plenè *Rot. decis. 34. sub num. 26. vers. quo circa stante remissione pignoris, &c. cum seq. part. 2. diuers.* & penès *Burat. decis. 257. num. 14. vers. & consequenter, &c. & decis. 774. num. 7. vers. verùm dixerunt, &c. Coccin. decis. 50. num. 2. vers. nihilominus, &c. ac in recent. decis. 385. nu. 3. vers. data autem nullitate census, &c. part. 1.* ac sæpè in alijs.

Cũ enim Domus hæc fuerit illis in causam eorum crediti adiudicata die 16. Martij 1635. vt apparet ex publico Instrumento, certum est
3 quod ex ea die, † qua illius dominium in ipsos translatum fuit extincta remansit quæuis hypotheca eius priùs acquisita, *l. si quis ædes, ff. de seru. vrb. præd. l. eleganter, in princ. ff. de pign. act. l. Titius, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. l. neque pignus, ff. de reg. iur. l. si prædium, C. de euict. Surd. decis. 51. nu. 3. vers. hinc est, cum seq. & decis. 266. sub num. 3. vers. credidit tamen Senatus, & seqq. per tot. Rot. penès Card. Seraphin. decis. 1333. num. 2. vers. vndè cum Casale, &c. ac seq. & in recent. decis. 347. num. 6. vers. & in re propria, &c. part. 5.* & alijs relatis per *Staul. de Salu. interd. inspect. 3. cap. 2. sub num. 268. vers. & sic non potest dici, &c. cum seq.*

Non obstat, quod translatio dominii non fuerit ex eo contractu irreuocabiliter facta in creditores ob facultatem redimendi dicto Michaeli Angelo concessam, & re ipsa completam.

Quia cum dominij reuocatio in proposito casu fieri deberet, prout facta fuit iuxtà formam etiam præscriptam à *Statut. Vrbis. lib. 1. cap. 194. vers. possit tamen illa bona, &c.* mediante retrouenditione, ac solutione pretij ab eisdem DD. de Taurinis recepti, vt apparet ex publicis Instrumentis sub die 8. Iulij 1636. & sub
4 die 15. Martij 1638. † Ex hoc sanè non solùm inualescere, ac reintegrari non potuit hypotheca dd. Dominorum, sed efficacius extinctæ fuerunt omnes eius reliquiæ, *l. si debitor, §. si in venditione,* vbi *Fulgos. sub num. 2. uers. nota creditorem, &c. l. item liberatur in princip. l. si consensit in princip. l. sicut, §. si voluntate, & l. pen. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. l. 2. l. cum te à debitore, C. de remiss. pign. Crau. cons. 298. sub num. 10. uers. ratio igitur, &c. Gabr. cons. 155. sub num. 11. uers. secundo quia, &c. lib. 1. Rot. penès Duran. decis. 445. numer. 57. uers. tamen quia creditor, &c. & decis. 449. num. 3. uers. imò Sforzia eo ipso, &c. cum seq.*

Minus obstat, quod resoluta per huiusmodi retrouenditionem vigore reseruationis in ipso Instrumento factæ adiudicatione, domus in pristinam causam ad hęredem Francisci redierit, ac proindè eisdem hypothecis præce-
5 dentibus obnoxia, † vt respondit *I. C. in l. voluntate creditoris, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. gloss. in l. fin. in uerb. indignum esse, vers. vel refert an ex eadem, vel simili causa, &c. C. de remiss. pign.* & iuxtà *theor. Bart. in l. in diem, sub nu. 2. vers. tota die contingit, &c. ff. de aqua plun. arcend.*

Quoniam esto (illæsa veritate) quod domos per Michaelem Angelũ hæredem Francisci dictæ facultatis vigore recuperata penès eum subindè fuerit eodem hęreditario titulo, quo ad ipsum anteà peruenerat, non tamen in eamdem hypothecam Dominis de Taurinis prius competentem reincidisse censeri potest, quæ in ipso recuperationis actu mediante illorum consensu retrouenditioni præstito, & facto receptionis pretij remansit prorsus extincta (prout dictum est) itaut amplius re-
6 uiuiscere non potuerit, † licèt futura quoque bona comprehenderet, iuxtà *text. in dicta lib. fin.* vbi *DD. omnes, C. de remiss. pign. Negus. de pignor. in 3. membr. 6. part. sub nu. 21. vers. nono amplia, &c. Didac. resol. 12. sub num. 1. vers. nam res ipsa, &c. lib. 3. Asin. de execut. §. 6. cap. 102. sub nu. 2. uers. nec minus prædicta procedunt, &c. Surd. decis. 163. sub num. 1. uers. extat enim textus, &c. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 31. sub nu. 60. uers. sed hoc loco aduertendum est, &c. & decis. 146. sub nu. 8. uers. neque etiam obligatio, &c.*

Neque repugnant leges pro limitatione adductæ. *cum gloss. in dicta l. fin.* quam *DD. communiter sequuntur.*

Siuè quia procedunt in casu quo cõtractus cum creditore, vel alio, ipso consentiente super bonis hypothecatis celebratus, aut non fuit re ipsa completus, aut ita facto partium, seù Iudicis resolutus, & nullum habuerit effe-
7 ctum. † Tunc enim iustum, & æquum est, quod sicut debitori, ita, & creditori ius pristinum restituatur, vt respondit *I. C. in d. l. voluntate, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu.* & comprobatur in pręcedenti *l. sicut, §. si voluntate, cum §. seq. ff. eodem tit.* in quibus terminis loquitur *gloss. in d. l. fin.* ac ibidem *Placentin. Iacob. de Aren. Cyn. Bart. Bald. Angel.* & post alios explicat *Hug. Donel. sub num. 7. uers. remissionis pignoris hac vis est, &c. Erbnc. Conan. in cõmentar. iur. lib. 4. cap. 19. sub num. 3. uers. quid autem si de voluntate creditoris venditum est pignus, &c. cum seq.* Non autem quando verè, & bona fide initus, atque perfectus fuit, licet deindè debitor bona ipsa fo-

ruto

soluto pretio ex eadem,† vel alia causa redemerit, vt ex generalibus verbis, ac ratione *text. in d. l. fin. C. de remiss. pign.* sentiunt ibidem post *Franc. Accurs. Alberic. sub numer. 1. vers. & licet gloss. &c. Hug. Donel. in fin. uers. sic autem rem carere suspicione, &c. Franc. Conan. d. cap. 19. sub nu. 4. uers. Aliud est dicendum, &c.* & sequitur *Asin. de execut. §. 6. cap. 102. sub num. 2. uers. Id autem intellexit, &c.*

Siuè, quia certè intelligi debent prout loquuntur, quando res per debitorem creditoris consensu in tertium alienata ab eodem ex pacto à principio conuento recuperatur.
9 Sicque † ad pristinam causam redit, à qua temporaliter non perpetuò fuerat extracta, &
10 separata; † Non autem quando ab ipsomet creditore soluto illi pretio redimitur, quia non potest idem actus contrarios producere effectus extinctionis nemdè, ac præseruationis, & reintegrationis hypothecæ, *contr. l. qui hominem, §. fin.* vbi *gloss. in verb. liberatur, adducit concord. ff. de solut. Alex. consil. 66. in causa, & lite sub num. 17. uers. quinimò, &c. lib. 3.* Nec credi-
11 tor iure conqueri valet, † qui recepto pretio eiusdem rei commodum substantialiter consequutus est perindè, ac si illas penès se haberet, ità quod finalem adiudicationis effectum realiter obtinuit, *ad text. in l. labeo, §. item si Dominus, ff. de uerb. signific.* vbi *gloss. in uerb. pretium adest, & DD. Surd. decis. 206. num. 12. uers. secundò respondeo, &c. Caualer. decis. 579. nu. 4. uers. vtique tale pretium, &c. Pen. decis. 603. nu. 14. uers. secundò respondebatur, &c.* Ideòque meritò non potest hoc casu reuiuiscere hypotheca per so-
12 lutionem extincta. † vt dictum est, & probatur *ex text. in d. l. eleganter in princip. ff. de pign. act. & in l. si prædium, Cod. de euict. gloss. in l. libera, in uerb. non prohiberis in fin. C. de sent. & interloc. omn. Iud.* & benè explicat *Mant. de tacit. lib. 11. tit. 31. sub num. 48. uers. & quidem, &c. cum seq.* dicens, quod tunc demum resoluto cõtractu reinte-
13 gratur hypotheca, quando eadem ratio, † ob quam contractus resoluitur æquè viget pro conseruatione, ac reintegratione hypothecæ. Secùs autem si non vigeat. Vndè fortiùs si ratio resolutionis contractus præseferat extinctionem hypothecæ, vt in hoc casu.

Postremò non obstat, quod saltem comprehensa fuerit sub hypotheca futurorum bonorum dicti Michaelis Angeli ad fauorem dd. DD. de Taurinis, vel D. Ioannis alterius ex eis pro satisfactione eiusdem debiti contracta in Instrumento sub die 29. Martij 1630. celebrato.

Quia per adiudicationem, retrouenditionem, ac solutionem pretij (vt dictum est) subsecutas extincta fuit quæcumque præcedens hypotheca super dicta domo ex quauis
14 causa competens DD. de Taurinis, † ita vt Michael Angelus, & causam habentes ab illo non possint amplius ex huiusmodi causis molestari, *ad l. & si is, ff. de distr. pign.* & specialiter deciditur *in d. l. fin. C. de remiss. pign.* vbi *Cyn. in fin. uers. postremò, &c. & Bald. sub nu. 1. uers. nota quod obligatio habens duo capita, &c. Salyc. sub num. 4. vers. quærò cur in casu nostræ legis, &c. & Alberic. sub num. 1. uers. alia ratio est, &c. Neguz. de pignor. in 1. memor. 6. part. sub num. 41. uers. aduerte tamen, &c.* Nisi expresso partium consensu
15 fuerit renouata † (in quibus terminis DD. in contrarium adducti loquuntur, & intelligi debent) *iuxtà text. in d. l. cum te à debitore, Cod. de remiss. pign.* & probatur *ex text. in d. l. si quis ædes, uers. & si rursus, ff. de seru. vrb. præd.* ac explicant *in d. l. fin. Iac. Cuiac. in fin. uers. semel remissa hypotheca, &c. & Hug. Donell. sub d. num. 7. uers. remissionis pignoris hæc vis est, &c.*

Præterea Domini considerarunt Domum hanc retrouenditam fuisse Michaeli Angelo hæredi beneficiato Francisci, soluto per ipsum DD. de Taurinis integro pretio, quo fuerat illis adiudicata, cum cessione iurium, vt legitur in prædictis Instrumentis, cuius vigore,
16 si quæ † adhuc super d. Domo iura creditoribus competebant non extincta transierunt integrè in dictũ emptorem, ac cessionarium, *iuxta text. in l. soluitur, §. si conuenerit, uers. aliud est, &c.* ibique *gloss. in uerb. integrè, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. Dec. cons. 104.* & diligenter *sub num. 2. uers. sed prædictis non obstantibus, &c. cum seqq. Rot. penès Duran. decis. 310. sub num. 2. uers. cum in eum vigore dictæ cessionis, & decis. 401. nu. 4. uers. quia cessionario &c. ac in recent. dec. 208. sub num. 3. uers. cum enim, &c. & decis. 248. nu. 1. uers. quia fuit responsum, &c. part. 4.* Ac proindè non possunt modò cedentes eis vti super ea-
17 dem re in præiudicium illius, † & causam habentium ab eo, *l. quæritur, §. si venditor, ff. de ædilit. edict. Surd. cons. 513. sub num. 5. uers. secundò repellenda videtur, &c. & seqq. Rota decis. 336. sub nu. 1. uers. non potest denuò redire, &c. ac decis. 382. sub num. 1. uers. quantum attinet, &c. part. 1. & decis. 373. sub num. 22. uers. Atquè hoc præsertim, &c. part. 4. recent.* & in specie benè probat *Crauett. in d. cons. 298. nu. 10. uers. ratio igitur, &c. cum seq.* dicens, quod vel hypotheca per adiudicationem, ac venditionem successiuè factam communi iure venditoris soluta, & extincta fuit, vel superfit eo quia res vendita fuerit iure creditoris transijt in emptorem, ita quod nullo casu potest ampliùs creditor ad eamdem rem experiri.

Nec eiusdem cessionis efficaciam adhunc effectum offendunt clausulæ, *ita quod non retorqueatur, &c.* & aliæ similes.

Quia non comprehendunt casum, quo ab ipso cedente inferuntur molestię super eadem
18 re, † cuius pretium illi solutum fuit. Hoc enim ab omni iustitiæ, ac æquitatis ratione prorsùs abhoret, *l. bona fides, ff. de reg. iur. cap. bona fides, eod. tit. in 6. Dec. d. cons. 104. sub num. 4. uers. tertiò hoc probatur, &c. & seq.* & respondit *Rota in Romana Officij Notariatus 26. Iunij 1641. coram bon. mem. Merlino in §. Neque obstat quod Paradisus, cum seq.* & rursùs in eadem *coram R. P. D. meo Peutingero 20. Nouembris 1645. in §. Nec refert, quod hæc cessio, &c.* cõfirmata *27. Iunij 1646 & 20. Februarij 1647. coram eodem.*

Atque ita fuit conclusum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. CELSO,
Postea Eminentiss. CARDINALI
Sulmoneñ. Beneficij.

Mercurij 13. Martij 1650.

ARGVMENTVM.

Præsentatus à maiori parte Patronorum debet institui. Maior pars Canonicorum ad faciendam præsentationem intelligitur, & sufficit de congregatis in Capitulo, non autem de absentibus, vbi, an, & quando absentibus non vocatis præsentatio valeat.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus à maiori parte Patronorum debet institui.*
2 *Gratia Papæ est obreptitia, quando fuit illi narratum præsentatum habuisse medietatem vocum, & non iustificetur.*
3 *Præscriptio vocum inter Compatronos præscribitur spatio annorum 40.*
4 *Præsentatio facta ab hærede, vel legatario Patroni ante confirmationem Ordinarij non obstat alteri præsentato à Compatrono.*
Contrarium num. 5.
6 *Ius præsentandi transit ad hæredes.*
7 *Aditio hæreditatis resultat ex præsentatione facta, quæ testatori competebat.*
Quod procedit etiamsi antea hæreditas repudiata fuisset, num. 11.
8 *Hæreditas semel adita amplius repudiari non potest.*
9 *Hæres semel semper hæres repudiatione non obstante.*
Præcipuè si repudiatio sit facta ab Officialibus alicuius loci pii absque solemnitatibus, & beneplacito Apostolico. num. 10.
12 *Maior pars non constituitur nisi adsit vnus vltra medietatem Canonicorum.*
Quod intellige verum respectu Canonicorum congregatorum pro Capitulo, non autem respectu numerum integrum ad omnes de Capitulo, num. 13.
14 *Præsentatio facta à Canonicis præsentibus tantum non vocatis absentibus valet, licet absentes possent dare de contemptu.*
15 *Consuetudo multum est attendenda in materia vocandi absentes ad præsentationem.*
16 *Iuspatronatus in postremo descendente desinit esse gentilitium, & fit hæreditarium.*
Appellare, vel minus solemniter appellare paria sunt. Carol. Marant. resp. 20. num. 9. & resp. 95. num. 29.

DECISIO XIX.

POST sententiam Rotalem, in qua pronunciatum fuit Fabium de Sanitate esse instituendum emanauit *decisio sub die 10. Martii 1649. coram bo. mem. Arguelles* * pro illius confirmatione, & hodie reproposita causa, iterum DD. perstiterunt in resolutis, moti ex eo, quia Fabius præsentatus fuit à maiori parte
1 Patronorum, † itaut merito concedenda sit illi institutio, *iuxta tex. in cap. quoniam, & ibi glos. verb. qui maioribus, de iurepatr. Lambert. eod. tract. par. 3. lib. 2. quæst. 4. art. 1. per tot. Garz. de benef. par. 9. cap. 2. num. 257. Guttier. canonic. quæst. lib. 2. c. 11. nu. 20. Rot. in Lucana Iurispatronatus 25. Iun. 1638. coram Reuerendiss. Salamantino, in Neapolitana iurispatronatus 27. Ianuarii 1644. coram Eminentissimo Card. Otthobono, in Comen. Cappellæ 27. Aprilis 1648. & 26. Februarij 1649. coram Reuerendissimo D. meo Decano, in Piscien. Beneficij 26. Nouẽb. 1650. coram me, 21. Aprilis 1651. coram R. P. D. meo Roias & 20. Nouembris eiusdem anni coram R. P. D. meo Zarate, & in Cracouien. præpositura Sancti Floriani 28. Iunij 1651. coram R. P. D. meo Verospio.*

Quod autem huiusmodi fundamentũ subsistat, patet manifestè; quia ex quatuor partibus spectantibus olim ad Catharinam de Aristotile, quod exaduerso non controuertitur, & desumitur ex sententia Ordinarij lata de anno 1552. ipse habet duas peruentas in Ioannem Carolum de Nigris, & eius hæredes, & quartam partem totius Iurispatronatus competentem Capitulo Cathedralis Sulmoneñ. itaut Tabassius, qui solum habet duas pertinẽtes ad Margaritam, & alias duas prætensas à Cælestinis non possit cum
2 eo concurrere, & falsò narrauerit Papæ, † se habere medietatem vocum, *iuxta tex. in cap. si motu proprio 23. de præben. in 6. Rot. post Garz. de benef. par. 10. cap. 3. num. 12. vers. narratiuam quoque san. mem. Greg. decis. 452. sub num. 3. Burat. dec. 316 num. 13. Duran. decis. 100. nu. 6.* & firmatum fuit *in Aquilana iurispatronatus 24. Ian. & 4. Iun. 1646 coram R. P. D. meo Corrado.*

Maximè, quia vox Cælestinorum, quos ab anno 1552. non apparet vnquam præsen-
3 tasse, sublata fuit per præscriptionem, † quæ inter Compatronos inducitur etiam per spatium 40. annorum, vt notat *Bald. in l. 2. nu. 10. C. de seruit. & aqua, Rot. diu. decis. 229. à num. 1. par. 1. coram Duran. decis. 125. num. 6. & in recen. decis. 146. sub num. 5. vers. vnde possent, par. 2. & dec. 191 num. 13. par. 5. & latè in Mutinen. beneficii 27. Martii 1648. coram bo. me. Arguelles.*

Nec facit, quod Hercules legatarius præfati Ioannis Caroli præsentauerit ante confirmationem obtentam ab Ordinario, quæ licet
4 postmodum superuenerit, † non possit tamen retrotrahi ad diem præsentationis in præiudicium Tabassij, cui medio tempore fuit ius quæsitum; Nam aut talis præsentatio est attendenda, etiamsi confirmatio postea superuenerit, cum emanauerit intra quadrimestre,
5 & agatur de legato, † & fauore vltimæ voluntatis, vt probat *Rocch. de iurepatr. verb. pro eo sub num. 9. vers. in contrarium, Sanchez cons. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 77. num. 6.* & firmauit *Rot. coram Duran. decis. vlt. num. 10. & 11.*

Aut verò non est attendenda, & adhuc suffragatur Fabio præsentatio obtenta à Gubernatoribus, & Officialibus Sanctissimæ Annũciatæ hæredis Ioannis Caroli de Nigris existentis in quasi possessione præsentandi, pe-
6 nes † quos hæredes remansit dictum Iuspatronatus, & præsentandi facultas, *iuxta doctr.*

Abb.

Abb.in cap.cum seculum in fin. de iurepatr. Rocch. eodem tract.verb.ipse, vel is quaest.7. num.15. vers. hinc dicunt, & num.16.Rot.coram Put.decis.18. per tot.lib.2.Pen.decis.31.num.4.& in recen. decis.337. num.7. par.2.

Obiectum verò, quod Officiales praefati non adiuerunt illius haereditatem cessat ex facto, & ex Summ. dato in calce responsionis
7 *num.2.*& dum ipsi vti tales praesentarunt,†censentur hereditatem eiusdem Ioannis Caroli adiuisse, *l.pro haerede,20.& l.gerit 77. ff.de acquir. haeredit.*& in his terminis *Rot. in Auersana iurispatronatus 23.Iunij 1603.coram Litta, & dec.350. num.8.in fine coram Merlino,& in recen.decis.265. num.2. par.3.& decis.77.eod.num.par.4.*

Nec obstat praetensa repudiatio deducta ex quadam comparitione, & declaratione facta coram Commissario Fabricae; Nam cum he-
8 reditas iam esset adita, † amplius repudiari non valuit, *l.sicut,C.de repud.haeredit.Dec.cons.14 sub num.6.vers.& retenta,Rota decis.495. num.7.in*
9 *fine par.1. recent.* & semel haeres † per repudiationem non desinit esse haeres, *Rot. coram Buratt.decis.847.num.10. & in Romana haereditatis de Gabriellibus 20.Febr.& 1. Decembris 1617. coram S.D.N.Innocentio X.*

Praesertim cum talis declaratio fuerit simplex subterfugium ad euitandas molestias, quae inferebantur ab eodem Commissario Fabricae, & emanauerit absque beneplacito
10 Apostolico,†& alijs solemnitatibus omninò requisitis, vt tradit *Bald.in l. pupillorum num. 2. C.de repud.haered. Redoan.de reb.Eccles. non alienan. verb.pariter repudiatio,col.2.num.10. in fine,& num. seq. fol.mihi 14.Surd. cons.501. num.11.* & plenè firmatum fuit *in Callien.haereditatis 1.Febr.1638. coram R.P.D.meo Verospio*. Immò dum postea
11 iidem Officiales † vti haeredes praesentarunt, censentur praefatam repudiationem reuocasse, *Rot.decis.265.num.2. par.1.recen.& decis.96.n.10. & seq.par.6.& coram Merlino decis.539. sub nu.8. vers.vltra quod,& num. seqq.& decis.798.num.18. & 19.*

Minus releuat, quod ex vndecim Canonicis dictae Cathedralis Sulmonen. quinque tantum Fabium praesentauerint, qui non consti-
12 tuunt maiorem partem; † vt est necesse ex adductis per *Rot. decis. 809. coram Buratt.* Nam cum in Capitulo habito pro huiusmodi praesentatione, & legitimè congregato, non inuenerint nisi nouem Canonici, dicti quinque faciunt maiorem partem; cum maior pars
13 attendatur habito respectu ad praesentes,†non autem ad absentes, ac omnes de Capitulo, *iuxta not.per Abb.in cap. licet 6. num.14. & in cap. Cumana 50.num.9.vers. pro declaratione,& in cap. Ecclesia vestra 57.num.6.de elect. Federic. de Senis cons.65. num.1. vers.ad id, quod dicitur, Lap.alleg. 131.num.3.Lambert. de iurepatr. lib. 2. par.3. q.4. art.2.num.8. Rot.in recent.decis.20. num.5.& seqq. par.6.coram Buratt. decis.225. num.2. cum aliis per Adden.ad eundem decis.572.num.22.*

Nec dicatur, quod saltem duo absentes erant vocandi, quia nihilominus valet prae-
14 sentatio facta à praesentibus,† quamuis non vocati possint dare de contemptu, *Innocen. in cap.in genesi 55.num.8. vers.istis commutatis, ibique Abb.num.10.de elect.Calder.cons.11. de iurepatron. Lambert.eod.tract.lib.2.par.2. art.19. num.15. post medium, & num. seq. Gonzal. super reg.8. gloss. 56. num.79.*

Quae conclusio eo facilius procedit in praesenti casu, quia constat de consuetudine non vocandi absentes, de qua testantur omnes
15 Canonici eiusdem Ecclesiae;†illa enim in hac materia plurimum attendi debet, *vt est text.in cap.cum in Ecclesijs 33.de praeben. & explicat gloss. in cap.coram.dilecto 35.verb.in prouincia,vers.in talibus, & in dicto cap.in genesi 55. verb.de consuetudine de elect.* & vltra adductos *per Barbos.de iur. Eccl.vniuers.cap.19.num.89.* firmauit *Rota coram Put.decis.14.sub num.5.lib.2.*

Demum non obstat, quod Iuspatronatus, de quo agitur sit Gentilitium, quia defecta linea de Aristotele, fuit effectum haereditarium, *iuxta cons. Anchar.81.num.1.& per tot.Paris. cons. 84.num.21.lib.4.Rot. diu. decis.385. num.1. & per tot.par.1.& coram Merlino decis. 450. num.14. & decis.798.num.25.*

Ex his,& alijs deductis in decisionibus huius causae ita resolutum fuit,informante vtraque
16 parte coram bon. mem.†Arguelles, in cuius locum ego subrogatus de ordine Reuerendissimi Domini mei Decani Decisionem extendidi &c.

☞ *Decisio ista sub die 10. Martii 1649. in hac eadē causa emanata habetur supra decis. 393. part.10. recent. Plures decisiones in hac causa emanatas, annotatas habes supra ad decisionem 4. hac eadem parte 11.recent.*

R. P. D. BICHIO.

Forosempronien. Bonorum.

Lunae 15.Martij 1650.

ARGVMENTVM.

Legitima, siue illius supplementum non debetur matri binubae, sed tantummodo vsusfructus. Quae conclusio limitatur, quando filius relinquit bona non prouenientia à paterna substantia, quia tunc debetur legitima,vel supplementum etiamsi filius illā matri prohibuerit.

SVMMARIVM.

1 *Legitima, siue illius supplementum debetur matri.*
Etiamsi ab illa non fuerit agnitum.num.2.
3 *Supplementum legitimae praescribitur spatio triginta annorum.*
4 *Supplementum legitimae non debetur matri binubae, sed tantummodo vsusfructus, vide num.9.*
5 *Proprietas mortuo vsufructuario trahit ad se vsumfructum.*
Quod procedit etiam in legitima.num.6.
7 *Mater transiens ad secunda vota non petito tutore filijs, priuatur vsufructu.Vide num.34.*
Imo etiam legitima.num.8.
9 *Mater binuba debet consequi legitimam in bonis filij,*

lii, aliunde quam à patre ipsi obuentis.

Quod procedit siue testatus, siue intestatus filius moriatur: Et si minus legitima reliquit aget mater ad supplementum, num. 10. & 12.

Cuius conclusionis ea est ratio, quod ius petendi legitimam metiendum est à successione ab intestato, num. 11.

12 *Supplementum legitimæ matri binubæ debetur ex bonis à filio aliunde quam à patre acquisitis etiã stante filij prohibitione.*

13 *Pœna secundo nubentium non habent locum in bonis filii non prouenientibus à patre, & num. 9. & 12.*

14 *Legitima quando est debita etiam filiis inuitis debetur.*

15 *Text. in auth. de Nupt. §. hinc nos declaratur usque ad num. 27.*

16 *Supplementum legitimæ est contra testamentum.*

17 *Legitima, vel eius supplementum non debetur extraneo.*

18 *Legitima etiam ascendentium relinqui debet titulo institutionis; vide num. 22.*

19 *Mater transiens ad secunda vota infert iniuriam et marito, & filio mortuis.*

Quod intellige vt num. 28. & seqq.

23 *Filius qui matri legitimam non reliquit non dicitur legitimè testatus fuisse.*

24 *Ius petendi legitimam, vel supplementum numquam censetur prohibitum vel à lege, vel à statuto, si dictio taxatiua non adsit.*

25 *Mater potest in vim testamenti obtinere partem relictam siue legitimæ, & reliquam conditione ex lege.*

26 *Correctio non inducitur nisi expressè dicatur, vel data necessaria incompatibilitate, & num. 27.*

30 *Verbum rogo aliquando in vltimis voluntatibus importat præceptum, & prohibitionem.*

31 *Verbum, rogo, resoluitur in simplices preces sic suadente Testatoris voluntate ex testamento elicita.*

32 *Verba quatenus de iure debeatur non important prohibitionem.*

33 *Legitima vbi non est expressè prohibita dicitur debita secundum tacitam voluntatem.*

34 *Mater transiens ad secunda vota non tenetur petere tutorem pro filio, si viuat auus paternus.*

35 *Mater potest petere legitimam etiamsi transierit ad secundas nuptias, quando filius maior factus non excepit contra matrem de ammissione legitimæ.*

36 *Legitima non potest peti non firmato statu hæreditatis.*

Quod intellige verum respectu taxatione quotæ specificè, non autem generaliter in triente, vel aliis, num. 37.

38 *Legitima filij præmortui debetur pro medietate matri, & pro medietate fratri defuncti.*

DECISIO XX.

PETI à Comitissa Camilla Paciotta hærede Ascanij filij, & hæredis Dianæ supplementum legitimæ in bonis Antonij alterius filij
1 prædefuncti eidem Dianæ † debitum, §. pollulit itaque, *Auth. de hæred. & falcid. Peregr. de fideic. art.*
2 *49. in fin. Seraph. decis. 1331. num. 15.* † nec mors Dianæ ante illud agnitum, nec lapsus temporis vetat; Siquidem quia ipso iure à lege defertur, transmittitur ad quoscumque hæredes etiam extraneos, licet non agnitum, *Ayn. cons. 142. num. 2. Mant. de coniect. lib. 7. tit. 8. nu. 10. Grat. decis. March. 4. num. 2. & 3.* & in puncto
3 matris *Mart. cons. 151. num. 23.* † Neque præscribitur minori spatio triginta annorum, vt reprobato *Bart.* declarat *Bald. in l. si quis filium num. 6. in fin. C. inoff. testam. Galuan. cons. 13. nu. 108. Neguf. q. 535. num. 6. Rot. decis. 489. num. 1. & seqq. coram fa. me. Greg. XV. decis. 256. num. 5. coram bon. me. Card. Canaler.*

4 Vtique tamen vetare † videbatur eiusdem Dianæ transitus ad secunda vota Antonio filio adhuc viuente, ob claram dispositionem *tex. in l. feminæ, §. illud, C. de secund. nupt.* restringentis matris binubæ successionem in bonis filij prædefuncti ad solum vsumfructum donec vixerit, reseruata proprietate alijs filijs
5 prioris matrimonij, † quæ matre mortua etiã vsumfructum ad se traxit, *l. si quis prioris, §. illud; C. secund. nupt. §. finitur, instit. de vsufruct. Rot.*
6 *decis. 209. numer. 2. part. 1. recent.* Idque † procedere etiam in legitima alioquin matri debita tradit *Bald. in Auth. ex testam. ante num. 1. vers. pone ergo, C. secund. nupt. Peregr. cons. 78. num. 5. lib. 1. & cons. 17. num. 4. lib. 3. Menoch. cons. 237. num. 7. & seqq. Sanch. de matr. disp. 89. num. 19. lib. 7. Rot. decis. 80. num. 6. & 9. par. 6. rec.*

Imò cum Diana Antonio tempore dicti transitus impuberi tutorem à Iudice dari nõ
7 petierit, † ei nec quoad vsumfructum succedere ab initio potuit, *l. omnem, C. ad Sen. Consult. Tertull. Guttier. de tutel. par. 1. cap. 16. num. 32. &*
8 *seqq.* † & magis in terminis quod priuetur penitus legitima tradit *Bald. cons. 140. sub num. 1. post Bart. in l. 2. num. 13. ff. qui per tutor. Gabr. de tutel. concl. 1. num. 15. Neguf. quæst. 627. num. 5.*

Verùm quia supplementum legitimæ hodie petitur in bonis aliunde quam ex paterna substantia Antonio quæsitis, de quibus ex aduerso allegatus *tex. in l. feminæ* non loquitur, binubatus non obstat, debeturque in illis ma-
9 tri successio, † & per consequens legitima, pleno iure, ac si secundò non nupsisset, vt probat *tex. in l. mater ibi, Extrinsecus quidem quæsita filio, filiaue; simili firmitate possideat, C. ad Tertull. §. cum igitur, Auth. de non eligen. secundò nubën.* per quem corrigi dispositionem *d. l. feminæ* aduertit *Alba cons. 349. num. 1. Castr. Bald. Io. de Garronib. Crass.* & alij plures, quos refert, & sequitur *Rot. in Fauentina bonorum 5. Iulii 1649. §. aliâ verò, & §. seq. coram R. P. D. meo Celso;* quibus additur *Sicard. in auth. ex testam. num. 3. C. secund. nupt. Ang. Barbos. ibid. num. 4. & 5. Gomes. in l. 14. Tauri sub num. 2. Matthien. recopil. lib. 5. tit. 1. l. 3. gloss. 2. sub num. 15. Azeued. recopillat. lib. 5. tit. 1. l. 4. num. 43. Facchin. cons. 81. nu. 2. lib. 1. Bellon. iun. cons. 59. num. 54. & seqq. Neguf. quæst. 367. num. 15. Fontanell. decis. 52. num. 19.*

10 Siue filius decesserit intestatus, † siue cum testamento; itaut si in eo minus legitima matri reliquerit, agere matri liceat ad legitimæ supplementum, *Bald. in d. auth. ex testam. ante n. 1 vers. pone ergo, & num. 2. & cons. 314. num. 3. lib. 4. Castr. cons. 416. in princip. & num. 2. lib. 1. Socc. sen. cons.*

conſ.penul.num.4.lib.4.Menoch. conſ.237. num. 12. vbi diſtinguendo inter bona paterna, & alia, ait,in illis ſi filij primi matrimonij ſuperſunt, & defunctus cum teſtamento deceſſit; matri non deberi legitimam; in his verò deberi, prout deberetur ſucceſſio, ſi inteſtatus deceſ-
11 ſiſſet,† quia ius petendi legitimā metimur à ſucceſſione ab inteſtato, *Rim.iun.conſ.*305.*num.* 17.*& ſeq.Peregr.conſ.*80. *num.*22. *lib.*1. *conſ.* 417. *num.*3.*lib.*3. *Facchin.contr.iur.lib.*3. *cap.*63. *verſ. quibus non obſtantib. Mart. de ſucceſſ. legal. part.*2. *quæſt.*4.*art.*1.*num.*28. cum alijs, quos refert, & ſequitur *Moder.Piſaur.de imput.quæſt.*6.*num.*6.*& ſeqq.& Modern.Vrbinaten.in tract. de fratr. part.*3. *cap.*13.*num.*51.*& ſeqq.*

Etiamſi in teſtamento prohibuiſſet matri,
12 ne plus peteret,† quia cum in bonis aliunde quæſitis locum non habeant pœnæ ſecundo nubentium ex ſupra allegatis, ſicuti filius prohibere ſupplementum legitimæ non poteſt matri, quæ ſecundo non nupſit, *Suarez in l.quoniam in prioribus ampliat.* 16. *num.*3. *C. inoff. teſtam,Gomeſ.var.reſol.tom.*1. *cap.*11. *ſub num.*24. *Azeued.recopill.lib.*5.*tit.*8.*l.*1. *ſub num.*49. Ita nec poteſt matri binubæ, vt probat *tex. in* §. *cum igitur*, ibi, *Sed etiam contra teſtamentum ei datis allegationibus, ſi fortè filius eam prætermiſerit, aut irrationabiliter exhæredatam fecerit. Auth. de non eligen.ſec.nuben.* confirmatus *in* §.*hinc nos infra med.* ibi, *In reſiduis verò omnibus rebus,quæ aliunde erant filio præter paternam ſucceſſionem, veniant ſecundum vocationem noſtram*, & in fine ibi; *Alijs omnibus, quæ de ſucceſſionibus dicta ſunt parentum in filiis intactis remanentibus. Auth.de nupt. & tradit Io. de Garro lib.in d. Auth.ex teſtam. num.* 29. *in fin.* vbi ſignanter dicit rationem, quia ad hæc bona non extenditur pœna ſecundarum nuptia-
13 rum,† *C. eod. tit.* & reprobata contraria ſententia *Socc.& Bero, quos ſequutus eſt Luderch.conſ.* 33.*num.*5. *& ſeqq.Moder.Foroliu.de legit. lib.*4.*tit.* 2.*q.*2.*num.*6.*& ſeqq.* tradit remiſſiuè *Rim. iun. dicto conſ.*305.*num.*17.*& ſeqq. per tot.* vbi reſpondet omnibus contrarijs *Peregr.d.conſ.*80.*nu.*26. vbi ait, quod in propoſito legitimæ non eſt conſiderabilis differentia, An contra voluntatem, vel ſecundum voluntatem filij mater veniat; ſed id tantum ſpectandum eſt, An
14 matri ſit debita legitima, † & ſi debita ſit,inuitis filijs debetur, *lib.*1.*Caſtr.conſ.*416. *in princ. verſ.nec excluditur lib.*1. *Anchar. conſ.*421. *num.*3. *verſ. ſecundo caſu, Moder. Piſaur.d.q.*7. *num.*28. *& ſeqq.Modern.Vrbin.d.cap.*13.*num.*49. *& ſeqq.Moder. Aſſiſten.deciſ. for.Eccl.*33. *ſub num.*1.*verſ. contrarium,& num.ſeqq.per tot.* qui omnes moderni ſequendo *Rim.iun.loco alleg.* reſpondent cunctis aduerſantibus obiectis.

15 Quorum dua præcipua ſunt, nempè † *text. in d.*§.*Hinc nos Auth.de nupt.* ibi, *Si igitur legitimè filius teſtatus fuerit, & reliquit matri ſubſtantiam, ſiue partem eius aliquam,hanc illa accipiat per ſcripturam; quia vbique cuſtodire morientium volumus voluntates, & habeat quod dimiſſum eſt, aut datum, & ſecundum proprietatem, & ſecundum vſum. Sicut enim licebat relinquere alicui extraneorum, ita & matri relinquens ſiue inſtitutionem, ſiue legatum, rectè relinquat dominium, & vſum, ſiue ex rebus, quæ extrinſecus aduenerunt fuerit facultas, ſiue ex paternis, nihil ex hoc fratribus condicere valentibus*, ponderando tum verbum, *per ſcripturam*, hoc eſt teſtamentum, & ſic non contra teſtamen-
16 tum, † prout eſſe ſupplementum legitimæ voluit *Dec. in l.precibus num.* 24. *C. de impub. & aliis ſubſiſtit Socc.Curt.iun.Ruin.& alii relati à Peregr.d.conſ.*80.*num.*24. Tum præceptum, quod ſeruetur voluntas morientis, tum æquiparationem matris cum extraneo, cui ſanè legi-
17 tima,† aut eius ſupplementum non debetur, *Rota Bononien.in conſ.vnic.impreſſ. poſt deciſ.Barz. num.*74. Tum tandem verba illa, *ſiue inſtitutionem, ſiue legatum*, per quę datur intelligi, quod Imperator voluit teſtamentum filij ſeruari, quamuis legitimam non reliquerit, ſed aliam ſuæ ſubſtantiæ partem titulo legati; quod in
18 legitima non verificatur, † quia illa relinqui debet titulo inſtitutionis, vt in terminis legitimæ aſcendentium *Bald.in l.omni modo,C.inoffic.teſtam.cum aliis allegatis à Mattieu.recopill.lib.*5 *tit.*8.*l.*1.*gloſſ.*7.*num.*2. vbi quod licet *Bart.* contrarium ſenſerit, nemo eum ſequutus fuit *Purpur. conſ.* 164. *num.*16. ex quibus colorariè concludunt cōtrariæ opinionis Aſſeclæ,quod per hunc textum loquentem in ſpecie etiam de bonis aliunde quæſitis, corrigitur alter in §.*cum igitur Auth.de non eligen. ſecun.nuben.*

Secundò in id expēdunt rationem, propter
19 iniuriam videlicet illatam, & marito, † & filio mortuo per tranſitum ad ſecunda vota, §.*proſpeximus Auth.de non eligen. ſecund. nuben.* §. *ſoluto*,§.*quæ vero, vbi gloſſ. verb. & defuncto auth. de nupt.Rot.deciſ.*171.*num.*3.*par.*3.*rec.* quam potuit filius remittere, ſed remiſſio operatur taxatiuè in eo quod matri reliquit,cum prohibendo ne plus petat declarauerit, quod in reliquo noluit remittere, vt in proximis terminis contra matrem ratiocinatur *Macabr. conſ.* 99.*num.*182.

Cæterum ad educta ex *textu in* §. *Hinc nos* reſpondetur, quod Imperator ibi non intellexit iura matri competentia reſtringere, ſed ampliare, mandando; quod eius fauore ſeruetur filij voluntas, plenumque ius,idest proprietatem, & vſumfructum mater acquirat, totius, vel partis ſubſtantiæ, quam quouis titulo ei filius reliquerit, tam de aliunde quæſitis, quàm de paternis,quamuis in his ab inteſtato nonniſi quoad vſumfructum ſucceſ-
20 ſiſſet, † vt benè aduertit *Facchin.controu. dicto lib.*3.*cap.*63.*verſ.ad primum*, & exemplo extranei vtitur Imperator, non vt illi matrem penitùs æquipareret, ſed ne illo mater ſit deterioris conditionis, redarguendo in hoc conſtitutiones anteriores,nempe,ne prohibitum ſit filio morienti relinquere matri in teſtamento bona ſua paterna, aut aduentitia pleno iu-
21 re, † cum ea relinquere non prohiberetur extraneo, vt ponderat *Rim. iun. dicto conſ.* 305. *num.*97. *& ſeqq.Peregr.conſ.*80.*num.* 22. *verſ. nec tex.lib.*1.

Itaque ſeruanda eſt voluntas filij; ſed vt ait *Peregr.d.conſ.*80.*num.*26. *in fine*, quatenus fauet matri,& iura legitimæ ei ex aliis iuribus prouenientia non minuit, & ſic quatenus legitimam

niam (quam ascendentibus, quidquid sit in
22 descendentibus, † titulo legati posse relinqui
voluit *Bart. in auth. nouissima num. 4. C. inoffic. te-
stam. Io. Franc. à Ponte cons. 66. num. 3. lib. 1. Rouit.
decis. 22. sub num. 12.*) pars illi à filio relicta
adæquet, vt supposuisse Imperatorem colli-
gitur: Tum quia loquutus fuit de filio, qui
23 legitimè testatus fuerit, ibi, † *si igitur filius le-
gitimè testatus fuerit*, qualis non est qui matri
legitimam non reliquit, *Sesse decis. Aragon. de-
cis. 270. nu. 6. Hieron. Leo in respons. post decis. 210.
Valent. num. 78. & 79.* in puncto *Facchin. d. c. 63.
vers. ad primum in fine. Rim. iun. dicto cons. 105. nu.
51. & 53.* Tùm etiam quia vsus non fuit di-
ctione aliqua taxatiua, aut nominatim exclu-
24 siua, sine qua † ius petendi legitimam nun-
quam censetur à lege, vel statuto prohibitū,
*Ruin. cons. 97. num. 2. lib. 1. Franc. Molin. de rit. nupt.
lib. 3. quæst. 37. num. 8. Thes. decis. 184. num. 3. Barz.
decis. 97. num. 46.* & stant simul, quod mater
per scripturam, hoc est testamentum, conse-
25 quatur partem relictam, † si quid verò legi-
timæ deest, obtineat auctoritate legis condi-
ctione ex lege, *Soccin. in l. si ex toto num. 3. in se-
cundo notab. ff. legat. 1. Rip. in l. in quartam num. 115.
ff. ad leg. falcid. Ruin. cons. 55. num. 7. lib. 2. Peregrin.
d. cons. 80. num. 25. Neguf. quæst. 424. num. 6.* Tum
tertio quia in bonis aliundè quam à patre
filio obuentis, reseruauit expresè leges fauo-
26 rabiles matri: † Atque hinc gratis dicitur
fuisse ex hoc textu correctam dispositionem
tex. in §. cum igitur, auth. de non eligen. cum immò
præseruetur *Neguf. quæst. 450. sub nu. 36.* & cor-
rectio nunquam censeatur inducta, nisi ex-
pressim *Cephal. cons. 535. num. 19. Neguf. q. 265.
27 sub num. 18.* † aut necessaria legis posterioris
incompatibilitate id suadente, *l. sed & poste-
riores, ff. legibus, gloss. in l. sciendum in princip. ff.
qui satisd. cog. Cancer. var. resolut. tom. 3. cap. 14. n. 7.
& 8.* & in puncto quod *text. in §. hinc nos non
corrigat, sed cum §. cum igitur* concordet, obser-
uat *Bellon. in cons. 59. num. 21.*

Ad rationem limitatæ remissionis iniuriæ,
respondetur applicari quidē in bonis profe-
ctitijs filij, in quibus lex punit iniuriam filio
illatam, & propterea mater exclusa à plena
successione intestati, licet agnita in testamen-
to filij, non capit, nisi quod ei filius reliquit,
28 quia censetur agnita, seu instituta, vt quili-
bet extraneus, *Bald. cons. 49. num. 1. in fine lib. 5.
Barbat. cons. 50. col. 6. vers. capio nunc vol. 2. Alex.
cons. 3. num. 10. & seqq. lib. 7. Azeued. recopill. lib. 5.
tit. 1. l. 4. num. 39. Rota Bononien. diuers. decis. 11. n. 5.*
29 Secus verò in bonis aliundè quæsitis, † nam
quoad hæc non est opus remissione iniuriæ,
cum nec iniuriæ ratio habeatur, vt egregiè
ponderat *Bellon. iun. dicto cons. 59. sub numer. 21.
vers. ad secundum, & num. 22.* vbi id probat, ex
quo lex eorum etiam proprietatem matri bi-
nubæ defert *Marcab. consil. 79. num. 62. & 63. post
Salyc. in auth. sed & si quis col. 2. in princip. C. se-
cund. nupt.* aliosque ibi allegatos; vnde etiam
dicimus, quod in huiusmodi bonis, pœ-
næ secundò nubentium fauore filiorum in-
ductæ, non militant, vt supra probatum
fuit.

Sed præterea in casu nostro filius nō prohi-
buit matri ne plus peteret, sed rogauit, ibi,
*La prego à contentarsi per tutto quello, che potesse
pretendere della mia heredità*, & verbum, *rogo*,
30 aptum, † quandoque importare præceptum,
ac prohibitionem in vltimis voluntatibus,
l. 2. C. de legat. Fusar. de substit. quæst. 243. numer. 2.
31 resoluitur in simplices preces, † sic suadente
Testatoris voluntate ex alijs testamenti parti-
bus elicita, *Castr. in l. peto 71. num. 2. ff. leg. 2.* quæ
hic euidens colligi videtur ex superiori parte
testamenti, vbi filius quatenus mater legiti-
mam prætenderet, & ei de iure deberetur,
quod non credit, grauauit hæredem certo
onere fauore cuiusdam Monasterij erigendi;
Id enim demonstrat, quod filius noluit adde-
re prohibitionem, sed tantum seruari disposi-
tionem legis, & in puncto quod verba illa,
quatenus de iure debeatur, non importent prohi-
32 bitionem legitimæ, † sed solum imputatio-
nem legati in illa pro concurrenti quantitate,
*Corn. cons. 200. sub num. 5. vers. & illa habet, & 3.
& seqq. lib. 3.* quem refert, & sequitur *Rip. in l.
in quartam num. 154. in fine, ff. ad leg. falcid. Rota
in Romana hæreditatis de Fabijs 4. Aprilis 1642. §.
antepenultimo in fine coram me*, quodque vbi non
33 adest expressa prohibitio filij † legitimæ detra-
ctio fieri dicatur secundum tacitam eius vo-
luntatem, *Io. de Garronib. in d. auth. ex testamento
sub num. 29. vers. sed in casu, C. secund. nupt.*

Negligentia vero matris in petendo Tuto-
rem filio impuberi, euitatur, quia tunc viue-
34 bat auus paternus, † in cuius potestate cum
filius esset, superflua erat tutoris petitio, *Alex.
cons. 185. num. 12. lib. 6.* facit *Socc. sen. cons. 153.
num. 38. vers. sed clarum est lib. 2. Fulgos. cons. 137.
sub num. 3. vers. in qua re, Robert. Marant. cons. 51.
num. 4. Gabr. de tutel. conclus. 1. num. 66. Guttier. eod.
tract. par. 1. cap. 16. num. 99.* & in omnem euen-
tum, quia filius non decessit in pupillari æta-
te, sed maior factus: nec viuus huiusmodi ex-
35 ceptionem matri opposuisse probatur, † rein-
tegrata diceretur mater ad legitimā filij suc-
cessionem, vt ad literam disponi, *text. in l. ma-
tris, C. ad Tertullian. & notant gloss. & Doctores in
l. sciant, C. hered. legat. Castr. cons. 416. nu. 1. lib. 1.
Corn. cons. 234. num. 2. vers. si autem decesserint pu-
beres lib. 4. Nicol. de Vbald. de success. ab intest. par. 3.
in 3. limit. Gabr. dicta conclus. 51. num. 45. Guttierez
dicto cap. 16. num. 77. vers. secus si factus pubes, Go-
mes. in l. 14. Tauri sub num. 18. vers. secus vero si
moriantur puberes, Ciriac. controu. 367. numer. 30. &
31. Rota decis. 479. num. 9. vers. vltra quod, par. 1.
recent.*

Non obstat, quod ante firmatum statum
36 hæreditatis † agi non possit ad supplementum
legitimæ, *iuxta theoricam Bart. cons. 17. lib. 1.* quia
ex datis in Summario Comitissæ Camillæ
num. 17. & seqq. satis constat, quod legatum
scutorum 25. Dianæ matri ab Antonio reli-
ctum minus est legitimā, cumque propte-
rea dubitari non contingat, An supplemen-
tum debeatur, in quibus terminis loquitur
Bart. sed de eius quantitate: firmari poterit
status hæreditatis, quando decernenda erit
37 certa quantitas supplementi, † statuendo inte-
rim

rim legitimam in triente medietatis bonorũ
38 aliudè quam à Patre acquisitorum, † quia alia medicias spectat ad Ludouicum Antonij fratrem vtrinque coniunctum, *iuxta textum in auth. defuncto, C. ad Tertullian. ac tradita à Neguſ. quaſt. 512. num. 36. Gabr. conſ. 94. nu. 20. lib. 1. Theſaur. deciſ. 172. num. 6. in fin. Rota deciſ. 39. num. 18. inter impreſſ. poſt Modern. Forolivien. de legitim. cum aliis allegatis ab eodem Modern. lib. 1. tit. 4. quaſt. 7. nu. 12. et 14. Hector Felic. alleg. iur. par. 3. alleg. 22. num. 1. et num. 3. in fin. Ronit. deciſ. 22. num. 13. Rot. in Imolen. legitime 20. Nouembris 1645. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

Et ita deciſum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. CORRADO

Poſteà Eminentiſſ. D. CARDINALI.

Romana Reſciſsionis Concordiæ.

Lunæ 14. Martij 1650.

ARGVMENTVM.

Articuli licèt regulariter admitti ſoleant in Curia etiam parte opponente cum clauſulis præſeruatiuis, *Dummodo quoquo modo ad cauſam conferant, &c.* id tamen non procedere in præſenti deciſione firmatur, quãdo articuli ſint omninò irreleuantes, vel aliter redduntur ſuſpecti, ex quibus autem huiuſmodi irreleuantia, & ſuſpicio depræhendi poſsit, latiſsimè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Articuli in Curia Regularitèr admitti ſolent etiam parte opponente, cum clauſulis præſeruatiuis, & quando ſecùs. num. 2.*

3 *Articuli quando ſunt omninò irreleuantes, vel aliter ſuſpecti, neque in Curia ſunt admittendi.*

4 *Verba tranſactionis, quando ſunt ampla, atque prægnantia comprehendunt quaſcumque cauſas prætenſiones, iura, &c etiam in d. tranſactione non expreſſa.*

5 *Dictiones,* Cauſa, & Occaſione, *cuius ſint naturæ, & ſignificationis.*

6 *Dictiones,* Cauſa, & Occaſione, *compræhendũt quidquid ordinatur ad aliqued per ſe, vel per accidens, ſiue ordinatur ab aliquo per ſe, vel per accidens.*

7 *Verba generalia tranſactionis compræhendunt etiam incogitata, & in iudicium non deducta.*

8 *Ignorantia fideicommiſſi excluditur ex repetita mẽtione teſtamenti.*

9 *in Tranſactione quando cenſeatur comprehenſum etiam ius de futuro.*

10 *Articuli quando redduntur ſuſpecti, meritò ſunt reijciendi.*

11 *Teſtator, quod in teſtamento non expreſſit, vt facilè poterat, vtique noluiſſe cenſetur.*

12 *Teſtator id tantum voluiſſe cenſetur, quod eius verba ſonant.*

13 *Prohibitio [illegible] ationis facta ſolum hæredi inſtituto, non inducit fideicommiſſum in his, qui non ſunt in conditione poſiti.*

14 *Conſenſus, & approbatio matrimonii ex quibus inferri poſſit.*

15 *Filius cenſetur habere certam notitiam de præcepto paterno.*

16 *Memoria hominis decrepitæ ætatis, eſt maximè labilis.*

17 *Teſtis decrepitæ ætatis, quòd referat verba præciſa ab aliquo prolata, eſt ab omni veriſimilitudine alienus.*

18 *Vſus communis loquendi, vt probatus remaneat, cum quibus requiſitis debeat eſſe articulatus.*

19 *Legitimati comprahenduntur ſub appellatione legitimorum. ac naturalium.*

20 *Legitimati amplè cenſeri debent legitimi, & ad omnia legitimatis iura plenè reſtituti, ac reintegrati.*

21 *Lites iam per tranſactionem terminatæ, non debent amplius excitari.*

DECISIO XXI.

LITEM iamdiù vertentem coram bo. mem. Coccin. inter DD. Marcellum, & Horatiũ filios Io: Baptiſtæ, Actores, & DD. Tiberium, & Iacobum filios Pauli primi hæredis q. Cæſaris de Alberinis reos conuentos ſuper fideicommiſſo per dictum Cæſarem ordinato ad fauorem lineæ maſculinæ legitimæ, & naturalis præfati Io: Baptiſtæ mediante concordia perpetua inter eaſdem partes pro communi quiete, & conſeruatione, atque augumento ſtatus, ac dignitatis eorum familiæ de Alberinis inita die 29. Iunij 1632. terminatam, atq; ſopitam cenſuerunt Domini me proponente ſub die 15. Iunij 1648. non eſſe inſtaurandam ſub prętextu nullitatis, ſeù reſciſsionis per dictum D. Iacobum modo deductæ ob prætenſam incapacitatem dd. DD. Horatij, & Marcelli ſuccedendi in bonis controuerſis nempè Caſali nuncupato Campo di Merlo, & domo in Vrbe ſita, ſtante præcepto, ac prohibitione prædicto Cæſari iniuncta à q. Rutilio eius patre (ex cuius hæreditate proueniunt) in teſtamento condito die 10. Aprilis 1590. quod negat ſub ea tranſactione fuiſſe comprehenſum. Verum quia poſtea exhibitis pro parte eiuſdem D. Iacobi nonnullis articulis inſtabatur pro illorum admiſſione ad effectum examinandi teſtes in Curia, quam altera pars impugnabat. Hodie conſulti Domini reſpõderunt non eſſe admittendos.

1 Quia † licet articuli regulariter admitti ſoleant in Curia etiam parte opponente cum clauſulis præſeruatiuis quoquomodo ad cauſam conferant *iuxt. deciſ. Verall. 47. par. 1.* & refert *Veſtr, in prax. lib. 5. cap. 14. ſub nu. 6. verſ. ideo eadem fermè ratione, &c.* Id tamen fieri non de-
2 bet, † neque procedit quando ſunt omninò irreleuantes, vel aliter ſuſpecti, tunc enim prçmiſſa cognitione parte præſertim inſtante sũt omninò reijciendi, cum expenſis, ac dilationibus inutilibus litigantes fatigari, eorumq; iura periclitari non decet, *l. ſi duo patroni §. item Iulianus in fin. vbi Bart. ff. de iur. iur. l. ad probationem, vbi gloſſ. fin. & Bart. num. 1. verſ. nota ex fine, &c.*

& c. C. de probat. gloss. in cap. cum contingat in verb. nihilominus versic. cum proponeretur; ibique Bald. sub num. 6. vers. vel nisi positio, & c. de offic. delegat. specul. par. 2. sub tit. de positionib. §. 10. sub num. 1. vers. sed quid si pars, & c. dicens † hoc esse ab ipso Iudice etiam parte non aduertente apprimè considerandum, & ex officio prouidendum *Neuiz. cons. 30. nu. 15. vers. item quia, & c. ac seq. Paris. consil. 97. num. 131. vers. & consequenter cum seq. lib. 1. Rol. cons. 34. sub num. 12. vers. sed præmissis non obstantibus, & seqq. lib. 3. Bellamer. dec. 725. in princ. & num. 1. latè Gram. decis. 45. à num. 4. vers. & quod grauauerit Commissarius, & c. cum seqq. per tot. Nicol. Anton. Granat. ad Vestr. d. cap. 6. sub numer. 14. in verb. sed cum protestatione, vers. quæ quidem clausula, & in fin. vers. & si periti Iudices*, vbi declarat praxim Curiæ *Rot. penes san. me. Gregor. decis. 147. num. 7. vers. cum etiam, & c. & in recent. decis. 661. num. 1. vers. vera est enim conclusio, & c. par. 4. & decis. 34. num. 25. vers. vnde meritò ead. par. 4. tom. 2. & decis. 176. sub numer. 2. vers. & articulos, & c. ac seq. par. 7.* idemq; seruat Rota etiam in Curia, vt patet ex *decis. 416. num. 3. vers. ideòq; & c. ac seq. & latius in decis. 521. à nu. 10. vers. neque dixerunt Domini, & c. cum seqq.* vbi stylus obiectus declaratur. *par. 5. recent. & in Forosempronien. bonorum 28. Ianuarij* 1641. *coram R. P. D. meo Royas in §. 1. & in Romana cens. 1. Iulij eiusdem anni coram R. P. D. meo Bichio in §. cumq; intrarent, ac in Valentin. Parochial. coram R. P. D. meo Cerro 23. Ianuarii* 1647. *in §. resolutionis fuit, & c.* in quibus aliæ referuntur, & comprobat *Modern. Roman. discept. 803. num. 14. vers. quamuis enim, & c. cum seq.*

Irreleuantia verò visa fuit Dominis manifesta. Nam primus articulus continens partes ipsas in celebratione dicti Instrumenti trāsactionis, ac antea, & postea sæpiùs propriam exposuisse intentionem illam ineundi super declaratione tantum voluntatis præfati Cæsaris, an scilicet in casu solius obitus Pauli eius primi hæredis sine filijs, vel absolutè deficiente illius linea, alteram Io: Baptistę substituerit, nec cætera iura ipsis aliundè competentia sub ea compræhendisse, ibi: *hanno dichiarato, & espresso, che intendeuano di fare detta transattione, & che la faceuano, & respettiuamente che l'haueuano fatta solamente sopra l'interpretatione della volontà, senso, & intentione, che detto q. Cesare Alberini haueua hauuto in fare detto fideicommisso, e dispositione. E di non volere in detta Transattione comprendere altre raggioni, che potessero per altra strada hauere essi Transigenti, etc.*

Repugnat expressè ipsius Instrumēti tenori, ac verbis, tàm in parte narratiua, vbi in vers. *inter quas, etc.* asseritur iudiciū inter partes generaliter fuisse institutum de, & super hæreditate dicti Cęsaris, in quo licet DD. Tiberius, & Iacobus prætēderent fideicommissum Cæsaris ob mortem Pauli eorum patris ipsis superstitibus expirasse. Tamen DD. Horatius, & Marcellus intendebant sibi ipsis, ac descendentibus respectiuè suffragari. Ac proindè super prædictis litibus, & alijs prætensionibus, quæ inter partes exortæ erant, ac quomodolibet exoriri possent prædicta, & infrascripta occasione plenissimè concordarunt, & transegerunt; Quàm etiam in dispositiua, vt elgitur, ibi;

„ Et è conuerso ex parte dd. DD. Horatij, &
„ fratris prætenderetur in euentum mortis dd.
„ DD. Tiberii, & Iacobi absque filijs legitimis,
„ & naturalibus succedere debere in dicta hæ-
„ reditate vti vocatos cum eiusdē Horatij pri-
„ mogenitis in d. fideicommisso ex forma præ-
„ citati testamenti, & Codicillorum, &c.

& ibi:

„ Super quibus differentijs, litibus; & alijs præ-
„ tensionibus, quæ inter dd. partes ortę sunt, &
„ quomodolibet oriri possent prędicta occasio-
„ ne, dū pro parte D. Horatij instruebatur pro-
„ cessus, tractata perpetua concordia, & com-
„ positione tandem vniuerso statu rerum, &
„ aliis prudēter, & maturè considèratis mediā-
„ te interpositione, &c. Pro amoris inter eos,
„ & familiæ de Alberinis status, & dignitatis
„ conseruatione cōclusa, & stabilita fuerit mo-
„ do, & forma infra dicendis, &c. Hinc est, &c.
„ pro se ipsis, ipsorumq; hæredibus, & succes-
„ soribus quibuscumque, &c. sub pactis, & con-
„ ditionibus infra dicendis, &c. diligenter, &
„ maturè toto statu rerum, & prætensionum
„ inter ipsas partes vertentium considerato, ad
„ hanc Transactionem, & perpetuam concor-
„ diam tractatam, & conclusam pro communi
„ quiete, modo, & forma infra dicendis deue-
„ nerunt, & ratione huiusmodi perpetuæ con-
„ cordiæ, transactionis, & compositionis, & a-
„ lias omni meliori modo, &c. partes prædictę
„ cesserunt, & renūciarunt dd. omnibus, & sin-
„ gulis causis, litibus, & quæstionibus, ac præ-
„ tensionibus quibuscunque, vel alias quomo-
„ dolibet ortis, introductis, & indecisis penden-
„ tibus, *et quæ introduci, et moueri posset causa, et oc-*
„ *casione supra narrata, et infra dicenda*, illaque cū
„ omnibus suis incidentibus annexis, & conne-
„ xis, totoq; negotio principali perpetuo ex-
„ tinxerunt, &c. eisque perpetuum silentium,
„ & finem, &c.

& infr.

„ *Et insuper* per viam transactionis, composi-
„ tionis, & concordiæ, *et alias omni meliori modo*
„ *deuenerunt ad infrascriptas conuentiones, etc.* vide-
„ licet, quod liceat dd. DD. Tiberio, & Iacobo
„ non obstantibus quibuscumque vinculis, &
„ prohibitionibus in dictis testamento, & codi-
„ cillis respectiuè appositis liberè disponere de
„ omnibus bonis hæreditarijs, &c. excepto Ca-
„ sali nuncupato Campo di Merlo rub. 270. cir-
„ citer, & domo posita ad Vallem, &c. Casale
„ autem, & domus supradicta reseruata conue-
„ nerunt, quod subiaceant, & subiacere debeāt
„ fideicommisso per dictū Cæsarem facto, &c.
„ & omnibus vinculis in eo contentis. *Volentes*
„ partes ipsæ fideicommissum in dicto testamē-
„ to ordinatum deficiente linea masculina dicti
„ Pauli compræhendere debere lineam d. Ioan-
„ nis Baptistæ, illamque intelligi debere substi-
„ tutam lineæ d. Pauli, &c. & infr.
„ *Item conuenerunt*, quod deficientibus dd. DD.
„ Tiberio, & Iacobo, absque filijs masculis le-
„ gitimis, & naturalibus, vel eorum descendē-
„ tibus pariter sine filijs masculis legitimis, &

„ natu-

„ ralibus, vel eorum descendentibus paritèr si-
„ ne filijs masculis legitimis, & naturalibus suc-
„ cedere debeat in d. Casali, & domo supra re-
„ seruata absque vlla detractione legitimæ, ac
„ trebellianicæ cum reseruationibus antedictis
„ d. D. Horatius Alberinus, eiusq; primogeni-
„ ti in infinitum, ac si d. Paulus decessisset absq;
„ filijs legitimis, & naturalibus, & esset factus
„ locus fideicommisso d. Cesaris, &c.

„ *Quod fideicommissum* dd. Tiberius, & Iacobus
„ declararunt, & voluerunt comprehendere li-
„ neam d. Io: Baptistæ modo, & forma, quibus
„ supra, *& quatenus opus sit ex nunc, & vt supra* di-
„ ctum est constituerunt ad fauorem dictæ li-
„ neæ perindè, ac si illa fuisset simpliciter, & si-
„ ne dubio vocata in defectum lineæ prædicti
„ bo. mem. Pauli, &c. *quia sic actum, &c.*

„ Quam concordiam, transactionem, com-
„ positionem cum omnibus, & singulis in In-
„ strumento contentis, prædicti DD. Tiberius,
„ & Iacobus, & Horatius, ac Marcellus semper,
„ & perpetuò ratas, validas, atque firmas habe-
„ re, tenere, inuiolabilitèrq; obseruare, & attē-
„ dere promiserunt, *& nūquā* sub quouis *prætextu*
„ etiam instrumentorum, & scripturarum pro-
„ bationum, ac iurium *de nouo repertorum*, seù re-
„ periendorum, & *ex quauis alia causa*, & ratione,
„ iure, titulo, & modo cogitatis, *& incogitatis*,
„ etiam sub prætextu doli, restitutionis in inte-
„ grum ex quocumque capite etiam enormis-
„ simæ læsionis, & si qua mihi iusta causa, &c.
„ directè, vel indirectè in iudicio, vel extrà cō-
„ trafacere, dicere, opponere, vel venire, nec
„ vnquam excipere, vel in contrarium experiri.
„ Renunciantes cum iuramento, &c. dicto be-
„ neficio, &c. dispositioni *l. de his, & l. cum hi, ff. de*
„ *transact. & simil. legib. &c.* & omni iuris legum,
„ statutorum, & Constitutionum auxilio, &c.
„ & cuicumque dispositioni, &c. atque rescri-
„ pto, &c. siue ad petitionem partis, &c. siue
„ motu proprio, & ex officio, tàm per viam
„ gratiæ, quàm iustitiæ, & cum quibusuis clau-
„ sulis derogatorijs, etiam amplissimis contra
„ præmissa quomodolibet concedendis, &c. re-
„ petito iuramento, &c.

Quibus sanè verbis tam generalibus, quàm vniuersalibus comprehenditur vtique proposita modo pro parte d. D. Iacobi contra prædictos DD. Horatium, ac Marcellum incapacitatis obiectio ad effectum illos excludendi à fideicommisso in dd. Codicillis, ac testamento ordinato, & in eadem transactione pacto speciali denuò constituto ad fauorem d. Horatij, ac eius primogenitorum in infinitum;
4 sunt † enim adeò ampla, atque prægnantia, vt quascumque causas, prætensiones, & iura, etiam in d. Instrumento non expressa, ac in illo iudicio non deducta, quibus conuenta inter partes quouis modo impugnari, & controuerti valeant, complectantur in vim pacti & conuentionis, *Bart. in l. si de certa sub numer. 2. vers. verius puto, &c. cum seq. & sub num. 5. vers. si verò loquumur, &c. C. de transact. Castr. cons. 333. dubium videtur facere, sub num. 2. vers. si verò, cum seq. lib. 2. Alex. cons. 42. super themate à nu. 8. vers. tertio quia generalis fuit, &c. & seqq. per tot. lib. 1. & cons. 11. viso, ac vt oportet consider ato themate sub num. 10. vers. confirmo, &c. & prius à num. 6. vers. sed præmissis non obstantibus, &c. & seqq. per tot. lib. 2. Surd. cons. 257. sub num. 5. vers. cæterum, & seqq. per tot. & cons. 303. à num. 33. vers. et dum dixiit, etc. cum seqq.* latè ponderans dictionem (alias) *et decis. 176. sub num. 1. et seqq. ac sub num. 7. vers. Senatus persistendo, etc.* dicens ita iudicatum ab illo Senatu. *Hond. cons. 49. à num. 8. et seqq. per tot. lib. 1. vbi sub num. 10. vers. secundo quia, etc. et seq.* benè ponderat verba illa, *et alia quacumque causa, etc. Mant. de tacit. et ambig. conuent. lib. 26. tit. 6. sub numer. 16. vers. sed est aduertendum, etc. cum seq.* penès *Rot. Card. Seraph. decis. 317. sub num. 2. vers. tamen sublimitatur, etc. num seqq.* vbi ponderantur verba illa, *et alia quacumque causa, etc. et Sanct. mem. Greg. XV. decis. 286. num. 7. vers. vlterius, etc. et in recent. decis. 447. sub num. 5. uers. vnde cum partes, etc. par. 2. et decis. 231. sub num. 3. uers. et in omnem euentum, etc. par. 4.* cum alijs latè adductis in præcedenti decisione *in §. ex quibus infertur*.

Neque possunt, (vt prætendit D. Iacobus) congruè restringi ad solam controuersiam super defectu, vel duratione conditionis, qua Paulus fuit à Cæsare testatore grauatus in iudicio tunc deductam ob ea verba præcedentia in principio apposita, ibi: quæ in-
„ ter dictas partes ortę sunt, &c. & quomodo-
„ libet oriri possent prædicta occasione, &c. *et*
„ *infra in uers. hinc est, etc.* ibi: quæ introduci, &
„ nasci possent causa, & occasione supra narra-
„ ta, & infra dicenda.

Quoniam est aduertendum litem inter partes tunc vertentem non fuisse vnicam illius concordiæ, & omnium in ea conuentorum causam finalem, sed aliam quoque, & quidem præcipuam concurrisse, scilicet conseruationis, & augumenti dignitats, & honorificentię familiæ de Alberinis. Ideòq; illam non fuisse restrictam ad ipsam litem, imò nec ab eas, quæ in posterum eius occasione introduci, ac suscitari valerent; Sed cæteras quoque ex pacto comprehendere, quæ ex alio quocumq; titulo iure, & causa etiam incogitata quomodolibet excitari, ac promoueri possent occasione infradicenda cum explicita renunciatione, *l. de his ff. de transact. et aliis*, vt patet ex ipso instrumenti contextu supra relato in parte dispositiua *in vers. hinc est*, ibi: *causa, et occasione supra narrata, et infra dicenda, etc.* Inferius autem noua, ac peculiari dispositione *in vers. et insuper, etc.* non solum per viam transactionis, sed concordiæ, & aliàs omni meliori modo, &c. inter alia plura declarationem voluntatis Cæsaris non concernentia specialiter fuit conuētum, quod fideicommissum ab illo ordinatū comprehendat lineam masculinam d. Ioannis Baptistæ patris Horatij, ac Marcelli, quodq; ipsi, ac primogeniti prædicti, deficientibus dd. Tiberio, & Iacobo, eorumque descendendentibus masculis legitimis, & naturalibus succedere debeant in d. Casali, & domo tanquam compræhensi, & vocati in d. fideicommisso, quod ex nunc quatenus opus sit pacto speciali fuit ad eorum fauorem constitutū, vt legitur *in uers. volentes partes, etc. et in uers. quod*

fidei-

fideicommissum etc. Et propterea cum omnia modo deducta pro parte D. Iacobi probandum Cæsarem noluisse substinere lineam Io: Baptistæ eo modo, quo prætenditur, Neque id facere potuisse ob assertam incapacitatem, quam negat fuisse in dicto Instrumento comprehensam, eo tendant, vt excludantur à fideicommisso ibidem expresè constituto, ac repetita conuentione firmato, vt legitur expresè inCommissione in Processu producta.
5 Negari † sanè non potest hęc ipsa verbis dicti instrumenti fuisse comprehensa non solùm inspecta propria natura, & significatione illorum, quæ adducuntur pro restrictione, *causa et occasione supra narrata, et infra dicenda etc.* quæ latissimè patent, vt inquit, *Bald.in cons.* 119. *sta-*
6 *tuto cauetur num.7.uers.sed contra hoc etc.lib.2.*† dicens sub eis comprehendi quicquid ordinatur ad aliquid per se, vel per accidens, siue ordinatur ab aliquo per se, vel per accidens, & in hac materia probat, *Castr.d.cons.333.dubium uidetur facere, sub num.2. uers. sed omnia de quibus dixi, et supra, ac infra per tot. lib. 2.* Verum etiã attentis pactis, *in uers.et insuper etc.* & aliis amplissimis sequẽtibus (ad quæ referuntur) quibus constat partes voluisse augere præcedentia, & alia etiam omnia comprehendere, quę præcipuam illius concordiæ causam, scilicet quietem, ac pacem inter eas, & familiæ, ac bonorum conseruationem apprimè contem-
7 platam turbare possunt, † quorum omnium generalis, ac intellectualis animaduersio, & præcognito adhunc effectum sufficiens est, *iuxt.theor.Bart.in d.l.si de certa, sub d.num.5.uers.si uero loquimur in fin.C.de transact.* dicentis, quod stantibus generalibus huiusmodi verbis in Instrumẽto appositis comprehenduntur etiã incogitata, & in iudicium non deducta, eiusque opinionem dicit esse communem, *Surd. cons.267.sub num.19.uers.uerba igitur etc.et prius à num.6.et seq.per tot.Honded.d.cons.49.sub num.35. uers.quartum minus resistit lib.1. Mantic.de tacit.d. lib.26.tit.6.sub num.17. uers. unde Tabelliones etc. Seraph.d.decis.317.nu.3.uers. nec salua ratione recti sermonis etc.* ponderantes verba illa, *causa, et occasione etc.*ac cætera generalia supra relata, *Menoch.cons.335.sub num.24.uers.sexto renunciauit, et seqq. per tot. Barz. decision. Bonon. 27. numer. 17. uersiculo neque refert, et alij in præcedenti decisione relati in §. Ac proinde restringi non possunt, &c.*

Minùs excludi potest prætextu ignorantiæ dispositionis Rutilij, vel qualitatis personarum. Quoniam hæc ex sanguinis cõiunctione, ac promiscua domesticarum rerum notitia, scripturisque, & adnotationibus penès ipsum D. Iacobum existentibus, ac per eum
8 exhibitis; † illa vero ex repetita dicti testamẽti Rutilij mentione in Codicillis Cæsaris eius filij, super quibus specialiter transactum fuit, pluriès seriò habita, eiusdemque ratione, atque exhibitione pariter facta prorsus eliditur, *ad l.qui cum alio ff.de reg.iur.Dec.cons.266.non excedit à memoria, sub num.1. uers.nam talis notitia, & seq.Surd.cons.82.num.34.uers.& ex quo &c.Peregrin.de fideicomm.art.52.sub nu.*104. *uers.octauus &c.Rot.decis.281.sub num.2.uers.nempè ex mentione facta cum sequen.& decis.342.sub num.4.uers.ex*
9 *mentione enim &c. par.2.rec.* † Et ob specialem, atque iuratam renunciationem *d.l.de his, ff.de transact.* ac cuiuscumque iuris etiam contingentis, incogniti, & superuenientis, ac instrumenti (vt præmissum est) suffragari non potest, cum sufficiat (vt dictum est) genaralis ad hunc effectum notitia, & cogitatio, *Bart.in l. Aurelius, §.Cuius, sub num.11.uers.prædicta vero, de liber.legat.& in d.l.si de certa sub.num.4.uers.hic aduerte, & nu.5.uers.si uero loquimur.C.de transact. Rot.penès sanct.mem.Greg. decis.192.nu.2. uers.nec facit &c.et decis.714.sub num.7.uers. vlterius, p.2. & decis.598.sub num.3.uers.quibus non obstant &c. part.3. recent.* cum alijs in præcedenti decisione adductis, *& in Romana fideicommissi de Cosciaris 16.Martij 1648. coram me, in §. ac proinde non aduersatur.*

Quare ex prædictis non solum conuincitur irreleuantia dicti primi articuli expresse aduersantis verbis, & prædictis conuentis in dicto instrumento. Quod clariorem, ac certiorem facit veritatis probationem quàm testes, qui vel obliuione, vel alio defectu facilè labi possunt, ideoque illis est præferendum,
10 imò suspectus admodum redditur, Ac proinde iure meritò est reiciendus, vt respondit, *Rot.in decis.582.sub num.6.uers. ex quibus, p.1. et decis.589.sub num.1.uers.& eo minus, p.2 ac decis. 772.sub nu.5.uers.sextus articulus, p.3.et decis.305 num.2.uers.secundus vero, et sub num.4.uers.sextus articulus,par.4.& d.decis.521.sub num.5.uers.cum enim, ac seq.par.5.et decis.252.nu.2. uers.cum enim p.7. recent. et in dicta Valentina Parochialis 23 Ianuarij 1647. coram R.P.D. meo Cerro, in §. nihil ergo refert. ac in Barchinonen. Parochialis, seu Vicariæ 13. Iunij 1644. in §. primus enim articulus, versiculo unde merito &c. coram me, & sæpè in alijs.*

Secundus verò Articulus in quo deducitur præfatum Rutilium paulo ante conditum ab eo testamentum propriam declarasse voluntatem instituendi Cæsarem eius filium hæredem vniuersalem, ea tamen lege, vt bona eius hæreditatis præfato Ioanni Baptistæ, siue dd. Horatio, & Marcello illius filij relinquere minimè posset. Idemque post conditum testamentum, & mortem ipsius publica voce, ac fama confirmatum fuisse. Nullius pariter est releuantiæ.

Tum quia illud attendi debet, ac obseruari, quod in testamento disposuit, non autem, quod antea se dispositurum iactauit, nam plura sæpè iactantur, quæ deinde mutato cõsilio ad dispositionis, seu executionis actum
11 non deducuntur. † Ac proinde cum in testamento deinde condito hoc non expresserit, neque prædictos excluserit, vt facilè poterat id vtique in ipso actu noluisse censetur, *ad l. quidam cum filium familias, vers.respondi, vbi Bald. in 3.not.ac cæteri DD. ff.de hæred.instit. Gabr.cons. 103.sub nu.31.uers.nec obstat, cum seq. lib.2. Surd. consil.129.sub num.18.uers.etiam si aliquando testator.cum seq.et decis.283.num.4. uers.et per etiam, et sub num.14.uers. quarto cum seq. Peregrin. de fidei-*

com-

commiss.art.11.sub num.35.vers.idcirco &c. & respondit, *Rot.penès Card.Seraph.decis.1358.nu.11. vers. Tertio quintus testis de voluntate Testatoris deponens &c. ac in recent. decis.264. num.6. vers.non obstant testes adducti &c.part.4.et decis.550.sub numer.13.vers.quartus deponit &c. et seq. eadem p.4. tom.3.*

Neque consistit, quod per quamdam verborum circumscriptionem hoc indicauerint in testamento dum eidem Cæsari filio, ac hęredi instituto prohibuit de bonis hæreditarijs disponere ad fauorem personæ illegitimæ, & procreatæ ex patre, aut ex matre illegitima. Quia nec huiusmodi circumscripto Io:Baptistæ, vel Horatio, ac Marcello eius filijs conueniebat, qui legitimi, & naturales, & ex parentibus legitimis, & naturalibus progeniti sunt; ex latè deductis in præcedenti decisione *sub d.die 15. Iunij 1648. in §. minus obstat adducta prohibitio cum seqq.* Nec illa vsus fuisset Testator, qui miles erat, nec Rhetorum artes callebat, sed palàm non in figuris illud idem expressisset, quod paulo antea (si verum fuisset) publicè declarasse proponitur in hoc Articu-
12 lo,† quare id tantùm voluisse censetur, quod verba sonant *l.labeo,vers.cæterum, ff.de suppellect. legat.l.vnic.§.sin autem ad deficientis in fin.C.de caduc.tollend.Gabr.d.cons.103.nu.33. vers. quod cum non fecerit &c. lib.2.Pereg. de fideicommiss. cit. art. 11.sub d.numer.35.versicl. & cum facilè fuerit Testatori.*

13 Tùm quia in omnem casum † præceptum illud prohibitiuum ipsi Cęsari iniunctum fuit & ad eius personam specialiter relatum, vt in dicto testamento legitur, ibi, *Prohibens expressè eumdem D.Cæsarem hæredem prædictum, quod in euentum, in quem voluerit condere aliquod testamentum, seu deuenire ad aliquam donationem de bonis hæreditarijs prædictis in totum, vel in parte, quod non possit instituere, nec nominare &c.* Ideoque nõ afficiebat DD.Tiberium, & Iacobum cum quibus inita fuit d.cõuentio cuius vigore pro communi quiete, ac conseruatione, & augumento status, & dignitatis familiæ de Alberinis, fuit ex pacto speciali renouatum, ac constitutum fideicommissum super dictis bonis particularibus ad fauorem dicti D.Horatij ac eius descendentium secundum ordinem primogenituræ, vt constat ex verbis supra relatis, *iuxt.text.in §.his igitur, vbi gloss.in verb.voluisse, in authen.de rest.fideicomm.Bart.in l.filius familia, §.diui sub num.20.vers.quærit Dyn. cum seq. ac ibid.alij DD.ff.de legat.1. Decian.cons.26.nu.22. vers.tertio non potest, lib.2.Riminald.iun.consil.536. num.53.vers.sed vlterius,& seq.Surd.decis.125.per tot.Peregrin.de fideicommiss.art.32.sub nu.69.vers. & idem generaliter est &c.Rot.penès Card.Seraphin. decis.482.num.2.vers. quia huiusmodi prohibitio, & decis.24.num.2.uers. ac propterea. p.4. tom.2.et dec. 397.sub num.16. ad fin. uers. quia dicta prohibitio, cum seq.p.5.recent.* cum alijs adductis in præcedenti decisione, *in §.præterea dicta prohibitio restricta fuit.*

Præterea neque hic articulus suspicione caret. Nam repugnat non solùm testamento Io: Baptistæ senioris condito die prima Augusti 1527. in que hæredem vniuersalem instituit Marcellum patrem dicti Io: Baptistę Iunioris eius filium legitimum, & naturalẽ, ex quo certior, ac efficacior videtur resultare veritatis probatio, quam ex altero illo asserto condito die 13. Maij ann. 1521. in quo instituti leguntur Horatius, & Marcellus filij legitimati relictadote nõnullis filiabus pariter legitimatis, quorum omnium nulla penitus facta fuit mentio in d. posteriori condito de anno 1527.sed tantum ipsius Marcelli legitimi, ac naturalis. Præter quod istud conuincitur prorsus erroneum etiam in denominatione Aemiliæ vxoris Testatoris, cum qua matrimonium cõtraxisse constat anno sequẽti 1524.menseMartij ex publico Instrumento super eo celebrato. Verum etiam repugnat Instrumento sponsalium, ac dotali celebrato die 1. Augusti 1577.inter dictum Marcellum nobilem Romanum tanquam patrem, & legitimum administratorem præfati Ioan: Baptistæ ex vna, & Franciscum Caluium nobil. Romanum tanquam patrem, & legitimum administratorem Cynthię vxoris eiusdem Io:
14 Baptistæ, ac matris dd. Horatij,† & Marcelli cum præsentia, interuentu, ac fideiussione ipsiusmet Rutilij pro cautione, ac restitutione partis dotis dictæ Cynthiæ. Vnde infertur eiusdem consensus, & approbatio dicti contractus, vt respondit, *I.C.in l.Pomponius alias si gratuitam, §.si quis fideiubeat. ff. in quib. caus. pign. uel hypot.tacit.contr.l. exceptione, C.de euict.Socin. cons.200.num.2.uers. quod autem in casu nostro &c. lib.2.cum alijs relatis per Tiraquel.de retract.lignag. §.1.gloss.9.sub num.268.uers.postremo &c.et ad leg. connubial.15.glos.7.num.25.uers.nec ab his dissentit.* Atque inde resultat præsumptio amoris,& affectiones erga dictum Marcellum, ac Io: Baptistam,eiusque descendentes ex eodem matrimonio, cui ipse propria etiam obligatione consenserat; Eliditurque omnis odij, & cõmerentiæ suspicio, quàm articulatæ declarationes præseferunt. Repugnat quoque Testamento Cæsaris, qui paternæ volũtatis exactissimus fuit executor,vt ex eo cõstat in vers. *Item voglio, et ordino &c.* vbi Palatij in Platea, Columnæ siti recuperationem seriò iniunxit eius hæredibus, vt patris intentioni ipsi oretenus insinuatæ obtemperaret. Et tamen nobilis eius familiæ conseruationem, & propagationem extincta propria descendentia in hac linea Io:Baptistæ constituit,cum qua etiã proprias descendentes fœminas legitimas, &
15 naturales matrimonio iungi disposuit.†Quę sanè verisimiliter nõ ordinasset contra mentem, expressũque patris pręceptum, si (prout asseritur) verè præcessisset,cum illius certiorem notitiam habuisse censeatur *l.si quis à filio §.1.ff.de leg.1.Bart.in l.gerit.sub num.17.vers.& si ipse mortuus esset, ff.de acquir.hæred.* cum alijs in specie relatis *penès Menoch. dict. cons. 459. sub numero 17. uersic. tertia afferitur coniectura &c. & seqq.*

Augetur demum suspicio ex attestatione exhibita pro aliqua iustificatione, seu fumo (vt aiunt) veritatis dicti articuli, personæ septua-

ptuagenarię referentis verba præcisa dictę de-
clarationis, quæ ipse impubes adhuc ab eodē
Rutilio cum alio ipsius testis consanguineo
colloquente in Ecclesia Immaculatæ Virgi-
nis supra Mineruam anno 1588. seu 1589. as-
16 serit audiuisse. † Hæc enim ita exactè, ac te-
naciter post sexaginta circiter annos in nego-
tio ad ipsum nullatenus spectāte eius memo-
riæ hæsisse, illaq: adeo pollere Hominem de-
crepitæ iam ætatis, in qua maximè labefacta-
tur, & ruit, vt habetur Ecclesiastes, *cap. ult.* quod
explicat *Din. Anton. in eius sum. p. 1. tit. 5. cap. 1. §. 6*
17 *uers. circa primum &c.* † ab omni verisimilitu-
dine, & prudentis iudicio alienum est, *Corn.*
cons. 63. sub num. 3. uers. ex maximè quia elapsis plu-
ribus annis lib. 1. Rol. cons. 33. sub nu. 12. uers. et ma-
ximè &c. cum seqq. lib. 2. & latiùs *Bertezzol. cons.*
398. sub num. 6. uers. tertio isti testes, cum seq. lib. 2.
crimin. Hieron. Laurent. decis. Auenionen. 91. sub nu-
mer. 6. uers. quod non uidetur uerisimile &c. & alij
relati per *Farin. cons. 110. sub nu. 2. uers. et quod in-*
strumentum, &c. et cons. 172. sub. num. 7. uers. adhuc
dicitur &c. et seq.

Tertius denique articulus in quo deduci-
tur vsus loquendi in Vrbe tempore conditi
per dictum Rutilium testamenti anno 1590.
& anteà, quo filij illegitimè nati licèt ex Prin-
cipis Rescripto, vel alterius facultatem ha-
bentis Decreto legitimati, adhunc illegitimi,
naturales, & bastardi communiter appellabā-
tur, & adhuc (vt asseritur) appellantur. Irre-
leuans omnino est.

Quia (præter animaduersiones facti supra
18 relatas in §. præterea, nec hic articulus) † hu-
iusmodi assertus communis loquendi vsus
non fuit articulatus cum requisitis necessarijs
tam respectu temporis præcedentis testamē-
ti, quàm speciei, seu qualitatis negotij, ac per-
sonarum, de quibus agitur, scilicet testamen-
torum, ac testantium, *iux. doctrinam Bart. com-*
muniter receptam in d. l. labeo, sub num. 6. uers. ad
declarandum autem communem usum loquendi, et sub
num. 9. uers. articulus formabitur sic &c. ff. de suppel-
lect. legat. & tradit per *Rim. iun. cons. 540. num. 28.*
uers. quinimò &c. Bec. cons. 1. sub nu. 31. uers. uel sal-
tem &c. Menoch. cons. 266. sub num. 63. uers. respon-
detur primo etc. et cons. 459. sub num. 15. uers. respon-
detur primò etc. ac præs. 79. sub nu. 39. uers. cæterum
etc. lib. 4. Iosef. Mascard. de probat. concl. 329. à nu. 5.
uers. quod uero etc. et seq. per tot. cum alijs relatis
per *Alderen. Mascard. de stat. interpr. et. concl. 3. sub*
num. 50. uersic. primo amplia, Rot. decision. 174. sub
numer. 22. uersic. maximè cum opus fuisset etc. part. 4.
recent.

Secundò quia non attenditur in testamen-
tis latino sermone exaratis, quæ secundum
iuris interpretationem intelligi debent, ac
proindè sub exclusione illegitimorum com-
prehendi nō possunt legitimati, qui verè sunt
19 legitimi, & naturales, † & appellatione legi-
timorum, ac naturalium comprehenduntur,
ut in auth. quib. mod. nat. effic. legitim. §. sit igitur licē-
tia, ubi gloss. in uerb. tali solatio, et in auth. quib. mod.
effic. sui. in §. illud tamen. uers. sit igitur licentia, et in
fin. uers. nam sicut in cæteris ab initio legitimis etc.
Bald. in l. Imperialis sub num. 4. uers. et ex hoc quod
dicitur hic etc. C. de nupt. & ita obiecto benè re-
spondit *Alex. in cons. 2. Visis codicillis, legitimatio-*
ne, et ays, sub num. 17. uers. secundo quia quotiescun-
que uerba etc. cum seqq. lib. 1. & latè comprobat
Dec. cons. 257. in causa D. Francisci de Cusano. sub
num. 3. uers. sed tamen prædictis non obstantibus, cum
seqq. qui *sub num. 6. uers. secundo non obstat. et seq.*
respondit huic obiecto *Rol. cons. 83. sub num. 21.*
uers. secundo respondetur, cum seq. et priùs à num. 11
et seqq. per tot. lib. 3. Rim. iun. d. cons. 540. nu. 29. uers.
tertio responderi quoque potest etc. et priùs à num. 17.
et seqq. per tot. plenè Laderch. cons. 23. sub num. 13.
uers. uerba itaque, et supra. ac infr. per tot. Menoch.
d. cons. 266. sub num. 63. uers. respondetur secundo. ac
seqq. per tot. et d. cons. 459. sub num. 15. uers. responde-
tur secundo. cum seqq. per. tot. et præs. 79. sub num. 39
uers. et ibidem, cum seq. lib. 4. & generaliter pro-
bant *de not. et spur. cap. 62. decis. cons. 365. uiso con-*
silio. sub num. 4. uers. in contrarium autem, cum seqq.
per tot. Cephal. 194. sub num. 30. uers. circa ultimum
etc. cum. seqq. Bec. d. cons. 1. sub num. 32 uers. secundo,
Gabr. cons. 21. nu. 30. uers. sicut in simili lib. 1. et cons.
97. num. 11. uers. sequitur, ac. seq. lib. 2. et Peregr. de
fideic. art. 23. sub num. 26. uers. in terminis autem iuris
communis, Rot. penes Card. Seraph. 325. nu. 19. uers.
septimus, et ultimus, ac seq. et in Ciuitat. Castel. sup-
plem. legitim. 1. February 1609. et 19. Marty 1610.
coram. bon. mem. Card. Lancellot. apud modern. Foro-
liuien. post tract. de legitim. decis. 77. sub. num. 4. uers.
et propterea etc. cum seqq. et latius in Romana *legi-*
tim. 27. Iuny 1614. coram bon. mem. Card. Verosp. in
recent. decis. 653. sub num. 1. uers. cum enim Robertus
p. 1. recent. et in Romana *de Iauellis 20. Iuny 1614*
coram bon. mem. Vbaldo decis. 600. per tot. p. 3. com-
probatam in decis. 667. sub. nu. 1. uers. certe enim iuris
est p. 1. et decis. 578. sub num. 4. uers. non obstant p. 4.
et decis. 100. sub. num. 4. uers. circa secundam inspe-
ctionem. etc. cum seqq. par. 5. & alios refert *modern.*
Roman. discept. 247. num. 72. uers. cum tales legitima-
ti etc. et discept. 496. numer. 10. uersic. unde legitima-
tus etc.

20 Tertio † quia assertus loquendi vsus non
refertur ad eos, qui fuerunt adeo amplè legi-
timati, & ad omnia legitimitatis iura plenè re-
stituti, ac reintegrati, ita vt sint, atque cense-
ri debeant legitimi sublata penitus omni ge-
nituræ macula, non obstantibus quibuscun-
que statutis, Constitutionibus, & consuetudi-
nibus contrarijs, vt in proposito casu factum
legitur in Instrumēto legitimationis Cynthię
vxoris dicti Ioan: Baptistæ sub die 3. Aprilis
1576. prout respondit, *Gozad. cons. 6. sub nu. 73.*
uers. non obstat quod communis usus loquendi etc. et
uers. uel et secundo etc. & comprobatur ex tradi-
tis per *Surd. consil. 1. sub nu. 97. uers. et quamuis re-*
gulariter. ac seq. et per Card. Seraph. d. decision. 325.
sub numer. 16. uersic. ul. quæ clausula etc. et modern.
Roman. descept. 496. numer. 14. uersic. maximè quia
etc. et seq.

Et denique quia prohibitio disponendi in
illegitimos (quicunque illi intelliguntur) à
Rutilio facta fuit soli Cæsari ipsius hæredi, nō
autem præfatis DD. Iacobo, & Tiberio, à qui-
bus ex pacto, & conuentione speciali admissa
fuit linea Io: Baptistæ, ac nominatim D. Ho-
ratius cum eius descendentibus ad dictum fi-

dei-

deicommissum particulare pro conseruatione, & augumento status, quietis, & dignitatis huius familiæ (vt dictum est) constitutum; Quibus equidem iustis, ac maximè commēdandis rationibus, sicut concordia, & conuētio prædicta iam diù inita, & longo sexdecim annorum, & vltra spatio seruata, & executa fuit, eisdem pariter illam imposterum seruari, ac custodiri, grauioraque inter coniunctos
11 dissidia, ac sopitas litium flamas altiùs † non excitari, sed prorsus extingui iustum, ac æquū esse Domini cēsuerunt, *iux.text.in cap.1.de transect.l.causas, l.sub prætextu la prima C.eod.tit. Bald. in d.cap.cum contingat.sub d.num.6.uers.uel sit positio de eo, quod sopitum est etc.de offic.delegat. Rot.penes fa.mem.Gregor.d.decis.286.sub num.9.uers.accedit etc.cum seq.et decis.354.sub num.1. et seq.et in recent.decis.715.sub num.6.uers.accedit etiam etc.p.2.et d.rec.231.sub n.4.in fin.uers.quæ tamen etc.p.4. ac decis.86.sub num.3.uers. ideo, cum seqq. par.6. ac sæpè in alijs.*

Et ita fuit conclusum vtraque parte informante &c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Bononien. de Glauarinis.

Veneris 18. Martij 1650.

ARGVMENTVM.

Agitur de restitutione fructuum à die motæ, & contextatæ litis, necnon expensarum pro recuperatione prædij nullitèr, & iniustè executati.

SVMMARIVM.

1 *Fructus à die motæ litis, & contextatæ restituendi sunt.*
2 *Expensæ factæ in lite refici debent.*
3 *Possessor, qui nulliter & iniustè possessionem adeptus fuit, tenetur restituere prædium, cuius possessionem capit.*
Fructus prædij nulliter, & iniustè possessi sunt à die captæ possessionis restituendi. num.3.
4 *Expensæ factæ in recuperatione prædij nullitèr, & iniustè executati sunt reficiendæ.*
5 *Mobilia existentia in prædio executato à substituto in fideicommisso, si erant propria hæredis fideicommissarij sunt restituenda.*
Et substitutus tenetur restituere illa, vel illorum valorem, ibidem num.5.

DECISIO XXII.

INTRODVCTA in Rota post obitū Equitis Gherardi Glauarini lite per Io. Baptistam, & alios de Glauarinis contra Petrum, & alios de Glauarinis contra Petrum, & alios de Pieritijs super recuperatione bonorum fideicommissariorum existentium in Communi Cadriani, eaque cepta vltima Iulij 1634. ac terminata die 11. dicti mensis 1636. per sententiam latam à Reuerendiss. Terracinen. Glauarini ceperunt possessionem nedum bonorum fideicommissariorum, sed etiam aliorum corporum non cadentium sub fideicommisso Glauarino in vocabulis Barzellino, Cazzaro, della strada, ac prædij emphiteotici nuncupati della Madalena, commissaque exindè causa in gradu appellationis R.P.D. meo Rojas, cū clausula constito, quod sit locus Aegidianæ, die 16. Maij 1639. coram eodem Rota respondit constare de excessibus quoad tornaturas octo, & quinque, & quoad prædium della Madalena, & in his tribus corporibus concessa fuit Pieritijs manutentio; quo verò ad prædium della Strada resolutum fuit eisdem Pieritijs retentionem competere, vt in decisione emissa die 18. Martij 1643. coram Reuerendiss. D. meo Decano, ac sub diebus 5. Martij, & 28. Iunij 1649. confirmata coram me, & successiuè relaxatum mandatum de manutenendo.

Petentibus autem Glauarinis restitutionem fructuum dicta lite durante ex bonis fideicōmissarijs per Pieritios perceptorum, necnon etiam expensas in eadem lite factas, Pieritij exceperunt ipsis quoque à Glauarinis deberi fructus tā supradictarū tornaturarū quinque, & octo, ac prædij della Madalena excessiuè executatarū, quam etiā d. prædij della Strada; Vnde orto dubio, an fructus, & expensæ hinc inde debeantur, & ad quam summam ad effectum compensandi, eoque hodie proposito DD. responderunt hinc inde fructus, & expēsas deberi iuxta modum hic expressum mandādo quoad quantitatē particulariter videri.

In primis voluerunt à Pieritijs reis conuētis restitui fructus ab ipsis perceptis ex prędio Cadriani à die vltima Iulij 1634. litis constitutæ vsque ad diem vndecimā d. mensis anni 1636. qua Glauarini in vim sententiæ Rotalis in eiusdem prædij possessionem immissi
1 fuerunt, † cum isti fructus à die litis contestatæ debeantur, *ad tex.in l. cum fundus 31. in princip. ff. si cert.pet. l.videamus 38. §. si actionem habeam, ff.de vsur.l.certum est 22.in fin.C.de rei vend. l.1.in fin. C. de petit.hær.Card. Seraph. decis. 835. num.1. Rot.coram Penia decis.108.num.3.& seq.coram Buratt.decis.130. num.8. & seq. & decis. 281. num.1.& 2.par.7.rec.*detractis tamen ex eodem prædio dictis pretijs terrarum, & eorum fructibus, in quibus quidem pretijs ex decreto huius Sacri Tribunalis Pieritijs concessa fuit manutentio.

Deindè reficiendas esse dixerunt à Pieritijs
2 expensas in dicto † iudicio per Glauarinos factas tamquam de iure debitas, *iuxta text. in l. operandum 11. §. siue autem, C. de iud. l.3. C. de fruct.& lit. expen. & in §. oportet autem, Auth. de iud.Caualer.decis.191.num.2.Buratt.decis.921.n.1. Duran.decis.313.num.9.decis.382. per tot. & decis. 420.num.1.*

Pieritijs verò Domini censuerunt deberi à Glauarinis restitui fructus tam dd. tornaturarum quinque, & octo, ac prędij della Madalena a die 11. Iulij 1636. sub qua Glauarini in executione excesserunt, vsque ad diem 16. Iulij 1640. quam etiam fructus prædij della Strada a dicta die 11. Iulij 1636. vsque ad diē 19. Au-

19. Augusti 1649. quia Pieritii executioni demandarunt mandatum Rotale de eos manutenendo, etenim dum per Glauarinos nulliter, & iniustè horum prædiorum possessio capta fuit, vtique ipsi tam predia, quam etiã
3 fructus à die commissi excessus, † & occupationis respectiuè tenentur restituere, *cap. cum super, & ibi gloss. in verbo restituendum de caus. poss. & propr. Roman. consil. 454. num. 26. Burat. dicta decis. 921. num. 2. & 3. Rot. decis. 43. num. 7. par. 1. recent. & fuit dictum in Perusina bonorum, seu dotis 19. Februarii 1618. coram bon. mem. Remboldo impress. apud modern. Perusin. in tract. de subhast. dec. 31 num. 1. & 2.*

Et consequenter Glauarinos teneri etiam restituere Pieritiis expensas pro recuperatio-
4 ne dictorum corporum, † & impetranda in eis manutentione desuper factas *per tex. in cap. 1. vbi Abb. & dd. de plus. petit. Rot. in Perusina executionis 23. Martij 1594. coram Penia inter eius impress. decis. 280. per tot. Buratt. 449. num. 8.* & latè probatur *in d. Perusina bonorum, seu dotis coram Remboldo, num. 3. & 4.*

Sic pariter existimarunt Domini, Glauarinos cogendos esse ad restitutionem mobiliũ, quæ remanserunt in Palatio Villæ Cidriani, & erant propria Pieritiorum, vt in eorum
5 summario *num. 4.* † seu valoris illorum, cum ista tamquam fideicommisso non obnoxia, nequeant possideri, neque prætendi à Glauarinis.

Quia verò quantitas fructuum, & expensarum ex confusa, & imperfecta Notarij relatione non potuit in hac disputatione firmari, Domini ordinarunt, vt de illa particulariter videretur.

Et ita vtraque &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO.

Sacr. Rot. Rom. DECANO.

Romana Renunciationis.

Mercurij 18. Martij 1650.

ARGVMENTVM.

Renunciatio facta à matre filio adhoc, vt ipse de sua hæreditate disponeret ad fauorem certarum personarum, quando vitio captatoriæ dispositionis subiaceat: Familiæ decor in primogenituræ institutione apprimè consideratur, & ideò satis illius conseruationi prospexisse dicitur, qui primogenituram instituit.

SVMMARIVM.

1 *Pacta restringentia libertatem vltimæ voluntatis à iure, improbantur, etiamsi fiant cum eo, de cuius hæreditate agitur.*

2 *Dispositiones vltimæ voluntatis, quæ reciprocæ sunt substinentur, quando fiunt ex mutua disponentium affectione.*

3 *Captatoria dispositio quando dicatur, & quando non, & sup. num. 5. anteced. & infra num. seqq. vsque ad fin.*

4 *Dictio, supradictorum, est personalissima, & dicitur restrictiua, nec patitur extensionem.*

5 *Conseruatio bonorum in familia operatur, vt omnes filij tamquam capita familiæ sint instituendi.*

6 *Mater æqualem præsumitur habere affectionem erga omnes filios, & sic quod omnes æqualiter instituantur.*

7 *Filius nasciturus, tempore institutionis nec natus, nec conceptus, non potest dici de familia, & agnatione instituentis.*

8 *Agnationi prospexisse non videtur, qui vnicam tantum personam vocauit, & vnicum tantum gradum substitutionis fecit.*

9 *Decretum Iudicis in contractibus mulierum interponi debet causa cognita, & Iudici insinuata.*

Non autem sub inuolucro verborum, sed causa liberè exprimenda cum omnibus suis circumstantijs. ibid.

10 *Renunciatio stante læsione enormissima non substinetur, sed ab ipsa renunciante potest impugnari.*

11 *Contractus mulieris, in quo fuerunt seruatæ solemnitates statuti, omnimodam validitatis præsefert præsumptionem.*

12 *Captatoria dispositio tribus modis distinguitur, & quibus. vide num. seqq.*

16 *Hæredis institutio pendens ab arbitrio iam declarato, captatoriam dispositionem non inducit.*

17 *Dispositio modalis non dicitur captatoria, etiamsi modus tamquam improbatus sit reijciendus.*

18 *Renunciatio dicitur captatoria quando quis instituere debet magis vnum, quam alium, contra voluntatem ipsius instituentis, alias secus, & num. seqq.*

20 *Primogenitura perpetua ex quibus constituta dicatur, & num. 21.*

22 *Primogenitura dicitur introducta pro maiori conseruatione agnationis.*

23 *Familiarum decor, & dignitas ex quibus melius conseruetur.*

24 *Familiæ reliquisse dicitur, qui vnum de familia etiã remotiorem elegit, & num. 25.*

26 *Agnationis conseruandæ causa etiam in substitutione suum sortitur effectum.*

27 *Descendentes omnes etiam vltra decimum gradum dicuntur de familia, & agnatione, & ad fideicommissum admittuntur, num. seq.*

29 *Nepos conceptus, & natus post obitum patrui, vel aui non excludit remotiorem superexistentem.*

30 *Frater instituendo nepotes etiam futuros, & incognitos dicitur instituisse pro conseruatione agnationis.*

31 *Agnationis conseruandæ intentio ex quibus deducatur.*

32 *Causa in contractibus mulierum sufficit quod fuerit expressa, nec requiritur, quod eius expendatur veritas, & quando.*

33 *de Causa veritate dubitari non potest ex interpositione decreti Iudicis iuncta auctoritate consanguineorum, siue curatoris.*

34 *Causa conseruationis agnationem quamcumque remouet læsionis suspicionem.*

35 *Læsi non consideratur in his, quæ à futuro pendent euentu.*

DE-

DECISIO XXIII.

SENTENTIA Rotalis lata per R.P.D. meũ Otthobonum, præuia decisione edita 14. Iunii 1649.* in qua dictum fuit, renunciationem sustineri, hodie impugnabatur à Valentia de Valentibus renunciante.

Et primò, quia ipsa fecit dictam renunciationem ad fauorem Philippi eius filij, vt ipse de integra sua hæreditate disponeret ad fauorem certarum personarum, de quibus se certioratam asseruit: ideoque exinde filio ablata remansit libera testandi facultas, & consequenter renunciatio, tamquam captatoria,
1 nullius est roboris, & efficaciæ, † cum huiusmodi pacta restringentia libertatem vltimæ voluntatis à iure improbentur, etiam si fiant cum eo, de cuius hæreditate agitur, vt probant *tex. in l. licet 19. C. de pact. in l. stipulatio hoc modo concepta 61. ff. de verb. oblig. at. gloss. in l. ex eo Instrumento, verb. successiuè, C. de inutil. stipulat. & in l. si fratres 53. §. idem respondit il primo, verb. ideo ff. pro soc. Alex. cons. 28. per tot. lib. 3. Bertrand. cons. 246. num. 7. lib. 6. Bero. consil. 30. num. 23. vsque in fine, lib. 3. Cappell. Tholosan. quæst. 453. num. 1. & per tot. Tiraquell. de iur. primogen. quæst. 6. num. 18. cum seqq. Gratian. discept. forens. cap. 908. num. 1. cũ seqq. Osasch. decis. Pedemont. 100. num. 17. cum alijs per Rotam in Romana de Caualerys 25. Iunii 1632. & 14. Februarii 1633. coram cla. me. Coccino in recent. decis. 178. num. 3. & 4. & decis. 350. num. 12. & 13. par. 6.*

Idque eò fortius, cum illam non fecerit simpliciter ex affectione erga filium, sed ea lege, & pacto, vt institueret personas inter ipsos conuentas, ibi, *Certior facta de ipsius voluntate circa institutionem hæredis &c. et hoc faciat summopere desiderans obtulit eidem eius filio renunciare, &c.* & ibi: *Hanc autem renunciationem fecit, &c. ad effectum, vt dictus D. Philippus de tota, & integra sua hæreditate ad eius libitum disponere valeat ad fauorem supradictarum personarum &c.* Licet enim sustineantur reciprocæ vltimarum vo-
2 luntatum dispositiones, † quando fiunt ex mutua disponentium affectione, *per tex. in l. captatorias, ff. de hæred. instit.* Secus tamen est, vbi (prout hic) factę fuerunt ex pręambula con-
3 uentione, † & pacto inter ipsos disponentes præcedenter inito, tunc enim excluditur mutuæ affectionis ratio, & dispositiones censentur captatoriæ alienæ voluntatis, vt tradit *Bartan dicta l. licet sub num. 1. C. de pact. DD. communiter in l. captatorias, C. de testam. milit. & in l. illæ autem institutiones, ff. de hæred. instit. Gratian. d. cap. 908. num. 5. cum seqq. Rota in recent. decis. 272. num. 1. par. 8. & in Romana hæreditatis de Scarsellis 17. Decembris 1645. coram Reuerendiss. D. meo Decano, et 17. Iunii 1646. coram R.P.D. meo Celso:* Attenta præsertim stipulatione, & acceptatione facta à Philippo renunciatario pro se, suisque hæredibus, & successoribus in testamento declarandis, quæ cum non sit adiecta vltimæ voluntati, sed renunciationi factæ per contractum inter viuos, induxit necessitatem causatiuam testandi ad fauorem earumdem personarum, & indicat, Valentiam aliter non renunciasse, nisi filius renunciatarius sic testari promisisset: Quæ quidem necessitas remissa non fuit ex facultate deinde ipsi concessa disponendi ad eius libitum, dum addita fuerunt sequentia verba, ibi, *ad fauorem supradictarum personarum,* quibus satis explicatur, facultatē non suffragari ad disponendum extra personas concordatas: Dictio enim illa, *supradicta-*
4 *rum*, † tamquam personalissima restringit dispositionem ad personas contemplatas, & vltra eas non compatitur extensionem, *Aym. cons. 98. n. 8. Menoch. cons. 87. nu. 43. & 44. & cons. 610. n. 22. Fusar. cons. 99. n. 4. Surd. cons. 123. nu. 13.*

Secundò, quia deficit causa, cuius contemplatione renunciatio facta fuit; Valentia enim renunciauit pro conseruatione bonorum in augumentum decoris familiæ, & agnationis,
5 ac proinde omnes † eius filij in pari gradu existentes, tamquam capita familię erant instituendi, *ad trad. per Molin. de primogen. Hispan. lib. 1. cap. 5. num. 31.* Ponderatis pręcipuè tum illis verbis, *ad fauorem supradictarum personarum,* quę demonstrant plures personas à renunciãte fuisse contemplatas; tum etiam qualitate
6 ipsius renunciantis, † quę cum sit communis mater, ęqualem pręsumitur habere affectionem erga omnes eius filios, & sic voluisse, quod omnes ęqualiter instituerentur, ad tradita per *Angel. in §. illud quoque, auth. de nupt. Dec. in l. 1. sub num. 2. C. vnd. liber.* Ideoque illi satisfactum non fuit à Philippo renunciatario, dũ non instituit præfatos eius fratres, & respectiue filios dictæ renunciantis viuentes, & extantes, sed nepotem nasciturum ex vno ipsorum tunc nec etiam coniugato, qui cum eo
7 tempore nec natus, nec conceptus fuisset, † nõ poterat dici de familia, & agnatione disponẽtis, *l. si quis filio, ff. de iniust. rupt. & irrit. testam. l. Titius exhæredato filio, ff. de suis, & legit.* Nec
8 agnationis cõseruationi prospexisse † videtur, dum vnicum tãtum vocauit, & vnicum gradum substitutionis fecit, *ex allegatis per fa. me. Greg. decis. 464. num. 17.*

Tertiò, quia decretum Iudicis interpositum non fuit, causa cognita, eiq; insinuata, prout
9 requiritur *per Statut. Vrb. lib. 1. cap. 151.* † Nam modus conseruandi agnationem per institutionem nepotis nascituri cũ exclusione omnium fratrum non erat palliandus sub inuolucro verborum, sed libere exprimendus cum omnibus suis circumstantijs, vt mater posset deliberare, an vellet eidem consentire, ac Iudex illum intelligere, & approbare, per ea, quæ dixit *Rota coram bo. mem. Buratto decis. 120. num. 8. & 22. & in recent. decis. 1. num. 21. & decis. 203. num. 21. & 23. par. 8. ac in Romana domuncularum 10. Februar. 1648. coram Reuerendiss. D. meo Decano, §. non obstante in fine.*

Quartò denique, quia fuit enormissimè lęsiua, cum pro tenui menstruo legato scutorũ 25. temporaliter duraturo ipsa renunciauerit legitimam ascendentem ad scuta quinquaginta mille, & vltra: Stante enim enormissi-
10 ma læsione, renunciatio non sustinetur, † sed ab ipsamet muliere renunciante validè potest impugnari, vt respondit *Rota decis. 102. num. 1. cum*

cum seqq. par.2. diuers. decis.118. num.1. cum seq. par.8.rec.& in Romana donationis 16.Martij 1643. coram R.P.D.meo Bichio.

Verum causa proposita, his minimè obstā-
tibus, Domini iterum existimarunt renun-
ciationem sustineri, & sic sententiam Rotalē
esse confirmandam, quia eius validitas non
reuocatur in dubium, & iustitia conuincitur
ex ipso renunciationis Instrumento, in quo
seruatæ fuerunt omnes solemnitates per sta-
11 tutum nostrum requisitæ *lib.1.cap.151.* † om-
nimodæ validitatis præsumptionem præsefe-
rentes, ex iuribus allegatis *in dicta decisione edi-
ta coram R.P.D.meo Otthobono, §. ratio est, & in
Romana prætensæ restitutionis dotis 15.Ianuarij, &
21.Iunij 1649.coram R.P.D.meo Peutingero.*

Primum siquidem obiectum remoueri vi-
sum fuit ex qualitate dispositionis captato-
12 riæ, quæ regulariter tripliciter diuiditur. † Pri-
mo scilicet, quando substantia vltimę volun-
tatis principaliter, & directo confertur in li-
beram voluntatem alterius, vt puta si testator
dixerit. *Instituo hæredem Sempronium, si Titius
voluerit*, quia si Titius dicat se nolle, Sempro-
nius non erit institutus, & Testator remanę-
bit deceptus decedendo intestatus, *l. si quis
Sempronium 68. vbi gloss. in figuratione casus, ff. de
hæred.instit.gloss.in l.captatorias, verb.aliena, ff.eod.
in l. captatoriæ in figurat.cas. ff. de legat. 1. & in l.
13 captatorias, C.de testam.milit.* † Secundò, quan-
do non principaliter, sed per indirectum cō-
mittitur substantia dispositionis, *vt instituo quē
Titius voluerit, vel elegerit*: Nam Titio nolen-
te, vel non eligente, institutio remanet va-
14 cua. † Tertio denique quando institutio fit
sub specie alterius institutionis, videlicet, *In-
stituo te, si institueris me, gloss.in d.l.captatorias dicto
verb.captatorias, C.de testam.milit.* & hisce tribus
modis captatoriam voluntatem distinxerunt,
*Couarr.in cap.cum tibi num.1.de testam. Grass. in §.
institutio quæst.18.num.2.& Rota in superius allega-
ta Romana de Caualerijs 25.Iunii 1632.coram clar.
me.Coccino in recent.d. decis. 350. num.4. vsque ad
15 14. par.6.* † Tertia vero species subdiuiditur
etiam, & compræhendit casum, quo institu-
tio, vel alterius dispositionis conditio tendat
ad alium extraneum hæredem instituendum,
vt puta, *Titius habeat centum, vel hæres meus esto,
si Mæuium hæredem instituerit. per text.in dicta l.si
fratres 53.d.§.idem respondit il primo, ff. pro soc.&
in l. illæ antē institutiones 71.vers.sed illud quæri po-
test, ff.de hæred.instit.Couar.in d.cap.cum tibi num.2.
vers.& ideo idem erit.*

Nulla autem ex præfatis speciebus cōgruit
casui nostro. Prima siquidem, & secunda
non indigent discussione; tertia verò penitus
tollitur ex contextu renunciationis; Valen-
tia enim non renunciauit sub prætensa pro-
missione, pacto, seu conditione, quod Phi-
lippus renunciatarius certas personas institue-
ret; sed approbauit dumtaxat eius volunta-
tem futuræ dispositionis antecedēter sibi ore-
tenus declaratam, atque ad renunciandum
mota fuit, vt eo magis filius eamdem suam
voluntatem iam sibi cognitam posset adim-
plere, vt sunt clara verba eiusdem renuncia-
tionis, ibi: *Per Ill.D. Valertia &c.exposuit, &
narrauit, quod Per Ill. D. Philippus de Valentibus
eius filius &c. volens de bonis suis disponere propo-
suit testari, ipsaque exponens certior facta de ipsius
voluntate circa institutionem hæredis, & de causa, ex
qua mouetur pro bonorum conseruatione in augumen-
tum decoris familiæ, & agnationis &c. huiusmodi vo-
luntati adhærens, idemque intendens, ac propterea vt
hoc faciat summoperè desiderans obtulit eidem eius fi-
lio renunciare legitimam, & aliam quamcumque por-
tionem sibi in bonis illius de iure quomodolibet debi-
tam &c.* & ibi, *Renunciauit &c.legitimæ, & alteri
cuicumque portioni &c. ipsamque legitimam, & aliā
quamcumque portionem, ac iura &c. vt supra cessit
&c.dicto D.Philippo eius filio præsenti, & pro se,
suisque hæredibus, & successoribus in dicto testamen-
to nominandis, seu declarandis acceptanti &c. Hanc
autem renunciationem fecit &c.ad effectum, vt dictus
Dominus Philippus de tota, & integra eius hæredi-
tate ad eius libitum disponere valeat ad fauorem su-
pradictarum personarum &c.* Hinc igitur institu-
tio hæredis pendebat ab arbitrio renunciatarij
16 iam antea declarato, † & consequenter renū-
cians per huiusmodi renunciationem non
captauit, neque aucupauit illius liberam te-
standi facultatem, ad tradita per *Fontanell. de
pact.nuptial.claus.5. gloss.10. par.2. num.19. fol.
mihi 241. Mastrill.decis. Sicul.190. nu.1.& 2.* ver-
ba vero illa, ibi: *Vt dictus D.Philippus de tota,
& integra eius hæreditate ad eius libitum disponere
valeat ad fauorem supradictarum personarum, &c.*
non important conditionem, sed modum,
nec faciunt dispositionem conditionalem, sed
17 modalem, † quæ proinde sustinetur, & vitio
captatoriæ voluntatis impugnari non potest,
esto quod si modus esset illicitus, & à iure
improbatus reiici deberet, vt docet *gloss. in l.
cum donationis, verb.adstringitur, vers. si verò re-
mittat, C.de transact. Ruin.cons.2. num.2.& 3.lib.2.
Peregrin.cons.34.num.3.cum seqq.lib.5. & de fidei-
commiss.art.33.num.63. Fusar.de substit. quæst.503.
num.27.cum seqq.*

Indeque cessant omnia superius in contra-
rium adducta: Procederent enim, si Valen-
tia renunciasset sub explicita conditione insti-
18 tuendi certas personas, † itaut filius renun-
ciatarius contra eius voluntatem adstrictus
esset vnum magis, quam alium habere hære-
dem, *vt ad litteram probant text. gloss.& DD. su-
pra allegati, & facit Soccin. iun. cons.143. num.40.
lib.1.* Secus autem, vbi renunciauit (prout
hic) per modum simplicis approbationis, &
adhærendo voluntati eius filii sibi antea de-
19 claratæ. † Hoc enim casu cum renunciatarius
instituere potuisset hæredes sibi visos, & quos
vellet, nec minus vmbra captandæ filialis vo-
luntatis in matre renunciante considerari po-
test, vt optimè tradit *Bart. cons. 72. sub num.1.
vers. sed in proposito, vol.1. quem refert, & sequi-
tur Soccin. iun. d. cons.143. num. 41.* Acceptatio
verò, & stipulatio pro hæredibus in testa-
mento declarandis nullius est releuantiæ,
quia illorum nominatio non pendebat à
voluntate renunciantis, sed à libero arbitrio
renunciatarij, iuxta declarationem præce-
denter ab ipso oretenus factam, quod à iure
non

non improbatur, *iuxta auctoritates superius allegatas*.

Secundum penitus tollitur, tam in Facto, quàm in Iure. In Facto scilicet, quia causa renunciationis nó fuit in eo constituta, quod Philippus deliberauit instituere eius familiã, vel agnationem simpliciter, & absolutè, sed quia deliberauerat instituere hęredem pro cõseruatione bonorum in augumentum decoris familiæ, & agnationis, ibi, *Ipsaque exponens certior facta de ipsius voluntate circa institutionem hæredis, & de causa, ex qua mouetur pro bonorum conseruatione in augmentũ decoris familiæ, & agnationis &c. huiusmodi voluntati adhærens &c.* Vnde cum ipse in eius testamento hæredem instituerit Primogenitum Andreæ Angeli eius fratris, & illi substituerit omnes eius filios, & descendentes masculos in perpetuum, omnibusque defectis, vocauerit secũdogenitum, & eius descendentes pariter masculos, ac deinum eodem modo tertium, quartum, & vlteriorem genitum, cum perpetuo, & successiuo ordine primogenituræ: Et casu quo Andreas Angelus non haberet filios, vel omnes illius descendentes decesserint, substituerit alios eius nepotes, scilicet Ioannem Baptistã, eiusque filios, & descendentes, ac deinde Iacobum, illiusque pariter filios, & descendentes, vt supra, cum prohibitionibus, oneribus, & alijs in testamento adscriptis pro perpetua eius agnationis, & familiæ conseruatione, ibi: *In tutti, e singoli altri miei beni &c. mio herede vniuersale faccio &c. il primo figliuolo maschio legitimo e naturale, che hauerà con la Dio gratia il Sig. Andrea Angelo mio fratello, & à lui voglio, che gli succedino volgarmente, e per fideicommisso li suoi figliuoli, nepoti, e pronepoti, & altri descendenti maschi legitimi, e naturali in perpetuo, & in infinito; Et mancando detto figliuolo, e sua descendenza mascolina, voglio, che similmente succeda il secondogenito di detto Sig. Andrea Angelo, e la sua descendenza mascolina legitima, e naturale, come sopra, e così il terzo, quarto, & altri geniti di detto Sig. Andrea Angelo, e loro descendenza &c. E caso, che detto Sig. Andrea Angelo non hauesse figliuoli, ò descendenti maschi, come sopra, ò morissero &c. in questo caso voglio, che in detta mia heredità intieramente, e senza diminutione alcuna succeda detto Signor Gio. Battista mio nepote, e li suoi figlioli, e descendenti maschi, come sopra; & in defetto loro restando finita la loro descendenza, voglio, che succeda detto Signor Giacomo suo fratello, e mio nepote, e li suoi figliuoli, e descendenti come sopra, escluse sempre in qualsiuoglia di dette descendenze le femine, e loro descendenti, & in defetto di quelli, ò vero mancando, e restando parimente finita la loro descendenza, voglio, che quello, che sarà vltimo, possa disporre di tutta la mia heredità, instituendo herede vniuersale vn figliolo naturale di vna di dette descendenze, se pure per fragilità humana vi fusse, à sua elettione, e quando ci fusse vno legitimo, e naturale delli nostri più prossimi, parimente à sua elettione, con le vocationi, sostitutioni, fideicommissi, prohibitioni, & altro, che saranno necessarij per la perpetua conseruatione, e nome della mia famiglia &c. che perciò voglio, che quello, che succederà pro tempore, pigli, & vsi cognome, e l'arme della mia casa &c.* Vtique constituisse videtur perpetuam Primogenituram
20 inter omnes † in eodem testamento expressos, & dicto ordine successiuo vocatos, *vt tradit Menoch. cons. 904. num. 44. vol. 10. Rota in Auenionen. fideicommissi 5. Decemb. 1635. coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo in rec. decis. 77. n. 24. par. 7.* Licet non expresserit ordinem successiuæ vocationis inter filios, & descendẽtes pri-
21 mi, secundi, & vlterioris geniti, † cum in ipsis repetitus censeatur, ne alias valeat plus tribuisse remotioribus, quàm proximioribus magis dilectis, *vt in puncto respondent Archaran. cons. 27. per tot. Roman. cons. 478. num. 13. Peregr. cons. 18. nu. 6. vsque in fin. lib. 5. Menoch. cons. 1006. num. 49. vol. 10. Tiraquell. de iure primog. quæst. 3. num. 6. cum seqq. & signanter num. 10. Molin. de primogenit. Hispan. lib. 1. cap. 5. num. 19. & 20. cum alijs optimè adductis in Tiburtina fideicommissi 21. Maij 1646. §. & licet, & 14. Ianuarij 1647. nec dubitare fecit coram R. P. D. meo Arguelles.* Et consequenter controuerti non potest, ipsum plenè adimplenisse causam conseruationis decoris familiæ, & agnationis in dicto Instrumento renunciationis expressam: Cum primogeni-
22 turæ introductæ, † ac institutæ dicantur pro maiori agnationis conseruatione, *Cephal. cons. 251. num. 48. lib. 2. Decian. respons. 31. sub numer. 9. vers. secundo ad probandum, vol. 1. Gabr. cons. 106. num. 1. vers. tamen dubium fecit lib. 1. Menoch. cons. 204. num. 18. vol. 3. Tiraquell. vbi supra quæst. 71. num. 2. & 3. Card. Mantic. de coniectur. vlt. volunt. lib. 6. tit. 15. ante num. 16. vers. item si testator, Rota in rec. decis. 427. num. 40. par. 5.* Ea scilicet ratione, quam familiarum decor, & dignitas me-
23 lius conseruantur † ex inita bonorum conseruatione in personis primogenitorum, quam per illorum distributionem inter plures, vt optimè ponderarunt *Soccin. senior cons. 47. nu. 6. lib. 3. Paris. cons. 72. num. 81. par. 4. bene ad propositum relati in dicta decisione coram R. P. D. meo Otthobono, §. quia tantum abest, quos refert, & sequitur Surd. cons. 241. num. 14. & doctè comprobauit Rota in Romana locorum Montium 15. Februarij 1641. coram Reuerendissimo D. meo Decano, §. de iure namque.*

24 In Iure verò, quia familiæ † reliquisse dicitur, qui vni de familia etiam remotiori reliquit, vt probant *text. clari in l. filiusfamilias 117. §. cum prætor*, ibi, *Verum est in familia reliquisse licet vni reliquisset, ff. de legat. 1. & in l. vnum ex familia, §. si falcidia*, ibi, *Itaque si cum fortè tres ex familia eius essent, qui fideicommissum reliquit eodẽ, vel dispari gradu, satis erit vni reliquisse &c. ibique gloss. d. verb. vni, ff. de leg. 2. Castr. cons. 32. in fin. par. 1. Alciat. cons. 120. num. 9. lib. 9. Crot. cons. 48. ante num. 12. vers. huic obiectioni lib. 1. Ruin. cons. 114. num. 10. & signanter vers. ideo potest fieri, consil. 116. num. 13. vers. & propterea, & cons. 127. n. 13 vers. sicut quando lib. 2. Surd. cons. 29. num. 6. & 7. cum seqq.*

Ideo non refert, quod mater censeatur æqualem habere affectionem inter omnes eius filios.

Quia ipsa in dicta renunciatione nullam dispositionem fecit, nec fieri mandauit ad fa-

uorem

uorem familiæ, ex qua proinde censeri posset, omnes æqualiter instituisse, vel institui voluisse, *in quibus terminis loquuntur iura ab altera parte allegata*. Sed tantummodò approbauit, vt dictum est, voluntatem renunciatarij sibi oretenus declaratam instituendi hæredem pro augumento decoris familiæ, & agnatio-
25 nis,† ideoque illi dedisse videtur absolutam disponendi facultatem de re sibi renunciata, vt posset de ea ad sui libitum disponere etiã in vnum tantum de familia, *ex iuribus supra adductis,& signanter Ruin.dicto cons.114. sub n.10. & dicto cons.116.num.12.vers. ratio ergo*, qui pro ratione considerat, quod similis renunciatio in fauorem renunciatarij principaliter facta censetur.

Nec subsistit, quod primogenitus Andreæ Angeli, tanquam non natus, neque conceptus in vita testatoris non dicatur eius agnatus,& sic deficiat causa conseruandæ agnationis.

Quia præter quod obiectum euitatur animaduertendo, quod dum testator in defectu linearum omnium descendentium masculorum Andreæ Angeli substituit dictos Io: Baptistam, & deinde Iacobum,eorumq; descendentes, pariter eius ex altero fratre nepotes,
26 tunc natos, & superexistentes, † in ipsis causa agnationis conseruandæ suum congruum habuit effectum, *vt responsum fuit in Romana successionis 13. Iunij 1624. coram bon.mem.Merlino in recent decis. 561. num. 70. par. 8.* Tollitur hæc difficultas faciliori responsione, quia omnes descendẽtes testatoris, tam ex linea effectiua,
27 quàm † contentiua etiam in remotissimo tẽpore vltra decimum gradũ progeniti, & vsq; ad actualem linearum extinctionem dicuntur de ipsius familia, & agnatione, *l.Prætor ait,ff.de suis, & legitim.* Ac admittuntur ad fideicom-
28 missum ab eo institutum, † quotiescumque ipse perpetuitatem considerauit, & voluit agnationem conseruari, *vt post Peregr. cons. 44. num.6.lib.4. & cons.142.sub num.6. lib. 5. Surd.d. consil. 241. num.50. dictum fuit in Ferrarien. fideicommissi de Rasurijs 12.Decembris 1622. coram bo. mem. Merlino in recent.decis.436. nu.5. & 6.par.5.* Quomodo enim concepti, & nati post obitũ testatoris admitti potuissent ad eius fideicommissum pro agnationis conseruatione ordinatum, nisi de illius familia, & agnatione extitissent? Textus verò in obiecto allegati nõ dicunt non esse agnatum testatoris, qui post
89 eius mortẽ concipitur,& nascitur,†sed quod nepos conceptus, & natus longè post obitum patrui, vel aui,illi ab intestato non succedit in præiudicium alterius etiam remotioris tunc temporis superexistentis, vt sunt verba *text.in d.l. filius filio*, ibi: *Cæterum si postea conceptus est, Marcellus scribit, neque vt suum, neque vt nepotem, aut cognatum ad hæreditatem,vel ad bonorum possessionem posse admitti ff.de iniust. rupt. & irrit.testam. & in l. Titius exhæredato filio*, ibi: *Respondi, qui post mortem qui sui concipitur is neque legitimam hæreditatem eius tamquam suus hæres, neque bonorum possessionem tanquam cognatus accipere potest, quia lex 12.tabularum cum vocat ad hæreditatem,qui moriente eo, de cuius bonis quæritur, in rerum natura fuerit, & c.ff.de suis, & legitim.ac benè explicat Petr. de fideicommi.quæst.9.num.180. & 181.*

Et hinc etiam corruit suppositum, quod vnicum tantum vocauerit, & vnicum gradum substitutionis fecerit, ideòque non prospexerit agnationis conseruationi.

Quia vltra quod frater instituendo sibi hæredes filios alterius fratris etiam futuros, &
30 incognitos, † censetur illos instituisse fauore conseruandæ agnationis, *vt probat Soccin. Iun. cons.172.sub num.26. vers.respondetur*, quod etiam *lib.2.* Ex lectura testamenti superiùs recensita euidenter apparet,plures personas instituisse, vocasse,& substituisse vsque in infinitum,pluresq; gradus substitutionum fecisse, semper vocando masculos, & excludendo fœminas, eorumque descendentes iuncto nominandis onere assumendi cognomen, & insigna eius familiæ pro perpetua agnationis conseruatio-
31 ne: † itaut per consequens clarior deducatur disponentis intentio, quod voluerit illam sẽper, & perpetuò eo magis conseruare, vt in puncto tradit *Surd.d.cons.241.num.13. san. mem. Greg.d.decis.464.num.18. Rota in recent.decis.135. num.7.& 8. & d.decis.427. num.35.36.& 39.p.5. & decis.126.num.8.p.7.*

Ex his itaque cessat pariter tertium, quia cũ ipsamet Valentia Iudici asseruerit ad dictam renũciationem deuenire propter augumentũ familiæ, & agnationis, necnon etiam, quia sciebat Philippum renunciatarium velle ipsi renuncianti relinquere scuta 25.quolibet mẽse sibi anticipatè soluenda: vtiq; ex facto apparet non solum huiusmodi causam cognitã fuisse, & Iudici insinuatam, prout attestatur Notarius rogatus super interpositione decreti, ibi: *Ex nunc dictus D. Iudex, vt supra sedens visis, etc. consideratis, &c.causaq; plene cognita, & maturè discussa, &c.* Sed etiam manifestè conuincitur veritas,& effectuatio eiusdem causę, dum filius renunciatarius omnia à renunciãte eidem Iudici exposita punctualiter adim-
32 pleuit; † licet ad istum effectum sufficiat,causam fuisse expressam, nec sit necessarium eius veritatem expendere, *vt dixit Rota in Romana donationis de Grandis 16. Februarij 1601. coram bo. mem.Penia apud Pic. ad Statut.Vrb.decis.25.nu.11.* Ex ipsa enim decreti interpositione iuncta au-
33 ctoritate consanguineorum, † siue aliorum eiusdem renunciantis filiorum, & Curatoris, qui eidem renunciationi interfuerũt, eorumque consensum,& auctoritatem præstiterunt, omnia præsumuntur vera, & rationabiliter, ac solemnitèr gesta,itaut de sufficientia,& veritate causæ expressæ dubitari non possit, *vt respondit Rota decis.345. num.9.par.4.recent.in Anconitana redditionis rationis 2. Decembris 1647. coram Reuerendiss. D.Terracinen. §. est enim, et in d. Romana prætensæ restitutionis dotis 15. Ianuarij.§.cetus quidam,et 21. Iunij 1649.§.sed etiam coram Reuerendo P.D.meo Peutingerio.*

Quartum denique optimè sublatum fuit *in dicta decisione emissa coram R. P. D. meo Ottbobono §.penult.et final.* Ea scilicet ratione, quia huiusmodi renunciatio facta fuit non solum contein-

templatione dictæ menstruæ præstationis scutorum 25. sed etiam pro agnationis conser-
34 uatione, vt toties dictum est, † quæ causa tamquam pia, & laudabilis quamcumq; remouet læsionis suspicionem *ad tradita per Rotã in similibus terminis coram san.mem. Gregorio decis. 120.num.12. et seqq. et in recent.decis.74. num. 23. par.5.* Accedente insuper, quod non agebatur de iure iam purificato, sed à futuro euentu mortis filij depẽdente, cui licet infirmo mater ipsa septuagenaria poterat prædecedere, vel saltem bona illius ab eo tempore vsque ad obitum valdè diminui (prout quotidie maxi-
35 mè in mercatoribus contingere solet) † itaut per consequens nulla penitus læsio considerari valeat, *ut ponderatur in dicta decisione §. final.*

Atque ita resolutum fuit, vtraque parte informante, &c.

Decisio ista emanata sub die 14. Maij 1649. coram eodem Eminentiss. D. Card. Otthobono est inter eius impress. decisio 182.

R.P.D. LEONE VEROSPIO

Perusina Bonorum.

Lunæ 28. Martij 1650.

ARGVMENTVM.

Licèt regulariter prothocollo standum sit quãdo inter ipsum prothocollum, & exemplum aliqua adesset repugnantia, tamen si Notarius in d. protocollo aliquid sub clausula ceterata reliquit, & in exemplo postmodum extenderit, d. extensioni standum esse in pręsenti decisione firmatur, & in contrariũ adductis plènè respondetur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia iniusta non transit in iudicatum.*
2 *Sententia emanata per contradictas, non transit in iudicatum, si ab ea fuerit appellatum infra decendium à die habitæ notitiæ.*
3 *Amplia etiamsi intra terminum iuris non redierit pro Apostolis.*
4 *Appellatio ut substineatur, quando non sit necessariũ ut appellans redeat pro Apostolis.*
5 *Dispositio Testatoris posterior attendenda est, et antecedenti præferri debet licet preordinata fuisset in codicillis.*
6 *in Codicillis, substitutio facta in testamento ualidè potest declarari, ac in certo casu, uel tempore reuocari.*
7 *Instrumentum quod est à protocollo difforme nullam meretur fidem, sed iuxta ipsius tenorem debet regulari.*
8 *Notarij extensio facta in authentico, de eo quod in protocollo sub clausula ceterata reliquit, an ueniat attendenda.*
9 *ad Prothocollum recurrendum est, quando inter ipsum prothocollum, et exemplum aliqua repugnantia considerari posset.*
10 *Notarij extensio facta in authentico, de eo quod in protocollo sub clausula ceterata reliquit, attendenda uenit, si in utroque legitur eadem substantia dispositionis.*
11 *Notarij extensio attendenda uenit, quandò concurrit uerisimilitudo, quòd Testator iuxta d. extensionẽ disposuerit.*
12 *Testatoris uerba non debent censeri apposita inutiliter, ac superfluè.*
13 *Expressum censetur id, in quo solum dispositio Testatoris uerificari potest.*
14 *Fama bona Notarij excludit quamcumque suspicionis falsitatem.*

DECISIO XXIV.

SENTENTIAM immissionis, quam Monasterium Sancti Leonardi de Monte falco ex
persona Sororis Angelę ibidem professę contra Clerum Perusinum obtinuerat in bonis à
q. Roccho de Battaglinis eidem Angelę filię relictis iure substitutionis in casu iam puri-
ficato, quo Cæsar, & Alexander fratres Ange-
1 læ sine filijs decederent, † ex iniustitiæ potissimũm fundamento corruere responsum fuit
nec ideo transiisse in iudicatum, *ad text. in l.4. §.condemnatum, ff.de re iudic. et l.1.§.hæc autem uerba, ff.quod quisq; iuris, Rot.coram Cæs.de Grass.dec. 10.num.12.de re indicat. et coram Puteo decis. 407. lib.1. coram Greg.317. et 339. utrobiq; nu.1. et coram Buratto decis.92.num.4. et 5. et decis.11. num.1.p.6.*
2 *recent.* † dum maximè eiusdem Cleri Procurator ab hac sententia in contradictarum iu-
dicio prolata, legitimè prouocauit, appellando intra decendium à die habitæ notitiæ, vt
notatur *in cap. uenientes, de iure iurand. et in l. appellatione, C.de appellat. Scacc.eod.tract.de appellat. q.12.nu.17. Rota decis.[illegible] de[illegible].16.de dolo, et contumacia in nouis, et decis.40. de appell. in antiquis, et*
3 *decis.55.num.2.p.1.diuers.* † etiamsi intra terminum iuris non redierit pro Apostolis, prout
ad effectum substinendæ appellationis necessarium fore tradit *Scaccia eod.tract. lib.2. qu.13. num.24. cum seqq. per text. in Clement. quamuis, de appell. Rota coram Greg.decis.573.nu.1. ibiq; Adden.*
4 *num. 12.* † Ad hunc enim effectum satis esse reputatur, vt intra terminum iuris fuerit ap-
pellationis causa commissa per eundemmet Clerum, licet pro Apostolis, in ipsò tamen appellationis actu petitis, non redierit, vt respondit, *Rot.coram Egid. decis.100. et coram Crescentio decis.2. de appellat. num.1. et decis.54. de appellat. in antiq; coram Verall. 115. part. 2. num. 1. et coram bon.mem.Vrgellen. decis. 43. num.4. & in pluribus alij relatis per Adden. ad decis. Greg. 563. num.14.*

Hæc autem iniustitia sententię resultare visa fuit ex codicillis biduo post Testamentum ab ipsomet Roccho confectis, substitutionem Ludouicæ antecedenter in Testamento conscriptam, ac potissimè in sententia spectatam à Iudice, reuocantibus, sub expressa declaratione, quod illa, postquam locata foret, nil amplius ex bonis suis petere posset, etiam iure
5 successionis, atque substitutionis. † Talis siquidem dispositio posterior attendi debet, &
antecedenti præferri, *l.si mihi, §. in legatis, ff.de legatis 1.l.3. ff.de adimen. legatis, l. sancimus, C. de testa-*

testament. §. posteriore instit. quibus modis testamenta infr. notat. Castr. cons. 155. num. 2. & 161. nu. 1. in 2. col. propè finem, lib. 2. Alex. cons. 122. num. 1. lib. 4.
6 licet prȩordinata fuerit in codicillis; † cum in iis præcedens Angelȩ substitutio validè potuerit declarari, ac in certo casu, vel tempore postquam scilicet locata fuisset, reuocari, *ad text. in l. hereditas, C. de ys, quibus vt indignis Bart. in l. alumne, §. qui filias, ff. de adimend. legatis numer. 1. Ceph. cons. 497. n. 89. Menoch. cons. 942. nu. 8. Paris. cons. 34. nu. 49. lib. 2. Rota coram Caual. dec. 41 num. 9.*

Neque præfata dispositio posterior debet exinde corruere, quod in prothocollo Notarii sequentia verba, *etiam iure successionis, & substitutionis non legantur*; sed fuerint per eumdemmet Notarium adiecta in extensione authen-
7 tici, † quod ideò tanquam protocollo difforme nullam mereatur fidem, sed iuxta ipsius tenorem debeat regulari, *ad text. in §. vltimo vers. protocollum, Auth. de Tabell. ibique post Gloss. notat. Angel. num. 15. Bald. in l. eaque post principium, C. cominat. vel epistolas, Fellin. in cap. quoniam contra num. 10. de probat. Bart. cons. 208. num. 6. lib. 2. Surd. cons. 141. num. 10. Rot. decis. 544. num. 7. par. 4. tom. 3 recent.*

8 Quia, † cum in ipso protocollo prohibitio plus petendi de bonis suis concepta fuerit per clausulam cæteratam, ab ipsomet Notario rogato in extensione authentici postmodum extensam, *etiam iure successionis, & substitutionis,* standum est vtique præfatæ extensioni factæ ante litem motam à Notario, qui, de voluntate partium benè informatus, illa sic explicasse censetur, vt tradit, *Bald. in rub. C. de fid. instrum. num. 41. & in l. Gallus, § idem credendum il 2. num. 4. ff. de liber. & puostumis,* & pluries respondit, *Rot. vt in decis. 360. num. 2. §. quanto magis p. 4. diuers. decis. 483. num. 2. & 3. cum seqq. p. 4. recent. coram bon. mem. Coccino decis. 66. num. 2. cum seqq. & 107. pariter nu. 2. & in Romana Vineæ de Fabris 22. Martij 1602. coram recent. mem. Cardinali Pamphilio, & in Parmen. pensionis 28. Aprilis 1645. in §. et rem vti sequuta est, coram R. P. D. meo Lublio, & in Cremen. seu Panuen. pecuniaria 1. Iulij 1648. in §. itaque coram R. P. D. meo Royas*, præsertim quia in proposita facti specie nulla potest substantialis repugnantia inter prothocollum, & exem-
9 plum authenticum ponderari † (quo casu recurrendum esse ad prothocollum, respondit *Rot. in adducta Cremen. coram R. P. D. meo Royas,* & loquuntur præcitati DD. in cōtrarium ad-
10 ducti:) † Cum in vtroque legatur eadem substantia dispositionis in quietatione per Testatorem ordinata verè consistens, cuius ampliorem, vel strictiorem modum, seu qualitatem adiecta illa verba præseferunt, vt respondit, *Rota in Rom. Emphiteusis 29. May 1623. coram Vbaldo impressa p. 4. tom. 2. recent. decis. 483.*
11 *nu. 8. 9. & 10.* † Sed etiam maxima verisimilitudo concurrit, quod Testator iuxta formā in authentici extentione præscriptam, suam prȩordinare voluerit voluntatem, ponderata per, *Rot. in adducta decis. 360. num. 2. §. quanto magis p. 4. diuers.* Dum enim Testator Angelam filiam biduo ante quietauerat per hæc verba, *E che più delli beni d'esso Testatore non possa domandare*, post modum vero, declarando se mediantibus codicillis prȩcedenti dispositioni nonnulla addere, atque decernere, disposuit, quod plus de bonis suis potere nō posset, ad-
12 dendo insuper clausulam cæteratam, † proinde censetur in hac posteriori reticentia plus voluisse comprehendere, quàm contineretur in prima vt inutilitas prȩsertim dispositionis ac superfluitas excludatur, *iuxta text. in l. fundus qui locatus, ff. de fund. instruct.* & aduertit in specie *Ruin. consil. 197. num. 7. lib. 2. Soccin. iun. cons. 1. numer. 21. vol. 3. Paris. cons. 90. nu. 33. volum. 2.* & alij plures relati per, *Mantic. de coniectur. lib. 3. tit. 6.*
13 *nu. 1.* † Adeoque voluisse includere ius successionis mediante substitutione Angelȩ reseruatum in Testamento, ac si nominatim fuisset expressum, dum in alio verificari non valet hȩc dispositio posterior, vt probat, *text. in l. 2. ff. de liberis, & posthumis,* & notant ibi Scribentes, *Bero. cons. 159. nu. 29. lib. 2. Surd. cons. 143. num. 30. Rot. coram Burat. decis. 504. nu. 7.* Et bona fama Notarij concurrit, vsque ad extremum vitȩ spiritum illibata, quȩ efficaciorem prȩbet ipsius extensioni fidem, ac quamcumque suspicionis falsitatem elidit, *Surd. cons. 173. numer. 14. et 50. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 20. num. 44.* & plures alij relati per, *Farinac. de falsitat. q. 153. n. 147. Rot. in Rauennaten. Emphiteusis 19. Ianuarij 1646. coram Reuerendiss. D. meo Decano in vltimo §.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Romana Lucri Dotis.

Veneris 1. Aprilis 1650.

ARGVMENTVM.

Loca montium, licet ex constitutione Vrbana non recipiant hypothecam, tamen id nō procedere, quando ageretur ex aliqua causa priuilegiata, in præsenti decisione firmatur, in qua deciditur, quod Maritus pro eius quarto dotali benè potest auocare loca montium Creditori posteriori iam antea assignata.

Actioni subsidiariæ non est locus nisi prius excussis bonis debitoris; huiusmodi verò bonorum excussio, vt dicatur legitimè facta, quæ sint necessaria, eruditè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Quartum dotale debetur de dote tàm soluta, quàm promissa, quæ habetur, ac si soluta fuisset.*
2 *Loca montium Creditori posteriori soluta, non possunt ab eo auocari à Creditore anteriori.*
3 *Secus quando agitur ex aliqua causa priuilegiata.*
4 *Loca montium creditori posteriori soluta possunt ab illa auocari à creditore anteriori ex causa lucri dotalis.*
5 *Creditor anterior an possit retrahi quidquid ex causa onerosa posteriori creditori solutum fuit.*
6 *Creditor anterior potest auocare loca montium existentia, et creditori posteriori soluta ex causa onerosa.*

7 Vsum-

7 *Vsusfructum habens absq; ullo onere, dicitur illum habere ex causa lucratiua.*
8 *ex Causa Lucratiua dicitur quis possidere legatum, quando ualor legati, iniunctum onus excedit.*
9 *Fabrica dicitur esse illius à quo fuit constructa licèt alterius insignia fuerint insculpta.*
10 *Existentia bonorum ex quibus excludatur.*
11 *Excussio bonorum illius, qui decoxit, non est necessaria, ad effectum, ut iam factus sit locus actioni subsidiariæ.*
12 *Excussio bonorum, ut dicatur legitimè facta per Executorem quæ sint necessaria.*
13 *Mulier nō potest adire hæreditatem absque solemnitatibus ad obligandum mulieres, et minores necessarias.*
14 *Excussio bonorum sufficit quod facta fuerit per unum executorem maximè in Tribunali A.C. num. 15.*
16 *Executio bonorum sufficit ut resultet ex tacita declaratione, ac sententia Iudicis mandantis procedi ad ulteriora.*
17 *Creditor non tenetur suas actiones dirigere contra tertios non obligatos.*
18 *Maritus pro lucro dotali non tenetur excutere bona litibus inuoluta.*
19 *Filius, ut dicatur hæres Patris, et aui paterni respectiuè, ex quo iustificatum remaneat.*
20 *Frater tenetur dotare sororem, quando est hæres Patris, uel Aui paterni. & num. 22.*
21 *Mater tenetur tantum in subsidium dotare filiam.*
23 *Frater qui hæreditatem patris, vel Aui paterni absque beneficio legis, & inuentarij debet de proprio persoluere dotem sorori promissam, & alia debita.*
24 *Testis vnicus de auditu non probat.*
25 *Promittens relinquere centum, reuocari potest huiusmodi promissio iuxta naturam testamenti.*

DECISIO XXV.

CORAM Reuerendissimo Terracinen. die 5. Aprilis 1647. & 30. Martij 1648. fuit resolutum, quòd quemadmodum R.P.D. Bentiuolo ob prædecessum Semideæ eius vxoris licuit retinere quartum dotale ex scut. 10.m. in limine matrimonij solutis, ita, & modo illud petere liceat ex alijs scutis 5000. quæ bon. memor. Cardinalis Lenus in Capitulis matrimonialibus, Cleriam eiusdem Semideæ matrem esse relicturam post mortē spoponderat, pro illo q. consequendo, ex quo Cletia promissis per Cardinalē defecit, potuisse agi subsidiario iudicio contra loca 48. Montis Fidei hæreditaria præfati Cardinalis quorum vsusfructus Lucretiæ, & Antoniæ eius sororibus professis in Monasterio SS. Dominici, & Sixti, proprietas verò Ecclesiæ Sancti Caroli ad Cathinarios iuxtà ipsius dispositionem spectabat.

Quibus cum Patres S. Caroli non acquieuissent, obtinuerunt corā me in locum eiusdem Reuerendiss. Terracinen. suffecto iterum audiri, causaque bis proposita, & prima vice dilata, eaque hodie repropoſita, Domini steterunt in decisis.

1 Siquidem † non fuit per informantes controuersum huiusmodi quartum dotale deberi etiam ex dote promissa vigore Statuti Vrbis 131. lib. 1. simpliciter loquentis, quod propterea comprehendit dotem tàm datam, quā promissam, & non solutam, quæ ad effectum lucri habetur, perinde ac si soluta fuisset, vt sæpius respondit, *Rot. penès Acchill. decis. 13. numer. 1. & 4. de const. coram san. memoriæ Gregor. decision. 5. num. 1. & ibi Add. num. 11. decision. 21. numer. 1. cum alijs in vtraque decisione huius causæ congestis.*

Et Domini habuerūt pro indubitato licuisse D. Bentiuolo pro tali lucro assequendo dirigere actionem in subsidium ad loca Mon-
2 tium prædicta, † licet enim illa ex Constitutione Vrbana non cadant sub hypotheca, & anterior creditor solam personalem habens regulariter non possit auocare pecunias posteriori solutas, *vt ex text. in l. pupillus, ff. qua in fraud. credit.* tradit *modern. Mediolanen. de equit. lib. 1. qu.*
3 *34. num. 2. vers. si vero, & num. 70.* † hoc tamen non procedit, quando agitur ex aliqua causa priuilegiata, qualis est nedum dos ipsa, sed etiam dotale lucrum *l. etiā, C. de iur. dot. l. si constante, C. de donat. ante nupt. Menach. conf. 155. nu. 5 Tiraquell. in l. si vnquam verb. donatione largitus numer. 226. C. de reuocan. donat. Franciscus Molin. de ritu nupt. lib. 3. q. 33. num. 16. Rot. in Romana Census 8. Nouembris 1616. coram bo. me. Cardinali Sacrato,*
4 nam † isto in casu posse anteriorem creditorem pecunias posteriori solutas auocare, firmant, *Barbos. in l. 1. par. 6. num. 31. vers. & retenta, ff. solut. matrim.* quem sequitur, *Thesaur. qq. forens. lib. 2. qu. 16. sub num. 6. Marescott. var. resolut. lib. 2. cap. 36. num. 5. Cost. remed. subsid. 37. illat. 2. numer. 3. Gait. de credito cap. 4. numer. 1303. Peregr. de iur. fisc. lib. 6. tit. 6. cum congest. per modern. Foroliuien. de pignor. lib. quarto tit. 1. quæstion. 29. num. 25.*

Neque Patres Sancti Caroli, & litis consortes tueri se possunt ex prætensa causa one-
5 rosa, † quia quidquid sit de illa quæstione, an soluta posteriori creditori ex causa onerosa, possint retrahi per anteriorem, quod affirmat communemque asserit opinionem, *Barbos. d. l. 1. num. 24. post Couar. pract. qq. cap. 29. num. 2. Guttier. ad leg. Taur. 32. gloss. 1. num. 7. in fin. Capic. dec. 78. sub nu. 5. & seqq. cum alijs per modernum Foro-*
6 *liuien. de pignor. dicta q. 29. num. 23. & 24.* † cessare videatur in presenti difficultas, ex quo loca Montium, de quibus agitur, adhuc extant, ac proinde distincto causæ lucratiuæ, & onerosæ nullatenus applicari potest, *Menoch. conf. 25. num. 17. & sequen. Trentacinq; variar. lib. 3. resol. 23. num. 7. & 17. Fontanell. de pact. nupt. clausul. 5. gloss. 8. p. 6. num. 32. & 37. cum cæteris cumulatis per Anton. de Amat. p. 2. resol. 51. nu. 21. Rot. in Romana Pecuniaria 2. Iunij 1631. §. neque applicatur, coram Reuerendiss. Pampilonen.*

Sed ex abundanti fuit etiam consideratum nec huiusmodi causam onerosam hic concur-
7 rere. † Nam respectu Monialium res dubio caret, quod ipsam meram causam lucratiuam habeant in vsufructu eis absque vllo onere legato, *ad l. legatum 37. ff. de legat. 2. §. legatum, §.*
8 *si res aliena instit. eo.* † Quod, & idē esse, quoad Patres Sancti Caroli proprietarios visum est, quia

quia valor legati ipsis relicti iniunctum onus excedit, *l. in ratione, §. vendere ff. ad l. falcid. Alex. consil. 135. numer. 4. in fin. & numer. 5. lib. 5. Marescott. var. resol. lib. primo capit. 74. sub numer. 5. vers. secus Ludouic. à Peguer. decis. 271. num. 28. in fine.*

Quod autem valor legati iniunctum onus excedat, patet manifestè, quoniam legatum ascendit ad scuta 37. mil. vel saltem ad 27. mil. quatenus detrahantur scu. 10. mil. à creditoribus Cardinalis euicta, onus autem versatur tantum circa demolitionem domorum ad Patres spectantium, quam ipsi pro ornamento Fabricæ ex præcepto eiusdē Cardinalis pati debuerunt, escenditque ad scu. 22. mil. Summario Patrum num. 3. neque enim alia scuta 8000. quæ per ipsas fuerunt erogata pro confirmandis lateribus Ecclesiæ ad euitandam ruinam ob nimium Cupolæ pondus suspicatam, in computum oneris sunt referenda,
9 cum† huiusmodi expensa non respiciat fabricam à Testatore demandatam, sed Ecclesiam iam prius à Patribus constructam, & quæ ad ipsos pertinet, quamuis in ea insigna Cardinalis fuerint inculpata, vt probatur *in l. fin.* ibi manentibus priorū titulis, qui ea opera fecissent *ff. de oper. public.*

Neque prædictis obstat potissimum obiectum, cui exaduerso præcipuè insistebantur, nempè actioni subsidiariæ non esse locum nisi prius excussis bonis tàm Cardinalis Leni dotis promissoris, quàm Cleriæ matris Semideæ.

Quia vt animaduertit vltima decisio, *in §. tandē non obstat*; bonorum Cardinalis excussio bis iudicialiter facta fuit; primo scilicet ab Excellentissimo Principe Burghesio, vt in extract. A.C. fol. 33. & 35. Secundo à D. Ben-
10 tiuolo, † qui, citato Curatore hæreditatis iacentis, necnō prædictis Patribus, & alijs omnibus interesse habentibus ad indicandum dicta bona hæreditaria, ex quo nihil releuans deduxerunt, obtinuit deputari executorem, qui retulit nulla alia bona inuenisse præter loca Montium præfata, vt in eodem extractu fol. 261. & sequent. quare illorum non existētia præsumitur, *Bart. in l. in illa num. 5. & sub numer. 11. ff. de verb. obligat. Bald. in l. 2. nu. 9. C. quando Fiscus, vel priuat. Pacian. de probation. lib. 1. cap. 45. num. 10. & cap. 46. num. 17. in fin. & numer. 18. Ciriac. controu. 5. numer. 142. Rota in Bononien. Pecuniaria 17. Iunij 1641. coram Reuerendissimo Salamantino.*

11 Nec releuat, † quod fuerit indicatum depositum scutorum 1000. factum in Banco illorum de Palagijs. Quia stante ipsorū notoria decoctione nō est necessaria vlterior executio, *gloss. in l. nisi hac actum, ff. de pact. Ias. in l. decem num. 27. ff. de verb. oligation. Roland. consil. 9. num. 20. lib. 1. Pacific. de Saluian. inspect. 2. cap. 2. numer. 20. Negusant. de pignor. part. 8. memb. num. 14. cum alys congestis per modern. Foroliuien. eodem tractat. lib. 5. tit. 2. quæst. in. 68. num. 7. & per Rot. in dict. Bononien. pecuniaria coram Reuerendissimo Salamantino.*

12 Minus officit, † quod in dicta excussione citatus nō fuerit Marchio Martinenghus Cardinalis hæres mediatus, & vnicus tantum fuerit deputatus executor, cum duo essent necessarij vna cum Iudicis decreto excussionē esse legitimè factam declarantis, iuxta deducta *in Romana de Cupis 4. Februarij 1608. coram bon. mem. Lancellotto.*

Quoniam præfati Marchionis necessaria nō
13 erat citatio, † ex quo non constat hæreditatē fuisse aditam per Liciniam ipsius matrem ex solo mandato per eam dato ad adeūdum sine solemnitatibus ad obligandum mulieres, & minores necessariis, *Castr. in l. mutum in fin. 8. ff. de acquirend. hæredit. Pic. ad Statut. Vrb. gloss. 7. numer. 108.* & aliàs respondit *Rota decis. 73. nu. 17. par. 5. recent. & in Interamnen. Bonorum 1. Februarij 1641. coram R.P.D. meo Cerro.* Gratis verò obijcitur, quod diligentiæ non fuerint factæ à duobus executoribus cum contrarium constet ex datis coram Reuerendissimo Terracinen.
14 Summario Domini Bentiuoli *n. 11.* † licet per vnum etiam factæ sufficerent, prout aliàs admisit *Rot. decis. 14. num. 2. in fin. par. 2. recen.* licet enim tutius sit, duos executores deputare, nihilominus si tantùm vnus deputetur, nō ideò
15 præuertitur excussionis forma, † maximè in Tribunali A.C. in quo rigor non attenditur, vt in puncto considerat *Ludou. à Peguer dec. 271. num. 43. par. 1.* quem sequitur *Fontanell. dec. 198 numer. 13. Rota dicta decis. 14. numer. 2. par. 2. recent.*
16 Et† satis esse ad hunc effectum sententiam, & declarationem tacitam resultātem ex processu Iudicis ad vlteriora visum est ex allegatis *per Moder. Tudert. in tract. de excuss. par. 2. quæst. 33. num. 12. 13. 14. & modern. Foroliuien. d. quæst. 69. num. 5.*

Quod autem bonorum Cleriæ excussio sit facienda per Dominum Bentiuolum, caret
17 omni subsistentia, † quia cum ipse non habeat neque obligationem dictæ Cleriæ, neque eius hæredis, non tenetur contra tertios non obligatos suas actiones dirigere, *l. vel à debitoribus, ff. de relig. & sumptibus funer. Rota in Imolen. bonorū*
18 *4. Iulij 1639. coram bon. mem. Coccino,* † nec bona litibus inuoluta (qualia fuisse ista Cleriæ cōstat ex fidibus exhibitis) excutere, *Marin. Mut. decis. Sicil. 24. num. 38. & 39. coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 212. num. 16. in recent. decis. 167. nu. 51. & seqq. par. 5. & in Foroliuien. census 29. May 1626. coram bon. mem. Patriarcha Hierosolymitano.*

Et omnis tollitur amaritudo, quia onus dotandi Semideā non spectabat ad Cleriam,
19 sed ad Cardinalem, † qui cum fuerit hæres Hieronymi patris, & aui paterni respectiuè, vt constat ex solutione hoc nomine facta vnius census hæreditarij Hieronymi, *ad l. parentibus, §. qui autem agnouit, C. de inoffic. testment. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 12. tit. 12. n. 13*
20 Vtique† tenebatur etiam Semideam neptem dotare cum hoc onus, quod prius incumbebat Patri, vel auo paterno, *l. qui liberos, ff. de iur. nupt. l. fin. C. de dot. promiss.* eis defunctis non
21 transierit ad Cleriam matrem, † quæ tantum tenebatur in subsidium *ad l. neq; mater C. de iur.*
22 *dot.* † sed ad Cardinalem ipsius aui hæredem, *l. si quis à liberis §. item rescriptum, ff. de liber. agno-*

agnosc. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 18. nu. 7. Fontanell. decis. 560. num. 11. cum alijs in Bononien. legati de Mareseottis 26. Aprilis 1627. coram bo. me. Merlino, in Camerinen. dotis 10. Decembris 1638. coram Reuerendiss. Terracinen. & in Vrbeuetana legati 4. Maij 1648. coram R.P.D. Bichio, & in Romana Saluiani 23. Martij proximè præteriti §. non ut
23 *gereretur coram R.P.D. meo Verospio*, † quippe cum hæreditatem absque beneficio legis, & inuentarij adierit, debet etiam de proprio hoc, & alia debita persoluere, *l. fin. §. sin autem, C. de iur. deliber. §. hinc nobis, §. si verò non fecerit, Auth. de hæred. & falcid. Vincen. de Franch. decis. 80. num. 7. Rota coram Buratto decis. 521. num. 6. in recentior. decis. 39. num. 8. par. 6. & in Bituntina census 10. Decembris 1649. §. minus attento, quod Boni, coram R.P.D. meo Argelles.*

Non obstant testes dati in Summario responsionis ad probandum, quod Cleria promisit filiæ in testamento relinquere scuta 5000. quę Cardinalis ipsam esse relicturam pollicitus fuerat.

24 Quia † de hoc deponit vnicus tantum testis in diuersa causa examinatus, & de auditu à Cleria, qui propterea non probat, *cap. licet, cap. veniens de testib. l. vbi numerus, ff. eodem*, & in
25 omnem casum, † cùm talis promissio Clerię, de qua testis deponit, facta fuerit Cardinale, & Semidea absentibus, & nemine pro ipsis acceptante, non peperisset aliquam obligationē, quæ saltem reuocabilis non esset iuxta naturā testamenti, in quo adimpleri debuisset, vt ad propositum aduertit *Io. Fabr. in §. 1. sub num. 1. instit. de legat. Natt. cons. 73. num. 3. & seqq. Surd. decis. 127. num. 6. & 7. Rota in Romana hæreditatis de Scarsellis 17. Nouembris 1645. §. prout neque, coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in eadem 27. Iunij 1646. §. prout nec releuat, coram R. P. D. meo Celso.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Toletana Archidiaconatus de Talauera.

Luna 4. Aprilis 1650.

ARGVMENTVM

Manutentio etiam in beneficialibus datur probata possessione absque discussione tituli; Possessio verò alicuius Cappellaniæ, vel Canonicatus in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata, vt legitimè capta dicatur, quæ requirantur clare demonstratur. Deindè ad effectum reportandi manutentionem an sufficiat attestatio Notarij, seu Secretarij, quod possessio fuerit appræhensa licèt non exhibeatur instrumentum, eruditè discutitur.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio concedenda est, quando constat de possessione.*
2 *Possessio probata ex confessione partis, est manutenibilis. Amplia vt num. 3.*
4 *In Iudicio summarissimo manutentionis exceptiones titulum concernentes, ad petitorium reijciuntur.*
5 *Manutentio etiam in beneficialibus datur probata possessione absque discussione tituli.*
6 *Beneficio vacante per promotionem, illius collatio, redit ad eum, ad quem spectabat de tempore vacationis per obitum, & quare.*
7 *Manutentio tunc eo magis concedi debet, quando possessio legitimo titulo reperitur suffulta.*
8 *Dignitates in Ecclesia Cathedrali, regulariter non sunt de Capitulo.*
9 *Possessio Canonicatus, quando non requiratur, vt sit capitulariter appræhensa.*
10 *Possessio beneficij, vt legitimè capta dicatur in aliqua Ecclesia Cathedrali, quid sufficiat.*
11 *Notarij, ac Secretarij Capituli attestatio iunctis adminiculis probat fuisse captam possessionem, licèt non exhibeatur instrumentum.*
12 *Possessio beneficij censetur capta, quando constat de prouisione obtenta ab Ordinario.*
13 *Confessio partis omnem aliam præexcellit probationem.*
14 *Prouisus de aliquo beneficio non præsumitur diù illius possessionem capere neglexisse.*

DECISIO XXVI.

FVIT resolutum mandatum de manutenendo dandum esse Domino Don Paschasio de
1 Aragon, † quia constat de appræhensa per eū possessione Archidiaconatus de Talauera Ecclesiæ Toletanæ sub die 25. Augusti 1648. cuius vigore manuteneri debet, *l. 1. §. interdictum autem, ff. vti possid. §. retinendæ, instit. de interdict. Rot. coram sanct. mem. Greg. XV. decis. 160. nu. 1. coram Card. Caual. decis. 565. num. 1. coram Coccin. decis. 261. num. 2. in Romana Legati 1. Iulij 1643. §. quia probatur coram R.P.D. meo Cerro, & in Toletana Decimarum 21. Iunii 1649. in principio coram*
2 *R.P.D. meo Otthobono.* † Pręter quod concurrit etiam confessio Don Thomę de Otalora Aduersarij emissa coram Ministris Regijs, dum ab eijs petijt fructus dicti Archidiaconatus sequestrari, ne diutius à Don Paschasio perciperentur, vndè resultat efficax eiusdem possessionis manutenibilis probatio, vt respondit *Rota penes Modern. de manut. decis. 43. num. 2. decis. 113. num. 15. in recent. decis. 708. nu. 1. par. 4. tom. 2. & in Bononien. fideicommissi de Pancaldis 11. Martij 1641. in fine coram Eminentiss. D. Cardinali Panzi-*
3 *rolo*, † etiam absque discussione tituli, *Rota coram Cardin. Seraph. decis. 1471. num. 7. coram bo. me. Buratt. decis. 263. num. 6. ibique Addent. littera B. coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 13. num. 3. in Romana Subcollectoriæ 17. Martii 1645. §. quæ omnia coram R.P.D. meo Bichio, & in Tolosana Territorii 30. Martij 1648. §. quare donec coram R.P. D. meo*
4 *Otthobono*, † cùm exceptiones titulum concernentes ad petitorium reijciantur *Abb. in c. querelam num. 12. de elect.* quem sequutus fuit *Rota decis. 175. num. 1. & 2. par. 4. diuers. coram Card. Mantic. decis. 85. num. 6. & 7. coram Buratt. dec. 378. nu. 7. in Barchinonen. manutentionis 2. Martij 1646. §. & vlterius coram R.P.D. meo Corrado, & in Beneuentana Parochialis 29. Nouembris 1649. in fine*
5 *coram R.P.D. meo Cerro*, † quod quidem non solum in prophanis, verum etiam & in benefici-

ficialibus procedere sæpè decisum fuit, vt penès *san.mem.Gregor.decis.323.num.2.& 4.in recēt. decis.698.num.3. par.2. post Modern. de censibus, decis.242. num.16. & in Perusina Parrochialis 10. Iunii 1641.coram R.P.D. meo Bichio.*

Verùm nec deficere titulum sufficientem ad effectum, de quo agitur, quatenus opus esset, Dominis visum est: Iustificatur enim ex collatione habita ab Eminentiss. D.Cardinali Archiepiscopo Toletano, ad quem vti Ordinarium collatorem spectabat collatio huius Archidiaconatus, tamquam vacantis per obitum Bernardi de Sandoual; nam licet post illius mortem commendatus fuerit Don Lidaco de Castreion, & ob huius promotionem ad Ecclesiam Tirasoneñ. Comenda cessauerit,

6 † non tamen per dictam promotionem Archidiaconatus vacauit, vt de nouo, sed vt prius per obitum scilicet præfati Bernardi, ac proindè collatio rediit ad eum, ad quem spectabat de tempore antiquæ vacationis per obitum, *Garz.de benefic. par.4.cap.4.num. 64.Gonzal ad reg.8.Cancell. gloss. 5. §.5. num. 48. Rota apud.Cassad.decis.5.num.4.de priuil.Caputaq. decis.144.per tot.lib.1.Put. decis.27. num.1. lib.1. in Correct. & in Pampilonen. Thesaurariæ 16. Decembris 1616. coram bon.mem. Coccino*; quare

7 cum legitimo titulo sit etiam suffulta possessio dicti D.Paschasii, eo magis in ea ipse est manutenendus, *Rot.coram Card.Canal.decis.242. num.3.decis.379.num.5.& in Hispalen.iuris nominandi 29.Aprilis 1613.coram Sanctissimo D.N.tunc Rota Auditore, cum aliis in Meleuitana bonorum 9. Decembris 1647. §. tertio quia docetur coram R.P.D.meo Arguelles.*

Non obstat, quod possessio prædicta non fuerit capitularitèr appræhensa.

8 Quia cum agatur de Dignitate, † quæ regulariter non est de Capitulo, *Lotter. de re benef.lib.1.quæst.15. num.22. Rota coram Card. Seraph.decis.98.num.1.& in Triueren.Archidiaconatus*

9 *12.Iunii 1644.coram R.P.D. meo Cerro,* † huiusmodi solemnitas non requiritur *Rot. post Modern.de manut.decis.177.num.4.& 5.& in Leodien. Præpositura Tongren.8.Februar.1649. §. quod autē*

10 *Arnoldus coram R.P.D.meo Otthobono,* † cessatq; omnis difficultas quandoquidem ex præcedenti decreto Decani, atque Capituli, ac in executione illius tradita, & capta fuit possessio (vt patet ex Summ.num.7.) quod vtique sufficit ad legitimam ipsius acquisitionem, *Rot.dec.114.num.2.par.1.recent.& post Modern. de manut.d.dec.177.num.6.*

Minus obstat, quod non fuerit exhibitum Instrumentum appræhensionis dictæ possessionis solemnitèr extractum, siue transum-

11 ptum, † sed attestatio Notarii, ac Secretarii Capituli, quæ licet eius subscriptione, ac signo munita, non videtur plenam illius actus facere probationem. Quia cum ea pluribus adminiculis sit roborata, plenè omnino probat in hoc iudicio *Caputaq.decis.234.par.1. Rota decis.vlt.num.6. par.1.diuers.decis.198.num.2. par.1. recent.decis.306.num.8.coram bon.me. Buratt. & in Tullen.Prioratus 6.Iunii 1642.coram R.P.D.meo Bichio.*

12 Adminicula autem † desumuntur ex supradicta prouisione huius Archidiaconatus per Don Paschalium obtenta ab Eminentiss. D.Cardinali Ordinario, vt in proposito ponderauit *Rota in Cæsaraugustana pensionis 13. Ianuarij 1589.coram Gipsio, coram san.mem.Greg decis.275. sub num.6. & in puncto in d. Tullen. Prioratus §.adminicula coram R.P.D. meo Bichio,* nec-

13 non † ex dicta cōfessione D.Thomæ de Otalora, quæ omnem aliam præexcellit probationem, *l.cum precum, C. de liber.causa, Rota in Burgen. Beneficiorum 15. Nouembris 1638. coram*

14 *Reuerendiss.D.meo Decano,* † concurrente verisimilitudine, quod D. Paschasius postquam fuit prouisus, tamdiù capere possessionem nō neglexerit, ad tradita per *Menoch.lib.6.præsump. 77.num.3.Rot.decis.131.num.6.par.2.diuers.& corā Card.Seraph.decis.455.num.3.*

Et ita fuit decisum, Don Paschasio tantum informante, Aduersario tamen in partibus legitimè citato, & comparere negligente.

R. P. D. CELSO.

Postea Eminentiss. CARDINALI

Cæsenateñ. Fideicommissi.

Luna 4.Aprilis 1650.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum conditionale, quamuis regulariter non transmittatur ad filios, ac hæredes; tamen in præsenti decisione secùs esse firmatur stante voluntate fideicommittentis, quę potest facere transmissibile, quod de sui natura non est tale; huiusmodi verò voluntas ex quibus deducatur, quamplurimæ referuntur coniecturæ, quę licèt de per se non sufficerent, omnes tamen simul iunctæ pro fideicommissi transmissione considerandas esse deciditur.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum conditionale, regulariter non transmittitur ad hæredes.*

2 *Secùs concurrente voluntate fideicommittentis.*

3 *Amplia siue talis voluntas sit expressa, siue tacita.*

4 *Fideicommissum conditionale transmittitur ad hæredes, quando illi à Testatore fuerunt in conditione.*

5 *Fideicommissum conditionale non transmittitur ad hæredes, ex quo illi à Testatore fuerunt in conditione positi.*

6 *Secus concurrentibus aliis coniecturis.*

7 *Fideicommissum conditionale transmittitur ad hæredes, quando de eis fuit facta mentio à Testatore, cum qualitate quod sint legitimi, & naturales.*

8 *Amplia quando post mortem omnium descendentiū fuissent vocati proximiores.*

Item amplia quando proximiores fuissent vocati post plures gradus substitutionum factos, vt numer.10.

9 De-

9 *Descendentes omnes censetur Testator admittere voluisse quando vocauit remotiores, & transuersales.*

11 *Fideicommissum conditionale transmittitur ad filios, ac haeredes, quando illi fuerunt à Testatore aequaliter inuicem substituti, sub conditione si sine filiis, &c.*

17 *Ius accrescendi sicuti transmittitur, ita etiam transmitti debet substitutio fideicommissaria.*

13 *Et licet hic articulus sit de apicibus iuris, nihilominus est ipsa veritas.*

14 *Fideicommissum coditionale transmittitur ad filios, ac haeredes, quando illi fuerunt in alia parte testamenti vocati.*

15 *Fideicommissum conditionale, vt ad haeredes transmittatur, coniectura, quae de per se nō sufficerent, tamen simul iunctae operantur.*

16 *Transmissio facilius inducitur, quam vocatio, & quare, num. 17.*

18 *Transmissio facilius inducitur quando agitur inter descendentes.*

19 *Fideicommissum conditionale transmittitur ex coniectura aequalitatis seruandae inter vocatos.*

20 *Nepotes concurrunt cum patruo ad eam portionem, ad quam eorum pater si viueret admitteretur.*

21 *Nepotes dum subingressi sunt in locum eorum patris, patruus nō remansit proximior, sed in aequali gradu cum eis, ratione repraesentationis.*

22 *Gradus non corrumpitur, sed repraesentatur.*

23 *in Fideicommisso non dicitur potior ille, qui est prior in gradu, sed qui in iure successionis ab intestato.*

DECISIO XXVII.

LVCRETIA Albertina instituta haerede Ludouica filia eidem Fabritium iam natum, & alios filios ex ea nascituros legitimos, & naturales aequaliter, & ęquis portionibus substituit: Moriente verò Ludouica, nec extantibus de tempore obitus Fabritio, aut alijs filiis nascituris, tunc & eo casu Ludouicę prędictae substituit filios Fabritij legitimos, & naturales: Istis verò decedentibus sine filijs, & descendentibus substituit proximiores aequaliter, & aequis portionibus.

Mortua Testatrice successit in dicta haereditate Ludouica primo loco instituta, qua viuente obijt Fabritius superstitibus Camillo, & Isabella; deindè decessit Isabella, relictis Paulo Antonio, & alijs de Ramponibus. Et demum defecit Ludouica nullis alijs procreatis filijs, per cuius obitum praetēdens Camillus, fideicommissum fuisse in totum ad eius fauorem purificatum, possessionem omnium bonorum adeptus fuit; sed exaduerso praefati Paulus Antonius, & alij de Ramponibus Isabellae filij, qui coram A.C. reportauerant sententiam contrariam, institerunt subscribi Dubium, An constet de fideicommisso ad ipsorum fauorem pro rata ad Isabellam spectante, super quo Domini responderunt affirmatiuè.

1 Licet enim † regulariter fideicommissum conditionale non transmittatur ad hęredes, vt disponit *Text. in l. vnica, §. sin autem, C. de caduc. toll. l. 4. ff. de alim. & cibar. legat. Rot. in recent. decis. 100. numer. 2. part. 1. & in Romana fideicommissi de Marianis,* vbi cumulantur concordantes, *prima*
2 *Martij 1649. coram R.P.D. meo Royas.* † Nihilominus attenta voluntate Lucretiae fideicōmittentis contrarium firmarunt Domini in praesenti casu ad fauorem eorumdē de Ramponibus, cum Testatrix possit facere transmissibile, quod sui natura non est tale, *l. in conditionibus 19. ff. de condit. & demonstr. Bald. in l. vnica num. 2. C. vt action. & ab haered. & con. haered. & in l. 1. num. 10. vers. quaero de tali quaestione, C. de ijs, qui ante apert. tab. & in l. si pater sub num. 26. C. de instit. & substit. Ias. in l. nemo potest, numer. 33. ibique Rip. num. 60. ff. de leg. 1. Zanch. in l. haeredes mei, §. cum ita in 4. par. num. 103. ff. ad Trebell. Dilect. de art. test. tit. 5. caut. 23. numer. 5. & tit. 6. caut. 38. nu. 2.*
3 *Rot. decis. 782. num. 4. & 5. par. 1. diuers.* † Siue talis voluntas sit expressa, siue tacitè ex coniecturis eliciatur, vt notat *Dec. cons. 594. n. 7. vers. nisi aliquibus indicijs vsque ad fin. Grat. cons. 101. n. 5 & seqq. lib. 2. Paris. cons. 25. num. 5. cons. 42. num. 7. cons. 77. num. 10. & cons. 78. num. 2. lib. 2. Caputaq. decis. 21. num. 1. par. 2.*

4 Huiusmodi autem † voluntas Lucretię deducitur ex Testamento per eam condito, in quo isti de Ramponibus Nepotes Fabritij leguntur positi in conditione, ibi; *E morendo li figliuoli di detto M. Fabritio come sopra senza figliuoli, & descendenti sostituisce li più prossimi di detta Testatrice;* nam ex mentione de illis facta benè desumitur voluntas, & intentio Testatricis pro transmissione fideicommissi, prout *per text. in l. Lucius 85. ff. de haeredit. instit.* probat *Bald. in d. l. 1. num. 10. C. de ijs, qui ante aper. tab.* quem sequitur *Soccin. in l. haeredes mei, §. cum ita num. 11. & seqq. ff. ad Trebell. Dec. cons. 397. num. 6. & cons. 515. num. 1. Ruin. cons. 140. num. 14. & seq. lib. 1. & cons. 145. num. 7. vers. & tanto magis lib. 2. Crass. in §. fideicommissum, quaest. 68. num. 7. Gabr.* qui plures cumulat *de haered. instit. conclus. 2. n. 35 Odd. de compend. par. 6. ar. 2. conclus. 13. nu. 21. Gam. decis. 160. num. 3. Rot. coram san. me. Greg. decis. 551. num. 5. & ibi Add. num. 13.*

5 Et quamuis † talis coniectura de per se sola non sufficiat, iuxta notata per *Laderch. cons. 142. sub num. 6. vers. coniectura est altera, Gabr. consil. 7. num. 29. lib. 2. Marescott. var. resol. lib. 1. c. 27.*
6 *num. 9.* † Benè tamen suffragatur, quando est coniuncta cum alijs, vt latè comprobat *Giouagn. consil. 79. num. 58. lib. 1. Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 20. num. 16. & decis. 120. num. 1. vers. prima est, san. mem. Greg. d. decis. 55. num. 6.*

Plures autem concurrunt in praesenti ca-
7 su; † nam non solum mentio de dictis filijs facta fuit cum qualitate quod sint legitimi, & naturales, *Soccin. iun. cons. 110. nu. 25. & cons. 145. n. 38. & 39. lib. 3. Magon. dec. Florent. 27. nu. 13.* sed
8 etiam, quia post mortem omnium descendētium substituit proximiores, ibi, *Et morendo li figliuoli di detto Fabritio senza figliuoli, e descendenti sostituisce li più prossimi, &c.* † Vocando enim
9 remotiores, & transuersales censetur voluisse admittere omnes descendētes, & sic filios Lu-
9 douicae filiae institutae, prout † de communi testatur *Alex. in l. si pater num. 3. ff. de vulg. Intrigl.* de

de substit.quæst.47.num.21.Paris.cons.5.nu.40.lib.3. Rot.coram san.mem.Greg.d. decis. 551. num.5. cum notat.per Adden.ibid.num.12. & coram Buratt. decis.568.nu.6. & alios plures enumerat *Fusar. de subst.q.490.num.100.*

10 Quæ coniectura † eo fortius vrget in præsenti casu, quia vocatio proximiorum legitur facta postquam Testatrix plures gradus substitutionum fecit, *Anchar.cons.74. num.2. in fine, Trentac.de substit.par.4. cap.14. num.23. vers. & hinc est, Fusar. eod. tract.d. quæst.490. num. 142. & cons.54.num.34. Ioseph Ludo. decis. Perus. 102. num.11.*

11 Et quia † fideicommissum coniunctum fuit cum iure accrescendi; nam filij Fabritij æqualiter, ac æquis portionibus fuerunt inuicem substituti sub conditione, si sine filiis, quo casu propter vnitatem sermonis censentur quasi in vnum corpus redacti, *l. re coniuncti, ff.de legat.3.Cagnol.in l.vnica num.52.C.quando non petent.part.peten.accresc.Mantic. decis.319.n.9. & in rec.decis. 142. num.4. vers. & demum part.4.*

12 Et ideò † sicuti ius accrescendi transmittitur, ita etiam transmitti debet substitutio fideicõmissaria, quæ assumit naturam illius, & consequitur qualitatem transmissibilitatis, *ad text. in l.qui patri 59. ff.de acquir.hæred. Bart.in l.vnica, §. sin autem, C.de caduc.toll. Bald.cons.9. num.1. in*

13 *fin.lib.2.* vbi ait, † quod licet hic articulus sit de apicibus iuris, nihilominus est ipsa veritas, *Ias.in l.Lucius, §.Paulus, num.2.vers.item secus, ff.de vulg.& pupill.Soccin. cons.6. num.14. & seq. lib.3. Riminal.iun.cons.476.num.38.& seqq. & cons.502. à num.81.lib.5. Menoch.cons.95.num.111.Vin. decis.398.num.15.& 16. Rota coram Mantic. d. decis. 319.num.9.& 10.*

14 Vlterius † filij Isabellæ leguntur in alia parte Testamenti vocati, & signanter in legato prædij, quam coniecturam pro transmissione fideicommissi ponderat *Bald.in l. si pater, n.26. C.de instit.& substit.Ias.cons.52. num.22. lib.3. & cons.154.num.5.lib.4.Laderch.cons.142.sub num.6. vers.nec dicat quis, Grat.cons.101.num.2. lib.2. Peregr.de fideicom.art.31.num.10.*

15 Vnde cum † plures concurrant coniecturę, & quidem vrgentes, ac efficaces, licet quælibet de per se non sufficeret, omnes tamen simul iunctæ operari debent vt sit locus transmissioni, per ea, quæ tradit *Berou.cons.104.numer.14.& seqq.lib.2.Fusar. cons.54. num.41. Rota decis.142.num.4.in fine par.4.in rec.*

16 Transmissio enim † facilius inducitur, quã vocatio, *Aym.cons.62.in fine, & cons.663. num.6. Rimin.iun.cons.502.num.91.lib.5.Giouagn.cons.79. num.42.lib.1.Fontanell. de pact. nuptial. clausula 5. gloss.10.par.2.num.42.Noal.de transmiss. cas.1. nu-*

17 *mer.117.& seq.* vbi reddit rationem, † quia in vocatione agitur de inducendo nouo grauamine, in transmissione verò de prorogando iam inducto, & firmauit *Rota coram Buratt. d. decis.568.num.12.*

18 Præsertim, † vt in casu isto, quando agitur inter descendentes, *idem Buratt.vbi supra num.5. san.mem.Greg.decis.56.num.10.repetit.in rec. decis. 59.num.6. par.2.Ioseph.Ludou.decis.Peruss.102.n.9*

19 Et † transmissio tendit ad seruandam inter substitutos æqualitatem, ad quam respexisse Testatricem colligitur ex illis verbis toties repetitis, *egualmente, & per egual portione, &c.* vt aduertit *Ruin.cons.145.num.6.& seq.lib.2.Soccin.iun.cons.63. num.4.lib.4.Gabr. de hæred. instit. concl.2.num.31.Peregr.de fideic.art.31.num.9.vers. tacita autem voluntas, Fusar.de subst.cit. quæst. 490. num.136. Rota coram san. mem. Gregor. decis. 56. num.3.*

Non obstat, quod Camillus vti proximior Lucretiæ veniat in successione præferendus, quia cum versemur in descendentibus datur

20 in tota descendentia repræsentatio: † Et ideò cum isti de Ramponibus repræsentent Isabellam matrem concurrunt cum Camillo patruo ad eam tamen portionem, ad quam mater si viueret admitteretur, vt est bonus *text.in §.cum filius, instit.de hæred.quæ ab intest.defer.* & in his terminis firmat *Hond.cons.70.à num.20. lib. 1.Roland.cons.68.num.23.& pluribus seqq. eod. lib. Couar.pract.quæst.cap.38.num.4. vers. nono seclusis, & numm seqq.Rota coram Seraph.decis.1479.nu.2. & seqq.& in recent.decis.102.num.8.& 9. & decis. 198.num.11.& seqq.par.4.tom.2.*& hanc opinionem vti veriorem, & magis communem pluribus auctoritatibus comprobat *Fusar. de subst.q.485.à princ.*

Nec refert, quod tempore aperti fideicommissi per obitum Ludouicæ Isabella iam es-

21 set prædefuncta, † nam dum filij subingressi fuerant in locum illius, Camillus non remãsit proximior, sed in æquali gradu cum nepotibus ratione repræsentationis, latè *Honded.*

22 *d.cons.70.à num.44. vbi sub num.49.* ait, † quod gradus non corrumpitur, sed repræsentatur, *Ias.cons.d.215. num.22. lib.2. Socin. iun. cons.126.*

23 *num.25.* † vbi quod potior in fideicommisso non dicitur ille, qui est prior in gradu, sed qui in iure successionis ab intestato, *lib.1. Peregrin. de fideic.art.21.num.9.& seqq.Rot.decis.426.num.5. par.4.diuers.*

Et ita vtraque parte informante decisum fuit.

R. P. D. CELSO.

Posteà S. Romanæ Ecclesiæ CARDINALI.

Alerien. Canonicatus.

Veneris 29. Aprilis 1650.

ARGVMENTVM.

Canonicatus vacans per assecutionem incompatibilis beneficij cadit sub reseruatione apostolica. Legitimus contradictor dici non potest possessor ad impediendam executionem litterarum apostolicarum, etiamsi titulum habeat quando possessio ab illo titulo non prouenit.

SVMMARIVM.

1 *Littera apostolica quãdo sint iustificata habent executionem paratam.*

2 *Clericatus probatur ex litteris Ordinarij,*

3 *Præ-*

3 *Præsentia in Vrbe probatur ex fide examinatorum Vrbis, & ex litteris apostolicis de eodem examine asserentibus.*

4 *Valor per non excessum probatur ex confessione Aduersarij facta in impetratione.*

Item per testes de auditu, & de publica voce, & fama, & num. 5.

6 *Canonicatus quando vacat per assecutionem alterius beneficij incompatibilis est reseruatus Papæ.*

7 *Prouisio de beneficijs reseruatis facta ab Ordinario non valet.*

8 *Prouisio in forma dignum continet tantummodo mãdatum de prouidendo.*

Ideoque ante iustificationem nullum ius tribuit prouiso.

9 *Possessio capta vigore prouisionis obtentæ ab Ordinario nihil influit ad præsumptionem iustificationis litterarum Papæ in forma dignum.*

10 *Possessor beneficij cum titulo apostolico est audiendus, & si titulus reperiatur releuans est ordinariè agendum; secùs è contra.*

11 *Legitimus contradictor quando quis dici non possit ad impediendam executionem litterarum apostolicarum, & num. 12.*

12 *Legitimus contradictor ad hoc, vt possessor dici possit ad effectum retardandi executionem litterarum apostolicarum debet habere titulum, vt ex eodem debeat etiam in concursu immitti, & num. 13.*

14 *Possessor cum titulo apostolico dicitur legitimus contradictor.*

Fallit si possessio non fuerit capta vigore illius tituli, num. 15.

16 *Sententia sine actis est turbida, & sic retardare non valet executionem litterarum apostolicarum.*

DECISIO XXVIII.

RESolutum fuit non intrare arbitrium pro
retardanda executione litterarum Apo-
1 stolicarum, † illæ enim attenta iustificatione
semper habent executionem paratam, *cap. si quando de rescript. cap. si capit. & ibi gloss. verb. exequatur de concess. præben. in 6. Rota decis. 558. num. 2. par. 1. in recent. & dec. 348. num. 1. par. 5. & in Placentina Canonicatus 16. Decembris 1647. coram R.P.D. meo Royas.*

Iustificatio autem non potest controuerti,
siquidem Clericatus Marcelli probatur ex li-
2 teris patentibus Ordinarij, † quibus in hac
materia deferendum esse probat *text. in cap. 2. vbi Abb. in 1. notab. de Cleric. peregr. & in cap. post cessionem, ibique DD. de probat. Rot. coram Caualer. decis. 483. num. 2. & in rec. dec. 34. n. 3. par. 5.*

Præsentia eiusdem Marcelli in Curia desu-
3 mitur, & ex fide Examinatorum Vrbis, † &
ex litteris Apostolicis, in quibus dicitur illum
fuisse per eosdem examinatum, & repertum
idoneum, necnon ex Testibus ab ipso inductis, & datis in *Summ. num. 2. & 5. Rota in Calaguritana Præstimonii 10. Maii 1649. coram R.P.D. meo Otthobono.*

Valor per non excessum in ducat. 24. apparet tum ex confessione Matthæi Aduersarij
4 emissa in sua † impetratione, *Seraphin. decis. 318. num. 3. Cocc. decis. 145. nu. 5. & in recen. dec. 91. num. 4. par. 4. tom. 2.* Tum etiam ex Testibus de-
5 ponentibus de auditu, † & publica voce, & fama, *Rota corã Caual. dec. 517. n. 4. corã Pen. dec. 287. n. 8. & in Placentina Beneficij 27. Maij 1647. coram Reuerendiss. Terracinen.*

Reseruatio demum respectu Canonicatus controuersi patet ex eo, quod Nantianus vltimus illius possessor fuit à Sede Apostolica prouisus de primiceriatu Tuscanen. cum Canonicatu incompatibili, & possessionem pacifice adeptus fuit in *Summ. Marcelli num. 2. & 3.*
6 Vnde † Canonicatus prædictus remansit Sedi
Apostolicæ reseruatus, *per extrauag. execrabilis, & extrauag. ad regimen de præben. innouatam per regul. 1. Cancell. & notat Gonzal. super Reg. 8. gloss. 15. §. 2. num. 13. & 14. & gloss. 51. num. 36. & seq. cum pluribus adductis in Cæsaraugustana Parochialis de Blesa 10. Decemb. 1649. corã R.P.D. meo Otthobono.*

Quibus stantibus parum vrgent prouisiones Matthæi de eodem Canonicatu; nam
attenta reseruatione prædicta, quæ ligabat
7 manus Ordinarii, † ne posset conferre proui-
sio illius non venit attendenda, *Gonzal. ad reg. 8. gloss. 52. numer. 4. & 6. Lotther. de re benef. lib. 2. q. 21. num. 184. Rota decis. 141. num. 4. vers. cum effectus, & dec. 570. num. 2. par. 1. in recent.*

Prouisio verò Apostolica obtenta per cessum Antonelli cum gratiosa subrogatione in iuribus illius, qui ex eodem capite vacationis, nempè assecutione incompatibilis pariter à Sede Apostolica prouisus fuerat, cum emanauerit in forma dignum, quæ solum continet mandatum de prouidendo ante il-
8 lius iustificationem † nullum ius prouiso tri-
buere potuit, *Rot. decis. 160. num. 1. & decis. 560. num. 2. par. 2. recent. & dec. 92. num. 13. & seq. par. 6.* & latè firmatum fuit *in Maioricen. parochialis 1. Iulij 1643. coram Reuerendiss. Salamantino, & in Tridentina parrochialis 5. Decembris 1646. coram R.P.D. meo Cerro.*

Neque ad effectum prædictum quicquam
releuat allegata possessio, nam cum illa non
fuerit capta vigore litterarum Apostolicarũ,
9 nec de manu executoris, † sed in vim proui-
sionis antecedentis obtẽtæ ab Ordinario cessat quælibet iustificationis præsumptio, vt aduertit *Guttier. pract. quæst. lib. 4. q. 10. in fin. Garz. de benef. par. 4. cap. 2. num. 55. Rot. in d. Tridentina parochialis coram R.P.D. meo Cerro, & clarius in Cõpostellana parochialis 1. Iulij 1648. coram R.P.D. meo Otthobono.*

Non obstat, quod Matthæus vti possessor,
& habens titulum Apostolicum prætendat se
esse legitimum contradictorem; quia id pro-
cedit ad effectum, vt super eius prætenso ti-
tulo sit audiendus, qui si releuans repertus
10 fuerit ordinariè procedendum est, † secus ve-
rò si sit irreleuans, iuxta doctr. *Bart. in l. fin. nu. 21. vers. si vero allegat. C. de edict. Diu. Adr. tollen. Rot. decis. 711. num. 2. par. 1. recent. decis. 641. num. 1. par. 4. tom. 1. & decis. 302. num. 18. & seqq. part. 4. tom. 2. & decis. 66. num. 8. & 9. par. 5. & post Viuian. de iurepatron. decis. 51. num. 8. vbi alia cumulantur.*

Vnde cum ex prædictis cesset quælibet prætensio Matthæi, ipse non potest dici legitimus contradictor ad retardandam executionem

11 nem litterarum Apostolicarum, † neque quod habeat parem, & consimilem titulum, *Argel.de legit.contradict.q.7.art.7.num.144.Rot.decis.642.num.20.& decis.542. num.8. par.4. recent. & in Bononien.Archipresbyteratus 23.Martij 1648 coram R.P.D.meo Corrado*. Cum titulus debeat esse talis, vt quamuis non possideret, attamen ex eodem in concursu cum Marcello veniret
12 immittendus, vt bene *Euerard.in d.l.fin.n.346. C.de edict.Diu.Adrian.tollen.Rota decis.362.num.2 par.3.in recent.& decis.225.num.21. par.7. in Vintimilien. Cappellaniæ 30. Maii 1635.coram Motmanno, & in Gadicen. præstimonij 2.Decemb.1648. coram bo.me. Arguelles*. Alias absurdum, & inconueniens esset, quod possit prouiso Apo-
13 stolico immissionem impedire, † qui eam in concursu obtinere non valet, vt post *Euerard. loco sup. cit.* optimè ratiocinatur *Rot. decis. 66. nu.8.& 9. par.5. recent. & coram Buratto dec. 888. num.7.*

Neque in contrarium facit *decis.842. coram eodem Buratt.* dum firmat titulum Apostolicũ, quamuis cõditionalem sufficere ad effectum,
14 vt possessor dicatur legitimus † contradictor, nam vis dictæ *decis.* consistit in præsumpta eiusdem tituli iustificatione, quæ cessat in præsenti casu, dum possessio non fuit capta
15 vigore illius, † nec de manu Exequutoris, vt declarauit *Rot.decis.641.num.2.par.4.recentior.& melius in Compostellana parrochialis 1.Iulij 1648. coram R. P. D. meo Otthobono*.

Demum non obstat obiecta inhabilitas Marcelli deducta ex sententia contra ipsum lata, tum quia post dictam sententiam fuit ab eodem Episcopo condemnante promotus ad
16 Presbyteratum.† Tum etiam quia illa non probat sine actis, vel saltem redditur turbida, itaut retardare non possit exequutionem litterarum Apostolicarum, *Rot.decis.302. num.3. par.4.tom.2.recent.& in d.Compostellana parrochialis die 1.Iulij 1648.coram R.P.D.meo Otthobono.*

Et ita decisum fuit vtraque parte informante &c.

R.P.D. LEONE VEROSPIO

Meleuitana Parrochialis.

Mercurij 4.Maij 1650.

ARGVMENTVM.

Possessio capta de beneficio inseruit pro manutentione obtinenda super cæteris omnibus spectantibus ad beneficium, cum causa vniuersalis dominij attendi debeat non particularis.

SVMMARIVM.

1 *Possessio nanciscitur ex manutentione beneficij obtenta non solum pro emolumentis petitis.*
Verum etiam pro cæteris spectantibus ad beneficiũ & num.4.
Quod procedit etiam ad fauorem successorum in beneficio, num.3.
2 *Causa vniuersalis potius est attẽdẽda, quã particularis fit.*
5 *Possessio probatur ex instrumentis locationum.*
6 *Possessio probatur per testes deponentes de actis possessoriis.*
7 *Manutentio datur possidenti.*
8 *Actus æquiuoci cui adscribi debeant dignosci non potest.*
9 *Actus æquiuoci declarantur ab aliis actibus postea gestis, & num.10.*
11 *Possessio ab aduersario tacitè confessat, sufficiens est pro manutentione.*
12 *Testes inualidè examinati super possessione non inseruiunt pro manutentione.*
13 *Manutentionis iudicium non admittit respicientia petitorium.*

DECISIO XXIX.

PARROCHIALEM Ecclesiam, de qua agitur, Philippus eiusdem Rector erigi curauerat in Collegiatam assignando pro dote duodecim Canonicatuum, & Præpositurae ibidem auctoritate Apostolica instruendæ de ære proprio scuta annua septingenta, & vtroque postmodum titulo Præpositurae, scilicet & Vicariæ ex Apostolica dispensatione administrauerat. Per huius resignationem Ioannes Baptista in Vicaria successerat, per eiusdẽ verò obitum Præposituram à Summo Pontifice impetrauerat Torrensius Aduersarius; inter quos lite suborta super emolumentis, atque functionibus ante spectantibus ad Rectoriam, quam Ecclesia prædicta Collegiatæ formam assumeret, dubitaui, An in iis præposito, atque Capitulo, vel potius Vicario decerni debeat manutentio, & Vicarij fauore Domini responderunt, cuius fundata videtur intentio in Apostolicis litteris erectionis in Collegiatam, emolumenta Vicario integrè reseruantibus, vt ex lectura dignoscitur, ac reiteratis actibus Vicariæ nomine exercitis à Philippo post assecutam administrationem Præpositurae reportata insuper eiusdem fauore Vicariæ, pro exactione quorundam Parrochialium emolumentorum manutentione, cum ex ea desumatur nacta possessio, non solum à Philippo tum eorum respectu emolu-
1 mentorum, † pro quibus mandatum de manutenendo obtinuerat, vt respondit *Rota in Conchen.limitum 17.Nouebris 1593. coram Blanchetto, & coram Caualer.decis.217.num.2. & 501. num.1.& coram Buratt.decis.820.num.4.* Sed etiã in cęteris quoque spectantibus ad Vicarium
2 ratione dominij, † seu causæ vniuersalis, quę potius attendi debet, quam actus particulares, vt notat *Oldrad. cons. 172. num.24. & 254. num.17.Aym.cons.55.num.1.& de antiq.temp.par.4 §.1.num.52.cum seqq.Rota decis.17.num.2. part.2. diuers.& in Hispalen.iuris nominandi 29. Aprilis 1613.coram Sanctiss.D.N. in §. Non obstat, quod supradicti testes, & in Hispalen. primitiarum 13. Maii 1622.coram Nauarro decis.391. num.16.inter impress.par.4.tom.2. recent.* sed ipsimet dignitati Rectoriæ in omnibus emolumentis ad eam spectantibus exinde possessio quæsita cense-
3 tur, † itaut Ioannes Baptista, cæterique successores eiusdem nomine manutentionem asse-

qui

qui valeant, vt notant *Doctores in cap. Quia, de iudic. vbi Innocent. num. 1. Hostien. num. 3. Io. Andr. num. 6. Abb. num. 11. Garz. de benef. par. 5. cap. 5. nu. 73. & 74. Rota coram Greg. decis. 246. num. 1. coram bo. me. Vrgellen. decis. 21. num. 2. & in perusina parrochialis 7. Aprilis 1642. coram R. P. D. meo Bichio.*

Fundata quoque remanet intentio Ioannis Baptistæ in Instrumentis possessionis Vicariæ
4 ab Apostolico executore receptæ, † cum inde omnium bonorum eidem competentiũ censeatur delata possessio, vt notant *Doctores in cap. super de caus. possess. & propr. Ancbar. in regula Beneficium nu. 11. de reg. iur. Couarr. var. resol. lib. 3. cap. 16. num. 13. Rota coram bo. me. Coccino decis. 51 num. 5. & 205. num. 6. par. 6. rec.* Tum etiam in locationum instrumentis contra affictuarios, & debitores præuijs actibus iudicialibus, ac relaxatione mandati pro pensione conuenta
5 executis, † ex quibus resultare possessionis probationem, notat *Gloss. in leg. qui vniuersas. §. quod per colonum, ff. de acquir. possess.* vbi etiam *Aretin. num. 6. & 8. Alexand. cons. 10. num. 3. lib. 4. Afflict. decis. 325. num. 2. Menoch. de retin. remed. 3. num. 572. Gabr. de locat. concl. 4. num. 2. & 7.* Ac denique ex dispositionibus testium de posses-
6 sorijs † actibus Io: Baptistæ attestantium dat. in Summ. num. 12. *ad Text. in l. Titia, ff. de solut. & in l. litibus, C. de agric. & cens. lib. 11. Menoch. de retin. remed. vlt. num. 34. Rota coram Seraph. dec. 392 & 561. in princ. & decis. 214. num. 3. par. 1. & 272.*
7 *in princip. par. 2. recent.* cui proinde † non videtur deneganda manutentio per *Text. in l. 1. §. interdictum autem, ff. vti possid. §. Retinendæ inst. de interd. & notant vtrobique Doct.*

Hinc obesse non poterunt actus æquiuoci ponderati exaduerso, ac per Philippum Antecessorem exerciti, vtroque scilicet expresso
8 titulo Præposituræ, ac Vicariç, † itaut vni, vel alteri adscribi debeant, dignosci non valeat, ex traditis *in l. si quis intentione, ff. de iudic. & in l. duo sunt Titii, ff. de testam. Tut. & per Rotam coram Mantic. decis. 192. num. 3.* vel quia ex actibus à moderno Vicario gestis, ipsius quoque remanet iustificata possessio, ac ius obiectionis elisa, vel quia illi declarationem recipiant
9 ex † alijs actibus ab eodemmet Philippo gestis expresso nomine Vicariæ demonstrantibus Præpositi nomen honorificentiæ tantum gratia in cæteris fuisse adiectum, vt notat *Bart. in l. si seruus communis ff. de stipulat. seruor. num. 4. vers. Ille vnus. Abb. cons. 93. num. 1. & 2. par. 2. Rot. coram Greg. decis. 221. nu. 10. & in Montis Alti benef. 28. Iunij 1645. in §. Verum, & 15. Decemb. eiusd. anni coram R. P. D. meo Bichio*, Erectionis præ-
10 sertim Bulla perspecta † deferente eadem bona ad Vicariam ad *text. in l. quædam mulier ff. de rei vendic.* & in proximis terminis ponderauit *Rota decis. 391. num. 20. & 21. par. 4. tom. 2. recent.*

Ex hac quoque Bulla erectionis Vicarij comprobatur intentio super functionibus etiã spectantibus ad Rectorem ante institutionem Ecclesiæ in Collegiatam, cum ibidem Vicario reseruata legantur in sequentibus verbis, videlicet, *omnia, & singula alia officia, munera, & onera Parochialia prædictæ Ecclesiæ, sicut d. Philippus & eius antecessores eiusdem Ecclesiæ Rectores subire consueuerunt subire, & adimplere teneatur*, prout etiam ex actibus possessorijs earum respectu functionum iustificatis à testibus datis in Summ. Ioannis Baptistæ num. 11. ac ex implicita denique partis aduersæ confessione coram Ordinario instantis declarari, quod ius celebrandi missas decantatas, ac defunctorum actusq; persimiles exercendi, non competerẽt Io: Baptistæ; inde enim videtur resultare tacita confessio possessionis eorumdem actuum
11 penes † ipsum Io: Baptistam pro manutentione sufficiens per *Text. in l. cum precum C. de liber. caus. &* notat *Felin. in cap. olim, in 2. limit. de rescr. Menoch. de retin. remed. 3. numer. 596. Rota decis. 17. de restit. spoliat. in nou. & coram Buratto decis. 648 num. 7. & penes Pacif. de Saluian. decis. 299. numer. 1.*

Non obstãt Testes pro Canonicorum parte producti, ad ostendendam suam, & Præpositi quasi possessionem in actibus prædictis, olim spectantibus ad Rectorem in eorumdẽ Summ. exhibiti nu. 16. Dum enim negantur
12 valide examinati † pro iustificanda possessione Capituli non poterunt deseruire per *Text. in l. si quando §. sed cum minimè oporteat, vbi post gloss. in uerbo noluerit,* notat *Bart. num. 7. & 8. C. de testib. cap. 2.* ibique *Doctores communiter eod. tit. cũ alijs per Farinacc. de opposit. contra examen Testium quæst. 72. num. 1. Rot. decis. 539. num. 10. par. 4. recent.*

Nec pariter obstant, quæ contra reddituum excessum deducuntur exaduersò cum vti petitorium respicientia in hoc manutẽtionis iu-
13 dicio admitti nõ debeant, † vt huic obiecto in specie respondit *Rota in Romana annua præstationis 4. Iunij 1618. coram bon. memor. Cardinali Verospio.*

Et ita Domini responderunt pro Vicario, manutentionem in omnibus emolumentis, ac functionibus tantum Parochialibus eidem decernendo vtraque, &c.

R. P. D. BICHIO.

Cathaceñ prætensæ Obedientiæ.

Luna 23. Maij 1650.

ARGVMENTVM.

Exemptio à iurisdictione Ordinarij concessa Monasterio, suffragatur etiam Ecclesiæ illi vnitæ, esto quod ante vnionem Episcopo subiecta fuisset, quia vnione secuta idem iudicandum esse firmatur de Ecclesia vnita, ac de Ecclesia cui fuit facta vnio.

SVMMARIVM.

1 *Societas Iesu habet amplissima priuilegia exemptionis, tam respectu personarum, quàm bonorum quorumcũq; ab omni iurisdictione ordinariorum.*
2 *Societas Iesu habet exemptionem etiam ab ipso iure reuerentiali, quod Episcopis præstari debet.*
3 *Priuilegia circa exemptionem à iurisdictione Ordinariorum, alicui Religioni concessa, quando non comprehendat ius reuerentiale Episcopis præstandum.*

4 Exem-

4 *Exemptio concessa Monasterio, suffragatur etiam Ecclesia illi vnitæ, esto quod ante vnionem, Episcopo subiecta fuisset.*
5 *Vnio accessoriè alicui Ecclesiæ facta, extinguit titulum, ac nomen Ecclesiæ vnitæ, eamq; efficit partē illius, cui fuit facta vnio.*
6 *de Vnione accessoriè facta alicui Ecclesiæ iudicandum est, vt de incremento per alluuionem contingente.*
7 *Vnione secuta idem iudicandum est de Ecclesia vnita, quod iudicari debebat de Eclesia, cui fuit facta vnio.*
8 *Vnio ex quo dicatur accessoriè facta.*
9 *Vnio fit per incorporationem, quando res vnita incorporatur principali, & efficitur eius membrum.*
10 *Præscriptio quadragenaria requiritur contra Ecclesiam.*
11 *Præscriptione longissimi temporis, præscribitur etiā ius reuerentiale, amplia vt num. seq.*
13 *Obedientia, vt Episcopo præstari debeat à Rectoribus Ecclesiarum, quid requiratur.*

DECISIO XXX.

POSSIDET Venerabile Collegium Societatis IESV in Ciuitate Cathacensi sub inuocatione S. Leonardi Abbatiā nuncupatā à fel. rec. Greg. XIII. de anno 1579. illi perpetuò vnitam, & incorporatam, cuius ratione prætendente Reuerendissimo Episcopo Cathacēsi sibi ab eiusdem Collegij Rectore præstandam esse obedientiam, quam cæteri Ecclesiarum Rectores pręstare solent in Festiuitatibus Assumptionis Beatissimæ Virginis Marię, & cōsecrationis Ecclesiæ Cathedralis. Emanarunt in partibus duæ sententiæ, à quibus deuoluto per appellationem toto negotio ad Rotam, mihiq; commisso, proposui dubium, An Rector Collegij teneatur ad præstationem obedientiæ prætensæ per Ordinarium Cathacensem, quod fuit negatiuè resolutum.

1 Habet † enim Societas IESV à Summis Pōtificibus Paulo III. & Greg. XIII. amplissima priuilegia exemptionis, tàm respectu personarum, quàm bonorum quorumcumque ab omni superioritate, iurisdictione, correctione Ordinariorum, vt legitur in Cōstitutione 48. Pauli III. Bullar. tom. 1. §. 13. fol. 564. ibi: *ipsamque societatem, & vniuersos illius socios, & personas, illorumq; bona quæcumque ab omni superioritate, iurisdictione, correctione quorumcumque Ordinariorum eximimus, & liberamus, ac sub nostra, &*
2 *præfatæ Sedis protectione suscipimus*, † quæ priuilegia Pontificia, ac verbis adeò amplis concepta important exēmptionem etiam ab ipso iure reuerentiali aliàs præstando Episcopis † li-
3 cet † secus sit in exemptione non plena, vel data ab Episcopo iuxta veriorm Doctorum opinionem, quam amplexi fuerunt *Ias. in l. in ius vocari §. Patronorum, il secundo, in 4. notab. nu. 5. in fin. vers. limita quando ff. in ius vocan. Felin. in cap. dilectus 18. num. 7. post med. vers. sed de exemptis per Papam de offic. ordin. & in cap. cum inter 13. sub n. 4. circa med. de sent. & re iudic. Abb. in cap. cum venerabilis 21. num. 4. in fin. de censibus. Mandos. in tract. de signat. grat. verb. exemptiones ab Episcopis, §. an autem exemptio fol. 121. à tergo. Rodriq. canon. quæst. tom. 2. quæst. 64. art. 9. per tot. Erasmus à Chokier. de iurisd. ordin. in exemp. par. 4. quæst. 34. n. 3. vers. vtrūque. Lotther. de re benef. lib. 1. quæst. 23. num. 31. Put. decis. 114. vers. secus lib. 3. in corr. Seraph. decis. 1025. nu. 19.*

4 Eademque † exemptio suffragatur etiam respectu huius Ecclesiæ Societatis Collegio accessoriè vnitæ, esto quod illa ante vnionem præstitisset Epicopo prætensam obedientiam,
5 (quod tamen negatur,) † quia vnio accessoriè facta extinxit prorsus titulum, ac nomen Ecclesiæ vnitæ, eamque effecit partem, & prædium ipsius Collegij *Oldr. cons. 257. num. 15. ad fin. & num. 16. & 17. Ferrett. cons. 242. sub numer. 5*
6 vbi † quod de tali vnione iudicatur, vt de incremento per alluuionem contingente, *Ludou. Bell. cons. 59. num. 17. & cons. 195. num. 3. Mantie. decis. 224. num. 3. Caualer. decis. 330. num. 5. Rota inter recent. decis. 710. num. 2. par. 2. decis. 140. nu-*
7 *mer. 4. & num. 15. in fin. & num. seqq. par. 7.* † vnde quemadmodum Episcopus obedientię huiusmodi præstationem non prætendit, nec prætendere potest à Rectore Collegij respectu collegij, ita paritèr nec respectu huius Ecclesiæ, quæ est eiusdem Collegij membrum, vt ex *text. in cap. recolentes §. cæterum de stat. Monach.* tradit in terminis exemptionis *Barbos. de potest.*
8 *Episc. allegat. 105. numer. 17. in fin.* † Fuisse verò Ecclesiam accessoriè vnitam denotant verba vnionis, ibi: *perpetuo vnimus, annectimus, & incorporamus*, iuxta theoricam, quam originaliter tradit *Ang. cons. 247. infra med. vers. sed vbi fit*
9 *vnio*, vbi ponderat † quod si fit vnio per incorporationē, quia res vnita incorporatur principali efficitur eius membrum, & sequitur *Ferrett. d. cons. 242. sub num. 5. vers. & quando Castropal. oper. moral. tom. 2. tract. 10. disput. 6. punct. 2. §. 1. sub numer. 11. vers. si autem post Mandos. super reg. 12. Cancell. quæst. 1. num. 6. Hoied. de incompatibilitate benefic. par. 2. cap. 3. sub num. 3. vers. nam si fit vnio, & vers. tamen incorporatio. Grat. discept. 291. num. 2. & 3.*

Neque Episcopus aduersus huiusmodi priuilegia allegare potest se præscripsisse hoc ius
10 obedientiale, † quia actus in id electi ex libris Cathedralis, quibus dubitari potest, an sit pręstanda fides in pręiudicium Collegij Episcopo non subiecti, prout præstanda non est fidei extraiudiciali exaduerso productæ, non concludunt possessionem triennariam à tempore factæ vnionis, cum tamē quadragenaria requiratur *Butr. in cap. peruenit num. 18. de censib.* quem refert, & sequitur *Balb. de præscript. par. 5. princ. quæst 12. num. 8. inter tract. magnos tom. 17. fol. mihi 91. à tergo. Bertach. de Episcop. lib. 4. par. 2. princ. quæst. 20. n. 54. inter eosdem tract. tom. 13. p. 2. fol. 528*
11 Imò † cum adsint fides contrariæ de obediētia nusquam præstita, & ex ipsis libris Cathedralis nullus actus obediētialis eliciatur ab anno 1603. citra Collegium contra Episcopum, quatenus opus esset libertatem tanto tempore præscripsisset, *Ruin. cons. 217. sub num. 13. vers. non obstat lib. 1. Iacob. de Leonard. inter cons. feudal. Rum. cons. 117. num. 138. Aym. cons. 111. num. 21. & seq. Siluan. cons. 59. nu. 11. & 12. aliiq; relati à Modern. Carpensi controuer. forens. cap. 110. num. 12.*

ma-

12 maximè † accedente titulo supra memoratæ
13 exemptionis, † & quia exaduersò causa aliqua, ob quam prætensa obediētia præstari debet, non probatur, vt de iure requiritur, ex traditis per *Bald. in l.cum aliquis 21. num.9. Cod. iur.deliber.* quem refert, & sequitur *Mascard.cōclus.1117.num.17.*

Et ita decisum informante solum Collegio post plurimas citationes contra Episcopum executas.

REVERENDISS. CERRO

Sac. Rotæ Romanæ Decano.

Perusina Bonorum.

Lunæ 30. Maij 1650.

ARGVMENTVM.

Grauatus si bona possedit in eo loco, quo possidebat defunctus, & de acquisitione non constet, præsumptio est huiusmodi bona hæreditaria fuisse. Legitima, quæ ex omissione inuentarij iunct a alienatione præsumitur consumpta, si minùs integra consumptio allegatur, cui incumbat onus probandi.

SVMMARIVM.

1 *Bona possessa per grauatum in loco, in quo possidebat fideicommittens præsumuntur fideicommissaria, & quando & num.7. & 18.*

2 *Identitas bonorum probatur ex possessione defuncti in loco, quo possidet hæres.*

3 *Locatio, maximè in antiquis valdè probat identitatem.*

4 *Dictio*, Posso, *idem significat quod*, Potest.

5 *Discrepantia modica non diuersificat identitatem probatam.*

6 *Identitas probatur ex probationibus semiplenis, & coniecturis.*

7 *Testes in materia identitatis sufficit, quod faciant adminiculum.*

8 *Confectiones erroneæ non attenduntur.*

9 *Legitima probatur consumpta ex non confectione inuentarij, & alienatione bonorum fideicommissi. Legitima consumptio, vel ne à quo sit probanda. num. 9. & 11.*

10 *Filius ob solam omissionem inuentarij non amittit legitimam.*

12 *Inuentarium, quod non exhibetur, factum non fuisse præsumitur.*

13 *Donatarius vniuersalis an teneatur conficere inuentarium, & quando quid ex vsufructuario. numer.14.*

15 *Dotis constitutio fieri debet de bonis paternis non de maternis.*

16 *Successor impugnare non potest factum auctoris.*

17 *Alienationes modicæ quantitatis non impediunt consecutionem supplementi legitimæ, & quando hoc procedat. vide num.19. & seq.*

21 *Locatio plenè probat contra successionem etiam particularem.*

22 *Præsumptio subtractionis in filio alienante eo magis crescit, si constat patrimonium patris fuisse opulentum.*

23 *Legitimè detractio consumitur in prioribus alienationibus.*

24 *Filius pro sua legitima, & tantum bona elegisse censetur, quæ verè alienauit, non quæ simpliciter hypothecauit.*

Legitima censetur consumpta in veris tantum alienationibus, secus in simplicibus constitutione hypoteca. num.24.

25 *Alienationis facta à grauato quæ imputentur in legitimam, quæ verò retractentur. & num. seqq.*

Bona alienata æquare, vel non æquare legitimam quis debeat probare. vide num. 25. cum seqq.

29 *Additio non probatur ex quietantia facta Tutori.*

DECISIO XXXI.

REPROPOSITA causa super resolutis 14. * Iunij 1647. Informantes pro Pelliciarijs admittētes fideicommissum, & illius purificationem, iterum controuertebant idētitatem Prædij, de quo agitur, & in omnem casum illud potuisse subhastari, & deliberari ratione legitimæ debitæ Iulio Cæsari filio fideicommittentis, & ipsorum debitori, acriter contendebant, sed post trinam propositionem denuò Domini censuerunt identitatem probari, ac legitimam fuisse cōsumptam, & ideò steterunt in decisis.

Ex testibus enim in partibus formitèr examinatis probatum fuit Prædium controuersum situm in suburbijs Perusiæ in vocabulo *Monte Morcino* hodie possessum à fratribus de Pudianis vti fideicommissarium, esse illud idem ab Alda fideicommittente possessum vsque ad eius obitum, & deinde à dicto Iulio Cæsare ipsius filio, & vniuersali donatario restituere grauato retentum, cum concordi demonstratione eius qualitatum, videlicet *Prædium laboratiuum, arboratum, vineatum, & cannetatum cum domibus, columbario, puteo, & furno*, ac designatione continium, *ab vno*, scilicet, *latere, bona Patruum eiusdem Montis Morcini, ac bona hæredum Nicolai Bani peructa ad quosdam de Danzettis, & ab alio bona Armilai Barigiani Sum. præteritæ positionis num.3.* Ex quibus propterea (vltra vulgarem præsumptionem, quòd bona
1 possessa per grauatum in loco, † in quo possidebat fideicommittens præsumantur fideicōmissaria, nisi constet de proprijs ipsius acquisitionibus *iuxta vulgatum consil. Fulgos. 145. sub*
2 *num.2.*) præfata identitas † concludenter iustificatur *ex probatis in præcedenti decisione §.fideicommissum enim cum seq.*

Accedente insuper instrumento locationis eiusdem prędij factæ anno 1581. per dictam Aldam eidem Iulio Cæsari, in quo concurrunt omnes prædictæ qualitates à testibus de-
3 signatæ *d. Sum.num.4.* quod regulariter † præsertim in antiquis, multum confert ad probationem identitatis, vt responsum fuit *in Aximana Fideicommissi 13. Ianuarij 1640. coram Reuerendiss. D.meo Decano §.quo uerò ad probationem.* Idque etiamsi in ipso instrumento adsit adiectio *Posso Monte Morcino*, quia præter quod in substantia est idem locus, in quo Alda bona donata possidebat, vt probatur ex instru-

mentis

mentis relatis *in Sum. penultimæ positionis num. 4.*
4 *& 5.* cum adiectio illa *Posto* † nihil aliud significet, quam quod existat post Conuentum dictorum Patruum Montis Morcini, vbi situm reperitur Prædium controuersum, etiamsi
5 adesset aliqua discrepantia, † nihilominus est adeo modica denominationis alteratio, vt alio non constito, non diuersificet probatam identitatem *per text. in l. qui habebat, ubi communiter scribentes, ff. de manumiss. testam. Bart. in l. demonstratio falsa sub num. 2. ff. de cond. & demonstr. Rota decis. 506. num. 3. in fine uersic. & certum est par. 1. recentior.*

Exceptiones autem contra prædictos testes oppositas Domini reiecerũt, cum omnes penitùs sublatæ remanserint ab informantibus pro Pudianis, & in hac materia, in qua admit-
6 tuntur † semiplenæ probationes, & coniecturæ, *Rota decis. 119. num. 4. uers. maximè ad probandum, & decis. 407. sub num. 12. par. 2. decis. 160. n. 5. par. 5. & decis. 132. num. 3. par. 7. rec.* sufficit, quod faciant adminiculum ad coadiuuãdam supradictam presumptionem ex identitate loci de-
7 sumptam, † quæ ad istum effectum potissimè attendi solet, *Rot. d. decis. 407. sub num. 3. uers. sed etiam, & sub num. 4. uers. & prædicta par. 2. rec.* Sicuti etiã visæ fuerunt irreleuantes descriptio Prædij cõtrouersi facta per Tutorem eorundem de Pudianis in inuentario tutelari tanquam de bonis præfati Iulij Cæsaris eorum patris, & depositio sexti Testis deponentis de auditu ab ipso Iulio Cæsare grauato, quod es-
8 set suum proprium †, quia ex prædictis deteguntur erroneæ, *vt ex pluribus alleg. responsum fuit in d. decis. §. quoniam cum huiusmodi.*

Legitimam verò fuisse consumptam præsumitur ex quo Iulius Cæsar nullum confecit inuentarium, & plura bona fideicommis-
9 saria alienauit; † nam contra non conficientẽ inuentarium lex præsumit adfuisse alia bona in hæreditate, & ea paritèr à grauato subtracta, & alienata fuisse, ex quibus proindè pretensam legitimam ipse consequutus censetur, donec à Pelliciariis actoribus ab eo causam habentibus, & vti eius creditoribus eiusdem legitimæ vlteriorem consequutionem, prætendentibus aduersus fideicommissarios possidentes concludenter probetur negatiua existentię, & alienationis aliorum bonorum, iuxta veriorem, & magis receptam opinionẽ, quam probant *Matt. cons. 199. numer. 12. & consil. 238. nu. 9. Giouagn. cons. 20. in fin. uers. attamen quia non confecto lib. 2. & constanter sequuta fuit Rota in Maceraten. legitimæ 14. Maii 1627. coram bo. mem. Card. Vbaldo in recent. decis. 67. num. 2. par. 5. & 22. Iunij 1629. coram Reuerendiss. Vrgellen. inter eius impress. decis. 213. num. 2. in Romana fideicommissi de Villoriis 2. Iunij 1627. coram bo. mem. Merlino in recent. decis. 77. num. 2. & 3. par. 1. in Aesina fideicom. 17. Martii 1631. §. quia cum florij, coram bo. me. Pirouano confirmata coram me, 10 May 1641. §. non obstant tria, uers. isto enim casu, in d. Auximana fideicom. 13. Ianuary 1640. §. & quatenus etiam, & 31 Ianuarij 1642. §. quamuis enim, & §. hinc nõ releuat circa fin. uers. & insuper militat, coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Romana fideicomm. de Palatijs 28. Iunii 1647. §. quia cum Antonius, & in Romana fideicomm. 8. Iunii 1648. §. præterea, coram bo. mem. Arguellees, et in Bononien. fideicomm. de Pancaldis 23. Iunii 1649. §. et cum non doceatur coram R. P. D.*
10 *meo Putingero*: licet enim filius † ob solam omissionem inuentarij non amittat legitimã *Castr. in l. ab omnib. §. fin. sub num. 2. ff. de legat. 1. et in l. ita tamen, §. si trebelliano, ff. ad trebell.* Attamẽ ob malam presumptionem subtractionis, & occultationis aliorum bonorum resultantem ex prefata omissione inuentarij iũctis aliqui-
11 bus alienationibus, in ipsum, † seù alios ab eo causam habentes transfertur onus probãdi in hereditate nõ extitisse alia bona, ex quibus illius detractio integrè fieri potuerit, *ut tradit Surd. decis. 316. nu. 14. cum seqq. et responsum fuit in Bononien. fideicommissi de Cattaneis 10. Martii 1617. coram bon. mem. Pirouano penès Giouagn. d. cons. 20. num. 31. in Bonon. fideicom. de Glauarinis 10. Februarii 1639. coram R. P. D. meo Royas, §. non obstat conclusio, in dicta Auximana fideicommissi 31. Ianuarii 1642. coram Reuerendiss. D. meo Decano, §. nec obstat quod hæres, et in d. Aesina fideicommissi coram me sub d. §. nec obstant tria.*

Quod autem Iulius Cæsar non confecerit inuentarium à Pelliciarijs non cõtrouertitur,
12 & supponendum est, † dum ab eis non exhibetur, vt dictum fuit *in Romana fideicommiss. de Capiteferreo 10. Martii 1645. coram R. P. D. meo Corrado §. neque turbaret, uers. interea uerò.* Nec refert, quod ille non fuerit hęres, sed donatarius vniuersalis, qui regulariter non tenetur facere inuentarium; quia licet ad illius confectionem non arctetur pręcisè, adstringitur ta-
13 men causatiuè † ad effectum scilicet, vt eo dignosci valeat status hęreditatis, alioquin cõcurretibus aliquibus alienationibus etiam cõtra donatarium, omnemque alium restituere grauatum semper viget mala fides, & præsũptio subtractionis, & alienationis aliorum bonorum, donec ab ipso, vel ab eo causam habentibus doceatur de contrario, prout admissa fuit contra grauatum onere fideicommissi ordinati per contractum inter viuos *in d. Bononien. Fideicommissi de Glauarinis coram R. P. D. meo Royas, & in Romana fideicomm. de Spiritibus 12. Iunii 1643. coram R. P. D. meo Bichio,* & contra sim-
14 plicem † vsumfructuarium *in d. Aesina fideicõmissi coram me. §. minus obstat.*

Alienationes verò, & quidem numero plures, iustificatæ fuerunt à fratribus de Pudianis publicis instrumentis in actis Notarij causæ productis, vt in eorum *Sum. vltimæ positionis num. 2. cum seqq.*

Prima scilicet de florenis 700. constituentibus scuta 437. & ba. 50. per Iulium Cæsarẽ assignatis pro medietate dotis Isabellę eius sororis nuptæ anno 1597. quorum 500. proueniunt ex certis bonis stabilibus eiusdem Aldæ fideicommittentis sitis in loco, nuncupato *Piano di Massano*, reliqui verò 200. ex venditione Prædij *di Zalfagniano* ad illã pariter spectantis; quæ quidem dotis assignatio non ex
15 maternis, † sed ex bonis paternis ab eodem Iulio Cæsare tunc temporis possessis (vt constat ex instrumentis inferius dicendis relatis in extractu

extractu *fol. 331. cum seqq.*) fieri debebat, vt in puncto responsum fuit *in Romana fideicōmissi de Compagnolis 8. Februarij* 1649. *§. quò verò, coram R.P.D. meo Peutingero*; Attenta præsertim prçcisa dispositione eiusdem Aldę à Iulio Cęsare sub iuramento, & obligatione camerali acceptata, quod filiæ fœminæ præter certam modicam quantitatem in donatione eis relictam ex quauis causa, & occasione, etiam ratione legitimæ nil amplius prætendere possent, quæ propterea à Pelliciarijs ab eo causam haben-
16 tibus controuerti † non valet *ad tradita per Rot. decis. 221. num. 2. par. 8. recent.*

Secunda de duabus Eminis terræ positis in supradicto loco Montis Morcini per illum cessis anno 1623. Francisco Alumno cum pacto redimendi pretio scutorum 125.

Tertia de alijs tribus eminis terrę dismembratis à Prædio controuerso, & ab eo pariter cessis anno 1624. Laurentio dę Sinibaldis pro scut. 333.

Quarta de alia Emina terræ dismembrata ab eodem Prædio, & per ipsum vendita anno 1626. Armilao de Barrigianis pretio æstimato florenorum 175. constituentium scuta 110.

Quinta de petia terræ posita in supradicto loco nuncupato *il Piano di Massiano* ab eodem vendita d. anno 1626. Sancti dę Bisnettis pretio scut. 50. & aliorum scut. 28. in casu non redemptionis, prout euenit.

Sexta denique de florenis 300. facientibus summa scut. 187.50. occasione dotis eiusdem Aldæ debitæ ab ipso Iulio Cæsare vti hęręde Anibalis eius Patris, & illius debitoris, qui recuperari non possunt ex quo ille omnia bona paterna alienauit; Quæ quidem alienationes insimul calculatæ constituunt summam scutorum 1271.

Non obstat, quod aliquæ non iustificentur de bonis Aldę, cęterę verò tanquam certę, & modicę quantitatis non adęquent integram legitimam in maiori summa Iulio Cæsari de-
17 bitam, & proindè non possint impedire consecutionem supplementi, vt responsum fuit *in Perusina fideicommissi 5. Martij 1646. coram Reu. P.D. meo Celso, §. nam cum illa, & in Casenaten. bonorum 10. Martij 1649. coram R.P.D. meo Peutingero, §. primo, vers. cui neque dua.*

Quo enim ad iustificationē, omissis 1. 4. 5. & 6. quę iustificatur 2. & 3. controuerti non posse videtur fuisse de bonis spectantibus ad Aldam, dum omnes eminę terrę ibidem cōtentę in ipsismet instrumentis alienationum asseruntur existere in dicto loco Montis Morcini, in quo Alda viuens tàm Prędium controuersum, quam alia bona vsque ad eius obitum possedit, vt probatur ex testibus, & instrumento locationis in principio ponderatis;
18 atque † ideò presumūtur proprię ipsius fideicommittentis non ducto dę illarum acquisitionibus factis à grauato *iuxta prædictum consil. Fulgos. 145. supra allegatum*, pręsertim quoad tertiam, quę ex conuenientia confinium, & aliarum demonstrationum ostenditur continere tres eminas terrę dismembratas à Prędio controuerso.

Quo verò ad modicitatem, vltra quòd cōtrarium est verius, dum constituunt dictam summam scut. 1271. etiamsi alienationes essent certę, & modicę quantitatis, non ideò minus dici posset legitimam fuisse integraliter
19 consumptam: † obiectum enim procederet, si ostenderetur inuentarium, vel aliunde constaret de vero statu integrę hęreditatis, ex quo indubitanter sciri posset quantitas, qualitas, & valor omnium bonorum hęreditariorum, tā superexistentium, quàm alienatorum, tunc enim calculata legitima in quantitate trientis; vel semissis secundum numerum filiorum, & calculatis alienationibus, congruè diceretur eam nō esse integrè cōsumptam, & agi posset ad supplementum, quatenus ipsę alienationes illam non adęquarent, in quibus terminis intelligendę sunt decisiones in causa *Perusina fideicommissi, & Casenaten. bonorum, vt declarat Cyriac. ibidem allegatus controu. forens. cap. 5. num. 18. & 21.* Secus autem in proposito, quo non exhibetur inuentarium, nec aliunde constat de dicto statu hæreditatis, hoc enim casu non habetur in consideratione an alienationes detectę, & iustificatę ęquiualeant, nec ne legitimę detractioni, quia ratio consumptionis nō fundatur in eo, quòd filius sit satisfactus ex ijs alienationibus iustificatis, sed in mala pręsūptione resultant ex omissione inuentarij, & aliquibus alienationibus, quę faciunt præsumere, (vt supra dictum est) in hęreditate adfuisse alia bona sufficientia pro detractionibus
20 quodquę † sicut grauatus alienauit ea parua, de quibus cōstat, ita etiam alienauerit, & subtraxerit alia, & quidem magna, de quibus nō constat, saltem nisi contrarium ab ipso iustificetur concludenter probando supradictam negatiuam, *vt tradit Surd. d. dec. 316. num. 14. cum seqq. & respondit Rot. in d. decis. 57. num. 2. & d. decis. 77. num. 2. & 3. par. 5. recent. in d. Auximana fideicom. d. §. non obstat quòd hæres vers. aliud verò, & §. se. in d. Romana fideicommissi de Palatiis §. tum quia probant, vers. quam grauatus, & in d. Bononien. fideicom. de Pancaldis d. §. & cum nō doceatur,* vbi quod dici potest hæreditatem fuisse opulentam, ac mobilia iura, & actiones etiam maximi valoris sui se vsurpatas.

Quę in casu nostro certiora redduntur, tū quia constat Aldam fideicommittentem vltra Prędium controuersum, & prędicta bona, vt supra alienata, plura alia corpora possedisse in d. loco Montis Morcini per ipsam locata d. anno 1581. eidem Iulio Cęsari ex instru-
21 mento locationis superiùs ponderato, † quod contra Pelliciarios, quamuis illius successores singulares, facit plenam probationem, *Aym. consil. 29. num. 1. Rota coram clar. mem. Coccina decis. 93. num. 4.* Necnon ostensum fuit Aldam habuisse ab eius genitoribus amplissimā donationem omnium bonorum pręsentium, & futurorum, ac insuper ab Anibale eius viro, cui superuixit per decem annos, fuisse relictam vsufructuariam eius hęreditatis cum declaratione, quod huiusmodi vsufructus
22 non restringatur ad alimenta; † hinc enim certius arguitur opulenta eius patrimonii, & here-

hæreditatis,& augetur supradicta præsumptio existentię, subtractionis, & alienationis aliorũ bonorum, vt ponderauit *Rota in dicta Romana fideicommissi de Victorijs in recent.decis.47.numer.7. 8. & 9. par.5.in dicta Bononien. Fideicomm.de Glacarinis coram R.P.D. meo Royas §. quæ magis procedunt, in dicta Auximana fideicommissi coram Reuerendissimo Domino meo Decano, §. prædictaq; fortius cum seq.& in dicta Romana fideicommissi de Palatijs §. Tum etiam quia illam, coram bon.mem. Rrguelles.*

Tum etiam quia dictus Iulius Cęsar alienauit omnia bona paterna, vt iustificatur pro nunc in summa scutorum 5000. ex publicis instrumentis relatis *in extractu fol. 331. vsque ad 385.* Atque ideo sicut totam paternam hęreditatem satis opulentam pœnitus subtraxit, & dissipauit, ita etiam fortiùs pręsumitur alia quoque bona materna,de quibus non constat alienasse ex vulgata regula semel malus *de reg. iur. in 6.*

Nec releuat, quod aliquę ex dictis alienationibus sint posteriores credito eorumdem
23 de Pelliciariis, † & propterea in eo tanquam prius contracto dicta legitima consumpta fuerit *per tex. in l.Marcellus §. res quæ ff.ad Senat. cons.trebell.*

Quia ad effectum, vt alienationes imputētur in legitimam omninò requiritur, quod bona alienentur cum actuali translatione dominij, non autem quod simpliciter hypothe-
24 cata probentur: † filius enim pro sua legitima ea tantum bona elegisse censetur, quę verè alienauit abdicando à se illorum dominiũ, non autem quę simpliciter hypothecauit; *vt probant Ceph. cons.189. num.19.& seqq. Peregr. de fideicomm.artic.39.num.8. & 9. ac firmauit Rota in Narnien.fideicomm.3. Iulij.1622. coram bon.memor. Merlino penes Merlin.de legit. decis.1.num.10.& in Romana Vinea 19.Februarii 1624. coram R. P. D. meo Bichio §. neque competit circa finem.*

Minusue applicantur deducta *in Romana fideicommissi de Candidis 10. Martis 1649. coram R. P.D. meo Verospio.*

Pro intelligentia enim, & conciliatione opinionum, duo casus sunt distinguendi; Primus scilicet quando fideicommissarius est actor, & petit immissionem contra tertium possessorem habētem causam ab hęrede gra-
25 uato, † qui est casus prefatę decisionis *Romanæ fideicommissi de Candidis*, tunc enim, quia tertius possessor habet suam intentionem fundatam in possessione *§. commodum inst. de interd. l. fin. C.de rei vendic.cap.si à sede de preb.in 6.* Non sufficit, quod fideicommissario supradicta pręsumptio occultationis, & alienationis inuentarij, & aliquibus alienationibus, nec ei suffragatur simplex probatio opulentię hæreditatis, quod scilicet de tempore obitus fideicommittentis in eius hęreditate extitissent
26 multa bona,† nisi copulatiuè etiam probetur cæteras alienationes pręcessisse istam, ex qua tertius reperitur in possessione, vt in specie distinguendo inter vnum casum, & alium tradunt *Peregrin.de fideicomm.artic.39. numer.14. Mangil.de impub. quæst.136,num.50. Merlin.de legit.lib.2.tit.2. quæst.4. numer. 2. Cyriac. cap. 5. numer.27.& 28.& tenuit Rota coram san.memor.Gregor.XV. decis.185. num. ibique Add.num.3.& coram Martin Andr. dec.80.num.4.& 6. & in dicta Narnien.fideicomm.3.Iulii 1622. coram bon.memor. Merlino num.9.* Cum enim potuerint pręcedere, & subsequi,& primę imputentur in detra-
27 ctiones,† reliquę verò retractentur, pręsumptio est pro possessore, quod illa, ex qua reperitur in possessione fuerit prima, nisi concludenter probetur contrarium,*vt in specie arguit Cyriac.vbi sup.d.n.27.& 28.& Rot. coram Martin. Andr.d.dec.80.nu.4.& 6. in Bononien. bonorum 11. Martii 1642.vers. præsertim, coram R. P. D. meo Otthobono,& in Bononien. fideicommissi de Pancaldis 21. Iunii 1649. vers.adeoque, cum seq.coram R.P.D. meo Peutingero.*

Secundus casus est, quando fideicommissarius est in possessione rei fideicommisso subiectę, & tertius habens causam à grauato ratione alicuius crediti agit contra eum, & petit sibi satisfieri super bonis fideicommissarijs ratione legitimę debitę eius debitori, qui est casus, de quo agitur, tunc enim si appareat grauatum non confecisse inuentarium, & fideicommissarius ostendat illum aliqua bona
28 etiam parui valoris alienasse,† tanquam reus & possessor iuuatur supra ponderata pręsumptione existentię, occultationis, & alienationis aliorum bonorum, donec à tertio agente contrarium plenè probetur per supradictam negatiuam, vt probant omnes Doctores, & Decisiones superiùs allegatæ, ac doctæ distinguendo firmatum fuit *in d. Romana fideicomm.de Candidis §. neque enim obiectio.*

Denique non subsistit in facto, quod dicti fratres de Pudranis sint hæredes præfati Iulij Cæsaris eorum Patris,quia illius hęreditatem explicitè repudiarunt, nedum facto ab illa prorsus se abstinendo, sed etiam verbis per expressam repudiationē in actis Notarij causæ factam anno 1647. Quietantia autem, quã fecisse asseritur alter ipsorum anno 1642. corã
29 Tutori, † cum fieri potuerit citra ius, & nomen hæredis, præsumi debet non fuisse factã animo adeundi hæreditatem paternam, præsertim cum sit pœnitus, & omninò damnosa, *vt respondit Rota coram san.mem. Greg. decis. 400. num.15.& 16.*

Et ita vtraque, &c.

Decisio ista in hac eadem causa emanata sub die 14. Iunii 1647. est supra in X. parte decis. 75.

R.P.D. LEONE VEROSPIO.

Anconitana Dotis.

Lunæ 30. Maij 1650.

ARGVMENTVM.

Confessio viri de dote recepta,facta cõstante matrimonio,licèt regulariter non probet numerationem, tamen secus esse firmatur, quando ex pluribus coniectus, numeratio subsecuta conuinceretur; quid autem dicendum sit, quando

quando præsumptiones in contrarium concurrerent, quarum nonnullæ hic habentur, latissimè tractatur.

Cõsignatio mobilium benè cõcluditur ex ipsorum transportatione ad domum Viri, an verò huiusmodi transportatio elidatur, vt si testes nonnullos dies post matrimonium secutam assererent Procuratore mediante; Maritus verò fateretur de tempore contracti matrimonij ab ipso fuisse recepta, eruditè resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, ex quo dicantur conformes.*

2 *Sententia executio retardari non debet, dum valide probatur, ac iusta.*

3 *Validitas sententia ex quo dignoscatur.*

4 *Actorum transportatio à Concilio Trident. requisita quando nõn habeat locum.*

5 *Iustitia sententia resultat ex pluribus decisionibus in ea usa factis.*

6 *Confessio Viri de dote recepta, facta constante matrimonio, non probat solutionem, & quando secùs. num.7.*

8 *Confessio Viri de dote recepta, quando probet numerationem, quamuis concurrerent præsumptiones in contrarium.*

9 *Confessio Viri de dote recepta, non potest dici simulata, quando apparet, quòd tres ex quatuor partibus fuerint realiter soluta. Amplia, vt num.10.*

11 *Confessio Viri de dote recepta, an excludatur per exceptionem inuerisimilitudinis, arbitrio Iudicis remittendum est.*

12 *Consignatio mobilium, atque pecunia facta Viro bene concluditur ex ipsorum traductione ad domum Viri.*

13 *Et an elidatur, si testes dicta mobilia, nonnullos dies post matrimonium assererent transportata (Procuratore mediante) Maritus verò fateretur de tempore contracti matrimonij ab ipso fuisse recepta.*

14 *Confessio secundi Viri de dote recepta in maiori quantitate, quàm fuit primò Viro constituta, probat veram numerationem.*

Etiam si per alterum Instrumentum antecedenter stipulatum, dos tantùm primò Viro constituta, assignata, & cassa appareret, & quare.

DECISIO XXXII.

MANDATVM scutorum quatuor millium ab A.C. contrà bona hæreditaria Hieronymi relaxatum pro restituenda Dote Franciscæ Vxoris in eadem quantitate constituta iustitiæ fundamento innixum tribus Rotalibus sententijs sancitum fuerat, super quarum conformitate, ac executione ipsarum consecutiua, dubium hodie proposui, affirmatiuè
1 resolutum. † Earum enim conformitas ex vnius cõfirmatione simpliciter ab altera facta dignoscitur, ad *text. in Clem.1.de re iud. vbi post gloss. notant communiter DD. Ayn. cons.183. nu.1. Surd. cons.102. num.9. cum seqq. Rot. coram Caual. decis.386. num.1. & alijs relatis in Romana Saluiani 13. Aprilis 1646. coram R.P.D. meo Otthobono.*
2 Quarum † proindè executio retardari non debet, dum validè probantur, ac iustæ, *l.1. C.ne liceat tertiò prouoc. cap. tua nobis de appell. Clem.1. de sententia, & re iud. Alex. cons.77. num.1. lib.2. Dec. consil.385. num.2. Rot. decis.98. num.3. in fin. part.1. recent.* & in alijs adductis in *Romana Grani 14. Decembris 1643. coram me.*
3 † Validitas autem ex processus reuolutione dignoscitur continentis omnia de iure reseruanda, iuxtà *decis.Verall.260.part.2.* sæpius in hoc Tribunali
4 receptam, † quæ offuscari non potest ex non integra Actorum transportatione à Fanellis obiecta, dum illa in antecedentibus instantijs ponderata iustificantur ex decisionibus tunc temporis æditis, adeòque nullitatem inducere non valent hac acta profana dispositioni Sac. Concilij præfatam transportationem sub nullitatis poena requirentis, non subiecta, vt pluries respondit *Rot.in decis.268. num.3. decis.200. num.4. & 335. nu.6. post volum.2. consil. Farinac. & decis.121. num.3. post Pacif. de Salu.*

5 Iustitia quoque resultat ex pluribus decisionibus coram bo: mem: Arguelles in prima instantia, coram Reuerendiss. D.meo Decano in secunda, & in tertia coram R. P. D. meo Ottobono luculenter extensis, vt alias respondit *Rot.decis.362. num.12. part.4. tom.2. recentior. in decis.51.num.18. part.5.& decis.53.nu.1. part.7. recent.* In ijs siquidem dos Franciscæ Auctricis Demetrij taxat. in quantitate scut. 4. mil. in eaque summa elicitur constituta ex publico Instrumento die 11.Iunij 1628.proprio ipsius viri sacramento munito, ac in Sum. fratrum
6 de Fanellis denuo exhibito; † quod licet solam Viri confessionem præseferat, ad concludendam veræ dotis numerationem regulariter insufficientem, quoties constante matrimonio emissa fuit, iuxtà *text. in l.1. & 3. ff.de donat.inter vir.& vxor. Card.Mant. de tacit.lib.11. tit.20.num.18.* & alijs relatis auctoritatibus firmauit *Rot.in hac eadem causa sub die 13.Ian.1643*
7 *coram bo: me: Buccabella in pricip.* † Dum tamen ex pluribus coniecturis in præfatis decisionibus doctè, & accuratè deductis, numeratio conuincitur subsecuta legitimam vtique veræ dotis probationem cõstituit addita confessio, vt tradit *Bald. in rubr. C. de priuil. dotis; Barbos. in l.1. part.6. num 41. ff.sol. matr. Rolan. cons.93. num.20. cum seqq. lib. 1. Surd. consil.489. num.7.* & pluries limitando præcedentem conclusionem, firmauit *Rota coram Buratt.dec.873.num.9. coram bo:me:Vrgell.decis.409.nu.21.& in alijs relatis in decisionibus æditis in hac causa 17. Iunij 1647. in §. Quam opinionem, coram bon: mem: Arguelles, & 1.Martij 1649.in §.Et sæpius,coram R.P.D.meo Otthobono.*

Non obstat simulationis exceptio contra prædictam confessionem exindè sæpius repetitæ quod à Hieronymo criminaliter inquisito processerit: Præter quam enim obiectum crimen ad hunc effectum plenè iustificatum negauit, *Rot. coram bo:me: Arguelles sub die 17.Iunij 1647. in §. Nihil faciet, & 31. Ianuarij 1648. §.Non demum, & coram R.P.D.meo Otthobono sub*
8 *die 30.Martij 1649. in §.Motiuum etiam;* † Veritas præfatæ confessionis arguitur non solum ex vrgentioribus coniecturis pro actus validitate

hæreditatis, & augetur supradicta præsumptio existentię, subtractionis, & alienationis aliorũ bonorum, vt ponderauit *Rota in dicta Romana fideicommissi de Victorijs in recent. decis. 47. numer. 7. 8. & 9. par. 5. in dicta Bononien. Fideicomm. de Glauarinis coram R. P. D. meo Royas §. quæ magis procedunt, in dicta Auximana fideicommissi coram Reuerendissimo Domino meo Decano, §. prædictaq; fortius cum seq. & in dicta Romana fideicommissi de Palatys §. Tum etiam quia illam, coram bon. mem. Rrguelles.*

Tum etiam quia dictus Iulius Cęsar alienauit omnia bona paterna, vt iustificatur pro nunc in summa scutorum 5000. ex publicis instrumentis relatis *in extractu fol. 331. vsque ad 385.* Atque ideo sicut totam paternam hęreditatem satis opulentam pœnitus subtraxit, & dissipauit, ita etiam fortius pręsumitur alia quoque bona materna, de quibus non constat alienasse ex vulgata regula semel malus *de reg. iur. in 6.*

Nec releuat, quod aliquę ex dictis alienationibus sint posteriores credito eorumdem
23 de Pelliciariis, † & propterea in eo tanquam prius contracto dicta legitima consumpta fuerit *per tex. in l. Marcellus §. res quæ ff. ad Senat. cons. trebell.*

Quia ad effectum, vt alienationes imputẽtur in legitimam omninò requiritur, quod bona alienentur cum actuali translatione dominij, non autem quod simpliciter hypothe-
24 cata probentur: † ilius enim pro sua legitima ea tantum bona elegisse censetur, quę verè alienauit abdicando à se illorum dominiũ, non autem quę simpliciter hypothecauit; *vt probant Ceph. cons. 189. num. 19. & seqq. Peregr. de fideicomm. artic. 39. num. 3. & 9. ac firmauit Rota in Narnien. fideicomm. 3. Iulij. 1622. coram bon. memor. Merlino penès Merlin. de legit. decis. 1. num. 10. & in Romana Vinea 19. Februarii 1624. coram R. P. D. meo Bichio §. neque competit circa finem.*

Minusue applicantur deducta *in Romana fideicommissi de Candidis 10. Martii 1649. coram R. P. D. meo Verospio.*

Pro intelligentia enim, & conciliatione opinionum; duo casus sunt distinguendi; Primus scilicet quando fideicommissarius est actor, & petit immissionem contra tertium possessorem habẽtem causam ab hęrede gra-
25 uato, † qui est casus pręfatę decisionis *Romanæ fideicommissi de Candidis*, tunc enim, quia tertius possessor habet suam intentionem fundatam in possessione *§. commodum inst. de interd. l. fin. C. de rei vendic. cap. si à sede de preb. in 6.* Non sufficit, quod fideicommissario supradicta pręsumptio occultationis, & alienationis inuentarij, & aliquibus alienationibus, nec ei suffragatur simplex probatio opulentię hæreditatis, quod scilicet de tempore obitus fideicommittentis in eius hęreditate extitissent
26 multa bona, † nisi copulatiuè etiam probetur cæteras alienationes pręcessisse istam, ex qua tertius reperitur in possessione, vt in specie distinguendo inter vnum casum, & alium tradunt *Peregrin. de fideicomm. artic. 39. numer. 14. Mangil. de impub. quæst. 136. num. 50. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. quæst. 4. numer. 2. Cyriac. cap. 5. numer. 27. & 28. & tenuit Rota coram san. memor. Gregor. XV. decis. 185. num. ibique Add. num. 3. & coram Martin Andr. dec. 30. num. 4. 5. & 6. & in dicta Narnien. fideicomm. 3. Iulii 1622. coram bon. memor. Merlino num. 9.* Cum enim potuerint precedere, & subsequi, & primę imputentur in detra-
27 ctiones, † reliquę verò retractentur, pręsumptio est pro possessore, quod illa, ex qua reperitur in possessione fuerit prima, nisi concludenter probetur contrarium, *vt in specie arguũt Cyriac. vbi sup. d. n. 27. & 28. & Rot. coram Martin. Andr. d. dec. 80. nu. 4. & 6. in Bononien. bonorum 11. Martii 1642. vers. præsertim, coram R. P. D. meo Ottibono, & in Bononien. fideicommissi de Pancaldis 21. Iunii 1649. vers. adeout, cum seq. coram R. P. D. meo Peutingero.*

Secundus casus est, quando fideicommissarius est in possessione rei fideicommisso subiectę, & tertius habens causam à grauato ratione alicuius crediti agit contra eum, & petit sibi satisfieri super bonis fideicommissarijs ratione legitimę debitę eius debitori, qui est casus, de quo agitur, tunc enim si appareat grauatum non confecisse inuentarium, & fideicommissarius ostendat illum aliqua bona
28 etiam parui valoris alienasse, † tanquam reus & possessor iuuatur supra ponderata pręsumptione existentię, occultationis, & alienationis aliorum bonorum, donec à tertio agente contrarium plenè probetur per supradictam negatiuam, vt probant omnes Doctores, & Decisiones superiùs allegatæ, ac doctæ distinguendo firmatum fuit *in d. Romana fideicomm. de Candidis §. neque enim obiectio.*

Denique non subsistit in facto, quod dicti fratres de Pudianis sint hæredes præfati Iulij Cæsaris eorum Patris, quia illius hęreditatem explicitè repudiarunt, nedum facto ab illa prorsus se abstinendo, sed etiam verbis per expressam repudiationẽ in actis Notarij causæ factam anno 1647. Quietantia autem, quã fecisse asseritur alter ipsorum anno 1642. eorũ
29 Tutori, † cum fieri potuerit citra ius, & nomen hæredis, præsumi debet non fuisse factã animo adeundi hæreditatem paternam, præsertim cum sit pœnitus, & omninò damnosa, *vt respondit Rota coram san. mem. Greg. decis. 400. num. 15. & 16.*

Et ita vtraque, &c.

Decisio ista in hac eadem causa emanata sub die 14. Iunii 1647. est supra in X. parte decis. 75.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Anconitana Dotis.

Lunæ 30. Maij 1650.

ARGVMENTVM.

Confessio viri de dote recepta, facta cõstante matrimonio, licet regulariter non probet numerationem, tamen secus esse firmatur, quando ex pluribus coniectus, numeratio subsecuta conuinceretur; quid autem dicendum sit, quando

quando præsumptiones in contrarium concurrerent, quarum nonnullæ hic habentur, latissimè tractatur.

Cōsignatio mobilium benè cōcluditur ex ipsorum transportatione ad domum Viri, an verò huiusmodi transportatio elidatur, vt si testes nonnullos dies post matrimonium secutam assererent Procuratore mediante; Maritus verò fateretur de tempore contracti matrimonij ab ipso fuisse recepta, eruditè resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, ex quo dicantur conformes.*

2 *Sententiæ executio retardari non debet, dum valida probatur, ac iusta.*

3 *Validitas sententiæ ex quo dignoscatur.*

4 *Actorum transportatio à Concilio Trident. requisita quando nōn habeat locum.*

5 *Iustitia sententiæ resultat ex pluribus decisionibus in ea usa factis.*

6 *Confessio Viri de dote recepta, facta constante matrimonio, non probat solutionem, & quando secùs. num.7.*

8 *Confessio Viri de dote recepta, quando probet numerationem, quamuis concurrerent præsumptiones in contrarium.*

9 *Confessio Viri de dote recepta, non potest dici simulata, quando apparet, quòd tres ex quatuor partibus fuerint realiter soluta. Amplia, vt num.10.*

11 *Confessio Viri de dote recepta, an excludatur per exceptionem inuerisimilitudinis, arbitrio Iudicis remittendum est.*

12 *Consignatio mobilium, atque pecuniæ facta Viro bene concluditur ex ipsorum traductione ad domum Viri.*

13 *Et an elidatur, si testes dicta mobilia, nonnullos dies post matrimonium asserrent transportata (Procuratore mediante) Maritus verò fateretur de tempore contracti matrimonij ab ipso fuisse recepta.*

14 *Confessio secundi Viri de dote recepta in maiori quātitate, quàm fuit primò Viro constituta, probat veram numerationem.*

Etiam si per alterum Instrumentum antecedenter stipulatum, dos tantùm primò Viro constituta, assequata, & cassa appareret, & quare.

DECISIO XXXII.

MANDATVM scutorum quatuor millium ab A.C. contrà bona hæreditaria Hieronymi relaxatum pro restituenda Dote Franciscæ Vxoris in eadem quantitate constituta iustitiæ fundamento innixum tribus Rotalibus sententijs sancitum fuerat, super quarum conformitate, ac executione ipsarum consecutiua, dubium hodie proposui, affirmatiuè
1 resolutum. † Earum enim conformitas ex vnius cōfirmatione simpliciter ab altera facta dignoscitur, ad *text. in Clem.1.de re iud. vbi post gloss. notant communiter DD. Ayn. conf.183. nu.1. Surd. conf.102. num.9. cum seqq. Rot. coram Caual. decis.386. num.1. & alijs relatis in Romana Saluiani 13. Aprilis 1646. coram R.P.D. meo Otthobono.*
2 Quarum † proindè executio retardari non debet, dum validè probantur, ac iustæ, *l.1. C.ne liceat tertiò prouoc. cap. tua nobis de appell. Clem.1. de sententia, & re iud. Alex. cons.77. num.1. lib.2. Dec. consil.385. num.2. Rot. decis.98. num.3. in fin. part.1. recent.* & in alijs adductis in *Romana Grani 14. Decembris 1643. coram me.*
3 † Validitas autem ex processus reuolutione dignoscitur continentis omnia de iure reseruanda, iuxtà *decis.Verall.260.part.2.* sæpius in hoc Tribunali
4 receptam, † quæ offuscari non potest ex non integra Actorum transportatione à Fanellis obiecta, dum illa in antecedentibus instantijs ponderata iustificantur ex decisionibus tunc temporis æditis, adeòque nullitatem inducere non valent hac acta profana dispositioni Sac. Concilij præfatam transportationem sub nullitatis pœna requirentis, non subiecta, vt pluries respondit *Rot. in decis.268. num.3. decis.200. num.4. & 335. nu.6. post volum.2. consil. Farinac. & decis.121. num.3. post Pacif. de Salu.*

5 Iustitia quoque resultat ex pluribus decisionibus coram bo: mem: Arguelles in prima instantia, coram Reuerendiss. D. meo Decano in secunda, & in tertia coram R. P. D. meo Ottobono luculenter extensis, vt alias respondit *Rot. decis.362. num.12. part.4. tom.2. recentior. in decis.51. num.18. part.5. & decis.53. nu.1. part.7. recent.* In ijs siquidem dos Franciscæ Auctricis Demetrij taxat. in quantitate scut. 4. mil. in eaque summa elicitur constituta ex publico Instrumento die 11. Iunij 1628. proprio ipsius viri sacramento munito, ac in Sum. fratrum
6 de Fanellis denuo exhibito; † quod licet solam Viri confessionem præseferat, ad concludendam veræ dotis numerationem regulariter insufficientem, quoties constante matrimonio emissa fuit, iuxtà *text. in l. 1. & 3. ff. de donat. inter vir. & vxor. Card. Mant. de tacit. lib.11. tit.20. num.18.* & aliis relatis auctoritatibus firmauit *Rot. in hac eadem causa sub die 13. Ian. 1643*
7 *coram bo: me: Buccabella in pricip.* † Dum tamen ex pluribus coniecturis in præfatis decisionibus doctè, & accuratè deductis, numeratio conuincitur subsecuta legitimam vtique veræ dotis probationem cōstituit addita confessio, vt tradit *Bald. in rubr. C. de priuil. dotis; Barbos. in l.1. part.6. num 41. ff. sol. matr. Rolan. cons.93. num.20. cum seqq. lib. 1. Surd. consil.489. num.7.* & pluries limitando præcedentem conclusionem, firmauit *Rota coram Buratt. dec.873. num.9. coram bo: me: Vrgell. decis.409. nu.21. & in alijs relatis in decisionibus æditis in hac causa 17. Iunij 1647. in §. Quam opinionem, coram bon: mem: Arguelles, & 1. Martij 1649. in §. Et sæpius, coram R.P.D. meo Otthobono.*

Non obstat simulationis exceptio contra prædictam confessionem exindè sæpius repetitæ quod à Hieronymo criminaliter inquisito processerit: Præter quam enim obiectum crimen ad hunc effectum plenè iustificatum negauit, *Rot. coram bo: me: Arguelles sub die 17. Iunij 1647. in §. Nihil faciet, & 31. Ianuarij 1648. §. Non demum, & coram R.P.D. meo Otthobono sub*
8 *die 30. Martij 1649. in §. Motiuum etiam;* † Veritas præfatæ confessionis arguitur non solum ex vrgentioribus coniecturis pro actus validitate

tate vigentibus, in præcedentibus decisionibus ponderatis, ac contarijs proindè præsumptionibus præferendis, iuxta *text. in l. vltima, ff. quod metus causa, l. nuptura, ff. de iur. dot. Rota coram Gregor. decis. 62. num. 11. coram Buratt. 236. nu. 8. & decis. 24. nu. 20. part. 7. recent.*
9 *nu. 8. & decis. 24. nu. 20. part. 7. recent.* † sed etiam elucescit ex plena probatione veritati in tribus ex quattuor partibus, ac vltrà totius summæ in præfato Instrumento contentæ, videlicet scutorum 1150. ab hæredibus primi Viri exactorum vigore cessionis stipulatæ 11. Martij 1623. Nec non aliorum scutorum 802. ex testibus Inuentario Palazzinæ, ac alijs probationibus coram bon: mem: Buccabella canonizatis sub die 13. Martij, & 3. Decemb. 1635. ac successiuè postmodum sententia comprobatis; Et pro alijs scutis 83. per dictum Hieronymum secundũ Virum ab hæredibus primi Viri exactis pro interusuriorum dotalium residuo tempore viduitatis Franciscę decurso, vt apparet ex Instrumento quietantiæ, ac partitis in eo relatis in Summario præcedentium positionum coram bon: mem: Arguelles; Ex quibus proindè partitis plenè, ac concludenter iustificatis efficacissima resultat præsumptio veritatis totius confessionis, quæ obiectam illius simulationem omninò excludit, vt aduertit *Castr. consil. 301. numer. 4. lib. 1. Soccin. cons. 82. num. 2. lib. 3. Surd. cons. 489. nu. 22. Didac. var. resol. lib. 1. resol. 7. num. 6. Card. Mant. de tacit. lib. 11. tit. 20. num. 12. & 14.* & pluries firmauit *Rot. vt in decis. 313. nu. 15. cum seqq. part. 1. diuers. coram Gregor. 62. & 491. num. 7. & in dec. 28. nu. 8. part. 7. recent. & in Anconitana Bonorum 1. Iu-*
10 *lij 1643. coram R. P. D. meo Bichio.* † Attenta præsertim plurium depositione testium, de traductione bonorum (præter contenta in Inuentario Palazzinæ) gemmarum, ac pecuniarũ ab ipsa Francisca ad Domum viro contestantium; quam etiam ponderauit *decisio bon: mem: Arguelles 17. Iunij 1647. in §. prima autem, & R. P. D. mei Otthoboni sub die 1. Martij 1649. in §. altera, & quidem vehemens.*

Neque horum testiũ fides debet in dubium reuocari, siue ex inuerisimilitudine eorũdem depositioni obiecta, vel quia actualem mobilium traditionem viro factã non concludant;
11 Inuerisimilitudinis † enim exceptio omninò excludatur, siue ex qualitate Hieronymi huiusmodi dote digni, siue Mulieris, quæ pollebat facultate tradendi prędictam quantitatem; tum ijs sanè mulieribus perpensis, quæ à primo viro, eiusque consanguineis eadem Francisca fuerat consecuta, & ab ipsismet testibus recensentur, tum alijs pluribus argumentis in prędictis decisionibus latè deductis, & per Dominos benè perpensis, à quorum arbitrio id æstimandum esse monet, *text. in l. 3. §. ideoque minus, ff. de testibus, Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. casu 90.* & alijs relatis iuribus respondit *Rol. sub die 17. Iunij 1647. corã bo: me: Arguelles in §. Quar-*
12 *ta deducitur.* † Consignatio verò mobilium, atque pecuniæ facta viro, licet à testibus non deducatur expressè, ex ipsa tantum traductione rerum ad eiusdem domum benè concluditur, vt probat *text. in l. si ego, §. cæterum, ff. de iure dot. & in l. pecunia 79. in fine, ff. de solut. Card. Mant. de tacit. lib. 12. tit. 10. nu. 1.* & alijs relatis iuribus huic eidem obiecto respõdit *Rot. sub die 17. Nouembris 1647. coram bo: mem: Arguelles in §. vltim.* Prout etiam ex ipsius Mariti declaratione bona illa in eius domum per Vxorem illata in causa dotis accepto ferentis, vt in ipso legitur Instrumento.
13 Nec etiã † eorumdem fidem minuit discrepantiam temporũ inter testium dicta, ac Hieronymi confessionem perpensa, dum illi præfata mobilia nonnullos dies post matrimoniũ Anconæ (Procuratore mediante) celebratum asserunt transportata; hic verò fatetur de tempore contracti matrimonij per ipsum fuisse recepta; Cum prædicta testium depositio in ijs etiam benè valeat verificari, quæ modico temporis interuallo, arbitrio Iudicis æstimando ante, vel post matrimonium subsequantur; quia tempore matrimonij hæc quoque gesta dicuntur, vt notant communiter *DD. in l. Diuortio, ff. sol. matr. Roland. cons. 445. num. 4. vers. caterum, Paul. Bellon. de potest. eorum, quæ fiunt incontinenti, vel ex interuallo cap. 85. Tiraquell. de retr. conuent. §. 1. gloss. 5. num. 5. & alijs relatis auctoritatibus, firmat Farinacc. de testib. quæst. 65. num. 262.*
14 Nec † demum ad arguendum simulationem Instrumenti continentis confessionem dotis receptæ in scutis 4000. poterit deseruire alterum Instrumentum ab eodem Hieronymo per annos quinque antecedenter stipulatum de anno videlicet 1623. quo integram dotem in scut. 2250. constitutam, & assignatam exaduerso supponitur cõtineri, siquidem præcedens hoc Instrumentum (vt ex ipsius lectura dignoscitur) non continet hanc integrè dotis constitutionem exaduerso prætensam, sed eius tantum assignationem; atque cessionem, quæ per Franciscam primo viro tradita fuerat, & secundo marito specialiter erat pernecesse cedenda, & assignanda, vt posset contrà primi viri hæredes repetitionem dotis experiri, vt benè comprobat *Peregr. cons. 110. nu. 4. cũ seqq. lib. 3. Alex. cons. 122. nu. 10. lib. 7. Bald. Nouell. de dot. part. 6. priuil. 71. Roland. eodem tractat. quæst. 81. nu. 4. Mantic. alias referent decis. 77. nu. 2.*

Et in vtraque parte informante, &c.

REVERENDISSIMO P. D. CERRO,

Sacræ Rotæ Romanæ DECANO.

Vicentina Iurisdictionis.

Lunæ 2. Maij 1650.

ARGVMENTVM.

Sententia lata contrà sententiam, licèt non valeat, nisi prima infirmetur, tamen secus esse firmatur, quãdo vigore clausulæ, *quam, & quas,* in Commissione appositæ, fuerit pronunciatum, *prout in prima.* Ordinarij nomen si commodè adaptari potest tàm ad Episcopum, quàm ad alium inferiorem, qui Ordinariam habet Iurisdictionem, quando ad ipsum solum Episcopum referri debeat, clarè demonstratur.

Pri-

Priuilegia, & Iura antiquorũ Abbatum, & Monacorũ non transeunt in nouos Archipresbyteros, & Canonicos deindè principaliter institutos, & sub diuersa natura, & qualitate subrogatos; quid autem dicendum sit, si suppressionibus, & nouis erectionibus Pontifex declarauerit se nolle præiudicare antiquis Priuilegijs, & Iurisdictionibus, eruditè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Apostolicæ de iure paratam habent executionem.*
2 *Amplia, quando apparent iustificatæ.*
3 *Sententia lata contrà sententiam non valet, nisi prima fuerit reuocata, & quando secus num. 5.*
4 *Clausula,* quam, & quas, *operatur, vt sententia ferri possit, prout in prima.*
6 *Via executiua, quando non remaneat vulnerata per sententiam.*
7 *Acta illa sunt transportanda, quæ fuerunt gesta in iudicio, à quo fuit appellatum.*
8 *Ordinarij nomine propriè designatur Episcopus.*
9 *Ordinarij appellatione comprehenditur etiam Archipresbyter, qui Ordinariam habet Iurisdictionem.*
10 *Ordinarij nomen si congruè adaptari potest tàm ad Episcopum, quàm ad Archipresbyterum, quando ad ipsum Episcopum tantùm referri debeat.*
11 *Discretiui modi loquendi natura est distinguere, & separare, & vnum sub alterius denominatione non comprehendere.*
12 *Congregationis Eminentiss. Sacr. Concil. Trident. Interpretum declarationes, Rota solet absque vlla discussione venerari.*
13 *Breue Apostolicum licèt impetratum lite pendente, nulla facta, de ea, mentione, quando non dicatur subreptitium.*
14 *Priuilegia, ac Iura Abbatum, & Monacorum non transeunt in Archipresbyterum, & Canonicos aliosque deindè principaliter institutos, ac sub diuersa natura, & qualitate subrogatos.*
15 *Sed in ipsis seruari debet expressa, & præcisa forma in litteris Pontificijs super huiusmodi suppressione, ac noua erectione editis.*
16 *Papa si in suppressione aliquorum Monasteriorum declarauerit se velle præiudicare eorum antiquis Priuilegij, huiusmodi declaratio non extenditur ad alia Monasteria.*
17 *Ecclesia licèt sit de Iurepatronatus Regio non præiudicat Iurisdictioni Ordinarij.*

DECISIO XXXIII.

LITTERAS Apostolicas tàm san: mem: Clementis VIII. sub data 14. *Kal. Septemb.* 1592. in quibus Ecclesia S. Ioannis de Abbatissis in Collegiatam erecta cum suis Dignitatibus, Canonicatibus, Præbendis, Capitulo, Beneficiis, & quibuscumque Ministris submittitur Iurisdictioni Ordinarij, quam etiã fel. record. Vrbani VIII. sub data 18. *Ianuarij* 1624. illarum confirmatorias, exequendas esse diffinitiuè pronunciatum fuit per sententiam Rotalem, à qua interposita appellatione, & causa mihi Commissa cum clausula *Perito litteris arbitrio,* dubitaui, An intret arbitrium, & illud non intrare, pro illarum retardatione Domini
1 responderunt, † quia litteræ Apostolicæ de iure paratam habent executionem, *cap. si Capitulo, vbi gloss. in verb. Exequatur de concess. præbend. in 6. Mohed. decis. 13. vt lit. pendent. Card. Caual. decis. 230. num. 1. & seq. Buratt. decis. 435. num. 1.*
2 *Vrgellen. decis. 60. num. 2.* † Præsertim in proposito, quo ex præfata sententia Rotali, quæ est valida, & iusta (vt inferius probabitur) apparent iustificatæ, vt responsum fuit in *Nazarena, seù Montis Viridis Beneficij 15. Decemb. 1645. coram R.P.D. meo Verospio, in Gerunden. Parochialis 16. Nouembris 1646. & in Beneuentana Canonicatus 8. Februarij 1647. coram R.P.D. meo Bichio.*
3 Validitas est clara, † nec obstat nullitas ex eo deducta, quod sententia Rotalis fuerit prolata contrà sententiam de partibus latam ad fauorem Archipresbyteri, à qua fuit per Episcopum appellatum, ea non reuocata contrà *l. 1. C. quando prouoc. non est necess.*
4 Quia † cum Rota pronunciauerit, prout in prima, sicut validè pronunciare potuit vigore clausulæ, *quam, & quas,* apposita in Commissione, *Cardin. Seraphin. decis. 1241. numer. 2. & decis. 1327. numer. 3. Buratt. decis. 241. num. 6. & decis. 405. num. 1. Rot. in recent. decis. 305. num. 3. cum seqq. part. 6. & decis. 303. num. 2. part. 7.* Non
5 fuit † opus dictam præcedentem sententiam reuocare, *ex deductis coram Card. Caual. decis. 31. num. 3. in recent. decis. 161. sub nu. 2. vers. Prætereà part. 1. decis. 264. num. 1. & 2. part. 6. & decis. 26. num. 3. part. 7. cum cæteris allegatis in Romana Fideicommissi de Spiritibus 14. Iunij 1645. coram me.*
6 *§. Altera verò.* † Nec ipsa vulnerauerat viam executiuam, dum coram illo Iudice non fuit actum pro executione dictarum litterarum, nec super ea pronunciatum, vt respondit *Rota decis. 132. num. 12. part. 2. diuers. coram Buratt. decis. 329. nu. 6. in Romana dotis 17. Decembris 1607. corã Penia, & in Romana, seù Mutinen. dotis 30. Aprilis 1638. coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo, penès Zacch. de oblig. Camer. decis. 65. num. 9. & decis. 200. num. 13. secundum vlt. impress.*

Deindè non obstat altera ob non integram
7 transportationem actorũ, † quia sufficit, quod transportatus fuerit integer processus fabricatus coram Decano Tarraconeñ, à quo fuerat appellatum, *Pen. decis. 644. num. 3. & 4. Buratt. decis. 313. nu. 2. & 3. Card. Caualer. decis. 43. nu. 2.*

Iustitia conuincitur ex lectura earumdem litterarum san: me: Clementis VIII. ibi: *Dictaque Ecclesia, ac eius Dignitates, Canonicatus, & Præbenda, aliaque Beneficia, Capitulum, & Ministri huiusmodi suo Ordinario subiecti sint, &c.* Quibus sanè verbis apertè dignoscitur, illos subiectos
8 fuisse Iurisdictioni eiusdem Episcopi, † qui propriè in præfatis litteris Ordinarij nomine fuerat designatus, iuxtà *gloss. in cap. 2. verb. Loci Ordinario de vsur. in 6. & in cap. Ordinarij, verbo eorum de offic. Ordin. in 6. Mandos. cons. 37. num. 8. Gbokier. de Iurisdict. Ordin. lib. 1. quæst. 1. num. 9. Lotther. de re benefic. lib. 1. quæst. 24. sub num. 102. cum pluribus seqq.*
9 Nec turbat, † quod appellatione Ordinarij veniat etiam Archipresbyter cum in materia de sua natura adaptabili sub huiusmodi denomina-

minatione comprehendatur quicumque alius inferior dummodo ordinariā habeat Iurisdictionem, vt tradit *Card. Zabarell. in Clem. quia regulares sub num. 11. vers. octauo quæro de supplen. neglig. Prælat.* cum alijs quos refert, & sequitur *Chockier. d. quæst. 1. d. num. 9. vers. sed etiam, Rota in recent. decis. 493. num. 5. part. 2. & coram bo: me: Coccin. decis. 346. num. 1.*

10 Quia in casu, † de quo agitur de Episcopo tantum, non autem de Archipresbytero Ordinarij nomine Pontificem intellexisse, Dominis suadebant contextus litterarum, & subiecta materia; Tùm quia, submittendo Dignitates, Canonicos, & Capitulum suo Ordinario, Archipresbyterum ipsum (in quo vnica, & principalis residet Dignitas) illius iurisdictioni per necesse submisisse censetur, ac proindè nomen illud ad ipsum congruè referri non potest, ne eodem tempore dentur actio, & passio in eodem subiecto contrà regulam, *text. in l. si quis pro eo, §. 1. ff. de fideiuss. l. frater à fratre, ff. de condict. indebit.*

11 † Tùm quia pluries de Ordinario, & Archipresbytero ibidem discretiuè loquutus fuit, ideòque illos pro distinctis, & omninò separatis inter sese habuisse præsumitur, nec vnum voluisse sub alterius denominatione comprehendere, *ex allegat. per Surd. consil. 426. num. 1. & consil. 554. num. 7. 8. & 9. Menoch. cons. 215. num. 69. & 70. Card. Seraph. decis. 1486. num. 12. Rota in recent. decis. 667. nu. 5. cum alijs per Add. ad Greg. dec. 301. num. 18.* Tùm denique, (hoc tollit omnem

12 difficultatem) † Quia ita declarauit Sac. Congregatio Eminentissimorum DD. Sacri Concilij Tridentini Interpretum, ne dum sub die 2. *Decembris* 1623. quæ deindè confirmata fuit per speciale Breue fel. record. Vrbani VIII. sed etiam 1. *Decembris* 1640. 21. *Septembris* 1641. & 15. *Martij* 1642. Quibus proindè declarationibus omninò est deferendum cum Rota soleat illas absque alia discussione reuereri, vt responsum fuit *coram Card. Caualer. decis. 627. num. 8. in Vicen. Portionum 18. Martij 1639. coram Reuerendiss. D. meo Decano, in Oppiden. Processionum 18. Maij 1646. coram R. P. D. meo Verospio, §. Et hæc iuris dispositio*, & prius in *Romana Pensionis 19. Nouembris 1640. coram me, § final.*

13 Nec refert, † quod dictum Breue san: me: Vrbani vti impetratum lite pendente, nulla facta de ea mentione videatur subreptitium: Quia cum Archipresbyter, & Canonici deinde eundem Pontificē adiuerint pro illius moderatione, & nihilominus ipse huiusmodi declarationis articulum eidem Sacræ Congregationi denuò remiserit, quæ successiuè pluries auditis partibus, ac re maturè discussa præcedentem resolutionem ter Cōfirmauit, vtique obiecta subreptionis exceptio omninò sublata remansit, *ex notat. in cap. 1. vt lit. non contest. in 6.* & faciunt tradita per *Card. Zabarell. consil. 92. num. 2. & 3.*

Prout minus obstat asserta antiqua cōcordia celebrata de anno 1262. inter tunc temporis Episcopum, ac Abbatem, & Monachos Ecclesiæ de qua agitur super ipsorum exemptione ab illius Iurisdictione.

14 Quia, † vltrà alias responsiones ab Informantibus deductas, dum Monasteriū, Abbas, & Monachi illorumque ordo, & iura extincta pœnitus, & suppressa fuerunt à prædicto san: mem: Clemente VIII. terminarunt prorsus, & cum eis pariter extincta remanserunt omnia ipsorum priuilegia, & concordiæ, quæ propterea in Archipresbyterum, & Canonicos, aliosque deindè principaliter institutos, ac sub diuersa natura, & qualitate subrogatos transire non potuerunt, ad tradita per *Natt. cons. 638. num. 44. vers. Ecce quod, Baldus Rimin. Iun. cons. 112. num. 121. & 129. cum alijs per Gabr.*

15 *de regul. iur. concl. 2. num. 48. 66. & 88.* † sed in ipsis seruari debet expressa, & præcisa forma in dictis litteris eiusdem Pontificis super huiusmodi suppressione, ac noua erectione ædictis contenta iuxtà prædictas subsequentes, & reiteratas declarationes dictæ Sacræ Congregationis, *vt responsum fuit in decis. huius causæ emanata coram bo: me: Merlino 21. Iunij 1638. §. final.*

16 Nec releuat, † quod in suppressionibus, & nouis erectionibus aliarum similium Ecclesiarum tàm ab eodem san: memoriæ Clemente VIII. quàm à fel. record. Paulo V. appositæ fuerint declarationes de non præiudicando antiquæ Iurisdictioni, & priuilegijs earum. Quia cum huiusmodi declarationes restrictæ, & limitatæ fuerint ad prędictas alias Ecclesias, extendi non debent ad istam, de qua agitur, cuius suppressio, & noua erectio diuerso modo facta fuit, *vt respondit Rota coram bo: me: Burat. decis. 590. sub num. 4. in Vicen. Canonitatus 29. Nouembris 1624. coram bo: me: Merlino, §. Prout nec etiam, & in Vicen Camerariæ 1. Februarij 1639. coram R. P. D. meo Royas, §. Non obstant Breuia.*

17 Deindè non obstat, † quod huiusmodi Ecclesia sit de Iure patronatus Regio, quia hoc non præiudicat Iurisdictioni Ordinarij, *iuxt. dispositionem Sacri Concilij Tridentini sess. 25. cap. 6. de reformat.*

Et ita resolutum fuit, &c.

REVERENDISSIMO P. D. MELTIO, Posteà Episcopo PAPIEN.

Pisaureñ Iocalium.

Veneris 11. Maij 1650.

ARGVMENTVM.

Remissoria post factas, & publicatas attestationes cùm de facili non soleat concedi, eo magis denegatur si ad probandas exceptiones personales testium petatur, ac in limine expeditionis causæ, & post eam diù agitatum.

SVMMARIVM

1 *Remissoria non conceditur tàm ex capite irreleuantiæ, quàm ex vehementi suspicione calumniæ. & num. 2.*

3 *Testis inimicitia suppletur ex numero aliorum testium.*

4 Te-

4 *Testes vbi sunt vltrà tres, licèt aliquem patiantur defectum suppleutur ex numero.*

5 *Inimicitia testis non probatur à quo processerit, non releuat, cum ab examine procedere potuerit.*

Remissoria non conceditur ad probandas exceptiones personales testium. num.5.

6 *Vir nobilis, ac animi generosus sponsæ donans, quod ad vsum tantum donare voluerit inuerisimile est.*

Inuerisimilitudo remittitur arbitrio Iudicis, non autem testium. num.6.

7 *Testis deponit solum de his, quæ cadunt sub sensu corporeo alias iudicare dicitur.*

8 *Testis deponens de iudicio suo non probat nisi iudicium sit coniunctum cùm sensu visus.*

9 *Vestes pretiosæ, quod fuerint tantùm ad vsum, & Sponsæ ornatũ concessæ, magis dicitur verisimile.*

10 *Remissoria non conceditur ad probandum per testes, id, quod constat per scripturas.*

11 *Testificata vbi fuerunt dididita nouum examen non conceditur propter timorem subornationis.*

12 *Articuli magis specificè solum in cortice, ac structura verborum non attenduntur ad effectum concedendi remissoriam post publicatas attestationes.*

13 *Restitutio in integrum aduersus omissas probationes mulieri non conceditur sinè causæ cognitione, & magna diligentia propter timorem Informationis.*

14 *Donatum à Sponso Sponsæ, quando ad simplicem vsum intelligatur.*

15 *Remissoria petita post causam diù agitatam, & in limine expeditionis malitiosè, & animo protrahendi petita dicitur.*

16 *Diuersitas rationis facit statuere diuersum Ius.*

DECISIO XXXIV.

MARIAE Lauræ, & Alexandro de Santinellis petentibus Remissoriam contra D.Christophorũ Pamphilium, Domini eam denegandam esse responderunt coram R.P.D. Arguelles, qui morte præuentus cum decisionem extendere non potuerit, in eius locum

1 ego subrogatus illam extendidi, † & tàm ex capite irreleuantiæ, quàm vehementis suspicionis calumniæ visum fuit non esse eam cõcedendam, licet quælibet ex illis sufficiat pro illius denegatione, vt respectu solius irreleuantiæ, probat *text. in l.ad probationem la prima, & ibi DD. & præcipuè Castr.sub num.5. C.de prob. Cassad. decis.2. de dilat. Mohedan. decis.3. numer.5. de probat. Caputaq.dec.66.part.3. Seraph.dec.1364. num.2.* respectu autem calumniosæ petitionis

2 remissionis, † quod sit ea reijcienda dixit sæpius Rota, & signanter *coram Seraph.decis.*1460. *num.1. Mantic. decis.61. num.5. Caualer. decis.87. num.2. & in recent. decis.712. nu.5. part.1. & 235. num.9. part.5.*

Irreleuantia est euidens, siquidem primus articulus continet inimicitiã Capitanei HieronymiSanctacrucij testis pro parte d.D.Christophori inducti contrà DD. de Santinellis,

3 quæ probata nihil releuaret. † Tum quia adhuc illius fides suppleretur ex numero aliorum testium id deponentium, *gloss. in l.8. §.1. verb.numerus, & ibi DD. ff.de test. cum alijs cumulatis per Gabr. eodem tit. concl.6. num.1. Alex. consil.149. num.6. lib.5. vers. quod quando testes, Rota coram san: mem: Gregor.XV. decis.351. num.5.* vbi ampliatur id procedere quamuis omnes testes

4 paterentur † aliquem defectum, quando sunt vltrà numerum trium, *Cæsar. de Graff. decis.5. num.9. de sponsalib. in recent. decis.503. nu.3. part.4. & in Bononien. pecuniaria 10. Ianuarij 1650. coram R.P.D.meo Ottbobono §.2. in fin.* Tum quia dum non specificatur tempus, & causa inimicitiæ, & illa oriri potuerit occasione examinis facti à dicto Capitaneo in hac causa contrà Santi-

5 nellos vtique non est attendenda. † Addito prætereà, quod remissoria eo minus conceditur ad probañ exceptiones personales testium *Roman.cons.273. in fin. Vestr. in prax. lib.6. cap.fin. num.2. Caputaq. decis.54. & decis.62. part.3. Rot. dec.272. nu.15. post 2.vol. cons. Farinac. & fuit dictũ in Florentina Cappellania 6. Nouemb. 1609. coram Ottembergo, & in Vteen. Prioratus 4. Nouemb. 1611. coram S. D. N. & in Monopolitana pensionis 7. Februarij 1648. §.penultim. coram R.P.D.meo Bichio.*

Tertius in quo ponitur inuerisimile esse, quod D. Camillus, prout quilibet alius Vir nobilis, ac generosi sanguinis dum donat suæ Sponsæ intendat donare ad vsum tantùm, vi-

6 sus est reijciendus, † quia dicta inuerisimilitudo remittenda est arbitrio Iudicis, & non testium, *Cephal. cons.104. num.26. Rota in Meleuitana Redditionis rationis 14. Maij 1646. §.fin. coram Reuerendiss. D.meo Decano;* Testis enim depo-

7 nere debet super ijs tantùm, † quæ cadunt sub sensu corporeo, alias si excedat, iudicare magis dicitur, quàm testificari, *Rot. coram Seraph. decis.747. num.2. coram san: me: Greg.XV. dec.427. num.6.* vbi quod testis deponens de suo iudicio

8 non probet, † nisi iudicium sit coniunctum cum sensu visus, *Caputaq.decis.270. nu.6. part.5.* Tantoque magis visa fuit irreleuans articulata inuerisimilitudo, quia in dubio semper verisimilius erit, quod quis conformando se

9 cum præsumptione iuris † prodigalia vestimenta aliaque pretiosa, quæ modernus abusus induxit, tradere voluerit ad simplicem vsum, & ornatum Sponsæ tantùm, *l. hoc legatum 45. ff.de leg.3. l.mortis suæ 54. ff.de don.int.vir. & vxor. l.id vestimentũ, ff.de pecul. l.si vt certo, §.interdum, ff. commodat. Rolan. cons.10. num.15. lib.1. Hond. cons.30. num.14. lib.2. Afflict. decis.315. numer.2. Surd. decis.166. nu.4. & seqq. Rot. decis.113. nu.3. part.1. recent.*

In quinto continetur, quod vestes, gemmæ, Iocalia tradita per Camillum D.Lauræ Mariæ eius Sponsæ non fuerint pretiosa, sed exigui valoris, visus est autem, & iste irreleuans, quia de eorum valore, & qualitate satis apparet ex notula, & deposito per DD. Santinellos facto cum descriptione eorum qualitatis; vndè non est danda remissoria ad probandum per testes

10 id, † de quo iam constat per scripturas, *Rot. decis.40. de testib. in antiq. Aegid. decis.9. in recent. decis.314. num.1. part.1. & decis.45. nu.2. part.2. & alibi passim.*

Secundus, quartus, & sextus tendunt ad probandum idem, quod alias articulatum fuit, & super quo iam fuerũt examinati testes quo-

11 rum † dicta postquam dididita fuerunt, ad nouum examen deueniendum non est propter

timorem subornationis, *cap. Fraternitatis*, vbi *DD. de test. Clem. fin. eod. tit. l. per hanc vbi Bart. num. 5. C. de tempor. & reparat. appellat. & in auth. & qui semel num. 24. vers. exemplum, & ibid. Angel. num. 3. C. de prob. Rot. coram san: mem: Gregor. XV. decis. 191. num. 3. & coram bo: mem: Card. Caualer. decis. 163. num. 4. & in recent. decis. 579. num. 12.*

Neque obstare visæ fuerunt limitationes datæ ad regulam, *d. auth. at qui semel*, nam prima deducta ex maiori specificatione, ac distinctione materiarum facta in nouis articulis non applicatur, quia fuit articulatum idem in substantia, quod in prioribus articulis continebatur, & maior distinctio, ac specificatio solum in cortice, ac structura verborum non habetur
12 in consideratione, † cum illa attendatur, quæ continet substantiam, & virtutem articulorũ ad effectum concedendi remissoriam post publicatas attestationes, *Crauet. cons. 134. num. 47. Paris. cons. 122. num. 1. lib. 1. Rot. coram san: mem: Gregor. XV. d. decis. 191. num. 4. & 497. numer. 3. & fuit etiam dictum in Pampilonen. Iuris visitandi 85. Martij 1624. coram bo: mem: Merlino.* Alia limitatio deducta ex restitutione in integrum, quam mediante Maria Laura vti mulier prætendit posse restitui in integrũ aduersus omissam prohibitionem etiam post didicita testifi-
13 cata, nec minus placuit, † quia vt sit locus d. restitutioni requiritur probatio læsionis, & vlterius non solum causæ cognitio, sed magna diligentia, & exacta propter timorem subornationis, prout in puncto declarauit *Rot. coram san: mem: Gregor. XV. decis. 583. num. 6. & ibi Adden. litt. D.* Imò abesse debet suspicio calomniæ, *Rot. in Monopolitana pensionis, §. vt enim, vers. restitutioni, coram R. P. D. meo Bichio.*

Præterea considerabant DD. quod cum dicti articuli tendant, ad probañ solum, quod D. Camillus tàm in consignatione vestium facta mediante persona Constantini eius famuli, quàm margaritarum per se ipsum, dum accessit ad Ciuitatem Pisauri pro immissione Annuli semper vsus fuerit simpliciter verbo, *donare*, sine vlla restrictione ad vsum: hoc nihil releuet, quia admisso etiam, quod hoc probaretur exindè inferri non posset ad prætensam donationem proprietatis irreuocabilem, cum potius dicta verba tanquam blanda, & iocosa à Sponso prolata fuerint, vt Sponsæ
14 animum gemmis, & verbis recrearet, † & ita intelligenda veniunt de donatione ad solum vsum, non autẽ de irreuocabili, vt tradit *Bart. in l. 1. §. nec Castrense num. 10. vers. & idem puto, ff. de collat. bonor. Roland. cons. 10. num. 15. & seqq. lib. 1. Borgnin. decis. 64. num. 19. & seqq. Fontanell. de pact. nupt. claus. 6. gloss. 3. part. 6. num. 76.*

Suspicio autem calumniæ ex eo resultat, quod dum petitur remissoria post causam diù agitatam, & in limine expeditionis, ac feren-
15 dæ sententiæ, † malitiosè, & animo causam protrahendi illa peti censeatur, *vt per Caualer. decis. 87. num. 2. in recent. decis. 712. num. 5. part. 1. 235. num. 9. part. 5. 590. numer. 14. part. 5. tom. 2.* & fuit etiam resolutum in *Anconitana Prædij 26. Iunij 1643. coram R. P. D. meo Bichio.*

Neque dicta D. Laura Maria iuuari posse videtur ex ratione æqualitatis seruandæ, dum D. Christophorus Pamphilius eius aduersarius post decisiones admissus fuit ad probañ, quia ipse nunquam alias examinauerat, & examen factum fuit in Curia. Domina autẽ Laura Maria petit examen in partibus, vbi iam examinati fuerunt testes, & dicta eorum publicata, vndè patet diuersam militare rationem,
16 qua † stante debet statui diuersum ius, *l. Papinianus, ff. de minor. l. 1. in fin. ff. de procur. Ias. in l. inter stipulantem, §. rem sacram num. 12. ff. de Verb. oblig. Alex. consil. 61. num. 2. lib. 1. Gabr. consil. 11. num. 14. lib. 1.*

Et ita vtraque parte, &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Tridentina Matrimonij.

Veneris 11. Maij 1640.

ARGVMENTVM.

Præceptum, quod habet Mulier de sequendo Virum, procedit etiam si pacto fuerit contrarium inter Coniuges firmatum, & stipulatũ, quoties tamen iusta superuenerit causa, ob quam Maritus in loco cõuento habitare non valeat: Probationes quæ requirantur in causa separationis Thori.

SVMMARIVM.

1 *Aggrauatoria non datur sine præcedenti declaratoria.*
2 *Aggrauatoria concessa in partibus in vim executorialibus Rotalium nullatenus suffragatur.*
3 *Executores in partibus in vim executorialium Rotalium habent solum facultatem intimandi executoriales.*
Rota solum potest ad vlteriora procedere post intimatas executoriales, non autem Iudex de partibus. num. 3.
4 *Quatuor termini ad docendum de paritione in Rota seruari solent.*
5 *Declaratoria conceditur seruatis quatuor terminis de stylo solitis.*
6 *Executio dicitur capta per relaxationem executorialium.*
7 *Mandata debita executioni demandari debent.*
8 *Mulier tenetur sequi Virum pacto non obstante, si legitima causa superuenit.*
9 *Causa separationis Thori dicitur causa grauis, & ardua.*
Probationes concludentes requiruntur in causa separationis Thori. num. 9.
10 *Testes in causa separationis thori debent esse omni exceptione maiores.*
11 *Seuitia ad effectum separationis thori debet esse talis, vt metum incurrat in constantem Virum.*
12 *Separatio Thori eatenus conceditur quatenus Mulieri mediante cautione consuli nequeat.*
13 *Actus vnius quamuis atrox ad separationem thori non sufficit.*
14 *Vir ex causa potest ad Vxoris emendationem procedere.*
15 *Reconciliatio inter Virum, & Vxorem præcedentem causam separationis, si qua exstitisset, prorsus abolere dicitur.*

DE-

DECISIO XXXV.

AGGRAVATORIAM contra Euam Scaiteriam à Iacobo Ferro eius viro petitam
1 denegarunt Domini, † ex eo, quod declaratoria hic in Curia lata præcedere debuisset, *Rota in Colonien. præcedentia 14. Maij 1646. in fin. coram R. P. D. meo Peutingero*, concessa enim à
2 Vicario Tridentino † in vim executorialium Rotalium nullatenus suffragari valuit, *Lancellot. de attent. par. 1. cap. 1. num. 14. Rota in Vicen. prioratus 19. Martij 1610. coram S. D. N. tunc Rota Auditore, quæ est post 2. volumen cons. Farinacc. decis. 283. num. 1. & 2. & in Auenionen. decimarum 2. Maij 1644. coram R. P. D. meo Peutingero*, nam licet ei data esset facultas declarandi,
3 & denunciandi, nihilominus de stylo † executores in partibus executoriales condemnato dumtaxat intimant, & illis reproductis coram Rota, hæc tantum procedit ad vlteriorem executionem, *Vestr. in prax. lib. 8. cap. vlt. nu. 16. vers. & quamuis. Felin. in cap. ad probandum nu. 6 de re indic. Seraphin. decis. 1116. num. 2. cum alijs in dicta Vicen. prioratus coram S. D. N. & in d. Auenionen. decimarum coram R. P. D. meo Peutingero*.
4 Verùm cum modo soliti † quatuor termini fuerint seruati iuxta praxim relatam *per Vestr. in d. cap. vlt. num. 19.* approbatam per *Rotam in Leodien. Scolastriæ 1. Iulij 1647. coram R. P. D. meo Verospio, in Ampurien. seu Ciuitaten. electionis Vicarij 26. Iunij 1648. coram R. P. D. meo Meltio in Colonien. Vicariæ 4. Maij, & 3. Decembris 1649. coram R. P. D. meo Otthobono*, & alibi sæpiùs, censuerunt Domini esse procedendum ad vlteriora in declaratoria
5 † ob proteruiam, & contumaciam dictæ Euę mandatis Rotalibus parere recusantis *cap. Venerabilibus §. porrò de sen. excom. in 6. Rota coram Seraph. decis. 551. num. 4. in recent. decis. 407. num. 12. par. 4. tom. 2. in Burgen. attentatorum 14. Martij 1646. coram Reuerendiss. Terracinen. & in Toletana Canonicatus 18. Iunii eo. anno 1646. coram R. P. D. meo Otthobono*, cum enim
6 per relaxationem executorialium † iamdiù fuerit cæpta executio *Rota in Burgen. decimarum de Scalante 28. Octobris 1586. coram Bubala in Cornetana pecuniaria 4. Iulij 1601. coram præclar. mem. Card. Hieronymo Pamphilio, quæ est decis. 826. par. 4. diuers.* cum cæteris adductis *per Add. ad san. me. Greg. decis. 458. num. 10. vers. capta*, vtique debet ad vlteriora procedi, vt finis tandem litibus
7 imponatur, † & mandata huius Sac. Tribunalis debitæ executioni demandentur *iuxta l. quidam existimauerunt in fin. ff. si cert. pet. Rota in Montis falisci supplementi legitimæ 18. Iunij 1642. in princ. coram R. P. D. meo Bichio, & in Anconitana dotis 24. Aprilis 1643. coram R. P. D. meo Cerro*.

Nec subsistere visa fuit prætensa sententiæ Rotalis iniustitia quatenus deducitur ex eo, quod Eua condemnata fuerit ad cohabitandum cum viro etiam extra Germania contra formā in Capitulis matrimonialibus præscriptā.

Quia cum iusta, & legitima superuenerit causa, ob quam Maritus in loco conuento in-
8 habitare non valuit, † Eua eum sequi tenebatur pacto non obstante *Cancer. var. lib. 3. c. 7. num. 9. vers. nisi aliqua, Capic. decis. 135. num. 2.* De superuenientia autem iustę causę satis docuisse Ferrum DD. visum est, tum ex inimicitijs in illis partibus contractis, tum ex infirmitatibus ibi eum pessimè habentibus cui propterea ad valetudinem recuperādam necesse fuit in Patriam remeare alioquin maximo vitæ discrimini subijciebatur ob nimiam aeris Germanici inclementiam, vt deponunt Testes summario num. 12. & latè probatur in decisione in hac causa emanata *27. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Celso*.

Quæ verò de sæuitia viri ad infirmandam dictam sententiam adducebantur habita non fuerunt in consideratione; ex quo Testes sunt singulares omnes ferè de auditu, & alios patientes defectus, de quibus per informantes, & tamen vbi de separatione Thori agitur, quia
9 est causa grauis, & ardua, † requiruntur necessariæ, & concludentes probationes, *Paris. cons. 54. num. 15. lib. 4. Roland. cons. 27. num. 10. lib. 3 Rota coram san. mem. Greg. XV. decis. 294. num. 12. coram Buratto decis. 711. num. 1. decis. 815. num. 1. & 2. coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 72. num. 2.* quodque Testes de ea deponentes † sint omni exceptione maiores *glos. in cap. 1. & ibi Abb. in 3. not. de consanguinit. & affinit. Natt. cons. 616. n. 1. Soccin. iun. cons. 86. num. 6. & seqq. lib. 2. Barbos. in Rub. solut. matr. par. 2. num. 27. Rot. decis. 441. num. 2. par. 1. decis. 324. num. 3. par. 6. recen.* & talis sæuitia
11 probanda est, † quæ apta sit iustum, & inconstantem virum cadentem metum incutere *Sanch. de matrim. lib. 10. disp. 18. num. 16. Pont. eo tract. lib. 9. cap. 23. num. 5. Rota in Neapolitana separationis thori 16. Martij 1646. coram R. P. D. meo Peutingero*, adeò vt mulieri trepidanti cautio-
12 ne mediante, † sufficienter consuli nequeat *iuxta not. in cap. ex transmissa in cap. litteras in fin. de restit. spoliat. cap. 1. & ibi glos. in verb. suspectum vt lite non contest. Aldobrand. cons. 71. num. 3. lib. 1. Farin. cons. 157. num. 4. lib. 2. Guttier. Canonicarum quæst. lib. 1. quæst. 24. num. 2. cum alijs cumulatis in decis. 155. num. 1. decis. 324. num. 11. par. 6. recent.*

In proposito autem probatum fuit de tribus, vel quatuor, & quidem leuibus colaphis vna vice tantum impactis, qui licet grauiores fuissent, ad prætensum effectum non suffra-
13 gantur, † cum actus vnicus quantumuis atrox ad separationem Thori non sufficiat *Bald. cons. 176. num. 3. lib. 1. Bertazol. cons. crim. 228. num. 14. lib. 1. Sanch. de matrim. lib. 4. disput. 1. n. 22. & lib. 10. d. disput. 18. num. 16. Rota decis. 371. nu. 5. post 2. vol. cons. Farin. in recen. d. decis. 155. num. 2. par. 6. in Romana separationis thori 4. Iulij 1629. §. quæ verbera coram Eminentiss. D. Card. Verospio, & in Bonon. separationis thori 21. Februarij prox. præt. coram R. P. D. meo Bichio*, maxime quando processit, vt in hoc casu ad emendationem vxo-
14 ris † viro ex causa permissam, *Abb. in cap. quemadmodum §. illud autem num. 15. de iur. iur. Tiraquell. de legib. connub. l. 1. Glos. 1. num. 22. Roland. cons. 27. num. 15. & 16. vol. 3. Farinacc. d. consil. 157. num. 15. vol. 2. & ibi post eum Rota decis. 39. decis. 371. vtrobique num. 4. in recent. decis. 155. n. 4. decis. 324. num. 8. par. 6. in Romana separationis thori 1. Februarij 1616. coram S. D. N. & in præcitata coram Eminentiss. D. Card. Verospio*.

Et

Et cessat quælibet difficultas; quia post huiusmodi altercationes, & iurgia, in obsequijs maritalibus perstitit Eua, & etiam incohabitatione perseuerauit, ac thalamo, ex quo etiam fætum concepit, & puellam enixa est, vt in summ. num. 11. Quare illius causæ prætextu non potest nunc petere thori separationem, cum omnem amaritudinem præceden-
15 tem subsecuta reconciliatio deleuerit, † & separationis causam, si quæ extitisset, prorsus abluerit, *Glos. in cap. plerumque verb. nec reconciliata de donat. inter vir & vxor. Bertaz. d. cons. 228 num. 12. lib. 1. Rimin. iun. cons. 174. num. 28. Rota coram Seraphin. decis. 1315. num. 3. & in Hispalen. separationis thori 27. Februarij 1627. coram Eminentiss. D. Card. Macchiauello.*

Et ita Iacobo tantum informante fuit resolutum.

R. P. D. CELSO.
Posteà S. R. E. CARDINALI,

Bononien. Fideicommissi de Rubeis.

Lunæ 14. Maij 1650.

ARGVMENTVM.

Inuentarium licèt à damno præseruet, lucrum autem cum aliena iactura non operatur, ideoque hæredes beneficiati si locupletiores fuerint effecti solutionem aliquo pacto euitare non valent.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ iustitia remanet clara si probatur ex publico instrumento.*
2 *Hæredes eadem tenentur obligatione, qua defunctus abstringebatur.*
3 *Actiones omnes tam actiuæ, quam passiuæ transeunt in hæredes.*
4 *Inuentarium præseruat à damno non autem præstat lucrum cùm aliena iactura.*
5 *Hæredes etiam beneficiati eatenus tenentur quatenus effecti fuerint locupletiores vltrà autem non.*
6 *Fratres tenentur in subsidium dotare sorores vbi Patris hæreditas non est soluendo.*
7 *Fratres dotando Sorores de bonis Patris proprium negotium dicuntur egisse.*
8 *Creditor tenetur excutere multiplicum.*
9 *Promissio aliud est, aliud implementum facti promissi.*
10 *Hæredes facti locupletiores nullo modo solutionem euitare possunt.*
11 *Confessione propria maior non datur probatio.*

DECISIO XXXVI.

COMITES de Vrsis, qui passi fuerunt immissionem super Prędio vendito per Tiberium de Rubeis Henrico eorum Authori egerunt pro liberatione à molestijs contra hæredes eiusdem Tiberij, & præuijs duabus decisionibus sententiam fauorabilem reportrunt, quam Domini dixerunt esse confirmandam, cum molestiæ non controuertantur, & obligatio pro illarum liberatione, & detradendo rem liberam cum promissione damnorum, & interesse resultet ex publico Instru-
1 mento sub die 24. Ianuarij 1622. † Quibus stantibus Iustitia sententiæ remanet clara, & indubitata ex notat. per *Bart. in l. quarto 56. n. 4. in fine vers. quarto nota ff. locat. Dec. cons. 551. num. 7 Rot. coram Buratt. decis. 194. num. 2. & post Zacch. de oblig. Camer. decis. 262. per tot.* & firmatum fuit in *Bononien. nullitatis concordiæ 4. Feb. præteriti coram me.*

Vndè sicuti vigore præfatæ obligationis teneba-
1 tur Tiberius prædictus. † Ità etiam adstringi possunt Ludouicus Antonius, & alij de Rubeis filij, & hæredes illius *l. si controuersia, & l. si status C. de Euictio. Paris. cons. 16. num. 124. & seqq. lib. 2. Rota in Fauentina fideicommissi 14. Februarij 1633. coram Reuerendiss. D. meo Dunozetto Decano, & in Anconitana dotis 24. Aprilis 1643. coram R. P. D. meo Cerro.*

3 Omnes enim actiones tàm actiuè, † quam passiuè transierunt in ipsos vti hæredes Tiberij Patris *l. cum hæredes 23. ff. de acquir. possess. l. hæres 37. de acquir. hæred. Cagnol. in l. hæredem nu. 17. vers. quia tale ius de regul. Iur. Rot. decis. 10. num. 4. par. 3. rec. & ibi Adden. num. 36. & seqq. decis. 590. num. 30. par. 4. tom. 3. & decis. 19. num. 9. par. 6.*

Nec obstat quod d. de Rubeis sint hæredes Patris cum benef. leg. & Inuent. quia tale beneficium præseruat quidem hæredem à damno quatenus vires hæreditariæ non sufficiant,
4 non autem † ei lucrum præstat cum aliena iactura *l. vltimo §. in computatione ibique Bart. n. 5 & 6. Bald. num. 11. C. de iure delib. Rot. coram Seraph. decis. 504. num. 4. & in Bonon. bonorum 11. Martij 1647. coram R. P. D. meo Otthobono.*

Vndè cum ex publicis Instrumentis datis Summ. num. 3. constet quod hæredes Tiberij receperunt ad proprium commodum lib. 11. mill. nempè ex alienatione duorum Censuũ lib. 7. mill. & alias lib. 4. mill. ex ratificatione venditionis à prædicto Tiberio factæ Marchioni Pepulo de 33. Tornaturis quæ ex conuentione fuerunt redemptæ, & stare debebãt
5 pro multiplico, & regressu Emptoris, † vtique pro dicta summa rectè fuerunt condemnati reiecta prætensione Com. de Vrsis quoad reliquas lib. 4. mill. *iux. text. in l. qui autem 6. §. in hoc tamen ff. quæ in fraud. credit.* ibi hactenus actio erit danda quatenus locupletores facti sunt, vltra non *Gab. cons. 325. num. 12. lib. 1. Rot. coram san. mem. Greg. decis. 67. num. 11. & in Tudertina redditionis rationis 28. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Otthobono.*

Nec releuat quod ex dictis lib. 11. mill. septem mille erogatæ fuerint in solutionem dotium filiarum eiusdem Tiberij, & sic pro extinguendis debitis hæreditarijs, non autem proprijs; Nam cum hæreditas Tiberij non esset soluendo, vt est in confesso apud Partes
6 fratres ipsis † in subsidium tenebatur dotare sorores *glos. in l. cum plures §. cum Tutor verbo alio patre ad fin. ff. de admin. Tut. Bald. in l. qui liberos vers. sed quæro vtrum frater ff. de rit. nup. Ias. in l. 1. num. 29. ff. solut. matr. Campegg. de dot. par. 1. quæst. 22.*

quæst.22. per tot.Surd. de alim.tit.1.quæst.25.num.8 & 9. Boer.decis.129.num.7.vers.sed hoc videtur Rota coram Coccino decis.77. num.3. Duran. decis. 26. num. 5. & fuit dictum in *Romana domus* 4. *Maij* 1646. *coram R.P.D. meo Meltio.*

Ac propterea soluendo dotem eisdem sororibus de bonis Patris proprium egerunt negocium, & locupletiores ex dictis pecunijs
7 facti † sunt dum mediante illarum solutione proprię satisfecerunt obligationi *Aucharan.cons.434. sub num.3. vers. cum ergo Surd. da aliment. tit.1.quæst.25.n.10. Costa de remed.subsid.remed.66 num.8.*

Nec dicatur quod saltem adesset multipli-
8 cum obligatum pro euictione Prædij, † quod propterea Vrsi tenebantur excutere ad *text. in l. 2. C. de pignor.* Nam Conuentio de faciendo multiplica non concludit illud fuisse factum,
9 cum aliud sit promissio, † aliud implementum facti promissi vt benè firmatur in secunda decisione Reuerendissimi D. mei Decani, & probat *text. in l. si quis stipulatus sit stychum* §. *fin.ff. de verb.obligat. Tiraq. de retract. conuent. in fin.num.4. & seq. Roland. cons.69. num. 17. & seq. lib.3. Surd.cons.52. num.13. Rota coram san. mem. Greg.decis.28 num.2.ibiq. Adden.num.4.* Vel quatenus probaretur contrarium, & multiplicũ appareret completum adhuc pro rata lib. 11. mil. quas hæredes Tiberij erogarunt in pro-
10 prium vsum, & locupletiores † facti sunt nullo pacto solutionem euitare possent per *text. in d.l. qui autem* §. *in hoc tamen ff. quæ in fraud.Credit.Surd.decis.205.num.12. Rota in Tiburtina, redditionis rationis* 10. *Februarij* 1643. *coram R.P.D. meo Meltio.*

Prætensio verò quod Henricus emptor assumpserit in se onus faciendi dictum multiplicum, & sic teneatur ad damna, & interesse nullo modo subsistit in facto: Nàm ipse promisit tantummodo redimere 33. Tornaturas alienatas à Tiberio venditore, ad hoc vt ex illis multiplicum componi deberet. Onus verò prædictum translatum fuit in Marchionem Pepulum, à quo propterea ob non sfactum Inuestimentum illi de Rubeis exegerũt lib. 8200. pro fructibus recompensatiuis, vt constat ex propria eorum confessione, de qua in Instrumento publico Summ. num. 4.
11 Itaut † maior non possit desiderari probatio *l. cum te la 2. C. de transact. l. generaliter C. de non numerat. pecunia cum vulgat &c.*

Verum quia in sententia condemnatur etiã pro rata Iacobus de Rubeis, quem licet prætendatur esse hæredem Ioannis Galeatij sui Patris. Nihilominus id in actis probatum non fuit. Ideò in hac parte Domini dixerunt sententiam esse reformandam.

Et ita vtraque &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO
Sacræ Rotæ DECANO.

Interamneñ Vsusfructus.

Lunæ 14. Maij 1650.

ARGVMENTVM.

Omissio inuentarij hæredi creditori testatoris sui crediti consecutionem impediens, illi nullum affert præiudicium in credito quod ipse hæres post aditionem consecutus fuit; Vsufructuario hærede altero instituto, altero vero proprietario, quandò vsusfructus inter illos communicetur.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina per statutum exclusa quandò legitimam petere possit.*
2 *Statutum si excludit fœminas propter masculos, an masculo deficiente, fœmina perpetuo remaneat exclusa.*
3 *Solutio imaginaria resultans in hærede ob non confectionem inuentarij non procedit in credito post aditionem per hæredem acquisito.*
4 *Hæres creditor testatoris ex quibus bonis hæreditarijs suam satisfactionem consequi teneatur.*
5 *Hæres creditor testatoris cum obligatione camerali rem hæreditariam meliorem eligere potest.*
6 *Hæres soluens de proprio creditorem hæreditarium cum obligatione camerali, potest auctoritate propria sibi satisfacere in bonis eiusdem hæreditatis.*
7 *Vsufructuarius quando teneatur soluere æs alienum testatoris ex proprietate potius quam ex vsufructu*
8 *Vsusfructus vniuersaliter relictus, deducto ære alieno censetur relictus.*
9 *Vsusfructus commode vsufructuario non sufficiens, non communicatur cum hærede proprietario.*
10 *Vsusfructus etiam si ad vnum obulum reduceretur, debet ex testatoris præcepto sic iubente cum proprietario communicari.*
11 *Proprietarius qui ex præcepto testatoris, de vsufructu participare debet, illum de manu vsufructuarij capere tenetur.*

DECISIO XXXVII.

STETERVNT Domini in decisis corã me 18. Iunij proximi præteriti * tàm quoad bonũ ius Catherinæ Campiæ, quàm etiam quoad bonum ius sororum de Pacionibus non obstantibus nouiter hinc inde deductis.

Siquidem quoad bonum ius Catherinæ nihil vrget prætensio sororum, quod ab hæreditate Alcidæ matris detrahenda esset ipsarum legitima, cum pænitus corruat ex dispositione statuti Ciuitatis Interamnæ relati in præterita
1 decisione §. *Catherina scilicet*, † quæ cum simpliciter excludat fœminas ab hæreditatibus patris, & matris, aliarum personarum ibidem specificatarum ab intestato decedentium, iuncto fratribus onere dotandi, nisi fuerint dotatæ non solum ab æquali successione, sed etiam ab ipsa legitima eas excludere censetur

setur *iuxta distinctionem Castr. communiter approbatam in l. titio centum, §. titio genero num. 8. vers. secundo præmittit ff. de condit. & demonstr. & in cons. 16. num. 2. part. 2. Cephal. cons. 145. num. 10. & seqq. lib. 1. Menoch. cons. 81. num. 4. vers. aut statutum, inquit Gabr. cons. 11. num. 3. cum seqq. cons. 116. n. 40 lib. 1. & cons. 140. num. 15. & 16. cum seqq. lib. 2. Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1. quæst. 8. num. 9. Sess. decis. Araganon. 26. num. 59. Rota decis. 540. per tot. & signanter num. 5. & sub num. 6. in fin. vers. vltim. non obstat part. 1. diuersor. coram Cardin. Millin. dec. 317. num. 4. & 5. & in Interamnen. hæreditatis de Paradisis 6. Martij 1606. coram Sanctiss. D. N. §. non obstat, quod dicebatur, & in Firmana legitimæ 8. Octobris 1617. coram bon. mem. Vbaldo penes eundem Merlin. de legit. decis. 74. à num. 1. vsque ad 9.*

Quæ quidem statuti dispositio non euitatur ex eo, quod per obitum fratris extincta fuerit agnatio masculina, indeque cessauerit exclusio quia vt dictum fuit in alia decisione statutum excludit fœminas, nedum fauore fratrum, sed etiam eorum hæredum, & ab eisdem fratribus causam habentium ideoque durat exclusio etiam fauore hæredum extraneorum; Imò cum de tempore obitus Alcidæ matris extaret masculus, & exclusio simpliciter concipiatur non temporaliter in ipso instanti mortis Alcidæ, superstite Io. Alexandro statutum consumauit effectum suum deferendo illi maternam hæreditatem, & ab
2 ea sorores excludendo, vt propterea retractari non possit, licet postea masculus ille fine masculis defecerit, sed fœminæ perpetuò remanent exclusæ *ex theorica Bart. in l. fin. sub nu. 2. vers. sed si poneremus. ff. ad S. C. Tertulian. quam sequuntur communiter DD. relati à Merlin vbi supra lib. 3. tit. 1. quæst. 3. num. 1. cum seqq.*

Deducta verò per Catherinam contra bonum ius dictarum sororum de Pacionibus nullius pariter roboris Domini extimauerũt; exceptio enim, quod ipsæ præsumantur satisfactæ de eorum credito scut. 850. ob defectum legitimi Inuentarij tollitur ponderando quod acquisiuerũt huiusmodi creditum post huiusmodi creditum post aditam hæreditatẽ Io. Alexandri debitoris; Imaginaria autem solutio, & confusio actionum, quæ resultat ex aditione hæreditatis absque beneficio legi-
3 timi inuentarij † procedunt dumtaxat respectu crediti existentis penes hæredem de tempore aditionis, non autem respectu crediti, quod ipse deinde acquirit adita hæreditate persoluendo de proprio, prout hic debita Testatoris, *vt præter authoritates allegatas in dicta decisione §. quia præter quod circa fin. tradit Giouagnon. cons. 73. numer. 62. vers. accedat numer. 65. lib. 1.*

Prout minus obstat, quod consequi debeat illius satisfactionem prius ex nuda proprieta-
4 te ipsis relicta, & deinde ex pecunijs hæreditatis alias ex iuribus, actionibus, & nominibus debitorum, si extent, sin minus ex immobilibus, *vt dictum fuit in altera decisione huius causæ edita 27. Ianuary 1647. coram Reuerendissimo D. Terracinen. §. neque potest in fin.*

Quia obiectum non procedit, quando agitur, prout hic, de credito hypothecario cum
5 obligatione Camerali, † hoc enim casu creditor pro sui satisfactione non adstringitur seruare prædictum ordinem, sed bona quæcumque etiam fructifera meliora, & pretiosiora, sibi magis beneuisa eligere potest *iuxta claram dispositionem text. in l. creditoris, ff. de distract. pignor. & in l. qui generaliter, ff. qui potior. in pign. habeant Aretin. cons. 55. num. 10. vers. sed in casu Surd. decis. 44. nu. 6. cum seqq. Rota in Iannen. Saluiani 5. Maij 1634. coram bon. mem. Coccino in recent. decis. 276. num. 5. part. 6. cum alys allegatis in Romana Dotis 27. Maij 1647. §. conclusio procedit, vers. creditor enim coram Me*; Quam quidem facultatem dictæ sorores iure optimo vti pote-
6 runt, † dum propria solutione creditrici hypothecariæ successerunt *ex notatis per Bald. in l. emptor in primo notabili, C. de action. vel hæred. vend. Surd. cons. 22. num. 16. Rota in Romana Census 19. Iunij 1613. coram bon. me. Sacrato penes Cinc. de censib. decis. 68. num. 3. in Sancti Seuerini Dotis seu Saluiani 4. Maij 1640. coram Reuerendissimo D. meo Decano apud Zacch. de obligat. Camer. dec. 187. num. 16. secundum vltim. impress.* Multoque magis quando, prout hic, fuit relictus vsusfructus omnium bonorum, non autem certorũ
7 dumtaxat corporum; † Tunc enim æs alienum solui debet ab vsufructuario de corporibus tamen vnde percipere debet vsumfructũ *vt respondit I. C. in l. fin. ff. de vsufruct. legat. & in l. vsufructu bonorum ff. ad l. falcid. Crauett. cons. 187. sub num. 1. vers. in qua re cum seqq. latè Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 143. sub num. 13. & seqq. Surd. de aliment. tit. 2. quæst. 35. num. 145. & seqq. Mantic. de coniectur. lib. 9. tit. 6. num. 12. & alijs plenè relati per Castill. de vsufruct. cap. 59. num. 17.*

Idque etiamsi exinde minuatur, & inutilis
8 ferè reddatur vsusfructus Catherinæ, † quia censetur relictus in eo tantum, quod superest deducto ære alieno *l. subsignatum 39. vers. bona intelliguntur ff. de verb. significat. gloss. in l. fin. ff. de vsufruct. legat. & in l. vsufructu bonorum, ff. ad l. falcid. cum alijs pluribus, quos refert, & sequitur Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 143. num. 16. Castill. vbi supra cap. 56. sub num. 19. & latius d. c. 59 pariter sub num. 19. vers. idcirco communis.*

Cæterum prætensioni Catherinæ; quod dictus vsusfructus communicari non debeat di-
9 ctis sororibus, † nisi prius ipsi vsufructuariæ, & deinde illis commode sufficiat *ex Crot. consil. 47. num. 41. & 42. lib. 1.* totaliter resistit expressa voluntas Testatoris, qui illum vxori reliquit sub explicito onere cum communi-
10 candi cum dictis sororibus, † ideoque non est curandum de sufficientia, vel illius insufficientia, cum etiamsi reduceretur ad vnicum dumtaxat obolum esset pariter communicãdus, vt ipsa Testatoris voluntas ad vnguem seruaretur *ex alleg. tam in d. decis. coram Reuerendiss. D. Terracinen. §. neque potest quam coram me, §. pro rata vero*; Huiusmodi tamen communicationem dd. sorores quamuis hæredes proprietariæ capere debent è manibus vsufru-
11 ctuariæ, † dum Testator illi iniunxit dictum onus communicandi, quod sanè demonstrat ipsas proprio iure illum consequi non posse

vt pro-

vt probant authoritates alleg. in d. decis. coram me §. penultim. in fin.

Et ita vtraque &c.

☞ *Decisio ista emanata in hac eadem causa sub die 18 Iunij 1649. est in praecedenti parte 10. recent. decis. 328.*

R. P. D. BICHIO.

Aueniouen. Saluiani,

Lunae 20. Maij 1650.

ARGVMENTVM.

Bona fœudalia quae in Statu Aueniouensi, & Comitatu Venusino habentur, ac si essent allodialia, in extraneos alienabilia, ac hæreditaria, veniunt sub obligatione omnium bonorum. Possessio Castri probatur si quis dicitur illius dominus, canones soluit, & ab alijs à se inuestitis laudemium recepit.

SVMMARIVM.

1 *Venditio facta pro pretio æstimando non dicitur purificata pretio non certificato*

2 *Clausula constituti non liberat debitorem ab actuali traditione.*

3 *Obligatio omnium bonorum comprehendit etiam bona fœudalia, quæ habentur ad instar allodialium. Hypothecare eo modo quo poterat debitorem voluisse præsumendum est, num. 3.*

4 *Fæuda in Statu Aueniouensi, & Comitatu Venusino habentur vti bona allodialia, in extraneos alienabilia, suntque hæreditaria.*

5 *Litem euictionarijs intimans illam contra se motam fuisse fatetur.*

6 *Clausula constituti pluribus adminiculis fulciat possessionem probat constituentis contra quemcumque etiam tertium.*

7 *Clausula constituti plenè probata contra habentem causam à constituente.*

8 *Canones ab aliquo soluti, si alium eo tempore eos non soluisse probatur, soluentem probant possessorem.*

9 *Castri appellatione venit etiam possessio illius.*

10 *Castri dominus illud etiam possedisse præsumitur, si alium possedere non doceatur.*

11 *Laudemium soluitur possessori pro inuestitura, & actuali traditione possessionis.*

12 *Transactio facta super debito hæreditario, & hæreditario nomine, hæreditatis probat aditionem.*

DECISIO XXXVIII.

REIECTA hodie fuerunt quæcumque per Informantes pro Hectore Bello adducta aduersus creditum Francisci de Tertullis Actoris vti extinctum, mediante datione in solutum, aduersus hypothecam, vel quia orta nusquam fuerit super Castro controuerso, vel quia præscriptione fuerit sublata; ac tandem aduersus possessionem Francisci de Stesslas.

Extinctio namque crediti, seu asserta datio in solutum vigore conuentionis in Instrumento mutui appositæ, quod in euentum non restitutionis pecuniæ mutuatæ, creditor haberet in solutum quamdam Colonia pro pretio æstimando, non probatur purificata per successiuam eiusdem Coloniæ æstimationem,

1 sine † qua non dum certificato pretio conditionalis, & imperfecta erat §. *pretium instit. de empt. & vendit.* & in terminis dationis in solutum *Anchar. Region. quæst. familiar. 28. num. 3. lib. 1. Surd. cons. 225. num. 9. in fin. Buratt. dec. 372. num. 5.* minusque probatur effectuata cum actuali Coloniæ traditione à qua clausula constituti

2 in d. Instrumento adiecta † non liberabat debitorem, *ex alleg. in 2. decisione huius causæ §. fin. quibus additur Ciriac. controuers. 327. nu. 24. & seqq.* imò nusquam fuisse traditam, nec tradi potuisse apparet; quia ab alio possidebatur; vt probat sententia arbitramentalis lata de anno 1578.

Ortus hypothecæ euidens est in verbis instrumenti, ibi, *obligauit omnia bona &c.* quibus sic vniuersaliter conceptis includuntur etiam bona feudalia, quæ ad instar allodialium alienabilia in extraneos, & hæreditaria sunt;

3 Cum † ideò sicuti poterat debitor hypothecare voluisse, præsumendum sit, *Menoch. cons. 129. num. 13. Natt. cons. 159. sub num. 25. Surd. cons. 351. sub num. 25. Bellon. Iun. cons. 30. sub num. 9. & dum b. seqq. Mastrill. decis. 86. num. 10. Amat. decis. Ferrar. 51. num. 7. Buratt. decis. 87. num. 10. & seqq. Rot. inter recent. decis. 264. num. 18. par. 7.* qualia esse ex

4 generali consuetudine feuda † in statu Aueniouensi, & Comitatu Venusino, tradit *Ludou. Bell. cons. 1. num. 64. & cons. 4. num. 1. & 81. post Bertrand. cons. 287. num. 1. & 2. lib. 6.* quos refert, & sequitur *Modern. Aueniouen. in tract. de præuent. cap. 14. num. 5. & uariar. resol. tom. 2. cap. 34. num. 12.*

Præscriptio verò non intrat ex allegatis in prioribus decisionibus, interrupta nimirum fuit per litem contestam de anno 1618. & 1621. ac prosequutam successiuis temporibus, gratisque exaduerso negatur contestatio litis, & impedimenta præstita illius prosequutioni, cum constet de citationibus, ac productione articulorũ, & de dilationibus exaduerso petitis, ne dum ad effectum intimandi litem euictionariis, sed etiam sub prætextu feriarum, vt in calce responsionis facti pro Tertulli, Dumque ipse Aduersarius fatetur litem sibi motam intimasse euictionariis, contraque eosdem; vt à dicta lite liberaretur ad

5 plures actus iudiciarios deuenisse † fateatur oportet in necessarium antecedens præexistentiam litis contra se ipsum in Saluiano ab hac parte motæ, ac prosequutæ ad tradita à *Bald. per illum text. in l. 2. num. 1. C. dot. promiss. in 2. lect. Dec. cons. 135. sub num. 2. vers. nam probato. Rot. decis. 400. num. 10. par. 1. recent.*

Possessio tandem Francisci debitoris de tempore hypothecæ, vel postea, quam probata fuisse negant priores decisiones, nunc functis scripturis nouissimæ ab Actore productis probata satis visa fuit. Adducitur namque, quod Franciscus de anno 1575. in dicto Instru-

Instrumento dotali, constituit se possidere Castrum hoc pro vxore, & clausula constituti
6 † in casu nostro probat constituentis possessionem contra quemcumque; quia pluribus adminiculis fulcitur, quibus concurrentibus, resultat sufficiens probatio etiam contra Tertium *Cyn. in authen. hoc ius porrectum num. 3. C. Sacrosanct. Eccles. Tiraquell. in l. si vnquam verb. donatione largitus num. 100. & seqq. C. reuoc. donat. Surd. cons. 290. num. 46. & decis. 325. num. 6. Rota in Mediolanen. Præbendæ 11. Februarij proximè præteriti coram me*, eoque magis contra Aduersarium,
7 qui † vt infra probabitur habet mediante causam à constituente *Grat. cons. 42. num. 12. lib. 2. Morat. cons. 58. num. 6. Rot. decis. 491. num. 10. & coram sa. me. Greg. XV. decis. 49. num. 3. coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 539. num. 2. par. 4. rec.*

Adminicula desumuntur ex Homagio per Franciscũ præstito pro hoc Castro anno 1555. Summ. Tertulli *num.* 3. ex epistola Cardinalis de Armignac tunc Collegiati Auenionensis mandantis de anno 1570. dicto Francisco, vt soluat canones, & Vice Thesaurario, vt recipiat, attento quod Franciscus est possessor Castri Summ. ibidem *num.* 4. ex solutionibus canonis à Francisco pariter factis ab anno 1559. vsque ad 1578. quas probant plures confessiones de recepto adminiculatæ, vt ponderatur in secunda decisione, & alia instrumenta nuper producta, necnon Vice Thesaurarii liber, cui tanquam officialis publici ad id deputati, vt legaliter tento, videtur adhibenda fides, accedente maximè dicta præstatione Homagij; & epistola Cardinalis Colle-
8 gati, & quod nemo alius dictorum temporũ canones soluisse probatur *Soccin. cons. 205. num. 6. vers. non obstat lib. 2. Surd. cons. 429. sub numer. 27. vers. circa libros. Modern. Patauinus de script. priuat. lib. 4. tit. de libr. Thesaurar. num. 10. & 11. Caualer. decis. 361. num. 1. Rota in Bononien. Gabellæ 4. Decembris 1646. coram R. P. D. Otthobono.*

Nec obstat, quod aliquæ confessiones loquantur solum de solutione pro iurisdictione; Quia pleræque, prout ipsa præstatio Homagii cantant pro fæudo Castri, Territorii, Districtus, & Iurisdictionis loci de Roques. Vndè restringendæ non sunt ad solum dominium, & Iurisdictionem; sed intelligi debent etiam de possessione, quæ sub dicta vniuersalitate verborum, & signanter appellatione
9 Castri † continetur, vt per *Surd. cons. 135. nu. 65. Menoch. de retinen. remed. 3. num. 115. & seqq. relat. à Modern. Perusino de manuten. obseruat. 10. num. 11.* præsertim ponderando, quod nemo alius tunc
10 temporis † probatur Castrum possedisse, vt ad propositum aduertit *Alba cons. 244. sub nu. 1. vers. secus*, quodque eodem modo leguntur factæ solutiones à Gabrielle Bello aduersariorum Auctore, quem fuisse Castri possessorem non controuertitur.

Tandem ex pluribus Instrumentis nouiter exhibitis, in quibus Franciscus vti Dominus directus dicti Castri inuestiuit plures emptores, & ab illis solitum laudemium exegit, hęc enim exactio præbet argumentum possessio-
11 nis; † cum laudemium soluatur possessori pro inuestitura, & actuali traditione possessionis *l. fin. §. & ne auaritia. C. de iur. emphiteut. Grat. discept. 377. num. 34. Surd. decis. 200. numer. 6.* Quæ libentius recipienda sunt, quia Hector aduersarius causam habet à Gabrielle, hic verò ab Alemanno, qui erat frater germanus, & hæres Francisci principalis debitoris. Nam transigendo, vt fecit cum eius vxore super debito hæreditario, ac hæreditario nomine,
12 illius † hæreditatem adiuisse, dubitandum non est, *ad tex. in l. pro herede, ff. acquir. hered. l. 2. C. de iur. deliber.* & in terminis transactionis *Bald. cons. 224. num. 1. lib. 2. Rot. coram sa. me. Greg. XV. decis. 98. num. 3. & in Bituntina Census 27. Nouembris 1645. coram R. P. D. meo Corrado impress. apud Modern. Forolinien. de pignoribus decis. 105. num. 21. & seqq.*

Ex quibus omnibus simul iunctis, sublato obiecto non probationis possessionis Francisci debitoris, cui soli priores decisiones immissionem à Tertullio petitam denegantes innitebantur dictam immissionem esse concedendam, & sic à decisis recedendum esse Rota censuit, vtraque parte informante.

R. P. D. LEONE VEROSPIO

Romana Saluiani.

Mercurij 23. May 1650.

ARGVMENTVM

Quod possit minor se pro dotanda sorore obligari à solo curatore sinè aliis solemnitatibus, hæc concludit decisio, vbi quod pluribus assignatis curatoribus vnicuique in solidum censeatur administratio concessa.

SVMMARIVM.

1 *Immissionem in Saluiano consequi debet creditor tum hypotecæ si vnam, & alteram possessionem sui debitoris nempè, & tertij possessoris iustificat.*
2 *Creditum cum hypotheca probatur ex publico instrumento obligatione Camerali vallato.*
3 *Inuentariuũ probat possessionem defuncti, tàm contrà hæredes, quàm contrà habentem ab eo causam.*
4 *Confessio facta in positionibus plenè probat possessionem rei conuenti.*
5 *Substentatio litis sufficit ad probandam possessionem.*
6 *Curator potest minoris contractum auctorizzare, non autem, sinè illius præsentia stipulari.*
7 *Curatores plures vbi existunt omnes debent in contractibus minorum interuenire.*
8 *Minor etiam absens obligatur ex contractu curatoris causa necessario inito.*
9 *Frater Sororem dotare tenetur, & num. seq.*
10 *Frater eo magis ad dotem Sororis dicitur obligatus, si communi Patri successit.*
11 *Minor pro dotanda Sorore solemnitates seruare non tenetur, & supra num. 9. & 10.*
12 *Tutoribus, & Curatoribus pluribus ordinatis, cuilibet in solidum administratio concessa censetur.*

13 *Pro-*

13 *Præstatio annua Monialibus bona propria renunciantibus constitui solet.*

Moniales etiam professæ, possunt sibi quid annuum reseruare prò subeundis necessitatibus, quibus non prouident Monasteria num. 13.

Præstatio annua Monialibus constituta dotis portio reputatur, eiusque fruitur priuilegio, num. 13.

14 *Statutum Vrbis de præscriptionibus lib. 1. cap. 158. non compræhendit dotes, sed illas expressè excludit.*

Amplia quia d. statutum non complectitur Ecclesiasticas personas, num. 15.

DECISIO XXXIX.

IMMISSIONEM domus controuersæ à Venerabili Monasterio Sanctæ Annæ de Vrbe
ex persona Camillæ Monialis ibidem professæ petitam eidem Monasterio fore concedendam hodie Domini responderunt; Quia ipsius
Camillæ creditum cum hypotheca legitimè
iustificat, ac vtrumque possessionis extremũ,
anteriorem scilicet Octauij debitoris de tempore obligationis contractæ, ac posteriorem
1 Ludouicæ reæ conuentæ, † adeoque in hoc
vtilis iudicio Saluiani præfatæ domus immissionem assequi debet ex disposit. *text. in l. 1. ff. de salu. & in l. 1. Cod. de præc. & notant vtrobique DD. Bart. in l. rem alienam num. 5. ff. de pignorat. actione Contard. in l. vnica, Cod. de moment. possess. limit. 14. num. 11. Neguſ. de pignor. primo memb. par. 8. num. 6. & 8. Rot. coram Puteo decis. 201. num. 2. lib. 1. Gregor. decis. 491. num. 6. coram Buratt. 728. num. 4.* Deducitur enim creditum Camillæ
hypothecarium ex publico Instrumento præstationis annuæ scutorum 36. sub obligatione Camerali per eandem cum Curatore
Octauij fratris stipulato ab anno 1582. dum
paternæ successioni, ac hæreditati maternæ
ipsius Octauij fauore renunciauit, & antequam in Monasterio professionem emitteret
Regularem: Ex tali siquidem Instrumento
obligatione Camerali munito præfatum creditum spatio annorum vigintinouem ad scu-
2 ta 1044. ascendere dignoscitur, † ac legitimè
remanet comprobatum, secundum *Bart. in l. 1. num. 8. ff. de oper. nou. nunciat. Rot. in Imolen. Saluiani 5. Decembris 1601. coram Lancell. & in Romana Saluiani 26. Nouembris 1605. & in Interamnen. Saluiani 14. Nouembris 1611. coram Manzanedo, & in alijs congestis in Romana Saluiani 12. Ianuarij 1646. coram R. P. D. Arguelles.* Possessionem verò domus controuersæ de tempore
initæ obligationis penès Octauium debitorem extitisse, rectè probatur ex descriptione
3 ipsius in Inuentario hæreditatis Octauij, † facta per Hieronymum, ac Io. Baptistam eiusdem filios, ac hæredes, quod tum contra ipsos, tum contra habentes ab eis causam plenè
concludit, *ad text. in l. vlt. C. arbit. tut. & in §. sancimus auth. de hæred. & falcid. notat Bald. in consil. 407. num. 6. lib. 1. Roman. cons. 102. num. 3. Soccin. cons. 159. num. 1. lib. 2. Castr. cons. 393. num. 2. lib. 2. Rot. in Carpen. bonorum 16. Martij 1612. in §. vlt. coram Sacrato.* Nunc verò penès Ludouicam
4 aduersariam adesse, † benè conuincitur siue
ex propria ipsius confessione in responsione
ad positiones emissa, vulgata *l. cum precum, C. de liber. causa, & l. ab emptione, ff. de pactis, vbi post gloss. in verbo constituantur notat Angel. num. 4. gloss. in l. 2. in verbo tradita, ff. de acquir. possess. Rot. decis. 132. num. 3. par. 7. recent. & in Sulmonen. Vicariæ 26 Iunij 1646. coram R. P. D. meo Meltio, & in Pisauren. manutentionis 4. Iunij eiusdem anni, & 1. Februarij sequen coram R. P. D. meo Arguelles,* siuè ex
5 ipsa litis sustentatione, † vt notat *Alex. cons. 73. num. 1. lib. 3. Pacif. de Salu. inspect. 1. cap. 6. nu. 7. Rot. decis. 119. num. 5. par. 1. & 220. num. 3. par. 5. recent. & in alijs relatis in Leodien. Domin. 25. Iunij 1649. in §. siquidem coram R. P. D. meo Corrado.*

Neque præfatum Camillæ creditum poterit impugnari, vel quia Instrumentum annuę
præstationis à Camillo de Rusticis paterno
Curatore Octauij, ipso tamen absente, fuerit
inutiliter stipulatum, ex quo ille solum poterat auctoritatem præstare contractui, non au-
6 tem † sine minoris præsentia stipulari, secundum *Castr. in l. neque tutores num. 5. C. de procurat. Aretir in §. neque num. 13. instit. de auctoritate tutorum. Peregr. cons. 74. num. 4. lib. 3.* Vel quia simultaneę cum matre Octauij eidem contractui
7 non interfuit, prout interesse debuerat, † dum
vna cum ipsa fuerat Curator deputatus *ad text. in l. vlt. ibique Bald. num. 11. C. de impub. & alijs substit. & in l. vltim. ibiq. gloss. in verbo vna, ff. ad legem Aquil. Paris. cons. 79. num. 21. lib. 3.*

Cum enim ageretur de dote debita, tàm
ex iuris dispositione, quàm ex lege per Testatorem hæredibus imposita, potuit proinde
8 Octauius, † licet minor, & absens, efficaciter
à Curatore obligari, eiusque bona vinculo
hypothecæ iure subijci valuerunt, vt probat
text. in l. tutor in princip. ff. de pignor. & in l. si in rem minoris, ibiq. gloss. vlt. C. quando ex facto tutor, vel curat. Pacif. de Salu. inspect. 3. cap. 2. num. 124. cum seqq. Rot. coram Greg. decis. 31. num. 1. cum seqq. & in Anconitana Mannæ 13. Maij 1644. coram R. P. D. meo Corrado in §. quia primum cum sequenti §. Etiam si solemnitates per statutum obligationibus minorum impositæ adhibitæ non fuerint à Curatore, cum in hac dotatione de ne-
9 cessitate præstanda per Octauium, † vel quia
tamquam frater sorori dotem tenebatur assignare *ex disposit. text. in l. cum plures, §. cum tutor. vers. alio patre natæ, ibique gloss. in fine ff. de administr. & periculo tutor. gloss. in l. non omni in verbo nulla in fine. C. eod. tit. Bart. in prohem. digestorum numer. 14. Guidopap. decis. 90. num. 24. Rot. in Romana dotis de Iacobellis 27. Martij 1626. coram bon. mem. Vrgellen. inter alias impressas decis. 26.* Vel quia
10 ipsemet Octauius † communi patri hæreditario iure successerat, *ad text. in l. si quis à liberis, §. item rescriptum, ff. de liber. agnoscend. Bart. in l. sicut, §. si debitori num. 1. ff. quib. modis pignus, vel hipot. solu. Bald. in l. vltim. num. 3. C. de dotis promiss.*
11 adeoque nullæ requirebantur † solemnitates
tamquam in actu omnino necessario, vt aduertit *Picus ad statut. lib. 1. cap. 151. gloss. 7. nu. 257. Rot. coram Verall. decis. 199. part. 3. & in decis. 776. num. 3. par. 2. & 122. nu. 41. par. 7. recent. & in Anconitana Mannæ 13. Maij 1644. in §. prædicta verò coram R. P. D. meo Corrado,* & in his ferè termi-

nis *in Camerin. dotis* 10. *Decemb.* 1638. *coram Reuerendiss. Terracinen. in* §.1. prout nec etiam requirebatur præsentia matris, licet hæc vna cum Camillo Curatrix fuisset deputata; Ex præsumpta enim voluntate Testatoris cuilibet ipsorum demandata censetur in solidum ad-
12 ministratio, † nec proinde ex præfata deputationis forma præsumitur exclusa, donec expresse Testator iniunxerit quod alter sine altero administrare non posset, *ad text. in l.1. ibique gloss. C. quando ex facto tutor. vel curator. Bald. in princip. cæterique communiter Bart. cons.* 147. *n.*2. *lib.*1. *Gratian. discept. forens. cap.* 812. *num.*27. *cum seqq. Rot. coram bon. mem. Coccin. decis.* 378. *num.*6.

Neque vrget, quod præfata præstationis annuæ promissio ex solius voluntate Curatoris, non autem ex Testatoris dispositione præcesserit, adeoque sub dotis appellatione comprehendi, eiusque priuilegio gaudere non valeat. Siquidem illa ex consuetudine communiter recepta solet Monialibus profitentibus, ac bona propria renuntiantibus constitui & assignari pro subeundis earumdem necessitatibus, quibus Monasteria vt plurimum,
13 prospicere non valent, † adeoque dotis portio reputatur, ac fruitur ipsius priuilegio, vt respondit *Rot. in vna Romana dotis* 14. *Martij* 1635. *coram bon. mem. Merlino inter recent. par.* 7. *decis.*30. *num.*27. & 28. *cum seqq.*

Hinc corruit obiecta præscriptionis exceptio, quod scilicet lapsu annorum sexdecim hæc annua præstatio debeat soluta præsumi, prout in Statuto Vrbis de præstationibus annuis expresse disponitur *lib.* 1. *cap.* 158.
14 Cum † hæc Statuti dispositio dotale debitum non comprehendat, sed expresse præseruet, vt notat *Fenzon. ibidem num.*44. *Marisc. var. lib.*2. *cap.*68. *num.*43. *cum seqq.* nec Ecclesiasticas personas ibidem nō nominatas, ex
15 defectu † voluntatis statuentium includat, vt respondit *Rot. in Romana liberationis à fideiussione* 4. *Martij* 1630. *coram bon. mem. Merlino, & in Romana donationis de Castellanis* 23. *Iunij* 1631. *coram bon. mem. Coccino, & in Romana successionis de Comitibus* 15. *Ianuarij* 1642. *coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Vrbeuetana legati* 4. *Iulij* 1646. *in* §. *quamuis coram R. P. D. meo Bichio*, & late prosequitur *Boccac. de statutaria Vrbis præscriptione gloss.* 19. *num.* 199. *cum seqq.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Anconitana Dotis.

Luna 30. *Maij* 1650.

ARGVMENTVM.

Mulieri competens priuilegium super restitutione dotis in bonis fideicommissi vig. auth. res quæ C. comm. de legatis ad hæredes transire hic concluditur, vbi etiam quod eo prætextu non impeditur hæres processus executiuus, si incontinenti fideicommissum non iustificetur.

SVMMARIVM.

1 *Executio ritè & rectè peracta debet prævio processu ad vlteriora terminari.*

2 *Validitas mandati resultat ex concursu requisitorum decis. Veralli* 260. *par.*2.

3 *Iustitiam mandati probant decisiones in causa factæ.*

4 *Confessio receptæ dotis facta à marito constante matrimonio ex vrgentibus coniecturis veram probat numerationem.*

Mobilia viri ab vxore retenta si iudicis decreto subhastata fuerunt amplius restitui non debent.

6 *Retentionis ope tueri non potest vxor, qua integram dotem non soluit.*

7 *Subhastatio præsumitur valida & iusta.*

8 *Exceptio fideicommissi impedire non potest dotis restitutionem quo vsque illiquida redditur.*

9 *Bona fideicommissi dicuntur obligata pro dotis restitutione, vbi non adsunt bona libera, & fideicommissum fuerit ab ascendente ordinatum.*

10 *Dotis restitutio competens in bonis fideicommissi vig. authent. res quæ C. comm. de leg. peti potest tam ab ipsa muliere, quam ab eius hæredibus, & num.*11.

11 *Priuilegium auth. res quæ C. communia de legatis transit ad hæredes & sup. num.*10.

12 *Tertius possessor in quolibet actu citatus impedire non potest processum executiuum.*

13 *Citatio contra aliquem vt hæredem executa eumdem afficit etiam si alium ille habeat titulum, quoties de eo in actis legitimè constabat.*

*Actus ad validitatem omnis sumenda est interpretatio num.*13.

*Circuitus sunt euitandi num.*13.

14 *Exceptio fideicommissi si incontinenti iustificata non fuit non impedit processum executiuum.*

DECISIO XL.

MANDATVM Rotale contra hæreditaria bona Hieronymi relaxatum pro dote Frāciscæ vxori restituenda, ipsa prædefuncta, sancitum fuerat in sententia ad Dianæ hæredis instantiam, ac Demetrij huius cessionarij in hoc Tribunali postmodum edita, exequendum esse contra bona per fratres de Fanellis modo possessa, Auito, licet q. Galeatij fideicommisso subiecta, cum nulla Hieronymi debitoris bona supersint; super cuius vlteriori executione sententiæ, proposito per me dubio affirmatiuè hodie DD. responderunt; Quia iam cœpta per mandati relaxationem execu-
1 tio, ritè tamen, ac rectè peracta, † debet præuio ad vlteriora processu terminari, vt debitus tandem litibus finis imponatur, *l. quidam existimauerunt in fine, ff. de reb. cred. l. terminato C. de fruct. & lit. expens. l. Properandum C. de indic. Soccin. in l. singulis num.* 2. *ff. de except. rei iudic. Alex. in l. qui bona* §. *vlt. num.*2. *ff. de damn. infect. Surd. cons.* 271. *num.*15. *Rot. in Montis Falisci supplementi legitimæ* 18. *Iunij* 1642. *in* §. *Cuius ratio coram R. P. D. meo Bichio, & in hac eadem causa* 24. *Aprilis* 1645. *coram R. P. D. meo Cerro.*

Mandati autem validitatem acta ipsa renou-
2 luta demonstrant, † ex quibus omnia à iure requisita ibidem coniunctim continenti, iuxta tra-

ra traditam praxim in *dec. Verall. 260. par. 2.* sæpius in hoc Tribunali receptam.

Iustitiam verò designant decisiones hactenus æditæ in hac causa tam coram bo. mem. Buccabella sub die 15. Martij, & 3. Decembris 1635. quàm coram R. P. D. meo Cerro
3 die 24. Aprilis 1643. & 9. Decembris 1648. † vt alias firmauit *Rot. in vna Rauennaten. seu Ferrarien. Decimarum 24. Ianuarij 1650. coram me.*

Neque præfatam executionem retardare poterunt exceptiones à fratribus de Fanellis denuo repetitæ, Siquidem prima non iustificatæ dotis obiectio, quippè quæ ex sola Hieronymi viri confessione de recepto ab ipsa vxore, eiusque hæredibus deducatur, tollitur ex decisionibus hactenus editis in hac causa, quibus fulcita dignoscitur adducta confessio
4 pluribus, atque vrgentibus coniecturis † legitimam proinde veræ dotis probationem præseferentibus secundum *Salyc. in l. si mater num. 1. C. de contrah. empt. Bald. in l. 1. num. 4. C. de priuil. dot. Dec. cons. 96. num. 3. Natt. cons. 548. nu. 23. Surd. cons. 436. num. 7. & 8. cum seqq. Card. Mant. de tacit. lib. 11. tit. 20. num. 19. Rot. coram Greg. dec. 62. num. 2.*

Altera verò obiectio exinde deducta, quod in ipsa dotis consignatione ex A. C. decreto debuerant ab hæredibus Franciscæ mobilia restitui in computum dotis receptæ, vel saltem certus eorumdem valor tunc temporis compensari Remouetur pariter ex alio eiusdem A. C. decreto, quo mediante à pluribus annis legitima eorundem mobilium subhasta-
5 tio præcessit, † quæ proinde Franciscæ successores ab eorum restitutione mobilium reddidit immunes, vt respondit *Rot. coram R. P. D meo Cerro sub die 9. Decembris 1648. in §. aut vero prætenditur.*

Ad compensationem verò valoris (dum in eodem decreto restricta fuit ad casum integræ dotis restitutæ) adhuc arctati non fuerant
6 dum dos integrè soluta non extitit, † ita vt se possint etiam retentionis ope tueri *per text. in l. si non fortem, §. si centum ff. de cond. ind. vbi post gloss. in verb. retinebitur, tradit Bart. in fine, Castr. & Alex. num. 6. Iason. num. 10. cæterique communiter idem Castr. in l. si quia aliam num. 4. ff. de solut. & in l. petenti in fine, ff. de pignor. & act. Neguſ. de pignor. in 2. membr. 3. part. num. 20.*

Non obstat, quod eadem subhastatio nullitati videatur obnoxia post quam non obstātibus oblationibus, atque deposito per fratres de Fanellis oblato, ad eam Iudex procedi mandauit, cum præfata nullitatis obiectio ex
7 contraria præsumptione tollatur † pro subhastationis validitate, atque iustitia vigente ex tradit per *Bald. in l. ordo num. 5. Cod. de rescind. vend. gloss. in l. à Diuo Pio, §. si pignora in verb. quam, ff. de re iud. vbi etiam Ias. num. 2. & 3. Surd. cons. 256. num. 8. Rot. in Narnien. dotis 4. Feb. 1628. coram Vbaldo post moder. Peruſ. de subhast. decis. 75. num. 9.* Dum maximè damnum ex distractione mobilium Fanellis illatum, ac læsio exinde contingens adhuc probata non fuit, nec oblationes integræ factæ fuerunt ab ipsismet Fanellis, vt allegant illius Informantes.

Tertia denique exceptio ex iure fideicommissi petita per q. Galeatium de Fanellis eorundem auum præordinati (super quo propter negant mandatum contra bona hæreditaria Hieronymi relaxatum exequi posse) ob nondum iustificatam bonorum identitatē, nec consumptionem detractionum ipsi Hieronymo fideicommittentis descendenti compe-
8 tentium illiquida redditur, † atque incerta, adeoque mandati executionem retardare non valet, *iux. tex. in l. vlt. C. de compensat. Affl. dec. 381 sub num. 15. Rot. coram Seraph. decis. 1455. num. 3. coram Greg. 220. num. 5.* & in alijs recensitis *in Romana successionis 24. Ianuarii præteriti coram R. P. D. meo Corrado in vlt. §. Remouetur præterea, ex auth. resque C. omnia de leg. desumpta, ex auth. de restit. & ea quæ pariter in §. quamobrem*, cuius virtute dispositionis ascendentium bona licet fideicommisso supposita hypothecata reddun-
9 tur † pro restituenda dote descendentibus quoties bona libera, prout in proposito casu, non supersint, vt pluries firmauit *Rot. videlicet coram Seraph. decis. 278. num. 5. in Romana dotis 30. Martij 1618. coram bon. mem. Card. Verospio, & in alia Romana dotis 23. Maii 1645. coram R. P. D. Otthobono, & in hac eadem causa 9. Decemb. 1648. in §. omissis enim coram R. P. D. meo Cerro*, siue ab
10 ipsa muliere, † siue ab eius hæredibus dotis restitutio petatur, vt notat *Castr. in d. authen. res quæ num. 10. Menoch. cons. 34. num. 42. Rot. coram Seraph. dec. 688. num. 11.* vbi præterea conside-
11 rat, † quod actio (prout in casu proposito) ipsa viuente muliere orta iam fuerat, *& in Romana dotis 14. Febr. 164 . in §. cuius auth. dispositio, coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in hac eadem causa 24. Aprilis 1643. in vlt. §. coram R. P. D meo Cerro.*

Neque iidem fratres de Fanellis vti tertij bonorum possessores processum executiuum
12 poterunt impedire, † vel quia in quolibet actu contra ipsos fuit repetita citatio, *iux. theoric. Castr. in l. cum filius fam. num. 3. ff. de verb. signif.* quam probarunt *Dec. cons. 187. num. 2. Ruin. cons. 34. in fin. volum. 5. Aymon. cons. 12. num. 8. Surd. cons. 334. num. 12.* & plures alij relati *per Maresc. variar lib. 1. cap. 86. num. 51. & lib. 2. cap. 121. nu. 7. Scacc. de appell. quæst. 17. limit. 6. membr. 3. num. 52. Rot. in hac eadem causa sub die 24. Aprilis 1643. coram R. P. D. meo Cerro, & in Ciuitatis Castelli Spolij 7. Maii 1638. coram Reuerendiss. Terracinen.* Et licet citatio contra ipsos, vti hæredes Hieronymi supponatur executa, non autem vti
13 fideicommissarios Galeatij † dum tamen de vtroque titulo in actis constabat, citationes ex vtraque iure censentur executæ ad sustinendam actus, atque sententiæ validitatem, pro qua vti inutiles, & calumniosè circuitus euitentur, omnis debet interpretatio desumi *l. quoties, & l. merito, ff. pro socio, l. cum in testamento, §. hæc verba, ff. de hæred. instit. Alciat. reg. 3 præsumpt. 42. Rot. coram Gregor. decis. 282. nu. 7. ibiq. Add. num. 12.*

Vel quia, vt superius ponderatum fuit, & coram R. P. D. meo Cerro sub die 24. Aprilis 1643. exceptio fideicommissi turbida redditur, atque illiquida, cuius proinde respectu man-

mandata executiua contrà hæreditaria Hieronymi bona relaxata, exequi poterant contrà bona, quæ vti fideicommisso supposita exaduerso allegantur possideri,† dum ipsius subsistentia, atque efficacia apta ad impediendam executionem incontinenti iustificata non fuit, prout omnium Tribunalium praxis obseruare solet, de qua testatur *Rot. in Senogallien. Prædij 10. Iuny 1619. coram bo: mem: Pirouano, & in alys recensitis in d. decisione R.P.D. mei Cerri in §. Contraria verò in fine.*

14

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. MELTIO,

Posteà Reuerendissimo Episcopo PAPIEN,

Romana Fideicommissi de Mutis.

Veneris 3. Iuny 1650.

ARGVMENTVM.

Sub nomine dotis veniunt etiam illa, quæ fuerunt in Instrumento dotali promissa æstimata; acconcium enim censetur de appendiciis dotis, & idem de eo iudicatur prout de ipsa dote, vndè pro eis quoque habere locum, remedium *auth. res quæ, C. commun. de leg.* in præsenti decisione constanter firmatur. Fideicommissarius cui competit detractio legitimæ, & Trebellianicæ in bonis fideicõmisso subiectis, si filias dotauerit, an in dd. dotibus huiusmodi detractiones imputari debeant, eruditè resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Bona fideicommissaria ascendentium sunt hypothecata, & alienari possunt pro dotem descendentium. & num. 7.*

2 *Præscriptio contrà Fideicommissarios non currit nisi à die purificati fideicommissi ad eorum fauorem.*

3 *Fideicommissarius non potest inferre praiudicium alys successiuè vocatis, quibus fuerat ius quæsitũ.*

4 *Aditio hæreditatis paterna, ex quo probata remaneat.*

5 *Hæredes non possunt contrauenire voluntati eorum auctoris. Amplia, vt num. seq.*

6 *Hæreditatem quandocumque quis adiuerit, dicitur contrahere obligationem de obseruando factum defuncti.*

8 *Dotis nomine, veniunt etiam illa, quæ fuerunt in Instrumento dotali promissa æstimata.*

9 *Et ex quibus probata remaneat illorum traditio quamuis non constet de actuali traditione.*

10 *Dotis solutio ex diuturnitate temporis, præsumitur.*

11 *Bona fideicommissaria super quibus fuit impositus census ex causa dotis, & posteà à Fideicommissarys extinctus, si deindè dd. bona fuerint ab ipsis alienata, remanet extincta omnis actio, quidquid de pretio egerint.*

12 *Soluens legatario cum cessione iurium, non amplius legatarius, sed soluens dicitur creditor testatoris.*

13 *Ratificatio, quid importet.*

14 *Cessionarius agere potest pro parte sibi translata vigore cessionis.*

15 *Venditor tenetur de euictione ex natura contractus venditionis.*

16 *Obligatus de euictione, non potest agere rei vendicatione.*

17 *Bona Fideicommissaria, vt alienari possint ex causa expensarum factarum occasione matrimony siue carnalis, siue spiritualis, quid requiratur.*

18 *Instrumento constitutionis dotis, magis standum est, quam alys Instrumentis ab illo discordantibus.*

19 *ad Instrumentum originale, & matricem semper recurri debet.*

20 *Acconcium censetur de appendicijs dotis, & idem de eo iudicatur, prout de ipsa dote.*

21 *Bona fily non sunt particulariter obligata pro restitutione dotis, si constat illam fuisse receptam ab eius Patre.*

22 *Bona fideicommisso subiecta, in Fideicommissarios diuisa, æqualiter detrahi debent pro restitutione dotis.*

23 *Fideicommissarius, cui competit detractio legitimæ, & Trebellianicæ in bonis fideicommisso subiectis, si filias dotauerit, in dd. dotibus huiusmodi detractiones imputantur.*

24 *Alienationes plurimæ vbi reperirentur facta à fideicommissario de bonis fideicommisso subiectis, in illis detractiones dotium consumpta præsumuntur.*

DECISIO XLI.

IMMISSIONEM in duodecimam partem Casalis Polidori cõcedendam esse DD. Octauio, & Fratribus de Mutis vigore fideicommissi ad eorum fauorem purificati per obitũ Valeriani Iunioris factis tamen prius detractionibus expressis resolutum fuit coram me sub die 11. Ianuarij, & 23. Maij 1649. quibus neutra parte adhuc acquiescente iterum dubitaui, An dictæ decisiones essent reformandæ, & DD. percurrendo omnes partitas. Quoad primam respicientem Dotem Lucretiæ assignatam in quinta parte sextæ Casalis Polidori nullam habuerunt difficultatem, vt illa veniat detrahenda ex regula in iure certissima, quod
1 bona † fideicommissaria Ascendentium sunt hypothecata, & alienari possunt pro dote descendentium, *Authen. res quæ, C. comm. de legat.* Secunda pariter, quæ versatur circa dotem constitutam Liuiæ in quarta parte residui dictæ sextæ partis Casalis, & ipsa non fuit controuersa, sed tantùm dicebatur, quod competeret illius redemptio stante facultate illam redimendi pro pretio scutorum mille reseruata à Cæsare non solum sibi suisque hæredibus, verùm etiam cuilibet de familia de Mu-
2 tis† contrà quos proindè allegari non poterat præscriptio dictæ facultatis ex lapsu longissimi temporis ex quo illa non currit nisi à die purificati fideicommissi ad eorum fauorem, *l. 1. C. de annal. except. l. contra maiores, C. de inofficios. testam.* Prout nec minus nocere poterat remissio dicti pacti, seù facultatis redimendi ex cõsensu liberè deindè præstito de anno 1558. per Cæsarem, & Philippam Coniuges, dum per vendita fuit dicta pars Casalis Iacobo Muto,
3 eo † quia Cæsar non potuit inferre præiudicium vocatis, quibus ex præcedenti faculta-

te

te redimendi ad fauorem cuiuslibet de familia de Mutis fuerat Ius quæsitum. Verum his non obstañ DD. steterunt in alias indecisis, quod scilicet non sit locus dictæ prætensæ redemptioni ex ea ratione, quod cum Octauius, ac eius fratres actores in præsenti iudicio sint hæredes Laurentij hæredis Cæsaris, & Philippæ coniugum, qui liberarunt dictam partem Casalis à pacto redimendi liberè consentiendo illius venditioni, prout de remissione pacti redimendi constat ex Instrumento dato in
4 *Summ. DD. Violantis, & Flaminiæ num.* 2. & † de aditione d. hæreditatis Cæsaris facta à Laurentio probatur ex cessione per eumdem Laurentium facta Alexandro fratri de omnibus iuribus sibi competentibus super bonis paternis, quæ quidem cessio supponit in necessarium antecedens paternæ hæreditatis aditionem, *ex alleg. in decis.* 74. *num.* 8. *& decis.* 106. *num.* 6. *part.* 7.
5 *recent.* † Vtique non possunt pactum iam extinctum per consensum eorum, quorum sunt hæredes exercere, nec voluntati eorum contrauenire debent, *l. ex qua persona, ff. de regul. iur. Surd. decis.* 159. *num.* 11. *Rot. decis.* 143. *numer.* 10. *part.* 5. *recent.* quod etiam procederet quamuis respectu propriæ eorum personæ d. facultas redimendi dici non posset remissa, aut præscripta; nam onus non contraueniendi rema-
6 net adeò hæreditati affixus, ac ab ea inseparabile, vt quandocumque quis ad hæreditatem veniat dicatur contrahere obligationem de obseruando factum Defunctorum, *Peregrin. de fide. comm. art.* 33. *num.* 8. *&* 9. *cum alijs per DD. congestis in §.* 1. *auth. de hæredib. ab intestat. venient.* Eoque minus impugnari potest remissio, quia pretium à dd. Coniugibus receptum in dicto Instrumento liberationis fuit inuestitum in censu dato ab eisdem Coniugibus pro dote
7 Sigismundæ eorum filiæ, † quæ benè dotari potuit ex bonis, & iuribus fideicommissi, *d. authen. res quæ, C. comm. deleg. vbi communiter DD. Ias. num.* 29. *& Curt. nu.* 11. *Didac. var. resol. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 10.

Doti Philippæ firmatæ in præteritis decisionibus in ducatis 4000. & alijs ducat. 500. pro acconcio censuerunt DD. addeñ alia scuta centum pro valore pelluuij, & vrzei argentei,
8 quæ † cum fuerit in Instrumento dotali promissa æstimata veniunt sub nomine dotis, *Rota in Romana Vineæ* 27. *Martij* 1649. *coram R. P. D.*
9 *meo Royas.* † Et licet non constet de illorum actuali traditione, tamen ex longo temporis cursu iunctis alijs coniecturis, quæ in proposito casu concurrunt, vt nempè creditor esset diligens, & onera matrimonij substineret, & debitor esset diues, & solitus soluere, necnon ex generali consuetudine dandi hęc ab initio, habita fuit pro sufficienter probata illorum traditio, prout in similibus terminis firmatum fuit apud *Surd. decis.* 175. *num.* 7. *&* 10. *Andreol. controuers.* 57. *num.* 11. *&* 12. *Mascard. de probat. concl.* 1318. *num.* 26. & declarauit *Rota in Maceraten. legitimæ* 1. *Iunij* 1618. *coram bo: me: Vbaldo*
10 *Sen.* & in puncto, † quod ex diuturnitate temporis præsumatur solutio dotis, firmat *Cuman. consf.* 31. *num.* 3. *Rota coram san: mem: Gregor. XV.*

decis. 468. *nu.* 8. *& in recent. decis.* 160. *nu.* 3. *part.* 7.

In diminutione tamen dictæ dotis iterum dictum fuit computañ esse integrã summam scutorum 1100. pro valore domus in hæreditate fideicommittentis remansæ, & per filios Philippæ, tanquam eius hæredes simili pretio alienatæ Fuluiæ Taschæ, nulla habita ratione, quod ex dictis pecunijs scuta 250. erogata fuerint de consensu Alexandri, & Laurentij in extinctionem census aliàs impositi super eadem domo à Cæsare eorum communi pa-
11 tre, † nam mediante huiusmodi solutione effecti quidem fuerunt pro dicta summa creditores hæreditatis paternæ, sed non ideò remanserunt pro eadem creditores Valeriani fideicommittentis ex causa dotis Philippæ cũ in hanc causam receperint integrum pretium scutorum 1100. retractum ex venditione domus, qua mediante d. creditum remansit proportionabiliter pro dicta summa extinctum, quidquid deindè exactores dd. pecuniarum de illis egerint, §. 1. *instit. quib. mod. tollitur obligatio, l. soluendo, ff. de negoc. gest. l. solutionem, ff. de solut. l. tale pactum, §. post diuisionem, & ibi Castren. ff. si cert. pet.*

In eiusdem dotis diminutionem etiam tendit, prout firmatum fuit in secunda decisione in hac causa emanata *sub §. In extinctionem*, alia partita scutorum 168. quę in maiori summa nempè scutorũ 500. Philippa legauit Portiæ eius filiæ; Nam legatum pro dicta rata scutorum 168. solutum fuisse probatur ex eo,
12 quod † dictæ Portiæ soluit Vitalis Pater Deliæ reportata cessione iurium competentium super hæreditate dictæ Philippæ, sicque colligitur, quod solutio facta fuit in causam d. legati Philippæ animo succedendi legatariæ in eius iuribus, adeò ut non amplius legataria, sed soluens sit creditor Philippæ testatricis, vt post *Bald. & alios ibi allegatos dixit, Rota dec.* 126. *num.* 1. *apud Cenc. de censib.* Hincque patet, quod ponderatio facta in secunda decis. *sub §. Non obstat replicatio*, vt si ista solutio non minueret dotem sequeretur, quod bis fieret detractio eiusdem summæ, scilicet semel in detractione dotis Deliæ, & altera vice in detractione dotis Philippæ sit vera; & benè subsistat siquidem pars dotis Deliæ, quæ integrè detrahitur cessit, vt dictum est solutionem debiti; hoc est legati d. Philippæ.

Habita neque fuit pro releuanti illa prętensio deducendi dotem Philippæ, tàm ex portione Casalis spectañ ad Alexandrum, quàm ex alia spectante ad Laurentium ex ea ratione, quod cum onus restituendi d. dotem fuit radicatum in persona fideicõmittentis omnia eius bona dicantur æqualiter affecta, sitque propterea ex eis æqualiter facienda restitutio. Nam placuit responsio data in prima decisione in §. *Neque obstare visum fuit*, vt cum Laurentius recepta vberi recompensa in pecunijs, & alijs bonis ab Alexandro eius fratre fecerit ei amplam cessionem de omnibus iuribus sibi competentibus super Casali tàm ratione bonorum maternorum, quàm paternorum cum promissione faciẽdi ratificare eius filios, prout rati-

13 ratificarunt, † quæ ratificatio facit censeri actum ab eis gestum, *Dyn. in cap. ratihabitatione col. 5. vers. in quarto verò genere de regul. iur. in 6. Paris. cons. 5. num. 200. Surd. decis. 33. num. 3. & 4.*

Omnia iura consequendi dotem maternam super portione d. Casalis translata fuerunt in
14 Alexandrum cessionarium, † qui proinde prout eius heredes illis vti possunt super dicta parte Casalis tàm pro parte propria, quàm pro parte translata vigore cessionis, *l. emptor, vbi DD. C. de hæredit. vel act. vendit. Dec. cons. 107. num. 18. lib. 1. Rot. decis. 68. nu. 3. post Cenc. de cens.*

Vlterius aduertebant DD. quod ex ratificatione d. cessionis factæ per Octauium cum obligatione ad interesse sequitur, quod filiæ Alexandri cessionarij possidebant hanc ratam Casalis cessi, non titulo fideicommissi, sed dictæ
15 cessionis, ac venditionis, † quæ operatur, vt in casum molestiarum super d. Casali possint habere regressum cōtrà eundem D. Octauium de euictione obligatum ex natura contractus venditionis, *ex allegat. per Dec. cons. 483. nu. 15.*
16 *Gregor. XV. decis. 24. num. 3.* † Sicque Octauio obstat regulam *legi vendicantem*, quam affert *Dec. d. cons. 483. num. 16.*

Detractioni scutorum 300. pro expensis factis occasione collocandi filias Cęsaris in Monasterium visa non fuerunt addenda alia scuta 175. quæ prętendebantur soluta ab Alexandro ex causa eiusdem ingressus, quia in d. causam constat expensa fuisse soluta scuta 300. Maximè quia dum dicebantur soluta alia scuta 300. aliis creditoribus ipsius Alexandri, & Laurentij addita deindè fuit d. solutio scutorum 175. debit. dd. filiabus absque eo, quod
17 expressa fuerit aliqua causa d. debiti. † Vndè patet, quod causa crediti dd. scutorum 175. ab ipso Alexandro habita fuit diuersa à credito expensarum factarū occasione ingressus Monasterii, & sic illa minimè venit detrahenda ex bonis fideicommissariis, cum adhuc effectum requiratur, vt solutio facta fuerit in causam dotium, & apparatuum nuptialium occasione matrimonii, siue spiritualis, siue carnalis, *§. Quamobrem in auth. de restit. & ea, quæ parit, & d. auth. res quæ, C. com. de leg. Rota coram Mant. decis. 152. num. 1.*

Dos Deliæ visa fuit firmanda, prout alias firmata fuit in scutis 500 iuxtà quantitatem expressam in Instrumento dotali, quod magis attendeñ esse videtur, quàm Instrumentum transactionis initæ inter dictum Laurentium, & Alexandrum in quo licet enuncietur solutio d. dotis in summa scutorū 600. id erroneè
18 factum fuisse censendum est, † cum in dubio, semper magis standum sit Instrumento originali constitutionis dotis, quam aliis Instrumentis ab illo discordantibus, *ad trad. per gloss. in ver. protocollum, in auth. de Tabell. Ang. in §. vlt.*
19 *num. 15. in auth. eiusdem dicens*, † quod semper recurri debet ad matricem, & originale, & idem sensit *Bald. in l. nostram num. 4. C. de testam.*

Dictæ tamen doti addenda esse voluerunt alia scuta 150. pro acconcio, & scuta 40. pro residuo valoris vrzei, & pelluuij argentei, quæ fuisse actualiter tradita constat ex Instrumento relato in *Summar. Violantis, & Flaminiæ num. 4.*
20 Acconcium † enim censetur de appendiciis dotis, & idem de eo iudicatur, prout de ipsa dote, *Anan. cons. 36. nu. 1. vsque ad 4. Paris. cons. 95. num. 13. lib. 2. Curt. Iun. cons. 129. in fin. Rot. decis. 116. part. 1. diuersor. & decis. 72. num. 4. part. 2. recent. Thes. decis. 195. num. 5.*

In hoc tamen reformanda visa fuit decisio, vt dicta dos Deliæ debeat pro virili detrahi ex portione obuenta in bonis fideicommissi tàm Laurentio, quàm Alexandro exemplo eius, quod dictum fuit in secunda decisione de dote Sigismundæ, & expensarum factarū occa-
21 sione ingressus, † nam cum ex Instrumento dotali constet, quod illam non recepit Alexandri, sed Cæsar eius pater, bona Alexandri non sunt pro eius restitutione particulariter obligata, *Surd. decis. 47. sub numer. 2. vers. dictum*
22 *fuit, & num. 3. & seq.* † & cessante particulari obligatione Alexandri, atque non existentibus bonis Cæsaris, qui dotem recepit intrat detractio ex bonis Aui fideicōmittentis, quæ facienda videtur non minus ex parte portionis, quæ vni obuenit, quàm ex alia obuenta alteri, *ad text. in l. vnica, §. sed omnes, C. de caduc. tollen. l. via cōstituti, §. quicumque, ff. de seruit. Vrban. prædi. l. 1. §. final. ff. si seruit. vindic. Dec. cons. 24. num. 28. Surd. decis. 97. num. 13. Rot. decis. 127. nu. 1. part. 5. recent.*

De aliis autem detractionibus quas modo tantùm D. Flaminia, & D. Violantes prætendere ceperunt ex persona Alexandri eorum patris tanquam cessionarii Laurentii hæredis Cæsaris nempè medietatem legitimæ, & trebellianicæ debitam d. Cæsari in bonis Valeriani fideicommittentis, ac medietatem dotis Cherubinæ matris, & Mutiæ Sororis eiusdem Cæsaris nulla fuit habita ratio, non respectu detractionum legitimæ, & trebellianicæ cum Cæsar de bonis fideicōmisso subiectis, & præsertim de partis Casalis de quo nunc agitur dotauerit filias suas, huiusmodi dotes sunt imputandæ in dd. legitimam, & trebellianicam, ne contingat illas dotes bis ex dicto fideicommisso detrahi, nempè semel sub nomine do-
23 tium, & iterum sub nomine legitimæ; † Imò cum Cæsari cōpeterent huiusmodi detractiones: & pro illarum rata bonā Valeriani patris non caderent sub fideicommisso, Cæsar de istis bonis liberis, & nō de subiectis fideicommisso dotasse filias censetur, ac propterea in dd. dotibus huiusmodi detractiones imputantur, *Cyn. in auth. res quæ, in fin. C. com. de leg. Bald. in l. iubemus col. 1. vers. ita fallit, C. ad trebell. & cons. 367. & 292. col. 1. nu. 13. lib. 1. Dec. cons. 201. num. 8. Paris. consil. 17. colum. fin. lib. 2. Peregr. de fideicomm. art. 39. num. 4.*

Respectu verò medietatis dotium Cherubinæ, & Mutiæ, ommissis pro nunc aliis re-
24 sponsionibus sufficit dicere, † quod cum Cæsar plures fecerit alienationes de bonis fideicommisso subiectis, & signanter de medietate Casalis Pernæ pro pretio ducat. 5250. *Summar. Octauij de Mutis num. 2.* & de rata domus, quam pro indiuiso possidebat cum Nicolao patruo, & Britio fratre pro pretio ducat. 200. eodem

Summa-

Summario num. 2. necnon de 1506. pecudibus in hæreditate fideicommittentis relictis,& per eundem Cæsarem venditis pretio scut. 1500. eodem pariter *Summ. num. 2.* in illis dictæ detractiones dotium consumptæ præsumuntur, *Soccin. Sen. consil. 76. num. 13. in 3. volum. Soccin. Iun. in l. in quartam num. 89. ff. ad l. falcid. & consil. 137. num. 6. Peregrin. de fideicomm. art. 39. nu. 1.* Et ita vtraque parte informante, &c.

R. P. D. BICHIO.

Vrbinaten. Prædij.

Veneris 3. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Filij in conditione positi ex quibus coniecturis censeantur vocati, latissimè tractatur. Testamentum factum à filiofamilias, an valeat si postquam sui iuris fuerit effectus, fecerit solemnes Codicillos, in quibus omnia in Testamento contenta, in omnibus, & per omnia confirmauit; eruditè resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Filij in conditione positi, quando censeantur vocati.*
2 *Filij positi in conditione cum qualitate naturalis legitimitatis, censentur vocati, & quare.*
3 *Clausula*, & non aliter, *adiecta immediatè post conditionem, si sine filijs legitimis, & naturalibus, quid operetur.*
4 *Filij in conditione positi censentur vocati, quando fuit facta reciproca inter proprios filios Testatoris heredes institutos.*
5 *Filij in conditione positi, censentur dispositiuè vocati, si Testator in re particulari vocauit primogenitos filiorum, quos suprà collectiuè filiorum nomine, in conditione posuerat.*
6 *à Vocatione ad rem particularem, quando benè inferri possit ad fideicommissum vniuersale.*
7 *Filij in conditione positi, censentur dispositiuè vocati, quando Testator supposuit in alia parte testamenti, vt illi, quos suprà collectiuè in conditione posuit, fuerint ad vniuersale fideicommissum vocati.*
8 *Legatum annuum impersonaliter relictum ad pias causas, perpetuum censetur.*
9 *Filij in conditione positi, censentur dispositiuè vocati, quando Testator annua legata perpetua reliquit.*
10 *Filij in conditione positi censentur dispositiuè vocati si Testator adiecit onus perpetuum in aliqua re, quòd ipsius etiam descendentibus inesse videtur. Amplia, vt num. 12.*
11 *Filij in conditione positi censentur dispositiuè vocati, quando voluntas Testatoris alioquin adimpleri non possit.*
12 *Fideicommissum censetur perpetuum propter verba perpetuitatis adiecta legatarijs, quamuis onus ad heredes nominatos in testamento directum sit.*
13 *Filij in conditione positi, censentur dispositiuè vocati, quando Testator eos nuncupauerit heredes nominatos in testamento, in quo tamen, solùm positi in conditione reperiebantur, & quare.*
14 *Filij in conditione positi, censentur dispositiuè vocati propter grauamen perpetuum in testamento adiectum.*
15 *Filij in conditione positi, censentur dispositiuè vocati ex prohibitione alienationis indefinitè concepta.*
16 *Coniectura quando plures concurrunt, fortiores eligendæ sunt, & quid si singulæ non prodessent.*
17 *Filij in conditione positi, vt censeantur dispositiuè vocati, quando leuiores coniecturæ sufficiant.*
18 *Filij in conditione positi, censentur non solùm vocati ad portionem ipsorum Parentum, sed etiam patruorum, quando per eorum prædecessum bona ad dd. parentes deuenerunt.*
19 *Filiusfamilias non potest testari, & disponere, neque de peculio aduentitio.*
20 *Et testamentum non conualescit, licèt sui iuris factus decesserit, & quando secùs num. 21.*
22 *Testamentum factum à filiofamilias, vt valeat ex quo sui iuris factus decesserit, quæ requirantur.*
23 *Testamentũ factum à filiofamilias valet, si postquam sui iuris factus fuerit fecerit solemnes Codicillos, in quibus omnia in testamento contenta firmauit.*
24 *Et quid si Testator proferat tantùm verba dispositiua coram quinque testibus, an testamentum priùs confirmetur.*
25 *Testamentum inter liberos, solemnitatem septem testium non requirit, sed duobus tantum munitur.*
26 *Dispositio inter liberos coram duobus testibus, non dicitur Codicillus, sed Testamentum.*
27 *Testamentum confirmatum à filiofamilias sui iuris effecto in Codicillis coram quinque testibus, valet tamquam nouum testamentum.*
28 *Fideicommissum in testamento relictum, vt substineatur sufficit quæcumque voluntas.*
29 *Testamentum primum, quod erat nullum in quo fuit relictum fideicommissum, si fuerit approbatum per secundum, inducitur de nouo fideicommissum.*
30 *Confirmatio Testamenti nulli, operatur explicitam repetitionem omnium in Testamento dispositorum.*

DECISIO XLII.

COMITIS Cæsaris de Odasijs Testamentum An contineat fideicommissariam substitutionem ad fauorem D. Comitis Iulij Cæsaris, filij Petri Antonii, alterius ex filijs Testatoris hæredibus institutis, cum idem Comes Iulius Cæsar fuerit sub collectiuo nomine filiorum in conditione positus; pendet à resolutione
1 alterius quæstionis, † An scilicet in casu nostro filii in conditione positi censeantur vocati, qua hodie discussa, affirmatiuè fuit responsum, quia concurrunt plures coniecturæ id suadentes, ex quibus à negatiua sententia, *gloss. in l. Lucius la seconda, ff. de hæred. instit.* recedi solet *Peregr. cons. 91. num. 30. lib. 1. Surd. cons. 434. nu. 19.* latissimè *Fusar. de substit. quæst. 437. nu. 16. Rot. decis. 266. num. 3. part. 1. recent.*

2 Earum autem prima deducitur † ex qualitate naturalis legitimitatis, sub qua, & non aliter filii positi fuerunt in conditione; hæc enim qualitas cum censeatur adiecta ad exclusionem legitimatorum, qui vnà cum legitimis ab intestato succederent, plurimum vrget pro vocatione, *Soccin. Iun. cons. 110. num. 25. & seqq. consil. 145. num. 39. lib. 3. Menoch. consil. 420. num. 13.*

num. 13. Fusar. cons. 51. num. 4. & cons. 145. nu. 13. Rota coram san: mem: Gregor. XV. decis. 329. num. 6. decis. 422. numer. 4. part. 4. tom. 2. recentior. & in Auximana fideicommissi 22. Martij 1638. §. Prima desumitur, coram Reuerendissimo D. meo Decano;

3 Ponderando † præsertim clausulam, *& non aliter*, adiectam immediatè post conditionem, *si sine filijs legitimis, & naturalibus*, quæ non aderat in casu decisionum exaduerso allegatarũ; & plurimum vrgere videtur, quia magis excludit legitimatos, etiam qui aliàs comprehenderentur, *Leon. cons. 10. nu. 3. & seqq. & per tot. Peregr. de fideicomm. art. 24. num. 46. in fine, Thes. in addit. ad decis. 106. addit. 1.*

4 Secunda † ex reciproca inter proprios filios Testatoris hæredes institutos, quam in terminis ponderat *Rustic. in tract. de liber. in condit. posit. lib. 8. cap. 1. num. 1. Fusar. quæst. 437. nu. 87. Menoch. cons. 420. num. 8. Giouagn. cons. 79. num. 8. lib. 1. Rot. decis. 355. num. 3. part. 5. decis. 355. num. 5. decis. 389. num. 6. part. 4. tom. 2. recent.* & in alijs relatis in *Bononien. fideicommissi 26. Nouemb. 1638. §. quarta deducitur coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Terracinen. fideicõmissi 14. Decembris 1643. §. pluries coram R. P. D. meo Otthobono.*

5 Altera, † & quidem potentissima ex alia inferiori parte testamenti, in qua Testator præcipiendo modum, quo Castrum hereditarium gubernari debeat, mandat onus gubernij semper spectare ad maiorem natu, & post mortem eorum omnium ad primogenitũ masculum gradatim, vt suprà, quo loci certum est Testatorem dispositiuè vocasse ad gubernium Castri primogenitum masculum filiorum hæredum institutorum, vt clarè demonstrant verba illa *post eorum mortem*; neque hic intrat

6 dubitatio, † An à vocatione ad rem particularem, inferri possit ad fideicommissum vniuersale, vt per *Buratt. decis. 387. num. 8.* quia subsequentia verba, *gradatim, vt suprà*, supponunt pernecesse eundem primogenitum fuisse in præcedenti vniuersali fideicommisso sub conditione, *si sine filijs*, dispositiuè vocatum; cum aliàs primogeniti ex filijs hæredibus institutis, nisi ad eorum fauorem fuisset suprà præordinatum fideicommissum vniuersale, sub quo etiam Castrum comprehendebatur, nõ potuissent gradatim, vt suprà in eius admi-

7 nistratione succedere. † Quapropter, cum ex dictis verbis constet, Testatorem in hac parte testamenti supposuisse, quod primogeniti filiorum, quos supra collectiuè filiorum nomine in conditione posuerat, fuerint ad vniuersale fideicommissum vocati, euidens est, quod voluit in conditione positos dispositiuè vocare, vt tradit *Menoch. præsumpt. 76. num. 59. lib. 4. Ciriac. controu. 96. num. 70. Fusar. de substit. quæst. 437. num. 194. Rauden. decis. 27. sub num. 94. in fin. vers. præcipuè facit, Decian. cons. 49. n. 5. lib. 3.* alijsque allegatis *ab Altograd. cons. 95. nu. 65. in fin. vers. quod suppositum, & num. 66. & 96.*

8 Quarta coniectura † oritur ex oneribus annuis, ac perpetuis impositis per Testatorem ad pias causas, & quidem impersonaliter, prout est legatum perpetuum fauore Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Insulæ Fossariæ, & aliud Patribus Cappuccinis relictum, quod pariter perpetuum censetur, *Lanuuam 6. ff. de ann. leg. Gratian. discept. 104. num. 49. Peregr. de fideicom. art. 32.*

9 *num. 70. Bellon. Iun. cons. 2. num. 66.* † vt enim hæc onera perpetuò possint adimpleri, dispositiua præsumitur voluntas Testatoris etiam erga filios in conditione positos, *Rustic. in tract. de lib. in condit. posit. lib. 5. cap. 5. num. 10. Sim. de Prat. de interpr. vlt. vol. lib. 3. conf. 3. dub. 2. solut. 3. num. 25. fol. 302. Ciriac. controu. 96. num. 71. Intrigliol. de substit. cent. 3. quæst. 16. num. 144. Rota in Tiburtina fideicommissi 25. Maij 1646. §. Et quando, coram bo. mem. Arguelles, vbi allegantur concordan.*

Quinta huic affinis habetur ex Codicillis, ibi: *Ordina, che sempre, & in perpetuo, detti suoi heredi nominati in detto Testamento siano obligati à tener il Podere della Foglia* (de quo hodie agitur) *al seruitio di S. A. Serenissima d'Vrbino, e suoi successori della Casa della Rouere, cioè nel passare, che farà da quel luogo sia da detti suoi heredi seruito, &c.* Ex quibus verbis informantes pro reis cõuentis admittunt super hoc prædio constitutum esse particulare fideicommissum ad fauorem

10 etiam nepotum Testatoris; † & meritò, quia tractus successiuus contemplatus in legatarijs nempè successoribus Domus de Ruuere, quibus in transitu per hoc prędium est inseruiendum, inesse videtur, etiam personis, hoc est descendentibus Testatoris, à quibus præstandum est dictis successoribus seruitium, *Peregr. de fideicom. art. 32. sub num. 70. vers. secundo subli-*

11 *mita*, † cum alioquin voluntas Testatoris non possit adimpleri, vt per *Cranett. consil. 130. sub nu. 6. vers. itaque, vt voluntas, Paris. cons. 50. nu. 22. & seqq. lib. 2. Loderch. cons. 169. nu. 3. Surd. cons. 96. num. 15. Coccin. decis. 493. num. 10. Rota in recent.*

12 *decis. 215. num. 1. & 2. part. 1.* † non obstante, quod præceptum inseruiendi directum sit ad hæredes nominatos in testamento, ibi: *Detti suoi heredi nominati in detto testamento*, quia propter verba perpetuitatis adiecta legatarijs, adhuc fideicommissum est perpetuum, *Fusar. cons. 24. num. 65. & seqq. vbi allegat concordan.*

13 Grauati itaque † fuerunt ad inseruiendum legatarijs de Ruuere in transitu per hoc prædium etiã hæredũ institutorum filij; cumque eos Testator nuncupauerit hæredes nominatos in testamento, in quo tamen solum in conditione positi fuerant; sequitur in necessarium antecedens, quod ipsam conditionem voluerit à principio habere vim dispositiuæ nominationis, *Hier. Leo decis. Valent. 209. nu. 43. vers. rursus lib. 2.* quia alias non verificaretur, quod dicti filij essent hæredes nominati in testamento, neque hoc nomine essent grauati

14 in Codicillis: † & ipsum quoque grauamen præbet coniecturam testamentariæ vocationis positorum in conditione, *Ruin. cons. 139. nu. 7. lib. 3. Tob. Nou. cons. 31. nu. 19.* vbi quod hæc est magis communis opinio, *Decian. cons. 44. nu. 51. lib. 3. Giouagn. cons. 79. num. 26. lib. 1. Vin. decis. 262. num. 17. & 18. Barz. decis. 5. num. 6. & seq.*

15 Sexta coniectura † sumitur à prohibitione alienationis extra Familiam, non restricta ad decẽnium prout prohibitio diuisionis immediatè præcedens, sed indefinita per orationem inde-

independentem à priori, & sub particulari
verbo conceptam, ibi, *ac etiam alienationem ex-
tra familiam prohibuit*, quam coniecturam pro-
bant *Soccin.conf.25.n.8.lib.1.Curt.iun.conf.43.n.8.
Decian.conf.41.num.36.lib.1.Surd.conf.539.num.5.
Hier. Leo decis.Valent.309.num.45. lib.1. Rota de-
cis.422.num.5.par.4.tom.recent.*
16 Quare non † applicatur decis.387. Buratt.
& aliæ exaduerso allegatæ, in quibus aliquæ
ex dictis coniecturis reijciuntur: quia fortio-
res in casu nostro concurrunt, & esto quod
singulæ non prodessent, simul iungendas esse
monet in his terminis *Honded. cons 54. num.13.
lib.2. Rot.decis.356.num.11.decis.422.nu.20. par.4.
tom.2.recent.decis.330.num.10. coram san.me. Greg.
XV. & supra allegata Bononien. bonorum 26. No-
uemb.1638.§. quæ coniectura coram Reuerendiss. D.
meo Decano in Terracinen. fideicommissi 14. Decēb.
1543.§. quæ coniectura coram R.P.D. meo Otthobo-*
17 *no* † Præsertim fauore descendentium Testa-
toris ad quorum vocationem inducentiam
leuiores coniecturæ sufficiunt *Corn.cons.97.n.8
in fine lib.1.Surd.cons.344.num.19. Rota decis.266.
num.6.par.2.recen.decis.412.num.3.par.5. tom.2. &
in Auximana fideicommissi 22. Martij 1638.§.præ-
sertim coram Reuerendiss.D. meo Decano*.
18 Neque hic cadit quæstio, † An Comes Iu-
lius Cæsar dicatur vocatus dumtaxat ad por-
tionem Petri Antonij patris, vel etiam pa-
truorum, quia cum omnes patri prædecesse-
rint Petro Antonio, isque vigore expressæ re-
ciprocæ illis successerit, iam non consideran-
tur amplius portiones patruorum, sed conso-
lidatas in persona Petri Antonij, capit Comes
Iulius Cæsar filius, vti portionem patris, *Gab.
cons.115.num.13.lib.1. Fusar.cons.144.num.21. &
seq.cons.145.num.32. & seqq. Gratian. discept.371.
num.12. & seqq. Rota coram san.mem.Greg.XV. de-
cis.332.num.2. & seqq.*
19 Non obstat † quod testamentum Comitis
Cæsaris, ex quo fideicommissum educitur,
sit ipso iure nullum, eo quod ille tunc esset
filiusfamilias *l. qui in potestate l. filiusfamilias ff.
testam. Clar. in §. testamentum quæst.18. Burat. de-
cis.639.num.2.& 3.* vbi quod hoc procedit etiā
20 in peculio aduentitio † itaut nec conualescat
licet sui iuris factus testator decesserit *dicta l.
filiusfamilias in fin.instit.quib. non est permiss. facer.*
21 *testam* † nisi durauerit in eadem voluntate *l.1
§. sed si filiusfamilias vers. videlicet ff. de leg.3.* quē
22 textum intelligendum esse, † non de simpli-
ci duratione voluntatis, aut noua voluntate;
sed de iusta, & solemni, notat *Picard.in d. §.1.
num.97.vers.ex noua instit.quib. non est permiss. fa-
cer.testam. in d.l.1.§. sed si filiusfamilias tradit Bar.
num.7.Castren.cons.93.num.7.lib.1.Honded.cons.24*
vbi quod requiritur præsentia septem testium
lib.1.
23 Cum enim † testator, patre defuncto, fe-
cerit solemnes codicillos de anno 1591. in
quibus omnia in testamento contenta in om-
nibus, & per omnia confirmauit, *summario re-
sponsionis pro Comite Iulio Cæsare num.* 1. Confir-
matio hæc suffragatur, vel in vim solemnis
durationis, ac declarationis voluntatis susti-
nendi testamentum durante patria potestate,
conditum iuxta terminos *text. in d.§.sed si filius*
24 *familias Bart. ibidem num.7. in fin.* † vbi quod si
testator proferat verba dispositiua confirma-
tionis testamenti, testamentum prius confir-
matur, quamuis coram quinque testibus tan-
25 tum emanauerint; † quia agitur de testamen-
to inter liberos, quod solemnitatem septem
testium non requirit, sed duobus munitur *l.
fin.C.famil. ercisc. Ias. in l. hac consultissima, §. ex
imperfecto num.6.C.testam. Gabr. de testam. concl.7.*
26 *nu.1. & 7.Comes. ad l.3. Taurin.53. & 55.* † vbi
addit quod dispositio inter liberos corā duo-
bus testibus non dicitur codicillus, sed testa-
mentum, & per consequens, liberi succedunt
27 ex testamento *Seraph.decis.1302.num.6.* † & in
puncto confirmationis testamenti factæ à filio
familias sui iuris effecto in codicillis coram
quinque testibus, quod valeat tanquam nouū
28 testamentum *Castren.d.cons.93.num.6.lib.1.* † Eo
magis vt fideicommissum in testamento reli-
ctum debeatur, nam ad sustinendum fideicō-
missum sufficit quæcunque voluntas, vt in
his terminis *Picard. in d.§.1. num.97. instit. quib.
non est permiss. facer. testam. Comes. in l. 45. Tauri
sub num. 41. circa med. vers. secundo pro ista*, vbi
29 ait, † quod si quis in secundo testamento ap-
probat primum, quod erat nullum, induci-
tur de nouo restitutio bonorum per fideicō-
missum *ex text. in l. posthumus §. si paganus ff. in-
iust.rupt.irrit. testam.l. si quis priore ff. ad Trebell.*
Vel in vim nouæ dispositionis codicillaris,
ac si primum testamentum esset pars ipsius
30 codicilli, in quo confirmatur, † operante
huiusmodi confirmatione explicitam repeti-
tionem omnium in testamento dispositorum
*l.1.C.codicill. Natt.cons.483.num.2. Cephal.cons.73
num.25. & seq.Surd.cons.238.num.9. & seq. aliique
relati ab Altograd. cons. 78. num. 13. & seqq. & in
puncto Castren.d.cons.93.num.6.vers. nam sicut lib.1*
Cæteræ exceptiones de valida alienatione
huius prædij ex capite, aut æris alieni, aut de-
tractionum, aut consensus à Comite Iulio
Cæsare præstiti, particulari dubio opportunè
discutientur; cum hodie strictè quæsitum
fuerit de vocatione dicti Comitis ad fidei-
commissum Aui.
Ad quod vocatum esse Rota censuit vtra-
que parte informante.

R. P. D. MELTIO,

Posteà Episcopo PAPIEN.

Romana locorum Montium.

Veneris 3. Iunii 1650.

ARGVMENTVM.

Sententia quæ transiuit in iudicatum tunc exe-
qui debet, quandò constat de illius validitate,
& iustitia, quocircà in præsenti decisione di-
scutitur, an reproductio monitorij sit neces-
saria pro validitate processus, vbi pars citata
comparet; deindè an identitas bonorum fi-
deicommissariorum probata remaneat, quan-
dò constat de alienatione dd. bonorum, &
illo-

illorum pretium apparet erogatū in emptionem aliorum bonorum, cum eisdem vinculis, & oneribus, ita vt dici possit facta subrogatio, eruditè resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ex quibus dicatur effecta deserta, ita vt sententia fecerit transitum in iudicatum.*

2 *Appellans si causam non prosequitur, censetur ab appellatione recedere, & facto proprio sententiam confirmare.*

3 *Sententia quæ transiuit in iudicatum exequi debet.*

4 *Amplia etiam instantibus hæredibus illius, ad cuius fauorem lata fuit.*

5 *Sententia quæ transiuit in iudicatum, tunc eo faciliùs exequi debet, quando constat de illius validitate, & iustitia.*

6 *Validitas sententiæ ex quibus probata remaneat.*

7 *Reproductio monitorii non est de essentia vbi pars citata comparet.*

8 *Monitorii reproductio, ad quem effectum requiratur.*

9 *Productio iurium ex quibus realiter facta deducatur.*

10 *Sententia immissionis ad fauorem alicuius prolata, quando detegitur iusta, venit exequenda ad instantiam illius filiorum & hæredum.*

11 *Bona fideicommissaria quæ vendita fuerunt, & illorum pretium apparet in emptionem aliorum bonorum erogatum cum eisdem vinculis & oneribus; censetur facta subrogatio.*

12 *Identitas bonorum fideicommissariorum dicitur probata, quando apparet de subrogatione.*

13 *Subrogatione secuta, habetur perinde, ac si onera & vincula adiecta fuissent à principio in bonis subrogatis.*

14 *Alienationes bonorum imputantur in detractiones alienanti competentes.*

15 *Hypotheca regulariter non cadit super bonis feudalibus.*

16 *Obseruantia subsecuta benè declarat vincula super bonis adiecta.*

17 *Actio ex empto datur emptori contra venditorem, vbi fraus considerari posset.*

18 *Hæres vt teneatur seruare factum defuncti, quæ requirantur.*

DECISIO XLIII.

TVLIT A.C. de anno 1639. sub die 22. Augusti sententiam immissionis in possessionem vigintiquinque locorum Montium Cōmunitatis secundæ, & tertiæ erectionis ad fauorem D. Fabij Columnæ vti fideicommissarij q. Alphonsi eius patrui, contra Ecclesiam Sanctorum Ambrosii, & Caroli de Vrbe dictorum locorum tertiam posseditricem, quæ licet appellauerit, appellationem tamen prosequi, & fatalia iam elapsa prorogari nunquā curauit; Defuncto dicto Fabio DD. Marius, & Dominicus Columna tanquam fideicommissarij prædicti Alphonsi, & eiusdem Fabij filij, & hæredes prætendentes d. sententiam fecisse transitum in iudicatum, obtinuerunt illius executionem mihi committi à Signatura iustitiæ, quæ rescripsit cum solita clausula *Constito de re iudicata*, ac cuius rescripti formam posito hodie dubio; An constet de re iudicata, fuit per Dominos affirmatiuè responsum, Siquidem à sententia lata sub dicta die 22. Augusti 1639. licet fuerit appellatio interposita die 7. Octobris eiusdem anni, Tamen quia commissio appellationis non fuit impe-
1 trata, † & si impetrata dicatur, non docetur de citatione facta ad dicendum contra intra annum, imò lapsum fuit integrum decennium absque eo quod in causa quidquam actum fuerit, sine aliqua fatalium prorogatione, vtique appellatio effecta fuit deserta, & sententia ipsa fecit transitum in iudicatum perinde, ac si ab ea appellatum non fuisset *cap. cum sit Romana extr. de appell. clem. si appellationem eod. tit. l. 2. & l. fin. & authen. ei, qui, C. de tempor. & repar. appell. Rota coram Put. decis. 28. lib. 2. & in recent. decis. 414. num. 3. par. 5.* & ex similibus circumstantijs pro re iudicata respondit Rota coram Reuerendiss. D. meo Decano in alia simili causa inter eosdem DD. Columnenses, & Excellentiss. D. Principem Burghesium, *vt ex decisione coram d. Reuerendiss. D. meo Decano emanata sub 25. Februarii* 1641. & idem comprobatur *in Aquilana Iurispatronatus 4. Iunii* 1646. *coram R. P. D. meo Corrado §. quia cum ab eo tem-*
2 *pore cura*, vbi declaratur, † quod appellans si causam non prosequatur videatur ab appellatione recedere, & facto proprio sententiam confirmare, *& in Perusina bonorū 18. Iunii 1649.*
3 *coram eod. §. 1. & in altis*, † ac proinde illa exequi debet *l. post rem iudicatam, ff. de re iudicat. l. 1. C. eod. l. fin. C. de execut. rei iudic. Rota in recen. decis. 601. num. 2. vers. & consequenter part. 4. tom. 3.*
4 etiam instantibus † hæredibus Fabij, ad cuius fauorem ea lata fuit, *l. si à te, §. Iulianus scribit, l. si mater, §. idem Iulianus, l. exceptio rei iudic. ff. de excep. rei iudic. gloss. in l. & an eadem in verb. personarum eod. tit. Alex. in l. sæpè nu. 69. vers.*
5 *vna est, ff. de sent. & re iudic.* † eoque facilius attenta validitate, & iustitia dictæ sententiæ *Rota in Ausculana hæreditatis 7. Iunij 1649. coram R. P. D. meo Rojas in princip.*

6 Validitas † probatur ex ipso processu, in quo constat de iurisdictione; mandatis, & citationibus, ac obseruatione terminorum substan-
7 tialium *iuxta decis. Verall. 262. par. 2.* † Obiecta autem nullitas ex prętenso defectu monitorij, illiusque reproductionis visa fuit irreleuans, vltra quod non requiritùr de essentia vbi pars citata comparet, *Caputaquen. decis.* 112. *part.* 1. *Rot. decis. 16. de iudic. in antiq. decis. 447. num. 3. p. 1. diuers. Lancell. de attent. 2. part. cap. 4. in præfat. à num. 128. vsque ad 142.* & comprobat *Modern. de cit. cap. 16. num. 64. Rota coram san. me. Greg. XV. decis. 37. num. 2. & ibi adden. num. 9.* Ex compari-
8 tione enim citati resultat sufficiens † probatio monitorium fuisse rite, ac rectè executum, quod sufficit, cum alia ratione reproductio non requiratur, quàm ad effectum reddendi certum Iudicem de vera, & actuali executione monitorij *Caputaquen. d. decis. 412. num. 1.* &
9 benè *Gratian. discept. foren. cap. 639. num. 1. cum seqq* Visum etiam fuit Dominis reproductionem realem adesse, cum illa optimè deducatur ex productione facta à Cursore sub illis verbis facto

cto realiter, ac tenoris denotantibus productionem realem, *Grat.discept.foren.cap.121. numer.33.add. ad Greg.XV. decis.59.num.13. Rota in Ferrarien. bonorum 9. May 1594. coram Lancell. & in Vrbeuetana fideicommissi 16. Nouemb. 1619. coram bon.mem. Coccino.*

Iustitia dictæ sententiæ satis etiam est euidens: Nam non controuertitur inter partes, quod Alphonsus Columna donauerit suam tertiam partem Castri Rebiani Mario seniori eius germano fratri, cum fideicommisso ad fauorem primogeniti, sin minus secundogeniti, seruato perpetuo ordine primogenituræ, & quod eadem pars Castri fuerit deinde vendita D.Carolo Barberino bon. mem. prætiumque inde redactum subrogatum pro fideicommisso ordinato in d. donatione in tot
10 locis Montium † quibus sic stantibus cum Marius, & Mutius eius primogenitus prædecesserit Alphonso donatori, sicque factus fuerit locus fideicommisso ad fauorem Fabij secundogeniti, vtique immissio eidem Fabio concessa vigore fideicommissi in d. donatione contenti fuit iusta, & consequenter venit hodie exequenda ad instantiam Marij iunioris, & Dominici eius filiorum, ac hæredum *l. si à te, §. Iulianus scribit. ff. de except. rei iudic. Innoc. in cap. quamuis sub num. 2. vers. alias autem res iudicata, vbi etiam Imol. sub num.1. vers. & aduerte de sent. & re iudicat. Pancirolus cons.13. sub num.9. vers. & licet amplius non viuant cum seqq. Surd.consil.312.num.12. vers. & ratio est, Modern. Neapol. ad Peregr.art.53.fol.558.col.1.*

Quibus non aduersatur, quod immissio cõcessa fuerit contra loca Montium Communitatum secundæ, & tertiæ erectionis, quæ libera esse prætenduntur ex quo loca prouenientia ex pretio Castri sint primæ erectionis. Quia
11 ex datis in Summario DD. Columnensium apparet dicta loca primæ erectionis extracta fuisse, illaque conuersa in emptione aliorum locorum secundæ, & tertiæ erectionis cum eisdem vinculis, & oneribus, quæ important omnimodam, & plenariam subrogatione *l. impari, §. hi, qui vbi Dec. & Cagnol.ff. de reg.iur. Crauett.conf.263.num.7.Soccin.sen. cons.30. num.3. lib.1. Rot.post 2.volum.cons.Farinac.decis.82.num.2.*
12 *& 91.num.2.* † Vnde patet non deficere requisitum substantialem ad obtinendum immissionem vigore *l. fin.* scilicet probationem identitatis, quandoquidem omnia iura, & prærogatiuæ transierunt in loca subrogata *l. decernimus, vbi Bart. de aquedict.lib.11.l. si cum, §. qui iniuriarum*
13 *ff. si quis caut.* † & habetur perinde, ac si onus, & vinculum d. fideicommissi adiectum fuisset à principio locis secundæ, & tertiæ erectionis *Gratian.discept.foren.cap.114.num.81.& c.454 num.16.lib.3.Gregor.XV.decis.69. sub num.1.& 2.*

Minùs releuat aliud prætensæ iniustitiæ
14 obiectum ex eo deductum, † quod cum Alphonsus in donatione in qua d. fideicommissum, ac primogenituram constituit sibi expressè reseruauerit mobilia, & gemmas, necnon ratam scut. 2000. ex hæreditate Lauræ eius auiæ, loca montium, de quibus hodie agitur censeri debeant alienata in dictam causam, veniantque propterea imputanda in partem detractionis competentis eidem Alphonso vigore d. reseruationis *ad text. in l. Marcellus, §. res quæ vbi communiter DD.ff. ad S.C. Trebell.* Nam dicta loca Montium empta fuerunt ex pretio Castri, reseruatio autem ratæ scutorum bis mille, & facultas illis disponendi cadit tantum super hæreditate Lauræ Columnæ eius auiæ, ad quam cum certum sit d. Castrum non pertinuisse, nec minus eam habuisse ius
15 per d.Castro, aliquam hypothecam, † quæ regulariter super feudalibus non cadit, *cap. si de feudo, §. licet vassallus, vers. in generali si de feud.defunct.contr.fuer. Speculat. de pignor. num.30. Negusan.eod.tractat.2.part.2.membr.num.49. Gabr. de reg.iur.concl.12.num.15. & 21.Mastrill. decis.86 num.2.* vtique obiectum penitus euanescit, eo-
16 que † magis attenta obseruantia subsecuta, dum Ecclesia dicta loca semper possedit sub expressa subiectione primogenituræ ex quo sequitur vt ipsamet agnouerit in dictis locis non intrare d. facultatem disponendi, & sic in illis negari hodie non potest vinculum primogenituræ, vt in his terminis respondit *Rota decis.68.num.11.decis.108. num.33. apud Moder. Peruf. de subhast. & in Romana Saluiani de Casalibus 17.Nouemb.1637.§. & demum, coram bon.me. Buccabella, Romana Saluiani 14. Martij 1650. §. non obstat, vers. sed tertij possessores, coram R.P.D. ... Bichio.*

Non obstat denique, quod præfati Marius & Dominicus prout nec alij successiuè vocati ad dictam primogenituram tanquam donatarij vniuersales, qui loco hæredis habentur, impugnare non valeant alienationem factam per Alphonsum donantem, sed imò teneantur illam defendere, ac manutenere Ecclesiam causam habentem ab Andrea Turrio dictorum locorum Montium emptore.
17 Quia primo respondetur, † quod nec etiam ipse Alphonsus cogi posset ad aliquam manutentionem fauore Turri emptoris, ex quo in resignatione dictorum locorum Montium per ipsum facta procedendo bona fide expressit omnia vincula, quibus dicta loca subiacebant, sicque cessat ratio fraudis cuius causa datur emptori actio ex empto contra venditorem, *ad text. expressum in l. 1. §. venditor si cum sciret & l. quaro, ff. de apt.empt. & vendit. Mangil. de euict.quæst.167.num.23. & seqq.*

Secundò prorsus remouetur obiectum ex eo, quod Marius nequaquam dici potest Donatarius vniuersalis, stante reseruatione plurium rerum facta per donantem, scilicet vsusfructus Castri donati, necnon ratæ scut. 2000. competen. super hæreditate Lauræ auiæ, atque alterius portionis ad effectum testandi prout de ea testatus fuit, scribendo respectu
18 illius sibi hæredem. † Vnde sequitur, quod nec dictus Marius, nec alij successiuè vocati ad primogenituram haberi possint loco hæredum, nec teneantur seruare factum defuncti, cum ad hunc effectum duo compulatiuè requirantur, nempe quod donatio sit vniuersalis omnium bonorum, & quod nullus alius datus fuerit hæres vniuersalis *Barbos. ad Gudopap.*

dopap. quæst. 105. *Celsus Vgo consf.* 13. *num.* 22. *Ger. Spin. consf.* 75. *num.* 33. *& 34. Carauit. decis.* 25. *nu.* 9. *vers. & præfata vera sunt.*

Et ita vtraque parte &c.

R. P. D. CORRADO.

Posteà S. R. E. CARDINALI.

Roman. seù Florentin. Cambiorum.

Veneris 3. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Obligatio facta per errorem eo detecto nullius est roboris, & momenti etiam quod fuerit sub forma cameræ munitò. Cessione facta verbis amplissimis nulla remanet actio penes cedentem, sed omnes in cessionarium transferuntur.

SVMMARIVM.

1 *Cessio iurium amplissima facta absque vlla retentione penes cedentem omnes transfert actiones in cessionarium & num.* 16.
2 *Cambiandi facultas quando cessare dicatur.*
3 *Error probatur ex appositione partita iam antea alteri cessa.*
4 *Error non præiudicat veritati, sed inficit quidquid contra eam actum fuit.*
5 *Error excludit consensum, & causam obligandi & quando num.* 7.
6 *Error annullat obligationem etiam cameralem & num.* 8. *vbi vide.*
7 *Relationi peritorum in quem partes consenserunt standum est.*
8 *Verba certam quantitatem exprimentia ad maiorem trahi nullo modo possunt.*
9 *Pretium iustum dicitur, quo communiter rem attentis circumstantijs vir bonus seu iudex vendi posse arbitratur.*
10 *Cessio facta vero creditori non subiacet dispositioni l. per diuersas mandati.*
11 *Cessio quanti debeat æstimari vbi facta fuit cum credito minoris quantitatis, melioris tamen qualitatis.*
12 *Cessionarius non eximitur à diligentijs necessarijs pro exactione nominis certi ex promissione manutenendi debitorem cessum verum & exigibilem.*
13 *Pretium diminuitur ex pluribus incommodis rei venditæ.*
14 *Argumenta & coniecturæ nihil valent vbi de rei constat veritate.*
15 *Cedens potest re integra summam cessam exigere.*
17 *Ordinis acceptatio prò residuo arguit reliquam summam fuisse solutam.*
18 *Cessio ad certam summam restricta nihil vltra illam potest operare.*
19 *Summa indebite exacta restituenda & compensanda venit.*
20 *In Nundinis scuti auri stamparum duntaxat vsu recepti sunt.*
21 *Negligentia debitoris creditori non præiudicat.*
22 *Voluntas contrahentium in instrumento expressa maximè attendi debet.*

DECISIO XLIII.

FRANCISCVS Balleonus debitor Rafaelis Alemani in summa scut. 2670. mon. Florent. promisit die 23. Februarij 1627. se soluturum dimidiam debiti partem proximo mēse Augusti, alteram vero dimidiam infra annum exindè decurrendum, Concessa creditori facultate recipiendi pecunias conuentis temporibus non solutas sub interesse cambiorum damno debitoris vsque ad integram solutionem, vt constat ex Instrumento inter partes eo die cælebrato, ac iureiurando, & Camerali obligatione roborato. Cui Vincentius eiusdem Francisci frater accessit. Cum autem Alemanus eodem tempore debitor esset Octauiani de Lottis in summa scut. quadringentorum, nec non annui census scut. triginta sex valoris scutorum sexcentorum mon. Rom. cessit, & in solutum dedit eidem Octauiano patrem dimidiam prædicti eius crediti cum Balleono infra annum (vt supra) soluendam pro satisfactione dd. scut. quadringentorum, & sortis principalis, & frustuum d. census non solutorum. Eoque titulo transtulit in Cessionarium omnia eius iura; *nullo retento, &c. Ponens &c. Ad habendum, &c. Constituens &c.* Conuenit tamen manutere debitorem cessum verum, & exigibilem. Et pro maiori cautela, & securitate cessionarij obligauit se tanquam fideiussorem principaliter, & in solidum pro Balleono, contra quem reseruauit sibi in casu molestiæ regressum pro indemnitate. Et cum præseruatione anterioritatis Iurium dicto Octauiano competentiū, ac nouationis exclusione, vt legitur in alio instrumento cælebrato cum iuramento, & forma Camerali die 10. Martij eiusdem anni 1627. Deindè verò quia statutis terminis Balleonus non satisfecit idem Alemanus (vt præsupponitur) vsus est facultate sibi in præcedenti instrumento concessa in Nundinis Cambiorum Placentiæ, vsque ad mensem Iunij 1630. quo tempore initis inter eos calculis, & detractis (vt dicitur) scutis mille monetæ tāquam cessis d. Lotto, idem Balleonus confessus fuit se debitorem de scut. mille tercentis septuaginta duobus, & solidi duabus auri stāparum comprehenso interesse cambiorū per totam diem primam eiusdem mensis. Ac de alijs scutis similibus sexcentis triginta, & solid. duodecim ob aliam causam constituentibus summam scut, duorum millium, ac duorum, & solid. quatuordecim auri stamparum, vt patet ex Instrumento cęlebrato die 17. eiusdem mensis Iunij. In cuius executione Alemanus fuit satisfactus mediante solutione sc. 2824. mon. Rom. sub die 31. Augusti 1635. vt apparet ex partitis Montis Pietatis.

Verùm quia Lottus eius cessionarius remanens adhuc creditor (prout asseritur) d. Balleoni ex causa eiusdem cessionis de scut. sexcentis tribus mon. Rom. illi creditum retrocessit die 26. Nouembris 1635. Ideò ipsi pro hac etiam summa agenti coram A. C. vigore primi Instrumenti sub d. die 23. Feb. 1627. & d. retro-

retrocessionis ; Opposita fuit , & per Iudicem approbata compensationis exceptio pro scut. 373. auri stamparum , qui fuerunt per errorem calculati ad debitum Balleoni in posteriori Instrumento sub die 12. Iunij 1630, nec non pro scut. 116. & bai. 45. monetæ erroneè pariter calculatis in reductione monetæ argenteæ ad aurum (iamque per Alemanum exactis in dicta summa scut. 2824.) vt apparet ex sententia . A qua commissa mihi appellatione , Dubitaui , An constet de errore calculi , ita vt admittenda sit compensatio , vel potiùs concedendum mandatum executiuum pro parte ipsius Alemani petitum .

Et Domini re maturè discussa responderunt affirmatiuè quoad summam dd. scut. 373. auri stamparum . Quoniam error manifestè conuincitur ex ipso Instrumento , in quo narrato tenore primi d. die 23. Februarij 1627. cælebrati , Balleonus se constituit debitorem de scut. 1372. b. 2. auri stamparum pro sorte , & cambijs eousque decursis, nulla facta mentione , neque ratione habita , quod ipse iam dederat in solutum sub die 10. Martij partem dimidiam eius crediti Lotto cum amplissima iurium cessione , nihil in se retinendo , cuius
1 vigore actiones omnes vtiles transierant omninò in cessionarium , itaut directæ remanserint prorsus inefficaces penes cedentem , nullumque illi competeret exercitium illarum , nisi in casu molestiarum pro conseruatione indēnitatis specialitèr excepto in d. Instrumēto eiusdem cessionis in vers. *& in euentum in quē d. D. Rafael &c. ad l. si nomen cum duabus seqq. l. nomina eorum ff. de hæred. & act. vend. l. nominis venditio l. emptor & l. pen. C. eod. tit. l. 3. & l. si in solutum cum l. seq. C. de oblig. & action. Angel. in l. si cum emptore num. 3. vers. Et per hoc iam consului &c. ff. de pact. benedict. de Barz. de Guarentig. par. 1. qu. 9. col. fin. vers. Item quod agenti &c. Osasc. decis. Pedemont. 45. sub num. 7. vers. Et prædicta multo magis locum habent &c.* & latè *Surd. cons. 22. sub num. 34 vers. Responderi etiam potest &c. cum seqq. Io. Crot. cons. 83. sub num. 11. vers. & pro hac conclusione &c. cum seqq. Bott. cons. 62. num. 13. vers. secundo considero &c. Iosef Ludou. concl. 4. declarat. 13. Thes. decis. 201 sub num. 7. vers. Limitatur tamen &c. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 13. sub num. 4. vers. quarto &c. & respondit Rot. in recent. decis. 373. sub num. 23. vers. & quamuis penes cedentem &c. par. 4. & decis. 248. sub num. 1. vers. quia fuit responsum &c. & decis. 411. sub num. 2. vers. vel post cessionem &c. cum seq. par. 5. Ces. Barz. decis. 56. num. 39. vers. & eo maximè &c. ac decis. 70. num. 28. vers. nam ex hoc &c. cum alijs relatis per modern. Roman. discept. 538. sub num. 37. vers. In casu enim nostro &c.* Ac proindè cessauit pro ea rata in alium translata pendente adhuc dilatione ad soluendum facultas cambiandi ,
2 quæ ipsi † Alemano concessa fuit pro summa debita, in cuius solutione veniente die debitor fuisset morosus, vt legitur in d. primo Instrumento in vers. *E di più detto Sig. Francesco in caso che lui mancasse &c.* & comprobatur & theor. *Bald. in rubr. C. de vsur. sub num. 13. vers. quarto quæritur &c.* quem sequitur *Alex. in l. in insulam §. vsuras sub num. 5. vers. de hac materia &c. ff. solut. matrim. & Gabr. cons. 151. sub num. 7. vers. quoniam non est satis &c. lib. 1. & per Rodric. de Annu. reddit. lib. 3. quæst. 4. sub num. 41. vers. His tamen non obstantibus &c. cum seq.*

Vndè resultat euidens error calculi, & confessionis prædictæ eo ipso probatus, ac constat ex d. præcedenti Instrumento dimidiam d. de-
3 biti prius cessam Lotto , † non fuisse ad creditum Alemani , & sub interesse cambiorum calculandam prout factum fuit in hoc posteriori *l. si post diuisionem, & l. seq. C. de iur. & fact. ignor. Bart. in l. sed & si me putem in princ. num. 2. vers. nota ergo &c. ff. de cond. indeb. Crau. cons. 157. sub num. 8. vers. tertiò respondeo , Surd. cons. 202. num. 13. vers. error autem probatur &c. Honded. consil. 66. num. 69. vers. in casu autem nostro &c. lib. 1. Rot. penes san. mem. Gregor. decis. 179. sub num. 4. vers. Adest etiam &c. & seq. Burat. decis. 282. sub num. 1. vers. error autem &c. & seq. Duran. dec. 200 num. 23. vers. & ex erroribus &c. ac in recent. decis. 158. sub num. 4. vers. & stante errore &c. par. 2.*
4 Qui non præiudicat veritati , † sed quicquid contra eam actum fuit inficit, ac irritum omnino reddit *l. cum falsa l. si non transactionis l. error facti C. de iur. & fact. ignor. l. 1. C. de error calcul. Alex. cons. 156. viso Instrumento num. 7. vers. non obstat secundum Instrumentum &c. & seqq. vsque ad fin. lib. 6. Gabr. cons. 62. num. 3. vers. certi enim iuris est lib. 2. Surd. d. cons. 202. sub num. 9. vers. His autem non refragantibus &c. & seq. Rot. penes Card. Mantic. decis. 199. sub num. 7. vers. Vndè magis debet attendi &c. & san. mem. Greg. decis. 522. num. 14. vers. maximè cum appareat de errore &c. ac seq. & Burat. decis. 912. sub num. 9. vers. non obstante confessiones &c. & seq. cum alijs relatis in Bonon. Cens. coram me 20. Iunij 1644. in §. Hoc itaque consti-*
5 *tuto .* Nam præterea defectum consensus , † & causæ obligationis *l. si per errorem ff. de Iurisd. omn. Iud. l. nihil consensui ff. de Reg. iur. l. non idcirco C. de iur. & fact. ignor.* Ideoque non excluditur iurisiurandi virtute *Aldobrand. cons. 49. sub num. 15. vers. quia natura iuramenti &c. lib. 1. Gabr. cons. 62. sub nu. 9. vers. Ex hac verò conclusione &c. cum seq. lib. 2. cum alijs per modern. Rom. discep. 501. num. 27. vers. nec aduersatur &c. cum seq. Rot. penes Pen. decis. 60. num. 4. vers. nam error &c.* Nec for-
6 mæ † Cameralis vigore *Buratt. decis. 336. sub num. 1. vers. quæ exceptiones &c. & in Recent. decis. 567. num. 16. vers. quarto denique &c. par. 3. ac in alijs* Quando præsertim (vt in hoc casu) iam liquidatus per Relationem Periti à Iudice ele-
7 cti in quem partes consenserunt , † cui deferendum est *Honded. cons. 50. sub num. 17. vers. & quando &c. lib. 1. Barz. decis. Bonon. 67. num. 7. vers. licet &c. cum seq. Rot. penes Card. Seraph. dec. 665. sub num. 2. vers. iste enim modus probandi &c. & in recent. decis. 10. num. 12. vers. imò vt in decisione concluditur &c. & decis. 242. num. 2. vers. Regula enim est &c. ac seq. par. 6.*

Neque obstat quod d. cessio , & datio in solutum facta fuerit Lotto prò rata , & concurrenti tantum quantitate eius crediti scut. mille cum Alemano quæ asseritur fuisse detracta ex calculo inito cum Balleono ; non autem ad debitum illiùs adscripta .

Quia contrarium apparet ex verbis Instru-

menti Cessionis, & Dationis in solutum prædictæ quæ non sunt numeralia, nec ad certam summam restricta, sed quotitatiua dimidiam partem d. crediti explicite comprehendentia, vt legitur ibi; *creditatem d. crediti in dd. duabus vltimis paghis, & terminis soluendam videlicet de mense Februarij, & Augusti 1638. cessit, & in solutum dedit supradicto D. Equiti præsenti &c. in satisfactionem sortis, & fructuum &c. & ex titulo huiusmodi cessionis, & in solutum dationis &c. cessit etiam omnia iura &c. nullo iure &c. Ad habendum &c.*
8 *Ponens &c. Transferens &c. Constituens &c.* † Atque ideò ad minorem quantitatem referri nō possunt ad *tex. in l. si nomen cum l. seq. l. qui filiusfamilias vbi gloss. & Odofred. in fin. ff. de hered. vel act. vend. Fran. Duaren. ad eumdem titulum cap. 5. in fin. vers. nec tenetur venditor &c. & comprobatur ex tex. in l. si quis hæredes ibique gloss. in verb. æque partes &c. ff. de hæred. Instit. Paris. cons. 63. num. 12. vers. Ad quod etiam lib. 2. & in specie respondit Rota in Roman. pecun. de Zabrer. 17. May 1581 coram Cantuc. decis. 148. sub num. 1. vers. Primo quia &c. & seq. par. 2. diuers.*

Non enim subsistit obiecta prætij iniustitia ex eo deducta, quod dimidia pars crediti Alemani excederet summam scut. mille per ipsum debitam Lotto.

Quandoquidem ad constituendum iustum prætium nominis cessi, non est habenda ratio solius debitæ quantitatis, sed eius, ac personarum qualitas, & cæteræ omnes casus circumstantiæ considerari debent. Itaque iustum
9 illius prætium esse censentur, † quo his omnibus attente perpensis communiter vendi posse vir bonus, seù prudens Iudex probabiliter arbitratur *l. 1. §. aditiones in fin. vers. nam dies &c. vbi gloss. in verb. summa ff. de Edend. l. circa legem in prim. resp. l. in quantitate §. magna vers. in diem relicta &c. ff. ad l. falcid. l. solidum ff. de solut. l. si quis vxori in fin. ff. de furt. Bald. in l. Per diuersas sub num. 8. vers. Actio enim non est formali pretio æstimanda &c. & sub num. 28. vers. Vndè totum hoc arbitrio Iudicis moderandū est &c. & prius Cyn. sub num. 2. vers. Primo quia &c. & sub num. 3. vers. secundo queritur &c. & Salyc. sub num. 6. vers. similiter tu habes &c. C. mand. Corn. cons. 258. sub num. 3. vers. Tùm quia fortè ipsa Domus &c. lib. 1. & cons. 263. sub num. 7. vers. item licèt actio competat &c. lib. 1. Tiraq. de Retract. lignag. §. 1. gloss. 18. sub nu. 34. vers. ergo tamen &c. cum seqq. Sigismun. Loffred. cons. 52. sub num. 27. vers. Præterea aduertendum &c. Gabr. com. concl. lib. 2. tit. de Action. conclus. 5. num. 36. vers. Primò declara &c. & seq. Sot. de iust. & iur. lib. 6. quæst. 2. art. 3. concl. 1. vers. Pretia rerum &c. & concl. 3. vers. quamobrem &c. & quæst. 4. concl. 1. vers. Respondetur &c. Nauar. in manual. cap. 17. sub num. 231. vers. nobis tamen videtur verum &c. Azor. instit. moral. par. 3. lib. 4. cap. 6. q. 3. vers. Altera est opinio &c. & vers. Cæterum &c. fol. mihi 702. Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 12. sub num. 2. vers. secundo &c. & sub num. 16. vers. sed quanti &c. Rot. decis. 340. num. 5. vers. sed in hoc &c. par. 1. diuers. & decis. 307. sub num. 12. vers. nec obstat quæ dicuntur de modicitate pretii par. 1. recentior.* Neque vrget hoc casu dispositio *d. l. Per diuersas C.*
10 *mand.* † Quando vero creditori fit cessio pro satisfactione sui crediti, vt habetur in ipso *tex. vers. & his quæscumque vel creditor &c.* ibique explicat *gloss. in verb. & his &c. & Cyn. sub num. 2. vers. si ergo huius, legis intellectus &c. Bart. sub numer. 19. vers. quæro quid vult dicere tex. &c. & Bald. num. 7. vers. in textu &c. ac cæteri DD. Gabr. d. conclus. 5. sub num. 7. vers. secundo limita &c. Menoch. Præs. 129. num. 11. vers. secundus est casus &c. lib. 3. Rot. d. decis. 307. n. 13. vers. Accedat &c. par. 1. & decis. 274. sub num. 2. vers. rursus non habet locum &c. par. 3. recent. & in Aesin. Bonorum 1. Iulij 1639. coram R. P. D. meo Bichio vbi alia referuntur concordantes.* Quarè cum in casu proposito creditum Lotti cum Alemano prò parte purum esset; prò residuo fructiferum ad rationem annui census sex prò centenario; Debitum verò Balleoni eidem cessum in diem, & infructiferum per annum, & vltra. Et Alemani persona diuitiis affluens, ac solutioni parata, Balleonus autem ingenti æris alieni mole oppressus, exactionisque difficilima, ità vt eius creditoribus necesse fuerit Congregationem Baronū adire, Castra iurisdictionalia distrahere, prætiumque sub vinculis, & cautionibus recipere. Ac præterea cessio, & datio in solutum facta fuerit pro satisfactione non tantum sortis eidem Lotto debitæ, sed pro fructibus quoque decursis, & non solutis. Non potest vtique ad certam quantitatem scut. mille restringi, sed de parte dimidia eiusdem crediti (vt
11 verba sonant) intelligi debet, † quam attentis in præmissis circumstantijs tanti iustè potuisse in hac facti specie ab ipsis partibus æstimari, quanti creditum Lotti licet minoris quantitatis, melioris tamen qualitatis Domini sunt arbitrati *iux. theor. Cyn. in d. l. si per diuersas sub num. 3. vers. vel verius dicas &c. ibique Bald. sub num. 28. d. vers. Vndè totum hoc arbitrio Iudicis moderandum est &c. & Salic. dicens esse communem sub d. num. 6. vers. ideo Petr. &c. C. mand. Gabr. d. concl. 5. num. 37. vers. Et propterea &c. Menoch. de arb. iud. lib. 2. cas. 248. & alij præcitati DD.*

Nec refert quod Alemanus promiserit manutenere debitorem cessum verum, & exigibilem, seque illius fideiussorem etiam principaliter, & insolidum constituerit, atque anteriora, & potiora Lotti iura citra nouationem durare consenserit.

12 Quoniam hæc non eximebant † Cessionarium omninò à diligentijs necessarijs prò exactione nominis cessi ad *tex. l. si mandauero tibi l. 2. §. interdum in fin. ff. mand. Soc. sen. cons. 273. n. 6. vers. confirmatur &c. lib. 2. Bec. cons. 105. sub nu. 25. vers. Hoc etiam expressè dicit &c. Eugen. cons. 72. num. 16. vers. Et ità in terminis &c. lib. 1. & cæteri adducti per Scacc. qui rationes addit. de Camb. §. 2. gloss. 5. sub num. 263. vers. ratio autem &c.* Minusque
13 à cæteris incomodis supra relatis, † quæ iustam præseferunt causam diminutionis pretij vt concludit *Azor. d. cap. 7. quæst. 3. in d. vers. Cæterum &c. & alijs relatis probat Modern. Controu. 169. à num. 21. vers. & ob id &c. cum plur. seq. & Contr. 170. num. 16. vers. secundo dicebam &c.*

Minus repugnant cætera argumenta pro restrictione d. Cessionis ad summam scutorum mille deducta.

Tum

Tùm quia singula facile diluuntur. Siquidem inscriptio Instrumenti leuioris est releuantiæ, nec quicquam concludit cum bene conueniant, quod cessio pro scutis mille, (vt illa præsefert) facta fuerit de parte dimidia crediti in ipso Instrumento comprehensa tanti inter partes ex facti circumstantijs æstimata; vt dictum est. Confessio autem in d. Instrumento die 17. Iunij 1630. celebrato nulla circa hoc legitur, & si quæ per relationem ad asserrum calculum præcedentem indè posset inferri nullius est roboris tanquam manifestè erronea, vt supra probatum fuit. Nec pariter hoc indicat Retrocessio Lotti sub die 26. Nouembris 1633. quia nullam fecit mentionem de dd. scut. mille, sed tantum retrocedit Alemano creditum scut. 603. monetæ contra Franciscum Balleonum, ac eius hæredes, aliàs sibi ab eodem Alemano cessum in d'Instrumento 10. Martij 1527. quod certè sub cessione dimidiæ debiti eiusdem Balleoni maioris quantitatis comprehendebatur. Non etiam stringit ordo subscriptus à D. Vincentio prò soluendis dd. scut. 603. eidem Lotto, quia narrat factum alienum, & se refert ad Instrumentum cessionis, quæ (vt dictum est) validè fierì potuit de parte dimidia d. crediti prò satisfactione scut. mille attentis facti circunstantijs Ac demum concludit finalem, & integram solutionem cuiuscunque summę ob eam causam debitæ absque vlla restrictione, vt in eo legitur ibi, *sono per vltimo, & intiero pagamento di tutto quello potesse pretendere dal Sig. Francesco &c.*

Tùm quia cum rei veritas ex verbis d. Instrumenti euidenter appareat, ac præmissis ra-
14 tionibus comprobetur nihil est † quod argumentis, & coniecturis subtilius inquiratur *l. qui fundum la 1. §. pen. vers. Cæterum secundum verba &c. ff. de contrah. empt. l. ille aut ille §. cum in verbis ff. de leg. 3. l. continuus §. cum ità stipulatus in fin. vbi gloss. fin. ff. de verb. obligat. Bec. cons. 21. sub num. 23. vers. & à verbis &c.* & latè probat *Surd. cons. 366, sub num. 4. uers. Rectius tamen &c. cum Rot. penes san. mem. Gregor. decis. 157. num. 12. uers. non obstant plures coniecturæ &c. & in recent. decis. 752. sub num. 3. uers. Tamen &c. par. 3. & dec. 361. sub num. 6. uers. secus uero &c. cum seq. par. 4. tom. 2. sepè in alys.*

Præterea non subsistit, quod Alemano licuerit d. summam quamuis sub præcedenti
15 cessione comprehensam exigere, † dum adhuc res esset integra cum cessionario *iux. l. 3. C de Nouat.*

Quia (præterquod Balleonus agnouerat Lottum cessionarium pro creditore, & illi inceperat soluere) non procedit conclusio, quãdo cessio amplioribus verbis facta fuit, vt in proposito casu, nullo iure per cedentem retento cum clausula Ponens &c. & alijs prænarratis, quarum vigore actiones directæ remanserunt prorsus inutiles, & inefficaces penès eũ-
16 dem cedentem, † earumque exercitium omninò translatum fuit in cessionarium, vt respondit, & latè probat *Surd. cit. cons. 22. sub d. num. 34. uers. Responderi etiam potest &c. cum seqq. Thes. decis. 201. sub nu. 7. uers. limitatur tamen &c. ac aly DD. supra relat. in uers. Domini re mature discussa responderunt &c.* Neque hoc in præsentia reuocari potest in dubium non solùm quia ipse Alemanus in d. Instrumento cessionis sibi specialiter reseruauit ius agendi prò eius indemnitate cóntrà Balleonum debitorem cessum in eo tantùm casu (hactenus non iustificato) quo molestiam passus fuisset occasione eiusdem cessionis, ac promissionis factæ Lotto. Verum etiam quia modò agit vigore Retrocessionis illi factæ per d. Lottum eius Cessionarium, cui residuum debiti à præfato Balleono debitore cesso solutum fuit.

Postremo non obstat quod si pars dimidia debiti Balleoni à d. Calculo, ac Instrumento cum Alemano inito detrahatur, non ideò ille remanet liberatus, sed Lottò Cessionario, & consequenter eidem Alemano vigore Retrocessionis soluere, non autem cum alterius iactura locupletari debeat.

Quia stante cessione prædicta, nec in Calculo crediti Alemani congruè referri, nec ab illo iure exigi potuit, vt hactenùs probatum est. Lottus autem Cessionarius cui erit soluenda præsumitur eam exegisse excepto residuo summæ dd. scut. 603. prò cuius finali so-
17 lutiòne acceptauit † ordinem Vincentij, & retrocessionem eidem Alemano fecit *l. si ex pluribus in princ. ubi gloss. in uerb. reliquum, & ibi Angel. sub num. 4. ac aly ff. de solut. Bald. in l. ab Anastasio sub num. 10. in fin. uers. nàm hæc uerba &c. C. mand. Salyc. in l. unic. sub num. 6, uers. sed iuxtà prædicta quæro C. de confess. Castr. in l. 2. sub n. 3 uers. sed quæro &c. de Hæred. instit. Dec. in l. creditori sub num. 6. uers. Tertio nota &c. & seq. C. de Post. Alex. cons. 141. niro Instrumento num. 4. uers. nec potest dici &c. lib. 6. Rot. penès Card. Seraph. decis. 617. nu, 13. uers. nàm si pro residuo &c. Buratt. decis. 344. num. 18. uers. quod uerbum &c. & in rec. decis. 76. sub num. 3. uers. cum solutiones factæ pro residuo &c. & seq.* Atque ideò neutro titulo quicquam prætendere valet Alemanus vltra sum-
18 ma scut. 603. † ad quam restricta fuit retrocessio prædicta, vt in ea legitur ibi, *si che l'effetto sia, che possa conseguire li detti scudi 603. & percio io cedo tutte le mie raggioni &c. l. & quidem uers. & si certæ summæ ubi DD. ff. de hæred. uel act. uend. l. si ex pluribus §. Lucius Titius ex duobus Chirografis ff. de solut. Odofred. in d. l. qui filius familias in fin. uers. uideamus expositionem litteræ ff. eod. tit. de hæred. uel act. uend. Specul. par. 2. tit. de cession. act. §. 1. sub numer. 28. uers. cum in contractibus &c. ubi Io. Andr. in Addit. in uerb. quicquid circa princip. uers. Hic autem quæritur &c. Incert. Auct. de Cession. sub numer. 18. uers. nam cessio est stricti iuris &c. Tract. Diuers. tom. 3. par. 2. Bertazzol. Clausul. 27. gloss. 2. sub num. 5. uers. causa enim &c. Rot. decis. 410. sub n. 1. uers. & procedit &c. & sub num. 2. uers. sed responsum fuit &c. par. 3. lib. 3. diuers. & penès Card. Seraph. decis. 658. sub num. 2. uers. moti fuerunt Domini &c. cum seq.*

Quarè cum ex prædictis iam clarè constet in hac parte de errore calculi, & confessionis Balleoni æmanatæ in d. Instrumento celebrato die 17. Iunij 1630. iure meritò censuerunt Domi-

Domini summam per Alemanum ex huiusmodi erronea causa indebitè exactam resti-
19 tuendam, † seù compensandam esse cum ea, quam modò eiusdem debiti occasione petit, *iuxt. l. 2. & 3. ff. de compens. l. eleganter in princip. vers. si post rem iudicatam, ff. de cond. indeb. l. creditor, §. fin. ff. de solut. Bald. cons. 92.* Quædam sententia fuit lata sub *num. 2. vers. super secundo autem puncto, &c. lib. 1. Roman. cons. 238. sub num. 1. vers. & est nostra fundata conclusio, &c. cum seq.* & latè cõprobatur ex traditis per *Sebast. de Medic. in eius tract. de compens. part. 1. quæst. 25. sub nu. 7. vers. contrariam tamen partem, &c. cum seqq. & par. 2. qu. 31. à num. 29. vers. videamus modo, &c. & plurib. seqq. Menoch. Præs. 47. numer. 34. vers. vigesima secunda exceptio, &c. cum seqq. lib. 2. Rot. penès san: mem: Greg. decis. 342. & Duran. decis. 32. nu. 2. vers. obstares enim, &c. cum seq.*

Alter autem prætensus error in reductione monetæ Florentinæ ad scutos aureos stamparum nõ videtur hactenus iustificatus pro parte Balleoni.

Quia licèt eius debitum originaliter contractum fuerit in scutis argenteis valoris libr. septem monetæ Florentinæ, vt constat ex dicto primo Instrumento die 23. Februarij 1627 celebrato. Tamen ob moram per illum in solutione cõmissam transfusum fuit ex ipsius consensu in scutos aureos vigore pacti, quo facultatem Alemano concessit recurrendi ad
20 Nundinas cambiorum, † in quibus cum aurei dumtaxat scuti stamparum vsu recepti sint ac deducantur, *Scacc. de camb. §. 1. quæst. 1. nu. 61. vers. Romæ enim, &c. cum seq. & §. 2. gloss. 3. sub num. 71. vers. Declara secundò, &c. Modern. Genuen. in simil. tract. disput. 1. quæst. 22. sub nu. 7. vers. dicendum tamen est, &c. & seqq.* Necessarium vtique fuit scutos illos argenteos ad aureos tunc reducere, quod cum factum appareat iuxtà communem aurei valorem eo tempore currentem, nullus indè error inferri potest etiamsi posteà vsque in diem solutionis factæ 31. Augusti 1633. creuerit aurei valor, nàm id cessit damno Balleoni, qui ex eo tempore quo creditor vti cœpit facultate cambiandi in Nundinis, effectus fuit debitor tot aureorum; atque ideo eosdem, vel eorum communem valorem tempore solutionis currentem restituere debet. Cum etiam post contractam moram huiusmodi monetæ alteratio cedat
21 damno debitoris † cuius negligentia creditori præiudicare non debet, *l. quod te, l. vinum, vbi DD. ff. si cert. petat. Bart. in l. Paulus la prima, sub num. 8. vers. sed si tu poneres, &c. & ibid. alij DD. ff. de solut. Soc. cons. 298. sub num. 1. vers. quinimò lib. 2. Albert. Brun. de Augument. & diem. mon. lim. 1. sub nu. 1. & seqq. Ant. Gabr. com. concl. lib. 3. de solut. concl. 3. sub nu. 1. Thes. decis. 174. sub nu. 4. vers. secus verò si esset in mora, &c. Maresc. resol. 94. sub n. 10. vers. aut mutatio valoris, &c. cum seq. lib. 1. Cancer. var. resol. lib. 2. cap. 6. de solut. sub num. 140. vers. si verò pecunia, cum seq. & alij.* Idque certiùs redditur ex eodem Instrumento 23. Februar. 1627 in quo specialiter conuentum fuit, quod Balleonus in casu moræ teneretur ad cambia, & aliud quodcunque interesse, prout in eo
22 legitur, † quod clariorem demonstat partium voluntatem maximè attendendam, *l. in conuentionalibus, ff. de verb. oblig. l. in conuentionibus, ff. de verb. signif. cap. intelligentia cod. tit. Bald. cons. 213. Punctus quæstionis sub num. 2. in fin. vers. & ideò, &c. lib. 5.* quem sequitur *Boer. decis. 327. sub num. 19. vers. & ideò, &c. Menoch. consil. 49. sub numer. 10. vers. Primò considero, &c. & cæteri passim.*

Et ita fuit conclusum vtraque parte informante, &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO
Sacræ Rotæ DECANO.

Meleuitana Territorij.

Veneris 3. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Quod non possit Fideicommissarius propria capere auctoritate possessionem bonorum fideicommissi, sed illam de manu hæredis recipere teneatur hic plenè discutitur. Redemptio bonorũ fideicõmissi ab hærede grauato facta, quando sibi, & hæredibus, quando verò fideicommissario quæratur hic pariter disceptatur.

SVMMARIVM

1 *Sententia transit in iudicatum si ab ea appellatum non fuit infrà decennium.*

2 *Sententiæ duæ in Tribunali fabricæ S. Petri faciunt rem iudicatam.*

3 *Fideicommissarius non potest propria auctoritate apprehendere possessionem, sed illam ab hærede grauati capere tenetur. Limit. vt num. 5.*

4 *Facultas capiendi possessionem propria auctoritate ex quibus verbis dicatur concessa.*

5 *Fideicommissarius propria auctoritate, non autem de manu hæredis bonorũ capit possessionem, stante facultate illi concessa.*

6 *Donatum tantùm censetur ius, quod donatori competebat.*

7 *Verbum,* totum, & integrum, *in donatione expressum, non solam portionem donatoris, sed alienam quoque comprehendit.*

8 *Fundo simpliciter legato, sola portio Testatoris legata dicitur, secùs si fuerit dictum legato, tum atque integrum fundum.*

9 *Pronomen,* ipsius, *restringitur ad portionem donatori, vel Testatori spectantem.*

10 *Possessio fideicommissaria propria capta auctoritate dicitur spoliatiua, vt ex indè reintegrationem hæredis impedire non possit.*

Quod quando procedat, vide ibidem nu. 3. & seqq. ac per totam decis.

11 *Clausula,* constituti, *& similes vbi non sunt claræ, non operantur quod fideicommissarius propria capiat auctoritate possessionem bonorum fideicommissi.*

12 *Reintegratio non impeditur per exceptiones turbidas.*

13 *Bona fideicommissaria proprio nomine, quamuis ex pretio fideicommissi reempta fiunt acquirentis. & num. 17., sed vide num. 14. & seqq.*

Fideicõmissarij habent ius agendi ad restitutionem pre-

pretij, quo bona fideicommissi fuerant per grauatum redempta. num. 13.

14 *Hæres bona redimens fideicommissi ex pretio fideicommissario in dubio pro fideicommisso præsumitur redemisse.*

15 *Redemptio bonorum fideicommissi in executionem præcepti Testatoris facta cedit commodo fideicommissarij.*

Amplia, vt ibidem.

16 *Hæres grauatus non cogitur esse negotiorum gestor, vel procurator fideicommissi.*

18 *Fructuũ condemnatio fit tantũmodò à die mota litis vbi non agitur de spolio violento, vel attentato. ad Fructus, qui percipi potuerint non fit cõdemnatio nisi in spolio violento, vel attentato. num. 18.*

DECISIO XLVI.

NON obstantibus iis, quæ pro parte Fabritij deducta fuerunt contrà sententiam Rotalem confirmatoriam sententiæ latæ per Cõmissarium R. Fabricæ S. Petri responsum fuit
1 constare de re iudicata † cum non fuerit ab vltima appellatum infrà decennium, *Auth. hodie, C. de appell. cap. quoad consultationem de sentent. & re iudic.* Et in Tribunali eiusdem Fabricæ
2 duæ sententiæ † faciunt rem iudicatam, ex *Constit. 95. fœl. mem. Pij V. Bull. nou. tom. 2.*

Subsistit enim fundamentum *decisionum editarum coràm Reuerendiss. D. Terracinen. & R.P.D. meo Otthobono*, quia cum Catherina Manduca, & litis Consortes prætenderent Territorium Diarazara ad se spectare ex antiquo fideicõmisso Francisci Xerri, non poterant propria authoritate illius possessionem apprehendere,
3 sed † tenebantur citare Imperiam hæredem Gregorij Iunioris, de cuius manu erat Capienda possessio, *ad text. in l. 1. ff. quor. legator. cum alijs in ijsdem decisionibus latè deductis.*

Nec huiusmodi spolium euitatur allegando totum, & integrum Territorium fuisse antiquitus vsque, & de anno 1579. à Francisco donatum Gregorio ex cautà Matrimonij cum Imperia contrahendi cum clausula, *constituti.* & expressione, quod donabatur integrum, &
4 indiminutum † quibus verbis tacitè videtur data facultas capiendi possessionem propria authoritate, vt in terminis dixerunt *Alexan. in addit. ad Bart. in d. l. 1. Cuman. consil. 61. in fin. Menoch. de adipisc. remed. 2. num. 77. Ond. consil. 78. num. 22. & seqq. lib. 2. Argel. de legit. contron. q. 10. num. 22. & seqq.* Quo casu licet fideicommissa-
5 rio † etiam absque alia citatione, vel actoritate Iudicis ingredi possessionem, vt limitando contrariam regulam, tradunt *DD. in l. Titia cum testamento, §. Lucius, ff. de legat. 2.* & declarat *Ias. in l. nemo potest in prima lect. num. 31. & in 2. num. 37. de legat. 1. Gozadin. cons. 91. num. 10. Bero. cons. 92. num. 18. lib. 2. Neuizar. cons. 82. nu. 26. cum duob. seqq. Eugen. cons. 55. num. 15. & 16. lib. 1. Peregr. de fideicomm. art. 47. num. 41. Fusar. de substit. alios referens quæst. 605. num. 19.*

Adhoc tamen obiectum, super quo acriter insistebant Informantes pro Fabritio, responsum fuit non esse clarum in donatione compræhenditorum Territorium, cum illius medietas acquisita fuerit per Gregorium filium Francisci Donatoris nomine proprio, vt ex Instrumento celebrato die 23. Martij 1585. in
6 dubio † enim censetur donatum tantummodò ius donatori competens, *l. si Domus 74. §. final. de legat. 1. cum alijs copiosè allegatis in vtraque decisione R.P.D. mei Otthoboni.* Et licet verba Donationis videantur ob eorum amplitudinem apta compræhendere vtramque portionem, ibi: *In toto, & integro Territorio*, & ibi, *quod totum, & integrum Territorium appellatum Diarazzara integrum, & indiminutum*, quæ cum saluatione recti sermonis restringi non possint ad
7 solam medietatẽ, † compræhendere videntur etiam portionem alienam iuxtà receptam distinctionem *DD. in l. Iulianus 66. ff. de legat. 3. Menoch. consil. 1145. num. 15. & 16. Salon. de Pac. consil. 25. num. 22. Rot. in recent. decis. 118. num. 26. part. 6. relata in postrema decisione vers. Et licet*, Idemque tradunt *Bart. in l. serui electione, §. cum fundus sub num. 4. vers. item hac lex, ff. de legat. 1.* asserens hanc distinctionem, quod si Testator habens fundum commuuem legat simplici-
8 ter fundum, † suam dumtaxat portionem legare censetur, at si leget totum fundum, censeatur etiam legasse portionem Condomini, quam sequuntur *Dec. cons. 69. sub num. 4. vers. & ad hoc specialiter facit Crauett. cons. 80. sub num. 15. vers. Ponderando quod substitutio.*

Fuit tamen animaduersum post verba illa, *in toto, & integro Territorio*, additum fuisse pronomen ipsius, ibi: *In toto, & integro Territorio*
9 *ipsius Francisci*, † quod pronomen excludere posse videtur portionem ad Nicolaum Antonium fratrem, eiusque hæredes spectantem, & restringere donationem ad eam solum portionem, quæ tunc temporis erat in dominio donatoris, *argumento text. in l. 2. §. in locum, ff. de Religios. & sumptib. Funer. Natt. cons. 292. sub nu. 5. Surd. cons. 450. nu. 43. Grat. discept. for. cap. 98. nu. 7.* In proposito autem satis est fuisse dubiam compræhensionem huius medietatis sub illa donatione, & fideicommisso, vt indè necessaria foret citatio, & Iudicialis cognitio, & ali-
10 ter † capta possessio sit spoliatiua, adeòut proindè non possit retardari reintegratio, ex adductis per *Rot. in Romana Spolij 9. Iunij 1627. coram bo. me. Merlino, & in Imolen. Spolij 15. Martij 1628. coram Card. Viril. & in Terracinen. fideicommissi 14. Febr. 1643. vers. Nec statutum, coram Reuerendiss. D. Terracinen.*

Indèque etiam non suffragantur clausulæ, *constituti*, aliæque tribuentes facultatem capiendi possessionem propria authoritate.
11 Quia † cum ex deductis non sit vndique clara compræhensio fideicommissi quousque in alio iudicio discussa non fuerit, & plenè firmata compræhensio, interim huiusmodi clausulæ nihil operantur, vt bene declarat *Zuccard. in l. final. sub num. 382. vers. si verò possederit, C. de edict. Diu. Adr. toll. Argel. de legit. Contrad. quæst. 10. art. 11. num. 173. cum seqq.* & latè in his sententiis respondit *Rota in Bononien. Bonorum 24. Ianuarij 1646. vers. facultas autem, cũ seqq. & 31. eiusdem vers. nam primò in fin. coram Reuerendiss. D. meo Dunozetto.*

Et ideò etiã nihil relevat promissio euictionis facta Gregorio Donatario, quia cum ipsa cadat tantummodò super portione donata debet prius discuti, an, & quæ portio fuerit in donatione comprehensa, alias non facta meliori discussione exceptio remanet turbida

12 non † valens impedire petitam reintegrationem, vt monuit *Bart. in d. l. fin. num. 22. & seqq. C. de edict. Diu. Adr. toll. Surd. decis. 333. numer. 1. Rot. in recent. decis. 115. num. 10. part. 1. cum aliis in supracitata Bononien. Bonorum 31. Ianuarij 1646. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Quod autem dicebatur etiam hanc medietatem reincidisse sub fideicommisso vtpotè à Gregorio redemptam ex pacto francandi præcedenter apposito in ipsa adiudicatione facta Hospitali, dictum fuit non subsistere ex quo redemptio, & recuperatio facta fuit proprio nomine pro se scilicet, & hæredibus suis, quo

13 casu † portio recuperata fit acquirentis reseruato iure fideicommissariis agendi ad restitutionem pretij si ex pretio fideicommissi recuperata fuerit, vt latè *Menoch. cons. 213. numer. 23. Peregr. de fideic. art. 44. num. 28. Rota coram Duran. decis. 63. num. 2. & decis. 421. num. 4. vers. quæ duo, & numer. 14. & 15. post Cenc. de censib. secundum modernam impress.*

Contraria verò procedunt, vel vbi hæres expresè non declarauit quo nomine voluerit

14 redimere, † quo casu præsumitur in dubio redemisse ad commodum, & vtilitatem fideicommissi, in quibus terminis loquuntur, *Dec. cons. 238. num. 4. vers. quinto quærit. Franch. dec. 64. num. 10. Rot. apud Canal. decis. 58. num. 1. & Duran. decis. 210. num. 18. & in recent. decis. 180. num. 1. part. 1.* vel vbi aderat præceptum redimendi, quo casu, quia redemptio censetur facta in exe

15 cutionem præcepti præambuli † cedit commodo fideicommissi etiam si redimens proprio nomine redimere declarauerit, in quibus terminis intelligendi, sunt *Marchabrun. cons. 29. num. 239. post med. vers. & quando etiam redempta fuisset, & num. 240. & Peregr. decis. Patauin. 2. sub num. 9. vers. sed tamen.* Alias cessante præcepto

16 præambulo cum hæres non cogatur † esse negociorum gestor, vel Procurator fideicommissarij, *l. postulanti, §. sed, & in huiusmodi, ff. ad Trebell.* si proprio nomine redimat sibi cen-

17 setur acquirere, † vt latè explicando, & distinguendo materiam, dictum fuit in *Bononien. Bonorum 21. Februarij 1642. vers. minus visum fuit coram me.*

Declararunt tamen Domini constare de re iudicata quo ad reintegrationem Cumuli ad possessionem partis tenimenti cõtrouersi tantummodò, non autem quoad alteram partem sententiæ in qua per Capitulum separatum condemnantur Fabritius, & litis Consortes ad restitutionem fructuum perceptorum, & qui percipi potuerũt à die captæ possessionis vsque

18 ad actualem reintegrationem; † Quia cum immissi fuerint authoritate Iudicis indèque non agatur de spolio violento, vel attentato condemnandi erant tantummodo ad restitutionem perceptorum à die motæ litis, vt dictũ fuit in *decis. 307. sub num. 1. & seqq. coram Duran. & latè in Romana Domorum in Burgo 12. Nouembris 1649. coram R. P. D. meo Otthobono.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Cracouien. Dismembrationis Decimarum.

Veneris 3. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Alienatio siue dismembratio Decimarum ab aliqua Ecclesia fieri non potest sine euidonti necessitate, aut vtilitate illius, quæ tamen non dicitur erectio alterius Ecclesiæ Parochialis in Præposituram, ac maior commoditas eidem Ecclesiæ Ministrantium.

SVMMARIVM.

1 *Dismembratio decimarum, decimas ad Ecclesiam dismembratam spectare continet.*
Priuatio supponit habitum. num. 1.
2 *Decimarum exactio spectat ad Ecclesiam, ad quam spectant decimæ.*
3 *Episcopus tenetur requisita in alienatione bonorum Ecclesiæ seruare, sicque partes interesse habentes omninò citare debet.*
4 *Consensus interesse habentium in alienatione bonorum Ecclesiæ non probatur ex sola Episcopi assertione.*
5 *Necessitas, seù vtilitas Ecclesiæ non probatur ex alienatione facta pro erectione Parochialis in Præposituram, ac pro maiori in ea ministrantium commoditate.*
6 *Grauamen alicui Ecclesiæ iniunctum, sine euidenti necessitate, aut vtilitate Ecclesiæ cuius fauore fuit factum Ecclesia granata præiudicium non infert.*
7 *Vtilitas non solius Rectoris, verum etiam Ecclesiæ in alienatione bonorum illius reperitur.*
Episcopus legitimam cognitionem in alienatione bonorum Ecclesiæ sumere debet. num. 7.
8 *Obseruantia verè probari debet, non autem præsumptiuè.*
9 *Beneplaciti Apostolici præsumptionem tollit iustæ causæ defectus, & quando.*
10 *Præscriptio requirit possessionis continuationem tempore legitimo.*
11 *Præscriptio per malam fidem excluditur.*
12 *Præscriptiones oppositio quomodo excludatur à Constitutione Vrbani Octaui.*

DECISIO XLVII.

DECIMAS ex Villis, de quibus agitur exigendas, & Ecclesiæ Cocensi in actu Dismembrationis ab Ordinario assignatas Czemiernicensi Eccclesiæ adiudicandas esse hodie DD. responderunt; Hæc enim præfatas Villas decimandas intrà suæ Parochiæ limites comprobat constitutas, non solum ex actu visitationis, atque sententia Ordinarij Cracouiensis, sed etiam tùm ex ipso Dismembrationis decreto, tùm ex Decimarum addictione fauore Cocensis Ecclesiæ Ordinaria auctoritate subsecuta, quæ proindè præfatas decimas ad Cze-

Czemiernicensem Ecclesiam antecedenter
1 spectasse demonstrant. † vt habitum priuatio designat, *l.decem, ff.de verb.oblig. l.Titia vsusfructus in princ. ff.de cond.& demonstr. l.manumissiones, ff.de iustitia, & iure, Oldrad.cons.296.nu.4. Gonzal. ad reg.8. gloss.53.nu.34. Rot.coram Verall.dec.344. num.5. part. 3. & coram Buratt. decis. 660. num.4. & 119.num.4. part.1. recent. & in Squillacen. Dismembrationis 3.Iunij 1644. coram Ren. P. D. meo Otthobono, & in Comen. Dismembrationis 22. Iunij 1648. coram R. P. D. meo Corrado*, ac ipsius quoque intentione super earum exactione
2 decimarum † sacris innixam esse Canonibus ostendunt, prout in *cap.fin. de Paroch. cap.quoniam à nobis,cap.cum sint,cap.cum contingat decimis, & in cap.ad decimas de rest. spol. Rot.coram Seraph. decis.802.nu.1.& 10. coram Gregor.decis.504.nu.3. coram Buratt.*402. vbi late *Add.& c-ram bo:mem: Coccino decis.16.num.1.& decis.55.num.8.*

Neque Ecclesiæ Cocensi poterit suffragari præfatum Dismembrationis decretum, ac decimarum addictio de anno 1529. eidem facta per Episcopum, postquam enim idem Episcopus (vt ex ipsismet dismembrationum litteris, manifestè conuincitur) ordinaria tantùm
3 auctoritate processit, † tenebatur requisita in alienandis Ecclesiæ bonis necessaria adhibere, ac partes interesse habentes omninò citare, *iuxtà text. in cap. sine exceptione 12. quæst. 2. & in cap. dudum de rebus Ecclesiæ non alien. lib.6. Garz. de benef.part.12. cap.3.num.3. Lotther.de re benefic. quæst.28. num.4. lib.1.* & respondit *Rot.in decis.1. de rebus Ecclesiæ non alien.in nouis,& coram Seraph. decis.772.nu.4. & 1062.nu.1. & coram Greg.504. nu.5. & in alijs relatis in Add. Squillacen. Dismembrationis 3.Iulij 1644. coram R.P.D. meo Otthobono, & in Comen. Dismembrationis 22. Iunij 1648. coram R. P. D. meo Corrado, & in Pisauren.Parrochialis 11.Februarij 1650.coram me*, & tamen in vtroque defecit: siquidem Summi Pontificis beneplacitum deest,ac citationem habentium
4 interesse, † siue eorum consensum, propria tantum assertione iustificat, quæ tamen in casu proposito fidem non mœretur, vt alias censuit *Rot. coram Crescent. decision.13. de probat. & coram Seraphin. decis. 106. numer. 1. & in alijs relati per Add. ad decis. Gregor. 504. numer.9.* Iustam verò necessitatis,siue vtilitatis Ecclesię causam deducit ex erectione alterius vicinæ Parrochialis in Præposituram ad instantiam
5 particularis Patroni, † ac pro maiori in ea Ministrantium commoditate, ex qua nullo pacto resultat,vt comprobat *Lotther.de re benef. lib.1. quæst.28.num.25. cum seqq. Rot.in Marsicana Dismembrationis fructuum 14.Februar.1598. coram recol. mem. Card. Pamphilio, apud Garz. de benef. quæst.12. cap.3. sub num.4. cum seqq. & in Algaren. Dismembrationis 11.Ianuar.1619. coram Remboldo impressa part.4. tom.2. recentior. decis.68.numer.14.*
6 adeòque nullum † exindè potuit Czemiernicensi Ecclesiæ grauamen inferri, vt respondit *Rot. coram Seraphin. Add. decis.1062. num.1. & in Squillacen. Dismembrationis 3. Iunij 1644. coram R.P.D.meo Otthobono*.

Nec præfatæ citationis necessitas in proposito casu cessabat, ex quo Rectori Czemiernicensis Ecclesiæ decimæ fuerant ipsius durante vita reseruatæ, cum non solius vtilitas Recto-
7 ris à Sacris Canonibus spectetur, † sed etiam Ecclesiæ, ac successorum, de quorum vtilitate Ordinarius legitimam pernecesse cognitionem tenebatur assumere, vt respondit *Rot. in Toletana Parochialis 19.Nouembris 1601.& 1.Februarij 1602. coram Corduba impress. post Garz. de benef. part.12.cap.3.num.7.& 8. & in Comen. Dismembrationis 22.Iunij 1648. in §. præterea coram R.P.D.meo Corrado*.

Non etiam Cocensis Ecclesia poterit longeuo temporis cursu iuuari,siue ad inducendam confirmationis Apostolicæ præsumptionem, siue ad præscriptionem exindè eliciendam; Quia legitimæ præsumptioni resistit tum obseruantiæ defectus tempore congruo non cō-
8 tinuatæ, † quæ tantum adhunc effectum verè debuisset, non autem præsumptiuè probari, vt respondit *Rot.coram bo:mem:Coccin. decis.301. num.2.& 4. & in Valentina Baronia 4. Iunij 1603. coram Ottembergo, & in Toletana Dismembrationis 9.Iunij 1623. coram bon: mem:Pirouano*, tum iustæ causæ defectus,quæ beneplaciti Aposto-
9 lici præsumptionem tollit; † donec eiusdem scientiam habuisse Summum Pontificem comprobetur, vt notat *Alexan.in cons.9.num.8. lib.3. Ruin.consil.23.num.19. lib.5. & alij relati per Menoch. de præsumpt.lib.3. præsumpt.132. num.70. & 71. Aymon. de antiq. temp.part.3. 1.§. num.18.*
10 Præscriptionem verò elidit, † siue non iustificata possessio pro tempore legitimo continuata prout necessariū foret,*ex l.3.ff.de vsucap. & cap.sine possessione de reg.iur. lib.6. vbi post gloss. notant ibi communiter DD.Rot.coram Greg.dec.249 num.2.& decis.372.num.12.part.4.tom.2. recentior.* siue euidens rituli nullitas,atque inistitia, ma-
11 læ fidei inductiua, † ac consequenter exclusiua præscriptionis, *iuxtà text.in cap.vlt.de prescr. Butr.in cap.peruenit de censibus, Paris.consil.27. numer.119. lib.1. cum alijs adductis in Colon. Occupationis bonorum 26. Ianuarij 1637. in §. nec releuat, coram Eminentiss. D. meo Card. Panzirolo*: Prætereà oppositiones supradeductæ reprobantur
12 expresse † in Constitutione sanct: mem: Vrbani VIII. ædita 5. Iunij 1641. cuius initium Romanus Pontifex in S.Beati Petri Sede constitutus, in §.*Necnon reliqua*, vt alias ponderauit *Rot. in vna Barchinonen. Exemptionis 13. Iunij 1646. in §.Tum quia repetita, coram Rev.P.D. meo Corrado*.

Et ita Czemiernicensis Ecclesiæ Rectore tantùm per contradictas informante, resolutum.

RE-

REVERENDISSIMO P. D. CERRO,
Sacræ Rotæ Romanæ DECANO.

Eugubina Coadiutoriæ.

Veneris 3. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Coadiutoria, Canonicatus obtenta sub narratiua, quod Canonicus erat in 63. annorum circiter, constitutus vnde ob ingrauescentem ætatem, & ob aduersam valitudinem, & præsertim ob dolores articulares, non absque difficultate poterat inseruire Ecclesiæ, ex quibus dicta narratiua remaneat iustificata, vt subsistat talis gratia Coadiutoriç & quid si iste qui obtinuit gratiam, alibi procedendo bonam recuperauerit valitudinem.

SVMMARIVM.

1 *Aetas probatur per fidem baptismi.*

2 *Aetas, quando narratur per dictionem,* in *veluti in 70. annis circiter, sufficit, quod annus 70. sit incoeptus.*

3 *Quod multo magis procedit si adsit dictio,* circiter.

4 *Canonicus, quod propter ingrauescentem ætatem, non sit amplius habilis ad inseruiendam Ecclesia ex quibus probetur.*

5 *Peritis in artem standum est.*

6 *Probatio generalis non requirit tam exactam probationem, sicut quando est necessaria specialis.*

7 *Commode, quod non possimus non dicimus nos posse & num. 15.*

8 *Narratiua facta per verba alternatiua, non requiririt omnimam iustificationem.*

9 *Coadiutoria obtenta, sub expressione certa causa, si alia addantur, sub clausula generali,* seu certis alijs causis, &c. *tunc omnimam iustificationem requirit declara tamen ut num. 11. & 12.*

10 *Coadiutoria gratia, sine iusta causa concedi non solet.*

13 *Coadiutoria, si fuerit obtenta ob infirmitatem, qualiter d. infirmitas sit iustificanda.*

14 *Caputaquen decis. 240. num. 1. part. 1. & decis. 91. num. 1. part. 2. in quibus terminis loquuntur.*

16 *Infirmus, si quis in alibuo loco erat, & postea alibi existendo pristinum recuperauerit roborem, id tribuendum poterit salubriori aeri.*

17 *Aer salubrior iuuat ad temperandos dolores articulares.*

18 *Vicariatus officium licet sit operiosius, quam Canonicatus, tamen id intelligitur extentiuè, comprehensiue tamen non est adeo laboriosum, et quare num. 19.*

20 *Coadiutoria gratia, ut ex defectu iustificationis infringantur, requiritur concludentissima probatio.*

21 *Coadiutor debet habere ætatem requisitam ad obtinendum beneficium declara tamen num. 22.*

23 *Papa, si commiserit conscientiæ alicui examen circa idoneitatem alicuius pro obtinendo aliquo beneficio eiusdem attestationi standum est.*

24 *Subreptio tollitur per expressionem genericam.*

25 *Valor beneficij per non excessum ex quibus iustificetur.*

26 *Beneficij valor per non excessum ut iustificetur sufficit semiplena probatio.*

DECISIO XLVIII.

GRATIAM Coadiutoriç esse iustificatam in causa bis proposita Domini responderunt omissis enim alijs, quæ à Capitulo, & Canonicis non impugnabantur, iustificata fuit narratiua principalis gratiæ, quod nempè, *Virginius in 63. circiter suæ ætatis anno constitutus ob ingrauescentem ætatem huiusmodi, ac incommoda, quæ ætas ipsa passim secum afferre solet, eidem Ecclesiæ ratione illius Canonicatus, & prabenda quos obtinet, de cætero absque difficultate per se ipsum, vt conuenit in Diuinis deseruire, oneraque sibi incumbentia supportare non possit*: Quod enim esset in sexagesimo tertio suæ ætatis anno constitutus proba-
1 tur ex † fide Baptismatis *data in Summ. Cercauilla num. 4.* ex qua dignoscitur de tempore gratiæ per plures menses excessisse sexagesimū secundum annū; Cum enim ętas narrata fuerit in ablatiuo per dictionem, *in*, ibi, *in sexa-*
2 *gesimo tertio ætatis anno*, sufficit † fuisse cæptum *vt notat gloss. in clem. final. de ætat. & qualit. ordin. verb. in Decimo octauo, Bart. in l. si cui legitur 51. num. 1. vers. Aut per ablatiuum ff. de legat. 1. Felin. in cap. cum vigesimum 41. num. 7. vers. si dicitur in vigesimo de offic. Delegat. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 4. cap. 28. §. dubia est quæstionis*; Idque præser-
3 tim cum adiecta fuerit dictio, † *circiter. Panciro. cons. 75. sub num. 13. vers. voluisse autem cum seqq.* latè *Garz. de benefic. par. 7. cap. 4. sub num. 25. vers. cum hodie, & sub num. 28. vers. in Ecclesia autem.*

Quod vero ob ingrauescentem ætatem eidem Ecclesiæ absque difficultate inseruire nō posset, nec illius onera supportare, probant duo testes relati in *Summ. vltima positionis Cerca-*
4 *uilla num. 1.* & fides etiam † Medicorum *eod. Summ. num. 2.* Attestantium Virginium Castaldum coadiutum laborasse doloribus articularibus, & distillatione capitis, adeo vt sæpe ex his causis curandum habuerint, quibus vti
5 peritis standum est *l. septimo mense ff. de stat. homin. l. 1. ff. de ventr. inspicien.* Aduertendo Oratorem in supplicatione non expressisse certam causam infirmitatis, sed generaliter tantum incommoda, quæ ætas ipsa secum afferre solet, adeout non posset absque difficultate de cætero per se ipsum Ecclesiæ præseruire, pro
6 quorum iustificatione † sufficit quod commodè inseruire non possit, *ex doctrina Alciat in l. 2 num. 3. ff. de iurisd. omn. iudic.* Non posse enim
7 qui dicitur, † quod incommode potest, *vt consuluit Bald. cons. 101. sub nu. 1. vers. Ex quo lib. 1 Aym. cons. 199. num. 2. Menoch. cons. 2. num. 211. & cons. 351. num. 35. Surd. de alim. tit. 6. quæst. 18. n. 17. Add. ad decis. 617. num. 187. & seq. par. 8. rec.* Immò nec minus se restrinxit ad incommoda senectutis, & ingrauescentiæ ætatis, sed vlte-
8 rius etiam addidit † alternatiuè, *seu certis de causis animum suum mouentibus &c.* quæ iurata illius attestatione iustificari possunt, *ad notata per gloss. in §. namque si cui, verbo dicit circa med. vers. reliqua consistunt Instit. de act. Surd. cons. 94. sub n. 30.*

sub num.30.vers. Tamen hac assertio Rota decis.3.de restit. in non.

Nec aduersantur tradita *per Rotam coram Puteo decis.63.num.1.lib.2.in correct.* quam refert, & sequitur *Ricc. in collect. decis. part.6. collect.2218. verb. & cum non sit motu proprio*, vbi quod ob-
9 tenta Coadiutoria † sub expressione certæ causæ, si aliæ adduntur sub clausula generali, *seu certis alijs de causis*, tenetur impetrans verificare causam, ex qua Pontifex moueri potuerit ad concessionem, cum gratia Coadiutoriæ si-
10 ne † iusta causa concedi non soleat *cap. 1. de cleric. agrot. in 6.* Procedunt enim vbi deficeret iustificatio causæ specialiter expressæ, quo casu vt gratia sustineatur ex alijs causis probari
11 debet alia † causa sufficiens; In proposito autem iustificatur causa expressa ingrauescentis ætatis, propter quam de cætero sine difficultate non potest Coadiutus per se ipsum Eccle-
12 siæ inseruire, † ideo non exigitur concludens probatio alterius causæ, quæ adiectæ fuerunt sub illa clausula generali ad indicandum nec Oratorem impetrantem, nec Pontificem concedentem voluisse se restringere ad causam infirmitatis.

Indeque nec minus aduersantur deducta *per Caputaquen. decis.240. numer.1. & 2. part. 1. & decis. 91. num.1. part.2.* vbi quod probari debet infirmitas talis, quæ suapte natura præsti-
13 tura sit perpetuum impedimentum † sine spe futuræ prosperitatis, quod idem *tradit Gonzal. ad reg.Cancell.glos.5.§.9. num.89. & dixit Rota in Gerunden. Coadiutoria, qua est decis.237. n.8. par.7.rec.* Hæc enim rigorosa probatio requiritur, vbi Orator expressit causam infirmitatis, & ad eam se arctauit, in quibus terminis lo-
14 quuntur † *Authoritates adducta*: Hic autem pro causa non fuit expressa infirmitas, sed ætas ingrauescens, ob quam non poterat Coadiutus sine difficultate Ecclesiæ inseruire, ad cu-
15 ius iustificationem probare sufficit † quod commodè inseruire non posset *ex Bald. & alijs superius adductis*.

Nec habitum fuit in consideratione quod idem Coadiutus pluribus ab hinc annis, & etiam hodie exerceat officium Vicariatus in Ciuitate Forosemproniensi cum bona valetude; Potest enim oriri ex aeri † mutatione, qui Forosempronij salubrior esse potest eidem Coadiuto ad temperandos dolores articulares
17 quibus persæpè † torquetur, vt testantur duo Phisici *dicto summ. num. 2.* Et vlterius licet officium Vicariatus fortè sit Operosius extensiuè
18 intensiuè tamen † non est adeo laboriosum, cum exerceri possit intra proprios lares, horis sibi magis benè visis, nec requirat illam personalem assistentiam extra domum certis sta-
19 tutis horis, † & temporibus, quam exigit Ecclesiæ seruitium: Ad infringendam autem
20 gratiam ex † defectu iustificationis requiritur concludentissima probatio *iux. decis. Bisignen.2. de probat. Rot.decis.748.num.4.par.2.recent.*

Minusuè obesse dictum fuit defectum non expressi ordinis Sacerdotalis, qui fortè retraxisset Pontificem à concessione Coadiutoriæ in personam Cercauillæ ætatis annorum 20.
21 cum coadiutus † habere debeat ætatem requisitam ad obtinendum Beneficium, vt declarant *Campanil. in diuers. iuris Canonic. rubr. 7. cap.6.num.103. & Gonzal. vbi supra gloss. 5. §. 9. num.6.* Quia cum Summus Pontifex certam habens notitiam ætatis Cercauillæ, ei coadiutoriam concesserit adiecto decreto, vt quam-
22 primum ad ætatem legitimam sacros † ordines suscipiendi peruenerit, proximis indè futuris temporibus ordinem ipsum, quem ætas postulauerit, videlicet Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus ordines suscipere omnino teneatur, interim verò donec præfato Subdiaconatus ordine fuerit initiatus vocem in Capitulo non habeat, vt in eisdem litteris continetur, cogitasse videtur sanè in genere de annexione ordinis Sacerdotalis, quæ
23 sola generica † cogitatio subreptionem excludit, *vt notat Gonz. ad reg.8.§.4.proem.num.87 Rot.decis.100. num.30. par.5. & decis.598. num.3. vers. caterum obiecta magis p.tr.8.rec.*

Nec deficere visa fuit iustificatio idoneitatis, & valoris, cum illa probetur ex relatione Vicarij, cuius conscientię examen, & in-
24 formationes † Pontifex committit *et adductis per Rot. coram Çanaler.decis.399. per tot & signanter num.5. & coram bon.mem.Buratt.decis.613.n.6. vers. qua relatio*; Iste verò narratus per non ex-
25 cessum iustificetur ex pluribus † prouisionibus similium Canonicatuum, in quibus eadem expressio facta fuit *Rot.decis.572.num.3.p.1 & decis.262.num.1. part.3.rec.* Iuncta Bulla Reductionis Cathedralis ad sęcularitatem disponente quod redditus Canonicatuũ sint æquales *summ. Cercauilla num. 3.* Vndè fortius iusti-
26 ficatur valor narratus per non † excessum, pro quo sufficit etiam semiplena probatio, *Garz. de benef.par.5.cap.3.num.198. Rot. coram bo. mem. Buratt.decis.255.nu.13. & in Melphien. Cantoria 2. Martij 1646.vers. valor coram R.P.D.meo Otthobono.*

Et ita resolutum fuit vtraque &c.

R. P. D. BICHIO.

Firmana Pecuniaria.

Veneris 3. Iunij 1650.

ARGVMENTVM

Solutio facta à Depositario Communitatis denuo in officio Confirmatus quando intelligatur facta pro prima, vel secunda Depositaria ad effectum liberandi primum fideiussorem. Liber continens partitas crediti, & debiti quando possit tantummodo pro credito acceptari. Minister scribens in libro Communitatis non præsumitur alia folia, quam à se scripta vidisse. Repetitio indebiti quando concedatur.

SVMMARIVM.

1 *Debitum dolo de errore euanescit.*
2 *Factum sub expressione duarum causarum respectu vtriusque factum censeri debet.*

3 Con-

3 *Confessio etiam implicita probat contra confitentem.*
4 *Emptor præsumitur elegisse, quod melius erat.*
5 *Testes informiter examinati si de facto proprio deponant, & adsint adminicula & verisimilitudo plene probant.*
6 *Præsumptiones plures simul iunctæ probant etiam in rebus magni præiudicij.*
7 *Depositarius tenetur eamdem rem penes se depositatam tradere, & non aliam.*
8 *Debitor præsumitur soluisse ad formam suæ obligationis.*
9 *Solutio seu traditio censetur facta in causam debitam dùm nil aliud fuit expressum.*
10 *Asserens rem talem illam probare debet.*
11 *Depositarius denuo confirmatus non præsumitur transfudisse in secunda Depositaria, quod ei in prima supererat.*
Sed præsumitur in proprios usus conuertisse n. 13.
Fallit si reddidisset computa, & de eo quod supererat fuisset creata noua partita num. 12.
14 *Debitor finito tempore fideiussionis non potest denuo creari debitor in præiudicium fideiussoris.*
Quod fortius est si tempore fideiussionis decoxerat num. 15.
16 *Liber continens partitas fauorabiles, & damnosas potest in fauorabilibus tantum acceptari & n. 18.*
Quod contra scribentem procedere intelligas n. 17.
19 *Probationes si à Reo fuerunt obscuratæ seu dubiæ redditæ non releuant.*
Et tunc actori incumbit onus probandi summam solutam fuisse debitam & num. 20.
21 *Metus coactionis inducitur à decreto habente executionem paratam.*
22 *Annona ex priuilegio habet executionem paratam.*
23 *Declaratio facta ab actore de agendo contra unum ex obligatis non excludit animum agendi contra alios.*
24 *Fideiussor non tenetur nisi post liquidationem debiti. Vide num. 27.*
25 *Appellatio non est necessaria ubi fuerint factæ protestationes, & contradictiones.*
26 *Appellatio non suspendit decreta facta in vim Annonæ & obligationes Cameralis.*
27 *Liquidatio non requiritur in eo quod oculis corporeis subijcitur.*
28 *Actus factus à procuratore non habente mandatum non nocet principali.*
29 *Ratificatio generalis non infertur ad particularia nisi probetur in ratificante indiuidua & particularis notitia.*
31 *Cessio iurium cum præseruatiua cedentis non includit cessionem competentem cessionario ex propria persona contra cedentem & num. 47.*
Pro Indebita solutione datur actio num. 30.
32 *Actus facti durante metu coactionis omnes censentur coacti, & si protestationes non repetantur.*
33 *Actori non est imputandum cur iustificationes non fecerit, quando fuit à Reo impeditus.*
34 *Minister ex comoditate quam habent videndi libros in folijs in quibus scribit non ex hoc præsumitur alia folia vidisse.*
35 *Solutio præsumitur facta in causam antiquiorem. Vide num. 37.*
36 *Debitor quando non possit in preiudicium fideiussoris consentire.*
37 *Solutio facta à debitore habente plures fideiussores, & debita separata non dicitur cedere in causam antiquiorem & num. 38. & 39.*
40 *Repetitio indebiti adhoc ut fieri possit non attenditur an soluens deberet, sed an qui recepit creditor esset Contrarium num. 41.*
Distingue & concorda ut num. 42. & num. 43.
43 *Repetitio datur soluendi nomine proprio proprias pecunias quas non ipse, sed alius debebat.*
44 *Solutio in dubijs censetur facta nomine debitoris. Contra nisi adsint Circumstantiæ num. 45.*
46 *Fideiussor soluens cum iuris cessione dicitur soluisse nomine proprio.*
47 *Solutio indebiti præsumitur facta ignoranter.*

DECISIO XLIX.

PLENE probatum censuerunt hodie Domini, non debuisse Sauinum Ciuitati Firmi scut. 1814. quæ ex causa secundæ depositariæ frumenti à Leonardo Bentiuolo administratæ soluit de proprio eidem Ciuitati; constat siquidem calculum; in quo dicta depositaria creata fuit debitrix rubrorum frumenti 180.
1 erroneum esse in aliquibus partitis, † quibus emendatis omne debitum euanescit.

Earum prima est rubrorum centum frumenti Communitati S. Ginesij currente secunda depositaria venditorum, quæ d. calculus adscribit credito primæ depositariæ; pertinere autem ad secundam facilè dignoscitur si ut omnes decisiones hinc inde hactenus reportatæ constantissimum habent, utriusque depositariæ creditum, distinguatur iuxta qualitatem frumenti, tribuendo nimirum priori vetus, posteriori nouum. Quale fuisse præfatum Communitatis S. Ginesij ponit in claris liber ipse Ciuitatis aduersariæ signatus littera L. quippe, ibi, pro quantitate dictorum rubrorum 100. cum supposito quod consignata Cõmunitati fuissent post mẽsem Martij, Bentiuolus depositarius creatur debitor crescimenti, quod ex speciali conuentione de frumento nouo dumtaxat, non autem de veteri debebat, & insuper detecta postmodum insubsistentia d. suppositi cum vere Communitas ea rubra recepisset de mense Ianuarij, quo casu etiam de frumento nouo crescimentum non debebatur, idem liber corrigendo hunc errorem fecit Bentiuolo, è conspectu d. partitæ debiti occasione crescimenti defalcum similis quantitatis, creauitque depositarium creditorem tot salmarum frumenti, quot d. occasione debitorem, ut supra, descripserat, ibi, *e più deue hauere some cinque, quarte cinque, e coppe una, e mezzo di grano per essergli difalcato da Signori Regolatori per hauer misurato le rubia cento di grano alla Communità di S. Ginesi per essergli fatto debito come all' incontro.*

Nec obstant verba statim subsequentia, ibi, *& anco lo sgrauio del grano che non haueua esatto*; vndè exaduerso infertur, quod defalcum processerit etiam ratione frumenti à depositario non exacti. Quia esto quod duæ fuissent causæ defalchi, nempè sgrauium frumenti non exacti, & consignatio rubrorum centum frumenti facta Communitati, quorum crescimen-

mentum in debitum depositarij erroneè Ci-
2 uitas antea retulerat, † negari non potest quin
vtrique saltem causæ defalcum tribui debeat
*l.1.§. ex pluribus ff. acq.poss. Signorol.cons.*167.*n.*1.
*Cancer.variar.resol. tom.*3.*cap.*3.*num.*202. *&* 205.
*Monter.decis.Aragon.*5.*num.*63.quodque Ciuitas
creando depositarium debitorem crescimen-
ti frumenti d.Communitati consignati, illud
frumentum nouum fuisse implicitè agnoue-
3 rit, † ac fassa fuerit, quod sufficit *Egid.dec.*683
ante num. 1. *Rot. in Marsicen. Iurisdictionis* 29. *Ia-
nuarij* 1644. §. *primum adminiculum in fin. coram
me*.

Eò magis accedente fide duorum testium
id ipsum affirmantium, quorum alter est ille
met deputatus à Communitate S. Ginesij ad
frumentum, vt supra recipiendum, alter
præsens consignationi fuit, & frumenti ve-
cturæ incubuit, & primus addit, quod non
recepisset si fuisset verus, quia sic sibi com-
4 munitas mandauerat, † Secundus quod non
recepissent nisi fuisset nouum, vt verisimile
etiam est, cum ab emptore electum præsu-
matur, quod melius est, vt per *Crescen.dec.*5.
*num.*3. *de restit.spoliat.add. ad Greg.XV. decis.*546.
*num.*15.*Reuerendiss.Vrgellen.dec.*269.*nu.*11. *&* 12.
vnde tanquam testibus de facto proprio ad-
5 miniculatis,† vltrò tum verisimilitudine,tum
supra memorato libro Ciuitatis, quamuis nõ
formiter examinati fuerint, adhibenda est fi-
des *Caputaq.dec.*234.*par.*1.*Buratt.dec.*716.*num.*3.
*Rot. inter recent.decis.*198. *sub num.*2.*par.*1.

Nouum pariter fuisse frumentum vltra
quantitatem rubrorum 490.consignatum Pi-
storibus tempore secundę depositariæ (& hęc
6 est secunda partita emendanda) † probatur
pluribus præsumptionibus simul iunctis, ex
quibus probatio resultat etiam in re grauis
præiudicij *Bald. cons.* 3. *num.*4. *lib.* 3. *Socc. iun.
cons.* 32. *num.* 24. *cons.* 39. *num.* 14. *lib.* 2. *Ci-
riac. contr.*291. *num.*21. *Coccin. decis.* 297. *num.*2.
*Rot.dec.*336.*num.*4. *&* 7.*par.*2.*recent.* Prima præ-
sumptio est, quia depositarius tam de iure,
quàm ex pacto speciali in capitulis deposita-
riæ inserto, tenebatur consignare Pistoribus
idem frumentum penes se depositatum, ibi,
*quarto il Depositario debba dare, e misurare l'istesso
grano che hauerà riceuuto per l'abbondanza, e non
d'altra sorte di qualsisia per vso de Fornari &c.* Cũ
enim propterea tradere Pistoribus debuerit
7 frumentum nouum penes se depositatum† il-
lud iuxta formam suæ obligationis tradidisse
præsumitur *Ciriac. contr.*261. *num.*5. *Seraph. de-
cis.*1093. *sub num.*7. *vers. & præsumitur, Buratt.
dec.*464.*num.*5. & fuit ponderatum in *decis. hu-
ius causæ edita* 28. *Iunij* 1638.§. *quartus error, co-
ram bon.me. Merlino*.

Secunda quia quoties Pistoribus traditum
fuit frumentum vetus, expressa hæc qualitas
fuit verbis, vel explicitis vel relatiuis ad in-
strumenta; & acta de veteri mentionem fa-
9 cientia, † quæ ergò traditiones nullam eius-
modi expressionem præseferunt, factæ cen-
sentur de frumento nouo ad formam obliga-
tionis depositarij ad tradita per *Menoch.con.*215
*num.*69. *& seqq.Surd.cons.*554.*sub nu.*6. *Rot.apud
Greg.XV. decis.*62. *num.*9. *decis.*434. *num.*6. *& in
d.§. quartus error decis. coram bon.mem. Merlino*.

Tertia quia impossibile est d. frumentum
fuisse vetus, cum Ciuitas non probauerit,tã-
tam quantitatem frumenti veteris in secunda
depositaria fuisse depositario consignatam,
quæ summam Pistoribus vigore primi instru-
menti debitam, excederet vt probari debuis-
10 set ab ipsa Ciuitate, † vetus frumentum illud
fuisse asserente *Socc.cons.*14.*num.*35.*lib.*1. *ex tex.
iuncta gloss. in l. licet Cod.Iudic.Aym.cons.*231.*n.*14
*Rot.dec.*220.*num.*2. *&* 3. *coram san.mem.Greg.XV
& in Romana Domus* 24. *Ianuarij proximè præteri-
ti §. mobilia coram me.* Neque ad hunc effectum
sufficit Ciuitati allegare, quod vtriusque de-
positariæ fuerit idem depositarius, & in fine
primæ, remanserit in eius manibus frumen-
tum vetus sibi antea consignatum, quod to-
tum trasfusum fuerit in secundum, quia vt
benè in puncto respondit *Rot. decis.*592. *num.*6.
vers. non obstat, & seq. & decis. 612. *num.*3. *&* 2.
*seq.par.*5.*recent.* Asserta transfusio ad damnum
& periculum Sauini, qui in secunda tantum
11 depositaria fideiussit, † procederet si Bentiuo-
lus depositarius in fine primæ conductionis
12 reddidisset computa, pro vt tenebatur, † itaut
constaret apud ipsum extitisse residuum fru-
menti veteris, ac de eo à Regulatoribus Ci-
uitatis creata fuisset partita incomputum se-
cundæ depositariæ, alias enim gratis dicitur
extitisse in fine depositariæ maiorem quanti-
tem frumenti veteris transfusi in secundam
& potius præsumitur quod depositarius fru-
13 mentum vetus, † hoc est in prima deposita-
ria receptum, in proprios vsus conuertit *De-
cian.cons.*11. *num.*97. *& seq. lib.*1. Gratis etiam
allegatur, quod frumentum nouum siue Cõ-
munitati S.Ginesij siue Pistoribus mensuratũ,
fuerit illud quod tempore secundæ deposita-
riæ restituerant debitores, quibus in prima
fuerat frumentum mutuatum, & ex hoc ca-
pite etiam si nouum esset, ad primam depo-
sitariam spectauerit, quia nullibi constat de
huiusmodi restitutione de tempore dictę mẽ-
suræ; Imo apparet dd. debitores postea sub
die 24. Maij fuisse interpellatos ad restituen-
dum.

Ad firmandam autem quantitatem fru-
menti naui consignati pistoribus tempore se-
cundæ depositariæ vltra debitum vt supra vi-
gore primi instrumenti durante prima depo-
sitaria celebrati, reminisci oportet, quòd in
eo instrumento depositarius tribus pistoribus
nempè Io: Andreæ Alexandri, Rodolpho
Riccino, ac Petro de Grassis mensurare pro-
miserat rubra 750. frumenti videlicet rubra
250. pro quolibet Pistore absumenda per to-
tum mensem Augusti 1630. quodque duran-
te prima depositaria dd. Pistores receperunt
per totum mensem Iulij rubra 151. *vt in* 2.
*sum. Sauini num.*3. ideoque remanebat mensu-
randa in dictum computum rubra 499. Fru-
mentum itaque eisdem Pistoribus mensura-
tum tempore secundæ depositarię referri non
potest in causam dicti instrumenti, atque ita
primæ depositarię nisi pro d.rata rubrorũ 499
imo

imo 490. quia Io: Andreas alter ex dd. Pistoribus non recepit integra rubra 250. sibi promissa, sed solum 241. d. sum. num. 4. Vnde cum Pistoribus tempore secundę depositarię mensurata fuerint rubra 648, ex illis rubra 158. cedere per necesse debent credito eiusdem depositariæ detractis dd. rubris 490. a præfato instrumento prouenientibus.

Emendanda postremò est partita rubrorum 98. descripta ad debitum Bentiuoli sub die 15 Octobris 1631. in libro Ciuitatis signato L. non quia Bentiuolus illud receperit, sed quia similis quantitatis in libro signato B. fuerat descriptus creditor, ibi, *per essergli dato debito di detta somma al regestro B.* Neque enim potuit Ciuitas de d. mense Octobris post quam de mense Augusti præcedentis secunda depositaria expirauerat, † & quod plus est depositarius
14 decoxerat, eumdem depositarium in præiudicium Sauini fideiussoris creare debitorem, *vt per Bald. cons. 432. num. 1. lib. 1. & cons. 399. n. 3. lib. 5. Grat. discept. 287. num. 1. & seqq. discept. 768. num. 7. & 8. Castill. decis. 22. num. 36. lib. 1. Buratt. decis. 9. sub n. 1. vers. præsertim & decis. 460. sub n. 2.* Cumque dd. libri Ciuitatis, qui eiusdem quantitatis rubrorum 98. Bentiuolum creditorem, & deinde debitorem, creant, sint diuersi, & in aliis partitis, vt supra de-
16 monstrabam, erronei; † licitum est Sauino quatenus opus sit, acceptare parti-
17 tam crediti sibi fauorabilem, † quæ contra Ciuitatem scribentem plenissimè probat *l. publia §. fin. ff. depos. l. admonendi vbi notant omnes ff. de iureiur. l. si aliquid Cod. donat.* & reicere partitam
18 debiti non aliunde iustificatam † ac incongruo tempore vt supra descriptam *Felin. in cap. 2. num. 25. vers. si autem de fid. Instr. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 93. add. ad fan. mem. Greg. XV. decis. 377. in fin. Rot. in Romana Tutelæ de Ferratinis 13. Martij 1595. coram clar. mem. Cardinali Hieronymo Pamphilio, & in Papien. Bonorum 1. Iulij 1605. coram Ottembergo impress. apud Marches de commissariam. 1. fol. 895. & 96.* Tantò magis quia eadem partita debiti apparet duplicata, semel nimirum in specie frumenti, & iterum in illius prætio, ibi, *e della somma di scudi 785 e 50.*

Ex quibus prædictarum trium partitarum errores visus est concludenter probari a Saui-
19 no † cui tamen sufficeret offuscare, seu dubias reddere probationes Ciuitatis cum ex *allegatis in discursu huius causæ per me edito die 14. Iunij 1647. §. secundæ inspectionis,* Ciuitati incumbat onus probandi, summam à Sauino solu-
20 tam fuisse debitam, † eo quod Sauinus non spontè; sed coactè soluit, aut saltem metu coactionis. Vt apparet quia præcesserat nedum sub die 6. Maij arrestum personale Sauini in palatio Vicegubernatoris, sed etiam sub die 17. eiusdem mensis aliud præfati V. Gubernatoris decretum, quo ille impartitus fuit Ciuitati licentiam emendi frumentum sumptibus, & periculo Bentiuoli, ac Sauini eius fideiussoris pro prætio, quo reperiri pos-
21 set, † quod decretum coactionis metum induxit, quia habebat executionem paratam tū
22 ex priuilegio annonæ frumentariæ, † tum ex obligatione Camerali, sub qua Sauinus fideiusserat ex *allegatis in d. discursu §. maxime in fin.* quibus additur *dec. 15. num. 6. inter impress. apud Zacch. de oblig. Camer.*

Nec non quia, vt dictus discursus ibidem ponderat, Sauinus protestatus fuit sæpius nullam actionem contra ipsum competere Ciuitati, sed esse dirigendam contra Bentiuolum, & Paccaronum eius fideiussorem in prima depositaria ad quam debitum spectat, ac tandē die 29. Octobris in protestatione tunc emissa addidit, se fuisse coactum soluere Ciuitati. Nec obstat quod prima excepta, aliæ protestationes non loquantur de Ciuitate sed contra Bentiuolum, & Paccaronum dirigantur; Nam duæ adsunt explicitè protestationes cōtra Ciuitatem *in primo Summ. Sauini num. 5. & 7.* & in omnibus adest explicita repetitio primę, ibi, *repetitis protestationibus alias factis illisque semper saluis, & firmiter inhærendo*; cumque propter indebitum vexationem Sauini tàm Ciuitas, quàm Bentiuolus, & Paccaronus Sauino indemnitatem deberent, declarationes ipsius Sauini, quod intendebat agere contra
23 Bentiuolum, & Paccaronum † non excludūt animum repetendi etiam à Ciuitate *l. si ex toto §. 1. ff. de leg. 1. l. liberum l. reos l. fin. Cod. fideiuss. Aret. in l. ex duobus num. 6. ff. de duob. reis Gabr. de acti. concl. 2. num. 19. Surd. cons. 413. num. 2. & seqq.*

Quæ pariter ad excludendum coactionis metum, ac debiti spontaneam agnitionem probandam ex aduerso afferuntur, non vrgent. Non inquam quod Sauinus non soluerit, nisi post quinque menses à die suprememorati decreti V. Gubernatoris, intra quos commodè potuisset, aut excipere, se vti fideiussorem depositarij non teneri antequam præuia redditione computorum secundæ depositarię de-
24 bitum liquidaretur, † ita vt donec ista liquidatio fieret nullus in Sauinum cadere potuerit metus coactionis; aut perscrutari libros Ciuitatis, quos gratis negat, sibi fuisse denegatos, dum in illis ad eius instantiam adnotatæ fuerunt plures solutiones dicto tempore à se factæ Ciuitati; aut à decreto V. Gubernatoris appellare.

Nam appellationes opus non fuit stantibus præfatis protestationibus, & contradictioni-
25 nibus, † vt in terminis tradit *Magon. decis. Florentina 44. num. 24. post Ruin. cons. 147. nu. 16. lib. 1. & alios ibi allegatos*, & appellatio apta, non fuisset suspendere executionem decreti ratio-
26 ne rei frumentariæ, † & obligationis Cameralis viam executiuam habentis, *Zacch. de oblig. Camer. quæst. 35. num. 12. & 14. & quæst. 37. num. 8. Rot. decis. 626. sub num. 2. par. 1. diuers. decis. 117. num. 1. apud Zacch. d. tract.* poteratque Sauinus etiam ante liquidationem debiti, & crediti secundæ depositariæ executionem decreti timere, quia decretum non condemnat ad depositariæ reliquatum; sed præbet Ciuitati licentiam emendi frumentum periculo Sauini prout emit; & sic statim decretum habuit suam executionem, cuiusque vigore non expectata

ctata liquidatione computorum secundæ depositariæ licebat Ciuitati exigere executiuè à Sauino frumenti eius periculo empti petium apperens incontinenti per supputationem singularum emptionum quæ à liquidatione differt, † & habet promptam executionem, cum oculis corporeis subijciatur *Gallesi. de oblig. Camer. tit. de liquidatione sub num. 13. vers. descendo, Rot. decis. 409. num. 3. par. 1. recent. & in Barchinonen. confinium 18. Aprilis 1611. coram bon. mem. Card. Sacrato*. Quod verò non potuerit perscrutari libros dicam infra.

27

Item non vrget, quòd ipsa die decreti procurator Sauini comparuerit, & dixerit, velle se emere frumentum sumptibus Bentiuoli Dominorum Regulatorum, & Paccaroni, quod die 20. Augusti Sauinus obtulerit soluere Ciuitati absque animo litigandi contentus cessione iurium Ciuitatis contra Bentiuolum, & Paccaronum, quam Ciuitas publico decreto promisit dummodo contra ipsam retorqueri non possint; quod soluerit in tresdecim vicibus, & cessionem iurium iuxta formam dictæ promissionis, ac decreti Ciuitatis reportauerit; quod nullo modo timere posset molestias, cum electus fuisset Regulator Ciuitatis, qui Magistratus donec durat, præstat, priuilegium exemptionis ab omnibus molestijs.

Quia primus actus contemporaneus decreto V. Gubernatoris emanauit à procuratore, 28 de cuius mandato non constat, † & habet in ventre explicitam protestationem, quod Ciuitas contra Sauinum actionem non habet. Oblatio diei 26. Augusti non legitur facta à Sauino, vel eius nomine siue ipso præsente, neque dici potest ratificata, eo quod in executionem, decreti desuper à Ciuitate æditi, reportauerit Sauinus in actu solutionum cessionem iurium, dummodo contra Ciuitatem retorqueri non possint, quia cessio legitur facta in executionem decretorum generaliter; vnde inferri non potest ad ratificatio-29 nem dicti particularis decreti, † cuius omniumque ibi contentorum indiuidualis notitia in ratificante non probatur, vt debet *Natt. cons. 162. num. 33. Decian. cons. 5. num. 26. lib. 5. Lancell. de attent. par. 1. cap. 1. num. 74. & seqq. Rot. decis. 95. num. 4. decis. 149. num. 7. decis. 280. numer. 10. part. 1. recen.* Et reportatio cessionis iurium dummodo contra Ciuitatem retorqueri non possint, alterius actionis Sauino ex propria persona ab ipsa indebita 30 solutione † contra Ciuitatem resultantis §. *his quoque instit. quib. mod. re contrh. oblig. l. si in area 33. ff. condict. indeb. cum alijs alleg. à Ioan. Harpprechto in d. §. his quoque numer. 5. & seqq. Mozz. de contract. tit. de condict. indeb. sub num. 2.*

31 Exclusionem † ac renunciationem non importat *Rimin. iun. cons. 751. num. 48. & seqq. Peregr. cons. 93. num. 15. lib. 1. Decian. responsi. 21. numer. 75. & 76. lib. 1. Rot. in Romana societatis officij 7. Iunij 1627. coram bon. mem. Merlino, & in Bononien. fideicommissi de Boatterijs 8. Aprilis 1644. coram R. P. D. meo Corrado*. Maximè quia Sauinus contextualiter, quando dictam cessionem reportauit, repetijt vt supra dicebam, protestationes alias factas contra Ciuitatem. Priuilegium Regulatorum non suffragabatur, nisi ex die captæ possessionis officij, ad quam Sauinus non fuit admissus, nisi die 31. Octobris postquam coactionis metu integrè vt supra soluerat.

Et in omnem euentum tum prædicti actus tum pluralitas solutionum non merentur attendi; siue quia vigente primo decreto V. Gubernatoris, & sic durante causa coactio-32 nis omnes coacti censentur, † quamuis in singulis contradictio Sauini repetita non fuerit, vt præter alleg. in discursu §. *deinde, & seq. dixit Rot. penes Cinc. de censib. decis. 226. numer. 8. & 9. decis. 292. num. 14.* siue quia tunc temporis Sauinus iustificare non poterat pertinentiam debiti ad primam depositariam, cum libros Ciuitatis è quibus hæc iustificatio 33 petenda erat, † habere non potuerit, nisi postea sub die 7. Decembris 1631. postquam die 29. Octobris integrè soluerat, licet sub die 25. eiusdem instetisset pro deputatione Notarij ad extrahendum partitas vt in tertio Summ. Sauini num. 8. & ponderauit *Rot. decis. 592. numer. 12. vers. nec facie par. 5. recent.* Neque anterior commoditas videndi libros educi valet ex quo in illis adnotarentur diestim solutiones, quas Sauinus hac occasione fecit Ciuitati; nam Sauinus quia reportabat à Ciuitate singulas quietantias, non erat solicitus, aut curiosus de adnotatione in libris, quos præterea, & si vidisset in folijs, vbi hæ 34 solutiones adnotabantur, † inferri exinde non potest quòd fuerit permissus videre in alijs folijs, ac locis, vt notant *DD. in l. non est ferendus, ff. transact. Ias. in l. qui Romæ §. duo fratres num. 58. ff. verb. oblig. Rot. decis. 2000. nu. 9. & 10. par. 1. recent.*

Firmato ex his, quod onus probandi præmemoratas partitas frumenti spectare ad primam depositariam incumbit Ciuitati, quæ tamen non probauit, quin è conuerso Sauinus probauit concludentissimè spectare ad secundam. Non obstat quod eædem partitæ adhuc referendæ sint ad creditum primæ, vel quia in libris Ciuitatis debitæ primæ fuerint 35 contrapositæ, † vel quia in eam vti antiquiorem ex præsumpta Bentiuoli debitoris voluntate cedant *l. 1. ff. solut.* Contrapositiones enim negantur, & nullatenus probatur, vt oportet quod illis Bentiuolus, aut Sauinus consenserit immo apparet de expresso dissensu Ben-36 tiuoli, qui præterea nec volens † consentire potuisset in præiudicium Sauini fideiussoris, vt latè comprobat sæpè citatus discursus in §. *ad assertam, & 2. seqq.* cum quo Domini transierunt.

Ad secundum respondent *decis. 592. nu. 15. & seqq. decis. 612. num. 10. & 11. part. 5. recent.* quod obiectum procederet nisi prima, & secunda depositaria essent diuersæ, ac separatæ, at cum sint huiusmodi habeantque singulæ 37 diuersos fideiussores, † non intrat præsumptio solutionis in antiquiorem, & consignationis frumenti factæ in secunda nullo modo referr-

referri possitut ad primum vt in puncto *Escobar. de ratiocin. cap. 36. num. 5. vers. & loquendo post Rip. tract. de post tit. de remed. ad conser. vbertat. numer. 33. & 34. facit tex. in l. 2. §. necessaria , vers. sin autem frumentaria pecunia ff. administr. rerum ad Ciuitat. pertinen,* præsertim quia ex particulari conuentione superius recitata depositarius tenebatur pro secunda depositaria consignare illud idem frumen-
38 tum; † quod in ea receperat; quo casu nullatenus militat præsumptio in causam antiquiorem *Bald. cons. 115. num. 1. & per tot. lib. 3 Mant. decis. 75. num. 4.* vt etiam conuincitur tum ex ordinibus Grasseriorum directis Depositario, ibi, *per farli buoni à suoi conti* , quod intelligi non potest, nisi de computis secundæ depositariæ tunc currentis , quæ ab alijs anni antecedentis vti diuersa retinebatur , tum quia ex declaratione Bentiuoli , quod nusquam consensit contrapositioni partitarum , de quibus agitur in causam primæ depositariæ, clara est eius voluntas , quod illas
39 noluit in eam causam cedere, † quæ voluntas etiam ex coniecturis elicita tollit contrariam præsumptionem ab antiquioritate causæ deductam, *Roman. cons. 94. num. 2. Grat. discept. 962. num. 46. Rot. decis. 92. num. 2. par. 1. diuers. cum alijs alleg. ab add. ad Buratt. dec. 541. in fin.*

Quatenus verò subditur saltem in causam primæ depositariæ cedere scuta 1049. quæ Sauinus habuit ex effectibus Bentiuoli pro credito primæ depositariæ sequestratis; respondetur illis etiam detractis remanere Sauinum creditorem occasione indebitè solutionis scut. 1814. quippe Ciuitati indebitè soluit nedum hanc summam, sed scut. 2905. vt in instrumentis datis summ. Ciuitatis *num. 9.*

Tandem non obstat, quod, ex quo creditum Ciuitatis siue sit ex prima, siue ex secunda depositaria est indubitatum , cessat soluti repetitio , cum ad hunc effectum non atten-
40 datur, an qui soluit, deberet; † sed an qui recepit, creditor esset, vt ad litteram probat *tex. in l. repetitio 44.* ibi *repetitio nulla est ab eo qui suum recepit, tamen, & si ab alio quam à vero debitore solutum est , ff. condit. indeb. l. de hereditate,* ibi, *nam repeti à creditoribus , qui suum receperunt, non potest , Cod. petit. hæred. l. de qua re 74. §. cum absentem , & ibi gloss. verb. repetere , vers. & ideo ff. iudic. gloss. in l. quod si possessor 19. verb. repetitione ff. petit. hæred.*

Contrarium enim nempè , quod ad effectum repetitionis attendatur indebitum ex
41 parte soluentis , † quamuis sit debitum ex parte recipientis probant apertissima verba *tex. in l. si pene 19. §. 1.* ibi , *quamuis debitum sibi quis recipiat tamen si is qui dat, non debitum dat, repetitio competit;* & infra ibi , *quamuis enim debitum sibi quis recipiat, tamen si is qui dat non debitum dat, repetitio competit, ff. condict. indeb. l. in summa 65. in finalibus verbis* ibi , *indebitum est &c. si id quod alius debebat alius quasi ipse debeat, soluat, ff. eod. l. si à patre Cod. eod. tit. d. l. quod si possessor 19. ff. petit. hæred. & tradit Cancer. var. resol. to. 1 cap. 1. num. 64. & seqq.*

Harum autem legum antinomiam diuersimodè componere conantur scribentes quarum sententias refert *Nicolaus Genoa in conciliat. leg. in iur. ciuil. contrar fol. 136. numer. 4. & seqq.* sed magis communiter recepta est distinctio *Accursii in d. l. repetitio verb. solutum in d. l. de hereditate in princ. in d. l. si à patre verb. dedisti in l. si quod possessor 34. verb. debebit. ff. petit.*
42 *hered.* quod videlicet, † aut is qui non debet soluit nomine eius qui debet, & cessat repetitio, in quibus terminis loquuntur leges pro prima opinione allegatæ, & in specie *tex. in d. l. de hereditate*, vbi soluens putans falsò se hæredem soluit creditoribus hæreditario nomine, quo nomine solutum debebatur; non idem tamen diceretur si soluisset legatarijs , nisi alius verus hæres ex testamento extitisset , quia alioquin legatum corrueret, & sic nec ex parte recipientis creditum adesset , vt benè declarando textum qui videbatur contrarius *in dicta l. quod si possessor ff. petit. hæredit.* aduer-
43 tit ibi *gloss. verb. repetitionem*. † Aut soluit nomine proprio, & de proprijs pecuniis , quod non ipse, sed alius debebat , & datur repetitio iuxta leges pro secunda opinione relatas ; hanc distinctionem vltra *Salycet. Paulum de Castr. & Ias. in d. l. repetitio*, secuti sunt *Ioannes Harprechtius in §. his quoque num. 37. & 38.* vbi quod est communis , & verissima distinctio *instit. quibus mod. re contrh. oblig. Piccard. ibidem num. 20. & 22.* vbi sub distinguit , an quis suum an sibi debitum receperit, & posteriori casu admittit distinctionem Accursij , primo verò negat absolutè dari repetitionem *Vvessembec. in pandect. lib. 12. tit. 6. num. 5. Donell. coment. iur. ciuil. lib. 14. cap. 13. ibique Osnald. allegat concord. Cuiacc. lib. 8. obser. cap. 9. Mozzius de contract. tract. de indebit. tit, de caus. quæ faciunt cessar. condict. indeb. numer. 10. & 11. pluresque Vltramontani relati ab Harpprecchio dicto num. 38. in fin.*

Nos autem versamur in secundo casu di-
44 stinctionis Accursij: nam quicquid sit, † an in dubio censeatur solutum nomine debitoris , vt voluit *Bart. in dicta l. si pene §. 1. Moz-*
45 *zius dicto tit. de caus. numero 11.* † quibus contrariatur Harpprechtus , nisi adsint circumstantiæ, quæ aliud suadeant *in dicto §. is quoque num. 40. & seqq. instit. quib. mod. re contrh. oblig.* ex lectura Instrumentorum summario Ciuitatis *num. 9.* constat oculariter Sauinum soluisse tanquam fideiussorem Bentiuoli pro secunda depositaria, reportando cessionem iu-
46 rium , † & sic nomine proprio animo liberandi se à fideiussione non contemplatione debitoris, vt ponderauit *Rot. in Signina saluiani 14. Martij 1639. §. nec visum coram Reuerendissimo Salamantino, & ex tex. in l. Papinianus 28. ff. mand. notat in puncto gloss. in l. si quid possessor 34 verb. suo nomine vers sed si non apparet ff. per hæred.* Vndè nec dici potest, quod soluerit tanquam tertius; & quamuis in actu solutionis reportauerit à Ciuitate Cessionem iurium contrà Bentiuolum, & Paccaronum, dummodò iura contrà Ciuitatem non retorqueantur, non ideò præclusa est ei via agendi contrà Ciuitatem

etiam conditione indebiti ex propria persona competente ob indebitam solutionem: maxi-
47 mè † quia tunc liberos, ex quibus indebitum probatur, nondum videre potuerat, vt latiùs suprà demonstrabatur, & præsumitur ignoranter soluisse, *Negusan. quæst.454. num.9.*

Quapropter recedendo à posterioribus decisionibus, antecedentes *coram Eminentissimo Domino Cardinali Panzirolo sub die 30. Maij 1636. & 15. Iunij 1637. & aliam coram bon. mem. Merlino 28. Iunij 1638.* confirmandas esse resolutum fuit vtraque parte bis informante.

R.P.D. LEONE VEROSPIO.

Romana Subhastationis.

Veneris 10. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Adultus existens in loco Iudicij, citari quidem potest ad effectum, vt legitimè compareat, & iudicium cum Curatoris interuentu substineat; non tamen validè conueniri potest nisi citato Curatore, quem si non habet, Iudex eidem licet inuito, decernere debet, aliàs quidquid in eius præiudicium gestum fuerit irritum, ac nullum esse firmatur. Cohæredes ad persoluenda debita hęreditaria quādo teneantur pro virili, quando verò in solidum, eruditè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Nullitas mandati reddit nullam etiam subhastationem subsecutam.*

2 *Pupillis debet deputari Curator, aliàs mandatum contrà ipsos relaxatum est nullum.*

3 *Adultus validè potest conueniri, nullo etiam assignato Curatore. Intellige, vt num. 4. Et quando secùs num. 7.*

5 *Curatorem debet Iudex Adulto deputare, licèt eo inuito; Et quid si non fuerit deputatus num. 6.*

8 *Adultus absens à loco iudicij, & absque deputatione Curatoris conuentus, censetur nulliter condemnatus.*

9 *Liquidatio præcedere debet, aliàs ante illam, nulla potest actio pro certa summa experiri.*

10 *Hæres pro hæreditarijs tantùm portionibus tenetur ad solutionem debiti hæreditarij. Intellige, vt num. 12.*

11 *Et quid si actio fuerit indiuidua.*

13 *Hæres quando teneatur insolidum, & quando teneatur pro virili ad solutionem debitorum hæreditariorum.*

14 *Retentio pro summa debita non admittitur in spolio, præsertim iudiciali, & quare.*

DECISIO L.

DISSOLVTA inter Ioannem Paulum de Pisentibus, & Ludouicum Braccium Societate inter vtrosque fuit stipulata transactio, vt sociales libri, donec Ioannes Paulus ex scut. 5. mill. sui capitalis 4. mill. reciperet, ac insuper quantitatem scutorum 1136. vti creditor societatis consequeretur penès ipsum remanerent; quos tantùm quotiès requisitus, Ludouico teneretur exhibere, vt residuorum partem sibi tangentem post completam in prædicta quantitate consocij satisfactionem, posset exigere, hic verò triginta post annos cum inter cæteros Ioannis Pauli mediatos hæredes Oliuam, & honestam pupillas ab Vrbe absentes pro exhibitione librorum citationis edicto vocasset, easque loco damnorum, & interesse, quæ ex præfata causa subierat, ad scuta 1000. pro nunc persoluenda ex reliquo capitalis obtinuisset condemnari, executione quoque peracta mediāte subhastatione trinum, ac decem locorum montium easdemmet pupillas spectantium. Ad quarum instantiam commissa mihi causa dubitaui, An prædicta subhastatio possit substineri, & ex vtroque nullitatis, ac iniustitiæ fundamento corruere, fuit hodie responsum.

1 Siquidem † nullitas mandati quæ in subsequutę etiam subhastationis influit nullitatem, secundum *Bart. in l. si non sortem, §. si centum, ff. de condit. indebiti,* ibique *Iason. nu. 2. Rot. in Assisien. Subhastationis 15. Nouembris 1596. coram Orano post Marchesi. de commiss. part. 3. fol. 47.* † in du-
2 bium reuocari non potest in casu proposito in quo mulieribus pupillis, Curatore non deputato, ac ipsis proindè indefensis fuerat relaxatum, contrà *text. in l. acta, §. finali, ff. de re iudic. & in l. cum, & minores, C. si aduersus rem indicatam* notat *Cald. in l. si Curatorem habens, in princip. sub num. 9. C. de in integrum rest. minorum, Vantius de nullitat. ex defectu mandati num. 28. Rolan. cons. 85. nu. 28. vol. 2. Osasch. decis. 36. nu. 25. & 26. Giurba decis. 109. num. 5. Rota coram Puteo decis. 306. nu. 7. lib. 2. & in Maceraten. Hæreditatis 2. Decemb. 1639. coram R.P.D. meo Royas, & in Vrbeuetana Legati 4. Iulij 1646. in §. sententia prima, & in §. hanc opinionem, coram R. P. D. meo Bichio; & in Romana Saluiani 1. Iulij 1648. & 17. Martij 1649. coram R.P.D. meo Ottbobono.*

3 Et licet † præfatæ Mulieres excessissent ætatem pupillarem, adeòque potuissent validè, nullo etiam assignato Curatore conueniri, per *text. in l. 1. §. sufficit,* ibique *Bart. num. 1. ff. de administr. Tutorum, Gratianus decis. Marchiæ 73. num. 1. Rot. decis. 674. num. 6. part. 1. recent.*

Hæc tantum conclusio non debet simpliciter, sed cum sequenti declaratione admitti;
4 Vt † scilicet Adultus existens in loco iudicij citari quidem possit ad effectum, vt legitimè compareat, & iudicium cum Curatoris interuentu sustineat, vt declarat Iure Consult.
5 *in d. §. Sufficit,* † quem tantum si non habeat, Iudex eidem licet inuito decernat, iuxtà *text.*
6 *in §. item inuiti instit. de Curat.* † Cum alias quidquid in eius tanquam indefensi præiudicium

 ge-

gestum fuerit, irritum ipso iure reddatur, ac nullum, per *text. in d. l. acta. §. vlt. ff. de re iudic. & l. cum & minores*, vbi post *gloss. notant communiter C. si aduers. rem iudicatam, Bald. in d. §. sufficit num. 7. & 8. ff. de administr. Tutor. Decius cons. 509. num. 1. Caldas ad d. l. si Curatorem habens num. 15.*
7 *in fine.* † Sin autem adultus absit à loco iudicij nonnisi citato Curatore possit validè conueniri, vt subdit idem Iure Consult. *in d. l. 1. §. sufficit, vers. in absentibus autem, ff. de administr. Tutor.* & notat ibi *Bart. nu. 3. & in l. 2. ff. de Curat. bon. dand. nu. 1. & in l. 3. §. siquidem, ff. qui pet. Tutor. & Curat. nu. 1. Angel. cons. 102. nu. 1. Alex. cons. 100. in fin. lib. 5. Montan. de auct. Tutor. cap. 30. num. 28.*
8 vbi de communi testatur ac praxi. † Adeòque præfatæ Mulieres, nec in Vrbe præsentes, sed in patria longè remotæ commorantes, nec aliter in iudicio defensæ nulliter ibidem cōdemnatæ censentur, vt respondit *Rot. in adducta Vrbeuetana Legati in §. & quidquid sit de prædictis, coram R. P. D. meo Bichio.*

9 Alterum iniustitiæ † fundamentum quo mandatum ipsum, ac subhastatio eiusdem consecutiua laborat, apertè conuincitur dum ex Instrumento transactionis, cuius vigore tàm ipse, quàm Ioannes Paulus consocius conuenerant, quod satisfacto prius ipso Ioanne Paulo de quantitate ibidem expressa, residuum effectuum societatis inter eos deberet æqualiter diuidi: Quare non antea validè potuit idem Ludouicus actionem pro certa summa experiri, quam illius liquidatio præcessisset *ad text. in l. tertia, Cod. de sententijs, quæ sine certa quantitate, Bart. in l. proindè, §. notandū, ff. ad l. Aquil. Bald. in l. 2. C. de execut. rei iud. Surd. consil. 248. num. 12. Rot. coram Seraphin. decis. 1168. numer. 5.*
10 *& decis. 689. num. 3. part. 1. recent.* † Tum etiam ex relaxata condemnatione insolidum contrà Mulieres pro integra summa scutorum 1000. loco damnorum, & interesse, contrà quas tamen vti hæredes pro tertia parte Antonij Aui heredis pro dimidia præfati Ioannis Pauli poterat pro hæreditarijs tantum portionibus decerni, ad *text. in l. 2. C. de hæred. act.* vbi *gloss. & DD. & in l. pacto, Cod. de pactis, Surd. consil. 415. num. 14. Crass. in §. hæreditas quæst. vltim. num. 12. Rot. coram bon: mem. Vrgell. decis. 58. num. 1. & in Tudertina Redditionis rationis 23. Iunij 1645. in princip. coram R. P. D. meo Otthobono.*

11 Non obstat, † quod actio ad factum exhibitionis librorum intentata per Ludouicum, existat indiuidua, cuius virtute teneatur hæres vnusquisque insolidum, secund. *Alciat. in l. 4. §. Cato nu. 41. Sott. Ium. num. 84. ff. de verb. oblig. Crass. attestans de communi in dict. §. hæreditas, quæst. 12. num. 17.*
12 Ex † Mulierum enim Summario constat ipsas æquè principaliter fuisse conuentas, & condemnatas ad solutionem interesse de sui natura diuiduum, ac pro portionibus tantummodò hæreditarijs proindè præstandum, ad *text. in l. in executione, §. insolidum, & l. cum ex causa, ff. de verb. oblig.* notat *Bart. in l. 2. §. ex his nu. 9.*
13 *& 10.* † distinguendo inter actionem à principio intentatam ad factum contrà vnum ex hæredibus, & æquè principaliter contrà eundem excitatam ad soluendum interesse, vt primò casu teneatur insolidum, secundò verò tantùm pro virili, & ibi etiam *Alex. numer. 6. Castr. num. 3. vers. sed si æstimatio petatur iure actionis, Imol. num. 22. ff. de verb. oblig. Gratian. discept. forens. cap. 321. num. 7.*

14 Hinc cessat † obiecta retentionis exceptio saltem pro summa debita; Tum quia creditum exaduerso prætensum dignoscitur esse illiquidum; tum quia retentio ab hoc Tribunali non admittitur in spolio præsertim iudiciali, ne iustus iudiciorum ordo peruertatur admittendo probationes post sententiam executioni demandatam, iuxtà *decis. Chisanen. 172. Gregor. 105. num. 10. Buratt. 584. nu. 6.* & aliorum quos secuta fuit *Rot. in Romana Vineæ 27. Aprilis 1646. in §. nam equidem attenditur, & §. quia neque ex productis coram R. P. D. meo Corrado.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. BICHIO.

Perusina Suffragiorum.

Lunæ 13 Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Prætendens medietatem vocū in suffragijs debet illam in indiuiduo probare nempè eā habuisse in actu ab omnibus suffragia habentibus expedito, etiam si agatur in iudicio possessorio. Suffragia pertinent ad suffragantes in capita, non in stirpes, dummodò ita actus expediti probentur, nec declarationes post possessionem suffragantibus acquisitam eidem præiudicare valent, sed de petitorio sunt intelligendæ.

SVMMARIVM.

1 *Actus facti in Congregatione in capita dicuntur facti vti ab vno corpore, non autem vti à pluribus membris separatis.*
2 *Iudicium manutentionis leues probationes admittit.*
3 *Actus vnicus sufficit pro manutentione obtinenda.*
4 *Præseruatiua adiecta à partibus exercitatione actum præseruat tantummodò in petitorio, non autem in possessorio.*
Quo idem est in præseruatiua adiecta à Iudice. num. 4. & 5.
Dummodo non sit in decreto prouisionali in quo præseruatur ipsa possessio. num. 6.
7 *Possessio acquiritur in ipso actu suffragationis, nec potest illi præiudicari per declarationem postea secutam.*
Intellige, vt num. 11.
8 *Declaratio facta post actum non præseruat iura possessorij, sed tantum petitorij.*
9 *Renunciatio possessionis iam acquisitæ non potest fieri in præiudicio successorum in officio.*
Quia possessio fuit ipsi officio non officiali acquisita. num. 10.
12 *Possessio varia vnius non inficit possessionem certam alterius.*
13 *Suffragium illius qui alteri concorditer adhæret, non est necessarium.*

Imò

Imò sola præsentia, & taciturnitas citantis habet vim concordis suffragij in personam illius ab altero nominati. num.14.

15 *Actus æquiuocus possessionem non tribuit.*

16 *Actus ab aliquibus ex collegiis tantum facti non præiudicant possessioni aliorum non interuenientium.*

17 *Consul non potest alteri Consuli præiudicare.*

18 *Prætendens possessionem medietatis suffragiorum tenetur illam probare in casu indiuiduo scilicet in interuentu omnium aliorum suffragantium.*

19 *Exceptiones respicientes titulum sunt ad petitorium reiicienda.*

DECISIO LI.

GVBERNIVM, ac regimen Collegij nuncupati Sapientiæ Nouæ in Ciuitate Perusiæ erecti spectare ad Dominum Priorem Ecclesię Cathedralis, & Dominos Consules Mercaturæ eiusdem Ciuitatis, nemo ambigit; sed incidit quæstio super partitione suffragiorum in electionibus Officialium aliisque negociis tradendorum; prætendentibus Consulibus, qui quatuor sunt ea numeranda esse in capita, itaut quatuor ipsis, Priori competant duo; Priore verò illis vnicum sibi alterum competere diuiso vtrinque iure suffragandi pro medietate. Ac desuper commissa mihi causa de partium consensu, exordiendo, vt debet à summarijssimo possessorio, proposui hodie discutiendum, An, cui, & quomodo dandum sit mandatum de manutenendo fuitque resolutum Consulibus dandam esse manutentionem votandi in capita.

Sic enim seruatum fuisse in suspensione ab officio tunc Rectoris, ac Vicerectoris deputatione de anno 1458. in electione noui Rectoris de anno 1578. in alienatione quorumdam bonorum stabilium anno 1584. in electione depositarij anno 1585. constat ex publicis documentis relatis in *Summ. Consulum num.1.* vbi recensentur dicti actus per suffragia in capita expediti simul in eodem loco Priore, & Con-
1 sulibus congregatis, † quod sufficeret, vt diceretur interuenisse in capita tanquam vnum corpus non autem vti duo memora separata, vt aduertit *Abb. in cap. Pastoralis num.7. vers. pone exemplum de rescr. & in cap. scriptum num.6. in fin. de elect. Rot. in Taurinen. Iurispatronatus 11. Ianuarij 1583. §. Tamen quando, & 23. Martij 1584. §.1. & fin coram recol. mem: Card. Pamphilio, & inter recent. decis.82. num.5. & 6. part.7.*

Concurrentibus vltrò attestationibus plurium Ciuium de visu, & certa scientia continuatum idem fuisse ab anno 1600. citrà deponentiũ, quibus licet extraiudicialibus iuncto
2 antecedenti statu, vt suprà probato † deferendum valdè est in hoc summarijssimo iudicio, quod leues probationes admittit, *Rot. inter impress. apud Farinac. post consil. lib.2. decis.323. nu.2. apud Modern. Perusin. de manuten. decis.97. num.3.*
3 penès *Buratt. decis.720. num.2.* † & sufficit vnicus actus pro acquirenda possessione manutenibili, *Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina n.94. & seqq. de caus. poss. & propr.* & in terminis possessionis votandi, *Rot. decis.193. num.4. decis.665. num.2. part.4. recent.*

Neque actus gesti de anno 1585. vim euacuat clausula ibidem apposita, *sine tamen præiudicio vtriusque Collegij, videlicet capitali pro parte Prioris quatenus plusquam duas fabas mittere debeat, ac etiam Dominorum Consulum similiter quatenus plusquam vnam fabam pro quolibet mittere debeat, Summ. Prioris num.7.* Quia ex præcitatis verbis apparet, quod præseruatiua non cadit super suffragijs in capita, prout in illo actu tradita à Consulibus fuerunt, sed super eo tantum an Priori plusquam duo, & singulis Consulibus vltrà vnum pro quolibet competat; quo itaque ad simplicem suffragationem in capita cum vno suffragio pro quolibet Consule fuit ex eo actu quæsita Consulibus non cõtradicta possessio; cumque Prior Consules ad sic votandum admiserit clausula præseruatiua nil operatur in possessorio, sed solum præseruat iura in petitorio circa pluralitatem suffragiorum, quam siue Prior, siue quilibet Consul
4 prætendere posset, † vt distinguendo inter præseruatiuam in actu possessionis adiectam à Iudice, vel ab ipsis partibus, tradit *Add. ad san. mem: Gregor. XV. decis.332. sub nu.6. vers. verum,* & dixit *Rot. decis.22. sub num.3. coram Reuerendiss. Vrgellen. decis.375. sub nu.7. coram bon. me: Buratt. decis.151. nu.7. decis.162. nu.6. inter impress. apud Modern. Perusin. de manuten. & in alijs relatis ab eod. Modern. obser.50. num.11.* Imò, quod nec adiecta à Iudice suspendat possessionis acqui-
5 sitionem, † sed tantùm resoluat postquam de alterius iuribus constiterit, & interim sit manutenendus possessor, tradit *Gratian. discept.317. num.31. & seqq. Ciriac. contr.10. num.12. Caualer. decis.633. num.5. Rota inter recent. decis.513. nu.1. & seqq. part.1.* licet secùs sit, quando possessio
6 elicitur † ex actu prouisionali cum simili clausula emanato de quo loquitur, *Rot. in exaduerso allegata decis.217. num.51. & seqq.* apud *d. Moder. de manuten.*

Ita pariter ne Consulibus quęratur possessio votandi in capita ex suprà recensito actu gesto 1578. efficere non potuit declaratio post tres menses à partibus emissa, quod per eam ballottationem uoluerunt pręiudicare Priori,
7 & eius officio, *Summar. Prioris num.5.* † quia possessio iam fuerat quæsita Consulibus ab ipso instanti suffragationis antea sequutæ in præiudicium Prioris, qui tunc liberè consensit, *Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina nu.93. vers. sed dubitatur de caus. poss. & propr. Coccin. dec.490. nu.4.*
8 Vndè † declaratio intelligenda est de præiudicio in petitorio, præsertim quia in dubio non est præsumendum Consules voluisse ex interuallo possessioni iam quæsitæ renunciare,
9 cui † nec renunciare potuissent damno successorum in officio Consulatus, *l. quemadmodum, ff. acq. poss. Mantic. decis.259. sub num.6.* cum ipsi
10 officio ex actu pacifico gesto † à Consulibus fuisset quæsita possessio, *Rot. dec.623. nu.2. par.2. recent. decis.166. num.1. decis.335. numer.7. & 18. post tract. Modern. Perusin. de manuten. & in Perusina Parochialis 7. Aprilis 1642. §. neque in fin. coram me.*

Et in omnem euentum satis est in anteceden-

tibus, & subsequentibus actibus non fuisse
11 declarationem huiusmodi repetitam, † vt in terminis respondit *Rota decis. 193. num. 5. part. 4. decis. 8. num. 6. part. 5. recent.*

Quod verò in eisdem actibus Prior aliquãdo duo tulerit suffragia, nihil interest, quia hodie non negatur quin duo ferre valeat. &
12 varietas hæc, † quæ respicit possessionem Prioris non reddit incertam, aut variam possessionem Consulum, qui semper in capita Votarunt, vt per *Cranet. de antiq. tempor. part. 4. sect. 1. num. 62. in fin. Rot. decis. 17. num. 11. part. 2. diuers.*

Non obstat prætensa iunior possessio Prioris ab anno 1633. citrà; eam enim actus recensiti in eius *Summ. nu. 8. & seqq.* non probant. In electione siquidem Rectoris facta de anno 1633. cum interuentu Prioris, & duorum Consulum, non mirum si vnus tantùm Con-
13 sul votum tradidit, † quia cum ipse suffragio Prioris adhæsisset, inutile erat alterius Consulis suffragium, *cap. 3. de Iurepatr. Couarr. in reg. peccatum part. 2. §. 7. nu. 3. Guttier. canon. quæst. lib. 2. cap. 11. num. 20. Buratt. decis. 942. num. 1.* & sola præsentia, ac taciturnitas ipsius vim habere
14 potuit concordis suffragij † in personam ab alijs nominatam, *Achill. decis. 4. nu. 14. de preben. Caualer. decis. 197. num. 5. Rot. decis. 136. num. 20.* apud *Moder. Pisan. de Iurepatr.* adeò quod actus
15 ille saltem redditur æquiuocus, † & propterea irreleuans, *cap. in præsentia, vbi notant omnes de probat. cum vulgar.* & in terminis possessionis, *Rot. decis. 120. num. 2. part. 2. recent.*

Quod in aliquibus actibus vnus tantum Consul, & Prior interuenerint non nocet alijs
16 Consulibus, † qui fortè ob absentiam, vel aliud impedimentum non interuenerunt, *Rot. decis. 640. num. 4. part. 2. recent. decis. 269. sub nu. 3. par. 4.* & quibus alter Consul præiudicare non
17 potuit, † vt ferè in puncto ponderat *Bald. cons. fil. 123. numer. 3. lib. 5.* quin imò eorum quasi possessio præseruata censetur per suffragium à Collega traditum *Garz. de benef. part. 5. cap. 5. nu. 115. Rimin. Iun. cons. 14. num. 40. Rot. decis. 713. num. 6. & 7. part. 1. diuersor. decis. 452. numer. 9. coram sanct. mem. Gregor XV. d. decis. 136. num. 13.* apud *Modern. de Iurepatr.* & Prior, qui medietatem suffragiorum prætendit etiam vbi plures Consules interueniunt probet necesse est
18 suam possessionem † in casu indiuiduo actus expediti cum interuentu plurium Consulum, *Alex cons. 6. per tot. lib. 5. Rolan. cons. 80. num. 10. lib. 1. Seraph decis. 326. nu. 2. Mantic. decis. 56. nu. 7.*

Alij tandem actus expediti concorditer à Priore, & Consulibus non explicant quomodo suffragia tradita fuerint, & an in capita, vt præsumi debet stante longæua possessione Consulum votandi in capita ex publicis documentis, ac extraiudicialibus attestationibus plurium Nobilium, vt initio dicebam probata vsque ad hæc tempora, in qua propterea
19 Consules manutenendi sunt reiectis † ad petitorium alijs exceptionibus titulum respicientibus, *Rot. decis. 170. num. 5. & seqq. coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 57. num. 8. decis. 320. num. 9. post tract. Moder. de manut. & alijs sæpissimè.*

Et ita decisum vtraq; parte informante, &c.

R. P. D. M E L T I O.
Postea Episcopo PAPIEN.
Anglonen. Territorij.
Luna 13. Iunij 1650.

A R G V M E N T V M.

Attentata quando, & exquibus dicantur commissa perbelle discutitur.

S V M M A R I V M.

1 *Nunciatio noui operis licet extraiudicialiter intimata operatur vt omnia postea ædificata veniant tãquam attentata demolienda.*
Et habetur ad instar inhibitionis, nu. 2.
3 *Attentata sunt omnia gesta pendentelite super terminatione confinium.*
4 *Attentata sunt omnia gesta post decretum supersessoriæ.*
5 *Attentata sunt omnia gesta post appellationem.*
Quod procedit etiam si infra legitimum tempus appellatum non fuerit dummodo tamen appellatio admissa sit num. 6.
Inde à fortiori procedit si appellatio infra decem dies interposita fuerit, nu. 7.
8 *Allegatio Iudicis suspecti ligat manus Iudicis, & causat attentata.*
9 *Auocatio causæ habet vim inhibitionis etiam antequam parti notificetur.*
10 *Auocatio causæ tollit iurisdictionem Iudicis à quo.*
11 *Inhibitio siue iusta siue iniusta, est timenda.*
Et causat attentata etiam si Iudici non sit intimata dumodo sit intimata parti, num. 12.
13 *Attentatorum renocatio eo magis admittitur ad coercendam attentantium licentiam, & temeritatem.*
14 *Attentata non dicuntur gesta pendente tempore ad appellandum à decreto reuocationis attentatorum, & num. 16.*
Appellatio nõ admittitur à decreto reuocationis attentatorum, num. 14.
15 *Appellatio non datur à sententia interlocutoria.*
Præsertim si sit super reuocatione attentatorum numer. 16.
17 *Attentata non dicuntur gesta in executionem Sententiæ à qua non datur appellatio saltem suspensiua.*
18 *Attentata debent concludenter probari vel facta infra decem dies ad appellandum, vel facta post appellationem interpositam.*
19 *Attentata dicuntur omnia medio tempore gesta quando Signatura simpliciter causam appellationis commisit.*
Fallit si gesta medio tempore sint gesta post decendium datum ad appellandum, & appellatio non fuerit interposita, num. 20.
21 *Attentata vltima veniunt prius, & ante omnia purganda.*
22 *Attentata quando consistunt non in decreto sed in actuali executione non sufficit simplex renunciatio sed omnia debent reduci ad primæuum casum statum. & num. 23.*

DE-

DECISIO LII.

OCCASIONE litis introductæ, & respectiuè prosecutæ coram diuersis Iudicibus de partibus inter Monasterium S. Mariæ de Sagittario Ordinis Cistercieñ, & Monasterium Sancti Nicolai Ordinis Cartusianorum super electione Arginum, & constructione Aquæductuum cum nouo alueo pro ducenda aqua à flumine Sinni ad molendinum quod dicti Cartusiani cõstruere prætendebant plura hinc inde commissa fuisse attentata vtraque Pars contendebat; Cistercienses enim dicebant attentatam non solum constructionem Aggerum, seu Capoleuatę tanquã factam post nunciationem noui operis, & lite pendente, sed etiam appositionem terminorum pro diuisione Territorij demandatã in sententia Ordinarij Angloneñ tanquam factam pendente tempore ad appellandum. E contra Carthusiani prætendebant remotionem dictorum terminorum, & aggerum factam in executionem sententiæ Ordinarij Policastren. in secunda instantia latæ subiacere vitio attentatorum eo quia, & illa facta fuerat pendente tempore ad appellandum. Denique Cistercienses dicebãt sententiam Vicarij Tarantini per quam pronunciatum fuit terminos, & aggeres remotos esse remittendos ad pristinum statum, laborare vitio attentatorum prout alia omnia gesta in executionem dictæ sententiæ eo quia lata fuit postquam dictus Vicarius allegatus fuerat suspectus, imò postquam præsentata illi fuerat inhibitio vigore Breuis Apostolici directi Ordinario Cusentino.

In conflictu tot prætensorum hinc inde attentatorum, commissa mihi causa Dubitaui An constaret de attentatis, quæ venient reuocanda, & Domini respectu Carthusianorum tantum dixerunt de illis constare.

Nam elatio arginum, & constructio aquæductuum gestæ ab eis fuerunt nedũ post nunciationem huius noui operis, quæ licet extra-
1 iudicialiter intimata afficit, & operatur, † vt quidquid postea ædificatum fuerit sit reuocandum, ac demoliendum per viam, & modum attentati, *l. 1. §. nunciatio ibi ex hoc edicto non habet necessariam Prætoris aditionem, ff. de nou. oper. nunciat, Ias. in l. nunciatio num. 1. ff. eod. Bart. in l. fin. numer. 4. vers. solum in nunciatione ff. de appell. recip. Bald. cons. 245. sub nu. 2. vers. natura noui operis lib. 2.* quem sequitur, *Surd. cons. 154. sub num. 9. versic. quia ad demolitionem agitur per viam attentati, Lancell. de attent. 3. par. cap. 28. num. 63.* vbi quod per talem nunciationem dicitur inducta inhibitio
2 reddens attentatum † quidquid postea gestum fuit, *Gratian. discept. for. cap. 84. sub nu. 6. vers. præsertim,* dicens hoc speciale in noui operis nunciatione, verum etiam lite coram Ordinario Angloneñ pendente super terminatione con-
3 finium, † quo tempore nihil citra vitium attentatorum innouari poterat, *cap. 2. lit. pend. in 6. Clem. 1. eod. tit. Natt. cons. 568. num. 4. Lancell. de attent. cap. 4. in præfat. nu. 293. cum seqq. Rota dec. 10. vt lit. pend. in nou. Buratt. decis. 262. num. 3.* Immo post decretũ prouisionale dicti Ordinarij Angloneñ, quo mandauit supersederi in constructione Aggerum, seu Capoleuatæ quod indicat illam non fuisse per prius constructam,
4 & facta † post dictum decretum vt subiecta fuerit vitio attentatorum latè tradit, *Lancellot. de attent. post inhib. ampl. 6. Rot. coram sa. mem. Greg. XV. dec. 435. per tot. & coram bo. me. Buratt. dec. 902. num. 2.* & alibi passim,

Est pariter attentata appositio confinium, prout alia omnia quæ gesta fuerunt in executionem sententiæ diffinitiuæ Episcopi Angloneñ, nam cum à dicta sententia daretur appel-
5 latio, † & illa gesta fuerint intra tempus ad appellandum, ab attentatis excusari non possunt *ad text. in cap. non solum de appell. in 6. glo. in cap. dilectis, verb. exequendam de appel. l. vnica ff. nil nouan. appell. interposit. Franch. in cap. ad audientiam in fin. eod. tit. de appell. Lap. alleg. 1. nu. 11. Rota coram Canal. decis. 211. num. 3. & dictum fuit in Ortana beneficij 19. Ianuarij 1643. in princ. corã R. P. D. meo Royas, Calaguritana beneficij de Logrono 19. Febr. 1649 coram R. P. D. meo Verospio §. 1. in fin. & in Calaguritana beneficij S. Martini 10. Maij 1649. coram R. P. D. meo Corrado §. ac proinde;* Idque si admit-
6 titur, † quamuis infra legitimum tempus appellatum non fuerit, *Adden. ad san. me. Greg. XV. decis. 339. num. 6. Franch. in cap. ad audientiam in fin. de. appell.* multò magis procedere debent in proposito casu, in quo appellatio interposita
7 fuit, † intra debitum tempus decem dierum, eaq; simpliciter alteri Iudici commissa apparet, *Rota coram Buratto dec. 903. nu. 2. Comen. iurispatronatus 25. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Corrado Comen. Cappellæ 24. Ianuarij 1648. coram Reuerendiss. D. meo Decano, Auenionen. hæreditatis 10. Iunij 1648. coram R. P. D. meo Royas, & in Illerden. decimarum 28. Iunij 1649. coram R. P. D. meo Otthobono.*

Eodem vitio attentatorum, dixerunt etiam Domini laborare sententiam latam in tertia instantia à Vicario Archiepiscopi Tarentini, omnesqeue alios actus executionem dictę sententiæ respicientes nõ solum ex eo quod præcesserat allegatio suspicionis dicti Vicarij cum appellatione ab vlteriori processu quæ sola
8 sufficiebat † vt manus Iudicis à quo ligatæ remanent, *Lap. alleg. 1. Bursatt. cons. 21. nu. 21. lib. 1.* vbi alios in id congerit, *Lancell. de attent. 2. par. cap. 6. nu. 8. Achil. dec. 320. Caputaq; dec. 35. & 143. lib. 1. Rot. coram bon. mem. Card. Mellino dec. 40. n. 1.* Verum etiam quia obtenta fuerat commissio
9 auocatoria causæ, † quæ vim semper habet inhibitionis, etiam antequam parti notificetur, tali enim casu ipse Princeps dicitur inhibere,
10 & auocatio † tollit primam iurisdictionem à iudicio à quo *Lancell. de att. par. 4. cap. 10. num. 4. & seqq. Rot. in Leopolien. censurarum 27. Ian. 1645. coram R. P. D. meo Cerro, & in Romana locorũ montium 14. Maij 1649. corã R. P. D. meo Bichio:* Quinimo specialis inhibito emanata vigore dictæ commissionis præsentata fuerat tàm Iudici,
11 quàm parti, † quæ siue iusta, siue iniusta semper erat timenda iuxta sententiam in hoc Sacro Tribunali sæpius firmatam, & signanter alijs omissis, *in Cæsaraugustana distributionum seu attentatorum 15. Febr. 1645. & in Bonon. attentatorum*

rium 18. Iulij 1646. & in Lenceorien. attentatorium
26. Iunij 1648. §. 1. coram R.P.D. meo Cerro, & in
Meliuitana pensionis 14. Maij 1649. coram R.P.D.
meo Bichio §. aut ipsi Iudici in fine. Immo nil re-
ferret etiãsi non fuisset actualiter Iudici præsen-
12 tata, † quia ad effectum causandi attentata suf-
ficit inhibitionem intimatam fuisse parti, *Rota*
coram san. mem. Greg. XV dec. 360. nu. 2. cum alijs
adductis, *in d. Lenceorien. d. §. 1. & in d. Melenitana*
pensionis 14. Maij 1649. coram R.P.D. meo Bichio
sub eod. §. aut ipsi Iudici, cum alijs relatis *in Luca-*
na Canonicatus 30. Aprilis 1646. coram R.P.D. meo
Pentingero, & in Taurinen. parochialis 13. Maij 1647
coram R.P.D. meo Celso. Et ex his cum constet
plures attentatorum species in vno, eodemq;
casu interuenisse scilicet ob recusationem,
commissionem, & inhibitionem eo facilius
13 visa fuit demandanda illorum reuocatio † ad
magis coercendam attentantium licentiã atq;
temeritatem.

E conuerso attentata quæ prætenduntur
pro parte Carthusianorum ex eo, quod Cister-
cienses post sententiam, seu verius decretum
ad eorum fauorem factum per Ordinarium
Policastren. statim deuenerint ad demolitio-
nem Aggerum, seu Capoleuatæ, & ad remo-
tionem confinium appositorum pro diuisio-
ne Territorij nondum elapso tempore ad ap-
14 pellandum non visa fuerunt subsistere. Quo-
niam dictum decretum factum fuit super re-
uocatione attentatorum à quo non debatur
appellatio saltem suspensiua, vt pluribus ratio-
nibus comprobat *Lancellot. de attent. p. 3. cap. 28.*
num. 49. & hoc ea ratione, quia sententia lata
super reuocatione attentatorum est merè in-
15 terloquutoria, † à qua nunquam datur ap-
pellatio *l. 1. C. quor. appell. non recipien. l. ante sen-*
tentiam, ff. de appellat. recipien. Rota decis. 2. de rest.
spol. in nou. & hæc opinio procedit absque vlla
16 penitus difficultate, † quando prout in propo-
sito casu agitur de reuocatione attentatorum
commissorum intra tempus ad appellandum
vel appellatione pendente, nam illorum pur-
gatio non retardatur per appellationem inter-
positam ex ea ratione, quod qui appellatione
pendente attentauit appellationis beneficio
carere debet, vt in eo puniatur, in quo deli-
quit; sic enim attentando vt se indignum be-
neficio appellationis reddiderit benè probat,
text. in cap. an sit in fin. de appell. & ibi communi-
ter DD. præsertim, *Dec. sub num. 7. Lancell. d. cap.*
28. num. 130. & sic gesta in executionem sen-
17 tentiæ, † seu decreti, à quo non debatur ap-
pellatio saltem suspensiua dici non possunt
attentata, *Paris. cons. 108. nu. 121. lib. 1. Rolan. cons.*
77. nu. 20. lib. 2. Canal. dec. 42. num. 4. & fuit dictum
in Bononien. fideicommissi de Blanchis 14. Ianuarij
1636. in principio coram R.P.D. meo Royas, eoque
magis prædicta locum habere debent, cum
nec etiam constet exequutionem dicti decreti
factam fuisse intra decendium ad appellandũ
vel post appellationem interpositam prout
esset necesse probari concludenter ab eo qui,
18 prætendit † executionem attentatam fuis-
se.

Hincq; resultat responsio ad aliud obiectũ,
quod dum Signatura simpliciter commisit
causam appellationis à dicta sententia, cen-
seatur illam habuisse pro appellabili, sicq; cõ-
missio appellationis retrotrahatur ad redden-
da attentata quocumque gesta fuerunt medio
19 tempore, † Quia obiectum procedit respectu
executionis factæ intra tempus ad appellandũ
vel post appellationem interpositam, nam
quamuis appellatio non videatur attendenda,
ex quo causa est inappellabilis.

Tamen si Signatura illam committit, tunc
retrotrahitur ad reddenda attentata medio tẽ-
20 pore gesta, † At secus est si gesta fuerunt post
lapsum decendij dati ad appellandum, vel neq;
post appellationem intepositam, vt ita distin-
guendo comprobauit, *Rota in Comen. iurispa-*
tronatus 25. Iunij 1646. coram R.P.D. meo Corrado,
Comen. Capellæ 24. Ian. 1648. coram Reuerendiss. D.
meo Decano, Auenionen. hæreditatis 10. Iunij 1648.
coram R.P.D. meo Royas, & in Melenitana commen-
da de Vaours 13. Maij 1650. coram Reuerend. P.
Domino meo Cerro §. quia cum ab ea appellatum fue-
rit.

Et in omnem euentum cum Monasterium
Carthusiæ vltimo loco attentauerit in execu-
tionem sententiæ Vicarij Archiepiscopi Ta-
rentini non attentata allegatione suspicionis,
& inhibitione emanata vigore commissionis,
proculdubio hæc veniunt ante omnia reuo-
21 canda, † ex quo vltima attentata in primis, &
ante omnia sunt purganda, *cap. fin. de ordin. co-*
gnit. Rot. dec. 27. in fin. de appell. in nou. dec. 870. nu. 7.
par. 4. rec. & dec. 191. num. 8. coram bon. mem. Dura-
no, quæ attentata cum non consistant in sim-
plici decreto, sed in actuali executione ex su-
22 pra adductis, † non sufficit pro illorum pur-
gatione simplex renunciatio à Carthusianis
oblata, *Rota coram Penia dec. 196. num. 9. & inter*
recen. dec. 269. num. 1. par. 1. sed debent omnia
23 reduci ad primæuum statum, † prout reperie-
bantur antequam fuerint commissa attentata,
vt in puncto firmauit, *Rota dec. 61. in princ. p. 4.*
tom. 2. recent.

Et ita vtraque parte &c.

R. P. D. CELSO
Postea S. R. E. CARDINALI.
Lucana Vnionis.
Mercurij 15. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Regula reuocatoria vnionum non dum effectũ sortita cum comprænhendunt vniones factas non pro necessitate Ecclesiæ, sed pro commodiori beneficiatorum substentatione.

SVMMARIVM.

1 *Vnio vt subsistat, nec cadat sub regula reuocatoria requiritur non solum Ecclesiæ necessitas, sed quod propter tenuitatem redditum non reperiantur, qui velint beneficia acceptare.*

2 *in Vnionibus honestus modus seruari debet.*

3 *Ne-*

3 *Necessitas alia, quam Ecclesiæ in vnionibus seruari debet, & nu. 5.*

4 *Vnionis necessitas excluditur quoties beneficia vt primum vacauerint ab alijs fuerint acceptata.*

5 *Seruitium semper præstitum Ecclesiæ excludit necessitatem vnionis nu. 4.*

6 *Beneficiati si semper eorum portione fuerunt contenti & honestæ vixerunt necessitatem illis alia beneficia vniendi excludunt.*

7 *Pensio soluitur ex fructibus, & habito respectu ad illos.*

8 *Cappellani, si eorum redditus non essent sufficientes, non est verisimile quod non reclamassent.*

9 *Præbendarum tenuitas, cum tenuitate distributionum quotidianarum requiritur ad effectum vnionis.*

10 *Vnio in parte nulla, & inualida dicitur nulla, & inualida in totum.*

11 *Vnio facta non pro necessitate Ecclesiæ sed pro commodiori substentatione beneficiatorum subiacet regula reuocatoria vnionum.*

DECISIO LIII.

SVB die 27. Aprilis 1648. DD. recedendo à
decisione antecedenti firmarunt coram Reuerendissimo Terracinen. vnionem factam fauore Beneficiatorum non sustineri. Hodie repropositâ causa perstiterũt in resolutis quia ad effectum vt vnio subsistat, nec cadat sub
1 regula reuocatoria † non solum requiritur
Ecclesiæ necessitas, sed etiam quod illa sit talis vt propter tenuitatem redditũum non reperiantur, qui velint Cappellanias acceptare, & Ecclesiæ inseruire, *vt in cap. exposuisti de præben. dixerunt Abb. num. 4. Burat. Ancharan. & Io: Andr. num. 2. Card. & Imol. num. 1. Host. eod. num. vers. & per consequens, & num. seq. vers. & considerare,* vbi monent Episcopos, ne in vnionibus faciendis compatiendo Beneficiatis illorum in expen-
2 dendo luxuriam nutriant,† quia in talibus honestus modus seruandus est, & firmauit, *Rota coram Acchill. decis. vnica nu. 1. & seqq. super regula reuocatoria vnion. & in Toletana Beneficij de Vallecas 20. Nouembris 1592. coram Gypsio, relata per Garz. de benefic par. 12. cap. 2. num. 284.* vbi ponderat, quod si alia necessitas, quam Ecclesiæ at-
3 tendenda esset,† regulæ reuocatoriæ vnionũ essent frustratoriæ cum semper illæ possent dici factæ pro commodiori substentatione inseruientium, & pro augumento Cultus Diuini, & plures cumulant *Adden. ad dec. 576. num. 81. & seqq. par. 4. tom. 3. recent.*

In præsenti vero casu tantum abest, quod probetur huiusmodi præcisa necessitas, quod immo ex testibus à Beneficiatis inductis illa absolutè excludatur dũ deponunt, quod Cap-
4 pellaniæ, † de quibus agitur quoties venit casus vacationis statim fuerunt obtentæ, & acceptatæ à personis idoneis, & honestis, & ab eisdem decenter fuit semper præstitum seruitium Ecclesiæ, vt benè ponderatum fuit, *in Mediolanen. Cimiliarcatus 13. Maij 1644. & 10. Martij 1645. coram R. P. D. meo Pentingero.* Et licet primus, & tertius testes super quinto affirment aliquando non omnes Cappellanos inseruiisse, & quam plures ex ipsis procurasse alia officia in diuersis Ecclesijs. Attamen subdunt incontinenti non ideo Ecclesiam fuisse debito destitutam seruitio, & officia prædicta procurata fuisse pro commodiori substentatione eorum, quæ sola non habetur in consi-
5 deratione ad effectum validitatis vnionis;† sed Ecclesiæ necessitas est attendenda, *iuxt. text. in d. cap. exposuisti de præben. & in clem. 1. §. ad hæc. de stat. Monac. Rebuff. in prax. tit. de vnion. num. 39. Rot. dec. 133. num. 2. & 3. part. 2. diuersor. & in Narnien. vnionis 1. Iulij 1643. coram R. P. D. meo Bichio.*
Comprobatur etiam huiusmodi veritas, non solum quia Beneficiati (vt deponunt ijdem testes) semper contenti fuerunt solita portio-
6 ne sibi assignata, † & huc vsque honestè vixerunt absque istis beneficijs vnitis, vt ponderat, *Oldrad. consil. 262. num. 1. in fin. Rota coram Seraph. dec. 1385. n. 3. cum alijs per add. ad sa. me. Greg. dec. 419. num. 6.*

Sed etiam quia quam plures ex prædictis Cappellanijs sunt grauatæ pensionibus; signũ euidens, quod sint pingues, & aptæ ad substi-
7 nendum huiusmodi onus† cum pensio soluatur ex fructibus, & habito respectu ad illos, *Surd. cons. 197. num. 20. vers. quod vero, & cons. 445. num. 18. Gratian. cap. 534. num. 30. & 33.* Nec sit verisimile, quod Cappellani non reclamassent
8 si † redditus non essent sufficientes, vt in simili ponderauit, *Rot. dec. 213. num. 22. & seq. p. 6. in recent.*

Et cessat difficultas, quia non constat de reddditu particularium Præbendarum quas habent ferè omnes Cappellaniæ præfatæ, cum tamen ad hunc effectum requiratur tenuitas
9 præbendarum† cum tenuitate distributionum quotidianarum copulatiuè Itaut vna sine alia non sufficiat, vt firmauit, *Rota in Mediolanen. Vnionis 12. Iunij 1592. coram Orano, in Toletana Cappellania de Pastrana 20. Iunij 1610. coram Sanctissimo D. N. Innocentio X. in dicta Mediolanen. Cimiliarcatus 13. Maij 1644. & 10. Martij 1645. coram R. P. D. Peutingero,* & concordantes referunt, *Adden. ad decis. 576. numer. 81. & seqq. part. 4. tom. 3. recent.*

Non obstat, quod duæ, vel tres Cappellaniæ careant præbenda. Quia cum reliquę omnes vsque ad numerum 40. illas habeant dictę tres non sunt habendæ in consideratione. Et
10 talis vnio tanquam indiuidua vti nulla, † & inualida in parte remaneat nulla in totum, *ad text. in l. 4. §. Cato. ff. de verb. obligat. Rota dec. 109. numer. 3. part. 6. in recentior. & benè firmatur in in decisione huius causæ coram Reuerendissimo Terracinen.*

Vnde cum ex prædictis vnio apparet facta pro cõmodiori substentatione Beneficiatorũ,
11 non autem ex causa necessaria Ecclesiæ, † sequitur vt sit locus regulæ reuocatoriæ vnionum, quæ non dum effectum fuerunt sortitæ, vt post, *Gonzal. ad regul. 8. gloss. 5. §. 7. numer. 53. versic. cæterum,* tradit, *Lotther. de re benefic. lib. 1. quæst. 28. numer. 131. & sequent. Rota in Toletana Cappellania de Pastrana 25. Ianuarij 1608. & 20. Iunij 1610. coram Sanctissimo Domino Nostro, & coram Caualer decision. 403. num. 1.*

num. 1. & seqq. & in recentior. decis. 7. numer. 8. part. 6.

Et ita vnica tantùm parte informante, alia tamen sæpiùs citata, & monita decisum fuit.

☞ *Decisio ista emanata in hac eadem causa sub 27. Aprilis 1648. coram R. P. D. Ghisilerio, modò Reuerendiss. Imolen. est in praecedent part. 10. Recentior. decis. 173.*

R. P. D. MELTIO,

Posteà Reuerendissimo Episcopo PAPIEN.

Bononien. Manutentionis.

Veneris 15. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Quomodo debeant esse concepti libri ad perfectam redditionem rationis inducendam in hac decisione discutitur, ad materiam liquidationis lucrorum, quæ libris cessantibus ex solito præcedentium, & subsequentium annorum benè deducitur.

SVMMARIVM.

1 *Rationis redditio dicitur necessaria vt quis dici possit debitor, vel creditor.*

2 *Libri quomodo debeant esse conscripti per administratores, vt ex eis sufficiens ratio reddi possit.*

3 *Attestationi ab aliquo factæ super re ad eius officium spectante standum est.*

4 *Liquidatio lucrorum iudicis arbitrio remittitur, cum sit res probationis difficilis.*

Amplia, quia in ea leuiores sufficiunt probationes etiam per coniecturas, num. 4.

5 *Liquidatio lucrorum fieri debet de annis antecedentibus, & sequentibus, vt deindè medium eligatur, & num. 6.*

6 *in Liquidatione fructuum, medium solet à Rota seruari, non autem maximum, aut minimum.*

7 *Referens sine relato non probat, sed relatum attenditur.*

8 *Libri* vacchetta, straccio, decreti, *& similes, vocantur libri memoriales, qui non attenduntur, & num. 10.*

9 *Rationis redditio requirit, quod liber contineat omnia data, & recepta.*

10 *Liber memorialis non probat, & sup. num. 8.*

11 *Libri non solemnitèr, nec more mercatorum confecti non attenduntur.*

12 *Liquidatio lucrorum deficientibus libris fieri solet iuxta solitum praecedentium annorum.*

13 *Aestimationi extraiudicialiter factæ standum est, donec contrarium probetur.*

14 *Mandatum excessiuum non est exequendum.*

15 *Excessus ad effectum reuocandi mandatum, consideratur etiam in minimo.*

16 *Notario attestanti de actis coram se factis plenè creditur.*

17 *Notarius vbi est successor in officio plenam facit fidem de scripturis, quas extrahit.*

DECISIO LIV.

CONCESSA manutentione Corneliæ, & Magdalenæ de Stephanis vti filiabus, & hæredibus Cæsaris in possessione apothecæ Pilarum sub signo Campanæ, ac illius capitalis, fuit coram R. P. D. meo Peutingerio sub die 28. Iunij 1649. disputatum dubium, Ad quam summam essent liquidanda lucra in iudicio manutentionis per succumbentem restituenda pro duobus vltimis annis, nempe 1645. & 1646. quibus continuauit in administratione dictæ apothecæ Constantia Bertolella, & resolutum fuit ascendere ad libras 12500. monetæ Bononiæ, pro quibus fuit etiã relaxatum mandatum tam contra Constantiam, quàm contra Franciscum Feniciuм eius maritum. A quibus adita Signatura institum fuit causam appellationis committi à prædictis mandato de manutenendo, & respectiuè executiuo, vnde emanauit rescriptũ cum clausula, *sine præiudicio,* quoad d. mandatum de manutenendo; quo verò ad mandatum decretum in executionem dictæ manutentionis pro restitutione lucrorum sub prætextu, quod contineret liquidationem, rescriptum fuit cum clausula, *si quid exequen.* ad cuius formam cum sub hac die disputatum fuerit, An mandatum Rotale sit exequen. fuit responsum per DD. negatiuè.

Non tamen ex eo, quod dicta lucra fuerint
liquidata in prædictis libris 12500. & sic ad
certam summam nulla reddita ratione per
Administratores medianta exhibitione libro-
1 rum, vt ipsi prætendebant, † quæ rationis red-
ditio videtur necessaria ad effectum, vt quis
dici possit siue debitor, siue creditor, *Anchara.
cons. 135. num. 1. ad fin. vers. praeterea propter incerta, Alex. cons. 129. num. 2. ad fin. lib. 7. Negus. de pignor. par. 5. memb. 1. num. 37. Cephal. cons. 768. num. 14. & cons. 769. num. 11. lib. 5. Fachin. controu. iur. lib. 5. cap. 58. vers. sed hoc fundamentum* : & firmauit *Rota coram Buratt. decis. 123. num. 6. decis. 443. num. 2. & decis. 595. num. 2.* & fuit etiam dictum *in Romana pratensi spolij 2. Iunij* 1614. *coram bon. mem. Card. Fabritio Verospio* : Quia ipsi Admi-
nistratores dictis duobus annis libros non
confecerunt, in quibus fuerint adnotata data,
& accepta, ex qua causa, & nominatim, &
2 qua dies, † vnde etiamsi aliquos alios diuersi-
mode confecerint, illi non dicuntur legitimè
conscripti, nec ex eis sufficiens ratio reddi
potest lucrorum factorum, *iuxta text. in l. cum seruus, ff. de cond. & demonstr. Bart. cons. 150. num. 9. lib. 1. Bald. cons. 152. nu. 1. post med. vers. verbi gratia, lib. 3. Petrus de Vbald. in tract. de duobus fratrib. par. 12. num. 7. Rolan. cons. 49. num. 22. & 28. lib. 1.*

Et quod libri legitimè confecti non adsint optimè probatur, nedum ex attestatione Floriani Bertoni ministri dictæ Constantiæ, verũ etiam ex declaratione ipsius Constantiæ datis in Summ. Sororum de Stephanis *num. 8.* ex quibus colligitur d. Constantiam de anno 1644. declarasse, quod in posterum negocium circa fabricationem pilarum in apotheca Campanę amplius non spectaret ad dictas sorores de Ste-

Stephanis, sed quod cantaret sub proprio eius, non autem administratorio nomine; vnde noluit, quod amplius aliquid describeretur in libris nuncupatis strazzetto, ò vacchetta, aut alio libro, cui quidem attestationi
3 standum est, † quia d. Florianus attestatus fuit de re ad suum officium spectante, vt sæpissimè firmauit *Rota, & signanter in Meliten. Commendæ* 8. *Nouembris* 1621. *& in Aquinaten. Prioratus* 11. *Aprilis* 1622. *coram bo. me. Pirouano, Buratt. decis.* 706. *sub num.* 2. vnde cum verse-
4 mur in materia liquidationis lucrorum,† quæ est difficilis probationis, & vt plurimum Iudicis arbitrio remitti solet, ac in ea sufficiunt leniores probationes etiam per coniecturas, ad tradita per *Bald. in l.* 1. *num.* 22. *C. de fruct. & lit. expens.* Ideò censuerunt DD. vt liquidatio fieri debeat habito respectu, & ratione lucrorum perceptorum ab anno 1636. vsque ad
5 annum 1648.† & sic lucrorum factorum tam in antecedentibus, quàm in subsequentibus annis, iuxtà doctrinam *Bald. in l. si fundum in fin. C. de rei vindic. Natt. cons.* 510. *num.* 7. *&* 536. *nu.* 6. *Rot. decis.* 370. *num.* 4. *par.* 3. *recent.* & eligatur
6 medium, quod passim Rota † solet amplecti, dum agitur de liquidatione fructuum, *Caputaq. decis.* 299. *par.* 3. & fuit firmatum *in Firmana, seu Maceraten. fructuum* 24. *Ianuarij* 1618. *coram bo. me. Pirouano, Rot. decis.* 300. *num.* 12. *par.* 6. *recent.* Cum autem d. lucra de anno 1639. fuerint liquidata ad summam librarum 10902. & de anno 1642. ad summam librarū 10888. quæ est maior summa, de anno verò 1647. in libris 3228. & de anno 1648. in libis 3600. quæ est minor, medium, quod est attendendum, remanet in summa 5885. 19. 11. quæ duplicata pro dictis duobus annis 1645. & 1646. constituit summam librarum 11771. 19. 10. quæ spectant ad dictas sorores hæredes Cæsaris de Stephanis.

Nec talis existentia librorum potest dici probata penès dictas sorores de Stephanis, eo quod in quodam processu pro parte earum exhibito reperiatur quidam liber nuncupatus Straccetto, in quo sunt computa apothecæ à die 7. Iunij 1642. vsque & per totum annum 1644. ex quibus apparet quantæ pecuniæ spacio primorum septem mensium litis nempè à prima Iunij vsque ad finem anni fuerint ex dicta apotheca redactæ, quantæque fuerint expensæ, vt in vltimo Summario dd. Constantiæ, & Fenicij *num.* 1. & sic quod saltem pro istis septem mensibus computum datorum, & receptorum desumi possit ex partitis in dicto Straccetto descriptis. Nam animaduertendum est, quod d. Straccettum in omnibus, & per omnia relationem habet ad librum nuncupatum il Giornale, vt in Summario dd. sororum *num.* 3. de quo cum doceatur, dicti Straccetti non est habenda
7 consideratio, quia referens sine relato † non probat, & relatum semper attenditur, iuxtà *text. in l. si ita scripsero, ff. de cond. & demonstr. Surd. cons.* 313. *num.* 50. *Rota decis.* 27. *num.* 3. *& decis.* 40. *num.* 7. *part.* 2. *diuers. & coram Greg. XV. decis.* 439. *nu* 1. Præterea considerari etiam debet, quod libri intitulati Vacchetta, Strazzo, Secreti, & similes sunt de ijs, qui attendi non debent ad effectum redditionis rationis, cum non contineant introitum, & exitum per librum formalem, qui concordet cum Magistro, in quo de eodem formali referantur ad concor-
8 dandum partitas debiti, & crediti, † sed potius vocantur libri memoriales, qui nō obligant, neque inducunt certam solutionem, nec prouisionem, vt benè firmauit *Rota decis.* 558. *num.* 2. *par.* 1. *recent.* Vlterius in d. Straccetto nulla fuit adnotata partita pecuniæ receptæ pro pretio pilarum venditarum, & sic impossibile redditur, vt ex eo possit vnquam desumi quantitas lucrorum, de quibus agitur.

Ex quibus patet neque posse fieri fundamentum in dicto libro intitulato Vacchetta, pro reddenda ratione administrationis, cum solum contineat nonnullas partitas exigendas, respicientes annos 1645. & 1646. quæ in totum ascendunt ad summam librarū 1435. 14. demptis illis, quæ iam fuerunt exactæ, & in eo apparent debita, quare non potest dici, quod habeat debita requisita, cum præsertim
9 non contineat omnia data, & accepta,† quod est omninò necessarium pro redditione rationis, & ideò ad istum effectum non probat *Honded. cons.* 39. *num.* 52. *& seqq. lib.* 2. *Rot. Romana*
10 *domus* 19. *Iunij* 1589. *coram Gypsio*, & † dicitur solus liber memorialis, iuxta opinionem *Rotæ decis.* 558. *num.* 2. *par.* 2. *recent.* à qua desumi non potest aliqua concludens probatio, iuxtà tradita per *Bald. cons.* 152. *lib.* 3. & in specie de
11 libris non solemniter, † nec proborum mercatorum more confectis, tradit *Ias. cons.* 4. *col.* 2 *lib.* 3. *cum alys per Stracc. de mercatura par.* 2. *n.* 56. *&* 59. Dixerunt tamen DD. quod ex debito Administratoris demenda sit prædicta quantitas librarum 1435. 14. pro quibus adsunt nomina debitorum non exacta, saluis tamen iuribus, casu quod dicta nomina debitorum fuissent exacta à dicta Constantia, vel ab eius viro.

Quo vero ad tres alios libros, qui paritèr dicebantur existere penès dictas sorores, neque de illis fuit habita aliqua ratio, cum non pertineant ad lucra temporis, de quo agitur. Nam primus respicit annum 1574. & 1575. Secundus continet computa annorum 1590. & 1591. Tertius, & vltimus dat iustificationem computorum pro annis 1599. & 1600. Vndè benè intrat remedium subsidiarium, vt cum dicta Constantia, & Fenicius coniuges neglexerint tenere libros, ac in illis describere computa exactè, prout in præcedentibus annis facere consueuerat liquidatio fieri debeat pro dictis duobus annis 1645. & 1646. arguendo à solito præcedentium, & subsequentium annorum, & mediam viam eligendo ex supra deductis. Et quod deficientibus libris ex causa administratoris pro ha-
12 benda liquidatione lucrorum, † ea fieri possit etiam iuxtà solitum præcedentium annorum declarat *Surd. consil.* 298. *num.* 31. *vers. verum communis practica seruat, cum alys per Rot. in*

Terra-

Terracinen. liquidationis coram bo. me. Card. Fabritio Verospio, & fuit dictum in decisione in hac causa emanata 28. Iunij 1649. coram R.P.D. meo Peutingerio sub §. non obstat regula.

Non obstat, quod dicta Constantia de tempore, quo negocium sibi in administrationē consignatum fuit, receperit capitale inuentariatum, & æstimatum in libr. 3731. Tempore autem, quo expulsa fuit in executionem mādati de manutenendo, concessi ad fauorem sororum de Stephanis facta fuerit simplex descriptio absque vlla æstimatione capitalis. Vnde illius argumentum, quod in summa notabili esse prætenditur cedere debeat commodo, & vtilitati Administratricis: Obiectum namque tollitur ex æstimatione de recenti facta de omnibus mercibus in dicto negocio repertis de tempore restitutionis, ex qua apparet illarum valorem non excedere libr. 2380. 5. Vnde patet capitale dicti negocij non fuisse auctum, sed benè diminutum in libris 1351. quæ deficiunt ad integrandū primum valorem libr. 3731. Huic autem æstimationi, quamuis extraiudicialiter factæ hic
13 Romæ, † vbi non habetur tam exacta cognitio valoris materiarum, quæ concurrunt in fabrica pilarum muscosarum, standum est donec contrarium probetur, *Paris. cons. 96. n. 31. lib. 1. Rota coram Greg. XV. decis. 220. num. 4. & decis. 47. num. 7. par. 7. recent.*

At mandatum non esse exequen. fuit resolutum, quia lucra dictorum duorum annorū 1645. & 1646. sunt libr. 11771. 19. 10. quibus additis alijs libr. 1351. 3. occasione mercium, quæ defecerunt tempore executi mandati de manutenendo, isti omnes ascendunt ad summam librarum 13123. 2. 10. ex quibus detractis libr 1435. 14. pro quibus remanent descripta nomina debitorum in Vacchetta, remanet creditum sororum de Stephanis solū in libris 11687. 8. & sic mandatum iam rela-
14 xatum est excessiuum in libr. 812. 12. † quod propterea non est exequendum, *Rota in Assisien. nullitatis subhastationis 17. Martij 1596. coram Blanchetto, & in eadem 15. Nouembris 1596. coram Orano, & in Bononien. Legati 29. Maij 1648. coram Gregor. XV. decis. 198. num. 1.* Excessus enim ad effectum reuocandi mandatum consideratur
15 etiam in minimo, † & non in executione, sed in sententia, seu mandato, & attenditur solum quantitas in illis contenta, *Add. ad Gregor. XV. decis. 198. Buratt. decis. 49. num. 12. & 13. & fuit dictum in Imolen. spolij 2. Martij 1628. coram Card. Virili,* & ideò dictę sorores hæredes indigent nouo mandato.

Quo verò ad allegatum excessum mandati respectu personæ Francisci Fenicij, contra quem vnà cum Constantia eius vxore illud fuit relaxatum, & tamen ab eo præsupponitur, vt in huiusmodi causa ipse nunquam interfuerit, neque ad aliquid se obligauerit, non fuit habitus pro releuanti; nam ex Summario dictarum sororum *à num. 4. vsque ad 7.* inclusiuè, apparet, quod ab eo in hac causa gesti fuerunt multi actus nomine eius proprio, imò tamquam principalis fecit simul cum Constantia de anno 1646. sexta Iunij mandatum procuræ in personis Ignatij de Comitibus, & Mauritij de Giribaldis ad lites, eodemq; anno sub die 28. Iulij fecit aliud mandatum procuræ de per se in personam eiusdem Mauritij Giribaldi pariter ad lites, & contra eum vti principalem fuerunt facta multa acta, vt in eodem Summ. *num. 5.* ex quo colligitur etiam ipsum Fenicium comparuisse non solum tanquam procuratorem, sed etiam vti principalem. Vlterius die 30. Ianuarij 1645. ille citatus fuit ad viden. manuteneri, & sub ea citatione Auditor Generalis manutentionem decreuit, atque in eiusdem decreti exequutionem idem Auditor præcepit, nedum Constātiæ, verum etiam ipsi Fenicio, ne dictas sorores hæredes turbarent. Et demum in mandato de manutenendo à Rota concesso, & pro cuius complemento fuit relaxatum executiuum: Ideò Fenicius fuit nominatus tamquā obligatus non solum coniunctim, sed etiam diuisim, & in solidum ad soluen. & exbursan. in exequutionem mandati de manutenendo dictas libr. 12500. vt ex fide data per Notariū,
16 quæ probat, † cum Notario aliquid attestanti de actis coram eo factis credatur, *Ias. in l. 1. num. 4. C. de procur. Fulgos. cons. 195. per tot. Feder. de Sen. cons. 163. idem tenet Zabarell. cons. 73. vers. item non est dictum, Castr. consil. 197. Rota dec. 165. num. 3. & seqq. par. 4. recent.* Et quamuis huiusmodi fides facta sit pro successore q. Andreæ
17 Bruglotti olim Rotæ Notarij, † nihilominus statur etiam attestationi ipsius successoris extrahentis *Gregor. XV. decis. 3. num. 4.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit &c.

R. P. D. PEVTINGERO

Bononien fideicommissi de Nascentorijs.

Lunæ 20. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Identitatis probatione facta hæredi conceditur immissio, quæ aliàs ex defectu probationis illius fuerat denegata.

SVMMARIVM.

1 *Immissio hæredi denegata ex defectu probationis, ea probata venit concedenda.*

2 *Testium depositiones ex instrumentis corroboratæ dicuntur.*

3 *Denominatio specialis à familia & materia confessionum præualere debet.*

Confinium probatio deducta ex denominatione familiæ attendi debet, num. 3.

4 *Bona in aliquo loco à Testatore possessa, si deinde ad manus hæredis peruenisse doceatur, ex hoc hæreditaria præsumuntur.*

Hæres possidens bona, quæ à Testatore possidebantur, ex hoc arguitur illa esse hæreditaria, num. 4.

DECI-

DECISIO LV.

BIS coram bon.memor. Arguelles sub die 18.Iunij 1646.& 21.Februarij 1648. denegata immissione petita Angelo de Nascentorijs in possessionem duorum prædiorum, de quibus agitur ex defectu probationis idẽ-
1 titatis eorumdem,† hodie ex nouis probationibus, interim factis, veritate magis clarescẽte à dictis resolutionibus denegatæ immissionis Domini recesserunt ad tradita à Iurisconsultis *in l.si ex plagis,§. in cliuo, ff. ad l. Aquil. & l.Domitius, ff.de testam.* ac iubet imperator *in l. et responsum,& in l.precibus in princip.C.de impub. & alijs substit.Rota apud Pænia decis.156. num.15. vers.cum ex qualibet facti mutatione*; Quoniam ex Instrumento locationis, hodie in Summario Angeli *num.1.*per q. Ioannem Rainerium de Nascentorijs Testatorem de anno 1575. 9.Iulij factæ apparet, eumdem tunc alterum ex prædictis prædijs in Communi S. Ioannis in Triario Bononieñ.Territorij penès viam publicam, ac bona Patrum S. Saluatoris, & Carthusianorum possedisse, quod prædium postea ad Alexandrum, & Andromacham eius hæredes vniuersales peruentum ab ipsis post Ioannis obitum cum eiusdem loci, ac confinium expressione anno 1591.die 27.Iulij locatum fuit.

Alterum verò prædium in Villa Bagnarolæ, cui cohærent via publica, bona Patrum Sancti Saluatoris, & illorum de Desiderijs, Ioanne defuncto in diuisione bonorum anno 1592.ab eius heredibus facta compræhensum fuit,prout vtrumque prædium tempore obitus dicti Ioannis cum dd. confinibus remansisse,eoque defuncto,ad dictum Alexandrum hæredem, atque ab eo ad Emilium, ac Pyrrhum successiuè peruenisse patet ex inuentario Emilij Sum. *num.5.* & ex testamento Comitis Pyrrhi eodem Summ. *num. 6.* ac deponunt testis secundus, quartus,& quintus,alijque pro Angelo nuper examinati, qui licèt de auditu loquantur, in proposito tamen casu probant, dum publicam, & longo tempore continuatam vocem, & consonam eorundem bonorum determinationem referunt,
2 quæ † omnia ex dictis Instrumentis, alijsque per Angelum productis corroborantur, quæ verisimiles eorumdem testium depositiones in re antiqua coadiuuari debent, nec rigidè discuti *cap.cum tu, vbi gloss. in verbo benignè, & DD.de test.Peregr.cons.48.num.5.& seq.lib.1.Rota decis.131.num.5.& 6. par.1. decis. 760. per tot. par.2.& decis.120.num.17.& 18. par.6. recent.*

Non obstat, quod allatæ Communium appellationes diuersificentur, quia illa Sancti Ioannis in Triario, tam in genere, quàm in specie est conformis Instrumento, testiumq; depositionibus;alterius vero Communis Bagnarolæ, licèt videatur à Communi Cazzani, seu Magdalenæ, & Armaroli differre, tamen per quarti testis depositionem,declarantis, prædium, de quo agitur, in temporalibus Communi Bagnarolæ, & in spiritualibus Communi Cazzani esse subiectum, identitas fit clara tamquam coadiuuata ex assertione testium, quod ipsimet Assumpti Hospitalis Beatæ Mariæ de Vita in ipso actu appræhensæ per eos dictorum prædiorum possessionis easdem qualitates confinium in supradicto Instrumento factæ eorum locationis ab Alexandro relatas expresserint. Cui veritati accedit alia ratio,quod denominationes specia-
3 les à familia de Nascentorijs † præualere debeant tamquam ex verificatione confinium particularium ex publica voce, & fama iustificatæ, *Rota coram bo.me.Card.Millino decis. 439. num.2.& coram Greg.XV.decis.575.num.4. & decis.160.num.7.& 8.par.5.rec.*

Tolliturque omnis difficultas, dum constat, duo prædia in dictis locis situata ad Alexandrum primum hæredem Testatoris Ioan-
4 nis Rainerij peruenisse, † vnde oritur præsumptio esse eadem ab eius successoribus in eisdem locis possessa, vsquè dum alia ratio de his reddatur, & ista alijs titulis ab eisdẽ nunc possideri doceatur *ex trad.per Peregr.d. cons.48. num.10.lib.1.Rota d.decis.131.num.5.par.1.& decis.706. num.2. par.2. recent.* Quibus omnibus concurrentibus, Domini de identitate dictorum prædiorum amplius non dubitando, a decisis recesserunt, vtraque parte informante.

R. P. D. BICHIO.

Militeñ. Parrochialis.

Lunæ 20. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Possessio instrumentalis si est anterior manuteneri debet, etiam quod Iudex possidentem à possessione deceeerit, modò tamen nullitèr, vel iniustè processerit.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum possessionis non docto alium possidere. suffragatur ad manutentionem.*
2 *Priuatio præsupponit habitum.*
Possessio probatur ex verbis mandati, in quo aliquem amoueri iubetur, num.2.
3 *Possessio anterior manuteneri debet.*
4 *Spoliatus per Iudicem iniustè, non priuatur sua possessione, si à sententia appellauit.*
5 *Executor nullitèr, & iniustè procedens, non priuat possessorem possessione sua.*

DECISIO LVI.

SVAM anteriorem possessionem Parrochialis Ecclesiæ sub Inuocatione Sanctæ Marinæ Terræ Polistinæ Militeñ.Dioecesis Ioseph Palermus de ea ab Ordinario prouisus, probauit;tum ex publico instrumento apprehen-
1 sionis sub die 27.Aprilis 1647.quod,†non docto de alterius possessione, manutentioni obtinendæ suffragatur, *l. prædia, vbi communiter Doct. ff.acquir.possess. l.non idcirco, C. fid. instrum. Rot.penès Gregor.XV.decis.438. num.1. penès Coccin.dec.14.num.5.& aliàs sæpissimè.*

Tum ex eo, quod in litteris Apostolicis pro- uisionis de eadem Parochiali à Cerauolo ad- uersario obtentæ, quibus deindè idem Cera- uolus iudicialiter vsus fuit, & sententiam immissionis ab Executore Apostolico in ea- rum executionem obtinuit, mandatur amo- ueri ipsum Palermum à possessione, ibi: *Amo-*
2 *to exindè dicto Iosepho*, † priuatio enim præsup- ponit habitum, *Menoch. conf.* 1014. *num.* 19. *in fin. Buratt. decis.* 160. *num.* 5. *decis.* 147. *num.* 2. & fuit dictum in *Rauenaten. Salviani* 10. *Iunij* 1639. *co- ram me*.

Nec obstat possessio posteà capta à Cera- uolo in vim dictæ sententiæ executoris, quia
3 præferenda est illa Palermi, tanquam anterior, *Pelin. in cap. licet causam nu.* 8. *& 9. de probat. Bart. in l.* 1. *§. quod ait num.* 12. *& in l. si duo sub num.* 4. *ff. vti possid. Surd. conf.* 168. *nu.* 16. *Seraph. dec.* 1106. *num.* 2. *Rot. inter recent. decis.* 225. *num.* 1. *part.* 1. Qua Palermus per dictam sententiam, (quia executor, vt patet ex deductis duabus decisio- nibus in hac causa æditis 28. Iunij 1649. & 31. Ianuarij proximè præteriti coram me, nul- liter, & iniustè processit) priuatus non fuit;
4 cùm † se pro spoliato non habuerit, imò ab eadem sententia appellauerit, vt notant *Docto- res in l. clam possidere, §. qui ad nundinas, ff. acquir. poss.* & dixit *Rot. decis.* 9. *num.* 4. *coram sanct. mem. Greg. XV. decis.* 417. *num.* 2. *coram bon. mem. Coccin. decis.* 139. *num.* 5. *part.* 3. *recent.* & in puncto sen-
5 tentiæ † executoris litterarum Apostolicarum in *Cusentina Canonicatus* 5. *Iulij* 1649. *§. & licet coram R.P.D. Meltio*.

Ideò proposito hodie dubio, cui nam sit dandum mandatum de manutenendo, dan- dum esse Palermo Rota censuit, ipso solum informante, sæpissimè tamen citato Cerauo- lo, & friuolis prætextibus, (vt semper) dila- tionem petente.

R.P.D. LEONE VEROSPIO.

Romana Supplementi legitimæ.

Lunæ 20. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Dos computatur in legitimam, quam minui non posse ex diuersis Legatis in Testamento relictis, & ad pios vsus destinatis, constanter firmatur; an autem, & quando minui possit, propter diminutionem proprij valoris bono- rum, & propter expensas factas pro credito- rum hereditariorum exactione, clarè demon- stratur.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis de duabus conformibus exequendis, quando vindicet sibi locum.*
2 *Validitas sententiæ resultat ex actorum reuolutione.*
3 *ex Decisionibus in causa factis deducitur iustitia sen- tentiarum.*
4 *Sententia excessiua, an dicatur iniusta.*
5 *Dos computatur in legitimam. Amplia, vt num.* 7.
6 *Amplia quando à Patre demandata fuit imputatio.*
8 *Legitima debita filijs quota hæreditatis esse debeat.*
9 *Partita non iustificatæ non admittuntur ad retardan- dam sententiarum executionem.*
10 *Clausula*, sine præiudicio, *quid operetur.*
11 *Legitima minui non potest ex legatis diuersis perso- nis in Testamento relictis.*
12 *Amplia etiamsi legata per Testatorem essent ad pios vsus destinata.*
13 *Legitima, an, & quando minui possit stante diminu- tione proprij valoris in bonorum.*
14 *Valor bonorum non probatur ex illorum emptione, vel venditione in præiudicium Tertij.*
Amplia, vt num. 15.
16 *Legitima, an, & quando minui possit propter expen- sas factas pro creditorum hæreditariorũ exactione.*

DECISIO LVII.

POST æditas super Legitimæ Supplemento ex bonis Riccardi Patris taxato fauore Ma- riæ, ac illorum de Cherubinis eiusdem hære- dum in scutis 8216. & obulis 88. super earum
1 dubitaui, † An locus esse possit Vrbis Statu- to de duabus conformibus exequendis; & ex ea ratione potissimùm affirmatiuè Domini responderunt: Quod requisita per Statutum in casu proposito nõ possint in dubium reuo- cari, siue inspecta personarum qualitate vtrin- que admissa, siue validitate sententiarum ex-
2 aduerso non impugnata, † ac exactorum re- uolutione resultante, iuxtà *decis. Verall.* 260. *part.* 2. semper in hoc Tribunali receptam;
3 siue † demum earundem iustitia abundè iusti- ficata ex decisionibus coram Reu. P. D. meo Cerro in prima instantia, in altera verò co- ram R.P.D. meo Meltio luculenter extensis, prout aliàs iustitiam sententiarum exindè de- duxit, *Rot. in pluribus decisionibus relatis in Raue- naten. seu Ferrarien. Decimarum* 24. *Ianuarij* 1650. *& in Anconitana Dotis* 30. *Maij eiusdem anni, co- ram me.*

4 Non obstant † reperita errorum ad exclu- dendum legitimæ supplementum in præfata quantitate taxatum in præcedentibus instan- tijs, ex quibus sententiæ tamquam excessiuæ iniustitiæ exaduerso supponuntur obnoxiæ, per *text. in l. in hoc iudicio, ff. famil. hercisc. Rot. co- ram Put. decis.* 315. *num.* 1. *cum seqq. lib.* 1. *& coram Buratt.* 216. *num.* 11. Quia prædictarum senten- tiarum excessum ex facto corruere apertè de- monstrant tum diuisionis Instrumentum, tum ipsius negocij libri, ex quibus valor hæredi- tatis, detractis debitorum partitis, depræhen- ditur in summa scutorum 111946. & obulo- rum 37. supplementum verò legitimæ con- uincitur æquare valorem scutorum 8657. & obulorum 72. cum dimidio, prout melius ex calculo inferius recensendo constabit.

Supputatis siquidem debitis, atque detractis alijs detrahendis, hæreditaria Riccardi credi- ta ad scuta 67764. & obulos 17. non solum ostendunt adducta Iura, sed etiam ipsa Farsetti Periti relatio ab hoc Tribunali iudicialiter de- putati.

Alia quoque credita in eadem relatione calculata, vt par erat, ad debitum Capsæ con- stitue-

stituere summam scutorum 6924. & obulorum 27. cum dimidio; Loca præterea montium, nec in Farsetti relatione compræhensa æquare valorem scutorum 21890. prædicta quoque iura conuincunt, ac horum fructus viuente Ricardo decursos,& non exactos ducentorum scutorum numerum explere, ac obulorum 77. Et demum tum Bergomensis Territorii stabilia ab ipsamet Anna, pendente lite distracta conficere summam scutorum 17385. & obulorum 30. (si ratio monetæ earum partium habeatur) secundum verò æstimationem monetæ Romanę quantitatem scutorum 121169. & obulorum 50. (vt Anna prætendit) ex Inuentario,ac diuisionis Instrumento dignoscitur; Tum solutas denique dotes in vita Patris summam scutorum 20000. conficere, dotalia Instrumenta iustificant;

5 Quam † tamen summam dotis occasione receptam in filiæ legitimam imputandam esse Domini censuerunt, vel quia imputatio iuris dispositioni conformis existit, *l. quoniam nouella C. de inofficioso testamento*, vbi inter cęteros *Iason. num. 29. Bart. in l. in quartam num. 10. ff. ad l. Falcid.* ibique *Rip. nu. 148. Socc. Iun. nu. 242. Pic. nu. 382.* & de cōmuni testatur *Crass. in §. legitima qu. 23. num. 1. & 15. Peregr. de fideicomm. art. 36. nu. 131. Cyriac. controu. iur. 385. num. 7. Rot. in Ciuitatis Castelli Supplementi legitima 11. Martij 1626. coram*

6 *Manzanedo*; † Vel quia ab ipsomet Patre demandata fuit imputatio, adeòque exequi debet, per *text. in l. si quando, §. Generaliter, C. de inofficioso testam. Picus in adducta l. quartam nu. 187. ff. ad l. Falcid.* vbi de communi, *Ferdin. Vasq. de success. creat. §. 30. num. 258. Crass. in adducto §. legitima quæst. 22. num. 2. Rot. coram Greg. decis. 568. nu. 2. & in Romana Legitima 15. Maij 1600. coram Iusto, post Pacif. de Salu. decis. 153. num. 8. & in hac eadem causa 6. Iulij 1646. coram R. P. D. meo Cerro.*

7 Prout † etiam eandem summam decreuerunt esse computandam in calculanda legitima, de vniuerso Patrimonio, supputatis etiam dotibus, detrahenda, vt tradit *Gabr. consf. 132. nu. 3. lib. 2. Criuell. decis. Dolan. 97. num. 8. Petra de fideic. quæst. 15. nu. 148. in §. Tertio retento eodem temate, & in §. Quod autem attinet, Fontanell. de pact. nupt. clausula 9. gloss. vnica part. 2. num. 36.*

Ex hoc autem Riccardi ære, æquante valorem scutorum 128948. & obulorum 71. cum dimidio, infrascriptas solummodò partitas detrahendas esse Domini censuerunt scuta scilicet 9929. & obulos septem cum dimidio, pro totidem assignādis errorum causa, ad creditum Capsæ, alteram scutorum 98. & obulorum 53. pro errore in libris eiusdem Capsæ deprehenso; scuta 5434. & obulos 74. in diuersarum vtilitatem personarum insumpta; Ac denique scuta 1540. pro totidem locis Montium, quæ dupplicatis vicibus descripta

8 probantur in ijsdem libris. † Quibus proindè detractis, Riccardi hæreditatem in sc. 111946. & obulis 37. responderunt esse taxandam, ac tertiam partem pro filiorum legitimam debitam ex dispositione *Authen. nouissima, Cod. de inoffic. testament.* calculandam in scutis 37315. & obulis 45. cum duobus tertij, eiusque supplementum summam scutorum 8657. constituere, & obulorum 72. cum dimidio.

Hinc verò sententiarum iustitia resultat exaduerso perperā impugnata, quæ nec exequentibus partitis ab Anna prætensis, poterit elisa censeri. Altera enim scutorum 13168. & obulorum octo ex causa debitorum siue inexigibilium, siue præscriptorum exaduerso petita, corruit ex sententijs in vtraque instantia hactenus æditis,ex quarum tenore conuincitur legitimæ supplementum constitutum fuisse in bonis hæreditarijs deductis in processu iuxtà eorum assignationem in executione faciendam.

Reliquas verò partitas, pro rata, videlicet scutorum 2175. in causam alimentorum, ac dotis Paulæ de Giannellis insumpta; siue scutorum 4134. pro totidem q. Ascornio assignatis, siue scutorum 1210. & aliorum 440. in ex computationem locorū Montium, quæ sup-

9 ponuntur duplicata; † Et denique aliorum scutorum 1700. pro reductione valoris eorundem locorum Montium exaduerso prætensa, ob iustificationis defectum non esse accepto ferendas DD. responderunt ad longius retardandam sententiarum executionem, prout alias similes partitas non iustificatas reiecit, *Rota in vna Ciuitatis Castelli iuris pascendi 1. Decembris 1623. coram Vbaldo, inter impressas part. 4. tom. 2. recent. decis. 498. num. 12. cum seqq.*

Neque poterit iustificatio desumi ex calculo coram R. P. D. meo Meltio in præcedenti instantia extraiudicialiter acto, quo partitæ suprà reiectæ ab hæredibus Mariæ exaduerso dicuntur acceptatæ; Etenim, vt calculi lectura demonstrat, non per viam declarationis, ac diffinitiuè, earum partitarum tunc fuit habita ratio, sed solum suppositiuè, repetita sæpiùs declaratione expressā, vt ex eo nullum parti posset præiudicium inferri, dum solum ad conuincendam iniustitiam contradictionis Annæ, ipsius licet prætensionibus non impugnatis ab hæredibus Mariæ admittebatur;

10 Adeòque † cum de illarum veritate partitarum nunc principaliter disputari contingat, præseruatum expresè à dictis hæredibus præiudicium exindè ipsis resultare non debet, vt tradit *Lotther. de re benefic. lib. 1. quæst. 40. nu. 287. Rota coram Puteo decis. 32. lib. 2. & decis. 61. nu. 2. lib. 3. & coram Greg. decis. 332. nu. 4. & ibi Addent. num. 6. referunt concordantes.*

11 Non † etiam potuerunt Riccardi Patrimonium in adducta superiùs quantitate taxatum, in præiudicium legitimæ minuere, siue legata diuersis personis in testamento relicta, ex notatis *in l. si nunus antea, C. de inoffic. test. ibique DD. communiter, & in auth. si qua mulier, C. de Sacrosanct. Eccles. & in l. si quis ad declinandam, C. de Episcop. & Cleric. Ias. in l. Marcellus, §. res quæ numer. 17. ff. ad Trebell. Gabr. consil. 137. num. 6. & 14. lib. 2. Ruin. consil. 52. num. 23. lib. 1. & plures alij relati per Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 1. quæst. 10. num. 10. Rota*

12 *coram Gregor. decis. 539. num. 6.* † vbi conclusionem firmat in casu fortiori, si legata per Te-

13 statorem ad pios essent vsus destinata: † siue distractio stabilium Bergomentium, quæ ex causa

causa pestis, ac belli de proprio valore decreuerant; ac pro solis scutis 9500. ex Instrumento venditionis ostenditur stipulata; Non enim iustificatur quid, & quantum ob huiusmodi casus breui temporis cursu (Deo propitio) extinctos fuerit de communi bonorum stabilium valore, in illis partibus diminutum; quæ licet probata fuissent, nec releuarent. Tum quia præfata diminutio, vti temporalis existens, non autem perpetua in hac venditione, duodecim post annos à die, quo belli casus, ac pestis contigerant ab hæredibus Riccardi peracta, non videtur admittenda, cum in ijs solummodò bonis, quæ tunc temporis, vel paulò post belli casus, ac pestis distrahantur, approbetur in iure relato *in l. pretia rerũ, §. vltimo, ff. ad l. Falcid. ibique post gloss. tradit Imol. & Alexan. in vltimo notabili, Cremen. num. 233. Angel. in §. si quis agent num. 1. & 4.* ibique *Ias. num. 6. instit. de act. Castr. in cons. 109. nu. 2. in §. nec obstant testes lib. 2. Cæsar. Mancut. de controu. linelli quæst. 5. nu. 66. vers. quia bellum, ac pestis, &c. Rota decis. 65.*
14 *num. 7. part. 2. diuersor.* † Tum quia Instrumentum venditionis voluntariæ ab Anna peractũ (præterquam nec videtur integram præseferre Bergomensium bonorum venditionem, dum vt ipsius lectura demonstrat, solius prędij vulgò Palatij continet distrationem, non autem aliorum corporum descriptorum in Inuentario, ibique consistentium) neque concludit verum eorundem valorem in Mariæ Sororis præiudicium, ac eius hæredum, vt notat *Bart. in l. cum emptor, §. 1. in fin. ff. de damno infect. Alex. in l. Falcidia, §. corpora num. 2. ff. ad l. Falcid. Dec. in l. quatenus num. 6. ff. de regul. iur.* idem *Alexan. consil. 28. nu. 5. lib. 5. Rota coram Buratt. decis. 350. nu. 5.*
15 Dum † maximè pendente lite fuit facta distractio, & post moram ab ipsamet Anna incursam, vt ponderauit *Rota in hac eadem causa coram R.P.D. meo Meltio sub die 21. Iunij* 1649. *in in vltimo §.*
16 Denique † hæreditatis diminutionem in præiudicium legitimæ operari non poterunt expensæ pro creditorum exactione prætensæ; Earum enim respectu, quæ adhuc negantur exactæ, nulla videtur assignationis adesse necessitas; Cum in ijs quoque proportionabiliter iuxtà tenorem sententiæ, hæredes Mariæ assequi debeant supplementum; Respectu verò iam exactorum, dum nec quantitas, nec impensæ in eam causam factæ iustificantur, vt necessarium foret, accepto ferri non debent, *ad text. in l. in bello, §. facta, ff. de capt. & postlim. reuersis, Peregrin. de fideicommiss. artic. 35. num. 9. in §. dubium tamen est, Rota coram Caualer. decis. 476. num. 1. & 126. num. 23. part. recentior.* Et in omnem casum cedere debuissent damno ipsius Annæ, quæ adhuc vsque recusauit partem suam assignare Mariæ, eiusque hæredibus, à quibus forsan nunc exacta fuissent; Vel saltem prædictæ impensæ, si quæ veræ extitissent, poterunt compensari cum commodo ex creditorum exactione recepto, siue cum mobilibus, atque pecunijs hæreditarijs Riccardi, de quibus nulla fuit reddita ratio.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. BICHIO

Camerinen. Legati.

Lunæ 20. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Hæres, qui se pro debito obligans hæreditariæ beneficium inuentarij non amittit, quamuis se proprio nomine teneri declarauerit, ex quibus vltrà vires hæreditarias teneatur ex contextu totius decisionis habebis.

SVMMARIVM

1 *Mandati procuræ productio dicitur necessaria stante protestatione, neminem audiri nisi docto de legitimo mandato.*
2 *Mandatum præsumptum admittitur in Rota etiam stante protestatione.*
3 *Fatalia vel non currunt, vel datur restitutio stante obitu procuratoris.*
4 *Defunctorum voluntates, & obligationes adimplere decet.*
5 *Hæres etiam si pro debito defuncti se obligauerit nomine proprio inuentarij beneficium non dicitur amisisse.*
6 *Obligatio bonorum hæredis beneficiati pro debito hæreditario solum operatur facultatem exequendi in bonis proprijs illius quousque suppetunt vires hæredis, & non vltrà.*
7 *Hæres quem constat vltrà vires se obligare voluisse, tenetur de proprio. & numer. 8. cum seqq. vbi vide.*
8 *Verbum, &, in obligationibus posito dicitur stare augmentatiuè.*
Verbum, & vlterius, *quomodò explicetur in contractibus, & obligationibus.*
9 *Verbum, &, ac etiam verbum, &* vlterius, *dicitur nouæ orationis inceptiuum.*
10 *Hæres beneficiatus per aditionem obligatur legatarijs vltrà vires.*
11 *Hæres ex quibus dicatur se voluisse de proprio obligari pro debito hæreditario, & suprà numer. 8. cum seqq. ac infrà num. 15. pariter seqq.*
12 *Clausula,* sine aliqua exceptione, *omnia exceptionum genera comprahendit.*
14 *Hæres se de proprio obligans pro debito hæreditario defuncti debitum nouare dicitur, nouatione tamen non extinctiua. & sup. num. 13.*
15 *Obligatio secunda, quæ circà modum soluendi plus prima continet prima non dicitur extinctiua, sed suppletiua.*
16 *Dictio,* tamen, *dicitur aduersatiua.*
17 *Verbum ipsius dicitur personalissimum.*
20 *Hæres beneficiatus actione cogitur personali ad soluendum legata de proprijs bonis, nisi hæreditaria tradat, vel non esse soluendo probat.*
21 *Obligationi hæredis standum est non autem testamento in eo relato. & num. 21.*
22 *Testamentum Patris attendi non debet vbi obligatio filij est Legatarijs vtilior.*

DECISIO LVIII.

NOLVERVNT Domini declarare transiisse in iudicatum sententiam A. C. condemnantem Damianum Cæsarem hæredem Caroli Cæsaris ad dandum Camillo, & aliis de Calcalariis tot bona hæreditaria dicti Caroli, quot secundum æstimationem per Peritos faciendam ascendant ad scut. 2000. eisdem debita occasione dotis q. Venantiæ eiusdem Caroli Matris; Quia ad euitandam rem iudicatam informantes pro Damiano Cæsare reo conuento obiecerunt nedum sententiæ nullitatem ex defectu mandati exaduerso comparentis,
1 † cuius mandati productio necessaria omninò erat stante protestatione in omnibus actis repetita *neminem audiri, nisi docto de legitimo mandato procura, ità quod, &c.* vt aliis alleg. dixit *Rot. decis. 54. num. 1. part. 4. diuers. & coram san. mem. Gregor. XV. decis. 264. num. 1. & 2.* quod obiectum corrueret si mandatum posset præsumi ex iurium productione, notabili impensa, vel aliis coniecturis illud necessariò conuincentibus,
2 † cum Rota non obstante protestatione admittat etiam mandatum ita præsumptum, vt apud *Seraph. decis. 933. num. 2. & in aliis relatis ab add. ad san. mem. Greg. XV. dec. 330. num. 2. & recentius fuit decisum in Ciuitaten. Archipresbyteratus 24. Martij 1645. §. penult. coram Reu. P. D. meo Cerro,* vbi respondetur ad decisionem exaduerso allegatam bonæ mem. Cardinalis Mellini, *& in Maceraten. Censuum 22. Iunij 1646. §. sed tamen coram bon. mem. Arguelles.*

Sed vltro impedimentum, quo excusarentur à lapsu fatalium, ob quem res iudicata prætenditur, nempè obitū procuratoris ipsius
3 rei conuenti efficientem, † quod, vel fatalia non currāt, vel detur restitutio, *vt post Azeued. in l. 11. tit. 23. part. 3. Ant. Fab. in Cod. lib. 2. tit. 8. diff. 4. num. 8. Cassad. decis. 6. num. 5. de appell.* dixit *Rota in Anconitana Dotis 17. Iunij 1647. §. concurrit coram bon. mem. Arguelles.*

Declararunt autem sententiam esse iustam, quia nititur apertissimæ dispositioni prædicti Caroli, qui in casum suæ mortis sine filiis, vt euenit, mandauit hæredibus à se institutis, vt ex ipsius bonis hæreditariis præfatæ Venantiæ dotem restituant Calcalariis actoribus, obligando ad id in forma Cameræ se ipsum, eiusque hæredes. & singula eius bona, *Summ. Calcalar. num. 3. & Damiani nu. 2.*
4 † Decet enim defunctorum voluntates, & obligationes impleri, *l. 1. l. Iuris gentium, §. Prætor ait, ff. de pact. l. 1. ff. de constit. pecun. §. Disponat, Auth. de nupt. Surd. cons. 345. num. 14.*

Nec obstat, quod Carolus ità disposuerit ratificando, & acceptando testamentum, & legatum pro restitutione dictæ dotis in eo relictum à Siluio Patre, cuius erat hæres beneficiatus, quique iusserat hæredibus, vt hanc dotem restituant in eodem prædio posito in Territorio Castri S. Mariæ, sibi olim vendito à promissoribus dotis pro scut. 4400. quorum quia soluerat in contanti scut. 2400. alia verò scut. 2000. compensauerat cum totidem sibi debitis ex causa dictæ dotis voluit per legatarios solui d. Carolo hæredi scut. 2000. Vndè infertur, quod sicuti in vim testamenti Siluij non poterant legatarij petere dotem, nisi in dicto prædio, & solutis hæredi Siluij sc. 2000. ità nec in vim acceptationis eiusdem Testamenti factæ à Carolo hærede beneficiato, quippè qui, & si nomine proprio se obligauerit,
5 & sua bona hypothecauerit † non censetur voluisse nouare obligationem impositam à defuncto, aut renunciare beneficio inuentarij, iuxtà magis communem opinionem, quam aliis alleg. amplexa est, *Rota decis. 392. per tot. part. 1. recent. Cons. Neapol. apud Capic. Latr. decis. 38. num. 272. lib. 1.* apud *Sanfelic. decis. 111. num. 6. & seqq. apud Minad. decis. 25. sub numer. 7. vers. Non obstat,* vbi quod obligatio bonorum
6 hæredis nihil aliud operatur, † nisi facultatem exequendi etiam in bonis propriis hęredis pro quanto tamen est in hæreditate, & non vltrà, & in fortioribus terminis idem *Capic. latr. decis. 148. num. 19. & 20. lib. 2.*

Hæc enim procedunt in terminis simplicis promissionis hæredis nomine proprio, secùs
7 quando ex coniecturis, † aut aliis verbis æquipollentibus constat noluisse hæredem vti beneficio inuentarij, sed vltrà vires hæreditarias se obligasse, vt declarat *Add. ad Alex. cons. 123. verb. integrum lib. 5. post Castr. consil. 28. nu. 2. lib. 2. Gratian. discept. 264. num. 19. & 22. & discept. 553. num. 31. Rota decis. 145. num. 5. part. 5. recent. & in Bononien. nullitatis concordiæ 1. Iunij 1643. §. primo in fin. coram me.*

Qui est casus noster, nam Carolus Siluij hæres non solum acceptauit expressè, & emologauit legatum dotis à Patre relictum Calcalariis, sed subdidit, *& vlterius pro maiori satisfactione, &c. spontè, &c. promisit, & conuenit d. Antonio præsenti, &c. quod in euentum, in quem ipse Carolus obiret, &c. voluit, iussit, & mandauit, quod sui hæredes teneantur restituere prædicto Antonio dotem, &c. liberè, & absque vlla diminutione, & sine aliqua exceptione, &c. statim, &c. de bonis tamen hæreditariis ipsius, &c. quia sic placuit, & placet de suis rebus, & bonis disponere, &c.* ponderando clausulam, *& vlterius,* quæ cum constet verbis
8 augumentatiuis, vt de verbo, *&,* in obligationibus posito, *ex text. in l. ea tamen adiectio, ff. de leg. 3.* dixit *Rota decis. 33. sub num. 6. part. 1. recent.* & de verbo, *Vlterius, Barb. dict. 428. numer. 9.*
9 & sit nouæ, † ac independentis orationis inceptiua, *Rimin. Iun. cons. 482. num. 44. Gionagn. consil. 39. num. 15. in fin. lib. 1. Rota in Bononien. fideic. de Pancaldis 10. Iunii 1642. R. P. D. meo Cerro,* demonstrat Carolum, qui iam per acceptationem testamenti, & hæreditatis aditionem
10 erat abstrictus † solutioni legati iuxta vires hæreditarias, *l. apud Iulian. §. fin. ff. quib. ex caus. in poss. eat. §. hæres quoque Inst. de oblig.* quæ ex quasi contractu nascuntur voluisse intrà eas
11 se ipsum, & bona propria obligare, † & sic non gaudere beneficio Inuentarij, *Capic. Latr. decis. 38. sub numer. 22. vers. vel obligatio, l. 1. post Io. Dilect. Monticul. Afflict. & alios ibi alleg.*

Maximè, quia mandauit dotem restitui liberè, & sine aliqua exceptione, ibi: *& sine aliqua exceptione,* & infrà, ibi: *exceptionibus prætervitis*

ritis præsentibus, & futuris etiam sibi, & suis hæredibus, de iure competentibus tollendis; ideoque sub
12 vniuersalitate verbi, *aliqua*, † omnia exceptionum genera comprehendente, *Ayn. consil. 294. num. 4. Barbos. dict. 22. num. 1. Rot. decis. 357. num. 5. part. 1. diuers.* reiecit etiam exceptionem beneficii Inuentarii, seu competentem ex testamento Siluij Patris, cuius scilicet vigore ipse Carolus hæres excipere potuisset aduersus legatarios dotem repetentes, se non teneri dotem reddere, nisi in prædio suprà memorato, & nisi sibi per legatarios solutis sc. 2000. iuxtà
13 formam d. testamenti; † vnde resultat manifesta incompatibilitas obligationis Caroli cum Testamento Patris, quæ efficit, vt censeatur beneficio Inuentarii renunciatum, & nouata obligatio defuncti, vt ponderauit *Rota in Romana legatorum de Columna 9. Decembris 1620. coram bon. mem. Vbaldo Seniore, & in decis. 545. nu. 3. part. 5.*
14 *recent.* nouatione † tamen non extinctiua, vt per *Capic. Latr. decis. 200. num. 62. lib. 2.* sed suppletiua, ac reformatiua, qualis dicitur secun-
15 da, † quæ circa modum soluendi prima plus continet iuxtà theoricam *Bald. in l. pacta nouiss. sub num. 12. vers. finaliter concludo, C. de pact.* quam sequitur *Cagnol. in l. lecta num. 49. ff. si cert. pet. Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 56. num. 10. & 11. Seraphin. decis. 599. num. 6.* & in his terminis *Gratian. discept. 509. num. 17.*

Quò magis attentis subsequentibus verbis, ibi: *De bonis tamen hæreditarijs ipsius Caroli*, per quæ apertissima est voluntas Caroli, quod de proprijs ipsius bonis dos solueret, ergò non in prædio hæreditario Siluij, & in quo Siluius dotem reddi mandauerat, neque cohærenter quantitati bonorum Siluij, imò aduersatiuè,
16 vt † denotat dictio illa, *tamen, Paris. consil. 78. num. 2. & 3. lib. 1. Ruin. cons. 41. num. 8. lib. 2. Rota decis. 75. num. 4. part. 2. recent.* Gratisque dicitur, quod d. prædium erat proprium Caroli, quia vti emptum à Siluio ad eius hæreditatem spectabat, & solum titulo hæreditario transierat ad Carolum, qui propterea contradistinguendo per dictiones aduersatiuas, vt mox dicebam, bona propria ab hæreditarijs, non potuit inter propria sensisse de dicto prædio, vt sensui patet, & denotat exabundanti ver-
17 bum, *ipsius*, † personalissimum, ac expressiuum bonorum Carolo ex propria persona competentium, *ad text. in l. post mortem 5. §. Tutor, & ibi gloss. verb. rectè, vers. secus autem, Bart. numer. 1. ff. quand. ex fac. Tut. Seraph. decis. 552. num. 1. decis. 1149. num. 3.* Necnon subsequens obligatio bonorum propriorum, repetita in fine Instrumenti, ibi: *Pro quibus prædictus Carolus obligauit*
18 *se ipsum, &c. & omnia, & singula eius bona*, † ex qua obligatione clarius elucescit quam enixè Carolus voluerit nouare, ac reformare obligationem hæreditariam Patris semel, atque iterum subijciendo restitutioni dotis bona propria, *Rota decis. 545. num. 1. & num. 8. versic. Præterea part. 5. recent.* & in terminis legati,
19 *Surd. consil. 191. num. 25. & 26.* † vbi ponderat, quod bona hæredis vigore Testamenti non erant obligata pro legato, *Gratian. discept. 264. num. 9. & 19.*

Concurrentibus in idem postremis verbis, ibi: *Quia sic placuit, & placet de suis rebus, & bonis disponere*, denotantibus hanc obligationem cadere immediatè, ac directò super bonis promittentis, & prorsus esse voluntariam, talis autem non esset si diceret aliquam relationem ad quantitatem bonorum hæreditatis Siluij, cum in hoc sensu necessaria esset, quia hæres etiam beneficiatus cogi potest actione
20 personali, vt soluat legata de propriis bonis, nisi hæreditaria tradat, vel non esse soluendo, probet *Rot. decis. 696. sub num. 11. vers. Nam quousque part. 1. recent.* & in aliis alleg. *in Romana Legati 2. Maij 1644. §. Debemus coram Rev. P. D. meo Cerro.*

Quapropter licèt promissio Caroli incipiat ab acceptatione Testamenti Paterni, quia tamen processit augumentatiuè obligationem ex acceptatione resultantem, reformando, ac extendendo ad bona propria, huic reforma-
21 tioni, & extentioni standum est, † non autem Testamento in acceptatione relato, *Surd. post alios cons. 446. num. 54. & cons. 124. num. 15. & 16. Rot. decis. 121. num. 6. part. 5. diuers. decis. 431. nu. 8. & 9. apud Cenc. de censib. & in Romana Attentatorum 27. Aprilis 1640. coram me*, neque attenden-
22 dum Testamentum Patris, † sed posterior obligatio Caroli, ex qua agi potest, quia vtilior est Legatarii, *Surd. cons. 345. nu. 36. vers. Sed dico*; vbi allegat conditiones, & in puncto *Gratian. discept. 264. num. 21. Rota decis. 546. nu. 10. part. 5. recent.*

Et ita decisum vtraq; parte informante, &c.

R. P. D. BICHIO.

Viceñ Parochialis.

Lunæ 20. Iunij 1650.

ARGVMENTVM

Vnio est concludenter probāda à fortiori si vltimus status beneficii sit collatiuus, Immissio in beneficium concessa ab executore si fuit merus importat præsumptionem iustificationis narratorum, sed in iudicio executiuo, non autem in Ordinario.

SVMMARIVM.

1 *Fides Parochi formiter extracta probat.*
Etiam ad effectum reseruationis. num. 2.
3 *Concursus probatur ex litteris testimonialibus Ordinarij.*
4 *Confessio emissa in litteris non potest à prouiso impugnari.*
5 *Valor beneficij per non excessum probatur tam per narratiuam in litteris prouisionis emissam, quam etiam per vnicum Testem adminiculatum. & num. 4.*
Valor beneficij per non excessum probatur leuissimis probationibus. num. 5.
6 *Titulus resultat ex litteris iustificatis, & à legitimo collatore obtentis.*
7 *Litteræ Apostolicæ conditionales nullum ius tribuunt conditione non purificata.*

8 *Vnio*

8 *Vnio eſt concludenter probanda ad effectum excludendi reſeruationem.*
Et fortiùs ſi vltimus ſtatus beneficij ſit collatiuus. num.9.
10 *Litteræ præſumuntur iuſtificatæ ſtante immiſſione ab executore conceſſa.*
Quod verum intelligas ſi executor fuit merus. num.11.
Quod intellige verum in iudicio executiuo ſecùs in Ordinario poſtquam actor ſuam gratiam plenè iuſtificauit. num.13.
12 *Executor merus quis dicatur.*
14 *Præſumptiones non poſſunt reo poſtquam actor plenè probauit.*
15 *Probationes factæ in poſſeſſorio non proſunt in petitorio.*
16 *Sententia non afficit non citatum.*
17 *Executor non afficit non citatum cum informationibus extraiudicialiter acceptis.*
18 *Inſtrumenta, & acta extracta ab Archiuio Archipresbyteri pendente lite ſuper Iuriſdictione inter Archipresbyterum, & Epiſcopum.*
Si Archipresbyter in lite ſuccubuit non probant, neque contrà Epiſcopum, neque contrà Tertium Archipresbytero non Subditum. & num.19.
20 *Seculari ratio Eccleſiæ ſolet ab ea delere ſtatum regularem.*
Sed ſi contineat ſuppreſſionem menſæ Abbatialis tunc extinguit eiuſdem menſæ vniones iura, ac priuilegia. num.21.
22 *Iura competentia Abbatiæ Regulari ſuppreſſæ non tranſeunt in Archipresbyterum eius loco ſubrogatum.*
23 *Secularizzationis obſeruantia probatur ex prouiſione factâ ab Ordinario.*
24 *Teſtes examinati in cauſa beneficiati coram Iudice Laico nihil probant.*

DECISIO LIX.

PETRVS Ioannes Roccafiguera præuio
concurſu, prouiſus Apoſtolicus de Parochiali Eccleſia S. Quirici de Beſora tanquam
vacante per obitum Damiani Peres in menſe
Octobris, qui reſeruatus eſt defuncti, viſus eſt
hodie, omnia in litteris Apoſtolicis narrata
iuſtificaſſe, nempè obitum prædeceſſoris in
dicto menſe ex fide Parochi formiter extracta,
1 quæ † ſatis probat *Imol. conſ.110. in fin. Rot. deciſ.101. num.6. deciſ.321. num.3. part.1. recentior.*
deciſ.78. num.2. coram ſan. mem. Gregor. XV. etiam
2 ad effectum reſeruationis, † vt fuit dictum in
Terulen. Beneficij 7. Iunij 1610. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo relat. per Add. ad Gregor. XV. & deciſ.78. ſub littera A.
Concurſum, & ſuam in eo prælectionem,
ex litteris teſtimonialibus Ordinarij Vicen.,
3 cui † tanquam de re ad eius officium ſpectante, *Garz. de benef. part.9. cap.2. numer.1. & 108.*
creditur *iuxtà theoric. Felyn. in cap. poſt ceſſionem num.3. de probat. quam ſequuta eſt Rota deciſ.1. nu.1. eodem tit. in nou. deciſ.101. num.1. part.1. recent.*
Valorem huius Parochialis in ſcut. 24. per
nõ exceſſum ex eadem narratiua à Laurentio
aduerſario in litteris eius prouiſionis emiſſa,
4 quam † ille impugnare non poteſt; *Buratt. deciſ.481. num.9. deciſ.493. num.1. Aegid. deciſ.268. Put. deciſ.171. num.1. lib.3.* Trium verò aliorum
beneficiorum obtentorum in ſimili ſumma
ſcut. 24. per non exceſſum teſtatur vnus teſtis
5 de publica voce, & fama, qui, † iuncto quouis
adminiculo meretur fidem, quia in hoc etiam
leuiſſimæ probationes admittuntur, *Seraphin. deciſ.924. num.2. deciſ.1229. num.1. Caualer. deciſ.517. num.5.*

Hinc ipſi Roccafigueræ adiudicandam eſſe
Parochialem Domini cenſuerunt, quia litte-
6 ræ iuſtificatæ, † & obtentæ à legitimo Collatore idoneum adhunc effectum titulum præbent, *Mohedan. deciſ.13. vt lit. pendent. Caualer. deciſ.363. num.4. Rota in Neapolitana Iuris conferendi 30. Martij 1618. & 18. Martij 1619. coram bon. mem. Manzanedo, & in Marianen. ſeù Auien. Beneficij 13. May proximi præteriti coram R. P. D. meo Royas.*

Non obſtante prouiſione Apoſtolica eiuſdẽ
Parochialis prius obtenta à Laurentio Torrent aduerſario, quia cum ea ſit conditionalis
dummodò nimirum hæc parochialis verè,
& canonicè vnita exiſteret Archipresbyteratui Sancti Ioannis de Abbatiſſis, *Summario Roccafigueræ num.5.* Conditione huiuſmodi non
7 purificata, † ideſt non probata canonica vnione, nullum ius tribuit, *Lotther. de re benef. lib.3. quæſt.13. num.76. & 77.* & fuit dictum *in Lucana Manſionatus 7. Iunij 1581. coram Orano, impreſſ. apud Marcheſ. de commiſſ. tom.1. fol.471. numer.4. & in Tiraſonen. Cappellaniæ 13. Martij, & 7. Aprilis 1606. coram Sanctiſſimo D.N. Innocentio X. tunc S. Rotæ Auditore.*

Vnionis autem probationem, quam ne-
8 ceſſariam, † & concludentem requiri ad excludendam reſeruationem, dixit *Rota in Vicen. Cappellaniæ maioris 7. Nouembris 1639. coram bon. mem. Pirouano, & in Celſonen. Parochialis 17. Nouembris 1642. coram Reu. P. D. meo Peutingero.*
Eo magis in caſu noſtro, quo repugnat vnio-
9 ni vltimus ſtatus, † qui eſt collatiuus, & attenditur, *Lotther. de re benefic. lib.1. quæſt.28. nu.104. Rot. deciſ.77. num.3. & 9. deciſ.112. num.2. coram ſanct. mem. Gregor. XV. tunc noſtri ordinis Collega,*
nec facit ſententia executoris Apoſtolici, qui
aduerſarium in poſſeſſionem Parochialis immiſit, nec inſtrumenta in hoc iudicio producta.

Siquidem præſumptio iuſtificationis om-
10 nium narratorum, ac totius gratiæ reſultans
ex immiſſione conceſſa ab executore, *Buratt. deciſ.842. num.4. Rot. in Vicen. Beneficij 14. Martij 1644. coram R. P. D. meo Royas,* præter quod
11 procedit in exequutione mero, † qui potuit
ſe extraiudicialiter de narratis informare, *ex allegat. in deciſione huius cauſæ 28. Iunij 1639. coram me,* eſto quod noſter executor quamuis in
litteris adeſſent clauſulæ aptæ reddere executorem mixtum, merus eſſet, eo quod nemo
12 poſſidebat, † neque comparuerat legitimus
contradictor, vt adhunc effectum neceſſe eſſe
declarauit *Rot. in Lucana Canonicatus 1. Iunij 1647 coram R.P.D. meo Royas, & in dicta deciſione coram me.*

Suffra-

Suffragari quidem posset in iudicio executiuo litterarum Apostolicarum ad impediendam videlicet ne alter via executiua beneficij possessionem consequatur, non autem in iudicio ordinario adiudicationis beneficii, postquam actor suam gratiam plenè iustificauit,
13 vt ex prædictis fecit Roccafiguera, † tunc enim cessat præsumptio, quæ stat pro possessore, & debet ille æque, plenè iustificare aliundè suam intentionem, *Calder. consil. 10. ad fin. vers. quod id verum de probat. Seraph. decis. 1422. nu. 11. & seqq.* & in proximis terminis *Lotther. de re benefic. lib. 3. quæst. 14. numer. 36. & seq. Rot. decis. 409. num. 4. part. 2. recent. & in Mediolanen. beneficij 31 Januar. 1646. §. nec releuat coram Reuerendissimo D. meo Dunozetto Decano*; sic in simili dicimus, quod aduersus actorem, qui plenè
14 probauit, † non prosunt reo præsumptiones, *Aegid. decis. 617. num. 2. vers. sed si possidet, Rota coram Gregor. XV. decis. 278. num. 7.* aut petitorio
15 probationes † factæ in possessorio, *Gabr. consil. 40. nu. 44. lib. 2. Put. decis. 166. lib. 1. in correct. Gregor. XV. decis. 357. num. 2.* ibique *Add. num. 6. decis. 535. num. 13.* & sicuti ipsa sententia executoris Roccafigueram ibi non citatum non
16 afficit, † *Bald. in l. ab eo num. 17. C. quomod. & quand. Iudex, Abb. in cap. inter quatuor num. 7. de maiorit. & obed. Caputaq. decis. 190. part. 2. Rot. decis. 98. num. 7. part. 1. recent.* Eo minus extraiudiciales informationes quas executor acce-
17 pisse præsumitur † afficere possunt, *Alexan. in l. sæpè num. 125. ff. de re iudic. & in l. 2. numer. 11. C. de eden. Acchill. dec. 5. in fin. de re iudic. Rot. coram sanct. mem. Gregor. XV. decis. 305. num. 3.*

Instrumenta pariter exaduerso exhibita, siue collationum huius Parochialis ab Abbate S. Ioannis factarum anno 1393. 1405. 1533. *Summ. Torrent num. 9. num. 15. & 24.* siue declarationis emissæ ab Episcopo Auionensi anno 1004. *Summario ibidem num. 3.* siue concordiæ initæ anno 1262. inter Episcopum Vicensem, & Abbatem S. Ioannis auctoritate Apostolica confirmatæ, *dicto Summario num. 6. & 7.* siue suspensionis, ac interdicti non semel ab Abbate promulgati contrà Rectorem, & Ecclesiam hanc Sancti Quirici eisdemque interdicti relaxationis, *dicto Summario num. 16. & seqq.* nullius momenti sunt, tum quia vt lite pendente super Iurisdictione inter Episcopum, & Archipresbyterum Sancti Ioannis, in qua Archipresbyter in Sacra Congregatione Concilij, & hoc Tribunali succubuit extracta ab
18 Archiuio Archipresbyteratus † non probant contrà Episcopum, seu tertium Archipresbyterum non Subditum, *Caputaquen. dec. 42. par. 1. Put. decis. 341. num. 2. lib. 2. Canal. decis. 351. nu. 2. Seraphin. decis. 642. num. 1. Mellin. decis. 34. num. 1. & seqq.* & in puncto ad excludendam probationem vnionis, respondit *Rota penès Martin. Andr. decis. 65. num. 1. & 3.* vbi, quod hoc magis procedit, quando, vt in casu nostro is ad cuius fauorem dicitur facta vnio est in causa, & eam defendit, imò aliqua Instrumenta extracta fuerunt de mandato eiusdem Archipresbyteri; & fortius quia non probatur, quo tempore Instrumenta fuerint in Archiuio reposita,
19 vt requiritur, † cum potuerint reponi post motam litem, *Caputaquen. decis. 91. num. 4. part. 1. Put. decis. 431. num. 1. lib. 2. Millin. d. decis. 34. nu. 4. Martin. Andr. decis. 88. num. 6. & decis. 90. num. 3. Rot. diuers. decis. 549. num. 2. part. 4. & in Marsicen. Iurisdictionis 5. Martij 1646. coram me.*

Tum quia pleræque collationes non docentur effectuatæ, nec omnia Instrumenta mentionem faciunt huius Ecclesiæ Sancti Quirici. Tum tandem quia omnia præcessisse asseruntur ante sæcularizationem Ecclesiæ S. Ioannis de Abbatissis de anno 1592. à fel. record. Clemente Octauo factam, quæ nedum ab ea Ec-
20 clesia deleuit statum regularem, † vt solet simplex sæcularizatio, *Rot. decis. 252. nu. 2. part. 5. recent.* sed quia continet vltro amplissimam suppressionem mensæ Abbatialis, dignitatum, officiorum, &c. *Summario Roccafiguera num. 6.*
21 extinxit † simul quascumq; Abbatialis mensæ vniones, iura, ac priuilegia, vt per *gloss. fin. in cap. Abbate de verb. significat. Felin. in cap. cum dilecta sub n. 22. vers. destructo Monasterio de rescrip. Tiraquell. tract. cess. caus. in princip. num. 112. Rota decis. 99. num. 1. part. 7. recent.* Quæ propterea in Archipresbyterum Abbatis loco subrogatum
22 transire non potuerunt, † vt in puncto aduersus Archipresbyterum Sancti Ioannis fuit decisum in *Vicen. Iurisdictionis 2. May proximi præteriti coram R. P. D. meo Cerro, vbi in §. prout minus, & §. seq.* ex hac ratione reijcitur supramemorata concordia anni 1262. *facit decis. 373. num. 13. part. 5. recent. & dicta decis. 99. numer. 6.* vbi distinguitur inter simplicem sæcularizationem, & eam quæ fit cum suppressione *part. 7.*

Quod ex abundanti respectu huiusmet Parochialis declarauit obseruantia subsequuta, cum post sæcularizationem nulla detur collatio effectuata, quam fecerit Archipresbyter huius Parochialis, & è conuerso vltima anni 1640. facta fuit ab Ordinario præuio con-
23 cursu, † vt fauore prouisi Apostolici tanquam de reseruato ponderauit in terminis dictæ Bullæ sæcularizationis, *Rota in Gerunden. Prioratus 29. Januarij 1646. §. voluit, in fin. coram me.* Vbi prætereà in *§. exaduerso autem, & seqq.* habetur, quod vigore dictæ sæcularizationis omnia beneficia spectantia ad Ecclesias sæcularizatas fuerunt reseruata Sedi Apostolicæ, quod etiã decisum fuit in *Vicen. Canonicatus 24. Nouembris 1624. coram bon. mem. Merlino, in Vicen. Prioratus 2. Iunij 1636. coram Eminentissimo D. Cardinali Panzirolo, & in Vicen. Camerariæ 1. Februarij 1638. & 14. Martij 1640. coram Reu. P. D. meo Royas.*

Quapropter non applicatur casui nostro *decisio in Vicen. Iurisdictionis 8. February 1638. coram bon. memor. Merlino*, & vndique excluditur asserta vnio, & facultas conferendi exindè prætensa ab Archipresbytero; quicquid deposuerint testes dati in *Summario Torrent nu. 27. & 28.* qui loquuntur de statu ante sæcularizationem
24 cumque examinati fuerint coram † Iudice laico prorsus incompetenti in causis beneficialibus nihil probant, *Rota decis. 260. numer. 5. part. 1. recentior.* sed inhærendum est vltimo sta-

stathi collatiuo, & exclusiuo vnionis ex supra allegatis.

Et ita decisum vtraque parte informante.

R. P. D. PEVTINGERO.

Neritonen̄ Præcedentiæ,

Lunæ 21. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Manutentio, quia denegari non potest probata possessione, ideo in præsenti decisione discutitur an causa vniuersalis, & vniformis præcedendi, suffragetur pro manutentione in quasi possessione præcedēdi etiam in aliis actibus specie diuersis, & quid si Ordinarius, qui prouidere potest controuersiis quæ oriuntur in processionibus, alternis vicibus præcedere mandasset.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio concedenda venit existenti in quasi possessione.*

2 *Possessio præcedendi probata per partitas Cancellariæ curiæ Episcopalis, est manutenibilis.*

3 *Causa vniuersalis, & vniformis suffragatur pro manutentione etiam in aliis actibus specie diuersis.*

4 *Possessionis suæ commodo, quis priuari non debet, sed in ea manutenendus est.*

5 *Continuanti possessionem præcedendi, concedenda est manutentio, quamuis Ordinarius, alternis vicibus præcedere mandasset.*

DECISIO LX.

EXTANTE consuetudine Cleri Nerionen̄ in festo Gloriosę Assumptionis B. MARIÆ Virginis simul conuenire ad præstandam obedientiam Episcopo Neritonen̄ in Ecclesia Cathedrali vocato cuiuslibet loci dictæ Diœc. Archipresbytero iuxta suam antiquitatem, & prærogatiuam ad incedendum cum Cruce in processione generali per Ciuitatem, eaque peracta cum Episcopo, aut in eius absentia cum Vicario discumbendum, orta fuit super præcedentia in his actibus controuersia inter Capitulum, & Archipresbyterum Collegiatæ Ecclesiæ Terræ Galatonæ, & Archipresbyterum, & Capitulum Terræ Cupertini, causaque coram Ordinario introducta, factis probationibus pronunciatum fuit Archipresbytero Galatonæ in vocatione ad odedientiam, & accubitu mensæ Episcopi competere præcedentiam contra Archipresbyterum Cupertimum, in aliis verò actibus extra hos duos debere inuicem alternis vicibus præcedere. Appellatione in Sac. Rotę Tribunali introducta, Dubitatum fuit, cui sit dandum mandatum de manutenendo in quasi possessione prę cedendi, & in quibus actibus, ac pro informante Archipresbytero Galatonæ resolutum fuit, dandum ei esse manutentionem in quasi possessione procedendi in præstatione obediētiæ, delatione Crucis, Processionibus, & accubitu in mensa Episcopali. † Quia in ea se existere ex testium depositionibus Sum. nu. 4.
1 ostendit, ideoque manutenendus est *§. retinendæ Instit. de interdict. Bald. in l. obseruare, §. antequam num. 3. ff. de offic. Procon. Rot. coram bon. mem. Coccin. decis. 46. & 452. num. 1.* † Atque habet pro se
2 partitas Cancellariæ Curiæ Episcopalis Neritonen̄ formiter axtractas Summ. eius num. 1. *glos. in c. bene quidem in verb. Mediolanensis 99. dict. Dec. cons. 160. Pro Domino Præposito num. 2. vers. ex ordine litteræ, Penia decis. 164. num. 8. & fuit dictum in Lucana præcedentiæ 24. Iunij 1628. ac in Cæsaraugustana præcedentiarum 28. Aprilis 1634. coram Reuerendiss. Terracinen̄ impress. apud Modern. Perus. post tract. de manut. decis. 594. nu. 9.* † Ac quamuis di-
3 cti duo actus sint diuersæ speciei, cum tamen habeant causam vniuersalem, & vniformem suffragantur pro manutentione etiam in aliis actibus, *Bartol. in l. 1. §. si quis hoc interdicto in fin. ff. de itin. act. priu.* & in terminis præcedentiæ, *Burat. decis. 903. nu. 11.*

Non obstat sententia Ordinarii Neritonen̄, quod extra supradictos duos actus vocationis ad obedientiam, & accubitus in mensa Episcopi alternis vicibus præcedere Cupertinum Archipresbyterum Galatonus tantum debeat;
4 Quia cum constet de eius quasi possessione, ea nullo modo priuandus, sed in eadem manutenendus est, vt dixit *Rota decis. 41. numer. 2. & 9. ac 10. par. 2. diuers. Burat. decis. 904. cum pluri mis aliis relatis in Taurinen. delationis baldacchini 4 Iulij 1646. coram R. P. D. meo Corrado in §. fin.*
5 Ideoque neque huic Archipresbytero obesse possunt decreta prouisionalia præcedendi alternis vicibus, quia his non obstantibus in sua quasi possessione etiam post hæc decreta continuauit, vt testes pro eo examinati deponunt, quæ continuatio efficit cum nihilominus esse manutenendum, vt respondit, *Rota in Colonien̄ Præcedentiæ 9. Iunij 1627. coram bon. me. Card. Vbal. impress. apud tract. Modern. Perus. de manut. decis. 32. num. 9. & seqq.*

Et ita resolutum fuit.

R. P. D. CELSO.

Posteà S. R. E. CARDINALI.

Romana Cambij

Mercurij 22. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Debitor sub conditione, quamuis non dicatur verè, & proprie debitor ante euentum conditionis, tamen quia conditio habetur pro impleta, quandò stat per promittentem, quominùs adimpleatur; idcirco in præsenti decisione discutitur, an, & quando debitor qui se obligauit soluerę cum pecuniis retrahendis ab aliquo, effectu teneatur de proprio, & dictæ pecuniæ ob ipsius negligentiam haberi debeāt pro exactis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Solutio promissa sub conditione; non debetur nisi purificata conditione.*
2 *Debitor sub conditione, non dicitur verè, & propriè debitor, ante euentum conditionis.*
3 *Dictio,* tantum, *cuius sit naturæ.*
4 *Clausula,* non aliter, *quid operetur.*
5 *Debitor qui se obligauit soluere cum pecunijs retrahendis ab aliquo effectu, quando teneatur de proprio.*
6 *Conditio habetur pro impleta, quod stat per promittentem quo minus adimpleatur.*
7 *Apoca confecta post instrumentum, per quam ab eo receditur, attendi debet, & instrumentum ad formam, & tenorem illius redigendum est.*
8 *Debitum, vt negligentia non exigentis haberi debeat pro exacto, quæ requirantur.*

DECISIO LXI.

DOMINI, omissis alijs exceptionibus adductis pro parte Olgiati ad infringendum mandatum contra ipsum relaxatum ad instantiam Antonii Carcarasij; Ex eo tantum fundamento firmarunt illud non esse exequendū, quod solutio seu 4650. pro quibus initum apparet cambium, erat facienda ex pecunijs retrahēdis ab effectibus hæreditatis Roberti Primi occasione Appellatus Aluminum, vt patet ex Summ. *num.* 1. *&* 2. † Vnde cum ab hereditate eiusdem Roberti dictum creditum non fuerit exactum non dicitur purificata cōditio, sub qua solutio promissa fuit, & consequenter illa non adimpleta non erat locus relaxationi mandati, nec illius executioni, *ad tex. in l. Bonæ 43. §. si conditione, ff. de edilic. edict. l. cedere diem 213. ff. de verb. signific. Dec. cons. 107. circa fin. vers. & ideo ista cond. & cons. 421. num. 6. Aym. cons. 10. num. 15. vers. nec executio. Altograd. cons. 90. n. 31 & seqq. Rota in Clusina grani 3. Decembris 1629. coram Coccino, & in rec. dec. 639. nu. 3. par. 4. tom. 3. & dec. 35. num. 1. par. 7.*

2 Debitor † enim sub conditione non dicitur verè, & propriè debitor ante euentum conditionis, vt notat, *Bart. in l. 1. num. 32. ibiq. Doct. ff. si cert. petat. Purpur. cons. 407. num 35. Surd. dec. 283. num. 1. & seqq.* Præsertim in præsenti casu † attenta dictione *Tantum*, quæ tamquam limitatiua, & restrictiua omnem aliam solutionē excludit *Abb. cons. 51. num. 3. lib. 1. Barbos. dict. 349 num. 2. Rot. dec. 513. num. 1. par. 5. recent.* † Necnon clausula, *& non aliter* &c. quæ inducit præcisam formam, & operatur, quod ad vnguem sit seruandus modus in contractu præscriptus *l. fin. C. de vendend. reb. Ciuit. lib. 11. Paris. consil. 19. num. 20. lib. 2. Grat. cons. 138. num. 12. lib. 1. Rot. decis. 16. numer. 2. part. 2. recentior. cum alijs pluribus relatis per Add. ad Buratt. decis. 374. num. 17. vers. & facit.*

5 Nec releuat † quod Olgiatus per biennium conuentum in instrumento nullas prorsus diligentias fecerit, & propterea teneatur de proprio soluere, ex adductis, *per Ciriac. controu. 167 num. 5. & seqq. & per Rot. Ianuen. decis. 160. num. 1.*

6 Cum † conditio habeatur pro impleta quando stat per promittentem, quominus adimpleatur, *l. iure ciuili, ff. de condit. & demonstrat. cap. cum non stat. de reg. iur. Rot. decis. 35. num. 6. p. 4. recent.*

7 Etenim Partes † recedendo ab Instrumento prædicto conuenerunt tam in prima, quam in secunda apoca confecta, quod non obstante instrumento, & tempore in eo apposito non tenerentur Olgiatus soluere nisi ex pecunijs exigendis ab hæreditate Primi, vt patet ex illis verbis, ibi, *Di maniera, che detti Signori Olgiati non ostante il detto Instrumento, e tempo in esso contenuto siano tenuti solamente pagarmi detto mio credito con la terza parte di quello che recuperaranno dall'heredità de Primi, & non altrimenti &c. & in conformità di questa douerà esequirsi il contenuto in detto Instrumento, come che in quello la presente fosse inserta di parola in parola &c.* † Et ideo talis apoca attendi debet, & Instrumentum ad formam, & tenorem illius redigendum, *l. 1. §. fin. ff. de stipulat. seruor. l. si vnus §. pactus ne peteret, ff. de pact. l. pacta nouissima, C. eod. cap. 1. de transact. Rot. in Bononien. de Lambertinis 4. May 1620. coram bon. mem. Manzanedo.*

8 Imo ad effectum † vt Olgiatus teneretur de proprio necesse esset probare non solum debitum Roberti, sed etiam, quod illud fuisset facilis exactionis, alioquin non potest considerari negligentia in exigendo ad hoc vt debitum haberi debeat pro exacto in præiudiciū non exigentis, *Felin. in cap. si autem num. 3. de rescript. Ruin. cons. 93. sub num. 7. vers. nec isto casu, Caputaq; decis. 266. num. 4. par. 1. & dictum fuit in Romana redditionis rationis 12. Ianuarij 1634. coram R. P. D. meo Royas, & in Romana pecuniaria 15. Iunii eiusdem anni coram R. P. D. meo Bichio.*

Et ita decisum partibus hinc inde informātibus.

R. P. D. MELTIO,

Posteà Reuerendissimo Episcopo PAPIEN.

Camerineñ Dotis Ecclesiæ

Mercurij 22. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Census impositus à Fundatore in summa (puta) scutorum centum, super omnibus suis bonis pro erigendo iurepatronatus, reseruata sibi suisque &c. facultate redimendi pro certa, & determinata quantitate; cum hoc quod Rector pro tempore in casum redēptionis teneretur illam reinuestire in alio censu similis redditus scutorum centum, an redimi possit, deposita tantummodo dicta quantitate conuenta, quamuis ex ea annuus redditus scutorum centum non perciperetur, latissimè discutitur, & resolutio est affirmatiua, in contrarium adductis plenè, & abbundè satisfaciendo.

SVMMARIVM.

1 *Dictio*, Tu, *quid importet.*
2 *Census de sui natura est quandocumque redimibilis.*

3 *Verbis*

3 *Verba personalia, quod flectantur in pactum reale, transmissibile ad haeredes.*
4 *Et quid si pactum fuit affirmatiuè conceptum, & non negatiuè.*
5 *Dictiones personales, quando censeantur apposita potius demonstrandi causa, quam restringendi.*
6 *Pronomen*, ipse, *non facit actum personalem, vbi subiecta materia repugnat.*
7 *Census impositus pro dotatione Ecclesiae in summa scutorum* 100. *cum facultate redimendi pro certa quantitate, an redimi possit depositata d. quantitate, si ex ea annus redditus scutorum* 100. *non perciperetur, & vide nu.*11. *& seq.*
8 *Deterioratio dotis contingens sine culpa dotatis, cedit periculo beneficij.*
9 *Censum assignans pro dotatione Ecclesiae, si fructus illius minuantur, an teneatur supplere talem euentualem diminutionem.*
10 *Dotatio Ecclesiae, Cappellaniae, &c. quando incipit à treditione, & non à promissione, an dotans teneatur praestare euictionem rei in dotem data.*
12 *Verba*, inquesto modo cioè, *praecedentem obligationem qualificant, eamque restringunt ad limites subsequentis conuentionis, & nuner.* 18. *& seq.*
13 *Dictio*, videlicet, *adiecta in obligatione indefinitè concepta, quid operetur.*
14 *Expressio quantitatis in contractu, an stare debeat demonstratiuè vel taxatiuè, & vide nu.*17.
15 *Vendens seruum cum peculio, si illud dicat esse decem aureorum, & deinde plusquam decem esse in peculio reperiatur, totum praestandum est, & quare num.*16.
19 *Verba, an stent taxatiuè vel demonstratiuè quomodo dignoscatur.*
20 *Expressio quantitatis quod stare debeat restrictiuè, ex quo euidenter colligatur.*
21 *Verba, dicendum est, quod stare debeant restrictiuè, & non demonstratiuè, quando alias redderentur superflua.*
22 *Conditio non dicitur extare etiam si disponens loquatur per verba*, cum conditione &c. *quando id quod conditionale censetur, adimplendum est ante executionem actus, & quare.*
23 *Et quid importent illa verba cum conditione &c.*
24 *Inuestiendi onus, semper est modale.*
25 *Interpretatio rectè sumitur à scripturis vicinis.*
26 *per Scripturam secundam non potest tolli prima.*
27 *Verba dubia primae scripturae benè possunt declarari per secundam scripturam.*
28 *Verba quandò sunt ambigua, non potest dici ius quaesitum.*
29 *Obligatio cum sit stricti iuris, coercenda venit quantum fieri potest fauore promissoris.*
30 *Census quando demandatur, quod semper integer, & indiminutus permanere debat, an respectu sortis, vel fructuum, intelligendum sit.*
31 *Verba impersonaliter prolata, ad quam personam referenda sint.*
32 *Impersonalitas, ad certam personam reducitur ex subiecta materia, & natura contractus.*
33 *Dos per subsequentem aestimationem rei in dotem tradita non potest dici constituta in certa specie, & non in quantitate,*
34 *Dos quae fuit assignata in certa specie pro pretio conuento, non venit restituenda in ea specie, quae tradita fuit, sed in aestimatione conuenta.*
35 *Dos promissa in quantitate reinuestienda, non dicitur consistere in quantitate, sed in reinuestimento.*

DECISIO LXII.

PHILIPPVS Seuerinus constituere volens Patronatum super Ecclesia Rurali Sanctae Mariae de Casa Fuscula ab ipso constructa, obtinuit sub die 16. Decembris 1605. ab Ordinario Camerinen. licentiam illam dotandi in annuo censu scu. 500. imponendo super omnibus eius bonis, redimibili tamen post lapsū decennij eius arbitrio, mediante solutione, eius iusti pretij scilicet scutorum 6250. & cū eo, quod Rector pro tempore in casum redemptionis teneretur illa reinuestire in alio censu similis redditus scu. 500. cum consensu Episcopi, & Patronorum, quae redimendi facultas pro dicto pretio scut. 6250. fuit successiuè die sequenti praeseruata in Instrumento dotationis, & paulò post etiam in Instrumento erectionis beneficij semper in illis repetito onere Rectori iniūcto in prima scriptura reinuestiendi praetium in alio censu similis quantitatis. Defuncto Philippo Seuerino fundatore, Antonius Seuerinus eius successor volens liberare bona fundatoris à dicto annuo censū scu. 500. deposuit penens mercatorem scu. 6250. & mediante tali deposito cum praetenderet bona redēpta fuisse in Rota per duas vices coram bon. memor. Pirouano disputatum fuit super releuantia dicti depositi, & semper resolutum illud non suffragari ob non adimpletam formam praescriptam in dotatione, & erectione beneficij pro facienda dicta redēptione; successiuè de anno 1636. fuit praeuiis duabus decisionibus coram Eminentiss. Dom. Cardinali Verospio emanatis per sententiam decreta Ecclesiae immissio in possessionem bonorum censui suppositorum ad effectum, vt sibi satisfacere posset de dicto annuo redditu scu. 500. aduersus quam sententiam immissionis commissa mihi causa restitutionis in integrum ad instantiam dicti Antonij Seuerini, qui desiderabat ab hoc Sacro Tribunali sibi responderi de forma, qua facienda erat dicta redemptio; Dubitaui An, & quomodo dicta bona redimere liceret, & Domini respectu facultatis redimendi non dubitarunt, quin illa competat Seuerino, stante quod Philippus Seuerinus Antonij auctor illam sibi expresse reseruauit tam in licentia habita pro constituenda dote, ibi, *il qual censo possa redimere, e ricomprare doppo dieci anni à suo beneplacito; pagando per il suo giusto prezzo scudi* 6250. quam in Instrumento dotationis, ibi, *Ita tamen quod huiusmodi bona possint, & valeant ab huiusmodi onere eximi, & liberari quandocumque post decem annos ab hodie computandos ipse D. Philippus vel sui &c. soluerint, seu potius deposuerint scuta* 6250. *moneta*, necnon etiam in Instrumento erectionis, ibi, *sic tamen vt tu post decennium proximè futurum censum ipsum, quandocunque volueris pretio scutorum* 6250. *redimere liberè, & licitè valeas.*

Nec

1 Nec prætendi potest, † quod dicta facultas restricta sit ad personam fundatoris tantum ex dictione illa personali Tu post decennium, quæ restringit efficaciam pacti ad personam expressam tantum, nec sint illud ad hæredes transire, *ad textum in l. si tibi decem 18. §. si quis, & §. si pactus, Sim. & in l. qui in futurum 58. ff. de pact.* † Quia cum versemur in materia census,
2 qui de sui natura est quandocunque redimibilis non solum ex Bulla Piana, sed etiam de iure communi ad tradita per, *Ronit. ad pragmat. 1 de censib. num. 3. & Duard. de cens. §. 5. quæst. 39. nu. 3*
3 *& 4.* Vtique † verba quamuis personalia flectuntur in pactum reale, transmissibile ad hæredes, *Bald. in l. iurisgentium §. pactorum in princip.*
4 *ff. de pact.* † præsertim, quia prout hic pactum fuit affirmatiuè conceptum, non negatiuè vt
5 bene, *Cephal. cons. 353. num. 33. cum seqq.* † & dictiones personales censentur apposita demonstrandi potius, quam restringendi causa, *ad tex. in l. si pactum, ff. de probat. & in dicta l. iurisgentium, §. pactum, ff. de pact. & in l. si necessitas, §. de vendendo, ff. de pignor. act.* ibi, *sed, & in si creditores dumtaxat persona fuerit comprehensa etiam hæres eius iure*
6 *vendit, si nihil in contrarium actum sit,* † & in terminis pronominis ipse, quod non faciat actū personalem, vbi subiecta materia repugnat latè comprobauit, *Rota coram Durano decis. 410. num. 2. & 3.*

Respectu verò secundæ partis dubij respicientis formam seruandam in redemptione Domini dixerunt illam faciendam esse præuia disdicta Rectori, & Episcopo Camerineñ, per solutionem scutorum 6250. ad effectum illa per eumdem Rectorem vnico contextu inuestiendi in alio censu tuto, & securo illius maioris redditus, qui adinueniri poterit, & quatenus reinuestimentum non adinuenierunt elapso bimestre disdictæ licere redimenti dicta scuta 6250. deponere penes Montem Pie-
7 tatis † Ratio resolutionis fuit, quia dum fundator in limine fundationis reseruauit sibi facultatem redimendi censum pro certa, & expressa quantitate scut. 6250. vt redemptio dicatur legitimè facta satis est exponere hanc quātitatem non attentato an ex hoc capitali percipi nunc possit summa fructuum æquiualens reddituí scut. 500. Nam fundator pro redemptione teneri voluit tantum ad soluenda scuta 6250. qua solutione sequuta, & per eam dominio pecuniarum translato omne augumētum, omnisque diminutio spectare debet ad Ecclesiam, & Rectorem, qui ad tale inuestimentum tenetur ad tradita per *Bald. in l. 1. numer. 10. C. de iur. emphit. l. 1. ff. de peric. & commod. rei vendit. Nat. cons. 353. num. 4. Paul. de Cittadin. de iurepatr. part. 6. in num. 4. art. num. 165. Surd. de aliment. tit. 7. q. 33. num. 10. & seqq. & q. 34. per tot. Rot. decis. 230. num. 5. par. 2. diuers.* vbi dictum fuit,
8 quod † generaliter deterioratio dotis contingens sine culpa dotantis cedit periculo bene-
9 ficii, † & in puncto assignationis dotis in censibus, quod si fructus minuantur dotans non tenetur supplere euentualem illam diminutionem, nisi aliter conuentum fuerit firmauit, *Rota in Meleuitana erectionis Collegiatæ 12. Decembris 1633. coram bon. me. Pirouano impress. inter rec.*
10 *decis. 283. num. 24. part. 7.* † præsertim quando prout in proposito casu dotatio incipit à traditione, & non à promissione. Nam tunc Dotans, non tenetur præstare auictionem rei in dotem datæ, nisi illa expresse promissa fuerit, vel interuenerit mala fides dotantis, vt probat, *Tex. in l. 1. vers. sin autem, & vers. si vero, ibique notat glos. fin. in fin. C. de iur. dot. & dixit Rota coram bo. me. Burat. decis. 745.*

11 Neque ex eo, † quod in supplicatione porrecta Episcopo Camerineñ pro habendo consensu, & approbatione Iurispatronatus fundator obtulerit dotare Ecclesiam in annuo cēsu scut. 500. inferri potest, quod dos Ecclesiæ consistat non in sorte, seu capitali scut. 6250. sed in dicto annuo censu scutorum 500. quem proinde dotans tenetur in casum diminutionis supplere, & integrum, ac perpetuum manutenere. Quia licet dicta promissio annui census à principio indefinitè concepta fuerit, tamen deinde restricta, ac limitata remansit ex subsequentibus verbis in eadem supplicatione appositis, ibi, *In questo modo cioè, che possa constituire vn' annuo censo di scudi 500. sopra tutti li suoi beni, e questo assegnare per dote alla Chiesa, il qual censo possa redimere, e ricomprare doppo dieci anni à suo beneplacito pagando per il suo giusto prez-*
12 *zo scudi 6250.* † & si ponderentur verba illa, *In questo modo, cioè*, certum est quod ea præcedentem obligationem qualificant, eamq; restringunt ad limites subsequentis conuentionis, *Rota decis. 490. num. 5. & seq. part. 4. diuers.* vt nempè teneatur quidem dotans præstare annuum redditum scut. 500. in suis bonis perpetuo, sed tamen possit se post lapsum decennij, quandocunque à dicto censu liberare, soluen-
13 do pro eius iusto prætio scuta 6250. † Vnde perpetuitas quoad obligationem dotantis procederet non sequuta redemptione, illa autem facta resoluitur, & illius obligatio, vt in terminis obligationis indefinitè conceptæ, cui adiecta fuerit dictio declaratiua, ac restrictiua, *videlicet*, tradit *Purpurat. cons. 475. sub num. 2. vers. quia regula prædicta & num. 3.* & declarat *Text. in l. videlicet, ff. de pact. glos. in clem. causa verb. videlicet de elect. Paris. cons. 17. num. 38. lib. 3. Surd. cons. 315. num. 61. Buratt. cons. 13. nu. 33.*

14 Neque vllius releuantiæ visum fuit, † quod expressio quantitatis in scut. 6250. stare debeat demonstratiuè tantum, non autem taxatiuè, & exclusiuè ad obligationem dicti annui redditus scutorum 500. per textum, *in l. si venditor 39. ff. de act. empt.* vbi *Castrens. sub num. 2. vers. vel*
15 *dic.* notat, † quod si venditur seruus cum peculio, ac illud venditor dixit esse decem aureorum, & deinde plusquam decem esse in peculio reperiatur totum id præstandum sit,
16 quia † mentio de decem stat demonstratiuè, non restrictiuè ad propriam obligationem ex ratione, quam adducit, *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 17. num. 20. vers. & quidem*, quia nempè venditio initium accepit à corpore serui, & à peculio, & deinde venditor decem esse in pe-
17 culio declarauit. † Considerabant namque Domini pro responsione, quod in dicto textu nulla

nulla aderat dictio restrictiua, sed indefinitè concepta fuerat venditio tam serui, quam peculij, vnde nihil mirum si ibi I. C. decidat, mentionem de decem intelligi potius factam
18 animo demonstrandi, quam limitandi. † At in proposito casu post assignationem dotis in annuo redditu scutorum 500. statim subditur, *In questo modo, cioè, che possi constituire vn'annuo censo &c. il quale possa redimere &c. per il suo giusto prezzo di scudi 6250.* quæ quidem verba important proculdubio taxationem, & limitationem
19 iuxta theoricam, † quam ad dignoscendum, an verba stent taxatiuè, vel demonstratiuè tradit, *Felin. in cap. super litteris sub num. 4. vers. sed si sub vna de restrip. & per tex. in l. si sic. §. 1. ff. de leg. 1.* hoc idem comprobatur etiam ex eodemmet, *Textu in l. si venditur, ibi, nisi hoc actum esset,*
20 *vt dumtaxat decem præstaret,* † & dictam expræssionem quantitatis stare ristrictiuè euidentius colligitur ex ponderatione illorum, *pagando per il suo giusto prezzo scudi* 6250. Idem enim est dicere pro pretio, ac loco preti j, *Bart. in l. si is qui pro emptore num. 35. ff. de vsucap. Felin. in capit.*
21 *cum M. Ferrariensis num. 3. de constit.* † Vltra quod expressio dictæ summæ staret superfluè, nisi operaretur, quod redimens ad aliud non teneatur, & idcirco eo magis dicendum venit, quod dicta verba non stent demonstratiuè, sed restrictiuè ad tradit. per *Castrens. consil. 222. in princip. lib. 2. Rota coram Caualer. decision. 374. num. 6.*

22 Non obstat, † quod facultas redimendi bona ab annuo censu dicatur conditionalis, quia ex dicto capitali alius census emendus est similis redditus scu. 500. ibi, *con conditione, che il Cappellano, che sarà per il tempo in caso di detta ricompra sia obligato impiegarli in vn'altro censo di 500. scudi simili.* Quia cum conditio reinuestimenti adimpleri non possit, nisi post redemptionem, & actualem solutionem scut. 6250. non potest illa reddere redemptionem, seu re-
23 dimendi facultatem conditionem, † sed ad summum importat modum post redemptionem adimplendum iuxta doctrinam, *Bart. in l. quibus la 40. §. Termilius minor num. 1. ff. de condit. & demonstrat. Ruin. conf. 127. num. 2. lib. 1 Surd. dec. 156. nu. 9. vers. imponitur Grat. discept. forens. cap. 45.*
24 *num. 19.* † vbi quod onus inuestiendi semper est modale, *Rota in Romana saluiani 23. Ianuarij 1643. coram Reuerendiss. D. meo Decano §. neque propterea in fin.* Dictus autem modus adimplendus venit à Rectore, cui iniuncta fuit cura inuestimenti, non autem redimenti, qui pro consequenda liberatione bonorum à censu pro dote Ecclesiæ assignato teneri tantum voluit ad onus solutionis scu. 6250.

Verba autem illa, quod in casum redemptionis emi debeat alius census similis quantitatis sumenda sunt non præcisè, & necessitatiuè, itaut si summa exposita non reperiatur, quod possit reinuestiri pro annuo simili redditu sit supplendum à Patrono redimente, sed intelligi debent, quatenus simile inuestimentum reperiatur, alias fundator læderetur vltra summam præcisè conuentam contra propriã intentionem, quam non fuisse supplendi de proprio suadent expresè verba secundæ scripturæ scilicet dotationis, in qua repetita obligatione Rectoris reinuestiendi pretium cẽsus redempti in alio censu similis quantitatis dicta verba eius quantitatis fuerunt qualifica-
25 ta per alia verba si fieri poterit, † interpretatio enim rectè sumitur ex scripturis vicinis, *ad text. in l. heredes palam §. sed, & si notandum, ff. de testament. & in l. seruus, §. fin. de leg. 1. Surd. conf. 321*
26 *num. 54.* † & licet per secundum scripturam non potuerit tolli prima ex traditis in decisionibus bon. memor. Pirouani, & Eminentiss.
27 D. Cardinalis Verospij in hac causa factis † bene tamen potuarunt verba dubia primæ scripturæ declarari per secundam, *Castrens. in l. heredes palam §. si quidem num. 4. ff. de testam.* vbi etiã
28 habetur, † quod nec minus dici potest ius quęsitum, quando verba sunt ambigua, *Bec. conf. 3. num. 44. Rimin. iun. conf. 131. num. 9. Surd. dec. 29. num. 6. Rot. in Bononien. successionis 4. May 1646. §. quæ opinio coram R. P. D. meo Bichio.* Dubium autem fuisse ex verbis primæ scripturæ An dotans voluerit teneri supplere de proprio, casu quo de dictis pecunijs non fuisset adnuentum reinuestimentum similis redditus controuerti non potest, quia sublata etiam declaratione facta in secunda scriptura dotationis, quæ ponit rem in claris, ad huc verba illa similis summæ apposita in prima scriptura semper erat intelliganda prolata à fundatore, non animo se obligandi ad dictum supplementum, sed quia ipse dotans verisimiliter credidit, quod per inuestimentum capitalis scutorum 6250. ad rationẽ octo prò quolibet centenario prout tunc temporis inuestimenta passim fiebant, potuerit constitui semper similis census hæc namque interpretatio vti verisimilio menti Dotantis magis est capienda, quam ea, quæ auget onus fundatoris contra naturam obli-
29 gationis, † quæ cum sit stricti iuris coercenda venit quantum fieri potest fauore promissoris, *l. quidquid ad stringendo ff. de verbor. obligat.* præsertim, quia onera, quæ fundator imposuti Rectori prò tempore sunt admodum læuia, & agitur de beneficio simplici, cuius etiam redditus secundum rationem, ad quam hodie reperiuntur census impositi ascendunt ad scuta 370. & vltra; Vndè non videtur æquitati cõsonum, quod fundatores niminis rigorosè grauentur circa interpretationem eorum promissorum atquè obligationum quotiescũque Ecclesia remanet congruenter dotata, sed potius sunt alij inuitandi facilitate ad fundandum, & dotandum Ecclesias.

Quæ sanè interpretatio minus excluditur ex eo quod in tertia scriptura erectionis beneficij dicatur, quod census huiusmodi semper, & in perpetuum stare, & permanere debeat integer, & indiminutus pro dote eiusdem Ecclesiæ; Nam Intentio Episcopi non fuit extendẽdi per dicta verba obligationem fundatoris contentam in prioribus scripturis, in cuius executionem deuenit ad erectionem beneficij, in ea inserendo illius obligationem, ac iterum ei praseruando facultatem redimendi pro pretio scut. 6250. censum, ibi, *sic tamen vt* *tu &c.*

tu, &c. pretio scutorum 6230. censum ipsum redime-
re liberè, & licitè possit, sed quia cura reinuestien-
di in casum redemptionis iniuncta fuerat Re-
ctori pro tempore existenti ad magis robo-
randam eius obligationem subdidit, quod
30 census semper integer stare deberet, † quæ
verba intelligenda sunt respectu proprietatis,
& capitalis, in quo propriè census consistit,
non autem in fructibus iuxtà opinionē, quam
tenet *Rota decis. 403. num. 7. apud Cenc. de censib.*
31 & † quia impersonaliter pro lata fuerunt re-
ferri solum possunt ad personam Rectoris, de
quo paulò antè facta fuerat mentio, & ad quē
onus reinuestiendi spectabat, *Bart. in l. stipulatio*
ista, §. si quis ita nu. 2. ff. de verb. oblig. Mant. de tacit.
32 *& ambig. lib. 14. tit. 29. nu. 48. &* 49. † Imperso-
nalitas enim, & incertitudo ad certam perso-
nam reducitur ex subiecta materia, & natura
contractus, *Rota coram san: mem: Gregor. XV. de-*
cis. 511. num. 4.

Tandem non visum fuit releuare obiectum
primæ *decisionis Eminentiss. D. Cardin. Verospij in*
§. final. vbi ducto argumento à dote tempo-
33 rali ad dotem beneficij dicitur, † quod quem-
admodum per subsequentem æstimationem
rei in dotem traditæ fieri non potest, quin dos
constituta dicatur in certa specie, & non in
quātitate, ità dos beneficij consistens in annuo
censu scutorum 500. non possit recipere dimi-
nutionem, ex subsequenti illius æstimatione
facta in scut. 6250. Quia in proposito casu non
fuit assignatus liberè census, & deindè subse-
quuta illius æstimatio, sed ipsa assignatio in
principio fuit qualificata, & restricta, donec
census pretio conuento redimeretur. † Vndè
obiectum retorquetur, quia in tali casu etiam
dos tradita pro matrimonio temporali resti-
tuenda venit non in ea specie, quæ tradita fuit,
sed in æstimatione conuenta, *ad text. in l. si inter*
virum, & vxorem la 21. C. de iur. dot. & firmat
Cephal. cons. 531. nu. 6. & 18. & magis in termi-
35 nis, † quod dos promissa in quantitate rein-
uestienda ex conuentione partiū dicatur con-
sistere non in quātitate, sed in reinuestimento
fuit dictum in Romana Domus 28. Nouembris 1638.
§. penult. coram Reuerendiss. D. meo Decano.

Et ita vtraque parte informante, &c.

R. P. D. CORRADO.

Posteà S. R. E. CARDINALI.

Romana Legati.

Mercurij 22. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Confessio in Testamento emissa, an, & quando sufficiat ad probationē debiti latissimè tractatur, & an reuocari possit per secundum testamentum posteà conditum eruditè explicatur. Demùm legatum, quando præstandum sit, quamuis illius solutio fuerit ex certo loco designata, clarè demonstratur.

SVMMARIVM.

3 *Confessio hæredis facta in Testamento, benè probat legatum fuisse relictum, non aliter, ac si testium depositiones, vel scriptura exhiberentur.*

2 *Amplia quando legatum ad piam causam fuisset ordinatum.*

3 *Item amplia, quando huiusmodi confessio respiceret exonerationem conscientiæ ipsius confitentis.*

4 *in Legatis non adimplendis plùs peccat ille, de quo plùs confidit testator.*

5 *Confessionem auctoris non possunt impugnare habentes causam ab illo.*

6 *Cōfessio extraiudicialis ad fauorem absentis pro quo nemo fuit stipulatus, non probat, & quando secùs num. 8.*

7 *Aequitas canonica in causis pijs seruari debet in vtroque foro.*

9 *Confessio in testamento facta regulariter non sufficit ad probationem debiti, sed magis confert ad petitionem legati, quando confitentis dispositio concurrit, & quando secùs num. 10.*

11 *Confessio in testamento emanata, reuocari non potest, nisi erronea probetur, sed substineri debet omni meliori modo, & quare.*

12 *Confessio facta in Testamento reuocari non potest, quando fuit emissa, ad fauorem animæ, sed tunc habetur, ac si fuisset iurata, & à parte acceptata. Idem dicendum est ad fauorem piæ dispositionis, & quare num. 14. & vide num. 20.*

13 *Iuramentum relaxari, & moderari solet pro salute animæ, ac conscientiæ exoneratione.*

15 *in Hæredibus nihil est indecentius audire, quàm ne defuncti conscientiam exonerent propriam onerare non timent.*

16 *Confessio in testamento facta, quando non probet debitum. & num. 17.*

18 *Confessio in Testamento facta probat debitum esto, quod in testamento nullo, seu reuocato emanauerit.*

19 *Confessio attendi debet in illis etiā casibus in quibus aliàs non probaret, concurrente verisimilitudine.*

21 *Legatum quando præstandum sit, quamuis illius solutio ex certo loco fuerit designata.*

24 *Hæres non potest præiudicare iuribus legatario competentibus tàm in bonis legantis, quàm etiā ipsius hæredis, vt num. 23.*

DECISIO LXIII.

IMMISSIONEM pro parte Ecclesiæ, ac Hospitalis Immaculatæ Virginis de Horto nuncupatæ petitam pro satisfactione legati scutorum ducentorum à q. Leonello de Leonellis eidem facti cum onere perpetuò celebrari faciendi Diuina sacrificia. Censuerunt Domini concedendam.

1 Nam † illud probatur ex testamento Anto-
nij eiusdem Leonelli filij, ac hæredis condito
die 7. Februarij 1627. in quo id oretenùs à Pa-
tre dispositum fuisse fatetur, atque ipse con-
firmat, quod sufficit ad illius probationem,
& executionem, non aliter, ac si testium de-
positiones, vel scriptura exhiberetur, *l. cum te,*
C. de transf. & specialiter deciditur *in l. fin. C. de*
fideicomm. vbi Bart. num. 3. vers. nota multum istam
legem, &c. Bald. num. 26. vers. adde huic legi, &c.
Castr. sub nu. 5. vers. & secundum hanc lecturam, &c.
Alberic. sub numer. 3. in fin. vers. alij moderni, &c.

&

& num.4. Ias.num.14. vers. secundo nota,&c. & in cap.indicante,ibique gloss.& DD. in verb.nudis verbis, &c. de testament. Rip.in l. nemo potest num.30. vers.nota hanc solutionem, ff.de leg.1. Surd.decis.10. num.12. vers.secundo respondetur,&c. cum seq. Rot. penes Mantic. decis.57. sub num.9. vers. & ita vim habet scriptura, &c. ac sanct.mem.Greg.decis.434. nu.14.vers.& clarum est,&c. & in recent. dec.157. sub numer.4. vers. ac omnem denique suppleat, &c. part.4.

3 Eoque magis † cum huiusmodi dispositio ad piam causam sit ordinata; Quia præsefert non solùm suffragium animæ Leonelli, qui legauit Ecclesiæ, ac loco pio, ea etiam addita lege, vt sacrificia Diuina perpetuò celebrentur, *iuxtà text. in cap.anima Defunctorum 13.qu.2. Abb. consil.99. Videtur primò sub num.2. vers.nam animabus Defunctorum, &c. & seqq. per tot. lib.2. Alex. cons.38. Viso Themate sub num.3. vers.potest tamen adhoc responderi lib.1. Nauar.in tract.de redditib.Ecclesiastic. quæst.1. monit.26. sub num.2. versic.verum consideratis omnibus, & seqq.* †. Verum etiam exonerationem conscientiæ ipsius Antonij, qui diutiùs defecerat, atque distulerat illud soluere,ac adimplere,vt tenebatur *l.nulli, Cod. de Episcop. & Cler. l.2.* ibi: *Cum non ex sola scriptura, sed ex conscientia relicti fideicommissi defuncti voluntati satisfactum esse videatur,&c.ac dict. l.fin. in fin. Cod. de fideic. & in Auth.de hæredib.& falcid. in §.his igitur à nobis præordinatis,& in dict. cap. indicante, & cap. nos quidem, & cap.si hæredes, de test. Bald.in d. l.fin.sub num.26.* † dicens quod plus peccat ille, de quo plus confidit testator, *C.de fideic. Franc. Aret.consil.93.Viso legato sub nu.1. vers.ita quàdo aliquis scit se ex lege conscientiæ, &c.* & comprobatur ex traditis per *Modern.Roman. discept.331. num.1. vers. ideò talis recognitio est facienda, &c.*

Neque in alterius præiudicium tendit, quàm † eiusdem Antonij,ac eius successorum & causam habentium ab illo, qui huiusmodi confessionem impugnare non possunt, *Bec. consil.21. sub num.19. vers. nam respondetur lib.2. Rot.penès Buratt.decis.243.num.3. vers.confessio autem, &c. Coccin. decis.152. num.1. vers. & hæ confessiones, ac decis.184.nu.1. vers.quæ assertiones,&c. & in recent. decis.119. sub numer.1. vers. sed etiam part.2.& decis.575. sub nu.2. vers.quod autem,&c. part.4.*

6 Nec obstat, † quod confessio extraiudicialis ad fauorem absentis, pro quo nemo fuit stipulatus, legitimam non inducat probationem.

Quoniam hoc non procedit secundū æquitatem canonicam, † quæ in causis pijs seruari debet in vtroque foro, *Bart. in repet. l.1. in fin. num.83. vers. ex quibus concludo, C. de Sacrosanct. Eccles. & alij DD. relati per Tiraquell. de priuileg. piæ caus. priuileg.163. Bec. consil.130. sub num.28. vers. & æquitas, &c. Alex. Monet.de comut. vltim. volunt. cap.20. sub numer.150. vers.in quibus, &c.*

8 Nam † illa attenta,huiusmodi etiam confessio plenam facit probationem, *Gabr.cons.71.n.18. vers.hac etiam confessio lib.1. & consil.40. num.57. vers.verum in Terris Ecclesiæ, &c. lib.2. Put. decis.12.dicens,sub nu.2.*quod Rota semper sequuta fuit hanc opinionem, *& dec.53.nu.1.vers.quia confessio, &c. lib.2. in correct. & sanctmem. Gregor. decis.408. num.2. vers.quæ etiam si emanasset, &c. ac in recent. decis.158. sub num.11. vers. quod saltem procedit,&c. part.1.& decis.404.nu.2. vers.quæ iuuantur,&c. part.2. & decis.113.num.9. vers.vnde licet ista confessio,&c. & decis.136.num.4.vers.satis est,&c. ac decis.256. num.2. vers. quæ confessio, &c. part.5.* & in terminis nostris probant *Bald. in authen. similiter sub num.1. vers.responde, &c. C.ad l.falcid. Felin.in cap.si cautio, sub nu.27. vers.fallit secundò, de fid. Instr. Corn. consil.215. sub num.5. vers.quinimo, &c. lib.2. Marsil. sing.202.tu scis regulam, &c. sub num.2. post med. vers. est, & alius casus, &c. Afflict. decis.164. sub nu.5. vers.& inter specialitates, &c Tiraquell. in d.tract. priuileg.116. Gabr. comm. conclus. lib.1. tit. de confess. conclus.1. nu.68. vers.decimoctauo limita, Mascard. de probat. conclus.347. num.99. vers. decimotertio limita, &c. conclus.1171. num.62. vers. decimo fauore piæ causæ, cum seq. Franc.Viu. decis.486. num.1. ac seqq. & Caroc. decis.90.num.4. vers. contrarium videtur vtrius, &c. & seq.*

9 Minus obstat, † quod confessio in testamento facta regulariter non sufficiat ad probationem debiti,sed magis conferat ad petitionem legati, quando confitentis dispositio concurrit, iuxtà *text. in l. Lucius Titius, §.quisquis, ff.de leg.2. l.Lucius Titius, §.Semproniæ mulieri meæ,ff.de leg.3. l.Aurelius, §.fin. ff.de lib.legat. Bart. in l.cum quis decedens, §.codicillis, sub num.3. vers. hæc faciunt, cum seqq. ff. de leg.3.* Ac proindè reuocari possit, vt factum fuit in alio posteriori testamento ab eodem Antonio condito die 29.Iunij eiusdem anni.

10 Quia † non procedit obiectio in confessione facta ob exonerationem conscientiæ, quæ attenta eadem æquitate canonica benè probat.

11 Ideòque reuocari non potest, (nisi erronea probetur) perinde, ac si fuisset iurata, vel ex tunc ab ipsis quorum interest acceptata, sic namque magis consulitur saluti animæ,cuius fauore facta censetur, & sustineri debet omni

12 meliori, ac efficaciori modo. † Hoc enim quod *Bart. in d. §. codicillis sub num.5. vers. prædicta vera, &c. & numer.8. vers.fallit si interuenit iuramentum,&c.* concedit fauori Religionis insitæ iuramento; Ac præsentiæ, & acceptationi partis, vel alterius pro ea; Pariter concedi

13 debet fauori animæ, † pro cuius salute, conscientięque exoneratione iuramentum ipsum relaxari, & moderari solet *cap.1. & cap. debito-*

14 *res, in vlt. resp. de iureiurand.* † Ac piæ dispositioni, quæ finaliter ordinatur in Deum, ac illius acceptationem præsefert,vt inquit *Bald. in d.auth.similiter, sub d.nu.1. C.ad l.falcid.* Atque in specie probant idem *Bald.in l.generaliter n.32 vers.tamen de æquitate canonica, &c. C.de non num. pecun. Angel. in d. l.cum quis decedens, §.codicillis, ff.de leg.3.* quem sequitur *Barbat. in repet. l. cum acutissimi, num.283. vers. & ideò singulariter dixit Angel. &c. C.de fideic. Felin. in d.cap.si cautio, sub nu.27. in 2. fallent. ad fin. vers.& indubitanter,&c. de fid.instrum. Soccin.Iun.cons.90.sub nu.4. vers.cui confessioni, &c. lib.2. Paris.consil.10. sub num.134. vers.& verè sine aliquo dubio, &c. lib.2. Guglielm. Benedict. in cap. Raynutius, in verb. si absque filijs* il

il primò, sub num. 26. verf. ad hoc facit, &c. cum seq. & sub num. 28. verf. ad prædicta facit, &c. & seq. de testament. Cattel. Cotta in memorab. in verb. absenti potest acquiri, &c. verf. confirmo etiam, &c. & in verb. apices iuris, verf. ex his inferebat, &c. Franc. Marc. decif. Delphin. 461. sub nu. 2. verf. tamen illud fallit, &c. part. 1. Hercul. de prob. negat. sub nu. 197. versic. & ubi fit pro exoneratione conscientiæ, &c. Afflict. d. decif. 364. sub num. 5. verf. item dicta confessio, &c. Sebast. Medic. in eius Opuscul. 4. sub nu. 10. verf. tertiò confessio facta, &c. Durant. de art. testand. tit. de legat. cautel. 6. sub num. 4. verf. & ignorantium non est, &c. Tiraq. de priuileg. pia. cauf. priuileg. 117. vbi idem comprobant *Modern. in addit. Mascard. de probat. d. conclus. 347. sub num. 101. verf. & ratio potest esse, cum seqq. ac num. 25. verf. quarto limitare poteris, &c. & seq. & d. conclus. 1171. num. 68. verf. ad hoc, &c. Marant. in prax. part. 6. art. 5. de confession. sub num. 16. verf. quarto limita, &c. Ant. Fab. in eius Cod. lib. 4. titul. 24. de vsur. deffin. 36.*
15 *verf. nec voluntatis secundæ, &c.* † dicens nihil esse indecentius, quam proprijs auribus audire hæredes, qui ne defuncti conscientiam exonerent propriam onerare non timent, & sequuntur plures ex DD. Recentioribus scribentibus.

Leges autem, & auctoritates pro contraria opinione relatæ, vel non loquuntur in his ter-
16 minis, † vel procedunt quando Testator confessus fuit debitum, quod verè non erat tale, vt in *d. l. Lucius Titius, §. quisquis ff. de leg. 2. & in l. Lucius Titius, §. Sempronius, ac ibi explicat Cuiac. ff. de leg. 3. ac in d. l. Aurelius, §. final. in fin. ff. de liber.*
17 *legat.* † vel in alijs casibus, in quibus siuè incidenter, ac inconsulto absque vlla causæ expressione siuè in fraudem legis, aut hominis emissa præsumi potest, aut re ipsa redundat, vt in *l. qui testamentum, ff. de probat. l. cum quis decedens, §. pen. de leg. 3. l. rationes cum Auth. quod obtinet. C. de probat. & in Auth. de iureiurand. à morient. præstit.* vbi *gloss.* & considerat *Bart. in d. §. Codicillis num. 4. verf. Præterea, &c.* & ibid. *Alberic. sub num. 9. verf. Adducunt etiam cum seq.* & comprobat *Ion. Crot. conf. 194. lib. 2.* Quæ omnia cessant in hac facti specie, in qua de solo ipsius confitentis, ac eius successorum agebatur præiudicio, & ex proposito, ac matura deliberatione emanauit cũ expressione causæ, & qualitatis facti, ac oneris iniuncti, & cum specifica declaratione summæ, quam ipsemet Antonius legare voluit, vltra legatam à Patre;
18 Ex † quibus omnibus redditur adeò verisimilis huiusmodi confessionis veritas, vt non videatur in dubium reuocanda, esto quod in Instrumento, vel testamento nullo, seù reuo-
19 cato emanauerit. † Id enim operatur verisimilitudo, vt confessio attendi debeat in illis etiam casibus, in quibus alias non probaret, *Surd. decif. 325. à nu. 5. verf. quia verisimilitudo, &c. cum seq. Rot. penès Buratt. decif. 100. sub numer. 17. verf. tanto magis, ac in recent. decif. 209. num. 7. versic. quæ omnia, &c. part. 6.* & fuit in specie consideratum in *Romana fideicom. de Capiteferreo 19. Februarij 1646. coram me, in §. hæc autem visa fuerunt Dominis, verf. cum præsertim, &c.*
20 Et hæc † quidem sententia tanquam tutior, atque animæ fauorabilior visa fuit Dominis in proposito casu amplectenda reiectis iuris apicibus, *ad l. sunt personæ, in fin. ff. de Religios. & sumpt. funer. Archidiac. in cap. scriptum num. 1. verf. secundum alios 6. quæst. 3.* & plures adducti per *Tiraquell. de priuileg. piæ cauf. priuileg. 164. & Cott. in memorab. d. verb. apices iuris, V in d. dec. 486. num. 9. & seqq. & alij supra relati in verf. quoniam hoc non procedit, &c.*

Postremò non obstat, quod in prædicto testamento Antonius insserit dictum legatum solui ex pretio, seù pensionibus cuiusdam domus, vt in eo legitur, *verf. Li quali scudi seicento lascio, che si paghino, &c.*
21 Quoniam † verba illa non respiciunt substantiam legati priùs simpliciter facti, sed illius executionem per viam demonstrationis, non autem conditionis, vel taxationis, *l. quidam testamento,* vbi explicat *Bart. sub princ. verf. aliud enim est dicere, &c. ff. de leg. 1. l. Lucius Titius, ff. de alim. & cib. legat. & Castr. conf. 338. quia exceptiones sub num. 3. verf. pro intellectu huius dubij, &c. lib. 1. Bero. conf. 17. num. 23. verf. ad sic concludendum lib. 1. Ladercb. consil. 159. per tot. Mantic. de coniect. lib. 9. tit. 4. sub numer. 20. verf. sciendum est etiam, &c. Menoch. conf. 1162. sub num. 15. verf. respondetur, &c. cum seq.* & cum alijs relatis per *Modern. Roman discept. 256. sub nu. 1. & sub nu. 59. verf. decimoquinto, &c.* & in specie legati ad pias causas facti probat *Tiraquell. de priuileg. piæ cauf. priuileg. 63. verf. & hoc expressè, &c.* & sequuta fuit *Rot. decif. 662. sub num. 2. verf. his accedit, &c.*
22 & priùs *à num. 1. & seq. part. 1. diuerf.* † Quod certiùs firmandũ est quoad summam à Leonello legatam Hospitali, cum non posset Antonius præiudicare iuribus illi competentibus tàm in bonis legantis, iuxtà *l. 1. C. commun. de legat. Rot. penès Card. Seràphin. decif. 1394. num. 3. verf. vndè cum pro huiusmodi legato, &c. Duran. decif. 185. num. 4. verf. hypothecariam autem, &c. cum seqq. Buratt. decif. 286. num. 14. verf. cum ipsa, &c. & in recentior. decif. 559. numer. 1. & seqq. part. 1.*
23 Quàm † etiam ipsius hæredis iuxta terminos, *l. Is cui, §. si hæres, verf. Imperator Antoninus, ff. vt in possess. legat. & fideic. & l. certa est forma, C. eod. gloss. in d. l. 1. in verb. ipsius hæredis, & Bart. sub n. 4. verf. oppono vltimò, &c. C. comm. de legat. & alij.*

Et ita fuit conclusum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. M E L T I O,

Postea Episcopo PAPIEN.

Ianuen. prætensæ separationis Thori.

Mercurij 22. Iunij 1650.

A R G V M E N T V M.

Adiudicatio redditur nulla quãdo fuit excessum in ea, & non fuit citatus Possessor, & prius non fuerit deuentum ad executionem mediante pignore prætorio; quod hoc verùm intelligas si non fuerit constitutum pignus conuentionale. Citatio non suppletur ex præsentia citandi; Intimatio quando non sit necessaria. Læsio ex quibus excludatur.

S V M-

SVMMARIVM.

1 *Adiudicatio in parte excessiua est nulla in totum.*
2 *Possessor adhoc, vt possessione priuetur est in adiudicatione citandus.*
3 *Adiudicatio est nulla si prius mediante exequutione non capiantur pignora pratoria. & vide nu. 17.*
Exequutio in annuis præstationibus fieri debet eodem modo quo fit in immobilibus. num. 3.
4 *Adiudicatio dicitur nulla etiam ex capite læsionis. & num. 5.*
6 *Læsio rescindit etiam subhastationem.*
7 *Confessiones iudicialiter facta tempore non suspecto valde attendi debent.*
8 *Exceptio, quæ verisimiliter erat opponenda, & non fuit opposita suspicatur pro non vera.*
9 *Alimenta dotalia veniunt sub nomine crediti dotalis.*
10 *Fructus dotales, & si non expressi veniunt de sua natura sub iudicio repetitionis dotis. & 11.*
12 *Adiudicatio adhoc, vt possit dici nulla ratione excessus requirit adeò claram euidentiam, vt nullo modo de excessu dubitari possit.*
13 *Probatio dubia respectu temporis est de substantia eius quod agitur. & num. 14.*
15 *Citatio non est necessaria quando decretum obtinetur præsente, & contradicente citando.*
Præsentia supplet defectum citationis. num. 15.
16 *Intimatio nulliter facta quando non est necessaria ex forma decreti, vel ex dispositione iuris nõ destruet processum, nec infert præiudicium.*
Intimatio non est necessaria ex dispositione iuris, quando Procurator fuit præsens decreto. nu. 16.
18 *Fiscalia in Regno Neapolitano adiudicantur nulla præcedente executione dummodo ad instantiam creditoris sint sequestrata.*
19 *Stylus probatur attestationibus Curialium, & Notariorum.*
20 *Stylus est omninò attendendus in iudicio subhastationis, & non solemnitates Iuris.*
21 *Læsio est ab allegante probanda plenè, & concludenter. & num. 22.*
Imò de tempore secuti actus. & num. 23.
24 *Læsio in adiudicatione ex sola Iudicis præsentia excluditur.*
25 *Testis vnicus si de facto proprio deponat. plusquam semiplenam probationem facit.*
Imò iunctis adminiculis plenè probat. num. 26.
27 *Vincula diminuunt valorem rei.*
29 *Læsio ex incertitudine pretij, & valoris excluditur. & num. 27.*
30 *Læsio excluditur, quando fit oblatio rei super qua prætenditur læsio.*
31 *Dictio pro rata, quando sit intelligenda.*
32 *Manutentio in iudicio restitutionis in integrum non est concedenda, quando executio fuit facta ab homine, secùs à lege.*
33 *Manutentio denegatur illi, qui habuit se pro spoliato, & sufficit adhoc spatium paucorum dierum.*

DECISIO LXIV.

POST resolutionem coram me emanatam sub die 28. Iunij 1649. * fauore D. Marchionis ab Auria, in qua fuit dictum illi dandum esse mandatum de manutenendo in redditibus Fiscalibus, de quibus agitur, eo quia adiudicatio reportata dd. redditum Fiscalium per D. Barbaram Spinolam vxorem d. D. Marchionis à Regio consilio Neapolis pro restitutione suæ dotis erat notorie nulla, quæ propterea D. Marchionem sua anteriori possessione non priuauit, instetit pro noua audientia d. D. Barbara, qua illi concessa sub hac die fuit resolutum dandum esse mandatum de manutenendo D. Barbaræ pro rata scut. 48. mill. tantum, & sic recedendum à decisis.

Nullitates in decisione ponderatæ d. adiudicationis fuerunt tres, quarum prima dicebatur ratione excessus, cum dos D. Barbaræ ascendat in totum ad summam ducat. 48. mil. monetæ Neapolis, adiudicatio autem secuta fuit pro ducatis 50. mill. vndè apparet de excessu in ducatis 2000. qui sufficit, vt detur in
1 aliqua parte ad effectum, † vt executio adiudicationis in totum annullata remaneat, ad *text. in l. 1. §. hæc verba, ff. nec vis fiat ei, Bart. in l. si non sortem, §. si centum, ex qua etiam omnes idem notant, ff. de cond. indeb. num. 7. Put. decis. 323. nu. 2. lib. 1. Gregor. XV. decis. 198. num. 1. cum alijs relatis in decis. 682. nu. 1. & 4. part. 4. recent. tom. 3.*

Secunda nullitas deducebatur, ex quo in Iudicio adiudicationis prætendebatur citatum non fuisse D. Marchionem, nec aliquem eius legitimum Procuratorem, & tamen ipse tanquam possessor dd. redituum fiscalium citandus erat, dum per adiudicationem immettenda erat in illorum possessionem D. Barbara,
2 adhoc † vt priuatus remaneret sua possessione, ad *text. in l. de vnoquoque, ff. de re iudic. Rot. dec. 802. num. 7. & 8. part. 1. diuers. & decis. 267. num. 12. part. 4. recent. tom. 2.*

Tertiam nullitatem in eo consistere firmatum fuit, nam ad adiudicationem fuit processum, non captis prius pignoribus Prætorijs,
3 mediante exequutione, † quæ in annuis præstationibus fieri debet eodem modo quo fit in immobilibus ex iuribus allegatis in *d. decis. sub §. oritur etiam*, vbi pariter firmatur talem executionem debere præcedere adiudicationem.

Ex capite etiam læsionis dicta fuit nulla
4 adiudicatio, † & læsio deducebatur, quia D. Barbara ad effectum sibi satisfaciendi de ducatis 50. mill. adiudicationem obtinuit, ac ad eius creditum in libris Regiæ Cameræ Neapolis describi curauit omnes redditus fiscales spectañ ad D. Marchionem constituentes capitale ducator. 107. mill. ex quibus retrahebantur annui fructus ducator. 8000. quæ quidem læsio tanquam vltrà dimidium iusti pretij re-
5 scindi subhastationem, † siue adiudicationem cum ex hoc constet de illius iniustia iuxtà terminum, *l. 2. C. de rescind. vend.* cuius remedium,
6 vt † habeat etiam locum in subhastatione declarat *Corn. cons. 56. nu. 2. lib. 3. Rebuff. in comment. tom. 2. de rescind. contract. art. vnic. gloss. 15. nu. 38. & in tit. de præcon. art. 7. gloss. vnic. in fin. Cagnol. in l. 2. nu. 161.* & ibi *Pinell. num. 25. C. de rescind. vend. Gabr. de empt. & vendit. conclus. 1. sub nu. 61. vers. contrarium, Seraphin. decis. 1478. sub num. 1. vers. neque ista deliberatio.*

Hæc autem fundamenta decisionis ex nouiter deductis per D. Barbaram visa fuerunt

non subsistere; Nàm allegatus excessus ducatorum 2000. redditur valdè turbidus, ex quo adiudicatio pro dote d. D. Barbaræ cantat simpliciter pro ducatis 48. mill. summa autem ducator. 2000. liberata fuit in aliorum causa à Regio consilio Neapolitano nempè in causam alimentorum, & fructuum dotalium, vt apparet ex pluribus actis datis in vltimò *Summar. d. D. Barbara num.* 1. & huiusmodi adiudicationem fuisse factam pro vtroque credito comprobatur nedum ex sequestro, ac decreto facto pro alimentis fauore D. Barbaræ, vt in d. eius *Summar. eodem num.* 1. verùm etiam ex reiteratis attestationibus Notarii Actuarii factis de ordine Iudicis explicitè id affirmantibus primo *Summ. ipsemet D. Barbara nu.* 8. *&* 11. quibus accedunt etiam confessiones eiusdem D. Barbaræ, quia adiudicatio facta fuit pro dote ducatorũ 48. mil. & pro aliis ducatis 2000. in causam alimentorum, vt in dicto eius primo *Summario num.* 9. *&* 10. quæ cum fuerint emissæ post adiudicationem, & de tempore quo nulla aderat suspicio, vt ex hoc capite excessus adiudicatio impugnaretur, ac iudicialiter appareant factæ, † valde attendi debent,
7 *l. generaliter, C. de non numer. pecun. cap. ac si clerici, vbi Abb. & Dec. in* 4. *notab. de Iudic. l. cum te, C. de transact. Bald. cons.* 142. *col.* 2. *lib.* 2. *cum alijs relatis per Surd. cons.* 60. *num.* 1. *& decis.* 326. *num.* 28.

Ponderatum etiam fuit, quod post emanatũ decretum adiudicationis ad fauorem D. Barbaræ procurator D. Marchionis longè post contra illud opposuit quatuor nullitates, vt in primo *Summario d. D. Barbara num.* 14. nulla
8 de ista respectu excessus habita ratione, † quæ certè inter illos fuisset connumerata tanquam valdè substantialis, nisi procurator agnouisset, quod adiudicatio comprehendebat tam creditum dotis, quam creditum ratione alimentorum, ex quibus concludendum venit verba decreti adiudicationis comprehendere, nedum creditum dotis, sed etiam creditum alimentorum dotalium, maximè quia sub no-
9 mine crediti dotalis † venit creditum alimentorum dotalium, ad tradit. per *Bart. in l. item veniant, §. item non solum num.* 3. *ff. de petit. hæred.* vbi *Bald. num.* 1. qui concludunt in quolibet iudicio facto pro repetitione dotis venire de sui natura fructus dotales quamuis illi in li-
10 bello expressi non fuerint, † & hoc ea ratione, quia fructus dotis tanquam accessorij ad eandem dotem, *l. Marito, §. final. & ibi Roman. num.* 31. *ff. solut. matrim.* illam adeò concomitantur, vt comprehendantur sub iudicio vniuer-
11 sali facto pro dotis restitutione † quamuis de illis nulla fuerit facta expressio, *Mantic. de tacit. & amgig. lib.* 11. *tit.* 19. *num.* 15. *Surd. de aliment. lib.* 8. *priuileg.* 49. *num.* 1. *vbi allegat plures concordantes Rota inter impress. apud Fenzon. ad Stat. Vrb. decis.* 85. *§. nihil etiam obstare*. At in omnem casum sufficit, quod ex istis saltem reddatur dubius prætensus excessus, vt D. Marchioni competere nequeat manutentio. Cum adhunc effectum requiratur, vt excessus ex quo penditur iniustitia adiudicationis sit adeò euidens,
12 ac clarus, † vt nullo modo de eo possit dubitari, *Rot. decis.* 646. *nu.* 2. *part.* 2. *recent. & dec.* 182. *num.* 8. *decis.* 236. *num.* 2. *inter impress. apud Modern. de manuten. cum vulgar.*

Non obstat, quod per D. Marchionem dentur nonnullæ solutiones in eius *Summ. responsionis num.* 12. quæ factæ apparent D. Barbaræ à Cornelio Spinula in summa ducatorũ 10575. ex quibus præsupponitur dictam D. Barbaram remanente satisfactam de prædictis duc. 2000. ei debitis ratione alimentorum, quia dictæ solutiones factæ apparent vsque de anno 1633. alimenta autem in scut. 2000. fuerunt assignata de anno 1637. & sic valdè post, vndè cum
13 probatio † huiusmodi respectu temporis dubia reddatur attendenda non est, *Natta qui alios allegat cons.* 170. *num.* 9. quotiescumque enim
14 tempus est de substantia eius, † quod agitur, clarum est, quod præcise probari debet alias probatio non suffragatur, *gloss. fin. in l. cum actum, vbi Bart. num.* 6. *ff. de negoc. gest. & post alios Surd. decis.* 75. *num.* 10. *Rot. decis.* 73. *num.* 20. *part.* 4. *recentior. tom.* 2.

Secunda nullitas ex defectu citationis in eadem decisione ponderata hodiè cessat, stante quod ex facto appareat decretum adiudicationis fuisse factũ sub die 24. Decembris 1637. præsente, & contradicente Bartholomæo Criscolo procuratore D. Marchionis, qui in illius personam fecit mandatũ sub die 31. Maij 1636 ac ab eo fuit acceptatum, vt in *Summar. num.* 1. *D. Barbara num.* 16. *& seqq.* & sic perperam de-
15 sideratur citatio, † vbi habetur præsentia, quæ supplet huiusmodi defectũ, *Ias. in l. nequequam num.* 26. *vers. secundo limita, ff. de offic. Procons. & legat. & in l.* 1. *num.* 1. *ff. de in ius vocan. & in rubric. nu.* 3. *vers. veritas est, C. eodem tit. Matant. in prax. part.* 6. *membr.* 1. *num.* 12. *Vant. de nullitat. quib. mod. sentent. nullitat. defend. possess. num.* 116. cum aliis copiosè satis relatis *in decis.* 274. *numer.* 7. *part.* 4. *recentior. tom.* 2. Nec procuratoris mandatum dici potest, quod fuisset expiratum de tempore dicti decreti super adiudicatione emanati, quia vt dicebatur dictum decretum factum fuit sub die 24. Decemb. 1637. & de illo tempore adhuc debebat mandatum cum restrictũ fu erit ad totum, & integrum annum 1647. Quare non obstat, quod posteà de mense Ianuarii 1638. & sic de tempore quod Criscoli mandatum iam fuerat expiratũ ei decretum adiudicationis fuerit intimatum; Nam cum intimatio huiusmodi non requiretur ex forma dicti decreti simpliciter, ac absolutè loquentis, nec ex dispositione iuris, cum procurator habuisset notitiam illius, ex quo factum
16 fuerat eo præsente, † vtique intimatio ista dici debet facta ex abundanti cautela, quæ propterea licet nulliter facta apta non fuit ad destruendum processum, & ad inferendum præiudicium, *l. testamentum cum ibi not. Cod. de testament. l. qui mutuam, ff. mand. cum. concordand. congestis per Roman. cons.* 343, *num.* 7. *Rot. dec.* 319. *num.* 9. *part.* 1. *& decis.* 715. *num.* 6. *part.* 4. *recent. tom.* 1.

Postrema nullitas ex eo deducta, quod executio non præcesserit ex primo decreto adiudicationem mediate captione pignorum pro irre-

irreleuanti habita etiam fuit, nam ex iuris
dispositione executio ista non requiritur quo-
tiescumque bona adiudicata reperiuntur iam
supposita pignori, & hypothecæ ad fauorem
creditoris, prout in præsenti casu redditus fis-
cales, de quibus agitur suppositi reperieban-
tur pignori, ac hypothecæ ad fauorem D. Bar-
baræ, quidquid aliud dici possit respectu adiu-
dicationis pignoris Prætoris, in quibus termi-
nis intelligendæ sunt doctrinæ allegatæ in de-
cisione quæ reuidetur *sub §. oritur*, & tertia
17 nullitas, † & cum hac distinctione in simili
materia procedendum esse declarat *Fenzon. ad
Statut. Vrb. cap.* 194. *num.* 13. cuius opinionem
sequitur *Moder. Perusin. de subhastation. inspect.* 13.
num. 75. & latius *inspect.* 11. *numer.* 1. *cum sequen.*
vbi dat formam procedendi in vtroque casu
sub ea distinctione, vt cessante pignore con-
uentionali præcedere debeat executio ex qua
formatur pignus Prætorium, quod necessa-
rium non sit si præcedat pignoris conuentio,
vt reassumendo firmat *sub num.* 17.

At circa hoc tollit quamcumque difficul-
tatem stylus vigens in Ciuitate Neapolis,
qui per tres testes formiter examinatos esse
probatur, vt ad venditionem Fiscalium, siue
18 illorum † adiudicationem procedatur nulla
præcedente executione si illi sequestrati sint
ad instantiam creditorum, & deponunt, quod
viderunt ita practicari, vt in vltimo *Summario
D. Barbaræ num.* 14. quod sequestrum hic fuisse
factum non controuertitur licet ad proban-
dum huiusmodi stilum satis essent etiam atte-
19 stationes plurimorum Curialium, † ac No-
tariorum datæ in primo *Summario D. Barbaræ
num.* 19. vt declarauit *Rot. decis.* 255. *num.* 2. *inter
impress. apud Modern. de manut. & apud eumdem de
subhast. dec.* 34. *nu.* 18. *cum alijs congestis per Mangil.
eodem tractat. quæst.* 59. *num.* 12. qui ait censeri de-
rogatum solemnitatibus à iure requisitis in
iudicio subhastationis quotiescumque viget
20 stylus, † & consuetudo contraria, & quod
similis stylus omninò sit attendendus declarat
Guidopap. dec. 22. *nu.* 1. *in fin. vers. sed contrarium, Rot.
d. decis.* 34. *nu.* 17. *apud eum* *Modern. de subhastat.*

Quo verò ad læsionem in qua D. Marchio
21 valdè se fundat clarum est, quod † eam pro-
bare tenetur, *Bart. & alij in l. nam, & postea, §. si
minor, ff. de iureiurand. Gozadin. consil.* 44. *numer.* 8.
22 & † quidem plenè, & concludenter *Abb. in
cap.* 1. *in* 2. *notab. de restitut. in integrum, Dec. con-
sil.* 474. *num.* 11. & percutere debet tempus se-
23 cutæ adiudicationis † circà probationem va-
loris prædictorum fiscalium, iuxtà *text. in l. si
voluntate in fin. C. de rescind. vendit. gloss. & DD. in
l.* 2. *eodem tit. & in l. pretia rerum, ff. ad l. falcid.
Buratt. decis.* 578. *num.* 9. *& decis.* 278. *num.* 4. *part.* 4.
recentior. tom. 2. Ad effectum autem illam pro-
bandi datæ fuerunt plures venditiones horum
redditiuum fiscalium factæ de anno 1637. &
1638. ad rationem septem pro quolibet cen-
tenario absque vlla diminutione, vt in eius
primo *Summario num.* 12. *cum duobus sequent.* quæ
cum percutiant tempus adiudicationis factæ
de dicto anno 1637. omnium fiscalium ad
D. Marchionem spectantium, quæ constitue-
bant capitale duc. 107. mil. pro ducatis 50. mil.
ad fauorem D. Barbaræ propterea dicitur, vt
illa saluari non possit à manifesta læsione.

Hoc tamen minimè obstante consideratum
fuit, vt cum huiusmodi adiudicatio fuerit fa-
24 cta per Iudicis decretum, † sola Iudicis præ-
sentia sufficiat ad excludendam læsionem,
Crauett. consil. 114. *num.* 2. *Dec. in l. singularia sub
num.* 13. *ff. si cert. petat. Buratt. decis.* 783. *num.* 14.
vbi alia referuntur decisiones.

Prætereà eo magis cessare videtur læsio dum
ex depositionibus trium testium inductorum
per D. Barbaram clarè apparet quod redditus
fiscales ad forenses spectantes, venditi fuerunt
de anno 1637. & 1638. etiam ad rationem 30.
vel 40. pro centenario, vt in vltimo *Summario
D. Barbaræ num.* 15. Imò secundus testis depo-
nit se illos emisse pro tali pretio à particulari-
bus, & à Bartholomæo Aquino, qui nomine
Regiæ Cameræ vendebat, ac Instrumentum
super tali emptione celebratum fuisse, stipula-
tum per Maximinum Passerum eiusdem Re-
25 giæ Cameræ Notarium, † qui tanquam de-
ponens de facto proprio etiam si esset vnicus,
plusquam semiplenam faceret probationem,
Achil. decis. 31. *de prob. Cæsar. de Grass. decis.* 2. *de
empt. & vendit. Caputaquen. decis.* 271. *part.* 3. *Sera-
phin. decis.* 889. *num.* 3. *Rot. decis.* 252. *num.* 2. *part.* 2.
in recent. quare adminiculato illius dicto ex de-
positionibus aliorum duorum testium, vt ille
26 faciat plenam probationē, tradit *Castr. in l. qui-
cumque in fin. C. de seru. fugit. Crot. in tract. de cest.
num.* 209. *Soccin. Iun. cons.* 61. *in fin. lib.* 1. *Cæphal.
cons.* 432. *num.* 31. maximè iuncta fide Proxe-
netæ ante adiudicationem exhibita ex qua
apparet non semper nos redditus fuisse vendi-
tos pretio contento in Instrumentis venditio-
num per D. Marchionem productis, sed ali-
quando longè minori, & propterea ex his col-
ligitur non posse in illis constitui certum pre-
27 tium, † quod omninò requiritur ad effectum
probandi læsionem. Quibus additur etiam
quod bona subhastata minoris pretio illorum
veri valoris, vendi solent, præsertim quando
illa sunt vacabilia per mortem debitoris, vt
accidit in hoc casu, ex quo dd. redditus pro
rata ducatorum 22. mil. circiter empti fuerunt
sub periculo vitæ eiusdem D. Marchionis, &
quod decreta adiudicationis facta fuerint sub
duplici vinculo, vnum videlicet, quod capi-
talia non valeant reemi in consulto Regio
consilio, alterum quod fructus dd. capitalium
pro rata ducatorum mille annuorum, non li-
ceat D. Barbaræ exigere, sed remaneant seque-
strati pro alimentis, quæ à filijs petita fuerunt,
quæ quidem vincula dubitari non potest, quin
28 tendant † ad diminutionem valoris dd. reddi-
tuum, *Pinell. in l.* 2. *part.* 3. *cap. vlt. nu.* 22. *& seqq.
C. de rescind. vendit. Rot. dec.* 44. *nu.* 9. *apud Modern.
Perusin. de subhast. Gregor. XV. decis.* 553. *num.* 14.
ex quibus cū saltem incertitudo valoris fisca-
29 lium oriatur, † læsio remanet exclusa, *Bald.
in l. fin. §. sed si quis, C. commun. de legat. Rolan. con-
sil.* 28. *num.* 24. *lib.* 4. *Gratian. discept. forens. cap.* 861.
numer. 6. *&* 7. *Rota in Gerunden. Anniuersariorum
14. Nouembris* 1586. *coram Orano.*

Sed

Sed videbatur etiam Dominis, quod D. Barbara magis excludat quamcunque suspicio-
30 nem læsionis, † dum ea sese obtulit paratam, prout de præsenti quoque se offert ad retrocedendum omnes redditus fiscales, restituta ei tamen à D. Marchione sua dote ducat. 48. mil. vel retentis ex dictis fiscalibus tot quorum valor ascendat ad summam dictorum ducatorum 48. mil. ei debitorum, quam retrocessionem facto acceptare D. Marchio nunquam voluit, & per huiusmodi oblationem cessare læsionem, firmauit *Rota coram Mellino decis. 236. nu. 2.* quapropter resolutum fuit dictæ D. Barbaræ esse dandum mandatum de manutenendo pro rata ducatorũ 48. mil. tantum in dictis
31 fiscalibus, † quæ quidem dictio pro rata intelligi debet, vt fiscalia penès D. Barbaram remansura esse debeant talis valoris, vt importent illam quãtitatem, in qua D. Barbaræ fuit constituta dos, & quæ D. Marchioni fuit consignata, vt declarat *Roman. consil. 89. num. 1.* vbi quod quãdo agitur de solutione pro rata creditoribus facienda consideranda est quantitas, quæ à quolibet fuit contributa.

Vltimò denique cum causa pendeat in gradu restitutionis in integrum, ac decretum adiudicationis factum fauore D. Barbaræ longè ante petitam restitutionem in integrum à D. Marchione fuerit executione ab homine demandatum, non potest dari aliqua manu-
32 tentio dicto D. Marchioni, † vt distinguendo inter executionem factam ab homine, & à lege, benè declarauit *Rota penès Buratt. decis. 604. numer. 16. & 17. & in Sipontina Pensionis 8. Aprilis 1647. §. final. & 1. Iulij eiusdem anni §. primò, & 8. Iunij 1648. §. quia, coram R. P. D. meo Peutingero*, & ratio est, quia cum D. Marchio scientiam habuerit prędictæ adiudicationis, ac per spatium plurium annorum distuleris hoc iudicium promouere, cessat quæcumque præsumptio continuatæ possessionis in eo. qui propterea censeri debet, vt se habuerit pro spo-
33 liato, † & adhunc effectum sufficiens etiam fuisset spatio paucorum dierum, vt explicat *Crauett. consil. 235. num. 1. vers. & dicitur negligere*, & plures Rotæ decisiones cumulando tradit *Modern. de manut. obseruat. 58. sub num. 21.*

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum, &c.

Decisio ista emanata sub die 29. Iunij 1648. coram eodem Reuerendissimo Papien. erit infrà in Miscellanea.

R. P. D. BICHIO.

Valentina Rectoriæ.

Mercurij 22. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Beneficium quando dicatur collatiuum, & seculare, itaut possit per Pontificem seculari conferri, etiam si dictum Beneficium esset in Ecclesia Regularium.

SVMMARIVM.

1 *Prouisio beneficij effectum dicitur sortita, si per mortem prouisi beneficium vacauit. Amplia, ut n. seq.*
2 *Possessio capta à prouiso effectuationem prouisionis ostendit.*
3 *Permutatio beneficij quãdo possessionem, ac effectuationem prouisionis ostendat.*
4 *Appellatio dicitur frangere vires sententiæ.*
5 *Testibus quibus repugnat Instrumentum nulla fides adhibetur.*
6 *Testes de auditu non probant.*
7 *Edicta Ordinarij in beneficijs curatis ex dispositione Concilij præcedere debent.*
8 *Resignantis titulus quando non dicatur necessarius.*
9 *Litis mentio generica non probat existentiam illius, sed gratiam à subreptione præseruat.*
10 *Collatio dicitur facta auctoritate Ordinaria etiamsi Episcopus dixerit quoque vigore indulti conferre, & num. seq. vbi vide.*
11 *Indulta moderna sunt latiora antiquis.*
12 *Prouiso ab Ordinario, qui vsque ad obitum in possessione beneficij permansit non præiudicat locatio prouisi à Commendatario.*
13 *Effectuatio prouisionis Apostolicæ probatur ex eo, quod prouisus fuerit rogatus alteri renunciare beneficium.*
14 *Literæ Regiæ de expellendo aliquem à beneficio effectum sortiri non possunt ex defectu potestatis laicalis.*
15 *Collatiua, & Secularis dicitur Rectoria Seculari, etiam à Regulari collata.*
16 *Ecclesia quæ non probatur extitisse de tempore donationis sub ea venire non potest, cùm potuerit posteà ædificari.*
17 *Persona idonea ad beneficium præsentanda, de iure præsumitur Secularis.*
18 *Beneficia secularia possunt esse etiam in Ecclesijs regularibus, & quando num. seq.*
20 *Status beneficij Regularis ex quo non dicatur probatus.*
21 *Beneficium quando dicatur seculare, & collatiuum.*
22 *Prouisioni nonæ, nè sit locus sufficit, quod beneficium vacauerit per obitum vltimi secularis prouisi.*
23 *Regula nona Cancellariæ derogat quibuscunque priuilegijs.*
24 *Decisiones supponendæ sunt, nec incidenter reuocãdæ. Status vltimus attendi debet. num. 24.*
25 *de Collatione validitate inter prouisos vbi agitur semper status vltimus attenditur. & numer. 26. vbi limita.*
27 *Regula nona Cancellariæ derogat etiam indulto Piano.*
28 *Indulti qualitatem probare debet qui se fundat in indulto.*
29 *Reseruatio regulæ nonæ Cancellariæ cum sit subsidiaria cessat quoties beneficium ex alia causa est reseruatum.*
30 *Lis non inducit reseruationem, & quatenus.*
31 *Reseruationes plures vbi concurrunt si ex aliquo impedimento Papa conferre non valeat, sit locus regulæ mentium.*
32 *Papa cum Indulto non censentur voluisse præiudicare possessioni Sedis Apostolicæ.*
33 *Beneficium si est, & reseruatum, & litigiosum, ei mediante indulto non præiudicatur.*

34 *Subro-*

34 *Subrogatio gratiosa mediante lite conceditur, at etiā mediante reseruatione.* & *num.35.*
36. *Subrogatio gratiosa propter litem nō præiudicat Religioni Hierosolymitanæ, quoties intrat indultum Clementinum.*
37. *Regulam de subrogando ad excludendum quod requiretur.*

DECISIO LXV.

STATVTVM vltimum huius Rectoriæ,
eamque longæuum collatiuum; ac sæcula-
rem esse præmiserunt Domini pro fundamen
to hodiernæ resolutionis attenta tum prouí-
sione Apostolica de anno 1617. ad fauorem
Io: Thomæ Mechati Presbyteris sæcularis, quæ
1 probatur effectum sortita, † quia per eiusdem
Mechati obitū Rectoria vacauit de anno 1633.
iuxtà celebre *cons. Oldr. 229. quod sequuta est Rota
decis. 541. num. 2. part. 2. recent. & aliās sæpissimè.*
Tū antecedenti simili prouisione anni 1598.
ad fauorem Iacobi Gonchiglios Clerici sæcu-
2 laris, † quam pariter effectuatam fuisse con-
stat ex publico Instrumento possessionis post
quatuor menses à prouiso captæ, *Mandos. super
reg. reuoc. vnion. quæst. 5. nu. 1. Hoied. de incompatibil.
benef. part. 2. cap. 3. num. 21. Garz. de benef. part. 12.
cap. 2. nu. 281. Rota in Bonen. Abbatiæ 3. Iulij* 1645.
coram bo: mem: Arguelles, & ex quo Rectoriam
de anno 1617. idem Iacobus auctoritate Apo-
stolica cum dicto Mechato permutauit; per-
mutatio enim huiusmodi sequuta tam longo
3 tempore post Iacobi prouisionem, † ipsius
possessionem, ac prouisionis effectum probat
quidquid sit quando breue tempus intercessit,
vt distinguendo declarauit *Add. ad san: memor:
Gregor. XV. decis. 215. num. 8. in fin, Rota decis. 224.
num. 7. in fin. part. 1. recent. decis. 349. num, 3. coram
Gregor. XV. & in Reatina prædij 2. Maij 1603. co-
ram rec. mem. Coccino.*
Nec obstat asserta sententia condemnatoria
contra dictum Iacobum ad suscipiendum ha-
bitum Sacræ Religionis Hierosolymitanæ la-
ta de anno 1604. nam præter quod hoc respi-
cit tantum regularitatem, non autem statum
collatiuum ex prouisione Apostolica ad fauo-
rem ipsius Iacobi sexennio ante emanata, &
effectuata, vt suprà resultantem; euacuatur
prorsus obiectum, & respectu regularitatis,
quia sententia non probatur nisi ex appella-
tione ab ea per Iacobum interposita, *Summario
4 Astir. num. 21.* † quæ sententiæ vires fregit, *l. 1.
§. propter eamdem, ff. nihil innouari appellat. interpt.
Lancellott. de attent. part. 2. cap. 12. in præfat. nu. 87.
& seqq. Monach. decis. Bononien. 30. num. 29. & 30.*
iuncto præsertim, quod successiuè per 13. alios
annos Iacobus Rectoriam absque susceptione
habitus sæcularis pacificè possedit, vt apparet
ex dicta permutatione anni 1617. & quod plus
ex dicto anno Rectoriam permutauit cum su-
pradicto Mechato Presbytero similiter sæcu-
lari, absque aliquo onere suscipiēdi habitum
regularem, quod sanè fuisset Mechato iniun-
ctum, & si Iacobus habitum iuxtà formam
dictæ sententiæ suscepisset, vel ob non suscep-
tionem Rectoriam dimittere coactus fuisset,
vt testes in *Summario Astir. num. 20.* dati conan-
tur deponere, quibus propterea cum repugnet
publicum Instrumētum permutationis spon-
tè, ac liberè factæ ad fauorem Alterius Presby-
teri sæcularis, qui postea per 15. annos vsque
ad annum 1633. in habitu sæculari Rectoriam
5 possedit, nulla fides adhibenda est, *l. census, ff. de
probat. gloss. in cap. 3. loc. verb. testium eod. tit. Roman.
cons. 319. nu. 1. Cassan. cons. 16. num. 1. Rota dec. 64.
num. 17. part. 5. recent.* eo minus quia deponunt
6 de † auditu, *cap. licet ex quadam, vbi notat omnes de
test. Capitaq. decis. 279. num. 1. part. 1. Rota dec. 237.
num. 4. part. 1. recent.*
Tùm antiquiori prouisione per Sedem
Apostolicam facta de anno 1580. tanquam de
vacanti per obitū Petri Calaforæ ad fauorem
Natalis de Mena Presbyteri sæcularis posses-
sione paulò post, & vacatione ex persona eius-
dem Menæ subsecuta de anno 1598. *Summario
Laudi num. 1. litt. F. & duabus sequent.* Gratisque
dicitur prouisionem Menæ turbidam reddi,
eo quod præcesserant edicta Ordinarij super
concursu, quia illa tanquam actus extraiudi-
ciales non inducunt litem, & magis cōfirmant
Rectoriæ sęcularitatem, & statum collatiuum,
7 cum † in similibus beneficijs curam animarum
habentibus ex dispositione sacri Concilij Tri-
dentini pręcedere debeant, vt habetur *sess. 24.
de reform. cap. 18.* & notat *Garz. de benef. part. 9.
cap. 2. nu. 102. Paris. de resignat. lib. 8. quæst. 9. nu. 83.
Barbos. de potestat. Episcop. alleg. 60. num. 13. Addēn.
ad Gregor. XV. decis. 494. num. 3. & seqq.*
Tùm resignatione, quam de anno 1565.
Martinus Calafora fecerat, & Sedes Apostoli-
ca admiserat ad fauorem dicti Petri, per cuius
obitum beneficium vt supra vacauit de an-
no 1580. Nec refert, quod non constet de ti-
tulo dicti Martini resignantis, quia pro statu
collatiuo, & sęculari satis est, quod Petrus re-
signatarius esset Presbyter sęcularis, & Recto-
riam in titulum obtinuerit, cumque eam in
vim prouisionis Apostolicæ possederit ab an-
no 1565. donec vixit vsque ad annum 1580.
8 vlterior probatio † tituli resignanti necessa-
ria non videtur, *Cassad. decis. 2. numer. 4. de caus.
possess. & propriet. Rot. decis. 418. numer. 6. part. 1.
recentior. & in Toletana Beneficij 31. Maij 1604. co-
ram bon. memor. Ortembergo, Narnien. Cappellaniæ
8. Februarij 1649. coram me.* Minus refert, quod
in litteris prouisionis dicti Petri adsit clausu-
la, *etiam si inter aliquos adesset lis, cuius statum, &c.*
9 quia † exindè non probetur existentia litis,
sed ad maiorem cautelam quatenus existeret
præseruatur gratia à vitio subreptionis *Cemin.
cons. 120. num. 6. Rot. decis. 342. nu. 7. part. 1. recent.
& in Spoletana Abbatiæ 19. Decembris 1625. coram
bon. mem. Coccino.*
Concinit anterior collatio, quam vacante
Rectoria per obitum Io: Hieronymi Lopez
Ordinarius Valentinus de anno 1539. fecit
Ioanni Conquist cuius effectuatio exaduerso
non negatur, sed dicitur, quod Ordinarius
tunc Cardinalis contulit vigore Indulti, id
quod nil releuat, quia, vt infrà demonstra-
bitur, vis non est in titulo collationis, sed in
qualitate beneficij, ac scilicet collatiuum
&

& regulare sit, & præterea cum Ordinarius expresserit se hoc nomine conferre, & Indultum remoueat tantum obstaculū reseruationis diceretur adhuc collatio facta auctoritate
10 Ordinaria, † quamuis conferens dixisset se conferre etiam vigore Indulti, *Paris. consil.42. num.5. lib.4. Gonzal. super reg.8. gloss.24. num.68. Cassad. decis.8. & 10. nu.6. de præben. Rot. decis.444. num.64. part.5. recent. & in Cæsaraugustana Parochialis de Blesa 10. Decembris 1649. coram R. P. D. meo Otthobono*. Quicquid sit in terminis mo-
11 dernorum indultorum, † quæ latiora sunt, vt fuit ponderatum in *Compostellana Parochialis 10. Februarij 1645. coram R. P. D. meo Verospio*.

Fauet quoque antecedens collatio de anno 1432. ab Ordinario Valentino facta d. Io: Hieronymo Lopez Presbytero sæculari. Nec obstat quod de eodem anno 1482. Commendatarius Religionis Hierosolymitanæ Rectoriā contulerit Fratri Vincentio Marti eiusdem Religionis professo, qui successiuè bona Rectoriæ locauit, quia ille nusquam fructus percipit, & non Commendatarij, seù Ordinarij Valentini collationem habuisse effectum, euidens est, ex quo dictus Lopez prouisus ab Ordinario pacificè possedit per annos 57. vsque ad annum 1539. quo per eius obitum Rectoria vt supra vacauit, & collata fuit supramemorato Ioanni Conquist, adeò quod locatio bonorum quam fecerat Vincentius Professus à Commendatario prouisus nullius momenti est, nec effectum talis prouisionis probat eò minùs in præiudicium tertij, hoc est prouisi
12 ab Ordinario, † qui tanto tempore vsque ad mortem suam possessionē continuauit, *cap. inter dilectos de fide Instrum. Gabr. de locat. conclus.4. num.1. Menoch. de retin. remed. 3. num.571. Rota decis.24. num.8. in fin. part.1. recent.*

Accedit collatio anni 1443. in personam Gulielmi Folic ex causa permutationis tunc factæ, & per Ordinarium admissæ ab Arualdo de Monteyas contrà quam collationem frustra obijciuntur epistolæ Regis Hispaniarum emanatæ de anno 1458. quibus Rex mandat à possessione Rectoriæ eijci Iacobum Exar, & immitti Fratrem Gabrielem Thomam professum Religionis, *Summario Astir. nu.18.* quia non adducitur prouisio dicti Iacobi Exar, qui nescitur quo titulo in possessionem se intrusisset, sed Gulielmi Folic, de quo dd. litteræ Regis non loquuntur, imò antecedentibus litteris Regis anni 1453. datis *Summario Laud. num.1. litt.B.* Idem Gulielmus rogatur à Rege, vt Rectoriam resignet Bartholomæo Ferrer,
13 & † sic ipse Rex agnouit effectuationem prouisionis in personam Gulielmi, eiusque ius magni fecit, *vt per Adden. ad Put. dec.333. vers. & ratio lib.1. Rota decis.411. sub numer.2. vers. quam ex eo part.9. recent. & in dicta Compostellana Parochialis 10. Februarij 1645. coram R. P. D. meo Verospio, in Colonien. Decanatus 15. Maij 1648. §. Gratis, coram me*. Vltrà quod exaduerso citatæ litteræ Regis de expellendo Exar, & immittendo Fratrem Gabrielem professum non
14 probantur sortitæ effectum, † nec sortiri potuerunt ob defectū potestatis laicalis, *cap. quod in dubijs; vbi gloss. verb. nunquam laicalis de renunc. Paris. de resign. lib.7. quæst.9. nu.7. & seqq. & nu.12.* vbi in specie loquitur de Rege, *cum alijs allegat. in dicta Colonien. Decanatus §. Ideò*.

Et ex abundanti ipsæ collationes antiquiores exaduerso adductæ statum sæcularem, & collatiuum probant, nam excepta illa Fratris Iacobi Bonettæ de anno 1331. cæteræ omnes, nempè alterius Gulielmi de anno 1396. *Summario Astiriæ num.15.* Saluatoris Ferrer de anno 1425. *Summario ibidem num.16.* Arualdi Monreyas de anno 1426. *Summario num.17.* factæ leguntur in titulum Presbyteris sæcularibus, quales fuisse dictos prouisos in ipsis collationibus exprimuntur. Nec obstat, quod collationes dicatur factæ ad præsentationem Commendatarij satis est Rectoriam fuisse collatam
15 in titulum Presbyteris sæcularibus, † vt collatiua, & sæcularis dicatur quamuis collator regularis esset, *Felin. in cap. in nostra sub num.44. de rescript. Gonzal. super reg.8. gloss.8. nu.38. Lotther. de re benefic. lib.2. quæst.34. num.8. Rota decis.578. sub num.2. vers. nam esto,* quæ loquitur in puncto beneficij spectantis ad collationem Religionis Hierosolymitanæ *part.1. recent. decis.569. nu.4. part.3. & in Montis Cassinen. Parochialis 17. Februarij 1648. coram me*.

Hinc ad rem non faciunt, quæ longa serie educuntur, vel ex sententia arbitramentali lata ab Ordinario Illerdensi anno 1243. vel ex donatione Castri de Torrent facta Religioni à Iacobo Rege anno 1232. recensita etiam in historijs, *Summario Astir. num.6. & seqq.* Quia neutrum horum tangit qualitatem beneficij; imò donatio, & historiæ nec loquuntur de Ecclesia, quæ cum non probetur extitisse de tempore donationis sub ea venisse inferri non po-
16 test, † cum potuerit ædificari posteà ab alijs personis, vt fuit ponderatum in *Cæsaraugustana Parochialis de Maella 3. Iunij 1641. §. nec releuat coram Eminentissimo D. Cardinali Panzirolo*. Sententia verò arbitramētalis declarat dumtaxat, quod beneficij occurrentibus vacationibus Equites Hierosolymitani præsentent perso-
17 nam idoneam Episcopo, † quod intelligi de Presbytero sæculari de iure præsumitur, *Probi ad Monach. in cap. cum dicto beneficio numer.5. de præben. in 6. Rebuff. in prax. titul. quotupl. sit benefic. numer.4. Rota decis.2. numer.2. de præben. in nou.* & longissima obseruantia ducentorum, & amplius annorum superius adducta declarauit. Nihil suffragante, quod testes dati in *Summario Astir. numer.2.* asserant consueuisse in Rectorem huius beneficij deputari Religiosum habitus Hierosolymitani, & alioquin lites emersisse, quia deponunt de auditu, & contrarium probetur ex publicis Instrumētis collationum supradictarum quibus potius standum est supra allegatis. Quatenus autem subdunt, vt etiam colligitur ex aliquibus Instrumentis, *dicto Summario numer.2. in fin.* quod Commendatarij consueuerunt capere in hac Ecclesia possessionem Commendæ, non conuincit, quod beneficium curatum ibidem existens, quod à Sede Apostolica ab Ordinarijs, & ab ipsis Commendatarijs fuit semper

vnica collatione excepta collatum in titulum Presbyteris sęcularibus sit pariter regulare, cum etiam in Ecclesia regulari possint adesse
18 beneficia sęcularia,† quæ Clericis sęcularibus conferantur, *cap. fin. §. præcipimus per tot. de stat. Monach. & ibi Ancharan. num. 15. vers. sic videtur, & num. 16. vers. quia, & Monachi, Butr. num. 16. vers. nam, & Monachi, Lotther. de re benefic. lib. 1. quæst. 34. num. 71. & seqq. Rota in Parmen. Prioratus 27. Iunij 1597. coram Orano, & in eadem Parmen. Prioratus 14. Aprilis 1600. coram Penia inter eius impress. decis. 659. n. 12.* quicquid dicendum esset si beneficium curatum probaretur idem cum
19 Ecclesia regulari, † eiusque membrum, nec solitum conferri sęcularibus, in quibus terminis loquitur *Rota, & ibi allegati decis. 370. num. 3. & seqq. coram sanct. mem. Gregor. XV.*

Prout nec applicantur, quæ dicuntur de mutatione status, negando quod allegatæ prouisiones Apostolicæ ex defectu voluntatis, & Ordinarij ex defectu potestatis mutauerint statum huius beneficij de regulari, & manuali in sęculare, & collatiuum; quia cum vnica detur antiquissima collatio facta regulari, nempè Fratri Iacobo Bonetto de anno 1331. *Sum-*
20 *mario Astiriæ num. 14.* † ideóque non probetur antiquissimus status regularitatis originaliter, aut quadragenaria præscriptione constitutus, vt oportet, *cap. cum de beneficio de præben. in 6. Gonzal. ad regul. 8. gloss. 7. nu. 8. Lotther. de re benefic. lib. 1. quæst. 34. nu. 45. Rota coram Buratto decis. 636. nu. 1. & post Modern. Pisan. de iurepatronat. dec. 44. num. 5.* non intrat quæstio mutationis status, sed allegatæ prouisiones, & collationes factæ
21 sæcularibus † collatiuum, & sæculare perpetuò fuisse beneficium, declarant *Rot. decis. 482. num. 1. coram sanct. mem. Gregor. XV. decis. 57. nu. 9. & seqq. part. 6. recent. d. decis. 656. nu. 6. coram Penia, & in Pampilonen. Præceptoriæ 21. Februarij 1611. coram eodem.*

Firmato ex his, quod beneficium sit sæculare, & collatiuum sequitur, quod per obitum Cabreiæ vltimi possessoris Rectoriæ, illa verè vacauerit, saltem de facto, quod sufficit,
22 ne nouæ † prouisioni sit locus, *Gonzal. in terminis regulæ reseruatoriæ mensiũ super reg. 8. gloss. 15. §. 1. num. 45. & seqq. & num. 72. & seqq. Rota decis. 11. iunct. addit. num. 3. de præben. in nou. decis. 4. num. 1. de rer. permut. ibidem decis. 8. num. 1. de elect. in antiq. decis. 12. num. 6. & 7. de præben. in antiquior.* Cumque vacatio sequuta fuerit in mēse Aprilis, intret reseruatio regulæ nonæ Cancellariæ, per quam ob clausulas amplissimas, & præ-
23 gnantissimas ibi appositas † derogari priuilegijs Apostolicis, eorumque confirmationibus ad fauorem Sacræ Religionis Hierosolymitanæ emanatis eiusdemque Religionis beneficia Clericis sæcularibus in titulum cõferri solita comprehendi quidquid dixerint *Gonz. Garz. & Castropal.* ambigeñ hodie non est, cum habeamus in ipsissimis his terminis plures decisiones Rotæ articulo maturè discusso editas *in Baren. seù nullius Prioratus coram bon. memoriæ Cardinali Sacrato, quæ sunt inter recent. decis. 569. part. 1. decis. 578. part. 2. repetita part. 3. decis. 569. & decis. 666. part. 2.* in quibus respondetur singillatim singulis priuilegijs Religionis, & firmatur sufficere adhunc effectum vltimum statum collatiuum, & sæcularem, reseruata discussione naturę beneficij in futura vacatione, & hæ decisiones iuxta inueteratum stylum nostri Tribunalis sopponendæ sunt, nec inci-
24 denter reuocandæ, † maximè, quia semper attenditur vltimus status, vt in terminis an beneficium sit sęculare, vel regulare, tradunt *Doct. in cap. cum de benefic. de præben. in 6. & dixit Rota decis. 2. de præben. in nou.* & in puncto regulæ reseruatoriæ mensium *decis. 154. num. 3. & 4. vbi in fin.* id ampliatur, quando, vt in casu nostro non agitur principaliter in Collatores
25 de statu beneficij, † sed inter prouisos de validitate collationis *part. 1. recent. decis. 659. nu. 25. coram Penia, & in Elnen. præceptoria 14. Maij 1610. in Pampilonen. præceptoriæ 21. Februarij 1611. coram eodem*, nisi incontinenti per rem indicatam, aut confessionem Patris, aut publica
26 Instrumenta † constet de anteriori statu contrario, *Marescott. variar. resol. lib. 1. cap. 55. nu. 66 Rot. decis. 435. nu. 4. part. 2. decis. 13. nu. 26. part. 6. recent. & in alijs per Adden. ad Buratt. decis. 776. num. 15. & 16.*

Quo magis in casu nostro, quo quidquid sit an Religio Hierosolymitana habeat, necne, Iuspatronatus huius Rectoriæ, quod pro nunc DD. non determinarunt, nullatenus probatur anterior status contrarius, & nedum vltimus, sed bis centenarius, & vltrà collatiuus, ac sęcularis est, vt suprà demonstrabam.

Nec reseruatio regulæ mensium cessat, vel quia ex alio Indulto Pij Quarti §. 67. declaratur beneficia ad collationem Equitum, siue Religionis Hierosolymitanæ spectantia non vacare per obitũ illa possidentium, & in §. 52. disponatur, quod Equites eadem beneficia conferrè possint Religiosis quamuis à longissimo tempore collata fuissent Clericis sæcularibus, vel quia hæc Rectoria viuente Cabrerias illius vltimo possessore effecta fuisset litigiosa. Nam etiam Indulto Piano censetur derogatum per regulam nonam Cancellariæ,
27 quando † beneficium est solitum conferri sęcularibus in titulum iuxtà decisiones suprà allegatas, eiusdemque Indulti neutra pars applicatur, qua vtraque loquitur de beneficijs ab origine, vel præscriptione regularibus, nec alias dat Religioni facultatem mutandi statum sæcularem beneficij in regularem, vt ponderauit *Rota decis. 578. num. 4. part. 1. recent.* & vlterius secunda pars loquitur de illis beneficijs regularibus, quæ ipsi Equites à longissimo tempore cõtulissent sęcularibus, ibi: *Per Magnificorũ Priores, Bailiuos, Præceptores, Milites, & Fratres per abusũ, &c. Clericis, seù Presbyteris in sæcularibus collata, &c.* nostrum verò beneficiũ nusquam fuit regulare, & collationes sæcularibus factæ fuerunt ab Ordinarijs, vel à Papa, & sic non
28 concurrunt qualitates Indulti, † quarum concursum probare debet, qui in eo se fundat *dicta decis. 578. num. 4. in fin. Put. decis. 31. numer. 8. lib. 2. Butr. in cap. super quæstionum, §. porrò num. 6. de offic. delegat.* & ibidem *Felin. numer. 7. in fin. Bald. num. 5.*

Quo

Quo verò ad caput litigioſi, & ſi reſeruatio
29 regulæ nonæ † cum ſit ſubſidiaria ceſſet quo-
ties beneficium alia ex cauſa eſt reſeruatum,
Gonzal. ſuper reg. 8. gloſſ. 13. nu. 66. & ſeqq. & nu. 79.
Rota deciſ. 141. num. 1. part. 1. recentior. Secus eſt
ſi dumtaxat litigioſum eſt, nam lis non induit
30 reſeruationem, † neque ligat manus inferio-
ris Ordinarij collatoris niſi temporaliter do-
nec durat, vt in puncto reſpondit *Rota in Au-*
rien. Canonicatus 4. Iunij 1576. coram Card. Lan-
cellotto Seniori, & in Legionen præſtimoniorum dicto
menſe Iunij 1594. coram Cardinali Hieronymo Pam-
philio, impreſſ. apud Garz. de benefic. part. 5. cap. 1.
§. 1. nu. 135. verſ. non obſtat & num. 136. infrà med.
verſ. non obſtante. Allegati autem in contrarium
loquentes de beneficijs litigioſis nempè *Gonz.*
gloſſ. 6. nu. 147. non agit de regula reſeruatoria
menſium, ſed de regula *de impetran. benef. vacan.*
per obit. familiar. Card. & num. 149. loquitur de
Concilio Tridentino requirente concurſum
in beneficijs curatis reſeruatis, quod ait non
procedere in litigioſis.

Facilius id militat in caſu noſtro, quo pars
aduerſa prætendit ratione litigioſi collationẽ
ſpectare ad Religionem vigore alterius Indul-
ti Clementis Septimi, & ſic Papam non poſſe
ex hoc capite conferre. Quia etiam quando
aliæ concurrunt reſeruationes ſi ex illis prop-
ter aliquod impedimentum Papa conferre
31 non valeat, † ſit in ſubſidium locus regulæ
menſium, vt in puncto reſeruationis excluſæ
ab Indulto, *Rota deciſ. 240. numer. 6. & 7. coram*
ſanct. mem. Gregor. XV. deciſ. 141. num. 11. part. 1.
recent. ſequendo deciſ. 32. ſub num. 5. verſ. ſi enim pri-
ma reuocetur, & num. 6. de præben. in ant. & deciſ. 9.
Caſſad. ſub num. 4. eod. tit.

Sed verè Indultum Clementis Septimi con-
ferẽ litigioſa non ſuffragatur Religioni prop-
ter longiſſimam poſſeſſionem conferendi in
qua exiſtunt Sedes Apoſtolica, & Ordinarij
32 Valentini, cui poſſeſſioni, † quia Papa non
cenſetur indulgendo voluiſſe præiudicare,
indè fit ne ſit locus Indulto quamuis aliàs ius
conferendi ad Indultarium ſpectaret, *Calder.*
conſ. 23. de præben. Germon. de Indult. Card. §. regu-
laria, num. 95. & 96. §. etiam ex eo num. 26. Garz. de
benef. part. 5. cap. 5. num. 5. Lotther. de re benef. lib. 1.
quæſt. 21. numer. 144. Put. deciſ. 200. lib. 1. in corr.
Mohed. deciſ. 8. de priuil. Rota diuerſ. deciſ. 783. nu. 4.
part. 3. Eoque minùs quando beneficium eſt
33 nedum litigioſum, † ſed etiam reſeruatum,
vt in ſpecie priuilegiorum Religionis Hiero-
ſolymitanæ, reſpondit *Rota coram Reuerendiſſ.*
Vrgellen. deciſ. 63. num. 5.

Quapropter meritò conceſſa fuit à Sede
Apoſtolica Lauditio Pedro ſubrogatio gra-
34 tioſa † ex capite tum litis, *cap. 1. & 2. vt lit.*
35 *pend. in 6. Buratt. deciſ. 39. num. 2.* † tum reſerua-
tionis *Rota in Tiraſonen. Cappellaniæ 13. Martij,*
& 7. Aprilis 1606. coram Sanctiſſ. D. N. Licet ex
primò inutilis eſſet ſi ad fauorem Religionis
36 applicabile † eſſet Indultum præfatum Cle-
mentinum in quibus terminis loquitur, *dec. 1.*
Martini Andreæ num. 18. & alia in Neapolitano Ci-
miliarcatus 5. Maij 1631. coram bo. me. Card. Vbaldo
à me poſt eius obitum extenſa. Et ad obiectũ
inſtructionis ſatis eſt reſpondere, quod non
probatur fuiſſe ante ſubrogationem fructus
37 perceptos, † vt requiritur ad excludeñ ex hoc
capite beneficium reg. de ſubrogañ, *Rot. de-*
ciſ. 531. num. 2. in fin. part. 2. recent. poſt Gigant. de
Intruſo num. 70. ad 77.

Et per conſequens attentata eſt poſſeſſio lite pendente capta à Fratre Laurentio Aſtiria, non autem capta à dicto Lauditio Pedro, vt latè firmatum fuit in duabus prioribus deciſionibus in hac cauſa editis coram me, quas hodie Domini (vtraque parte acerrimè bis, & iterum informante) confirmarunt, reſpondendo inſuper, vt liti, & litigantium diſpendio breuior ſit finis, quod Rectoria ſpectat ad Lauditium.

R. P. D. PEVTINGERO.

Romana Saluiani.

Mercurij 22. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

De dominio, & poſſeſſione, bonorum ſuppoſitorum cenſui conſtat, quando conſtat, & inſuper apparet, quod alia bona loco illorum fuerunt ſubrogata, cum eiſdem conditionibus, & hypothecis, tunc in eis poteſt intentari vtile Saluianum.

SVMMARIVM.

1 *Bona, quando poſſint vocari à poſſeſſoribus remedio vtile Saluiani.*

2 *Cenſus, quando non poſſit nullus vigore Reformationis Pauli Papæ V. de qua hic. & num. 3. & ſeq.*

5 *Reformatio Pauli Papæ, quoad nullitatem cenſus, in caſu de quo hic declaratur ab Vrbano VIII. & num. 6.*

7 *Lex non habet oculos retro, ſed futura.*

8 *ad Actum perfectum, quæ non fuerunt deducta, non attenduntur.*

9 *Cenſus non poſſunt apponi ſuper bonis fideicommiſſi. Limita, vt hic.*

DECISIO LXVI.

NON acquieſcente D. Alexandro Caetano reſolutioni ſub die 24. Ianuarij præſentis * anni captæ corã me, ad fauorem RR. Beneficiatorum in Eccleſia Lateraneñ à fel. rec. Papa Vrbano VIII. inſtitutorum, in qua dictũ fuerat ad vlteriora in iudicio Saluiani coram Vicario Eminentiſſ. d. Eccleſiæ Archipresbyteri procedendum eſſe, hodie denuò cauſam repropoſui, & DD. ſteterunt in deciſis, quia de credito, & hypotheca Beneficiatorum ſuper bonis cenſuatis, & alijſque Proſperi Caetani, qui cenſum ſcutorum 104. de cuius fructibus agitur, ipſis vendidit, conſtat ex Inſtrumento ſub die 19. Auguſti anni 1625. ſtipulato, cuius hypothecæ poſteà translatio facta ſuper locis Montium S. Bonauenturæ ſecundæ Erectionis emptis ex pretio venditorum dictorum bonorum vinculatorum verificatur

ex

ex Chirographo præfati Summi Pontificis,
cuius vigore eadem loca Montis esse Benefi-
ciatis hypothecata, proindeque eorumdem
locorum possessionem vtilis Saluiani reme-
1 dio † ab ipsis possessoribus, seu detentoribus
posse auocari manifestum est *l. si eum 10. §. qui
iniuriarum, ff. si quis caut. & præter allegatos in dec.
qua reuidetur in fine principij Gregor. XV. dec. 511.
num. 30. & 31. & decis. 681. n. 7. par. 1. recent.*
Neque ex Constitutione fel. recor. Pauli V.
2 de anno 1617. Kal. Decembris edita in ordi-
ne 108. incip. *Pastorale munus, in §. 5. præterea
Bullarum tom. 3. ex aduerso allegata*, huius impo-
siti census nullitas aliquo modo subsistit, dũ
hæc Constitutio impositiones censuum tunc
non comprehendebat, eo quia super Castris
3 censuatis, † creditoribus nullũ ius nec quoad
dominium, seu proprietatem, nec quoad
possessionem, aut iurisdictionem, eiusque
4 † exercitium acquirebatur, sed ij solam hy-
pothecam per emptionem annui census nan-
ciscebantur, vt respondit *Rot. in Romana, seu
Sabinen. Census 17. Nouembris 1628. coram Car-
dinali Verili impress. decis. 211. num. 5. & 6. par. 5.
recent.* Et quod d. Constitutio Pauli V. prout
alia fel. record. Clem. VIII. non comprehen-
dat census, fuit in puncto firmatum *in d. decis.
211. d. n. 5. & 6. par. 5. & decis. 118. nu. 19. par. 6.
recentior.*

Nec refert, quod fel. record. Vrban. VIII.
de anno 1627. Kalend. Iunij per nouam
5 Constitutionem † in ordine 65. Incip. *De-
cens & æquum esse censemus in §. 10. quam etiam ad
quascumq; Bullar. tom. 4.* supradictam Constitu-
tionem Pauli V. ad contractus, & quascum-
6 que † impositiones censuum annuorum ex-
tenderit, quia dum idem Pontifex hunc con-
tractum census, de quo hic agitur cum am-
pla derogatione quarumcumque Constitu-
tionum, per quas conferi posset prohibitus,
confirmauerit, vt in ipso tenore confirma-
tionis dato in Summ. Beneficiatorum *n. 8.* le-
gitur, de tempore quo nulla huiusmodi nul-
litatis acceptatio, vel obiectio facta fuerat,
neque alicui super ea ius quæsitum, Benefi-
ciatis obstare eadem Constitutio non potest
vt in simili fuit dictum *in Romana Barchi 19.
Ianuarij 1622. in §. non potest, coram bon. memoriæ
Remboldo.* Subsistit etiam optima ratio, quod
7 d. extensio ad census, † tamquam posterior
non præiudicat, cum non habeat oculos re-
tro, & respiciat tantum futura *l. leges 7. C. de
leg. cap. 2. & cap. fin. de const. Rota in Romana au-
rearum octo Zecchariarum coram Card. Lancellotto
impress. apud Marches. de commiss. tom. 1. fol. 652.
num. 5. & in dicta decis. 211. num. 1. par. 5. recent.*

Minus obstat facultas ab eodem Vrb. VIII.
in Chirographo confirmationis huius con-
tractus concessa soluendi creditoribus ex eis-
dem locis Montium, vel ex eorum pretio,
8 quia cum talis facultas non fuerit † cum Be-
neficiatis deducta ad actum, rectè eisdem li-
cet agere pro consecutione fructuum huius
eorum census, donec eis satisfiat, vel saltem
per legitimam oblationem in eodem Chiro-
grapho præscriptam caueatur, vt fuit in si-
mili resolutum *in decis. 260. ante num. 12. vers.
& deberi fructus par. 4. recent.*

Cessat quoque obiectum, quod bona de
quibus agitur sint subbiecta fideicommisso,
quia hanc difficultatem sustulit Bulla Baro-
9 num, † vt latè dixit *Rota in Terracinen. bonorum
20. Decembris 1621. coram Eminentiss. Card. Fa-
britio Verospio.*

Reliqua obiecta repetita satis fuerunt in
supradicta decisione sublata, ideoque Domi-
ni eam confirmarunt vtraque &c.

☞ *Decisio hæc emanata in hac eadem causa sub die 24. Ianuarij proxime elapsi est supra in hac eadem part. 11. decis. 4.*

R. P. D. CELSO.

Posteà S. Romanæ Ecclesiæ CARDINALI.

Romana Fideicommissi de Barisanis.

Lunæ 27. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Transactio inita per Testatorem est seruanda per hæredem, etiamsi cum beneficio legis, & inuentarij, donec per redditionem rationis docuerit bona hæreditaria non sufficere. Pro validitate transactionis iudicandum est, cum ea impediat litis ingressum.

SVMMARIVM.

1 *Transactionem factam à defuncto, hæredes non valent impugnare.*
2 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij tenetur factum defuncti obseruare, quando teneatur.*
3 *Transactio inita bona fide, ligat etiam successores, quamuis sint hæredes.*
4 *Transigentium bona fides, ex quo resultet.*
5 *Transactio, vt substineatur, sufficit, qualibet occasio dubitandi, etiam si prætensio non sit iuridica.*
6 *Decisio in causa Romana fideicommissi de Barisanis 27. Ianuarij 1649. coram bo. me. Arguelles declaratur.*
7 *In Transactione, vt excludatur calumnia, & præsumatur vtilitas, in dubio facienda est interpretatio.*
8 *Transactio, quando diu fuit obseruata, non ita de facili potest rescindi.*
9 *Transactio imponit finem liti, & impedit litis ingressum.*

DECISIO LXVII.

RESOLVTVM fuit sub die 27. Ianuarij 1649. * constare quoad portionem Hortentiæ de fideicommisso Marsilij ad fauorẽ Alexandri, & Antonij de Glusianis, qui cũ instarent pro Immissione contra Possessores bonorum eiusdem fideicommissi fuit oppositum de transactione inita de anno 1603. inter Angelum, & Flauiam filios præfatæ Hortentiæ ex vna, & Lauiniam Dionisiam relictam q. Lælij sen. ex altera. Vndè vti subro-

gatus in locum bon. mem. Arguelles, Dub. proposui. An huiusmodi transactio obstet, & obstare responsum fuit.

Nam cum frates prædicti sint hæredes transigentium, qui ad euitandas lites iam pendẽtes recepta quadam portione domus positæ ad dohanam, renunciarunt omnibus, & quibuscumque iuribus sibi quomolibet competentibus super hæreditate eiusdem Marsilii, tam vigore fideicommissi, quam ex quauis causa cogitata, & incogitata vtique transa-
1 ctionem † huiusmodi impugnare non valent per *tex. in l. cum à matre 14. C. de rei vindicat. Ceron. consil. 176. num. 74. vers. transactionem lib. 1. Seraph. decis. 1157. num. 2. sancti: mem. Greg. decis. 354. num. 3. in recent. decis. 147. sub. num. 11. vers. non obstat secundo par. 5.* & dictum fuit in *Nepesina pecuniaria 3. Decembris 1646. coram R. P. D. meo Verospio.*

Nec obstat quod respectu Patris sint hæredes cum beneficio legis, & inuentarij. Nam
2 donec per legitimam † redditionem rationis non docent bona hæreditaria non sufficere tenentur seruare factum defuncti, vt not. *Bart. in l. cum Vir sub num: 14. vers. sed si fecit ff. de vsucapio. Dec. in l. ex qua persona num. 2. vers. & quod dictum est ff. de reg. iur. Molin. de Hispan. primog. lib. 4. cap. 1 num. 24. Rot. coram sanct. memor. Gregor. decis. 87. num. 13. & melius decis. 418. n. 6. vbi Add. n. 5.*

Immò, cum dicta transactio facta fuerit
3 bona fide nempè super fideicommisso, † de cuius existentia, & purificatione dubitabatur, ligat etiam successores quamuis non sint hæredes, iuxta *tex. in l. cum hæreditas 36. vbi Castr. num. 2. ff. ad Trebell.* & comprobat *Imol. in l. ante restitutam num. 1. ff. de solutio. Marzar. in Epitom. de fideicommissis par. 1. quæst. 72. §. de transactione ... & eodem tract. de fideicommissis Petra quæst. 8. num. 67. & seqq. ac Peregr. art. 52. num. 88. Bertrand. consil. 18. num. 4. lib. 1. Mantic. de tacit. lib. 26. tit. 4. num. 20. Boer. decis. 147. num. 5. Rot. in Bononien. transactionis 27. Februarij & 16. Nouembris 1640. coram Eminentiss. Card. Verospio, & in Romana successionis de Comitibus 26. Iunii 1647. & pariter 26. Iunij 1648. coram Reuerendissimo Terracinen.*

Bona fides autem transigentium resultat
4 ex præexistenti lite vertente in Rota, † cuius exitus cum esset incertus prębuit iustam causam transigendi, ex notat. *in l. 1. ff. de transact. & in l. in summa 65. ff. de condict. indebit. Rot. coram Canal. decis. 23. num. 2. & in Melevitana hæreditatis 5. Martij 1625. coram bon. mem. Merlino, & in rec. decis. 263. num. 2. par. 3.* vbi quod
5 ad hunc effectum sufficit † quælibet occasio dubitandi etiam quod prætensio non sit iuridica, *& decis. 348. n. 4. par. 4.*

Nec quicquam facit decisio emanata corã
6 bon. mem. Arguelles, quia illa non † excludit, quod transactio fuerit inita super re dubia, dum admissa etiam existentia, & purificatione fideicommissi adhuc ex dictis bonis erat detrahenda legitima debita Lauiniæ ex persona Lelij, nec non dos materna, & melioramenta per ipsum facta probata per testes formiter examinatos: Itaut potuerit esse, quod fratribus de Glusianis vigore fideicommissi eiusdem Marsilij tanta pars non obtigisset, prout illis assignata fuit, & transigentes in instrumento fassi fuerunt, quod sufficit
7 ad † excludendam calumniam, & probãdam vtilitatem transactionis, quæ in dubio semper præsumitur, iuxta *glos. in cap. pen. verbo restituerent de empt. & vendit. Surd. consil. 451. n. 27. & 30. Rot. in rec. decis. 86. num. 22. par. 6. in Bononien. transactionis 16. Nouembris 1640. coram Eminentissimo Card. Verospio, & in Bononien. fideicommissi de Beroaldis 8. Martij 1641. coram R. P. D. meo Peutingero.*

Faciliùs verò inclinarunt Domini in hanc sententiam, ex quo dicta transactio non solum inita fuit cum Authoribus fratrum de Glusianis hodie Agentium, sed etiam cum Perintiis, Incasatis, Attauantibus, & Cenciolinis, qui proportionabiliter ad dictum fideicommissum reperiebantur vocati, & litem introduxerant coram bon. mem. Iusto, & ab omnibus semper per annos 40. & vltrà ob-
8 seruata fuit, † quæ obseruantia addit robur transactioni. Itaut de facili rescindi non possit *Decian. cons. 28. num. 11. & seq. lib. 3. Rot. coram Canal. decis. 407. num. 9. & in rec. decis. 86. num. 7. par. 6.* & firmatum fuit in *Elnen. portionum 26. Iunij 1638. coram R. P. D. meo Royas, & in Rom. rescissionis concordiæ 15. Iunij 1648. in fine coram R. P. D. meo Corrado.*

Ex quibus vtraque parte informante firmarunt Domini obstare transactione cum
9 illa imponat finem liti, & impediat illius ingressum *l. fratris tui, l. sub prætextu, & l. causas C. de transact. cap. 1. de lit. contest. in 6. cum pluribus adductis in Bononien. de Tostiuis 31. Maij 1649. coram. R. P. D. meo Cerro.*

Decisio ista in hac eadem causa emanata sub die 22. Ianuarij 1649. coram bon. mem. Arguelles est in præcedenti parte 10. recent. in ordine dec. 280.

R. P. D. PEVTINGERO

Romana pretensæ restitutionis Dotis.

Lunæ 27. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Mandatum, quando est iniustum & sic ex falsa causa emanatum cum omnibus inde secutis est reuocandum vt maximè, si quis locupletaretur cum aliena iactatura, & dispendio litium &c.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum quando est iniustum cum omnibus inde secutis est reuocandum.*
2 *Subhastatio est reuocanda dum processit ex mandato Iudicis iniusto.*
3 *Subhastatio, quando omnino sit reuocanda.*
4 *Locupletare quis debet cum aliena iactura, & defatigatione iudiciorum.*

5 *Bald.*

5 *Bald. in auth. & qui iurat num. 47. C. de bon auct. Iud.poss. & alij declarant.*
6 *Executio aliud est, quod fit pro summa maiori, & aliud si nihil debeatur.*
7 *Iudex ad quem optime reuocat executionem Iudicis à quo, iniusta.*

DECISIO LXVIII.

DOMINI hodie iterum approbando resolutionem sub die 4. Februarij præteriti coram me datam ad duo capita dubij propositi in hac causa, videlicet an mandatum A.C. sit infirmandum ita vt sit danda reintegratio hæredi q. Antimi Vrsini ad bona subhastata contra D. Emilium Caualerium D. Cleriæ Sannesiæ maritum deliberatarium dd. bonorum, de quibus agitur, responderunt iniustitiam in primis sententiæ subhastationis A. C. constare ex abundanter satis dictis in decisionibus in hac causa emanatis sub diebus 15. Ianuarij, & 21. Iunij 1649. & dicta die 4. Februarii huius anni, prout etiã non competere d. hæredi Antimi reintegrationem ad bona subhastata, sed ordinarijs ei iuris remedijs agendum esse, quia Iudex licèt iniustè, non tamen notoriè iniustè processit, *vt in §. quod verò locus non sit dicta decis. quæ renidetur.*

Nihilominus tamen Domini censuerunt ex capite summæ læsionis d. Emilium teneri d. Hæredi q. Antimi restituere quicquid ad instantiam ins vxoris pro summa nequaquam debita ad ipsum peruenit de bonis d. Antimi, quia vt omnes supradictę decisiones iustissimè firmarunt, iniustum erat dictũ
1 † mandatum A. C. ex falsa causa relaxatum cum omnibus in executionem illius gestis ad *Tex.in l.si non fortem §. si centum ff. de condict. indeb.* ideò suffragari non potest d. Emilio, sed tenetur ad restitutionem dd. bonorum *l. 2.l. penult. C. si vendit. pign.agatur Fulgos. cons. 190. visis toto processu num.3.ad fin. vers. contra emptores verò. Neguf. de pignor.memb.1. par.6. num.28. vers.sed dubitatur,* & in his terminis fuit resolutum in *Romana spolij 21. Februarij 1600. corã Iusto decis.36. & coram Sacrato in Anconitana spolij 9. Iunij eodem anno decis.282. per tot. par.3.rec.* ac etiam comprobatur *in decis.506.num.7.vers. nec obstare visum fuit, & seq.par. 5. recent. tom. 2.* latissimè prosequitur *Giurb. decis.89.sub.nu. 1. vers.etiam contra tertium,& seq.* & concurrit statutum Vrbis lib.1.c. 154. *Modern.Perus.in trac. de subhast. inspect. 49. num. 79.* vbi in terminis
2 dicit † procedere etiam in casu subhastationis factæ mandato Iudicis.

Enormis autem læsio ex eo manifesta, & palpabilis apparet, quod dd. bona Antimi in sorte scutorum 14800. ex dicto mandato ex falsa causa relaxato subhastata vilissimo pretio scut. 4600. & cum maxima læsione, consideratis etiam oneribus, quibus subiecta repe-
3 riuntur, à d.Emilio empta fuerint,vndè † resultat damnum hæredis d. Antimi *l.si vxor.3. ibique glos.& in l.1. in verbo mala fide C. si vend. pign.* agatur, & aliis relatis probat *Modern. Pi-*
sauren. de subhast. quæst. 43. num. 14. vers. nec ista casu, quare iustum non est, vt hoc pacto cum alterius iactura, vel longa defatigatione iu-
4 diciorum † locupletetur *d. l. 1. ad med. vers. quid si de bonis, & d. l.si vxor. C.si vend.pign.agatur, & vtrobique notatur per glos.& DD.*
5 Non obstat doctrina *Baldi* † *in auth. & qui iurat sub num. 47.in fine vers. sed quid si fuit processum C.de bon.auth. Iud. possid. Franch. dec. 120. num.8. vers. Item quod est fortius, & decis.660.per tot. cum pluribus allegatis.*

Quia ista iura non procedunt quando Iudex a quo mandatum relaxauit, & executio
6 facta † est pro summa maiori quam sit debitum, & sic longe fortius pro summa nullo modo debita, vt hic *Rota d.decis. 36.& d. decis. 282.num.2. vers. non obstat par. 3. rec. & in Senogallien. Bonorum 14. Aprilis 1617. coram bo.mem. Remboldo,* Etenim quando executio Iudicis à
7 quo est iniusta potest optime † per Iudicem ad quem reuocari, etiam per viam attentatorum, vt pluribus allegatis firmant *addẽn ad Gregor. XV. decis.91. num.13. & decis. 232. n°4. in fine Buratt. decis. 185. num.6.& prius dec.171. num. 8. & fuit dictum in Meleutana attentatorum 20, Iunij 1639. §.fin. coram Reuerendissimo D.meo Decano.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Romana Redditionis Rationis.

Lunæ 27. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Tutor sicuti dum est viuus, tenetur reddere rationem tutelæ, & sic etiam de neglectis, & tenetur quoque ad vsuras tutelares, sic eo mortuo tenetur ad id eius hæres. Tutor liberatus à redditione rationum, qualiter sit intelligenda dicta liberatio. Tutor, quando non gaudeat beneficio ordinis.

SVMMARIVM.

1 *Tutor tenetur reddere rationem circa administrationem tutelæ.*
2 *Hæres tutoris tenetur reddere rationem tutelæ, sicut ipse tutor.*
3 *Hæres tutoris tenetur de neglectis,& ad vsuras pupillares.*
4 *Tutores non tenetur reddere rationem tutelæ, quando ab hoc fuerunt liberati à patre pupillorum.*
5 *Liberatio à redditione rationum tutelæ, relicta à patre. Qualiter sit intelligenda.*
Occasio delinquendi, & defraudandi alios, tollenda est. n.5.
6 *Tutores, quando sunt plures & vnus administrauerit, iste prius est conueniendus.*
7 *Tutor, vt non gaudeat beneficio ordinis circa conuentionem quid sufficiat.*
8 *Tutor aliquis dum aliquid administrat, id sufficit, vt non gaudeat beneficio ordinis, quo ad alios tutores.*

9 *Tutorum obligatio est indiuidua, cum in solidum erga pupillos teneantur.*
Tutores omnes in solidum tenentur, nisi tutela à Iudice, vel à Patre fuerit diuisa. n. 9.
10 *Vel qui tutorio nomine aliquid gessit vere tutor non erat.*
11 *Tutor non tenetur de administratis ab alio tutore, tempore, quo fuit finita tutela.*
12 *Curator à Patre datus filijs, debet confirmari à Iudice.*
13 *Prætensiones non releuant, dum non sunt iustificatæ.*
14 *Libri existentia, est probanda vt dicatur fuisse subreptum.*
15 *Subreptio bonorum, cum sapiat delictum, est concludentissime probanda.*
16 *Testes, vt probent negatiuam debeat eam coarctare.*

DECISIO LXIX.

QVEMADMODVM Ascanius Serdonatus, & Franciscus Causeus tutores testa-
1 mentarii Laurentii, & fratrum † de Vallerois
tutelares rationes reddere, si in humanis agerent, tenerentur *l. 1. & tot. tit. ff. de tut. & ration. distrah. §. fin. instit. de attil. tut.* ita eis defunctis
2 ipsorum † hæredes teneri conclusum fuit *per tex. in d. l. 1. §. hanc actionem etiam in hæredem competere constat, ff. de tut. & rat. distrah. l. pater vester 2. cum duab. seqq. C. de tut. l. omnes tutores 5. l. tutelæ actio 12. C. arb. tut. Dec. cons. 110. num. 7. vers. & ista redditio. Cancer. var. resolut. par. 1. cap. 7. num. 83. Gutier. de tut. & cur. par. 3. cap. 1. num. 2. Montan. eod. tract. cap. 39. num. 81. Rot. decis. 211.*
3 *num. 1. par. 4. tom. 2. recent.* etiam † de neglectis, & ad vsuras pupillares *l. cum ostendimus 4. ff. de fideiuss. & nominat. tut. l. tutor. qui repertorium 8. §. pecuniæ. ff. de admin. tut. Guttier. vbi sup. par. 2. cap. 9. num. 21. Leo. decis. Valent. 15. n. 6.*

Non obstat, quod Andreas pater prædictorum de Vallerois, prænominatos tutores li-
4 berauerit à redditione † rationis, & propterea ad eam compelli nequeant *ad trad. per Dec. cons. 192. n. 3. Borgn. de tut. n. 159.*

Quoniam huiusmodi liberatio non excusat ab omnimoda redditione, ac reliquorum
5 † restitutione, sed tantum ab exacta, & scrupulosa inquisitione, alias enim facilis nimis præberetur occasio delinquendi, & pupillos fraudãdi *l. quidam decendens 6. in prin. ff. de admin. & peric. tut. l. si seruus vetitus 122. & ibi gloss. ff. de legat. 1. l. non solum la 2. §. pen. l. si quis rationes 20. l. aurelio 21. §. Gaius. ff. de liberat. legat. Castr. cons. 445. sub num. 3. lib. 2. Rim. iun. cons. 576. n. 5. lib. 5. Paris. cons. 21. num. 56. & seqq. lib. 2. cons. 8. num. 22. lib. 4. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsump. 164. num. 1. Rot. decis. 762. num. 8. par. 2. recent. coram san. mem. Greg. XV. decis. 187. num. 11. cum alijs latè congestis in Romana rescissionis transactionis 29. Maij 1648. §. nec enim coram R. P. D. meo Corrado.*

Minus obstat, quod Serdonatus tantum administrauerit, ideoque Causeus gaudere
6 debeat † beneficio ordinis, vt scilicet prius conueniatur Serdonatus, seu illius hæredes *iux. tex. in l. si plures curatores 3. l. tutores 30. §. in eum. ff. de admin. & peric. tut. l. fin. C. de diuid. tut.*

Quia hæc exceptio tollitur ex testibus, ac ex publicis documentis in summario illorũ de Valleroi relatis *n. 1. 2. & 3.* ex quibus apparet, quod Causeus pro tutore se gessit non solum bona hæreditaria Andreæ præfatorum patris describendo, sed etiam vineam hæreditariam vendendo. Sufficit autem, quod mo-
7 dicum quid gesserit † ad hoc, vt beneficio ordinis non gaudeat, ac tutelam administrasse dicatur *l. ita autem 5. §. gessisse. ff. de admin. & peric. tut ibiq. Bart. notat Rot. in Romana tutelæ de Masso 8. Iunij 1587. coram Gipsio relata per Gratian. discept. 86. num. 14. & 15.* itaut non solum
8 dictæ rei † venditæ, sed etiam omnium à cõtutore gestorum rationem reddere teneatur *d. l. si plures curatores 3. l. tres tutores 56. ff. de admin. & peric. tut. l. 2. C. de diuid. tut. tot. tit. C. si tutor non gess. Ronchegal. in l. eandem num. 218. ff. de duob. reis. Bursatt. cons. 299. num. 8. lib. 3. Peregr. cons. 71. num. 3. lib. 1. Rot. in d. Romana tutelæ de Masso 8. Iunij 1587. coram Gipsio,* obligatio enim tutorũ
9 est indiuidua, † cum insolidum erga pupillos teneantur, quibus ipsorum quemlibet licet vrgere, nisi administratio à Iudice, vel à testatore fuerit diuisa *l. diui 32. d. l. tres tutores 56. ff. de admin. & peric. tut. l. 1. C. si ex plurib. tut. l. 2. C. de diuid. tut. Surd. cons. 170. num. 11. & seqq. Guttier. de tut. lib. 1. cap. 15. nu. 6. Rot. decis. 3.*
10 *num. 19. par. 4. tom. 2. recent.* vel nisi, † qui tutorio nomine aliquid gessit, vere tutor non erat *iux. distinctionem allatam in Romana domus 17. Martij 1649. §. non alterum coram R. P. D. meo Bichio.*

Pro tempore tamen pupillaris tantum ætatis, & non vltra teneri Causeum, seu illius hæredes Domini censuerunt, quia non
11 constat ea finita quod ille ex † post aliquid gesserit, neque enim de administratis à contutore finita tutela potest conueniri vt habetur *in d. l. diui 32. ff. de admin. & peric. tut. l. tutori 20. C. de neg. gest. cum alijs relatis per Gratian. discep. 86. num. 49. Cyriac. controu. 280. num. 16. &*
12 *17.* quamuis † in testamento etiam pro tempore curator deputatus fuerit, quoniam cum non probetur à Iudice confirmatus, curator dici nequit *inst. de curat. in princ. l. 1. in fin. ff. confirm. tut. l. Caius 19. ff. de excus. tut. l. tutelæ 7. C. de testam. tut. Gabr. cons. 25. num. 9. lib. 2. Rot. decis. 470. num. 2. par. 1. recent. & in Romana salutiani 17. Martij 1649. §. subsistere coram R. P. D. meo Otthobono.*

Quæ vero dicebantur de prætensa subtractione libri tutelaris facta per Laurentium non fuerunt vllo modo habita in considera-
13 tione, † quia nullæ dantur probationes, nec etiam existentiæ eiusdem libri inter scriptu-
14 ras, quas Laurentius † perquisiuit, vt necessarium foret ex relatis per *Adden. ad san. mem. Gregor. decis. 129. num. 6. & in Anconitana manus 21. Iunij 1649. sub §. quia nec illius coram R. P. D. meo Corrado,* & tamen cum subtractio ista sa-
15 piat † delictum veniret concludentissimè probanda *l. merito 51. ff. pro soc. Menoch. de præsump. lib. 3. præsump. 80. num. 5.* quin immo ex testibus datis in summ. de Vallerois *num. 4. & 5.* probatur quod scripturæ asportatæ per

dictum

dictū Laurentium tunc Scolarem erant scrip-
16 ta Logicæ, & Legum, coarctando † negatiuam, quod liber tutelaris ab illo subtrahi non potuisset, quin ipsi testes vidissent, & sciuissent iuxtà *theoricam Bart. in l. 1. §. hoc interdicto nu. 8. ff. de itinere actuque priuat approbatam per Rot. coram Seraph. decis. 951. num. 8. coram Caual. dec. 437. num. 3. coram san. mem. Gregor. XV. decis. 42. num. 4. coram Buratt. decis. 41. nu. 2. & 9. decis. 260. num. 1. in Corduben. decimarum 4. Maij 1604. coram Ortembergo, & 8. Maij 1610. coram S. D. N. Innocentio X. tunc huius Sacri Tribunalis Auditore, & in S. Seuerina Decimarum 14. Ianuar. prox. præt. coram Reu. P. D. meo Royas.*

Et ità vtraque, &c.

REVERENDISSIMO P. D. CERRO, Sacræ Rotæ Romanæ DECANO.

Pisaureñ Administrationis Montis.

Lunæ 27. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Immissionem petens contra aduersariū ex propria confessione fatetur eum fateri, & id sufficit ad iustificandam possessionem. Primogenito mortuo eo ipso euanescit possessio, & transijt in successorem. Obseruantia ex vnico actu non inducitur, & maximè si sit contra Ius Ciuile, Canonicum, & Diuinum. Et quid requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Confessio benè probatur ex confessione partis aduersæ. Pars dum petit immissionem contrà aduersarium, ex hoc quid fateatur. num. 1.*
2 *Confessio partis est sufficiens ad iustificandam possessionem contrariam.*
3 *Possessio posterior, & capta sine citatione partis non iuuat.*
4 *Possessio primogeniti, eo mortuo transit in successorem ipso iure.*
5 *Gradu expirato primogenituræ, expirat possessio.*
6 *Primogenito mortuo, successor potest capere possessionem absque citatione.*
7 *Deficentia primogenituræ expressio, quid importet.*
8 *in Iudicio possessio non attenduntur ea, quæ requirunt altiorem indaginem.*
9 *Decis. in causa Celsonen. Parrochialis, & aliæ in quo casu loquantur.*
10 *Actus vnicus non potest inducere obseruantiam.*
11 *Obseruantia contrà dispositionem Iuris non ita facilè inducitur.*
12 *Obseruantia debet esse legitima, & maximè sit interpretatiua.*
13 *Actus, quando est merè voluntatiuus non valet inducere obseruantiam.*

DECISIO LXX.

CENSVERVNT Domini dandam esse manutentionem Com. Francisco in quasi possessione Administrationis Montis Santinelli de quo agitur, quia probat eius anteriorem possessionem nedum ex publico Instrumento adeptionis, & illius cessionis sibi factæ 11. Fe-
1 *bruary 1631. eius Summar. num. 2.* sed etiam † ex propria confessione alterius partis, quæ contrà ipsum petijt immissionem 13. *Ianuarij præteriti, eodem Summ. num. 3.* Huiusmodi enim confessionem optimè inseruire pro illius iu-
2 stificatione † ad effectum de quo agitur, *ex theor. Bart. in l. Aurelius, §. idem quæsiuit numer. 2. ff. de liber. legat. & in l. si duo sub nu. 4. ff. vti possid. pluries respondit Rota in decisionibus relatis in Leodien. Dominij 10. Ianuarij præteriti coram me §. Probatur si quidem.*

Non obstat possessio Com: Alexandri, quia cum sit posterior, & capta eo non citato præ-
3 sumitur † clandestina, & turbatiua, *cap. licet Episcopus de præbend. in 6. cap. licet causam de probation. l. item possidere, §. qui ad nundinas, ff. de acq. poss. cum vulgar. adductis in Beneuentana Parochialis 29. Nouembris 1649. coram me.*

Nec subsistit quod possessio Com: Francisci esset temporalis, & limitata, duratura scilicet tantummodo quousque ipse continuasset in gradu secundogeniti, & ideò cum per obitum
4 Comitis Odoardi olim primogeniti, † ipse desierit esse secundogenitus, & ipso iure transiuerit in primogenitum, *Tiraquell. de iur. primogen. quæst. 3. num. 6. & 7.* vtique expirato gra-
5 du statim expirauit † possessio, vt in similibus terminis dictū fuit *in Celsonen. Parochialis 17. Nouembris 1642. coram R. P. D. meo Pentingero, §. tollebatur etiam, & in Leodien. Præpositure Tongren. 22. Martij 1647. coram me, §. Idque eo faciliùs;* & consequenter Comes Alexander effectus
6 secundogenitus potuit † ingredi possessionem etiam propria auctoritate, & eo non citato, *ex doctrina Innoc. in cap. ex parte sub nu. 3. vers. sed opponent, quod non potest de arbitr.*

Quia cum Administratio Montis, de quo agitur legata, & demandata fuerit secundogenito absque vlla temporis limitatione, sed solumcum substitutione tertiogeniti in casu deficientiæ illius sibi: *E mancando lui il terzo di età habbia tal cura, &c.* Cuius sanè deficientiæ ex-
7 pressio ex propria eius natura † vacationem per mortem significare videtur, iuxtà, *text. in §. Hinc nobis, ibique gloss. verb. deficientis Auth. de hæred. & falcid. Paris. cons. 93. num. 9. lib. 2. Cephal. cons. 150. num. 15. Menoch. cons. 166. nu. 342. Fusar. cons. 68. num. 4. Rota in Firmana Fideicommissi de Corradoris 11. Nouembris 1630. coram Reuerendiss. D. meo Decano in recent. decis. 341. num. 6. part. 6.* Et propterea allegatæ resolutionis exceptio (nō desumptæ ex morte secundogeniti adhuc viuentis, sed ex transitu ipsius ad gradum primogeniti ob deficientiam maioris natu) totaliter dependeat ab interpretatione dispositionis Comitis Petri Antonij Testatoris, ac proindè non sit adeò clara, & perspicua, vt non possit in dubium probabiliter reuocari, sed re-
8 quirat † altiorem indaginem, & maiorem discussionem exposcat: Donec in iudicio ordinario, & petitorio cognita, & terminata fuerit possessio Comitis Fräcisci allegari non valet terminata, & extincta, sed debet manu-

teneri, vt ad propositum respondit *Rot. in Eboren. præstationis annuæ 1. Iulij, & 2. Decemb.* 1616 *coram bon. mem. Andrea inter eius impress. decis.* 75. *num.* 7. & 8. & *decis.* 81. *num.* 3. *in Romana subcollectoria* 17. *Martij* 1645. *coram R.P.D. meo Bichio*, §. *qua omnia ad impugnandum, & in Romana Parochialis* 23. *Maij proxim. præteriti coram me*, Decisiones verò *Celsonen. Parochialis, & Leodien. Præpositura Tongren.* non applicantur, quia loquuntur in terminis Oeconomi, alteriusque temporalis administrationis, cuius possessionis,
9 seù † detentionis resolutio, & terminatio clara penitus; & incontrouertibilis apparebat.

Minusuè suffragatur prætensio probandi obseruantiam capiendi huiusmodi possessionem sine citatione possessoris, prout continetur in positionibus ab altera parte exhibitis.

Quia etiamsi probaretur nullatenus tamen releuaret. Aut enim desumitur ex possessione Com: Alphonsi apprehensæ de anno 1622.
10 & tanquam † vnicus actus non potest inducere obseruantiam, quę pro sequentibus sufficientem tribuat interpretationē, vt respōsum fuit in *Assisien. emphiteusis* 18. *Martij* 1630. *coram bon. mem. Merlino in recent. decis.* 513. *num.* 6. *part.* 5. Eoque certiùs in proposito quo agitur de obseruantia omittendi citationem, quæ vtpo-
11 tè omninò † contraria dispositioni iuris nedum Ciuilis, & Canonici, sed etiam Diuini, quamuis interpretatiua debet esse legitimè
12 præscripta per spatium 40. † annorum, *Anton. de Butr. in cap. cum dilectus num.* 18. *vers. ita, & in quantum de consuetud. Soccin. Sen. cons.* 260. *nu.* 19. *lib.* 2. *Put. decis.* 15. *num.* 4. *lib.* 3. *in correct.* Aut verò deducitur ex possessione eiusdem Comitis Francisci. & cum ista apprehensa fuerit præuia cessione Comitis Odoardi tunc temporis
13 illius possessoris tanquam actus † merè voluntarius prætensam obseruantiam inducere non valet, vt tradunt *Bursat. cons.* 360. *num.* 82. *lib.* 4. *Marcabrun. cons.* 108. *num.* 13. & 14. *Cyriac. controu. forens. cap.* 460. *num.* 28.

Et ità resolutum vtraque, &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Romana Officij Notariatus.

Luna 27. *Iunij* 1650.

ARGVMENTVM.

Possessione, quādo quis est destitutus, in vanum laborat, si intendat obtinere immissionem, vel manutentionem, & aliàs latiùs, vt in præsenti decisione discutitur.

SVMMARIVM.

1 *Possessione, quando quis est destitutus perperam petit manutentionem.*
2 *Reintegrationes ex causa spolij, quando quis non possit intentare.*
3 *Statutum Vrbis continuat Patris possessionem in filium.*
Possessio non iuuat, nisi sit legitimè probata. nu. 3.
4 *Possessio limitata, vltrà partem limitatam non extenditur.*
5 *Officium, quando fuit resignatum omnia tumescunt.*
6 *Possessio ciuilis ex taciturnitè longeua, licet non sit transactum decennium.*
7 *Societas dum adhuc pendet, non potest dici dissoluta.*
8 *Verborum ambiguitate cessante constare quoque debet quæstio voluntatis.*
9 *Spolij vitium, quando nullo modo possi argui.*
10 *Reintegratio, aut manutentio, quando nullo modo possit prætendi.*
11 *Manutentio non est retardanda, per ea, quæ respiciunt petitorium.*

DECISIO LXXI.

PETITA per Astulphum manutentio, seù reintegratio ad Officium Notariatus Agriculturæ Vrbis per Benedictum aduersarium modo exercitum atque possessum, ex non iu-
1 stificatæ possessionis defectu† fuit hodie denegata; Quia eadem possessione destitutus perperam vtrumque remedium intentauit, vt in terminis manutentionis probat *text. in* §. *retinendæ instit. de interd. l.* 1. §. 1. *ff. vti possidentis, Petrus Beninten. decis.* 70. *num.* 1. *Rot. decis.* 595. *in fine part.* 1. *diuers.* & 696. *nu.* 3. *part.* 3. *recent.* & *in alijs recensitis in Bonon. Gabella* 4. *Decembris* 1648. *co-*
2 *ram R. P. D. meo Ottbobono*. In terminis † verò reintegrationis ex causa spolij, probat *text. in l. vi pulsos, C. vndè vi, & l.* 1, *ff. de vi, & vi armata, Rota in Fanen, bonorum* 20. *Martij* 1626. *coram bon. me. Merlino post Modernum de manut. dec.* 204. *num.* 6.

Deducta siquidem possessio Astulphi ex antecedenti sui patris in ipsum vti filium, statuti beneficio mediante continuata, manu-
3 tentionis effectum † eiusdem fauore non poterit operari, dum antecedens patris possessio legitimo adhuc destituitur titulo probationis, *Cuman. in l. Pomponius*, §. *quæsitum num.* 3. *ff. de acq. possess. Alex. cons.* 83. *num.* 3. *lib.* 2. *Dec. consil.* 467. *num.* 8. *Paris. cons.* 1. *nu.* 158. *lib.* 1. *Surd. cons.* 491. *num.* 1. *Rot. coram Gregor. decis.* 307. *nu.* 2. & *coram bon. mem. Vrgell.* 185. *num.* 18. & *decis.* 263. *num.* 2. *part.* 2. *recent.*

Eodem destitutæ probationis vitio laborat altera species possessionis, innixa supplicationi Sanctissimi manu signatæ fauore Astulphi; Cum illa quidem probare posset titulum offi-
4 cij pro ea parte quæ vacauerat in † ipsius persona collatum, non autem actualem officij assecutionem, & apprehensam eiusdem possessionem iustificare, iuxtà *text. in l. possideri in princ. & l. quemadmodum, ff. de acq. possess. l. licet, C. eodem tit.*

Vtraque verò si quam fortè obtinuisset Astulphus, omninò destituitur siue ex resignatione Officij, ac translatione tituli Benedicti fauore, tàm à Ghisilerio, † quàm à Rubertesco peracta, quibus ex Sanctissimi decreto fuerat reseruata facultas disponēdi de Officio prædicto, etiam absque consensu, imò inuito, ac contradicente Astulpho, & libera proindè Officij dispositio competebat, ad *text.*

in

In l. in re mandata, C. mandati, Rot. decis. 262. nu. 1. cum seqq. part. 1. diuers. & in Romana officij scriptoria 5. Aprilis 1588. coram recol. memor. Card. Pamphilio, & in Romana legitimæ 29. Nouemb. 1599. *coram Iusto post Pacif. de Salu. decis. 149. numer. 5. ac coram Buratt. decis. 350. num. 2.*; siue etiam ex taciturnitate longęua ab anno videlicet 1646.
6 qua ciuilem possessionem, † licet decennium nõ effluxerit, amisisse censetur dum toto hoc tempore vidit, ac tacuit *l. quamuis, & l. quod meo, ff. de acq. poss. l. 3. §. in admittenda, ff. eod. tit. Aym. consil. 235. sub num. 1. Alex. cons. 35. num. 12. lib. 6. & pluries censuit Rot. vt in vna Romana Canonicatus S. Marci 25. Februarij* 1611. *coram S. D. N. in Romana Stagni 6. Iunij* 1612. *coram bon. mem. Cocc. & in Bonon. Professionis 14. Martij* 1622. *coram bo. memor. Merlino, & in Conimbricen. præstimoniorum 10. Decembris* 1631. *coram Reuerendiss. D. meo Decano impressa post Modern. Perus. de manut. decis.* 123. *num. 4.* 129. *num. 1.* 164. *num. 4. & 327. num. 21. & in decis. 605. num. 9. part. 5. tom. 2. recent.*

Non viget, quod decretum præfatum appositum fuerit pro sola cautela Ghisilerio, qui scuta 1800. Astulpho dederat ad societatem super eodem Officio, vt ea finita consultum ipsi esse posset pro recuperatione pecuniæ, adeòque dum de tempore resignationis societas adhuc ipsa pendebat, nulliter videatur exercuisse decretum; Ex facto enim corruit obiectio per verba decreti dilucidato, quibus ampla Ghisilerio, ac Rubertesco dignoscitur attributa facultas resignandi, ac liberè disponendi de officio quãdocumque illis placuisset, excepto tantum vnico casu infirmitatis Astul-
8 phi, & consequenter † verborum ambiguitate cessante, cessare debet etiam quæstio voluntatis, ad *text. in l. ille, aut ille, §. cum in verbis, & in l. non aliter, ff. de legatis 3. l. voluntatis, C. de fideicommissis, l. hæredes, §. penult. ff. de testamentis,* notat *gloss. in d. l. ille, aut ille in verbo quæstio, ff. de legatis 3.*

Hinc etiam corruit vis reintegrationis petitæ; Dum enim alienatio facta fuit vigore supplicationis Sãctissimi manu signatæ, atque consensus præstiti per reseruatarios, ad quos
9 libera Officij dispositio spectabat, † nullum indè argui potest vitium spolij admissum, ad *text. in l. 2. C. de iur. emphyt. DD. communiter in l. iustè possidet, ff. de acq. poss. & in l. Creditores,* vbi *Bart. Alberic. & Salicet. num. 1. Paris. cons. 5. nu. 27. lib. 4.* nec consequenter aduersus resignatio-
10 nem præfatam prætendi † valet reintegratio, seù manutentio, vt respondit *Rot. in Romana officij mandatariatus 23. Martij, & 1. Iulij* 1637. *coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo inter impressas part. 5. tom. 2. recent. decis. 605. & 615.*

Denique non obstant ea, quæ pro parte Astulphi congeruntur cõtrà validitatem alienationis; Cum concernant petitorium, nec
11 ideò in summarijssimo † manutentionis iudicio discuti debeant, vt pluries respondit *Rot. decis. scilicet 615. nu. 2. cum seqq. part. 3. 502. nu. 8. & 512. num. 6. part. 4. recent.* & in alijs adductis *in Rom. officij collectoria 17. Martij* 1645. *in §. quæ omnia coram R. P. D. meo Bichio, & in alia Romana officij 18. Iunij* 1649. *coram R. P. D. meo Otthobono in vltim. §.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Beneuentana Manutentionis.

Lunæ 27. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

A Dotis petitione Mulier dicitur exclusa, si ei ipsa renunciauerit cum debitis, & necessarijs solemnitatibus. Dispositio *leg. fœmina, Cod. de secund. nupt.* cessat si filij præcedentis matrimonij prædecesserit ante transitum Matris ad secunda vota.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatione probata, omnia iura euanescunt.*
2 *à Dotis petitione, stante petentis renunciatione, reijcitur.*
3 *Transactio facta ex falsa causa, non attenditur, sed dicta falsa causa est in totum iustificanda.*
4 *Renunciatio aliud est, quod fiat per viam transactionis, & aliud per viam solemnis cessionis.*
5 *Manutentio non est reuocanda ob oppositas nullitates, donec in iudicio Ordinario super illis non fuerit cognitum, & pronunciatum.*
6 *Dispositio* leg. fœminæ, Cod. de secund. nupt. *non intrat dum filius prioris matrimonij, antequam ipsa secundas nuptias contraxerit, decesserit.*
8 *Renunciatio facta à Muliere cum debitis solemnitatibus à Iure, & à Statutis requisitis, dicendum est, quod sit valida.*
9 *contrà Renunciationem factam à Muliere cum debitis solemnitatibus.*
10 *ad Transactionem sustinendum, quæ valida indicentur.*

DECISIO LXXII.

INformantes hodiè Fuluia Mascambruna cõtrà decisionem in hac causa coram me sub die 9. Iunij 1649. * emanatam super manutẽtione danda Hieronymo Carafæ in duabus ex tribus partibus bonorum, de quibus agitur Dñi steterunt in decisis ex inconcusso fundamẽto iniustitię sententiarũ præcedentiũ stante
1 ampla † renunciatione per Fuluiam, eiusque Sororem Emiliam quorumcunque iurium in dote, ac bonis maternis sibi competeñ ad fauorem Francisci Antonij Carafæ, ac eius filiorum, quæ per Instrumentum solemne sub die 3. Iunij 1609. stipulatum cum earum iuramento probatur, cuius abdicationis vigore
2 à petitione eiusdem dotis Maternæ, † pro qua ipsis immissio concessa fuit, excludebantur, *Rot. coram Buratt. decis. 310. sub num. 5. vers. quo verò ad Margaritam, cum seq. decis. 635. numer. 3. vers. nec Veronica part. 1. & decis. 338. numer. 1. vers. vndè sicut part. 4. tom. 3. recent. cum pluribus allegatis in decis. quæ reuidetur §. vltrà defectum.*

Ne-

Neque visa fuerũt Dominis applicari pos-
se obiecta per informantes pro dd. sororibus
3 de falsa causa † transactionis, quia præter-
quam quod ex facto plura non iustificantur,
omnia respiciunt personam Ioannę matris,
contra huius bona tendunt, nihil autem cõ-
mune habent cum d. Francisco Antonio,
cui, & eius filijs plenissimè renunciarunt nõ
4 per viam transactionis, † sed solemnis cessio-
nis, omnia iura eisdem ex causa dotis mater-
næ contra matrem competentia, conuento
pretio ducatorum mille tercentorum, vt in
dicto instrumento legitur; quod omnem ad
effectum impediendi immissionem præfatis
Fuluiæ, & Emiliæ malè concessam difficul-
5 tatem tollit, saltem, † donec super eius nul-
litate fuerit in ordinario iudicio cognitum,
& pronunciatum, vt fuit dictum in *Auenio-
nen. hæreditatis 16. Ianuarij 1632. coram Reuerendiss. Terracinen. impress. dec. 86. num. 9. vers. ea
enim semper obstat; & num. 10. par. 6. recent. &
in Meleuitana hæreditatis 16. Nouembris 1620. coram Card. Caual. inter eius impress. dec. 550. n. 4.*

Et aduertendum, quod dum filius prioris
6 matrimonij dictæ Ioannæ, antequam † ipsa
secundas nuptias contraheret, decesserit, non
intrat dispositio *l. fœminæ C. de secund. nuptijs,
cum alijs ex aduerso allegatis,* quia Ioanna tam
quoad vsumfructum, quam quoad proprie-
7 tatem lucrum dotale, & legitimam acquisi-
uit, vt alijs relatis tenuit *Rot. decis. 619. num. 1.
par. 1. rec. & fuit latè resolutum in Romana successionis de Comitibus 15. Ianuarij 1643. §. nec releuat vers. secus autẽ cor. Reuerendiss. D. meo Decano.*

Insuper renunciatio non solùm ex dicta
causa creditorum matris, quæ etiam contro-
uerti non possunt, ex eo, quia canonizata
8 remanserunt † per laudum Io: Baptistæ Ma-
scambruni, quod, cum fuerit à Fuluia ac-
ceptatum cum decreto Iudicis, & solemni-
tatibus tam de iure, quàm ex statuto requisi-
tis, vt patet in Summ. præteritæ positionis
num. 2. in fine; vtique habet vim sententiæ, &
9 rei iudicatæ, ita † vt contra eum minimè ve-
niri possit, vt sepius firmauit *Rot. & signanter
in Romana societatis lignorum 27. Iunij 1635. cor. bon. mem. Coccino, quæ est decisio 65. num. 1. & 2.
par. 7. recent. confirmata 20. Februarij 1641. §. quod enim dicebatur in fine coram me.* Sed ob non-
nulla alia renunciantium debita in d. Summ.
præteritæ positionis *d. n. 2.* expressa; & a par-
tibus non controuersa, facta fuit, quæ ad
10 transactionem † sustinendam sufficiunt, ma-
ximè factam titulo oneroso, sub onere sol-
uendi diuersa dd. renunciantium debita satis
magnæ quantitatis. Vndè à Mascambruna
impugnari nequit, nisi prius omnibus per-
ceptis restitutis, *ex deductis in d. §. vltrà defe-
ctum d. decisionis, quæ reuidetur,* cuius funda-
mentum ex hoc capite vtraque parte infor-
mante Domini confirmarunt &c.

☞ *Decisio ista emanata in hac eadem causa sub die 9. Iunij 1649. coram eodem R. P. D. Peutingerio est supra in præcedenti par. 10. recent. dec. 319.*

R. P. D. MELTIO,

Posteà Episcopo PAPIEN.

Asculana Iurispatronatus.

Veneris 1. Iulij 1650.

ARGVMENTVM.

De probanda pertinentia iuris patronatus vbi lis non est inter compatronos, sed solum inter præsentatos, latè præsens pertractat decisio, vbi plura & quidem notabilia in hac materia.

SVMMARIVM.

1 *Vacatio beneficij probatur ex confessione partis venientis ex eadem vacatione.*

2 *Iuris patronatus existentia probatur ex præsentationibus effectum sortitis.*

Vsurpatio Iuris patronatus in familia priuata non præsumitur. n. 2.

3 *Sententia Ordinarij canonizzans ius patronatus probat existentiam illius.*

Episcopus non ità de facili pronunciare solet super seruitute beneficij in ipsius præiudiciũ, n. 3.

4 *Iuspatronatus probatur ex confessione partis quoties Ordinarius non est in causa.*

5 *Clericatus probatur ex literis patentibus Ordinarij.*

6 *Doctoratus probatur ex comuni reputatione, & fama, & n. 8.*

7 *Gratiæ substantia, & fundamentum probatur aliquali probatione.*

9 *Testis vnius iunctis adminiculis probat valorem beneficij.*

10 *Probationes leuiores sufficiunt in probando valorem per non excessum.*

11 *Valoris beneficij sexta pars condonari solet à Rota pro substinendis prouisionibus beneficiorum.*

12 *Status vltimus, ac immediata possessio attenditur in iure patronatus.*

13 *Ad pertinentiam iuris patronatus sat est docere se filium, & hæredem eius, qui extitit in quasi possessione præsentandi.*

14 *Filiationem ad probandam non principaliter, sed incidenter, leuiores probationes sufficiunt.*

15 *Aditionem probat possessio bonorum paternorum in filio.*

16 *Præsentatio in iure patronatus hæreditario probat aditionem.*

17 *Præsentationis validitas inter præsentatos probatur sola possessione præsentantis.*

18 *Præsentandi possessionis probatio non impeditur ex probatione pertinentiæ in petitorio, & quando.*

19 *Collatio, Electio, & Præsentatio sunt fructus beneficij, & spectant ad bonæ fidei possessorem, non ad Dominum.*

20 *Testamentum quod non reperitur inter rogitus Notarij rogati non facit fidem.*

21. *Instrumentum redditur de falso suspectum non reperitur in protocollo.*

22 *Iuspatronatus est ius directum, & merè honorificũ, & sic ad substitutos non transit & num. seqq.*

23 Tex.

23 Tex. in l. si patroni & l. quis proinde §. ad Trebellian. extenduntur etiam ad ius patronatus & num. seqq.
26 Res iudicata probatur ex sententia executioni mandata iuncta illius acquiescentia.
27 Iuspatronatus titulo singulari non transfertur sine consensu Episcopi. & n. 29.
28 Legatum praescribitur spatio annorum quadraginta & n. seq.
30 Donatio omnium bonorum, inter quae adest iuspatronatus non requirit consensum ordinari & num. 27.
31 Consentire dicitur Episcopus donationi iuris patronatus per simplicem institutionem.
32 Approbatio Episcopi interuenire potest post donationem iuris patronatus.
33 Iuris patronatus pertinentia probatur ex confessione ac dum contra confitentem, sed etiam contra habentem ab eo causam.
34 Praesentandi quasi possessio ex proprietate non impeditor, nisi clarè de ea constet, & indubitatè.
35 Praesentandi quasi possessio in auctore probat pertinentiam iuris patronatus ad fauorem successoris & n. seq. vbi vide.
38 Possessio defuncti quatenus continuetur in haerede & supra num. 35. cum seqq.

DECISIO LXXIII.

VACANTE per obitum q. Ioannis Pauli Coppetti sequutum extra Curiam de mense Iulij 1649. Beneficio simplici in Ecclesia rurali Sanctae Mariae de Rocchetta Asculanae Dioecesis de iure patronatus Laicorum Venerabilis Societas Sanctissimi Corporis Christi erecta in Ecclesia Sancti Francisci de Asculo tamquam haeres substituta in testamento Paridis filij, & haeredis Petri Herculis de Gilianis, ac Collegium Societatis Iesu eiusdem Ciuitatis Asculi, ad quod deuenisse praetenditur alia vox spectans ad Caesarem alterum filium, & haeredem eiusdem q. Petri Herculis praesentarunt Iosephum Nouellium; Petrus verò Paulus Lentus filius, & haeres Ricci Lenti Donatarij Alexandri filii, Armiliae filiae, & haeredis dicti Petri Herculis de Gilianis praesentauit Emidium Blanchinum, qui impetrata prius prouisione Apostolica cum derogatione medietatis vocum cum successiuè obtinuerit per Vicariu Asculanum dictarum literarum Apostolicarum executorem pronunciari illas esse exequendas, ab illius sententia interposita fuit appellatio pro parte Nouellij, & mihi commissa causa appellationis dubitaui, an gratia Blanchini sit iustificata, ità vt dicta sententia de partibus confirmanda, vel infirmanda veniat, & Domini eam iustificatam esse responderunt, & per consequens eandem sententiam confirmarunt.

Vacatio siquidem beneficij per obitum q. Io: Pauli Coppetti vltimi possessoris probatur ex confessione Nouellij venientis ex
1 eadem vacatione, † quae vt sufficiat firmauit pluries, *Rota, & signanter decis. 544. num. 4. par. 4. decis. 302. num. 2. par. 7. recent. coram Caualer. decis. 55. num. 3. vers. Demum, & fuit resolutum in Salamantina beneficij 4. Februarij 1630. coram Reuerendiss. Terracinen. Fauentina beneficij 17. Iunij 1639. coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo §. quod enim Meleuitana Bonorum 20. Februarij 1640. coram Reuerendiss. D. meo Decano, Mutinen. Beneficij 27. Martij 1648. §. vacatio beneficij, & in Pampilonen. Beneficij de Esparza 15. Decembris 1649. in princ. cor. bon. mem. Arguelles.*

Patronatus Laicalis probatus remanet ex pluribus praesentationibus Patronorum spatio longissimi temporis effectum sortitis, quae existentiam Iurispatronatus benè firmat
2 in familia priuata, † in qua non cadit praesumptio vsurpationis, *Rota in Lauden. Iurispatronatus 12. Nouembris 1640. coram bo. mem. Merlino §. Constat enim, & in Bononien. Iurispatronatus de Butrigarijs 16. Martij 1643. coram R.P.D. meo Bichio §. nam vltra quod, & in dicta Mutinen. Beneficij 27. Martij 1648. coram bo. mem. Arguelles*, iuncta etiam sententia in contradictorio iudicio lata de anno 1626. per Vicarium super institutione, quae ad effectum canonizationis iurispatronatus multum attenditur, ex
3 quo Ordinarij non ità de facili pronunciant super seruitute beneficiorum, quae tendit in eorum praeiudicium, *Rota decis. 11. de iure patronat. in nou. Put. decis. 172 lib. 1. & coram sanct. mem. Greg. XV. decis. 58. num. 3.* Vltra quod dum ordinarius non est in causa pro libertate beneficij, neque hic agitur de canonizan-
4 do formiter iurepatronatus, † sed lis est inter praesentatos super sola pertinentia ad illius probationem etiam sufficeret sola confessio Nouellij eundem Patronatum sustinentis, *Mantic. decis. 318. num. 1. & seq. Martin. Andr. decis. 5. num. 3. & 4. Adden. ad san. mc. Greg. XV decis. 452. n. 22.*

Clericatus iustificatio resultat ex literis pa-
5 tentibus ordinarij, † quibus plena fides adhiberi consueuit *cap. post cessionem, & ibi DD. de probat. Rota decis. 101. num. 1. par. 1. & decis. 15. num. 8. par. 5. recent. & fuit dictum in Tullen. Prioratus 20. Februarij 1644. coram Reuerendiss. Salamantino, & in Calaguritana Praestimonij 10. Maij 1649. coram R.P.D. meo Ottobono §. Vacatio enim beneficij.*

6 Gradus Doctoratus iustificatur † ex communi reputatione, & fama *Bellam. decis. 114* in ijs enim, quae non concernunt fundamē-
7 tum, † atque substantiam gratiae sufficit aliqualis probatio, *Rota coram Durano decis. 237. num. 4.* & in terminis, quod pro iustificando
8 Doctoratu † in literis expresso sufficiat communis reputatio resolutum fuit coram *Cappuntaq. decis. 277. num. 4. par. 1. in Placentina Canonicatus 11. Martij 1599. coram Orano impressa apud Marchesan. de commiss. par. 1. fol. 399. sub n. 3. vers. Qualitas autem*, & etiam firmatum fuit in *Oscen. Archidiaconatus 14. Decembris 1648. cor. R. P. D. meo Peutingerio §. Docuit enim*, vbi etiā conciliatur decisio emanata in *Caesaraugustana Pensionis 21. Decembris 1591. coram recol. me. Cardinali Hieronymo Pamphilio impress. penes eundem Marchesan. de commiss. tom. 1. fol. 564.*

Iustificatio valoris per non excessum ducat. 24.

Neque visa fuerit Dominis applicari pos-
se obiecta per informantes pro dd. sororibus
3 de falsa causa † transactionis, quia præter-
quam quod ex facto plura non iustificantur,
omnia respiciunt personam Ioannę matris, &
contra huius bona tendunt, nihil autem cō-
mune habent cum d. Francisco Antonio,
cui, & eius filijs plenissimè renunciarunt nō
4 per viam transactionis, † sed solemnis cessio-
nis, omnia iura eisdem ex causa dotis mater-
næ contra matrem competentia, conuento
pretio ducatorum mille tercentorum, vt in
dicto instrumento legitur; quod omnem ad
effectum impediendi immissionem præfatis
Fuluiæ, & Emiliæ malè concessam difficul-
5 tatem tollit, saltem, † donec super eius nul-
litate fuerit in ordinario iudicio cognitum,
& pronunciatum, vt fuit dictum in *Auenio-
nen. hæreditatis* 16. *Ianuary* 1632. *coram Reueren-
diss. Terracinen. impress. dec.* 86. *num.* 9. *vers. ea
enim semper obstat; & num.* 10. *par.* 6. *recent. &
in Meleuitana hæreditatis* 16. *Nouembris* 1620. *co-
ram Card. Caual. inter eius impress. dec.* 550. *n.* 4.

Et aduertendum, quod dum filius prioris
6 matrimonij dictæ Ioannæ, antequam † ipsa
secundas nuptias contraherat, decesserit, non
intrat dispositio *l. fœminæ C. de secund. nuptijs,
cum alijs ex aduerso allegatis*, quia Ioanna tam
quoad vsumfructum, quam quoad proprie-
7 tatem lucrum dotale, & legitimam acquisi-
uit, vt aliis relatis tenuit *Rot. decis.* 619. *num.* 1.
par. 1. *rec. & fuit latè resolutum in Romana succes-
sionis de Comitibus* 15. *Ianuary* 1642. §. *nec rele-
uat vers. secus autē cor. Reuerendiss. D. meo Decano.*

Insuper renunciatio non solùm ex dicta
causa creditorum matris, quæ etiam contro-
uerti non possunt, ex eo, quia canonizata
8 remanserunt † per laudum Io: Baptistæ Ma-
scambruni, quod, cum fuerit à Fuluia ac-
ceptatum cum decreto Iudicis, & solemni-
tatibus tam de iure, quàm ex statuto requisi-
tis, vt patet in Summ. præteritæ positionis
num. 2. *in fine*; vtique habet vim sententiæ, &
9 rei iudicatæ, ita † vt contra eum minime ve-
niri possit, vt sepius firmauit *Rot. & signanter
in Romana societatis lignorum* 27. *Iuny* 1635. *cor.
bon. mem. Coccino, quæ est decisio* 65. *num.* 1. *&* 2.
par. 7. *recent. confirmata* 20. *February* 1641. §.
quod enim dicebatur in fine coram me. Sed ob non-
nulla alia renunciantium debita in d. Summ.
præteritæ positionis *d. n.* 2. expressa, & à par-
tibus non controuersa, facta fuit, quæ ad
10 transactionem † sustinendam sufficiunt, ma-
ximè factam titulo oneroso, sub onere sol-
uendi diuersa dd. renunciantium debita satis
magnæ quantitatis. Vndè à Mascambruna
impugnari nequit, nisi prius omnibus per-
ceptis restitutis, *ex deductis in d.* §. *vltrà defe-
ctum d. decisionis, quæ, reuidetur*, cuius funda-
mentum ex hoc capite vtraque parte infor-
mante Domini confirmarunt &c.

☞ *Decisio ista emanata in hac eadem causa sub die* 9. *Iuny* 1649. *coram eodem R. P. D. Peutingerio est supra in præcedenti par.* 10. *recent. dec.* 119.

R. P. D. M E L T I O,

Postea Episcopo P A P I E N.

Asculana Iurispatronatus.

Veneris 1. *Iulii* 1650.

A R G V M E N T V M.

De probanda pertinentia iuris patronatus vbi lis non est inter compatronos, sed solum inter præsentatos, latè præsens pertractat decisio, vbi plura & quidem notabilia in hac materia.

S V M M A R I V M.

1 *Vacatio beneficij probatur ex confessione partis venientis ex eadem vacatione.*

2 *Iuris patronatus existentia probatur ex præsentationibus effectum sortitis.*

Vsurpatio Iuris patronatus in familia priuata non præsumitur. n. 2.

3 *Sententia Ordinarij canonizzans ius patronatus probat existentiam illius.*

Episcopus non ità de facili pronunciare solet super seruitute beneficij in ipsius præiudiciū, n. 3.

4 *Iuspatronatus probatur ex confessione partis quoties Ordinarius non est in causa.*

5 *Clericatus probatur ex literis patentibus Ordinarij.*

6 *Doctoratus probatur ex communi reputatione, & fama & n.* 8.

7 *Gratiæ substantia, & fundamentum probatur aliquali probatione.*

9 *Testis vnius iunctis adminiculis probat valorem beneficij.*

10 *Probationes leuiores sufficiunt in probando valorem per non excessum.*

11 *Valoris beneficij sexta pars condonari solet à Rota pro substinendis prouisionibus beneficiorum.*

12 *Status vltimus, ac immediata possessio attenditur in iure patronatus.*

13 *Ad pertinentiam iuris patronatus sat est docere se filium, & heredem eius, qui extitit in quasi possessione præsentandi.*

14 *Filiationem ad probandam non principaliter, sed incidenter, leuiores probationes sufficiunt.*

15 *Aditionem probat possessio bonorum paternorum in filio.*

16 *Præsentatio in iure patronatus hæreditario probat aditionem.*

17 *Præsentationis validitas inter præsentatos probatur sola possessione præsentantis.*

18 *Præsentandi possessionis probatio non impeditur ex probatione pertinentiæ in petitorio, & quando.*

19 *Collatio, Electio, & Præsentatio sunt fructus beneficij, & spectant ad bonæ fidei possessorem, non ad Dominum.*

20 *Testamentum quod non reperitur inter rogitus Notarij rogati non facit fidem.*

21 *Instrumentum redditur de falso suspectum non reperitur in protocollo.*

22 *Iuspatronatus est ius directum, & merè honorificum, & sic ad substitutos non transit & num. seqq.*

23 Tex.

23 *Tex. in l. si patroni & l. quis proinde ff. ad Trebellian. extenduntur etiam ad ius patronatus & num. seqq.*
26 *Res iudicata probatur ex sententia executioni mandata iuncta illius acquiescentia.*
27 *Iuspatronatus titulo singulari non transfertur sine consensu Episcopi. & n.29.*
28 *Legatum præscribitur spatio annorum quadraginta & n.seq.*
30 *Donatio omnium bonorum, inter quæ adest iuspatronatus non requirit consensum ordinari & num. 27.*
31 *Consentire dicitur Episcopus donationi iuris patronatus per simplicem institutionem.*
32 *Approbatio Episcopi internenire potest post donationem iuris patronatus.*
33 *Iuris patronatus pertinentia probatur ex confessione ac dum contrà confitentem, sed etiam contra habentem ab eo causam.*
34 *Præsentandi quasi possessio ex proprietate non impeditor, nisi clarè de ea constet, & indubitatè.*
35 *Præsentandi quasi possessio in auctore probat pertinentiam iuris patronatus ad fauorem successoris & n.seq. vbi vide.*
38 *Possessio defuncti quatenus continuetur in hærede & supra num. 35. cum seqq.*

DECISIO LXXIII.

VACANTE per obitum q. Ioannis Pauli Coppetti sequutum extra Curiam de mense Iulij 1649. Beneficio simplici in Ecclesia rurali Sanctæ Mariæ de Rocchetta Asculanæ Diœcesis de iure patronatus Laicorum Venerabilis Societas Sanctissimi Corporis Christi erecta in Ecclesia Sancti Francisci de Asculo tamquam hæres substituta in testamento Paridis filij, & hæredis Petri Herculis de Gilianis, ac Collegium Societatis Iesu eiusdem Ciuitatis Asculi, ad quod deuenisse prætenditur alia vox spectans ad Cæsarem alterum filium, & hæredem eiusdem q. Petri Herculis præsentarunt Iosephum Nouellium; Petrus verò Paulus Lentus filius, & hæres Ricci Lenti Donatarij Alexandri filii, Armiliæ filiæ, & hæredis dicti Petri Herculis de Gilianis præsentauit Emidium Blanchinum, qui impetrata prius prouisione Apostolica cum derogatione medietatis vocum cum successiuè obtinuerit per Vicariū Asculanum dictarum literarum Apostolicarum executorem pronunciari illas esse exequendas, ab illius sententia interposita fuit appellatio pro parte Nouellii, & mihi commissa causa appellationis dubitaui, an gratia Blanchini sit iustificata, ità vt dicta sententia de partibus confirmanda, vel infirmanda veniat, & Domini eam iustificatam esse responderunt, & per consequens eandem sententiam confirmarunt.

Vacatio siquidem beneficij per obitum q. Io: Pauli Coppetti vltimi possessoris probatur ex confessione Nouellij venientis ex
1 eadem vacatione, † quæ vt sufficiat firmauit pluries, *Rota, & signanter decis. 544. num. 4. par. 4. decis. 302. num. 2. par. 7. recent. coram Caualer. decis. 55. num. 8. vers. Demum, & fuit resolutum in Salamantina beneficij 4. Februarij 1630. coram Reuerendiss. Terracinen. Fauentina beneficij 17. Iunij 1639. coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo §. quod enim Meleuitana Bonorum 20. Februarij 1640. coram Reuerendiss. D. meo Decano, Mutinen. Beneficij 27. Martij 1648. §. vacatio beneficij, & in Pampilonen. Beneficij de Esparza 15. Decembris 1649. in princ. cor. bon. mem. Arguelles.*

Patronatus Laicalis probatus remanet ex pluribus præsentationibus Patronorum spatio longissimi temporis effectum sortitis, quæ existentiam Iurispatronatus benè firmāt
2 in familia priuata, † in qua non cadit præsumptio vsurpationis, *Rota in Lauden. Iurispatronatus 12. Nouembris 1640. coram bo. mem. Merlino §. Constat enim, & in Bononien. Iurispatronatus de Butrigarijs 16. Martij 1643. coram R. P. D. meo Bichio §. nam vltra quod, & in dicta Mutinen. Beneficij 27. Martij 1648. coram bo. mem. Arguelles*, iuncta etiam sententia in contradictorio iudicio lata de anno 1626. per Vicarium super institutione, quæ ad effectum canonizationis iurispatronatus multum attenditur, ex
3 quo Ordinarij non ità de facili pronunciant super seruitute beneficiorum, quæ tendit in eorum præiudicium, *Rota decis. 11. de iure patronat. in nou. Put. decis. 172. lib. 1. & coram sanct. mem. Greg. XV. decis. 58. num. 3.* Vltra quod dum ordinarius non est in causâ pro libertate beneficij, neque hic agitur de canonizan-
4 do formiter iurepatronatus, † sed lis est inter præsentatos super sola pertinentia ad illius probationem etiam sufficeret sola confessio Nouellij eundem Patronatum sustinentis, *Mantic. decis. 318. num. 1. & seq. Martin. Andr. decis. 5. num. 3. & 4. Adden. ad san. me. Greg. XV decis. 452. n. 22.*

Clericatus iustificatio resultat ex literis pa-
5 tentibus ordinarij, † quibus plena fides adhiberi consueuit *cap. post cessionem, & ibi DD. de probat. Rota decis. 101. num. 1. par. 1. & decis. 15. num. 8. par. 5. recent. & fuit dictum in Tullen. Prioratus 20. Februarij 1644. coram Reuerendiss. Salamantino, & in Calaguritana Præstimonij 10. Maij 1649. coram R. P. D. meo Otthobono §. Vacatio enim beneficij.*

6 Gradus Doctoratus iustificatur † ex communi reputatione, & fama *Bellam. decis. 114* in ijs enim, quæ non concernunt fundamē-
7 tum, † atque substantiam gratiæ sufficit aliqualis probatio, *Rota coram Durano decis. 237. num. 4.* & in terminis, quod pro iustificando
8 Doctoratu † in literis expresso sufficiat communis reputatio resolutum fuit coram *Capuputaq. decis. 277. num. 4. par. 1. in Placentina Canonicatus 11. Martij 1599. coram Orano impressa apud Marchesan. de commiss. par. 1. fol. 399. sub n. 3. vers. Qualitas autem*, & etiam firmatum fuit in *Oscen. Archidiaconatus 14. Decembris 1648. cor. R. P. D. meo Peutingerio §. Docuit enim*, vbi etiā conciliatur decisio emanata in *Cæsaraugustana Pensionis 21. Decembris 1591. coram recol. me. Cardinali Hieronymo Pamphilio impress. penes eundem Marchesan. de commiss. tom. 1. fol. 504.*

Iustificatio valoris per non excessum ducat. 24.

eat 24. desumitur tam ex teste in Curia formiter examinato id explicitè de fama deponente; † qui testis quamuis vnicus sufficit
9 iunctis adminiculis pro iustificatione valoris, *Cæsar. de Graff. decis. 2. num. 1. de exceptione. Greg. XV. decis. 143. num. 2.* præsertim quando, prout hic, agitur de probatione non excessus,
10 quo † casu quæcumque leuiores probationes sufficiunt, *Garz. de benefic. part. 5. cap. 3. num. 198. Ægid. decis. 674. Put. decis. 26. lib. 1. Caputaq. decis. 277. num. 7. par. 1. Rota coram Card. Caualer. decis. 533. num. 6. Placentina beneficij 11. Decembris 1647. in fin. coram R.P.D. meo Otthobono, & in Calaguritana Præstimonij 10. Maij 1648. §. Probatur etiam coram eodem,* quàm plenius ex alijs testibus per optimas rationes concludentibus annuum fructum beneficij, de quo agitur, non excedere rubra nouem frumenti, quorum valor computato anno sterili cum fertili, cum non excedat scuta quinque pro singulo rubro, prout benè probant alij testes examinati super valore dicti frumenti Summ. Blanchini *n.* 6. sequitur, quod valor in totum ascendat ad scuta 45. &
11 ex his si detrahatur sexta pars solita † condonari ex æquitate Rotæ pro substinendis prouisionibus beneficiorum, *vt in decis. 64. sub num. 3. vers. cum vltra expressum par. 3. lib. 3. diuers. & penes Card. Mantic. decis. 182. num. 4. vers. quia Rota solet &c. & decis. 327. num. 7. vers. Et maximè quia Rota &c. & in Conchen. Pensionis 13. Ianuarij 1648. coram R.P.D. meo Corrado §. neque admittitur,* remanent scuta 38. & b. 50. quæ ad vnguem constituunt summam in gratia expressam ducat. 24.

Tota igitur præsentis causæ difficultas reducebatur ad pertinentiam patronalem, An scilicet Blanchinus iustificet se præsentatum à medietate Patronorum, prout in literis expressit. id autem satis visum fuit iustificari ex eo, quod in vltima vacatione secuta de anno 1626. Io. Paulus Coppettus præsentatus fuit à Io. Baptista Coppetta, in cuius iuribus successit Collegium Iesuitarum, à quo præsentationem habet Nouellius, & à Riccio Lento Patre, & auctore Petri Pauli Lenti, qui præsentauit Blanchinum, ex hoc nāque vltimo statu cum appareat duos tantum præsentasse, & ab vno ex istis causam habere Nouellium, ab altero verò Blanchinum vtique sufficienter videtur iustificata præsentatio medietatis Patronorum ad fauorem Blanchini, siquidem ad hunc effectum vlti-
12 mus status, † & vltima, ac immediata possessio attendi solet ad *text. in cap. consultationibus de iurepatronat. Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina n. 53. & 90. de caus. possess. & propriet. Felin. in cap. cum te circa fin. de iurepatronat. Calderin. cons. vltimo eodem titulo Oldrad. cons. 312. num. 2. vers. praterea verb. ex quo tamen Dux reperitur in vltima, & immediata quasi possessione Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 55. Gratian. discept. forens. cap. 577. n. 13. Modern. Pisan. de iurepatronat. lib. 11. cap. 6. n. 12. Rota decis. 2. num. 2. de præbend. in nou. & dec. 49. num. 1. de rescript. in antiq. Put. decis. 2. num. 4. lib. 3. coram fa. mem. Gregor. XV. decis. 77. num. 9. & ibi Adden. num. 12. in recentior. decis. 179. num. 1. vers. & quod ex ista præsentatione par. 3. & dec. 15. num. 8. & 9. part. 5.* & in terminis, quod pro
24 iustificatione pertinentiæ † sufficiat docere se filium, & hæredem eius, qui extitit in quasi possessione præsentandi firmat, *Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 11. num. 118. & 119. Rot. coram fa. mem. Gregor. XV. decis. 452. num. 16. & decis. 349. vbi Add. num. 6. & fuit resolutum in Gerunden. beneficij 11. Martii 1648. coram R. P. D. meo Celso, & in Sulmonen. beneficij 10. Martij 1649. ac in ead. Mutinen. beneficij 27. Martij. 1648. cor. bo. me. Arguelles §. verū etiā ex eo, & in Gerunden. beneficij 1. Iulij 1648. & 5. Maij 1649. coram me.*

Quod autem dictus Petrus Paulus, qui præsentauit Blanchinum, sit filius Riccij Lēti probatur ex testibus datis in eius *Sum. nu.* 8. deponentibus de communi reputatione, ac tractatu de eo, vti de filio legitimo, ac naturali ex Riccio Patre, ex quibus benè concluditur filiatio, maximè quod hic non agitur de filiatione principaliter, sed incidenter,
14 quo † casu quæcumque etiam leuiores probationes sufficiūt iuxta *Doctrin. Gemin. cons. 27. per tot.* & in his terminis firmauit etiam *Rota in d. Mutinen. beneficij cor. bo. me. Arguelles §. quod autem Franciscus.*

Aditionem pariter, seu immixtionem hæreditatis paternæ concludunt ijdem testes; dum deponunt bona hæreditaria Riccij Pa-
15 tris possideri à Petro Paulo filio, † ex dicta namque possessione præsumitur aditio *l. si quis bonis paternis ff. de acquirend. hæred. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 12. tit. 12. num. 8. Add. ad Buratt. decis. 523. num. 10.* Addito præsertim quod per solum actum præsentationis in iu-
16 repatronatus hereditario † censeri debet hæreditatem paternam ab eo fuisse aditam, *Rota in recentior. decis. 77. num. 2. ad med. par. 4. & decis. 96. num. 19. par. 6. & in dicta Gerunden. beneficii 1. Iulii 1648. coram me §. neque releuant præsentationes in fin.*

Non obstat, quod Nouellius vltra præsentationem Rectoris Iesuitarum deducat alias præsentationes ad sui fauorem factas ab alijs prætensis, compatronis, nempè à Confraternitate Sanctissimi Corporis Christi existente in Ecclesia S. Francisci, & à nepotibus, ac hæredibus Armiliæ filiæ Petri Herculis, qui cū prætendant habere maiorem partem vocis Paridis, cuius possessionem assecutus fuit dictus Riccius de anno 1626. idcircò narratiua præsentationis à medietate Patronorum minimè remaneat iustificata; Nulla enim ex dictis præsentationibus visa fuit releuans ad effectum, de quo agitur, nam cum hodie non agatur inter Compatronos contendentes de perpetua pertinentia patronali pro futuris vacationibus, sed inter præsentatos de substinenda prouisione secuta ex vltima va-
17 catione pro illius validitate, † atque subsistentia sufficiat allegare vltimam Riccii possessionem præsentandi pro medietate *dicto capi consultationibus, vbi Butr. num. 9. de iurepatronat. Rota decis. 167. num. 7. & 8. par. 2. diuers.* ità vt effectus dictæ possessionis impediri nec etiam

valeat

valeat ex contraria probatione pertinentiæ
18 in petitorio, † nisi quatenus de illa plenè, &
concludenter doceatur per rem iudicatam,
confessionem partis, vel instrumentum publicum fundationis clarum, & indubitatum,
cui nihil opponi possit *Butr. in cap. ex literis num.8. de iur. patron. Lambertin. de iur. patronat. lib.2. quæst.3. artic.6. num.4. par.1. Rota decis. 362. num.1. cum alijs seqq. & decis.548. num.12. & 13. par.5. Recent. Adden. ad Gregor. XV. dicta dec.77. num.12.* & ratio est, quia collatio, electio, &
19 præsentatio sunt fructus beneficij, † qui
proinde spectant ad bonæ fidei possessorem, non ad Dominum, *l. bona fidei emptor. ff. de acquir. rer. Domin. §. si quis à non Domino instit. de rer. diuision. Gonzal. super regul.8. glos.45. §. 2. à num.4. vsque ad 14. Garz. de benefic. par.5. cap.5. n.2. & seq.*

In proposito autem casu instrumenta, ex quibus deducere prætendunt ius præsentandi tam Confraternitas, quam Nepotes non solum visa non fuerunt Dominis clara, & indubitata, sed potius admodum dubia, & incerta, adeo vt effectum possessionis, in qua hodie reperitur Riccius, impedire non valeant; Confraternitas enim ius suum metitur ex testamento Paridis, qui sibi hæredem instituit Constantiam eius vxorem, & ei quandocunque sine liberis decedenti substituit dictam Confraternitatem; verum cum dictum testamentum non reperiatur in Archiuio inter rogitus Notarij, qui de illo præ-
20 tenditur rogatus, † vt constat ex diligentijs
Archiuistę de mandato Iudicis primę instantiæ factis nullam fidem facit ex Constitut.83. Sixti V. & iuxta bannimenta vigore dictæ Constitutionis edita *Rota decis. 452. n.2. par.1. recent.* immò ad reddendum de falso suspe-
21 ctum dictum instrumentum sufficeret † il-
lud non reperiri in protocollo Notarij rogati ad tradita per *Bald. in l. Cassius num.6. vers. item cum instrumentum suspectũ. ff. de Senator. Natt. cons.633. n.19. Fontanell. de pact. nuptial. claus.13. cum seq. Rota in Compostellana parochialis 13. Maij 1619. coram Sanctiss. D. N. & in Bononien. fideicommissi Bartholomæi de Bologninis 18. Iunij 1648. coram Reuerendiss. Terracinen. §. denique censuerunt Domini*; Præterea esto etiam quod testamentum probaret, adhuc iuspatronatus
22 tamquam † ius directum, & merè honori-
ficum *cap. quando de iudic. Lambertin. de iurepatronat. lib.1. par.2. quæst. 2. artic.35. num.1. vers. ego magis clarè*, transire non potuisset in dictã Confraternitatem substitutam ex fideicom-
23 misso, sed penes Constantiam hæredẽ gra-
uatam remansisset *l. si patroni. l. quia proinde ff. ad Trebell.* quæ iura licet loquantur in Patrono liberti, & in iuribus sepulcrorum, attamen *Bart. in d. l. quia proinde* dicit habere locum etiam in iure patronatus, cum in eo militet eadem ratio, quæ in iuribus sepulcrorum, & in obsequijs à Libertis Patrono præstandis, vt scilicet sit ius merè honorificum
25 seiunctum à commodo, & vtilitate, † quod
proinde non venit in restitutione fideicommissi *Bart. sequuntur Alexand. Castrens. & Imol. in d. l. quia proinde, ff. ad Trebellian. Bero. in cap.1. num.14. & seqq. de iurepatron. Lambertin. eodem tit. lib.1. par.2. q.2. artic.35. num.1.* qui omnes hunc articulum indiuidualiter tractant, & idem senserunt etiam, *Garz. de benefic. p.5. cap.9. num.17. & 18.* vbi plures alij referuntur, *Mantic. de tacit. lib.4. tit.12. num.6. Fusar. de substit. q.634. num.2.* & firmauit etiam, *Rota in Vicen. beneficii 11. Decembris 1619. coram Vbaldo seniore, & in recen. decis.72. num.7. cum seq. part.7. & in Anagnina beneficii 30. Maii 1644. coram me*. Vnde nil mirum, si in vacatione anni 1626. in qua dicta Confraternitas præsentauit, eius præsentatio non admissa, sed reiecta fuit, atque institutionem obtinuit Io: Paulus Coppettus ad præsentationẽ Ioannis Baptistæ Coppetti, & Riccij Lenti, prout constat ex sententia Vicarij Asculani de
26 dicto anno 1626. † quæ cum fuerit acquiescẽ-
te dicta Confraternitate executioni demadata operatur executionem rei iudicatæ contra eandem Confraternitatem, *l. cum quæritur cum duobus seqq. ff. de except. rei iudicat. Rot. coram sanct. mem. Greg. XV. dec.492. num.3.* cum alijs relatis *in dec.348. nu.9. & 10. p.5. recent.*

Visa etiam fuit irrelevans ad controuertendam possessionem, in qua Petrus Paulus ex persona Riccij eius Patris reperitur præsentandi pro medietate ad beneficiũ, de quo agitur præsentatio facta à nepotibus, & hæredibus Ventidii Lenti filii Armiliæ, & à filiabus Ballotii Lenti pariter filii eiusdem Armiliæ, ad quos duæ tertiæ partes vnius vocis spectare prætenditur ex dispositione per testamentum facta ab eadem Armilia de anno 1601. in quo instituto sibi hęrede vniuersali Alexandro Lẽto eius filio voluit, quod in euentum vacationis huius beneficii per obitum Herennij Rocchæ ius eligendi pro vna parte spectaret ad dictum Alexandrum, pro alia parte ad Ventidiũ & pro tertia parte ad filios, & hæredes dicti Ballotii; Nam vltra quod tale legatum non legitur factum de ipso iurepatronatus, sed tantummodo de simplici iure eligendi restricto ad casum vacationis dicti beneficij per obitũ d. Herennij, qui casus cum venerit de anno 1525. non potest extendi ad futuras vacationes, quatenus etiam tale legatum comprehenderet perpetuum patronatus transfusionem illud nõ suffragaretur tum ex defectu cõsensus Episco-
27 pi, † qui omnino requiritur quãdo agitur de
translatione iurispatronatus titulo singulari, *cap. illud cap cum laici, & cap. suggestum de iurepatronat. Achill. de Graff. dec.10. eodem titulo, Rota coram Comitul. decis.77. num.6. & in recent. decis.145. num.5. par. 2.* etiam si legatum factum esset ad fauorem filiorum, *Rocc. de Curt. de iurepatronat. verb. ipse, vel is q.7. nu.15. Lambertin. eodem tract. 2. par. lib.1. art.2. q.6.* vbi vterque testatur de communi; Tum quia ab anno 1610. quo obijt Armilia vsque ad præsens dinumerãtur elapsi 40. anni, absque eo quod appareat acceptatum
28 vnquam fuisse dictum legatum, † & sic ius il-
lud agnoscendi hodie præscriptum dicitur ad tradita per, *Bald. cons.137. nu.7. lib.5. Menoch. cons.201. à num.61. vsque ad 76. lib.3. Grat. decis. Marc.4. num.10. Gratian. discept. forens. cap.118. num.19. cum seqq.*

seqq. qui ampliando dicit, quod nec minus dici potest in mala fide constitutus hæres, contra quem datur actio, quamuis sciat se debitorem legati, 29 † quia agitur de iure quærendo, quod stat in potestate legatarij agnoscendi, atque nō agnoscendi, & dum illud non acceptauit, ac petere neglexit per tantum temporis spatium repudiasse dicitur, prout in terminis concludit, *Claud. Bertaz. in addit. ad Bartolom. Bertazz. cons. criminal. 110. in fin. Rota in Leodien. beneficij 14. Ianuarij 1628. coram Cardinal. Vbald. Pistorien. parochialis 29. Aprilis 1643. coram R.P.D. meo Cerro.* Quo circà iuspatronatus pro voce spectante ad Armiliam eo magis remansit penes Alexandrum hæredem ab ea vniuersaliter institutum, à quo deindè transfusum fuit in Riccium Lentum vltimum Præsentatorem mediante vniuersali donatione per eundem Alexandrum de omnibus bonis ei facta.

Neque dicta donatio redargui potest de inualiditate ex defectu confirmationis Ordinarij quia discussio tituli, & causæ possidendi intēpestiua est in hoc casu, in quo pro substinenda prouisione iam facta attenditur solum vltima, & immediata possessio præsentandi ex supradictis: Et nihilominus dicta donatio tamquā 30 vniuersalis omnium bonorum, † & iurium non requirebat ad sui validitatem aliquā confirmationem Ordinarij, *Abb. in cap. illud num. 4. cap. cum seculum, & cap. ex litteris sub nu. 12. de iurepatronat. Lambertin. de iurepatronat. 1. qu. principali, num. 3. in fine, vers. sed nec responsio, cum alijs cumulatis per Rotam decis. 207. num. 15. & seq. p. 6. recent.* Additur etiam quod dum Episcopus de anno 1626. instituit ad præsentationem Riccij do-31 natarij † per similem institutionem tacitè censetur consensisse donationi, & consensus sic præstitus sufficit ad tradit. *per Lambertin. de iurepatron. lib. 1. part. 1. art. 7. in fin. Add. ad san. me. Greg. XV. decis. 420. nu. 7. vers. item sufficit, & coram Durano decis. 407. nu. 10.* non obstante, quod etiam 32 approbatio † interuenerit post donationem, *cap. suggestum de iurepatronat. Rota decis. vltima eodem titulo in antiq; & in rec. dec. 191. nu. 6. & 7. p. 5.*

Minus obstare visum fuit, quod in vltima præsentatione facta de anno 1626. Riccius enū ciauerit se donatarium Alexandri filij Armiliæ filiæ, atque hæredis Petri Herculis, & quod in testamento d. Petri Herculis instituti fuerint Franciscus, & Paris eius filij, qui pariter fuerint reciprocè substituti, & post obitum amborum sine filijs substituta fuerit Armilia, in quam propterea vigore talis substitutionis transire non potuerit iuspatronatus, cum regulariter illud non veniat in restitutione fideicōmissi, & ideo prætendatur incontinenti constare de non iure præsentantis, & per consequens quod Nouellius præsentatus ab habente proprietatē præferendus sit Blanchino præsentato ab existente in quasi possessione, si quidem per Dominos fuit ponderatum, quod in præsentatione facta de anno 1626. Io: Baptista Coppettus auctor Collegij Iesuitarum admisit in Compatronum dictum Riccium Lentū eumque vti talem fassus fuit in articulis super pertinentia dicti iurispatronatus in actis datis, immò comparuerunt insimul ad excludendā Confraternitatem prætendentem ius præsentandi ex substitutione ad eius fauorem facta in testamento Paridis, quare ex tali admissione, & confessione, vt resultat sufficiens iustifica-33 tio pertinentiæ, † non solum in præiudicium consistentis, sed etiam Iesuitarum causam ab eo habentium declarat, *Peregrin. in terminis iurispatronatus cons. 34. num. 16. lib. 1. Rota in Sulmonen. beneficij 25. Iunij 1640. coram R.P.D. meo Peutingero, & decis. 174. num. 2. in fin. par. 2. & decis. 101. numer. 8. p. 7. recent, Buratt. decis. 792. num. 4.* idemque fuit firmatū, *in Comen. Cappella 27. Aprilis 1648. coram Reuerendiss. D. meo Decano §. fin. Clusina beneficij 5. Iulij 1649. coram R.P.D. meo Bichio §. quaminus in hoc iudicio, Fesulana parochialis 15. Martij §. penult. & 24. May §. vltra quod coram Reuerendiss. D. meo Decano, & 4. Decembris 1620. coram b. me. Merlino §. 1. & seq.* adeo vt semper standum sit dictæ confessioni, & admissioni in Patronū, donec concludentissimè contrarium probetur ab eo, qui illam impugnat, & doceatur de negatiua competentiæ, quæ in præsenti casu dici nō potest probata ex illa sola enunciatiua Riccij, quod Armilia esset hæres Petri Herculis, quia talis esse potuit, ne dum vigore substitutionis, sed etiam in vim alicuius alterius particularis dispositionis, vel etiam ab intestato ex persona tum dicti Francisci, tum quoq; Paridis, maximè quod illius testamenti validitas in dubium reuocatur, quæ possibilitas tituli validi sufficit, vt interim attendi debeat 34 quasi possessio, † & non proprietas, de qua ad impediendum effectum possessionis constare debet adeo clarè, & indubitate, vt in contrariū nihil obijci possit, *Rota coram Buratt. dec. 22. n. 5. & decis. 127. nu. 9.*

Non obstat, quod in possessione præsentandi non reperiatur Petrus Paulus Lentus, sed tantùm Riccius pater, cuius possessionem in filium transire non potuisse absque nouo vsu, & exercitio pręsentandi prætenditur, quodq; Pontifex in concessione gratię sub conditione præsentationis à medietate Patronorum intelligere consueuerit de Patronis in possessione pręsentandi existentibus ad firmata, *in d. Sulmonen. corā R.P.D. meo Peutingero.* Nam quidquid sit, an in incorporibus quasi possessio defuncti transeat in hæredem absque noua apprehen-35 sione certum est, † quod ex quasi possessione pręsentandi sui Auctoris probatur pertinentia iurispatronatus ad fauorem successoris, *Rota decis. 337. sub nu. 3. par. 2. recent. Placentina Cappellæ 30. Octobris 1615. coram bon. mem. Coccino, Add. ad Buratt. decis. 832. nu. 4. Modern. Pisan. de iurepatr. lib. 11. cap. 5. nu. 100. Lotther. de re benefic. lib. 2. q. 11. num. 118. & seq. Rota coram san. mem. Greg. XV. dec. 452. num. 16. & decis. 349. vbi Add. num. 6. cum alijs relatis in Gerunden. beneficij 21. Martij 1648. coram R.P.D. meo Celso, & in Clusina beneficij 5. Iulii 1649 corā R.P.D. meo Bichio;* Idque sine vlla difficultate procedit, quando, prout hic, nullus ex modernis Patronis reperitur in possessione præsentandi ex persona propria, sed suorum au-36 ctorum tantum, † nam tunc certum est, quod quilibet ipsorum iuuari potest possessione sui aucto-

auctoris ponderata, *in d.cap. consultationibus de iure patronat.* exindeque probatur pertinentia
37 patronalis ad fauorem successoris; † quamuis alias possessio defuncti non transiret in hæredem. *Add.ad Gregor.dec.417.nu.14.& Add.ad Buratt.decis.832.num.4.Rota in d. Placentina Cappellæ 30.Octobris 1615.coram Coccino,* & ratio est,quia possessio defuncti quamuis non continuetur
38 in hæredem quoad factum; † nisi actualiter apprehendatur, continuatur tamen quoad effectum ad tradit. per, *Franc.in cap.sine possessione il 3.num.1.vers.propriè tamen de regul.iur.in 6.Balb. de præscript.in 2. part.3.p. principalis sub q.19.in 3. requisit.sub nu.3.& 4.tom.17. fol.69.* & in his terminis firmauit etiam, *Rota in d. Gerunden. beneficii 11.Martii 1648.coram R.P.D.meo Celso.*

Et ita vtraque parte informante.

R. P. D. BICHIO.

Lucana Cappellaniæ.

Veneris 1. Iuly 1650.

ARGVMENTVM.

Beneficium esse simultaneę collationis ex quibus satis superq;probatum remaneat latissimè tractatur; & status beneficii simultaneæ collationis, Episcopi cum Capitulo, an,& quandò immutatus dicatur per collationes factas ab Episcopo priuatiuè quoad Capitulum, clarè demonstratur. Demum an Episcopus induceret possessionem, vel prescriptionem aliquã contra Capitulum, quoad menses ordinarios, si in conferendis dd.beneficijs simultaneę collationis in mensibus reseruatis vteretur alternatiua,quæ simultaneam excludit, eruditè resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Reo quandò ius suum canonizari non petit, sufficit vincere ex non iure actoris.*
2 *Collatio solius Ordinarij est inefficax in beneficijs simultaneæ collationis.*
3 *Beneficium esse simultaneæ collationis quando præsumatur.*
4 *Beneficium esse collationis simultaneæ satis probatur ex consuetudine quadragennaria, etiam absque titulo.*
5 *Amplia quando non constat de anteriori statu contrario.*
6 *Ordinarij confessionibus, quod beneficium sit simultaneæ collationis cum capitulo, quando sit adhibenda fides etiam in præiudicium successorum.*
7 *Confessio Ordinarij, vt attendenda veniat in præiudicium successorum, sufficit quod habeat pro se assistentiam, siue præsumptionem iuris Communis.*
8 *Collatio simultanea semel acquisita sufficit ad excludendam liberam collationem, nisi ex aduerso probetur status contrarius legitimè præscriptus.*
9 *Et quid dicendum sit si multis ab hinc annis citra non exhibeatur aliqua collatio simultaneæ facta.*
10 *Status vltimus beneficij, quando probatus remaneat ex collatione ab Ordinario facta, & quando secus num. 11.*
12 *Status beneficij simultaneæ collationis vt mutatus dicatur per collationes factas ab ordinario priuatiuè quoad alias, requiritur præscriptio quadragenaria.*
13 *Collatio beneficij quæ non probatur effectuata, nullius est momenti.*
14 *Collationes factæ ab Episcopo in mensibus Ordinarys de beneficijs simultaneæ collationis cum capitulo,non inducunt possessionem aliquam contra capitulum.*
15 *Collationis factæ ab Ordinario de beneficio simultaneæ collationis cum capitulo, quando censeantur factæ animo priuandi capitulum.*
16 *Collationes beneficij factæ vigore alternatiuæ excludunt simultaneam, & quare.*
17 *Collationes factæ ab ordinario de beneficio simultaneæ collationis cum capitulo, animo quoque priuãdi ipsum capitulum,an præiudicare valeant.*
18 *Episcopus, qui in mensibus reseruatis vtitur alternatiua in conferendis beneficijs simultaneæ collationis cum capitulo, non inducit præscriptionem contra capitulum quoad menses ordinarios, & quare.*
19 *Præscriptio non currit contra non valentem agere.*
20 *Sed tunc dicitur tantum præscriptum quantum possessum.*
21 *Canonicatum, vt quis obtinere possit sufficit vt sit idoneus seruitio Chori celebre faciendo missas per alios sacerdotes, nisi in fundatione adsint verba personalissima.*
22 *Beneficium inter duos prouisos eiusdem datæ, cui sit adiudicandum.*
23 *Beneficium data omnimoda paritate qualitatum inter prouisum ab Episcopo,& prouisum à Capitulo cui nam sit adiudicandum.*

DECISIO LXXIV.

ADIVDICATIO Cappellaniæ sitę in Ecclesia Cathedrali Lucen. sub inuocatione S. Benedicti petita à Iacobo Sertio, siuè in vim collationis ab Ordinario, siuæ prouisionis à Sede Apostolica reportatæ,denegãda ex vtroque capite visa est in concursu Philippi Sbar-
1 ræ, † cui tanquam reo, ac possessori, cum ius suum, canonizari non petat, sufficit vincere ex non iure actoris, *Cassad.decis 3.num.5.de rest. spol.& dec.7.nu.9.super reg.Cancel.Lotther.de re benef.lib.2.q.42.nu.25.*

2 Collatio † namq; solius Ordinarij inefficax prorsus est in beneficijs simultaneę collationis cum Capitulo, *Gonz.super reg.8. glos.45.num.58* cum aliis alleg. in decisione edita super manutentione sub die 4. Aprilis proximè præte-
3 riti † quale esse Cappellaniam hanc præsumitur; cum existat in Ecclesia Cathedrali, ac de bonis communibus sit dotata,*ca. Ecclesia Vulterana, ibique glos.de elect.Gonz.suder reg.8.d.glos.45. num.38.& seq.Azor.instit.moral.tom.2.lib.6.cap.25 qu.9.Seraph.dec.980.num.2. Mant. decis.56.num.2. Greg.XV.dec.95.num.1.*

Et vltrò probatur ex publicis Instrumentis collationũ simultaneè factarum ab anno 1371 per 90. & amplius annos summ. Sbarræ *nu.* 6.
4 quæ † ad hunc effectum exuberant, quia satis esset consuetudo quadragenaria etiam absque titu-

titulo, vt tradit, *Lotther. de re benef. lib. 2. qu. 21.*
num. 47. & dixit Rota dec. 637. pa. 4. diuers. & melius
in Placentina voti 20. Nouembris 1602. coram bo. m.
5 *Penia*; † Imò cum non constet de anteriori sta-
tu contrario, militat præsumptio, quod etiam
anteactis temporibus eodem modo Cappella-
nia collata fuerit, *Rot. decis. 482. num. 1. coram san.*
mem. Greg. XV. dec. 188. num. 1. decis. 229. num. 1. p. 1.
rec. decis. 57. num. 9. & seqq. par. 6. dec. 659. num. 6. co-
ram bon. mem. Penia, & in Valentina Rectoria 22. Iu-
6 *nij prox. præt. §. prout in fin. coram me*: † Quò ma-
gis iunctis confessionibus non semel emissis
ab Ordinarijs Lucen. quod collatio de iure, &
consuetudine spectat ad Episcopum, & Capi-
tulum simul dicto summ. *num 6.* quibus pro-
pter assistentiam iuris communis, adminicula
dd. collationum, & antiquitatis videtur adhi-
benda fides etiam in præiudicium successorũ,
glos. in cap. dudum il 2. verbo de veritate, vers. qui ta-
le, de elect. Seraph. decis. 292. num. 3. decis. 436. nu. 7.
decis. 442. num. 2. Rot. dec. 177. num. 5. part. 2. diuers.
decis. 334. sub nu. 2. par. 1. recen. & in alijs ab Adden.
7 *ad Bur. decis. 453. sub num. 11.* † vbi addit satis es-
se ad hunc effectum, quod confessio habeat
pro se assistentiam, siue præsumptionem iuris
communis ex sententia, *Abb. in cap. si diligenti*
nu. 4. de præscript. quam sequuta est *Rot. dec. 141.*
nu. 6. par. 2. diuers. vbi allegantur contrà.
8 Non obstat, † quod ab anno 1445. citrà nõ
exhibeatur aliqua collatio facta à Capitulo si-
mul cum Episcopo. Quia ad excluden. pri-
uatiuam collationem Episcopi, sufficit docuis-
se, quod Capitulum vel ex dispositione iuris
communis, vel ex præscriptione semel com-
pleta simultaneam acquisiuerit, nisi exaduer-
so probetur status cõtrarius legitimè præscri-
ptus, *Maresc. var. resol. lib. 1. cap. 55. nu. 70. & seqq.*
post Gemin. in cap. cum de beneficio n. 8. Franc. ibidem
num. 5. de præben. in 6. Felin. in cap. in nostra, num. 43
de rescript. Rot. decis. 2. num. 1. & 3. de præben. in nou.
decis. 1. nu. 8. & 9. decis. 238. num. 5. par. 5. rec. & in
his terminis *Lotther. de re benef. lib. 2. q. 21. nu. 45.*
9 aliàs † enim præsumitur aut non euenisse va-
cationes Cappellaniæ in mensibus Ordinarijs,
in quibus tantum, vti infra dicetur, locum
habet simulanea, aut continuata etiam in fu-
turum possessio Capituli, *Hond. cons. 20. num. 12.*
lib. 1. Rot. decis. 237. num. 2. decis. 321. nu. 4. par. 1. rec.
& in Elboren. iuris conferen. 4. Iul. 1640. coram Reue-
rendiss. Salamantino.
10 Ita vt † nec releuet prouiso ab Ordinario vl-
timus status, & sola quasi possessio Ordinarij
conferendi priuatiuè ad Capitulum, quæ satis
esse solet quando, vt in casu nostro, quæstio
principaliter non pendet inter collatores su-
per pertinentia iuris conferendi, sed inter pro-
uisos super validitate collationis, *Rota dec. 154*
num. 3. & 4. in fine, vbi sic conciliantur decisio-
11 nes contrariæ *par. 1. rec.* † nam hoc limitatur,
quando per publica instrumenta, vel partis cõ
fessionem incontinenti constat ius conferendi
ad alium pertinere, *Maresc. d. lib. 1. cap. 55. nu. 66*
Rot. decis. 435. nu. 4. par. 2. decis. 13. num. 26. p. 6. rec.
& in alijs alleg. per add. ad Burat. decis. 776. nu. 15.
& 16. qui est casus noster vt supra demonstra-
bam.

12 Doctum verò fuit, † quod nouissimè Ordi-
narius ius conferendi priuatiuum præscripse-
rit mediantibus collationibus priuatiuè factis
per 40. annos, vt requiritur, *Franc. in d. cap. cum*
de beneficio sub num. 5. Gonz. super reg. 8. glos. 7. nu. 8.
Lotther. de re benef. lib. 1. q. 21. num. 47. vbi loqui-
tur in puncto collationis simultaneæ, *Seraph.*
decis. 950. num. 2. Add. ad Greg. XV. dec. 434. nu. 20.
siquidem collationes adductæ summ. Sertij
13 *num. 1. & seqq. vsque ad 6.* † excepta prima anni
1559. quæ nullius momenti est, quia non pro-
batur effectuata, *Calder. cons. 12. de iurepatr. Lot-*
ther. de re ben. lib. 1. q. 34. num. 42. & in specie, *Rot.*
14 *decis. 124. num. 5. par. 3. rec.* † factæ omnes fuerunt
in mensibus reseruatis quos Ordinarius vigo-
re alternatiuę ad se spectare prætendebat, eſ-
que in illis Capitulum, cui solum in mensibus
Ordinarijs suffragatur simultanea, ius aliquod
prætendere non posset, inde fit, vt ex huiusmo-
di collationibus possessio aliqua, vel pręscri-
ptio educi non valeat contra Capitulum re-
spectu collationum in mensibus Ordinarijs ei
competentium, vt in puncto respondit, *Rota d.*
decis. 124. num. 5. vers. alia, par. 3. rec. decis. 643. nu. 2.
p. 2. & in Nouarien. Canonicatus 1. Decembris 1608
coram bon. mem. Iusto impressa apud modernum Perus.
de manut. dec. 563. nu. 3. & 4.
15 Nec vrget, † quod Ordinarius contulerit
animo priuandi Capitulum, vt colligitur tum
quia asseruit ad se spectare omnimodam dis-
positionem ponderando verba, *omnimodam, vt*
ex glos. in clem. 1. verbo omnimodam, de for. compet.
ponderauit in terminis collationis, *Rot. dec. 296*
nu. 1. par. 1. diuers. & in montis Altis beneficij 15. De-
16 *cembris 1645. §. sed verè, coram me*, † Tum quia
contulit nominatim vigore alternatiuæ, quæ
incompatibilis est cum simultanea Capituli,
Lotther. de benef. lib. 2. q. 40. num. 120. in fine Rota pe-
nes Caual. dec. 359. num. 7. & in Oscen. Archidiacona-
tus 10. Maij 1647. §. neque iuuat. coram R. P. D. meo
Peutingero.
17 Quia † voluntas hæc priuandi, ac ipsa pos-
sessio priuatiua nõ egreditur limites facti, hoc
est collationum in mensibus reseruatis, à qui-
bus inferri non potest ad Ordinarios, quia in
illis An Episcopus vigore alternatiuæ posset
conferre, nec ne, non tangebat ius Capituli,
quod prætendit dumtaxat menses Ordinarios,
sed Papæ vt aduertit, *Rota d. decis. 563. nu. 3. apud*
18 *moder. Perus. de manut.* † vnde nec mirum, si Ca-
pitulum quamuis collatio simultanea sit, sci-
uerit, & passus fuerit, Episcopum alternatiua
vti in mensibus reseruatis, sciebat enim simul
nullum exinde generari sibi præiudicium in
Ordinarijs, & sicuti non poterat alternatiuæ
vsum in reseruatis impedire, quia sua non in-
terat, *Innoc. in cap. mandatum, sub num. 5. de rescr.*
Rota coram san. mem. Greg. XV. dec. 221. nu. 4. ibique
Add. num. 11. ita neque ex eodem vsu resultare
potest contra ipsum præscriptio priuatiua in
mensibus Ordinarijs iuxta receptissimã con-
19 clusionem, † quod non valenti agere, non
currit pręscriptio, vt notant omnes, *in l. 1. §.*
vlt. C. de annal. excep. cap. quia diuersitatem de concess.
præben. Bur. decis. 629. num. 4. Rota in rec. decis. 407.
20 *num. 17. par. 5. decis. 270. num. 2. par. 6.* † quodque

tan-

tantum præscriptum quantum possessum, *l.1. §.Iulianus erit, ff.de itin.actuq; priuat.capit. auditis, cap.cum olim. de prascrip.cap.quoad translationem de off.deleg.Ias.in l.3.§.1. ex num.35. ff.de acquir.poss. Rota decis.265.num.27. & seqq. par.5.* sufficit itaque Capitulo quòd nullius adsit status, ac possessio priuatiua conferendi in mensibus Ordinariis.

Prouisio pariter Apostolica non suffragatur Sertio, quia sub eadem data similem prouisio-
21 nem obtinuit etiam Sbarra, † qui licet nondum ætate habilis ad ordines sacros, & distributiones lucrandas, idoneus est seruitio Chori, & oneribus Cappellaniæ, celebrando Missas per alios Sacerdotes, vt censetur permissũ, nisi in fundatione adsint verba personalissima, *Lao alleg.35.num.3.& alleg.117.sub num.1.versic. nec obstat, Felin.in cap.cum omnes 32.circa finem, ver. & hoc procedit de constit.Card.in cap.fin. num.16.de cler.non residen.Lotter.de re benef.lib.3.q.27. nu.12.* & declarauit Sacra Congregatio Concilij Tridentini in pluribus causis, quas refert, *Garz.de benef.p.7.c.1.n.49.85.87.& 93.*& sequuta est *Rot. dec.129.apud Mant.dec.86.nu.3.dec.729.n.2.p.2.rec. & in Regien.beneficij 9.Decemb.1639.coram me, vbi allegatur concord.*

22 De cętero autem † ipsi Sbarrę debetur gratificatio, tum quia est in possessione Cappellanię, tum quia aliud beneficium Ecclesiasticũ non habet, habet verò plura Sertius sic disponente reg.17. Cancellarię de concurren.in data quę inter duos prouisos eiusdem datę præfert possidentem non possidenti, & non beneficiatum beneficiato, vt notat etiam, *Mandos.super eadem reg tunc. 16.q.21. per tot. qu.26.sub*
23 *num.3.in fin.Io.à Chocchier.num.28.& 40.*† quicquid dicendum esset nisi hę duę qualitates cõcurrerẽt, in quibus terminis data scilicet paritate omnimoda qualitatum prouisi ab Episcopo, & à Capitulo illum pręferri eo quod cum Episcopus sit caput Capituli, & in dignitate constitutus, eius vox pinguior reputatur voluit, *Feder. de Sen. consil. 232. in fine versiculo deinde.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

R. P. D. BICHIO.

Portuen. Affictus

Veneris 1. Iulij 1650.

ARGVMENTVM.

Successor in beneficio an, & quandò teneatur stare locationi ab antecessore factę, & quandò huiusmodi locatio dici possit ratificata ex perceptione affictuum decursorum, latissimè disputatur: Et quid si Antecessor post celebratam locationem, apocam modificatiuam, ac resolutiuam prohibitionis in Instrumento expresse, fauore conductoris conficeret, asserendo d. apocam fuisse factam correspectiuè ad primordialem tractatum, an successor possit solummodò instrumentum approbare, & apocam reprobare, eruditissimè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Pactum in contractu appositum seruari debet.*
2 *Pactum in praeiudicium Ecclesiæ, & successorum, quibus ex Instrumento fuerat ius quæsitum, non potest deinde per apocam remitti.*
3 *Locatio bonorum Ecclesiæ facta ab antecessore, non obligat successorem, quamuis agatur de locatione ad modicum tempus.*
4 *Limita quando Rector contraxit nomine Ecclesiæ, & ad Ecclesiæ vtilitatem, & quando dicatur contraxisse nomine Ecclesiæ num.5.*
6 *Item limita quando annus est iam ceptus, culturaq; impensa iam facta.*
7 *Successor in beneficio non tenetur stare locationi bonorum à predecessore facta si ante sationem declarauit nolle continuare locationem.*
8 *Locatio bonorum Ecclesiæ facta ab Antecessore vt obliget successorem quæ requiratur.*
9 *Episcopi assertioni facta in locatione bonorum Ecclesiæ, non creditur in praeiudicium successoris.*
10 *Locatio bonorum Ecclesiæ vt dicatur facta in illius vtilitatem, non suffragatur obligatio bonorum Ecclesiæ, & successorum facta à Rectore.*
11 *in Locatione bonorum Ecclesiæ, quando priuata vtilitas Rectoris, & non Ecclesiæ contemplata dicatur.*
12 *Contractui principali inesse dicitur, quidquid prouenit ex promissione tunc temporis facta, & sine qua contractus non esset celebratus, intellige vt numero 14.*
13 *Amqlia etiam in praeiudicium tertij.*
15 *Successorem in beneficio sicuti non afficit locotio bonorũ facta ab Antecessore, ita nec praecedens promissio de illam conficiendo.*
16 *Ratificatio nihil operatur, nisi probetur scientia in ratificante.*
17 *ad Ratificationem inducendam requiritur notitia specifica illius, ex quo gigni potest praeiudicium.*
18 *Locatio bonorum Ecclesiæ facta ab Episcopo predecessore, vt censeatur ratificata per successorem, recipiendo affictus, quid requiratur.*
19 *Ratificatio locationis bonorum Ecclesiæ tacitè resultans ex patientia, & receptione affictuum, non extenditur vltra Instrumentum, cuius vigore affictus recepti fuerunt.*
20 *Scientia Instrumenti inducit notitiam contractus intellige vt num.21.*
22 *Intimatio apocæ facta domi dimissa copia an inducat notitiam tenoris illius.*
23 *Scientia præsumpta non aufert facultatem contradicendi à die vera notitia.*
24 *Scientia vera, indubitata, ac ineuitabilis requiritur, nec sufficit præsumpta, vt quis non contradicendo sibi praeiudicet.*
25 *Amplia quando agitur de magno praeiudicio.*
26 *Locationi inesse dicitur conuentio inita in actu locationis, & illius pars indicatur.*
27 *Contractus non potest in partem sciendi, sed vel in totum reprobari, vel approbari debet cum omnibus pactis inter contrahentes conuentis.*
28 *Contractus non diuiditur.*
29 *Ecclesiæ licèt competat priuilegium eligendi an velit stare contractui nec ne, non tamen potest illũ scindere, & in parte approbare, & in alia reprobare.*

30 *à Conuentione inter contrahentes inita, censetur recessum, si postea fuit Instrumentum celebratum cum pacto contrario.*

31 *Contraria ad inuicem se tollunt.*

32 *Apoca modificatiua ac resolutiua prohibitionis in Instrumento expressæ nihil operatur, nisi statim confecta fuerit.*

33 *Incontinenti dicitur factum, quod intra terminũ decem dierum aut infra fuit executum, & quid si post quindecim dies num. 34.*

35 *Differre est signum contrariæ uoluntatis.*

36 *Ius tertio quæsitum ex Instrumento, non potest deinde tolli à contrahentibus per apocam modificatiuam illius, licet asseretur facta correspectiuè ad primordialem tractatum.*

37 *Amplia etiam si apoca possit esse correspectiua quoad contrahentes ipses principales.*

38 *Simulatè quandò aliquid fuit adiectum, nulla pro eo competit actio.*

39 *Simulatio allegari nõ valet absq; labe periurii quando in Instrumento partes iurauerint omnia in eo contenta fuisse vera.*

40 *Affictus integros Beneficij in Instrumento locationis expressos debet successor percipere.*
Et quid si in ea quantitate stipulatum fuit intuitu facultatis concedendæ, & postea per apocam concessæ quam successor seruare non debet.

41 *Conductor bonorum Ecclesiæ an possit agere contra primum locatorem, si successor ei non seruauerit, quod in locatione promissum fuerat.*

DECISIO LXXV.

CASALE Portuense cuius septem ex duodecim partibus ad Eminentiss. Episcopum Portus, & aliæ quinque ad DD. Canonicos S. Petri in Vaticano spectant, Eminentiss. D. Cardinalis Lantes tunc Episcopus, & Canonici de anno 1641. locarunt ad nouennium Dominico Sbaccaro ex socijs pro annuo affictu scu. 4620. & in Instrumento publico desuper rogato sub die 5. Februarij dicti anni, apposuerunt expressam prohibitionem Affictuarijs; ne vltimo anno affictus terris Casalis vti possint ad aliũ vsum, quàm herbarum, alioquin quidquid sererent, aut plantarent cebat vtilitati, & lucro lucrorum absque aliquo defalco culturę, seminis, vel cuiuscuis alterius expensę, quam Affictuarij fecissent. Quam tamen prohibitionem per aliam apocam priuatam post quindecim dies exaratam, moderati fuerunt quoad ratam rubrorum 140. terreni firmo in reliquis remanente dicto Instrumento.

Ideo currenti hoc anno 1650. qui est nonus & vltimus affictus, & quo Affictuarij prçuia intimatione iuxta formam d. apocę terras coli, & seri fecerunt, an eis id licuerit mota fuit iudicialis quęstio ab Eminentiss. D. Card. Roma, qui annis prçteritis Ecclesiam Portuensẽ optauit ascendente D. Card. Lantes ad Ho-
1 stiensem, & Sac. Collegij Decanatum; † vrget enim expressa prohibitio, & pactum in publico Instrumento locationis, vt supra appositum, quod seruari debet, *l. si quis fundum, ff. locat. l. legem, vbi Bald. in princ. C. eod. Paris. cons. 79. numer. 18. lib. 3. Barz. decis. 59. num. 9.*

2 Non obstat † eiusdem prohibitionis relaxatio post 15. dies in apocam deducta, quia fieri nõ potuit in pręiudiciũ Ecclesię, & successorũ, quibus ex Instrumento ius fuerat quæsitum, *Gamm. dec. 178. num. 6. Cas. Manen. decis. 31. num. 7. & 28. Fontanel. decis. 540. num. 4.* itaut successor illi stare nõ teneatur, siue attendamus potestatem prædecessoris, qui locauit, siue lacationis ratificationem à successore, vt infra factam;
3 prędecessor † namque cum vsufructuario cõparetur, & ius in fructibus habuerit, donec dũtaxat hanc Ecclesiam possideret obligare successorem ad contentata in apoca non potuit, quamuis agatur de locatione ad modicũ tempus, *gloss. in cap. vlt. verb. statutum terminũ, ne Prel. vic. suas cõmuniter recepta ab Innoc. Io: Andr. & alij quos refert, & sequitur Grat. discept. 606. num. 1. & seqq. Barbos. de potest. Episc. allega. 94. num. 1. Rot. decision. 210. numer. 3. inter. impress. apud Statil. de salu. interdict. & decision. 399. numero 1. Cardin. Mellini.*

Limitationes autem huius conclusionis,
4 quarum † altera est, quando Prelatus contraxit nomine Ecclesię & ad Ecclesię vtilitatẽ ex allegatis, *à Mant. de tacit. & ambig. lib. 5. tit. 13. n. 12*
5 *& ab Add. ad Burat. dec. 482. n. 17.* † prout contraxisse videtur D. Card. Lantes, quia locauit adlectio nomine Episcopatus, asseruit locationẽ tendere in vtilitatem Ecclesię, stipulatus fuit pro se, & successoribus, & bona Ecclesię pro
6 obseruantia contractus obligauit. † Altera quando annus est iam ceptus, factaq; culturæ impensa *iuxt. allegat. à Barbos. d. allegat. 94. num. 3. Grat. d. discept. 606. nu. 9.*

7 Non applicantur casui nostro. † Non secunda, quia non versamur in anno, quo locator hanc Ecclesiam dimisit, & successor ante sationem statim, ac sciuit, declarauit nolle stare apocę, vt in terminis respondit, *Rota d. dec. 210. num. 7. in fin. apud Pacific. de salu. interd.* Non
8 prima, † quia ad huc effectum copulatiuè requiritur, quod contractus celebretur nomine Ecclesię, & ad Ecclesię vtilitatem, *Soccin. cons. 34. sub num. 3. circa fin. vers. vnde ista duo lib. 3. Redoan. de reb. Eccles. non alienan. q. 57. sub numer. 88. infra med. versicul. subdens. Mantic. de tacit. d. lib. 5. tit. 13. numer. 16. Cardinal. Millin. d. decision. 399. num. 1. & 2.*

At hic circumscripta assertione locatoris,
9 cui † de hoc non creditur in pręiudicium successoris, *Oltrad. cons. 261. per tot. Mantic. in punct. d. tit. 13. num. 9. Rot. decis. 716. num. 1. decis. 752. num. 3. par. 1. diuers. decis. 358. num. 12. & seqq. part. 5. recen. decis. 339. nu. 7. & 8. coram bon. mem. Card. Caualer.*
10 nullibi constat, † quod contractum fuerit in vtilitatem Ecclesię, nihil in id suffragante obligatione bonorum Ecclesię, & successorum, *Grat. d. discept. 606. num. 12. Rot. d. dec. 210. sub nu. 3.*
11 imò † ex quo affictus annui cedere debebant ad commodum locatoris, priuata illius vtilitas non Ecclesię contemplata conuincitur, *Redoan. de reb. Eccles. non alienan. d. qu. 57. sub num. 88. ibi, vt ipse perciperet redditus Mantic. d. tit. 13. nu. 10. & 22. Rot. d. decis. 210. sub num. 3. ibi, vt scilicet fructus suos faceret, & in Pampilonen. alienationis 15. Ianua-*

Ianuarii 1649. §. 1. in fin. corā me, facit Butr. in cap.
exposuisti nu. 2. de praeben. & ibidem Abb. nu. 4. in fin.
vers. & considera, Imol. nu. 1.

12 Atque hinc nō obstat, † quod relaxatio pro-
hibitionis tanquam proueniens ex promissio-
ne facta tempore ipsius contractus, & sine qua
Affictuarii non conduxissent, censeri debeat
pars ipsius contractus principalis iuxtà theo-
ricam, quam tradunt, *Doct. in l. qui sic, ff. solut.*
& in terminis apocę, seu pacti in alio Instru-
mento appositi, *Ias. cons. 111. num. 10. lib. 4. Becc.*
cons. 45. num. 32. Buratt. decis. 775. numer. 18. & 19.
13 vbi † hoc ampliat etiam in pręiudicium ter-
14 tij: † nam pręter quod omnes allegati loqu-
untur de apoca, seu Instrumento celebrato
coram eisdem testibus, ac Notario, & incon-
15 tinenti, † satis est respondere, quod sicuti suc-
cessorem non afficit ipsa apoca, ità nec praece-
dens promissio quatenus probaretur de illam
conficiendo, *ad text. in l. 1. in fin. C. fund. dotal. l. alie-*
nationis verb. ff. verb. signif. l. fin. Cod. reb. Eccles. non
alienan. Dec. cons. 584. num. 11. Valasq; consil. 109.
num. 37.

16 Pariter † non releuat ratifitatio successoris
elicita ex perceptione affictuum decursorum,
quia nisi exaduerso probetur, quod ante rece-
ptionem successor sciuit contenta in apoca, re-
cipiendo affictus vigore Instrumenti locatio-
nis debitos censetur quidem ipsum Instrumē-
tum, ibique contenta ratificasse, sed non con-
uentionem illi contrariam à se ignoratam, &
in apoca longè post ædita positam *l. 3. §. scio, ff.*
minor. Natt. cons. 672. num. 54. vers. quod dictu, Ce-
phal. 153. num. 98. Neguś. q. 320. num. 41. Buratt. de-
17 *cis. 136 num. 8.* † nusquam enim ratificatio tra-
hitur ad ignorata, quin ad eam inducendam
requiritur notitia specifica pacti, ex quo gigni
potest præiudicium, *Paris. cons. 47. num. 97. lib. 1.*
Bertaz. consil. ciuil. 46. num. 22. Neguś. d. q. 320. nu. 47
18 *Caualer. decis 612. num. 27. & 28* † & in terminis
locationis factæ ab Episcopo prędecessore, *Se-*
19 *raphin. decis. 136. num. 2.* † Quominùs resultans
ex patientia, & receptione affictuum, quæ cū
sit tacita non extenditur vltra Instrumentum,
cuius vigore affictus recepti fuerunt, vt in pū-
cto locationis huius Casalis alias factę à præ-
decessore Episcopo Portuense, *Put. dec. 147. nu-*
mer. 5. dec. 175. num. 2. & seqq. decis. 178. num. 3. lib. 1.
in correct.

20 Scientia † verò D. Cardinalis successoris
nullo modo probatur, non quidem ex quo
ille sciuerit Instrumentum locationis, *ad text.*
21 *in l. non est ferendus, ff. transact.* † quia huius le-
gis præsumptio militat, quoad contenta in
eodem Instrumento, secus si in separato, vt in
fortioribus terminis *Rot. decis. 134. num. 9. & seqq.*
22 *par. 4. tom. 2. recent.* † non etiam ex intimatione
illi ab Affictuarijs facta non præterito, ante-
quam ferere inciperet enunciando diem apocę
in qua concessa fuit facultas ferendi in vltimo
anno, quia in intimatione non fuit insertus
tenor apocæ, cuius statim ac notitiam habuit
successor contradixit, vt potuit, cum execu-
tio intimationis vti facta domi dimissa copia
induxerit solum præsumptam illius notitiam,
Franc. in cap. bon. mem. num. 2. de appell. Tiraquel. de
23 *retract. lignag. §. 9. gloss. 2. num. 42.* † quæ non au-
fert facultatem contradicendi à die veræ no-
titiæ *Rot. decis. 2. num. 1. de dol. & contum. in non.*
decis. 446. de appell. in antiq. & in Bonon. attentato-
rum 12. Maij 1595. coram Orano, impress. apud
24 *Marches. de commiss. par. 2. fol. 62. num. 2.* † nec an-
tea intimati acquiescentiam, nisi contradixe-
rint, conuincit, quia non præsumpta suf-
ficit, sed requiritur vera, indubitata, ac ine-
uitabilis scientia, vt quis non contradicendo
sibi præiudicet, *Rota coram Put. decis. 42. lib. 1.*
coram recol. mem. Coccino decis. 283. num. 4. inter re-
25 *cent. d. decis. 95. num. 2. par. 1.* † præsertim cum
agatur de magno præiudicio D. Cardinalis,
Rot. decis. 95. num. 2. decis. 111. num. 7. part. 1. recent.
& in Beneuentana Domus 13. Nouembris 1548. in
fin. coram R.P.D. meo Otthobono.

Non obstat, quod ipsa approbatio, & rati-
catio Instrumenti secum trahat in necessariā
consequentiam approbationem pacti, & fa-
26 cultatis ferendi in vltimo anno, † quippeque
cum sit concessa in vim decreti ante Instru-
mentum emanati à DD. Canonicis locatori-
bus, & specialis conuentionis initæ in actu
locationis dicitur inesse ipsi locationi, *Gabr.*
27 *cons. 58. num. 14. lib. 1.* & illius pars, † quam
successor scindere non potest, sed vel in totū
reprobare, vel approbare cum omnibus pactis
inter contrahentes conuentis, vt in specie de
Ecclesia dixit *Bald. in cap. nihil est 44. sub num. 6*
28 *vers. dummodo vnus,* † & idem contractus non
diuidatur de elect. quem cum alijs refert, &
sequitur *Tiraq. de retract. conuent. ad fin. tit. sub*
num. 6. vers. quod si Ecclesia, Rota in Placentina De-
cimarum 2. Aprilis 1586. coram Bubalo, & coram
san. mem. Greg XV. decis. 467. nu. 5. vbi adden. n. 16.
29 aduertit † competere quidem Ecclesiæ priui-
legium eligendi, an velit stare contractui, nec
ne, nullatenus autem illum scindendi, vt in
parte approbet, & in alia reprobet.

Hoc enim obiectum præter quod non per-
cutit ratificationem apocæ de præterito ex de-
fectu illius scientiæ, vt supra dicebam impos-
30 sibilem, corruit † quia à supracitato decreto
Canonicorum, & conuentione inter contra-
hentes inita, quatenus probaretur censeretur
recessum, ex quo postea fuit Instrumentum
celebratum cum pacto contrario, *Abb. cons. 70*
num. 12. Neguś. quæst. 47. num. 30. & quæst. 408. n. 6.
Cas. Manen. decis. 31. num. 1. vers. si praecessit, con-
31 traria nemquè ad inuicem † se tollunt, *Bella-*
mer. cons. 9. num. 6. Grat. discept. 301. num. 75. Quo
magis quia apoca modificatiua, ac resolutiua
prohibitionis in Instrumento expressæ, non
fuit confecta statim vt opus erat, *vt ex text. in*
in l. si ad resoluendam, C. præd. minor tradit *Alex.*
cons. 10. num. 5. & seq. lib. 1. Bellon. de his, quæ in
in cont. fiunt cap. 39. sub numer. 3. vers. sed debent,
Arias de Mesa var. resolut. lib. 3. cap. 25. num. 1. ne-
32 que † intrat quatuor, aut quinque, vel etiam
decem dies, infra quos aliquid incontinenti
factum dici, tradit *Berengar. in l. pacta conuenta*
ff. contrahen. empt. cap. 1. num. 43. Bellon. d. tract. lib. 1.
cap. 50. num. 4. Arias de Mesa var. resol. lib. 1. cap. 13
34 *sub num. 4.* † sed post quindecim dies, in qui-
bus terminis Gabr. aut aliquis exaduerso alle-

35 gatus non loquitur, † & sanè nisi partes pro-
hibitionem vigere voluissent tanto tempore
contrariā apocam non distulissent, *vt per Ma-*
36 *non.cons.128.num.2.* † parumque refert, quod
apocām asseruerint facere correspectiuè ad pri
mordialem tractatum, quia ex interuallo non
potuerunt id asserere in damnum successorū,
quibus mediante speciali stipulatione pro suc.
cessoribus fuerat ex Instrumento ius quęsitum
Maresc.var.resol. lib.1.cap.5. num.10. & seq. cum
37 aliis supra allegatis, † nec repugnat, quod
apoca possit esse correspectiua, quoad contra-
hentes ipsos principales, non autem quoad
tertium, hoc est successores, de quorum etiā
interesse agitur, & pro quibus illa stipulata
non legitur, vt bene aduertit *Cas. Manen. de-
cis.31.num.15. post Ias. in l. lect. num.31. ff. si cert.
pet. Dec.cons.93.num.3. Cremen.singul.108. & alios
ibi allegatos.*

38 Tandem non obstat, † quod prohibitio fue-
rit simulatè adiecta, ideoque ex ea agi non
valeat, vt late exornat *Ias. in l. cum ea num.8.
C.transact. Becc.cons.52.num.35. & seqq. Rot.dec.9.*
39 *num.1.par.3.recent.* † Quia cum in Instrumen-
to locatioois partes iurauerint omnia ibi cō-
tenta esse vera, allegari non valet simulatio
absque labe periurij, saltem donec innotescat
*Abb. in cap. cum contingit num.24.vers. decimus ca-
sus de iur.iur. Butr. ibidem num.6.membr.6. Imol.in
cap. ad nostram in fin. de empt. & vendit. Alex.cons.
36.num.3. & cons.132.num.3.lib.2. Rolan.cons.47.
num.31.lib.4.Grammat. decis.45.num.1. Seraph. de
priuil. iuram. priuil.59.num 11. vers. sed certè, &
num. 12.* præter quod deest etiam causa simu-
landi, vt latè deductum fuit per informantes
pro Eminentissimo Episcopo, & agnouisse
videntur ipsi Affictuarij, dum non ex hoc ca-
pite seruerunt, sed in vim apocæ eam pote-
statem tribuentis, quæ tamen, vt comproba-
tum fuit, successori non nocet.

40 Aequitas autem † exaduerso magnificata,
ne successor locupletetur cum aliena iactura,
dum recepit integros affictus, quos Affictua-
rij quoad ratam scut. 400. promiserunt intui-
tu dictæ facultatis per apocam concedendæ, &
postea concessæ, facilè euacuatur, tum quia
in articulis exaduerso productis, & sine veri
præiudicio habitis pro confessatis non dicitur
auctus affictus in scutis 400. contemplatione
dictæ apocæ, sed ideò libentius hanc summā
Affictuarios promisisse, ibi, *tanto più, che det-
ti Signori Affittuarij crescano scudi 400. l'anno di più
che non si troua da altri*, quod augumentum
de cætero ipse Casalis valor exposcebat, cum
annis proximè antecedentibus locatum fuis-
set pro affictu longè maiori, vt in hodierno
Summario responsionis pro D. Cardinale litt.
A. Tum etiam quia sibi imputare debent cō-
ductores, cum præuidere debuerint casum
mortis, vel dimissionis a locatore factæ *Paris.
de resign. lib.1. quæst. 16. num.47. & 48. Molin. de
primogen.lib.1.cap.21.num.8. & 9. Gratian.discep-
tat.606. sub num. 1. vbi allegat concord. Barbos. de
potestat. Episcop.allegat.94. sub num.11.* Et in om-
41 nem † euentum poterit, quatenus opus sit,
de hoc haberi ratio, dirigendo forsan actiones
contra primum locatorem *ex alleg. per Barbos.
d.allegat.94.num.7. & 12.*

Ex quibus non licuisse Affictuarijs serere decisum fuit causa bis proposita vtraque parte informante.

R. P. D. BICHIO.

Pisana Sepulturæ.

Veneris 1. Iulij 1650.

ARGVMENTVM.

Attentata in Spretum inhibitionis commissa sunt omnino reuocanda, nec attenditur æquitas etiamsi ageretur de exhumatione cadaueris Quod fortius procedit si constet de bono iure petentis reuocationem.

SVMMARIVM.

1 *Attentata sunt omnia gesta post inhibitionem præsentatam.*
Quod procedit etiam si præsentatio facta fuerit procuratori in Curia & attentata fuerint commissa in partibus.
Dummodo tantum tempus intercessit quo procurator principalem certiorare potuerit. num.2.

3 *Attentata in primis & ante omnia sunt purganda.*
Etiam si agatur de exhumatione cadaueris quando sunt in Spretum inhibitionis Commissa num.5. & seqq.
Quod fortius procedit si constat de bono iure petentis exhumationem cadaueris & iste sit in capsa lignea repositum num 9. & 11.

4 *Attentata an sint purganda quando agitur de exhumatione cadaueris distingue vt num.5.*

6 *Attentata semper sunt reuocanda nec attēditur æquitas quando in spretum inhibitionis sunt commissa, & num seqq.*

10 *Attentata adhoc vt reuocari non valeāt vigore æquitatis est necessaria probatio boni iuris incontinenti*

12 *Attentata quando non essent ex æquitate reuocanda respectu exhumationis cadaueris.*
Essent tamen reuocanda quoad expensas & alia funeri consecutiua.

13 *Attentatorum prò reuocatione sufficit trasportatio sola illorum actorum quæ attentata concludunt.*

DECISIO LXXVI.

VBI sepeliri debet cadauer Lelij Talentonij Auditoris Serenissimi D. mei Magni Ducis Etruriæ in Ciuitate Liburni orta controuersia inter Pręposituum Ecclesię Parochialis SS. Mariæ, & Iuliæ, ac Fratres Sancti Francisci de Obseruantia nuncupatos, fuit illud lignea capsa clausum depositatum per modū prouisionis penès Ecclesiam Sancti Homoboni, & lata deinde ab A. C. desuper sententia ad fauorem Fratrum, translatum ab ipsis solemni pompa ad eorum Ecclesiam, vt constat ex publico Instrumento dato in Summario Præpositi num. 3. & attestationibus plurium personarum tunc præsentium Summario ibidem num.4.

Quam

Quam translationem in gradu appellationis a dicta sententia ad me interiecta: attentatam esse hodie Rota censuit, quia præcesserat nedum appellatio, sed etiam inhibitio Rotalis per quatuor, & ampliùs menses ante præ-
1 sentata in Curia Procuratori Fratrum, † quæ attentatum reddit quicquid postea exaduerso innouatum fuit *cap. non solum de appellat. in 6. Caputaq. decis. 93. part. 2. Rot. decis. 75. num. 2. & seqq. part. 9. recent. decis. 394. & 504. in princip. inter impress. apud modern. Perusin. de manut.* etiamsi non principali in partibus, sed solum eius Procuratori in Curia præsentata fuerit, quia cum intercesserit tantum temporis quo ille principalem certiorare potuerit certiorasse præsu-
2 mitur, † & alioquin imputari sibi debet principalis si negligentem Procuratorem constituit; vt in his terminis *Cas. de Graff. decis. 6. n. 3 de caus. possess. & propr. Rot. coram sau. mem. Greg. XV. decis. 434. num. 2. coram bon. mem. Buratto decis. 134. sub num. 5. coram Card. Caualer. decis. 223. sub num. 3. & in alijs allegatis ab Adden. ad Buratt. decis. 177. sub num. 9. ampliat. 6. & à Modern. Perusin. de manuten. obseruation. 48. num. 29. & seqq.*
3 Tenentur ideo Fratres idem † attentatum purgare in primis, & ante omnia *Buratt. decis. 74. num. 1. Rot. inter recent. decis. 225. num. 1. p. 1 & alias sæpissime.* Nec obstat, quod agatur de exhumatione cadaueris, quo casu, quia corpora mortuorum non sunt sic tractanda, seu
4 transmutanda † locus non est attentatorum reuocationi, vt notat *Gemin. in cap. non solum, §. illa vero num. 14. de appellat. in 6. Lancellot. de attentat. par. 2. cap. 4. limit. 13. num. 8. Rot. decis. 8. in fine vs lit. pendet. in antiq. decis. 276. num. 5. coram sanct. mem. Gregor. XV. Grammat. decis. 32. sub nu. 3.*

Nam quotquot in id allegati mox fuerunt & possunt allegari loquuntur de exhumatione attentata in spretum dumtaxat litis pendentiæ, & admittunt attentati reuocationem denegari non de rigore iuris, sed ex æquitate,
5 quæ tamen † æquitas retorqueri videtur, quãdo fuit attentatum in spretum inhibitionis Rotalis, vt notat *Io. Monac. in dict. cap. non solum nu. 8. in fin. de appellat. in 6.* vbi ait æquum esse retractari, quæ fiunt post inhibitionem, ne Imperium Præsidentis fiat elusorium, atque hinc Rota licet sequendo æquitatem reijcere soleat attentatorum reuocationem, quando id eius arbitrio commissum fuit hanc tamen æquitatem non seruat si attentata sint
6 notoria in spretum inhibitionis Rotalis † sic penès *Buratt. decis. 17. num. 1. & 2. penès Gregor. XV. decis. 465. num. 3. & 11. & inter recentior. decis. 235. num. 1. & 7. part. 1.* multumque differre
7 gesta in spretum litis pendentiæ, † vel inhibitionis, & appellationis, tradit *Dec. in cap. consuluit il 2. nu. 15. de appellat. Menoch. de recuperan. remed. vltim. num. 43.* & magis in terminis quod attentata etiam in casibus, quibus in primis, & ante omnia via attentati reuocanda non es-
8 sent, sed expectato euentu causæ principalis, & beneficio iniustitiæ si tamen inhibitio præcesisset veniant omnino reuocanda, tradit *Vestr. in prax. lib. 8. cap. 4. num. 9. ante fin. vers. admoneo ta men.*

9 Eoque magis retorquetur æquitas, † quia Parochus habet intẽtionem fundatam de iure, cadauer cum sit in capsa lignea reconditum ex restitutione præiudicium non patitur & exaduerso nulla incontinenti affertur pro-
10 probatio boni iuris, † quæ vbi vt hic appellatio est interposita in casu à lege non prohibito, requiritur vt appellatus attentati à se commissi reuocationem retardare valeat, vt benè distinguendo declarauit *Geminian. in dicto cap. non solum sub num. 10. versic. tu solue de appellat. in 6.* & in proximis terminis *Sanchez. de matrimon. lib. 10. disputat. 12. num. 21. & seq. ex text. in l. final. Cod. quorum bonorum, & alijs ibi allegat.*
11 Nec enim † sub prætextu æquitatis deneganda est perpetuo Cadaueris restitutio; vt notat *Lancellott. de attentat. part. 2. cap. 4. limitat. 13. nu. 9. Rota decis. 1. in fin. de caus. possess. & propriet. in antiq.*

Vel in omnem euentum esto, quod locus non esset reuocationi attentatorum, quoad restitutionem ipsius Cadaueris locus esset re-
12 spectu expensarum, † & aliorum quæ funeri Cadaueris consecutiua sunt, *vt ex text. in cap. litteras de restit. spoliat.* tradit in proximis terminis *Sanchez. de matrim. dict. libr. 10. disputat. 12. sub num. 21. versic. tunc enim, & versic. est enim.*

Non obstat defectus Iurisdictionis ob non transportationem actorum primæ instantiæ,
13 quia † pro reuocatione attentati sufficit transportasse, & produxisse acta ex quibus illud probatur, vt respondit *Rota decis. 311. num. 7. part. 4. tom. 2. recentior. & in Maioricen. Beneficij 27 Nouembris 1641. & 17. May 1642. coram. Reuerendiss. D. meo Dunozetto Decano.*

Et ita decisum informante solum Præposito Ecclesiæ Parrochialis, Aduersarijs tamen sæpissimè citatis.

R. P. D. ALBERGATO.

Fauentina fideiussionis, seu liberationis à molestijs.

Veneris 1. Iulij 1650.

ARGVMENTVM.

Liberatio à Molestijs promissa verbis ex uberãtibus semper debetur vigente eadem causa promissionis nec restringitur ad aliquod tẽpus. Mandatum procuræ quando non expiret morte mandantis.

SVMMARIVM.

1 *Validitas probatur ex reuolutione processus.*
2 *pro Liberatione à Molestijs relaxatur mandatum.*
3 *Decisiones in causa factæ de stilo Rotæ supponuntur.*
4 *Liberatio à Molestiis promissa semper debetur vigente eadem causa liberationis promissa.*
5 *Liberatio à Molestijs promissa verbis exuberantibus quando non sit restringenda ad tempus specificatum, sed veniat indefinitè intelligenda, & numer. 6. & 7.*
6 *Dictio* tàm & quam *quid importet.*
8 *Obligatio contra fideiussores strictè est interpretanda*

Quod

Quod procedit in simplici fideiussore non autem in eo qui se obligauit vti principalis insolidum. n.9.
Fortius procedente obligatione camerali num.10.
11 *Mandatum procuratoris non expirat post primam instantiam, vel per mortem constituentis.*
Quando est munitum clausula releuans & coram quibusuis iudicibus.
Et quando procurator est effectus Dominus litis num.13.
12 *Procurator post litem contestatam efficitur Dominus litis & per consequens potest prosequi litem etiam mortuis principalibus.*
Etiam si adsint filij principalium & sint pupilli num.14.

DECISIO LXXVII.

DVBITAVI informante tantũ Ioanne Paulo Montanario, an mandatum per A.C. ad ipsius fauorem relaxatum contra illos de Vichijs esset exequendum, & Domini affirmatiuè responderunt
1 † Quia eius validitas remanet probata ex reuolutione processus, in quo sunt seruata omnia seruanda *iux. decis. Caputoq. 262. par. 2.* Iustitia vero resultat ex Instrumento in actis producto, in quo Franciscus Vichius cum solemni fideiussione Dominicæ eius matris, & Ludouici fratris promisit Matthæo Montanario authori Ioannis Pauli, quod *ipse, aut sui non molestabuntur ab aliqua persona, tam occasione debitorum negotijs Artis Figuli per dictum Vichium contractorum ad fauorem cuiusuis personæ vsque ad diem 10. mensis Februarij 1639. quam ex alia quauis causa, & occasione; promittens insuper dictus Franciscus, quod dictus Matthæus, & sui &c. non molestarentur non solum occasione sortis principalis cuiusdam census, & eius fructuum, verum etiam pro quibusuis debitis per dictum Franciscum cum quibusuis personis contractis occasione artis Figulariæ, ac quauis alia de causa, dictus q. Franciscus dictum Matthæum, & suos, indemnem, & indemnes conseruare, & releuare promisit toties, quoties &c.* Cum autem illatæ fuerint molestiæ, vt apparet ex alio mandato ab A. C. relaxato contra Montanarium ad instantiam illorum de Maiolis, & à Rota confirmato sub die 16. Apr. 1646. & 26. Iunii 1647. coram R.P.D. meo Celso, vtique fuit commissa stipulatio, & iustè pro indemnitate promissa A.C. processit ad relaxa-
2 tionem mandati † contra prædictos de Vichijs, & Dominicam eorum matrem *Rot. coram san. mem. Greg. XV. decis. 231. coram Coccin. decis. 91. num. 1. & penes Zacch. de oblig. Camer. decis. 262. num. 9. & 10. cum alijs congestis in Bononien. fideicommissi de Rubeis 11. Martij 1648. §. ratio resolutionis coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Non obstat, quod obligatio Francisci dicatur in verbis limitata, & sit restricta ad molestias, quas inferri contigeret occasione debitorum contractorum vsque ad annum 1639. quo societas præsupponitur finita, & propterea quod non fuisset relaxandum mandatũ pro debito de Anno 1640. contracto.

3 Quia, vt firmatur in decisionibus in † hac causa emanatis coram R. P.D. meo Celso de stylo supponendis *Rot. coram san. mem. Greg. XV decis. 295. in fin. in Bitontina census 5. Iulij 1649. in prin. coram bo. mem. Arguelles*, cum illa assertio, quod societas fuerat finita emanauerit in fraudem creditorum, nec iustificata remaneat, sane Franciscus, & illius fideiussores tenentur à molestijs illatis immunem præseruare & releuare Montanarium, cum debitum fuerit conflatum occasione societatis, & ea-
4 dem causa promissæ liberationis vigeat, † & subsistat, *Ruin. cons. 140. nu. 3. lib. 1. Bero cons. 159 num. 41. lib. 2. Rot. in Romana pecuniaria 21. Iunij 1645. §. voluntas coram R. P. D. meo Meltio*, quod in proposito casu, eo magis sibi locum vindicare visum est ex amplis, & prægnantibus verbis quibus concepta fuit liberationis promissio non solum vigore primi pacti iam pōderati, sed etiam subsequentis pro maiori declaratione adiecti, ibi, *insuper promisit quod Montanarius, & sui non molestarentur pro debitis cum quibusuis personis occasione Figulariæ, & ex quauis alia causa*, hæc autem verborum exuberantia, & amplitudo operatur, vt dictæ liberationis, &
5 releuationis promissio non sit restringenda ad tempus specificatũ, † sed adeo generaliter veniat intelligenda, quod Franciscus teneatur pro debitis quocumque tempore contractis *DD. in cap. 1. de transact. Crauet. cons. 227. num. 11 cons. 297. num. 3. Roland. cons. 49. num. 42. lib. 1. Natt. cons. 410. num. 6. Decian. cons. 39. nu. 51. lib. 2. Becc. cons. 108. num. 13. Surd. cons. 267 sub num. 5. & seq. decis. 176. num. 1. decis. 217. num. 9. Honded. cons. 49. num. 8. lib. 1. Mant. de tacit. & ambig. lib. 26. tit. 6. num. 16. Rot. coram Card. Seraph. decis. 520. num. 4. coram bon. mem. Coccin. decis. 399. num. 5. coram san. mem. Greg. XV. decis. 354. num. 12. & in Romana rescissionis concordia 15. Iunij 1648. §. tum quia nullum, & 14. Mart. prox. praet. §. quibus sanè verbis, & §. quoniam est aduertendum in fin. coram R.P.D. meo Corrado.* Illa enim verba primæ conuentionis, *tam pro molestijs occasione debitorum contractorum vsque ad annum 1639. quam pro alia quauis causa & occasione*, adeo vniuersalia sunt, ponderando dictiones illas *tam & quam*, vt omnes molestias ex quocumque debito quandocũ-
6 que contracto comprehendant † absque vlla temporis præfinitione *Surd. cons. 407. num. 4. Menoch. cons. 195. num. 7. Fusar. de substit. quaest. 379. num. 22. Barbos. plures cumulans dict. 399. nu. 3. Rot. in Albanen. haereditati. 23. Iunij 1642. coram R. P. D. meo Cerro* iuncta præsertim successiua promissione à Francisco insuper facta, nedum pro debitis artis Figulariæ, sed ex alia quauis
7 causa sine aliqua temporis adiectione, † quæ plurimum huic interpretationi conducit ex allegatis per *Grati discept. 58. num. 26. vers. quia respondetur.*

Nec refert quod hic agatur contra fideius-
8 sores, quorum obligatio † cum strictè sit interpretanda non debeat extendi vltra debita contracta 10. Februarij 1639. pro quibus tantum accessisse prætendunt, ideoque condemnari non potuerint pro ære alieno post dictũ tempus per Franciscum conflato.

Quoniam fuit responsum, quod obiectum forsan procederet, si essemus in terminis simplicis fideiussionis, sed cum hic Dominica,

& Lu-

& Ludouicus principaliter, & insolidum, ac in forma Cameræ se obligauerint pro omnibus, & singulis in Instrumento contentis non tam strictè, sed ad formam principalis, eorum obligatio est regulanda, cum respectu Montanarij creditoris dicantur principales debito-
9 res, † vt de clausula principaliter, & insolidum, tradunt *Decian. consil.72. sub num.5. lib.2. Cyriac. controu.211 nu.7. & 8. Arias de Mesa var. resolut. lib.2. cap.13. num.17. vers. caterum, Surd. decis.308. nu.5. Rot. decis.299. num.4. part.1. recent. coram san.mem. Gregor. XV. decis.445. num.2. cum ibi adductis per Adden. nu.8. & penes Zacch. de oblig. Camer. decis.275. num.10. & seq. cum alijs in Romana pecuniaria 15. Iunij 1643. coram R.P.D. meo Bichio*, & de obligatione in forma Cameræ,
10 quod † per eam fideiussori efficiatur debitor principalis firmant *Zacch. eo tract. quæst.32. sub num.9. & post eund. Rot. decis.108. numer.8. & in Romana pecuniaria 15. Martij 1649. in princ. coram R.P.D. meo Otthobono*.

Quæ verò in memoriali exaduerso producto nicebantur de nullitate processus, resultante scilicet ex eo, quod mandatum procuratoris citati expirauerit, vel per lapsum primæ instantiæ, vel per mortem Dominicæ, & Ludouici mandantium visæ sunt Dominis
11 non reuelare. † Quia cum illud sit munitum clausula, *releuans*, & alijs etiam amplissimis, ibi: *Coram quibusuis Iudicibus comparendum iura defendendum*, in secunda etiam durauit instantia, *Bald. in l. inuitus sub num.6. Cod. de Procurat. Scacc. de appellat. quæst.5. sub num.12. vers. secundus casus, Gratian. discept.56. nu.3. Rot. coram Card. Seraph. decis.824. nu.1. & seqq.* Et cum iam litis
12 Dominus effectus † esset procurator per contestationem litis, *l. si defunctus, & l. sequen. ff. de procur. l. procuratoribus, C. eo, cap. quamuis de procur. in 6.* potuit etiam mortuis principalibus
13 absque † alio mandato contrà eum iudicium continuari, *l. nulla dubitatio, C. de procur. Cyriac. controu.396. num.2. Surd. decis.99. num.6. Rot. coram Card. Seraph. decis.1188. num.2. & in recenti decis.132. num.11. part.4. tom.2.* quod procedit
14 quamuis ex prædictis extiterint† liberi etiam in ætate pupillari constituti, vt benè per *Buratt. decis.440. num.2.*

Et ita fuit resolutum vna tantum parte informante; Altera tamen octo citationibus lacessita; & informare negligente.

R. P. D. M E L T I O,

Postea Episcopo PAPIEN.

Nucerina Fideicommissi,

Veneris 1. Iulij 1650.

A R G V M E N T V M.

Masculus ex fœmina venit appellatione masculorum, quando non fuit habita ratio agnationis. Fideicommissum à Matre non agnitum adhuc transmittitur in filios, qui ex propria persona fuerunt vocati.

S V M M A R I V M.

1 *Verba quando sunt clara non admittunt quæstionem voluntatis. & num.10.*
2 *Masculus ex fœmina venit appellatione masculorum quando non fuit habita ratio agnationis.*
Quod procedit non solum quando fœminæ sunt in principio vocatæ, & posteà filij in conditione positi.
Sed etiam quando exclusa fœmina primordialiter vocati sint eius filij. num.3.
4 *Negligentia Matris, seù Patris in non agnoscendo fideicommisso non potest præiudicare filijs venientibus ex propria ipsorum vocatione.*
5 *Ius accrescendi inter coharedes excluditur ex substitutione illis facta.*
6 *Fideicommissum à Matre non agnitum transmittitur in filios. & num.7.*
8 *Transmissio ex coniecturis inducitur.*
9 *Fideicommissum in filios ex persona Matris si non transmittitur ratione suitatis, transmittitur ex iure, & potentia sanguinis.*
10 *Interpretationes admittuntur tantùm in re dubia.*
11 *Præscriptio hæreditatis non inducitur nisi per lapsum annorum 36.*
12 *Præscriptio dicitur interrupta ab eo, qui impetrauit commissionem* ex leg. diffamari.
Amplia etiam ex commissione super iactationibus. num.14.
13 *Præscriptio interrumpitur ex mala fide.*

D E C I S I O LXXVIII.

IN Testamento sub quo decessit Hieronyma Instituti fuerunt æqualiter hæredes Cecchus, & Ceccolinus eius filij legitimi, & naturales, & Ceccho quandocumque decedenti substituit Testatrix Ceccolinum, & eius filios descendentes masculos in stirpem, & in defectũ masculorum legitimorum, ac spuriorum substituit filias fœminas; casu autem quo vterque ex dictis filijs decederet sine prole, ac descendentibus tàm masculis, quàm fœminis vocauit proprias Testatricis filias, ac earum descendentes, prout ex Testamento relato in *Summ. illorum de Pisonibus num.1.* similiter Cecchus, & ipse testando instituit sibi hæredem Matrem, & post eam Ceccolinum eius Fratrem si viueret sin minus eius descendentes, eo quia volebat bona sua perpetuò in familia, & agnatione conseruari, completa autem agnatione vocauit filias fœminas, & illis deficientibus earum descendentes masculos. Defuncta primò loco Hieronyma, & postmodum Ceccho filio, vtriusque hæreditas consolidata fuit in persona Ceccolini Fratris, qui cum obierit superstitibus duabus filiabus fœminis, nempè Hieronyma à qua natus fuit Bartholomæus Albericus, qui de præsenti omnia bona occupat tanquam hæres ex Testamento Ceccolini, & Catharina à qua ortũ habuerunt Marcus, Ioannes Felix, & alij de Pisonibus Actores in præsenti iudicio; Isti cum prætenderent sibi deberi immissionem in medietatem tàm hæreditatis Hieronymæ eorum Proauiæ maternæ, quàm Cecchi Patrue-

truelis vigore fideicōmissorum ab eis relicto-
rum Dubitaui An constaret de dictis fidei
commissis ad fauorem illorum de Pisonibus,
& sub hac die fuit per DD. affirmatiuè reso-
lutum.

Existentia namque fideicommissi ad fauo-
rem descendentium masculorum ex filiabus
fœminis Ceccolini litteralis visa fuit in Testa-
mento præfatæ Hieronymæ, ibi: *Substituit ei-
dem Ceccolino filias fœminas ex eo per legitimum ma-
trimonium descendentes, & si dictus Ceccolinus dece-
deret superstitibus ex eo descendētibus masculis dictos
descendentes masculos legitimos, & naturales vulga-
riter, & pupillariter substituit*; Vndè cum non
controuertatur quin dicti de Pisonibus sint
masculi descendentes ex Ceccolino eorum
Auo materno verba eorum vocationis sunt
1 clara † nullamque proindè voluntatis quæ-
stionem admittunt, *l. ille, aut ille, & l. non aliter,
ff. de leg. 3. l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. oblig.
l. periculis, §. argento, ff. de aur. & argent. legat.*

Neque visum fuit refragari quod quamuis
præfati Marcus, & Ioannes Felix sint masculi
ex quo nihilominus descendunt ex fœmina
non veniant sub appellatione descendentium
masculorum. Nam cum vocatæ sint fœmi-
2 næ, † sieque non contemplata fuerit agnatio
nomine descendentium masculorum veniunt
etiam masculi ex fœmina, *ad l. cognoscere, & ibi
gloss. ff. de verb. significat. Paris. cons. 38. nu. 12. lib. 2.
Fusar. de substit. quæst. 325. num. 3. Rot. decis. 89.
numer. 16. part. 6. recent.* idque procedit non so-
lum quando primordialiter sunt vocatæ fœ-
minæ, & posteà in conditione, vel dispositio-
3 ne positi sunt filij, † sed etiam quando exclusa
fœmina primordialiter vocati sunt eius filij,
& descendentes masculi, *Bellon. Iun. consil. 73.
num. 10. vers. primò, quia cum testator, Mantic. de
coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 11. num. 8. vers. simili-
ter, Ant. Faber. tit. de verbor. signif. definit. 1. Rot. in
recent. decis. 463. nu. 4. cum seqq. part. 1. decis. 226.
sub num. 3. coram sanct. mem. Gregor. XV. decis. 38
num. 3. & coram bon. mem. Duran. decis. 254. num. 3.*

Minusque refert quod cum Catherina Ma-
ter ad cuius fauorem ipsa viuēte purificatum
fuit fideicommissum per prædecessum Cec-
colini sine filijs masculis, eo non agnito de-
cesserit, exindè prætendatur illius portionem
accreuisse Hieronymæ eius Sorori, ac Matri
Bartholomæi, qui proindè illos de Pisonibus
excludere valeat: Nàm omisso quod ex ver-
bis Testamenti constat descendentes masculos
4 fuisse expressè vocatos, † quo casu negligen-
tia Matris in agnoscendo fideicommisso non
potuit præiudicare filijs in iure eis quæsito ex
propria, & explicita eorum vocatione, & ex-
5 pressa † substitutio facta de descendentibus
masculis tanquam potentior excludit ius ac-
crescendi, quod deducitur ex tacito Testato-
ris iudicio, *l. 2. §. si duo, ff. de bonor. possess. secund.
tabul. Authent. hoc amplius de fideicomm. l. vno, §. in
primò, & §. pro secundò, & §. sin autem sub conditio-
ne, vers. quod in medio, C. de caduc. tollen. l. vlt. in
princ. cum gloss. de vulg. & pupill. substit.* adhuc
quatenus opus esset haberet locū transmissio,
nam actio illa ex Testamento quæ purificata
substitutione competebat Catharinæ pro con-
secutione bonorum in fideicommisso com-
6 prehensorum † transmitti potuit in eius filios
*l. in Testatore, ff. de condit. & demonstrat. l. apud Iu-
lianum, §. vtrum, & l. cogi, §. Metianus, ff. ad Trebel.*
vbi latè *Ias. Rip. in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. eod.
tit. Rota in Bonon. fideicommissi de Boatterijs 17. Fe-
bruary 6642. coram bon. memor. Merlino, Peregr. de
fideicomm. art. 31. nu. 3. & 4.* vbi quod fideicom-
missum facilius transmittitur quam hereditas
ex ea ratione, quod hæres ante aditam hæredi-
tatem nullum ius quęsitum habet transmissi-
bile in alium: Fideicommissario autem sta-
tim, ac fuit purificatum fideicōmissum com-
petit officium Iudicis nobile quo hæres adire
compellitur, & actio ex Testamento qua eam-
dem hæreditatem compellitur restituere,
7 quæ † actiones de earum natura sunt ad hære-
des deducibiles, vt benè etiam firmauit *Rot.
diuers. decis. 282. num. 20. part. 1. Fusar. de substit.
quæst. 487. num. 1. cum seqq. Cephal. cons. 132. nu. 7.
& 8. lib. 1. vers. ipsi enim,* qui de magis commu-
testatur tam in fideicommisso puro, quàm in
purificato per euentum conditionis, quod fa-
cilius procedit non solum, quando prout hic
cōcurrunt pro transmissione plures coniectu-
8 ræ; † quæ solæ etiam ad illam inducendam
sufficiunt, *Rot. coram Gregor. XV. decis. 511. nu. 6.
& 7. & in Bononien. Fideicommissi de Fornazarijs
1. Aprilis præteriti coram Reu. P. D. meo Verospio;*
Verùm etiam, quando, vt in proposito casu
agitur de fideicommisso ascendentis, quod
transmittitur si non iure suitatis ex quo Mu-
lier nō dicitur habere suos hæredes ex defectu
9 patriæ potestatis saltem † ex iure, & potentia
sanguinis, *ad text. in l. vnic. C. de his qui ante apert.
tabul. Cyn. in l. 2. num. 3. C. ad S. Consult. Orfician.
Natt. cons. 656. num. 4. Negusant. quæst. 480. num. 4.
& 5. Canter. var. resolut. lib. 3. cap. 21. num. 6. & 7.
Magon. decis. Florent. 104. num. 6.*

Quo verò ad Testamentum Cecchi clarior
in eo legitur vocatio masculorum ex fœmi-
nis, ibi: *Completa agnatione substituit eidem Cecco-
lino filias fœminas legitimas, & naturales, & post
earum mortem masculos ex eis descendentes,* ex qui-
bus cum clarè constet de expressa Testatoris
voluntate cessare debent omnes interpretatio-
10 nes, † quæ tantùm locum habent in dubia
dispositione, *Bald. cons. 174. in fin. lib. 2. Soccin. Iun.
cons. 96. num. 34. in fin. vers. nouissimè lib. 1. Rot. co-
ram Buratt. decis. 101. num. 8.*

Non obstat obiecta præscriptio: Nam illa
incipere non potuit nisi à die mortis Cecco-
lini secutæ de anno 1623. per quam apertum
fuit fideicōmissum ad fauorem eius filiorum
scilicet Hieronymæ, & Catharinæ, à dicto au-
tem tempore non effluxerunt 30. anni, prout
11 requiritur † in præscriptione hæreditatis,
*Menoch. cons. 47. nu. 12. & seqq. Peregr. de fideicom.
art. 1. num. 14. Fusar. de substit. quæst. 528. numer. 9.*
Pręterea dictam pręscriptionem ipsemet Bar-
12 tholomæus sibi interrupit † dum impetra-
uit Commissionem in remedio, *leg. diffamari*,
ex dicta namque Commissione apparet eius
animum fluctuasse circà titulum possidendi
cum fortasse dubitare potuerit, quod pro iniu-
sto

sto haberetur, & hoc sufficit, vt ex tali timore vulnerata dicatur eius conscientia, ac ipse
13 constitutus fuerit in mala fide, † quæ præscriptionem non cœptam impedit currere, & iam cœptam interrumpit, *ad text. in cap. fin. de præscript. Bald. in l. 2. num. 7. C. de seruit. & aqu. Riminald. Iun. consf. 205. nu. 26. Put. decis. 385. nu. 1. part. 3.* & in terminis quod mala fides insurgat ex sollicitudine conscientiæ in committendo,
14 nempè † causam super iactationibus fuit resolutum per *Rotam decis. 57. num. 25. vers. sed plura vsque ad 29. & decis. 94. sub num. 19. cum seqq. part. 7. recent.*

Et ita informantibus illis de Pisonibus tantum altera tamen Parte sæpiùs citata, & expectata; sed semper informare recusante, &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO Sacræ Rotæ Romanæ DECANO.

Leodień Dominij.

Veneris 1. Iulij 1650.

ARGVMENTVM.

Dispositio *Decretalis, cum esses de testament.* generaliter habet locum in omnibus locis, Status Ecclesiastici, & singulis Tribunalibus seruatur, & hoc siue testamentum fiat ad pias causas, siue ad prophanas. Testamentum conditum inter liberos non requirit solemnitates Iuris Ciuilis Testatoris voluntatis declaratio probatur duobus Testibus.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio*, cap. cum esses de testament. *habet locum in omnibus locis Ecclesiæ.*
Dispositio, cap. cum esses de testament. *seruatur in quibuscumque Tribunalibus Ecclesiasticis. num. 1.*
2 *Dispositio*, cap. cum esses de testament. *seruatur in Terris Ecclesiæ, siue Testamentum sit ad pias causas, siue ad merè prophanas.*
3 *in Principatu Leodien. ex particulari consuetudine in vltimis voluntatibus sufficiunt tres Testes.*
4 *Testamentum conditum inter liberos non requirit iuris Ciuilis solemnitates, sed sufficit, quod duobus testibus probetur Testamentum inter liberos.*
5 *Quod procedit, etiam si inæqualiter fuerint instituti liberi.*
6 *Testamentum, vti validum, quando quis approbauit, & super illo transegit, tunc habentes causam ab eo, non valent illud vti in validum impugnare.*
7 *Clausula codicillaris, an suppleat defectum institutionis.*
8 *Clausula condicillaris semper subintelligitur in Testamentis liberorum.*
9 *de Institutione hæredis in Testamento inter liberos sufficit quibuscumque verbis constare.*
10 *Bona sub eodem tenimento contenta eodem iure iudicari non debent.*
11 *ad Volumtatem declarandam testatoris sufficiunt duo Testis.*

DECISIO LXXIX.

CONSTARE de bono iure Ioannis de Glims Primogeniti super dominio de Boyng cum Villis, & Bonis in eo existentibus resolutum fuit, quia exhibuit Testamentum Paternum non abolitum, nec cancellatum, in quo dictum Dominium ab eius Patre Iure legati sibi relictum fuerat eius *Summar. num. 1.* Cum enim dictum Testamentum confectum fuerit coram Parocho, & tribus Testibus om-
1 nimodam habet validitatem, † tum ex dispositione, *cap. cum esses de testament.* quod habet locum in omnibus Terris Ecclesię, & seruatur in quibuscumq; Tribunalibus Ecclesiasticis siue Testamenta contineant dispositionem ad pias
2 causas, † siue merè prophanam, *vt alys relatis comprobatur in Firmana Codicillorum 1. Iulij 1644. 28. Iunij, & 13. Nouembris 1645. coram Reuerendissimo D. Terracinen. & 25. Maij 1648. coram Reu. P. D. meo Otthobono,* ac prius in *Imolen. Successionis 18. Maij 1640. coram me*; Tum ex particulari consuetudine Patriæ, & Principatus Leodień adhibendi in vltimis voluntatibus tres
3 Testes† tantummodo, vt probauit *Rota in Leodien. Dominij coram Cardin. Caualer. inter impress. decis. 497. num. 1. & per tot. & in Leodien. Castrorum 7. Aprilis 1636. coram bon. mem. Motmanno in rec. decis. 115. num. 3. & 4. cum seqq. part. 7.* Tum
4 etiam quia conditum fuit inter liberos, †quod proindè nõ exigit iuris solemnitates, sed sufficit, quod duobus Testibus probetur, *l. hac consultissima, §. ex imperfecto,* ibique *DD. & Auth. quod sine, C. de Testam. l. fin. C. fam. hercisc. Crag. in §. Testamentum quæst. 11. num. 4. Magon. decis. Florent. 58. nu. 19. Card. Seraphin. decis. 1302. nu. 6. Buratt. decis. 616. numer. 5.* etiam si inter ipsos
5 inæqualiter dispositum fuerit, *Surd. consil. 29. nu. 11. Giouagnon. consf. ... num. 8. cum seqq. & consf. 7. nu. 11. & seqq. lib. 2. Gratian. discept. for. cap. 219. num. 29. & 30.* Tum denique quia actor alterius partis post explicitam notitiam eiusdem Testamenti de qua deponunt Testes relati in
6 *d. Summar. num. 5.* † Illud transigendo expressè acceptauit *numer. 4.* & consequenter habentes causã ab eo de illius asserta nullitate amplius opponere non valent, *l. filio præterito 17.* & ibi *Bart. num. 29. ff. de iniust. rupt. & irrit. Testam. l. non dubium 16. §. Illud, C. de Testam. Giouagn. consf. 7. num. 2. Capyc. Galeot. controu. for. lib. 1. controu. 12. sub num. 44. vers. Tertio cessaret, & lib. 2. controu. 6. num. 29. Thomat. decis. Macerat. 68. nu. 99. Rota in recent. decis. 337. num. 8. part. 1. & in Romana fideicommissi de Ceulis 26. Nouembris 1639. coram Rerendiss. D. Salamantino.*

Non obstat, quod ibi non legatur explicita
7 institutio hæredis. Quia præter quod † eius dispositio saltem sustineretur iure Codicillorum ex clausula Codicillari tàm in Testamẽto expressa quàm tacita, quæ in Testamentis
8 inter † liberos semper intelligitur, *gl. off. in l. cohæredi 41. §. cum filiæ verb. non valuit, ff. de vulg. & pupill. Card. Mantic. de coniect. v ltim. volunt. lib. 6. tit. 2. num. 33. Crass. de quæst. 11. sub num. 10. vers. hoc tamen Peregrin. de fideicomm. art. 2. num. 32.* Dum Testator exceptis filiis legata rijs inter alios liberos æqualiter diuidi manda uit cæteros &

ros alios Census, & prouentus sub pœna priuationis (excepta legitima, contrà inobedientes) 9 vtique † implicitè, & virtualiter eos vniuersales hæredes sibi instituisse videtur, ad istū enim effectum quæcumque verba sufficiunt dummodo appareat de voluntate Testantis, *l. quoniam* 15. *C. de Testam. Card. Mantic. vbi suprà lib. 4. tit. 3. nu. 1. cum seqq. Card. Caualer. dec. 388. num. 1. & 2. Rota decis. 246. num. 14. part. 4. recent.*

Nec dubitari potest, quod d. legatum capiat tàm Dominium, quàm etiam Villas, aliaque bona allodialia sub eo existentia; Quia cum testator ipsum legauerit sicut tunc temporis illud possidebat, ibi: *Demum d. Testator legat Ioanni de Glims filio suo vti, & tanquam Primogenito petiam, & Dominium de Boyng sicut* 10 *illud nunc possidet, &c.* vtique † omnia, & singula bona sub illius tenimento comprehensa, & insimul cum eo tanquam vnicum corpus ab ipso possessa illi reliquisse censetur, *l. quæsitum, & prædia, & l. Lucius Titius, §. 1. vers. quidem prædia, ff. de legat. 3. Bero. cons. 51. sub nu. 7. vers. non obstat tertium argumentum lib. 2.* Eoque certius cum Parochus, & vnus ex testibus Testamentarijs formiter examinati concorditer deposuerint hanc fuisse præcisam mentem eiusdem 11 Testatoris expressis† verbis expositam *d. Summar. num. 3.* Ad declarandum enim testantium voluntatem, quid scilicet senserint sub legato comprehendere duo Testes sufficiunt, *l. hæredes palam, §. sed, & si natam eum ibi notatis, ff. de Testam. Cardin. Mantic. vbi suprà lib. 5. tit. 14. sub num. 11. & tit. 15. num. 9. Buratt. decis. 168. nu. 22. cum alijs allegatis in Bonon. fideicommissi 16. Martij 1640. coram R. P. D. meo Bichio in Romana Successionis 21. Iunij 1641. & in Rom. Legati 14. Martij 1644. coram Reuerendiss. D. Salamantino.*

Et ita per contradictas, &c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Compostellana Parrochialis

Veneris 10. Iulij 1650.

ARGVMENTVM.

Executio subrogationis gratiosæ dum est iustificata non potest retardari, etiam si causa esset commissa, cum clausula, arbitrio Rotæ, quia arbitrium intelligitur prout de iure, Executio literarum Apostolicarum subrogationis gratiosæ ob deductum homicidium, vt impediatur quid requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium regulatur à Iure.*
2 *Literæ Apostolicæ subrogationis gratiosæ dum sunt iustificatæ habent executionem paratam.*
3 *Reseruationis Apostolicæ iustificatio probatur ex resignatione facta in manibus Sanctissimi.*
4 *Clericatus probatur ex literis patentibus ordinarij.*
5 *Resignans beneficium, ex quo probetur, quod illud possidebat.*
6 *Resignatario beneficij ex quibus probatis, est danda immissio.*
7 *Titulum parem in beneficialibus quando quis non dicatur habere.*
8 *Executio, quando nulliter processit, nihil ponit in esse.*
9 *Executor nulliter procedit non citato possessore.*
10 *Narratiua facta Papæ, dum non reperitur iustificata, non iuuat.*
11 *Delictum non præsumitur, nisi fuerit iustificatum.*
12 *Irregularitas non incurritur ex præsentia in facto homicidio & n. 14.*
13 *Dispensatio obtenta ad maiorem cautelam, an probet delictum.*
15 *Homicidij probatio ad effectum irregularitatis, ex quibus non iustificetur.*
16 *Homicidium ad effectum irregularitatis non probatur ex probationibus æquiuocis.*
17 *Probatio concludens requiritur in materia obiectiua.*
18 *Sententia vt probet, debent exhiberi acta, pro eiusdem iustificatione.*
19 *Irregularis in foro contemptioso, quis in dubio non præsumitur, nisi probetur delictum, & quid in foro conscientiæ.*
20 *Exceptio turbida non debet admitti ad impediendam executionem gratiosam.*
21 *Possessionis triennalis continuatio interrumpitur per citationem legitimè executam.*

DECISIO LXXX.

A SENTENTIA Rotali ad fauorem Ioannis Patini prouisi Apostolici ex resignatione Sebastiani Alcareta in manibus Papæ pro eius immissione in Parochialem, de qua agitur contra Christophorum Varellam, commissa mihi appellationis causa cum clausula parito literis arbitrio Rotæ, proposui hodie dubium, an intret arbitrium pro retardatione executionis litterarum Apostolicarū, & Domini negatiuè responderunt, quia arbi-1 trium † regulatur à iure, *l. fin. §. sed, & si, ibiq; Bart. num. 16. C. com. de leg. Cæsar. de Graff. dec. 7. num. 7. & decis. 8. num. 2. de sent. & re indic. Rota decis. 348. num. 2. par. 5. decis. 71. nu. 1. par. 6. rec. & in Vrgellen. Decanatus 29. Nouembris 1649. in princip. coram R. P. D. meo Celso.*

Litteræ verò Apostolicæ gratiosæ subrotionis Ioannis in locum defuncti Sebastiani de Alcareta tanquam iustificatæ, pa-2 ratam debent habere executionem, *c. si quando de rescrip. cap. si capitulo, ibiq; gloss. in verb. exequatur de concess. præb. in 6. Rota decis. 147. num. 2. par. 7. recentior. in Melenitana beneficij 25. Iunij 1649. in princ. coram R. P. D. meo Bichio, in Pampilonen. beneficij de Esparza 15. Decembris 1649. §. cum igitur, coram bo. me. Arguelles, & in Vicen. iurisdictionis 2. Maij præteriti post princ. cor. R. P. D. meo Cerro.*

3 Iustificatio autem patet † ex reseruatione caussata per resignationem supradicti Sebastiani in manibus Papæ, *ad tex. in cap. 2. de præbend. in 6. vbi Ioann. Andr. num. 6. & 7. Franc. celumn. 3. versic. in gloss. in verb. vacare. Roman. cons. 342. num. 2. Paris. de resignat. benefic. lib. 2. q. 20. num. 5.* Et Clericatus Ioannis probatur per lit-4 teras † patentes Ordinarij Compostellani

Rota

Rota decis. 302. num. 3. par. 4. tom. 2. & decis. 20 num. 18. par. 6. recent. in Calaguritana Praestimonij 10. May 1649. in §. Vacatio. in fine, coram R. P. D. meo Otthobono; in Marianen, seu Accien. beneficij 13. Maij praesentis anni. §. Clericatus, coram R. P. D. meo Royas, & in Taurinen. praetensae optionis 11. Februarij dicti anni cor. me.

Possessio verò dictae Parochialis praedicti Sebastiani resignantis, antequam obiret pro-
5 batur † per duos Testes deponentes ipsum fecisse in dicta Parochia omnes actus à Rectore fieri solitos, ad doctrinam *Bart. in l. stipulatio ista. §. hae quoque num. 2. ibiq. gloss. ff. de verb. oblig. Rota coram Seraph. decis. 1061. num. 1. cor. Duran. dec. 40. n. 2. & decis. 539. num. 2. par. 4. recent.*

His igitur concurrentibus immissio Ioanni resignatio est concedenda, prout optimè
6 firmatum fuit in hac † causa 1. *Iuly 1648. §. verum disputato coram R. P. D. meo Otthobono, &* tradit *Mohed. decis. 11. vt lit. pend. Put. decis. 495. lib. 2. in correct. Greg. XV. dec. 306. & 394. num. 1. Duran. dec. 406. n. 1.*

Neque iuuat Christophorum asserere se habere parem titulum, cum ipse non habeat
7 subrogationem gratiosam in possessione Sebastiani, prout Ioannes, neque venit ex eadem vacatione resignationis, sed per obitum, sic cum Ioanne concurrente nequit, *Rota in Ratisbonen. Canonicatus 23. Iunij 1617. cor. bo. me. Pirouano impress. decis. 542. num. 8. par. 4. rec. confirmata 17. Nouembris 1617. & 23. Martij 1618. coram eodem, cum alijs latè cumulatis in dicta decis. 1. Iulij 1648. §. quia DD. animaduertebant, coram R. P. D. meo Otthobono*; non enim est legitimus con-
8 tradictor, licèt eius quoque gratia executa sit, dum executor nulliter processit, Ioanne cuius iuris tam ipse, quàm Christophorus
9 certam notitiam habebat, minimè citato, *Rot. cor. Greg. XV. decis. 69. num. 4. & 5. dec. 161. nu. 4. & 5. par. 4. tom. 2. & decis. 193. num. 4. par. 5. recent.*

Excludit etiam Christophorum ab hac Parochiali inuerisimilis, & improbabilis eius
10 narratiua † facta Papae in sua gratia de homicidio, & irregularitate Ioannis, quod minimè probatur, & delictum non praesumi-
11 tur † nisi probetur *l. merito, ff. pro socio, Gabr. de malefic. conclus. 2. num. 1. Buratt. dec. 864. num. 7. Rota decis. 674. par. 3. in fin. & decis. 33. n. 10. par. 6. recentior.* neque elicitur ex narratiua eius sim-
12 plicis praesentiae, † dum Alphonsus vulneratus fuit, quia haec praesentia non inducit irregularitatem, *cap. vltimo, vers. qui nec eam, vbi Arch. num. 323. q. 8. Abb. in cap. continentia n. 1. & 2. de Cleri. percuss. Maiol. de irreg. lib. 5. cap. 48. fol. 463. n. 1. vers. quae omnia.*

Minùs Ioanni praeiudicat mandatum de dispensan. obtentum, quia cum dispensatio
13 potuerit obtineri ad cautelam, † incursum irregularitatis non probat *Sanchez. de matrim. lib. 2. dispensat. 37. num. 15. versic. ad vltimũ tom. 1. Rota decis. 534. num. 9. par. 1. & decis. 309. nu. 19. par. 7. recentior.* Imò verè ad cautelam obtentum fuisse probat, tum narratiua illius *Sum. n. 4.* ibi, & nullam existimans se ex praemissis
14 irregularitatem † contraxisse, tum pariter qualitas facti narrata, nempe sola praesentia, quae vt superius firmatum fuit irregularitatem non inducet, *Cràuet. cons. 29. num. 2. lib. 1 Rota apud Marchesan. par. 2. fol. 61. n. 4.*

Eoque minùs ex praemissis resultat irregularitatis probatio, quia super huiusmodi homicidio non solum Ioannes, sed decem per-
15 sonae † nominatim, omnesque alij in genere quaerelati fuerunt, & nullus eorum fuit condemnatus, vt in quaerela, & fide Notarij *Summar. Additionali num. 2.* ex plurium enim quaerelatorum cõcursu, eo magis redditur aequi-
16 uoca, † & irreleuans praesumptio delicti cõtra Ioannem, *Maiol. de irregularit. lib. 5. cap. 48. §. 4. num. 9. Gregor. XV. decis. 96. num. 2. & 3.*
17 praesertim in hac materia obiectiua, † quae requirit probationem concludentem, ita vt nec sufficere sententiam condemnatoriam absque exhibitione actorum, illam iustifi-
18 cantium, dixerit in terminis irregularitatis ex homicidio, *Rota in Meliten. Parochialis 28. Iunij, 1649. §. debuisset cum seq. & eadem causa 31. Ianuarij 1650. §. iniustitia, coram R. P. D. meo Bichio,* & in foro contentioso in dubio quis
19 irregularis iudicari non debet, quamuis in foro conscientiae, in dubio teneatur sibi de absolutione prospicere, *Maiol. de irregularitate lib. 1. cap. 2. num. 2. & 3. Couar. de dispensat. lib. 5. cap. 1. num. 24. Valer. de differen. vtriusq. for. verb. irregularitas differ. 5.* Et in omnem casum ista
20 exceptio tamquam turbida † non est admittenda ad retardandam immissionem, & executionem subrogationis gratiosae, *Caputaq. decis. 342. num. 6, par. 2. Rota decis. 387. n. 5. & 6. par. 1. & decis. 302. num. 30. par. 4. tom. 2. rec.*

Nec denique Christophorus tueri se potest triennali possessione huius Parochialis, quia ostenditur in facto hanc eius possessio-
21 nem per citationem ad † instantiam Ioannis legitimè executam interruptam fuisse *adnot. per Felin. in cap. ex tenore num. 5. de rescript. Sarnen. in regul. de triennal. quaest. 34. Lotther. de re benefic. lib. 2. quaest. 53. num. 23. & 30. Rota coram Buratt. in Nicien. Prioratus 13. Aprilis 1623. inter eius impress. dec. 699. n. 2.*

Et ita resolutum fuit &c.

R. P. D. CELSO,

Postea S. R. E. Cardinali.

Pampilonen. Decimarum de Vsurbil.

Veneris 1. Iulii 1650.

ARGVMENTVM.

Quantumuis materia decimarum, reputetur prophana, ad effectum, vt facile concedatur in illis terminis remissoria, attamen id venit intelligendum, quatenus alias dicta remissoria possit concedi in prophanis, & ideo excipitur, dum remissoriae petitio esset irreleuans ad materia esset irreleuans, & ob alias causas ex quibus denegatur remissoria.

SVMMARIVM.

1 *Decimarum materia reputatur prophana ad effectum obtinendi remissoriam.*
2 *Remissoria etiam in prophanis non conceditur, quando materia est improbabilis.*
Remissoria non conceditur quando materia est calumniosa n.2.
3 *Immemorabilis, vt excludatur, sufficit aliquando fuisse obseruatum contrarium.*
4 *Immemorabilis tollitur dum aliquid fuit visum, vel auditum in contrarium.*
5 *Memoriam in contrarium non potest dici non esse, dum constat de contrario.*
6 *Tempus litis debet adimi, ad probandam immemorabilem.*
7 *Testes ad probandam immemorabilem, quando impossibile sit, vt legitimæ ætatis sint.*
8 *Testes, vt probent immemorabilem, debent deponere de visu per 40. annos.*
9 *Probationis impossibilitas facit denegare remissoriam.*
10 *Litis contestatio, & sententia fauorabilis, quando tollat immemorabile, & quando non.*
11 *Beltramin. in Annot. ad Gregor. XV. dec. 51. n. 8. quo casu loquatur & n. 12.*
13 *Recursum ad Iudices Laicos, quod quis habuerit, ex quo iustificetur.*
14 *Laici sunt incapaces decimarum.*
15 *Laicus, quod sit capax decimarum ex recognitionibus feudalibus, hoc est articulandum ante Concil. Lateranense.*
16 *Beneficij antecessor non potest præiudicare possessori.*

DECISIO LXXXI.

IN vltima decisione coram me emanata occasione litis vertentis inter Coniuges de Achega ex vna, & Rectorem, ac Beneficiatos ex altera super quasi possessione exigendi decimas in Territorio de Vssurbil Domini concesserunt Rectori Mandatum de manutenendo respectu quartæ partis, quo vero ad reliquas tres alias partes mandarunt, vt videretur de bono iure, dum verò causa erat in limine Propositionis prætendentes iidem coniunges habere immemorabilem cum fama Priuilegij exhibitis in actis articulis concernentibus illius probationem institerunt pro concessione Remissoriæ, sed dubio proposito negatiuè responsum fuit.

1 Nam licet causa decimarum ad hunc effectũ dicatur prophana, & in Prophanis remissoria de facili concedi soleat. Id tamen non procedit quando materia est irreleuans vel im-
2 probabilis, & sic constat de † manifesta calumnia *Bald. in l. Iudices num. 3. in fin. C. de fid. instrum. Roman. cons. 273. nu. 3. vers. nec in praemissa Cot. coram Seraph. decis. 1460. num. 1. & seqq. & in rec. decis. 31. num. 6. & decis. 217. num. 9. par. 7.*

Talis autem visa fuit materia articulata pro parte Coniugum attentis testibus formiter examinatis deponentibus, audiuisse ab eorum Parentibus, & Antianis quod anteactis tem-
3 poribus Rectores, & Beneficiati † exigebant integrè dictas decimas quod sufficit pro excludenda immemorabili ad cuius iustificationem requiritur quod nihil vnquam actum visum vel auditum fuerit in contrarium iux-
4 ta † requisita quæ enumerat *gloss. in cap. 1. verbo memoria vers. sed quomodo de praescriptio. in 6. Monet. de decim. cap. 5. quaest. 1. num. 76. Rot. coram Pœnia decis. 508. num. 1. & seqq. & in rec. decis. 502. num. 1. par. 4. decis. 56. nu. 7. par. 7. & in Burgen. Decimarum 28. Iunij 1647. coram R.P.D. meo Cerro*

Non enim potest dici non esse memoria in
5 contrariũ dum ex prædictis † de contrario cõstat *Io. And. in d. cap. 1. in fin. de Praescript. in 6. Seraph. decis. 1367. num. 1. in fin. And. decis. 56. num. 4. & 5. in rec. decis. 254 num. 3. par. 1. & dictum fuit in Pampilonen. Decimarum 10. Ianuary 1639. coram Eminentiss. Card. Verospio.*

Imò subducto tempore litis motæ de anno 1572. prout necessario subduci debet *iux. tex. in*
6 *cap. licet ex quadam 47. de testib.* † quam opinionem perpetuo seruauit *Rot. vt coram Pen. decis. 508. num. 7. & seqq. & in rec. decis. 76. num. 3. & decis. 445. num. 2. par. 1. & decis. 458. num. 68. vers. cum enim par. 5. decis. 142. nu. 5. & decis. 266. num. 17 par. 6. & passim in alijs*. Impossibile est quod
7 reperiantur † testes adeo annosi qui ante dictum tempus deponant de visu per 40. annos
8 vt ad † probandam immemorabilem necessarium esse *not. Florian. de santo Petro in l. seruitutis la 3. num. 36. vers. vel quod saltem ff. de seruit. Couarr. in regula Possessor. 2. par. §. 3. num. 7. vers. testes vero de Praescriptio. Rot. coram Verall. decis. 71. num. 2. par. 2. & decis. 290. par. 3. Put. decis. 204. n. 3. & decis. 338. num. 1. lib. 2. Seraph. decis. 1450. num. 2. & decis. 1460. eodem num. & in rec. decis. 254. n. 1. & seqq. par. 1. & decis. 266. num. 15. in fine par. 6.*

9 Et propterea ex isto capite † improbabilitatis remissoriam esse denegandam firmauit, *Rot. coram Duran. decis. 196. num. 5. in recentior. decis. 142. num. 6. decis. 315. num. 4. & dec. 319. num. 16. par. 6. decis. 31. num. 6. par. 7. & dictum fuit in Toletana Decimarum de Caqilla 4. Iunij 1640. coram Eminentissimo Cardinali Panzirolo, in Rossanen. Decimarum 24. Ianuarij 1642. cor. Reuerendiss. Salamantino, & in Barchinonen. Alimentorum 17. Maij 1647. coram Reuerrndiss. D. meo Decano.*

Non obstat quod litis contestatio, & sententia lata ad fauorem Ecclesiæ de dicto an-
10 no 1572. non sustulerit † immemorabilẽ, quia obiectum benè procederet si illa adesset, & fuisset concludenter probata, in quibus terminis loquuntur allegati in contrariũ,
11 *& not. Add. ad S. M.* † *Gregor. decis. 51. num. 8.* & dictum fuit in *Cauallicen. fendi 26. Aprilis 1613. coram Pirouano*. Secus verò, vt in præsenti casu, quando non affertur talis proba-
12 tio, † & de nouo non potest fieri ex supra deductis.

Quod autem de dicto anno 1572. inter easdem partes fuerit introducta lis super hoc ipso iure decimandi, & ab Archiepiscopo Cæsaraugustano lata fuerit sententia ad fauorem Rectoris, & Beneficiatorum reuocatoria alterius latæ ab Episcopo Pampilonen.

pro-

probatur ex litteris Executorialibus Consilij Regii, ad quod Layci tunc temporis pro euitanda Executione habuerunt recursum, productis in hoc iudicio ab ipsis Coniugibus de
13 Archega † Aduersarijs, qui propterea omnia ibidem contenta fassi fuerunt. *Salycet. in lege comparationes num. 13. C. de fid. instrum. Abb. in c. cum venerabiles sub num. 31. vers nam producendo de exceptio. Rota decis. 123. num. 5. & decis. 624. num. 6. par. 1. in recent. & decis. 185. num. 4. vers. Tum denique par. 3. & coram Duran. dec. 433. n. 6.*

Seclusa Immemorabili irreleuantes sunt
13 alij † articuli super consensu Beneficiatorũ, & declarationibus, ac cessionibus ab eis factis ad fauorem Laycorum, cum Layci sint
14 penitus Decimarum † incapaces, neque id fieri potuerit sine Beneplacito Apostolico, *cap. ad hæc. cap. quamuis, & cap. prohibemus de decimis can. vlt. ibique glos. verbo non liceat 16. q. 1. Rota coram Comitulo decis. 154. num. 8. & seq. & in Rauennaten. seu Ferrarien. Decimarum 25. Febr. & 26. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Cerro. & 24. Ianuarij præteriti cor. R. P. D. meo Verospio, vbi cumulantur concordantes.*

Prout etiam irreleuans est alter articulus circa recognitionem, quæ prætenditur ab Ecclesia, seu Beneficiatis mediante solutione cuiusdam summæ pro eorum congrua, quia vel recognitio prętenditur fęudalis, & non
15 sufficit † illam probare simpliciter, sed esset articulanda ante Concil. Lateranense, vt posset suffragari *Couarr. var. resolut. lib. 1. c. 17. n. 5. & seq. Monet. de decim. cap. 5. quæst. 3. sub num. 65. vers. 2. conclusio num. 66. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 86. num. 15. Rot. decis. 545. num. 1. par. 4. recent. & decis. 101. num. 12. pari 7.* Vel est simplex acquiescentia solutioni prædictæ
16 Beneficiatorum pro tempore, † & modernis Beneficiatis pręiudicare non potest *cap. 1. de solutio. Gratian. discept. for. cap. 293. num. 99. Rot. coram Millin. decis. 399. num. 1. & dictum fuit in Zamoren. Anniuersariorum 11. Martij 1648. coram R. P. D. meo Meltio.*

Et ita decisũ vtraque parte informãte &c.

R. P. D. B I C H I O.

Cracouień Decimarum.

Mercurij 16. Nouembris 1650.

A R G V M E N T V M.

Decimæ, quæ iuris assistentia ad Parochum spectare præsumuntur, si ab alio longo tempore fuerunt possessæ, concurratque simul earum donatio Apostolico beneplacito munita, talis assistentia remanet seclusa. Donatio bonorum Ecclesiæ num cursu temporis beneplaciti præsumptam confirmationem obtineat.

S V M M A R I V M.

1 *Inuentarium contrà producentem plenè probat.*
2 *Liber Ecclesiæ probat statum illius.*
Decimas ad aliquem spectare probatur ex libris Ecclesiæ. num. 2.
3 *Literæ Apostolicæ referentes tenorem donationis, eamdem donationem plenè probant.*
4 *Donationis effectuatio per remotas probationes factæ suffragatur, vbi non constat quod alius medio tempore possederit.*
5 *Decimæ ab alio antiquissimo tempore possessæ, eique cum beneplacito Apostolico donatæ excludunt assistentiam iuris pro Parocho militantem.*
6 *Decimas ad aliquem spectasse fatetur, qui eidem donatas fuisse dicit.*
7 *Donatio decimarum facta à non habente facultatem ius aliquod tribuere non valet.*
8 *Donatio bonorum Ecclesiæ causam vtilitatis, vel necessitatis copulatiuè requirit vnàcum beneplacito Apostolico.*
9 *Altare vnum pro vestiendo alio spoliari non debet.*
10 *Donare est perdere.*
11 *Beneplacitum Apostolicum cum vi donatione bonorum Ecclesiæ non præsumitur ex cursu temporis.*
12 *Beneplacitum Apostolicum non probat solus cursus temporis, sed simul requiritur obseruantia saltim per annos 30.*
13 *Præscriptionem centenariam, vt testes probent quomodo deponere debeant.*
14 *Tempus alienantis subducendum est in præscriptione bonorum Ecclesiæ.*
15 *Absentia successorum Ecclesiæ excomputari debet in præscriptione bonorum illius.*
16 *Prælati absentes iura Ecclesiarum suarum defendere non possunt.*
17 *Monaci Benedictini habent priuilegium præscriptionis annorum triginta.*
18 *Priuilegia quæ habent Monaci Benedictini fuerunt communicata etiam Ordini Cisterciensi.*
19 *Parochus debet habere congruam.*
20 *Congruam si Parochus habet in certis bonis, illam in alijs prætendere non valet.*

DECISIO LXXXII.

PERTINERE decimas Villæ de VVygleniec ad Monasterium Andreouiense probant Liber beneficiorũ Diœcesis Cracouień vbi habetur, quod d. Villa est sub Parochia Ecclesiæ de Andreou sub Inuocatione S. Catherinæ cuius proprietas totalis ad Monasterium Androuiense pertinet omnesque agri Villæ soluunt, & conducunt pro Monastero Androuiense decimam manipularem, & Canapalem vt in *Summar. Monasterij num. 3.* Item Liber Retaxationum Ecclesiæ Cathedralis, & Diœcesis Cracouiensis ibi in VVygleniecf decima manipularis pro Monasterio Androuieñ, *Summ. num. 4.* Item liber Visitationum in qua dicta, Parochialis Ecclesia S. Catherinæ enunciatur Iurispatronatus Abb. Androuień, & numerando corpora Dotis Presbytero Rectori eiusdem Ecclesiæ assignatæ recensetur dumtaxat In hac Villa decima valoris decem marcarum. Item testes deponentes, quod Monaci decimas exegerunt. Item Inuentarium rerum temporalium dictæ Ecclesiæ S. Catherinæ vbi asseritur ipsius Ecclesiæ proprietas ad Monasterium Androuiense pertinere, & Monasterium percipere decimam manipularem huius Villæ, *Summ. num. 6.*

Quod Inuentarium cum fuerit à Rectore
1 aduersario productum † plenè contrà ipsum
probat *Dec. in cap. cum venerabilis numer 90. de ex-
cept. Valenzuel. consil. 40. numer. 59. & 60. lib. 1.
Gabr. de confess. conclus. 4. numer. 14. Rot. decis. 2.
num. 1. in fin. part. 2. recent. decis. 238. nu. 5. coram
san. mem. Gregor. XV.* prout etiam probant dicti
2 libri † maximè simul iuncti in his, quæ con-
cernunt statum Ecclesiarum Ciuitatis, &
Diœcesis *cap. ad audientiam. §. nos igitur. vbi In-
noc. num. 1. Abb. num. 4. de præscript. Paris. cons. 7.
num. 10. lib. 4. Bursatt. cons. 259. num. 43. & seqq.
Boer. decis. 105. num. 13. Rot. penes Mart. Andr. de-
cis. 12. sub n. 5. vers. quæ omnia.*

Eo magis, quia Monasterium exhibuit vl-
terius confirmationem Apostolicam sub
Adriano Quarto Summo Pontifice donatio-
nis huius Villæ, eiusque decimarum sibi à
Ioanne Polonorum Archiepiscopo factæ,
3 quæ † satis probata dicitur ex ipsis literis cō-
firmationis illius tenorem referentibus *gloss.
in cap. 1. verbo desunt 29. distinct. Felin. in c. inter
dilectos num. 7. de fid. instr. Ruin. cons. 31. num. 7.
cons. 231. num. 5. & 6. lib. 1. Paris. cons. 33. num. 9.
lib. 1. Boer. decis. 247. num. 3. Rot. decis. 36. nu. 1. &
seq. par. 2. diuers.*

Et tam donationis, quàm confirmationis
effectuatio apparet ex supracitatis libris, &
inuentarijs exaratis longè post obitū Adria-
ni Quarti secutum anno 1159. continentibus
vt supra pertinentiam decimarum ad Mona-
sterium, necnon ex venditione huius Villæ
cum expressa reseruatione decimarum ma-
nipularium per Abbatem, & Monasterium
quibusdam laicis facta vsque de anno 1365.
cum successiua illarum exactione donec qui-
dam Plebanus nomine Bartholomæus à Re-
scio tunc Abbate electus ex eius concessione
incepit decimas exigere, vt deponit septimus
testis exaduerso examinatus super interroga-
torijs Parochi, & super interrogatorijs con-
uentus ad sextum Summ. primæ positionis
sub num. 6. litt. A. sufficitque probare effectua-
4 tionem etiam remotam, quando non con-
stat, quod alius medio tempore possederit,
*Buratt. decis. 647. num. 18. decis. 679. n. 14. Rot. in
Barchinonen. Vicaria 2. Martij 1640. cor. clar. mem.
Coccino.*

Vnde nec Rectori Ecclesiæ S. Catherinæ
suffragari potest assistentia iuris communis,
quæ militare solet pro Parocho, quia cessat
5 quando † vt in casu nostro constat decimas
fuisse à Monasterio antiquissimo tempore
possessas, ac ei cum beneplacito Apostolico
donatas *Vitalin. in clem. 1. sub num. 71. vers. vnde
oportet de iurepatr. Rebuff. in tract. de congr. port.
benefic. num. 108.* Præsertim quia ipse Rector
aduersarius de anno 1648. vt in Summ. pri-
mæ positionis *n. 2.* allegauit pro fundamento
suæ intentionis donationem decimarum di-
ctæ Ecclesiæ factam ab Abbate Monasterij
6 Andreouiensis, † & sic decimas antea ad Mo-
nasterium non ad se pertinuisse agnouit, *Bu-
ratt. decis. 551. num. 1. Seraphin. decis. 1102. n. 8.
Put. decis. 426. num. 2. lib. 2. cum alijs allegatis in
Hispalen. decimarum 15. Februarij 1647. §. quia
natura, coram R. P. D. meo Meltio, & in Toletana
Decimarum 26. Maij 1648. §. nec contradicit, coram
R. P. D. meo Celso.*

Quæ tamen donatio ius aliquod super his
decimis in Ecclesiam S. Catherinæ, eiusque
7 Rectorem non transtulit cum facta fuerit ab
Abbate Monasterij facultatem huiusmodi
non habente *cap. non licet Papæ 12. quæst. 2. cap. 1.
cap. tua nuper de his, quæ fiunt à Prælat. sin. consens.
cap. 1. cap. Episcopi, cap. nulli de reb. Eccles. non
alien.* nec iusta causa vtilitatis nempe vel ne-
8 cessitatis Monasterij interuenerit, † vt requi-
rebatur copulatiuè cū Beneplacito Aposto-
lico tam ex dispositione sacrorū Canonū *c. 1.
de reb. Eccl. non alien. c. 1. eod. tit. in 6. clem. 1. eod. tit.
extrauag. ambitiosè eod. tit. cap. sine exceptione 12.
quæst. 2.* quam particularis Constitutionis fel.
record. Benedicti XII. relat. in Summ. Mo-
nasterij *sub n. 14.* quamuis alienatio emanaue-
9 rit ad fauorem alterius Ecclesiæ, † quia spo-
liari non debet vnum Altare, vt aliud ve-
stiatur *Quaran. in compend. Bull. verb. aliena-
tio rerum Ecclesiæ num. 15. Rot. decis. 1. de reb. Ec-
cles. non alien. in nou. decis. 561. n. 7. & seq. par. 5.
recent. decis. 3. n. 8. par. 7.*

Neque Beneplaciti, aut iustæ causæ præ-
10 sumptio educi potest ex lapsu tēporis, † quia
cum donare sit perdere *l. filius familias, vbi Bal.
num. 2. Castr. num. 2. ff. donat.* facies ipsa donatio-
nis omnem vtilitatis præsumptionem euer-
11 tit † etiam si aliæ solemnitates interuenissēt,
vt in puncto *Socc. cons. 52. num. 10. lib. 4. Castr.
cons. 432. num. 2. lib. 1. Alex. cons. 1. num. 21. lib. 4.
Gabr. de præsumpt. conclus. 1. num. 57. Picus ad
statuta Vrb. gloss. 21. num. 27. Rot. decis. 430. sub
num. 4. vers. in casu isto par. 2. recent.* Et ad præ-
sumendum Beneplacitum Apostolicum non
12 sufficit lapsus temporis † nisi simul probetur
inconcussa obseruantia contractus saltem
per triginta annos *Gabr. cons. 36. num. 5. lib. 1.
Put. decis. 7. de præsumpt. Add. ad Gregor. XV. decis.
354. num. 18. Rot. decis. 694. sub num. 5. part. 1.
recentior.*

Gratis etiam allegatur præscriptio cente-
naria cum testes ad id inducti, vel patiantur
13 exceptiones in personis, † vel careant legiti-
ma ætate quinquaginta quatuor saltem an-
norum, nec deponant cum requisitis, *gloss. in
cap. 1. de præscript. in 6.* quàm perpetuo sequu-
ta est *Rot. apud Caputaq. decis. 71. num. 2. par. 2.
apud Seraphin. decis. 1197. num. 1. decis. 597. in fin.
par. 4. diuers.* Et prætereà subducendum esset
14 tempus vitæ Abbatis, † qui malè alienauit,
*cap. si Sacerdotes 16. quæst. 3. Rebuff. in compend.
alienat. rer. Eccles. sub num. 36. vers. sed intelligen-
dum est. Rot. decis. 445. num. 8. coram bon. mem.
Coccino decis. 94. num. 13. decis. 114. num. 6. & seq.
par. 4. recent. & in Leodien. Decimarum 26. Iunij
1646. §. ab anno, coram R. P. D. meo* [illegible]
nec non absentiæ successorum iustificatæ in
15 hodierno † Summario *sub n. 18. & 19.* à qui-
bus iura Monasterij defendi non potuerunt,
16 *Authen. † quod si quis C. de præscript. long. temp.
gloss. in cap. auditis. verb. subductis in fin. de præscrip.*

Nec suffragatur ordinaria præscriptio trigin-
17 ta annorum † attentis priuilegijs per Sum-
mos

mos Pontifices concessis Monacis Benedictinis relatis à *Rodriq.q.regul.tom.1.q.36.artic.3.col.penult.post princip.vers.supradicta, & tom.3.qu.35.*
18 *art.2.* cõmunicatis † etiam Ordini Cisterciensi, vt notat, *Pater Ioannes de la Crux de statu Religionis libr.2.capit.3.dub.2.versic. secunda conclusio fol.110.& seq.*

Tandem prætendere has decimas Parochus
19 non † valet ratione congruè sibi debitæ *iuxta textum in clem.1.de iurepatronat.& in cap.1.de praben in 6.* quia cum illa ex datis in hodierno Sũmario, *sub nu.24.* in alijs bonis abundè assigna-
20 ta † probetur petenda vlterius non est, *Vitalin. in d.clem.1. sub num.71. vers. conclude il 1.* ibi qui contenti esse debent, *de iurepatron. Rebuff.in tract. de congrua n.92.Mantic.dec.22.n.1.ª Rot.coram sa.m. Greg.XV.dec.429.n.2.& seqq.*

Et ita informantibus solum Monasterio, & Monacis Andeouij, aduersario tamen pluries citato decisum hodie fuit, postquam Monasterium probationes alias adductas coadiuuanit vt Rota mandauerat sub 13. Iunij proximi præteriti.

R. P. D. BICHIO.

Cracouieñ Decimarum

Mercurij 16. Nouembris 1650.

ARGVMENTVM.

Parochus licèt respectu decimarum dicatur habere pro se assistentiam Iuris communis, tamen ab hac regula quando recedi possit clarè demonstratur, Bona Ecclesiæ vt validè alienari possint etiam ad fauorem alterius Ecclesiæ, quæ requirãtur, eruditè tractatur. Immemorabilis vt probata remaneat per testes, quæ sint necessaria, & quando præscriptio non currat contra Ecclesiam, nonnulla hic habentur.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium ab Aduersario productum plenè contra ipsum probat.*
2 *Libri beneficiorum, Visitationum &c. simul iuncti, plenè probant in his, quæ concernunt statum Ecclesiarum Ciuitatis, & Diœcesis.*
3 *Donatio facta Ecclesiæ, Monasterio &c. satis probata dicitur ex litteris confirmationis Apostolicæ illius tenorem referentibus.*
4 *Effectuatio, quamuis remota sufficit, quando non constat de aliqua effectuatione in contrarium.*
5 *Parochus, quando non dicatur habere assistentiam iuris Communis super his decimandi.*
6 *Parochus non dicitur habere pro se assistentiam iuris communis respectu decimarum, quando pro fundamento suæ intentionis allegat donationem decimarum eius Ecclesiæ factam.*
7 *Donatio facta ab Abbate de re spectante ad Monasterium est nulla.*
8 *Bona Ecclesiæ vt validè alienari possint, requiritur copulatiuè iusta causa necessitatis, & vtilitas ipsius Ecclesiæ cum Beneplacito Apostolico.*
9 *Amplia quamuis alienatio emanauerit ad fauorē alterius Ecclesiæ.*
10 *Donare est perdere.*
11 *Donatio euertit omnem vtilitatis præsumptionē ergà donatorem, etiam si aliæ solemnitates interuenissent.*
12 *Beneplacitum Apostolicum vt præsumatur ex lapsu temporis, quid requiratur.*
12 *Testes vt probent immemorabilem, cum quibus requisitis deponere debeant.*
13 *Præscriptio contra Ecclesiam non currit de tempore vitæ Rectoris, qui malè alienauit.*
14 *Neque de tempore absentiæ Successoris à quo illius iura deduci potuissent.*
15 *Præscriptio triginta annorum non suffragatur aduersus Monacos Benedictinos, ac Ordinem Cisterciensem.*
16 *Parochus quandò non valeat prætendere decimas ratione congruæ sibi debitæ.*

DECISIO LXXXIII.

PERTINERE Decimas Villę de VVyglenicc ad Monasterium Andreouiense probant Liber beneficiorum Diœcesis Cracouiensis vbi habetur, quod dicta Villa est sub Parrochia Ecclesiæ de Andreou sub innocatione S. Catherinæ cuius proprietas totalis ad Monasterium Androuiense pertinet omnesq; agri Villæ soluunt, & conducunt pro Monasterio Androuiense decimam manipularem, & Canapalem, vt in Summ. Monasterij *num.3.* Item Liber Retaxationũ Ecclesię Cathedralis, & Diœcesis Cracouiensis ibi in VVyglenieef decima manipularis pro Monasterio Androuiensi Sũ. *num.4.* Item liber Visitationum in qua dicta Porochialis Ecclesia S. Catherinæ enunciatur Iurispatronatus Abb. Androuien. & numerando corpora Dotis Presbytero Rectori eiusdem Ecclesiæ assignatæ recensetur duntaxat in hac Villa decima valoris decem marcarũ. Item testes deponentes, quod Monaci decimas exegerunt. Item inuentarium rerum temporalium dictæ Ecclesiæ S. Catherinæ vbi asseritur ipsius Ecclesiæ proprietas ad Monasteriũ Androuiense pertinere, & Monasterium percipere decimam manipularem huius Villæ Summ. *num.6.*

1 Quod † inuentarium cum fuerit à Rectore aduersario productum plenè contra ipsum probat, *Doc.in cap.cum venerabilis num.90. de except. Valenzuel.cons.40.num.59.& 60.lib.1.Gabr.de confess.conclus.4.num.14.Rot.dec.2.num.1.in fin.p.2 recent.decis.238.num.5.coram san.mem. Gregor.XV.*
2 prout etiam † probant dicti libri maximè simul iuncti in his quæ concernunt statum Ecclesiarum Ciuitatis, & Diœcesis, *cap.ad audientiam, § vlt.ignino.vbi Innoc.num.1.Abb.num.4.de præscrip.Paris.cons.7.nu.79.lib.4.Bursatt.cons.253 numer.45.& seq.Buratt.decision.105.numer.13. Rota penes Mart. Andr. decis.12. sub numer.5.versic.quæ omnia.*
3 Eo magis, † quia Monasterium exhibuit vlterius confirmationem Apostolicã sub Adriano

no Quarto Summo Pontifice donationis huius Villæ, eiusque decimarum sibi à Ioanne Polonorum Archiepiscopo factæ, quæ satis probata dicitur ex ipsis litteris confirmationis illius tenorem referentibus, *gloss. in cap. 1. verbo desunt 29. distinct. Felin. in cap. inter dilectos num. 7. de fid. instr. Ruin. cons. 31. num. 7. cons. 231. num. 5. & 6. libr. 1. Paris. consil. 33. numer. 9. libr. 1. Boer. decision. 247. numer. 3. Rota decision. 36. num. 1. & seq. part. 2. diuers.*

Et tam donationis, quam confirmationis effectuatio apparet ex supracitatis libris, & inuentarijs exaratis longè post obitum Adriani Quarti secutum anno 1159. continentibus vt supra pertinentiam decimarum ad Monasterium, necnon ex venditione huius Villæ cum expressa reseruatione decimarum manipularium per Abbatem, & Monasterium quibusdam laicis facta vsque de anno 1365. cum successiua illarum exactione donec quidam Plebanus nomine Bartholomæus a Rescio tunc Abbate electus ex eius concessione incepit decimas exigere, vt deponit septimus testis exaduerso examinatus super interrogatorijs Parochi, & super interrogatorijs conuentus ad sextum Summ. primæ positionis, *sub num. 6. lit. A*

4 sufficitque† probare effectuationem etiam remotam, quando non constat, quod alius medio tempore possederit, *Buratt. decis. 647. nu. 18. dec. 679. n. 14. Rot. in Barchinonen. Vicaria 2. Martij 1640. coram clar. me. Coccino.*

5 Vnde nec † Rectori Ecclesiæ S. Catherinæ suffragari potest assistentia iuris communis, quę militare solet pro Parocho, quia esset quã do vt in casu nostro constat decimas fuisse à Monasterio antiquissimo tempore possessas, ac ei cum Beneplacito Apostolico donatas, *Vitalin. in clem. 1. sub num. 71. vers. vnde oportet de iurepatr. Rebuff. in tract. de congr. port. benefic. n. 108.*

6 Presertim quia ipse Rector aduersarius de anno 1648. vt in Summ. primæ positionis *num. 2.* allegauit pro fundamento suæ intentionis donationem decimarum dictæ Ecclesiæ factam ab Abbate Monasterij Andreouiensis, & sic decimas antea ad Monasterium non ad se pertinuisse agnouit, *Buratt. decis. 551. num. 1. Seraph. dec. 1102. num. 8. Put. dec. 426. num. 2. lib. 2. cum alijs allegatis in Hispalen. decimarum 15. Februarij 1647. §. quia natura, coram R. P. D. meo Meltio, & in Toletana Decimarum 16. Maij 1648. §. nec contradicit, coram R. P. D. meo Celso.*

7 Quæ tamen † donatio ius aliquod super his decimis in Ecclesiam S. Catherinæ, eiusque Rectorem non transtulit cum facta fuerit ab Abbate Monasterij facultatem huiusmodi nõ habente, *cap. non licet Papæ 12. q. 2. capit. 1. cap. tua nupen de his quæ fiunt à Prælat. sin. consen. cap. 1. cap. Episcopi, cap. nulli de reb. Eccles. non alien.*

8 † nec iusta causa vtilitatis nempe vel necessitatis Monasterij interuenerit, vt requirebatur copulatiuè cum Beneplacito Apostolico tam ex dispositione sacrorum Canonum, *capit. 1. de reb. Eccles. non alien. cap. 1. eod. tit. in 6. clemen. 1. eod. tit. extrauag. ambitiosæ eod. tit. cap. sine exceptione 12. q. 2* quam particularis Constitutionis fel. record. Benedicti XII. relat. in Summ. Monasterij, *sub num. 14.*

9 † quamuis alienatio emanauerit ad fauorem alterius Ecclesiæ, quia spoliari non debet vnum Altare, vt aliud vestiatur. *Quaran. in compend. Bull. verb. alienatio rerum Ecclesiæ numer. 15. Rot. decis. 1. de reb. Eccles. non alien. in nou. decis. 561. num. 7. & seq. part. 5. recent decis. 3. nu. 3. part. 7.*

10 Neque Beneplaciti, aut iustę causæ præsumptio educi potest ex lapsu temporis, † quia cum donare sit perdere, *l. filius familias, vbi Bal. num. 2. Castr. nu. 2. ff. de donat.*

11 † facies ipsa donationis omnem vtilitatis præsumptionem euertit etiam si aliæ solemnitates interuenissent, vt in puncto, *Socc. cons. 52. num. 10. lib. 4. Castr. cons. 432 num. 2 lib. 1. Alex. cons. 1. num. 21. lib. 4. Gabr. de præsumpt. conclus. 1. num. 57. Picus ad statut. Vrb. gloss. 21 num. 27. Rot. decis. 430. sub num. 4. versic. in casu isto part. 2. recent.*

12 † Et ad præsumendum Beneplacitum Apostolicum non sufficit lapsus temporis nisi simul probetur inconcussa obseruãtia contractus saltem per triginta annos, *Gabr. cons. 36. num. 52. lib. 1. Put. decis. 7. de præsumpt. Add. ad Greg. XV. dec. 354. nu. 18. Rot. decis. 694. sub n. 5. par. 1. recent.*

13 Gratis etiam allegatur † præscriptio centenaria cum testes ad id inducti, vel patiantur exceptiones in personis, vel careant legitima ætate quinquaginta quatuor saltem annorũ, nec deponant cum requisitis, *gloss. in cap. 1. de præscript. in 6.* quam perpetuo sequuta est *Rot. apud Caputaq. dec. 71. n. 2. par. 2. apud Serap. dec. 1192*

14 *n. 1. dec. 557. in fin. p. 4. diuers.* † Et præterea subducendum esset tempus vitæ Abbatis, qui malè alienauit, *cap. si Sacerdotes 16. q. 3. Rebuff. in compend. alienat. rer. Eccles. sub. num. 36. vers. sed intelligendum est. Rot. decis. 445. num. 8. coram bon. me. Coccino decis. 94. num. 13. decis. 294. num. 28. & seqq. p. 4. recen. & in Leodien. Dominiorum 25. Iunij 1649. §. 15. num. ab anno, coram R. P. D. meo Corrado,* † necnõ absentiæ successorum iustificante in hodierno Summario *sub nu. 18. & 19.* à quibus iura Monasterij defendi non potuerunt, *Authen. quod si quis, Cod. præscript. long. tempor. gloss. in cap. auditis,*

15 *verb. subducto in fin. de præscript.* † Nec suffragatur ordinaria præscriptio triginta annorum attentis priuilegijs per Summos Pontifices concessis Monacis Benedictinis relatis à *A Rodriq. quæst. regul. tom. 1. q. 36. art. 3. col. penult. post princip. versic. supradicta, & tom. 3. q. 35. art. 2.* communicatis etiam Ordini Cisterciensi, vt notat, *Pater Ioannes de la Crux de statu Religionis lib. 2. cap. 3. dub. 2. vers. secunda conclusio fol. 110. & seq.*

16 Tandem† prætẽdere has decimas Parochus non valet ratione congruæ sibi debitæ, *iuxta textum in clem. 1. de iurepatronat. & in cap. 1. de preben. in 6.* quia cũ illa ex datis in hodierno Summario, *sub num. 24.* in alijs bonis abundè assignata probetur petenda vlterius nõ est *Vitalin. in d. clem. 1. sub num. 71. vers. conclude il 1.* ibi qui contenti esse debeant, *de iurepatronat. Rebuff. in tractat. de congrua numer. 92. Mantic. decision. 22. numer. 1. Rot. coram sanct. mem. Gregor. XV. decis. 429. nu. 2. & seqq.*

Et ita informantibus solum Monasterio, &

Mona-

Monasterij Andeouij, aduersario tamen pluries citato decisum hodie fuit, postquam Monasterium probationes alias adductas coadiuuauit vt Rota mãdauerat sub 13. Iunij proximi præteriti.

R. P. D. PEVTINGERO

Comeñ Collegij.

Rota Martiniana Sabbati 26. Nouembris 1650.

ARGVMENTVM.

Dispositio Testatoris de recipiendis pueribus in Collegio à se fundato non censetur confirmata Concilio requirente annos 12. in alumnis, sed possunt recipi cuiuscumque ætatis dum habiles sint ad addiscendas omnes litteras.

SVMMARIVM.

1 *Pueri cuiuscumque sint ætatis dummodo sint habiles ad omnes litteras addiscendas sunt admittendi in Collegijs ad hoc per testatores institutis, & nu. 4.*
Et ibi sunt retinendi vsque quo gradus doctoratus assumant arbitrio prudenti Superiorum, nu. 2.
3 *Pueri assumendi pro alumnis in Seminario iuxta dispositionem Concilij debent esse ætatis annorum 12.*
Testator quando nõ præsumitur se conformasse dispositioni Concilij de recipiendis pueribus, in Collegio à se instituto, nu. 3. & 4.
5 *Dispositio testatoris non potest recipere interpretationem à lege quæ loquatur de diuersis personis ab illis de quibus loquitur testator.*
6. *Indumentum pro pueribus Collegij debet esse Clericale.*
7 *Pueri non tenentur præstare cautionem de reficiendo expensas si dimiserint habitũ Clericalem Collegij quando hoc in erectione non sit cautũ.*
8 *Onus in erectione Collegij non oppositum non potest postea apponi in præiudicium Alumnorum.*
9 *Alumni non sunt expellendi à Collegio, eo quia eorum Parentes conquerantur de malo tractamento facto filijs.*
10 *Filius ex facto Patris non est priuandus.*
11 *Correctio immoderata Præceptori non licet.*

DECISIO LXXXIV.

PLACVERVNT etiam hodie Dominis pro tertia vice fundamenta resolutionis sub die 5. Iulij anni 1649. in hac causa captæ coram me,* quoad sequentes casus declaranda, Bartholomeum nimirum Papium fundatorem Collegij Asconensis in fauorem suorum tantum Concivium illud erexisse, non aliorum, vt in dictæ decisionis primis tribus paragraphis firmatum fuit, & cum eisdem rationibus ibi expressis iterum Domini transierunt.

Prout etiam fundamentum in antecedenti decisione pariter corã me die 17. Martij eiusdem anni 1649. approbatum, de ætate circa Pueros, & Iuuenes Asconæ, scilicet in qua-
1 cunque ætate habiles ad † omnes litteras addiscendas in dictum Collegium per tempus congruum admittendos esse, & vsquequò gra-
2 dum doctoratus assumant † prò superiorum prudentia, & redditũum viribus retinendos; denuo confirmatum fuit.

Non obstat, quod ex dispositione Sacri Cõcilij Tridentini sess. 23. cap. 18. requiratur in
3 Aluminis† Seminarij ætas annorum 12. secundum quam Testator se conformasse censetur, quia Concilium loquitur de Seminario Clericorum erigendo ab Ordinario ex necessitate Ecclesiæ; Testator autem non loquitur de
4 Clericis, † nec Seminarium est erectum prò seruitio Cathedralis, sed vt Pueri litteras edis-cant, & in vera Religione instituantur, & cõ-
5 seruentur contra hæreticos propinquos, † & sic dispositio testatoris non potest recipere interpretationem à dicto Concilio loquente de personis diuersis *Card. Seraphin. decis. 1216. num. 8.*

Respectu verò tertię Regulę quoad vestes,
6 à Iuuenibus† induendas Clericale sęculare indumentum fuit à Dominis approbatum prò decenti absquè tamen adstrictione eorundem Iuuenum ad ordinem, seu characterem cleri-
7 calem suscipiendum,† & absquè cautione in admissione de reficiendo expensas, si deindè indumentum Clericale dimiserint, eò quia nec per ipsam voluntatem testatoris in Collegij huius fundatione, nec per Summum Pontificem Greg. XIII. in confirmatione, minusue per S. Carolum in eius erectione appositum
8 hoc onus fuit, † & proindè hodie illud in alũnorum præiudicium minimè apponi debet, vt pręter allegatos in pręfata, *decisione 17. Martij 1649. in §. pariter probat tex. in c. cum dilecti 6. de donat. ibique Abb. sub num. 2. in fine vers. nota tertio, quod laicus,* & tradit *Felin. in c. cum venerabilis sub numer. 39. ad finem versic. nota 3. ad ampliationem, & Petr. de Anch. in clem. quia contingit de relig. dom. num. 11.*

Quoad quartam regulam de expellendis ex
9 dicto Collegio alumnis, † quorum parentes de malo suorum filiorum in dicto Collegio tractamento conquererentur, Domini non censuerunt esse approbandam tanquam non practicabilem, quia filius non potest facto Patris priuari ad *tex. in l. Pater familias 44. ff. de hæred. inst. ubi DD. Gabr. cons. 105. nu. 11. & seq. lib. 1. Gionagn. cons. 93. num. 17. & seq. lib. 1. Rot. decis. 208. num. 12. par. 6. recent.* Neque licita est Pręceptori immoderata correctio, vt apertè probant, *tex. in l. sed & si quemcumque 5. in fine vers. quia leuis dumtaxat castigatio cum l. seq. ff. ad l. aquil. & in l. item quæritur 14. §. qui omnis enim magistris ff. locat.* & sic in reliquis, in decisis perstiterunt.

Vtraque &c.

Decisio ista emanata in hac eadem causa sub die 5. Iulij 1649. coram R. P. D. Peutingero erit infra in Miscellan.

R.P.

R. P. D. BICHIO

Cracouien. Donationis.

Rota Martinizia Sabbati 26. Nouembris 1650.

ARGVMENTVM.

Agitur de Nullitate alienationis bonorum Congregationis Cistercienſium contra formam præſcriptam à Benedicto XII. & de illius requiſitis.

SVMMARIVM.

1 *Monaci Cistercienſes non poſſunt alienare niſi ſeruata forma conſtitutionis Benedicti XII. & nu. ſeqq.*

Et hoc ſub pœna nullitatis ipſo iure incurrenda numer. 2.

3 *Alienatio bonorum Eccleſiæ non ſeruata extrauag. Ambitioſè de reb. Eccleſ. non alien. eſt ipſo iure nulla.*

4 *Alienatio bonorum facta à Cistercienſibus non ſuſtinetur ſi non docetur de licentia Capituli Generalis per ſeparatam ſcripturam.*

Nec ſufficit enunciatiua vel aliquorum Monacorũ ſubſcriptio.

5 *Scriptura à Notario non confecta non probat in præiudicium Eccleſiæ.*

6 *Alienatio rerum Eccleſiæ vltra ſolemnitatem requirit cauſam.*

7 *Cauſa donationis in donare prohibito non probatur ex illius aſſertione.*

8 *Congruũ quod fuit in præteritum præſumitur, & eſſe in præſens.*

9 *Prælatus nulliter alienando non præiudicat Eccleſiæ.*

10 *Eccleſiæ prò male alienati competit non ſolum reintegratio ſed etiam interdictum vnde vi.*

11 *Sequeſtrum Eccleſiæ pro fructibus rei malè alienatæ non conceditur niſi probetur fructuum diſſipatio.*

Vel quod ſit eorum recuperatio difficilis propter inopiam Aduerſarij vel alias num. 12.

13 *Sequeſtrum regulariter non conceditur pendente lite in cauſis non beneficialibus.*

DECISIO LXXXV.

INTER cætera in alienationibus per RR. Monachos Cistercienſes faciendis requiſita à Cõſtitutione felic. recordationis Benedicti XII. data in Summario Monachorum *num.* 2. nedum conſenſum maioris, aut ſanioris partis conuentus eiuſdemque præcedentem tractatum de quo ſcriptura cõficiatur adhiberi præ-
1 cipitur, † ſed etiam quod antequam ad alienationem procedatur obtineatur deſuper licẽtia ab ipſius Ordinis Capitulo Generali, quod ſubſequatur diſcuſſio negocij per duos Abbates à dicto Capitulo Generali deputandos, quodque de cauſis alienationis, & ſolemnitatibus præfatis per quatuor Abbates, & Præſidentem ipſi Conuentuali loco ſub eorum ſigillo plena, & fidelis relatio in proximo ſubſequenti Generali Capitulo fiat vt videatur ſi circa hæc omnia debitæ præceſſerunt.

Quæ cum non fuerit ſeruata in donatione decimarum, de quibus agitur Rectori Eccleſiæ Sanctæ Catherinæ facta ab Alexandro Trebinski Abbatiæ, & Monaſterij Andreouienſis tunc Adminiſtratore deciſum hodie fuit eandem donationem ipſo iure nullam fuiſſe † ſic
2 diſponente tum dicta particulari Conſtitutione Benedicti XII. ibi, *& alienatio huiuſmodi ſic*
3 *præſumpta ſit ipſo iure irrita, & inanis*, † tum alia vniuerſali felic. record. Pauli II. *relat. in extrauag. ambitioſè de reb. Eccleſ. non alien.* quæ pariter nullitatem ipſo iure inducit, vt notant *Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. q. 22. numer. 9.* & in terminis decimarum, *eſt text. in capit. 1. de reb. Eccleſ. non alien. in 6.*

Et quidem defectus licentiæ Capituli Generalis, & diſcuſſionis duorum Abbatum, eorumque relationis in ſequenti Capitulo Generali euidens eſt, prout etiam tractatus Monachorum cum de eo non conſtet per ſeparatã
4 ſcripturam, † vt oportere tradit, *Feder. de Sen. conſ. 143. circa fin. verſ. nec obſtat. Ferret. conſ. 249. num. 12. & conſ. 294. num. 10. Rolan. conſ. 33. num. 12. lib. 1. Pariſ. conſ. 36. num. 10. lib. 4. Rot. deciſ. 716. n. 3. par. 1. diuerſ.* itaut non ſufficiat, quod in ipſa ſcriptura alienationis enuncietur, vel quod aliqui Monaci eidem ſcripturæ ſubſcripſerint præſertim quia talis ſcriptura non eſt confecta
5 à Notario, † ac proinde tanquam mere priuata non probat in præiudicium Eccleſiæ, *cap. 1 & 2. vbi not. omnes de fid. inſtrum. Speculat. in tit. de Inſtrument. edit. §. 2. per tot. & x. num. 1. Ang. conſ. 220. in princip. verſic. & hoc ex eo Perez. in ordinat. Reg. Caſtell. lib. 3. tit. 8. l. 5. fol. 1106. verſ. vltimo eſt notandum.*

6 Cauſa pariter alienationis quæ, † copulatiuè vna cum ſolemnitatibus neceſſaria eſt tam ex verbis dictæ Conſtitutionis Benedictinæ, ibi, *& quod etiam fiat de cauſis alienationis, & ſolemnitatibus præfatis etc.* quam ex diſpoſitione iuris communis *cap. ſine exceptione 12. q. 2. Abb. in cap. tua nuper num. 8. de his quæ fiunt à Prælat. Dec. conſ. 122. num. 4. Seraph. deciſ. 1490. num. 1. cum alijs allegatis in Leodien. Dominiorum 25. Iunij 1640. coram*
7 *R. P. D. meo Corrado,* non apparet aliunde † quã ex aſſertione donatoris cui de hoc fides non adhibetur, *Oldr. conſ. 261. per tot. Aegid. deciſ. 617. in princip. Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 66. n. 23. Rot. dec. 752. n. 3. p. 1. diuerſ. & in Warmien. Vnionis 1. Iulij 1643. coram me.*

Quinimo ipſa aſſertio minus vera detegitur quia nec aliquando fuit Vicaria Eccleſiæ Sanctæ Catherinæ erecta in præpoſiturum, nec ipſius Vicariæ redditus tenues erant vt fuit aſſertum cum ex datis in Summar. *numer. 7.* & ex
7 quo in præteritum ad congruam ſubſtentationem † ſatis fuerunt etiam hodie ſufficientes eſſe probetur, *Oldrad. conſ. 162. ſub num. 1. verſic. quod ita Seraph. deciſ. 1415. nu. 3. Lotther. de re benef. lib. 1. q. 28. num. 8.*

His conſequens eſt vt Monaſterium veniat ad decimas donatas reintegrandum, quia Prælatus eoque minus adminiſtrator nulliter alie-
9 nando † præiudicare non potuit Eccleſiæ, vnde ideo pro rebus nulliter alienatis competit nõ
10 modo reintegratio, † ſed etiam interdictum vnde vi. *Abb. in cap. cum ſuper. num. 22. de cauſ. poſſ. & prop.*

& propr. Rot. decis. 291. n. 7. p. 6. recen. ubi allegantur concord.

Non tamen donec sententia reintegratoria feratur apponendum est sequestrum nisi pre-
12 betur, † vel quod fructus ab aduersario dissipentur in quibus terminis loquitur, *Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. nu. 11. & seqq.* vel quod ob ad-
12 uersarij inopiam vel alias † erunt difficilis recuperationis cum regulariter, & maximè in causis non beneficialibus pendente lite non sit locus sequestro *l. vnica Cod. prohib. sequestr. capit. volumus 16. q. 4. Rebuff. to. 3. Regiar. const. de sequestr. per tot. Rot. dec. 464. n. 2. par. 1. rec. dec. 24. n. 1. coram Card. Canal.*

Et ita decisum vna parte tantum informante alia tamen sæpiùs citata,

R. P. D. CORRADO.
Posteà S. R. E. CARDINALI.
Lauellen.

Luna Martiniana Sabbati 26. Nouembris 1650.

ARGVMENTVM.

Creditor qui bona in satisfactionem sui crediti recepit illorum periculum subire tenetur, Solutionem dotis fuisse secutam ex quibus præsumptionibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Apoca contra scribentem plene probat.*
2 *Scriptura priuata suspicio ex testibus ex alijs adminiculis tollitur.*
3 *Datio in solutum importat dominium.*
4 *Periculum rei in solutum acceptæ spectat ad accipientem.*
5 *Possessio debitoris post indebitam dationem non derogat illius dominio, eiusque non tollit effectus.*
6 *Dos ex coniecturis, & præsumptionibus probatur soluta, & nu. 11.*
7 *Dotis exactio in paupere et sollicito diu dilata non præsumitur.*
Amplia si debitor diues, & facilis exactionis, numero 8.
9 *Residuum de facili præsumitur solutum ex probata solutione maioris partis.*
10 *Dos quando ex tempore, & alijs circumstantijs præsumatur soluta, & sup. nu. 6. cum seqq.*
11 *Coniectura, & præsumptiones Iudicis remittuntur arbitrio.*
12 *Pactum de lucro dotis inter contrahentes fieri potest.*
13 *Vsus in materia funeris valde attenditur.*
14 *Maritus pro rata lucri dotis tenetur ad expensas funeris.*
15 *Funeris impensa taxatur arbitrio Iudicis.*
16 *Vsura dotales ob dotem non restitutam non debentur.*
17 *Interesse lucri cessantis habere debet requisita necessaria.*
18 *Debita quod fuerint contracta ratione retardatæ solutionis, & sic damni emergentis quomodo probari debeat.*

DECISIO LXXXVII.

SOLVTO matrimonio per obitum Tisbiæ vxoris Scipionis Riccardi anno 1631. mense Augusti Franciscus Antonius, & cæteri eiusdem mulieris filij ex alio Scipione Petrogna primo viro suscepti, ac hæredes ab intestato, conuenerunt Vitricum pro restitutione Dotis meternæ coram Ordinario Lauellen a quo condemnatus ad solutionem ducat. 1664. circiter pro sorte, ac damnis, & interesse, detractis nonnullis partitis in sententia expressis, appellauit ad Sanctiss. D. N. causaque mihi commissa hodie dubitaui. An, & pro qua summa præfatus Scipio teneatur.

Censuerūt autem Domini illum teneri pro summa ducatorum septingentorum monetæ argenteæ vsualis in Ciuitate Lauellen iuxtà tenorem Apocæ matrimonialis inter ipsas partes celebratæ Anno 1617. ac productæ in processo de Partibus fol. 212. pagin. 2. cum seq. ex qua constat dotem illi fuisse in ea quantitate à Tisbia promissam, & constitutam vltra nonnulla bona mobilia ibidem descripta.

Solutio verò iustificatur pro ducatis tercentis ex Apoca d. Scipionis manu conscripta sub die 13. Octobris 1617. in eodem Processu d.
1 fol. 213. pag. 2. in fin. cum seq. † quæ contra illum plenè probat, *l. cum de indebito in fin. vers. Tunc enim &c. ff. de probat. l. plures, C. de fid. instr. Rot. penes Card. Seraph. decis. 1139. sub num. 6. vers. Et ideo illi constat ... in Rom. pecun. 5. Decembris 1593. coram rec. mem. Card. Pamphil. apud Stasil. de fabr. interd. decis. 53. num. 1. vers. quia de credito & d. ac S. M. Greg. decis. 728. num. 1. vers. quæ Apocha cum seq. Burat. dec. 796. n. 1. ver. & d. subscriptio vers. cum seq. ac sæpè in alijs.*

Pro alijs verò Ducatis ducentis ex consignatione domus cōcordi consensu, & pacto inter eosdem Coniuges conuento tantisdem aptis, vt legitur in fine dictæ Apochę matrimonialis in Proc. fol. 212. pag. 1. quæ in hac etiam parte corroboratur ex depositionibus plurium testium idem vnanimiter contestantium in d. Process. fol. 55. & 56. pag. 2. fol. 57. pag. 1. & fol. 105. pag. 2. in fin. & fol. 134. pag. 2. fol. 138. pag. 1. fol. 142. & 144. pag. 1. ac etiam ex testamento ipsius Scipionis sub die 22. Iunij 1645. conscripto in d. Process. fol. 48. in quo declarauit sibi fuisse pro dotis conuentæ satisfactione promissos dd. ducatos tercentos, eamdem domum,
2 ac mobilia. † Ex quibus eliditur omnis obiecta eiusdem scripturæ suspicio, imò eius defectus suppletur, ad *l. Instrumentis, ubi gloss. in verb. alijs quoque C. de probat. Innocent. in cap. Inter dilectos, sub num. 3. vers. & si contra has suspiciones &c. de fid. instr. Bertazzol. consil. 21. sub num. ... Illud tamen &c. & seq. lib. 2. Surd. consil. 73. sub numer. 60. vers. secundo respondeo &c. Rot. penes Card. Caualer. dec. 205. sub num. ... vers. Nec etiam &c. Burratt. decis. 844. sub num. 9. vers. Dictaq. ... & circum seq. & in Recent. dec. 437. n. ... vers. quamdiu quietantiæ &c. cum seq. ... decis. 723 ... Vnde quatenus &c. ... tom. 3.*

Nec obstat quod d. domus fuerit deinde incen-

incendio ferè consumpta, itaut pretio scutorum centum vix potuerit à Scipione vendi anno 1627.

Quia cum ex prædictorum testium depositionibus appareat Domum illi fuisse ante incendium pro dicto pretio assignatam in satisfactionem concurrentis quantitatis dotis
3 promissæ. † Certum est, quod illius dominium fuit translatum in ipsum *l. ex conuentione. C. de pact. l. quoties C. de iur. dot. cum alijs relatis per Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 12. tit. 28 num. 5. vers. secundus casus est &c. Pen. decis. 364. num. 7. vers. præsertim &c. Card. Caual. decis. 282. num. 5. vers. Vnde licet &c. Buratt. decis. 362. n. 10. vers. cum tamen ex Instrumento &c. & in recentior. decis. 423. sub num. 2. vers. non obstat difficultas &c. par. 3. & decis. 419. sub num. 1. & seq. par. 4.* & latiùs *decis. 207. num. 2. vers. quo casu &c. eadem par. 4. tom. 2.* Ac proindè periculum posteà
4 contingens, damnumque, † & deterioratio subsequentis incendij spectat ad ipsum *l. æstimata ff. solut. matrim. l. cum dotem C. de iur. dot. l. vnic. §. cumque &c. in fin. C. de rei vxor. act. Afflict. decis. 270. sub num. 4. vers. fuit notatum &c. Honded. cons. 42. sub num. 30. vers. magis enim illi expediebat &c. lib. 1. Barbos. in l. æstimatis sub n. 4. vers. Tertiò infertur &c. cum seq. & sub num. 7. vers. Et tamen si dos promittatur in quantitate &c. Rot. penes Card. Seraph. decis. 1480. nu. 1. vers. nam dos fuit promissa in quantitate cum seq. & penes Buratt. decis. 41. num. 1. vers. Tum quia &c.*

Minus refert, quod tempore incendij adhuc possideretur à fratribus de Petrognis Actoribus. Quia etiam si id verum esset. Cum tamen præcessisset consignatio facta ipsi Scipioni conuento pretio, quo mediante dominium fuerat in eum translatum (vt dictum est) nihil repugnat possessio ab eisdē fratribus de consensu, ac voluntate Victrici
5 continuata, † quę nec illius Dominio derogare, nec effectus indè prouenientes impedire potuit *l. si fundum vbi gloss. in verb. periculi, & DD. ff. de fund. dotal. l. nunquam l. si Procurator meus. cum ibi not. ff. de acquir. rer. domin. l. naturaliter §. nihil commune ff. de acquir. possess. Bart. in l. quidam in suo sub num. 4. vers. nec obstat &c. ff. de condict. instit.* & respondit *Rot. in Bonon. Aquar. 1. Iunij 1620. cor. bon. me. Card. Verospio in Recent. decis. 222. sub num. 5. vers. Præterea &c. cum seqq. par. 4. tom. 2.*

Et pro reliquis ducatis ducentis probatur non solum ex coniecturis, ac præsumptionibus, quę regulariter in hac materia recipi so-
6 lent. † Primò scilicet, quia dicta Dos fuerat antea Scipioni Petrognæ primo viro pro summa ducat. quingentorum constituta, & pro alijs ducat. ducentis ob causam donationis, & lucri nuptialis ex bonis eiusdem aucta, vt legitur in dicta Apocha matrimoniali, & considerauit *Rot. penes Pen. decis. 277. sub num. 2. vers. Prima erat cum seqq.* Secundò quia præfatus Scipio Ricciardus pauper erat, & industrius, ac rei familiaris sollicitus (vt
7 ijdem testes affirmant) † qui verisimiliter promissæ dotis exactionem tamdiù non distulisset *Paris. conf. 137. num. 12. vers. Aduertendum &c. cum seq. lib. 4. Bertazzol. cons. cit. 118. num. 10. vers. secunda est coniectura &c. & seq. Sur. decis. 105. num. 2. vers. Secundo quia &c. cum seqq. Mascard. de probat. concl. 1318. num. 28. vers. secunda coniectura &c.* Tertiò quia hæredes Petrognæ primi viri, à quibus restitui debebat,
8 diuites † erant, ac facilis exactionis, vt pariter testes affirmant *Bertazzol. d. cons. 118. nu. 13. vers. Tertia desumitur &c. & seqq. Mascard. dicta concl. 1318. num. 28. vers. Secunda coniectura &c.* Quartò quia maioris partis exactio probatur
9 (vt dictum est, † & residuum facilè exigi poterat *Afflict. d. decis. 13. sub num. 20. vers. Octaua coniectura est &c. Menoch. præs. 135. sub n. 17. vers. septima est præsumptio &c. lib. 3. Rot. dec. 409. num. 21. vers. supradictis accedunt &c. penes Duran.* Quintò demùm, quia spatio quindecim annorum circiter, quo constitit inter eos matrimonium, nihil vnquam ob eam causam petiisse, vel conquestum fuisse, sed vxori alimenta, & cætera necessaria in propria domo vltrò subministrasse, atque priuignos
10 etiam penes se habuisse constat † ex processu. Vndè resultat etiam solutæ dotis præsumptio alijs præsertim concurrentibus *Bal. in l. 1. sub num. 6. vers. Vnde quæritur &c. C. de priuileg. dot. Rot. decis. 155. sub num. 8. vers. sexto, & vltimo &c. cum seq. par. 2. diuers. & penes Pen. d. decis. 277. num. 7. vers. neque in casu proposito &c. & S. M. Greg. decis. 403. num. 8. vers. Coniectura autem &c. cum seq. & Duran. d. decis. 409. num. 22. vers. secunda oritur &c. ad in Recent. decis. 124. sub num. 2. par. 2. Mascard. d. concl. 1318. sub num. 27. vers. Prima est illa &c. Menoch. d. præs. 135. n. 19. vers. Octaua est coniectura &c. cum seq. lib. 3.*

Verùm etiam ex depositionibus aliorum testium explicitè affirmantium, quod vltra d. Domum, ac ducatos tercentos Fisbia consignauit d. Scipioni eius secundo viro pecunias, in quodam sudariolo existentes, alios centum quinquaginta ducatos circiter constituentes, necnon plura mobilia, & alia, quæ d. summam dotis conuentæ longè excedebant; vt concludunt ijdem testes in processu. fol. 102. pag. 1. in princ. & fol. 104. pag. 2. super decimo, cum seq. Alius fol. 135. super Quinto, & fol. 138. super vndecimo, & alius super eod. Quinto, & vndecimo, fol. 142. & fol. 144. pag. 1. Alius super quinto fol. 159. pag. 1. Quodque d. Scipio ab eo tempore citra diues factus animalia plura comparauit, & negotia vtiliter gessit cum notabili eius facultatū incremento, vt legitur fol. 51. pag. 2. fol. 57. pag. 2. & d. fol. 105. pag. 1. Alius fol. 137. super decimo, & Alius fol. 143. pag. 2.

Ex quibus sanè omnibus solutionem residui dotis sufficienter probari Domini existimarunt, ad quem effectum sufficiunt etiā
11 præsumptiones, & coniecturæ † Iudicis arbitrio pensandæ *Bertazz. d. cons. 118. sub num. 1. vers. Tamen &c. cum seqq. per tot. & Mascard. conclus. 1318. num. 26. vers. quinto probatur &c.* & concludit *Surd. d. decis. 105. num. 9. vers. Ex his visum fuit &c. & seq. vsque ad fin. Menoch. d. præs. 135. sub num. 22. in fin. vers. Est etiam obseruand. &c. lib. 3. Rot. penes Duran. decis. 347. sub n. 1. vers.*

Ex

Ex quibus &c. & d.decis.409.sub nu.24. vers. quæ omnia &c.cum seqq.ac decis.428.num. 4. vers. concurrentibus præterea &c. & in his terminis fuit resolutum *in Imolen. Repetit.dotis 4.Martij 1594 cor.Pen.d.dec.277.per tot*

Ex prædicta tamen dotis quantitate visum fuit Dominis detrahendos esse ducat.100.pro lucro Scipioni debito in casu mortis vxoris ex pacto speciali in d. Apocha matrimoniali inter ipsos Coniuges, reciprocè conuento in
12 vers.† *Item è stato conuenuto &c.*in d.process.fol. 228. pag.1. quod valide fieri potuit *l.vnica, §. Illo procul dubio, ibique gloss.in verb. pactionibus C.de rei vxor act. Rol. de lucr.dot. quæst.39.nu.12. vers. Tertio quia &c. cum seqq.Paris. cons.127.sub num.9.vers. quib.stantib, &c.& seq.lib.1. Boer. decis. 248.sub num.1.vers. Et per hanc conuentionem &c. & seq. per tot. Rot. penes Cardn. Mantic. decis.337.num.10.vers. Imò cum quis disponit &c.*

Præterea ducatos quinquaginta pro expẽsis quibuscumque ab eo factis occasione infirmitatis, ac funeris Tisbiæ. Nam licet maiorem summam prætendat; Tamen non satis iustificatur, nec in quantitate, nec in qualitate, cum vestes lugubres in ea compræhẽsæ potius ex munificentia funus ducentis cõsanguineis defuncti donari soleant in illis par
13 tibus, vt Conciues attestantur, † qui sanè vsus loci in hac materia debet attendi, *Bertrand. cons.309. num.4.vers.quo verò ad vestes &c. par.2. Asin. in l. Et si quis impediat §. funeris causa sub num.7. vers. In hac dubitatione &c.ff. de Religios.& sumpt. funer.* qui pauló supra *sub num.4. vers.Hinc etiam &c.* ex alijs dubitabilem reddit hanc prætensionem, prout etiam *Garz.de expens. cap.8.sub num.22. vers. alia verò &c. & Mastrill. decis.203. num.21. vers.secus in alijs &c. cum seq.*

Nec omnes ad debitum hæredum sunt re-
14 ferendæ, † sed ipse quoque maritus pro rata lucri dotalis conferre debet, vt respondit *I. C. in l.In eum,& l.Celsus,ac vtrobiq. gloss.& DD. ff.de Religios. & sumpt. fun. l. si vir ff. ad l. falcid. l.quod in vxorem, §.in funus C. de negot. gest. Rol. de lucr. dot.quæst.90.& Campeg. in simil.tract.par. 2. quæst.61. sub num.1. vers. Cuius autem expensis &c.Boer.decis. 248.num.9. vers. Et aduerte &c. Rot. penes S.M. Greg.decis. 573. sub num. 9. vers. Expensæ etiam funerum &c.* Ideo Domini, quorum arbitrio huiusmodi expensarum liqui-
15 datio † atque taxatio ex bono, & æquo fienda committitur *l.si quis sepulchrum §. fin.& l. si quis §.æquum autem ff. de Religios. & sumpt. fun. Præt.de interpret. vlt.vol. lib.3.dubit.5. interpr. 3. sol.4.fol.mihi 353.num.7.vers. denique funeris impensam &c. Surd. decis.255. sub num.28.vers.quæ autem, & quanta &c.cum seq. Castil. decis. 103. num.22.& seq.Mastril.d.dec.203.sub num.23.vers. & sic in casu prædicto &c. & fuit dictum in Romana successionis 24. Ianuarij 1650. coram me in §. At quantitas illius &c.* summam prædictam ducatorum quinquaginta in proposito casu satis congruam expensatis omnibus esse censuerunt.

Prætensa verò per Actores damna, & interesse ex hactenus deductis non iustifican-tur, neque ratione interusuriorium dotaliũ,
16 quia illis non debentur *Innocent.in cap.salubriter sub num.1.vers. Et dicimus &c. Hostiens. sub num.5. vers.Etiam extenditur hoc priuilegium &c. cum seq. de vsur. Rot.penes Card. Mantic. dec.171. sub num.4.vers. nam quod vsuræ &c.* & fuit latè probatum in *Roman. fruct.dot.12.May 1625.coram bon:mem. Coccin. apud Fenzon.ad Stat. Vrbis decis.91.in §. quod vero promissio,ac seqq.per tot. ac in Rom.fruct.cens. 16.Nouembris 1648.in fin.prin. coram R.P.D.meo Verospio.*
18 Neque ratione lucri cessantis, † quia non probantur requisita necessaria iuxta *doctrin. Castr.in l.3.§.fin.num.3.vers. In gloss.seq.&c.ff. de eo quod cert.loc. Lup.ad l.Curabit com. 1. §.6. sub num.114.vers. Altera requiritur conditio &c.& seq*
17 *C.de Act.empt. Menoc.† de arb.iud.lib.2.cas.119. Rot.penes Mohed.decis. 3. de vsur.* Nec ratione damni emergentis ob census impositos super eorum bonis, & venditos eidem Victrico, quia non constat illud immediatè prouenisse ob hanc ipsam causam non restitutæ dotis iuxta *decis.2. eiusdem Mohed. de vsur.* quã
18 sequitur † Rota reiecta opinione. *Ruin. in cons.104.sub num.6.vers.si ergo &c. lib.4.* sentiẽtis sufficere, quod constet de damno, quasi eo ipso fit præsumen. quod si pecunia debita fuisset soluta id non fuisset creditor passus, & *penes Coccin.decis.498. per tot. & in Roman. locat. 18.Martij,& 29.Aprilis 1611. cor.bon.mem.Card. Horat. Lancellot. inter crimin. Farin.decis.325.sub num.5.vers.non obstant iura exhibita,&c.& in Auenionen.pecuniar. 10. Februarij 1640. cor. R.P.D. meo Bichio in §.nec releuat probatio in genere &c. Honded. cons.50.num. 30.vers.quarto creditur &c. lib.1. cum alijs relatis per modern. Roman.disceptat. 987. n.6.vers. Imo neque vsuræ &c.*

Atque ità fuit resolutum vtraque parte informante &c.

R. P. D. PEVTINGERO

Romana Redditionis Rationis.

Rota Martiniana Sabbati 26. Nouembris 1650.

ARGVMENTVM.

De redditione rationis animalium per tutorem facienda nostra pertractat decisio ad probationem pascuorum, quæ pro illis nutriendis dicitur necessaria, cuius deinde iustificatio ex peritorum relatione pendere concluditur.

SVMMARIVM.

1 *Peritis standum est circa quantitatem pascuorum pro certo numero animalium necessariorum & num.2.*
3 *Quantitas in rationibus descripta si maior fuisse prætenditur ab allegante probari debet.*
Tutor condemnari non potest ad reddendam rationem de alijs pecuniarum summis, quàm de ipse in rationibus descriptis, nisi aliud concludenter probetur n.3.
4 *Blada cum hordeo lato sumpto vocabulo à Vetturalibus confunditur.*

5 Tu-

5 *Tutor si in una partita remaneat debitor, in alia verò creditor creditum cum debito compensatur.*

DECISIO LXXXVII.

OBTENTA per Cappellanum S. Petronillæ noua audientia super resolutionibus coram me in hac causa captis sub dieb. 10. Decembris 1646. & 14. Iunij 1649. ad fauorem Claudiæ de Fortis in Tutricem, & pro tempore Curatricem filiorum Francisci Barattelli sui viri ab ipsomet in suo testamento deputatæ, quod nimirum rationem amplius reddere non tenebatur pro quinque illis partitis, ad quas tota controuersia tūc per DD. fuerat restricta, & disputato hodie dubio, an sit recedendum à dictis resolutionibus, Domini responderunt standum esse in decisis quoad primam, tertiam, quartam, & quintā partitam, de quibus dixerunt fuisse sufficienter rationem redditam ex fusè deductis in dd. decisionibus, & inferius sihillatim, declaratis; In concussa etenim remanet prima partita herbarum perceptarū ex Casali Vaccareccię, nam licet istæ non legantur ad debitum Claudiæ, vel Felicis eius filij in rationibus ab ea redditis relatæ, cum tamen non sint ad eius creditum descriptæ, præsumuntur consumptæ pro nutrimento 53. equarū, & circiter 35. bouum, qui in hæreditate dicti Francisci remanserant, vt apparet ex instrumento, & inuentario Claudiæ primo eius *Summ num.* 1. *&* 2. *& in* 4. *Summ. num.* 4. pro quibus animalibus nutriendis longè maior herbarum quantitas, quàm ex dicto Casali percipi potuit necessaria erat, † videlicet rubrorum centum sexaginta circiter, vt testantur plures periti in 3. Sum. Claudiæ *n.* 4. adeout in d. causam herbarum fuerint impensa vlterius scuta 375. circiter, vt ostenditur ex partitis inter partes concordatis, quæ propterea hinc inde mutua compensatione ommissa, merito tolluntur, vt ponderatum fuit in *d. prima decisione huius causæ* 10. *Decembris* 1646. *in §. partita enim herbarum, & in d.* 2. *decision.* 14. *Iuny* 1949. *in §. quia quoad partitam cor. me.*

1 (margin, beside "cipi potuit")

Nec releuat dicere, quod ex eodem Casali tot herbæ percipiebantur, quæ pro dictis animalibus sufficerent vltra quantitatem venditam, quia contrarium colligitur, ex quo idem Casale in Instrumento locationis in Summ. Claudæ *n.* 3. non excedere rubra 187. elicitur, & concordant attestationes Peritorum † de quantitate pascuorum in similibus Casalibus assignari solita in dicto Sum. Claudię *n.* 8. *ac firmatur etiam in d.* 2. *decis. §. & sic non obstat cor. me.*

2 (margin, beside "ritorum")

Sed de 2. partita mandarunt Domini magis sufficientem rationem reddi. quæ concernit fructus receptos ex Casali Turris nouæ anno 1618. & expensas eodem anno factas per Franciscum Barattellum virum Claudiæ, tanquam Bizzarri principalis d. Casalis Conductoris fideiussorem, pecuniasque à dicto Bizzarro solutas vigore præcedentis inter eos initæ conuentionis, de quibus omnibus constat ex apochis, & instrumentis in Summ. Capellani *n.* 8. *vsq. ad n.* 10. inclusiuè; quia de ista partita non fuisse rationem sufficientem redditam patet ex instrumentis supradictis signanter sub die 24. Nouemb. 1618. stipulatis; & in alio Instrumento Summ. eodem *n.* 8. 9. *&* 10. apparet eundem Bizzarrum cessisse, & renunciasse filijs, & hæredibus Francisci Baratelli sui fideiussoris omnes fructus & effectus supranominati Casalis tam ab ipso cedente, quàm à Francisco perceptos & percipiendos, necnon etiam vnam vineam in agro Tusculano, & domum in Vrbe, seù pretium ex venditione horum corporum redigendum, vt in eis ibi legitur; Attamen, quod ex fructibus eodem anno 1618. perceptis post mortem dicti Francisci secutam die 10. Iunij eiusdem anni, quantitas frumenti, & hordei ad hæredes eiusdem Francisci peruenerit, ac à Felice filio suo vendita fuerit, manifestum sit ex libris publicorum officialium, quorum partitæ in allegato Summ. Cappellani *n.* 1. oculis legentium subijciuntur, & *n.* 4. datur ipsius Claudiæ depositio, quod ad hæredes Francisci sui viri ex prædictis causis cessionis, d. vinea in agro Tusculano inter alia bona Bizzarri peruenerit; quæ corpora cum in calculo ad creditum hæreditatis d. Francisci relata non fuerint, dici non potest in hac 2. partita rationem fuisse redditam, & propterea de dictis effectibus supradicti Casalis denuo esse reddendam prout etiam de alijs rebus, quas ad Claudiam, & hæredes Francisci Barattelli patris dicti Felicis post obitum illius peruenisse probabitur.

Similiter quoque eisdem incumbit docere de omnibus per eos solutis, & impensis pro Bizzarro cessore dictorum effectuum, quæ hactenus in d. calculo descripta non fuerunt; Itaque reddita quoad hanc 2. partitam magis sufficienti ratione reliquas partitas, vt supra dictum est Domini approbarunt, & sic tertiam concernentem fructus eiusdem Casalis Turris nouæ perceptos anno 1619. † dū non iustificatur concludenter maiorē quantitatem descripta in dd. rationibus, ad Claudiam, seu hæredes Francisci peruenisse, vt necessarium esset ad eam condemnandam *Alex. in l.* 1. *num.* 22. *ff. de eden. Soccin. cons.* 24. *num.* 35. *lib.* 1. *Rota in Nepesina Tutelæ* 22. *Aprilis* 1622. *cor. bo. me. Francisco Vbaldo, & dec.* 380. *n.* 3. *&* 4. *par.* 4. *recent. tom.* 2.

3 (margin, beside "salis Turris")

Nec refert, si dicatur non fuisse de herbis ex d. Casali eodem anno desumptis, rationē redditam, nam licet non fuerit de eis facta mentio specifica in dd. rationibus Claudiæ fuerunt tamen ad creditum hæreditatis descripta scuta 2560. pro redditibus lanę, & agnorum ex ouibus bis mille perceptis, pro quarum nutrimento herbæ vsque ad finem Maij consumptæ remanserunt; Neque enim alia apparet descripta ad debitum hæreditatis expensa pro dictis ouibus præter eam, quæ æstiuo tempore in montibus facta fuit, vt patet ex partitis datis in Summ. Claudiæ *n.* 5. & fuit dictum in præallegata 2. decisione in hác

causa

causa facta *in §. similiter placuit DD.cor.me.*

Quoad quartam partitam tangentem bladam re collectam ann. 1620. in prætensa quātitate rubrorum octingentorum, d. decisiones etiam confirmatæ fuerunt, quia attestatio officialis Annonæ fauet Claudiæ in eius Summ. *n.* 5. neganti fuisse tantam quantitatem ab ipsamet perceptam, ac insuper diminuitur, si detrahatur quantitas necessaria pro seminibus; eo magis quia contingere potuit ex varietate mensuræ diminutio, quàm plures periti in Summ. Claudiæ *n.* 6. decem pro centenario importare affirmant, hordeumque cum blada benè pro grano largo
4 modo † à Vecturalibus comprehendi dum illam separatim ad Vrbem aduectam fuisse non constet, vnde facilis remanet iustificatio huius partitæ in dictis rationibus ad creditū hereditatis descripta in rubris 539. ¾ eo anno venditis, vt dicitur in relatione Periti in 31. partita reseruata, & deducitur in vtraque decisione huius causæ *in §. quamuis etiam, & in §. pariter Domini dixerunt cor.me.*

Quinta denique partita visa fuit Dominis pariter substineri, concernens integram redditionem rationis, quoad æquos, & boues, quia licet ex inuentario hæreditatis Francisci appareat in ea remansisse æquas 53. & boues 35. boues 12. fuisse Lanionibus venditos, & alios 23. Camillo Bonauenturæ, ostenditur in 4. Summ. Claudiæ *n.* 5. Equæ verò 20. pretio scutorum quindecim pro qualibet venditæ fuerunt Michaeli Riofredo, vt testatur relatio Periti in quinta partita reseruata, & ideo quamuis deficiant residuæ 32. æquæ, adhuc computatis istis ad valorem venditarum pro scutis 495. nihil obest Claudiæ tanquam declaratæ in dd. rationibus creditrici
5 in maiori summa, vt fuit consideratum in decisionibus, quæ hodie reuidentur, accedentibus etiam firmatis *in §. finali d. decisionis* circa fidem, & integritatem eiusdem Claudiæ. Et ita vtraque &c.

R. P. D. CELSO.

Posteà S. R. E. CARDINALI.

Piscieñ Beneficii

Rota Martiniana Sabbati 26. Nouembris 1650.

ARGVMENTVM.

Præsentatus à maiori parte Patronorum est instituendus, & maior pars Patronorum solum est consideranda non in astracto, sed illorum actualiter præsentantium. Iuspatronatus Gentilium, & non hæreditarium ex quibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus ad beneficium quæ probare debeat ad hoc, vt veniat instituendus.*
2 *Præsentatus qui habet maiores voces est instituēdus.*
3 *Patroni qui actualiter præsentarunt sunt solum attendendi ad effectum instituendi habentes maiores voces.*
4 *Præsentationem spectare ad Patronos probatur ex præsentationibus continuatis, & effectum sortitis iuncta præcipuè ordinarij sententia.*
5 *Confessio donantis ante donationem facta præiudicat Donatario, & ab eo præsentati,*
6 *Fœminæ & earum descendentes non admittuntur ad præsentandum in iurepatronatu gentilitio, vel mixto.*
7 *Iuspatronatus quod sit Gentilitium probatur ex obseruantia, & ex eo, quod fœminæ non præsentarunt & n.9.*
8 *Filius non potest præsentare cum Patre in iurepatronatu hæreditario.*
10 *Iuspatronatus quod sit Gentilitium probatur si filius vna cum patre præsentauit & n.8.*
Ampliactiam si filium & hæredem se nominauerit n.10. & 11.
12 *Præsentatus sufficit ad hoc, vt instituatur, quod probet præsentantem descendere ab existente in quasi possessione præsentandi.*

DECISIO LXXXVIII.

ORTA controuersia super Beneficio simplici Sanctissimi Crucifixi, & S. Mariæ Magdalenæ in Ecclesia S. Andreæ de Monte Carolo inter Franciscum de Carolis informantem præsentatum à Iacobo, & alijs de eadem familia tamquam Patronis pro duabus ex quatuor vocibus, & Franciscum de Tholomeis habentem similem præsentationem à Tholomæo, & Ioanne de Tholomæis vti Donatarijs Caroli de Masseis Compatroni pro vnica voce tantum. Proposui dubiū, An & quis esset instituendus; & ad fauorem
1 Francisci de Carolis respōsum fuit; † Is enim docet de Clericatu per litteras patentes sui Ordinarii, de vacatione Beneficij ex fide obitus Francisci Iunij vltimi possessoris secuti de mense Nouembris 1648. de existentia Iurispatronatus ex instrumento fundationis, & donationis cum successiuis præsentationibus datis in Summario *n.* 3. & demum de pertinentia ad fauorem dictæ familiæ de Carolis, à qua intra legitima tempora præsentatus fuit per confessionem authorum partis aduersæ, ita vt meritò veniat instituendus *c. decernimus, & cap. Monasterium, 16. quæst. 7. c. cum Bertholdus, & ibi Abb. num. 12. de re iud. Rota dec. 337. num. 1. par. 2. recent. & decis. 15. eod. num. & num. sequenti par. 5. & in Mutinen. Beneficij 27. Martij 1648. cor. bo. me. Arguelles.*

Nec refert, quod etiam Franciscus de Tholomæis habeat similem præsentationem à Tholomæo, & Ioanne de Tholomæis donatarus Caroli de Massæis, nam cum dictum Iuspatronatus non spectaret ad ipsum Masseum nisi pro vnica tantum ex quatuor vocibus, pro duabus verò ad familiam de Carolis sequitur, quod præsentatus à dictis Tholomeis non possit concurrere cum in-
2 formante quia habens † pro se maiorem calculum vocum semper institui, & præferri debet *cap. 3. iuncta glossa verb. qui minoribus de iure-*

inrepatronat. Garz. de benef. par. 9. cap. 2. num. 257.
Mantic. decis. 86. num. 4. Duran. decis. 94. nu. 8.
& in recent. decis. 202. num. 1. par. 2. et dec. 2. nu. 4.
decis. 275. num. 1. et decis. 280. eod. n. et seqq. par. 7.
cum alijs pluribus relatis in Comen. Capellæ 27.
Aprilis 1648. et 26. Februarij 1649. coram Re-
uerendiss. D. meo Decano. Ad quem effectum
non venit attendendus Patronorum nume-
3 rus in abstracto, † sed eorum tantum, qui
actualiter præsentarunt, vt notat *Dec. cons.*
127. num. 4. Duran. decis. 199. num. 10. et decis.
230. num. 5. & fuit dictum in *Veliterna Cappel-*
laniæ 27. Aprilis 1622. cor. bo. me. Manzanedo.

Prædicta autem veritas non potest reuocari
in dubium. Tum attentis pluribus præsenta-
tionibus continuatis, & effectum sortitis
iuncta etiam sententia Ordinarii, vt in Sum-
mario *n. 4. et seq.* ex quibus constat familiam
de Carolis semper præsentasse pro dictis dua-
4 bus ex quatuor vocibus, † illam verò de
Masseis pro vnica voce tantum *Rota decis. 224*
ad fin. par. 1. in recentior. in Sulmonen. Beneficij 25.
Iunij 1646. coram R. P. D. meo Peutingero, et 10.
Martij 1649. coram bon. mem. Arguelles, et in Ge-
runden. Beneficij 11. Martij 1648. coram me, &
passim in alijs.

Tum etiam confessione explicita Pauli
Antonij, necnon Caroli eius filii, qui in præ-
sentationibus annorum 1525. & 1579. respe-
ctiuè expressè declararunt, vnam ex quatuor
vocibus ad ipsos spectare, duas verò ad fa-
miliam de Carolis, quæ confessiones emissæ
ab authoribus donantis longè ante donatio-
nem plenè probant in præiudicium donata-
5 rij, † & ab eo præsentati, vt in terminis Iu-
rispatronatus firmauit *Rota coram Buratt. decis.*
183. num. 6. et seq. et decis. 792. num. 4. et in recent.
decis. 336. num. 22. par. 5. in d. Sulmonen. Beneficii
25. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Peutingero, et in
Comen. Cappellæ 27. Aprilis 1648. cor. Reuerendiss.
D. meo Decano.

Minus obstat, quod Franciscus de Tholo-
meis aduersarius habeat quoq; præsentatio-
nem ab illis de Pardinis Geminianis, & Nuc-
corinis descendentibus ex fœminis familiæ
de Carolis, nam vltra quod non apparet il-
los, aut eorum authores vllo vnquam tem-
pore præsentasse, & existere in possessione
præsentandi, cessat difficultas, dum versamur
in patronatu gentilitio, vel mixto, in quo
fœminæ, & descendentes ex eis non admit-
6 tuntur, † cum in eis deficiat huiusmodi qua-
litas *Ferrett. cons. 132. nu. 3. lib. 1. Peregr. cons. 33.*
num. 21. lib. 1. Rota coram Buratt. decis. 183. nu. 23.
et in recent. decis. 208. n. 1. par. 7.

Quod autem Iuspatronatus sit gentilitium
7 benè † deducitur ex obseruantia *Gabr. cons.*
196. num. 6. lib. 2. Rota in Florentina Iurispatrona-
tus de Ricasolis 10. Martij 1603. cor. Lancellotto,
penes Moder. de iurepatr. lib. 4. cap. 1. num. 71. et de-
cis. 196. num. 9. et seqq. par. 6. recent. cum alijs ad-
ductis per Gratian. discept. forens. lib. 3. c. 521. n. 19.
et seq. Etenim de anno 1579. Martinus pa-
ter, & Andreas, & Iulius eius filij præsenta-
runt simul cum alijs de familia de Carolis
sub expressa mentione, quod Iuspatronatus
ad ipsos spectabat pro duabus ex quatuor
partibus, quod non conuenit patronatui
8 hæreditario, † in quo cum filius non possit
esse hæres patris viuentis, consequenter vnà
cum patre præsentare non valet, vt pondera-
uit *Rot. coram Buratt. d. decis. 183. num. 16. et 17.*
& ibi Add. num. 27. et in recent. dec. 166. n. 14. par.
6. & probat *Gratian. d. c. 521. num. 23. et seq.*

Imò cum dedicto tempore existerent fi-
liæ Horatij de Carolis hæredes testamenta-
riç Iuliani Alterius ex compatronis, quæ ta-
men non præsentarunt, prout etiam seruatum
fuit in successiuis vacationibus, in quibus nec
ipse, neque etiam descendentes earum, mi-
nusq; Lauinia mater Sebastiani Pardini fue-
runt admissæ, quamuis de existentia de tem-
pore dd. vacationum concludenter doceatur
9 in Summ. *n.* 10. *et* 11. † Ex hoc insurgit con-
cludentissimum argumentum Iuspatronatus
esse gentilitium *Ferret. cons. 132. n. 3. lib. 1. Cal-*
der. cons. 15. per tot. de iurepatr. Rot. decis. 288. n. 6.
par. 5. in recent. et apud Moder. de iurepatr. decis.
120. num. 11. Florentina canonicatus 14. Maij 1629.
coram Eminentiss. Verospio, Florentina Iurispatro-
natus 14. Februarij 1639. cor. Merlino, et in Lau-
den. Iurispatronatus 22. May 1643. cor. R. P. D.
meo Cerro.

Nec quicquam facit, quod Iacobus, & Io:
in presentatione facta de anno 1525. se enun-
10 ciauerint filios, & hæredes patris, † quia cũ
& ipsi essent ad eadem familia, & constet ex
supradictis Iuspatronatus esse gentilitium,
talis qualitas censetur apposita demonstrati-
uè, non autem taxatiuè *Rot. d. decis. 166. nu. 2.*
par. 6. recent. et decis. 104. num. 4. et 5. apud d. Mo-
der. de iurepatr. vel ad summum esset intelli-
genda de hæredibus sanguinis, itaut Iuspa-
11 tronatus sit mixtum, † quod sufficit pro ex-
clusione descendentium ex fœminis *Rot. di-*
cta decis. 166. num. 21. par. 6. et decis. 70. n. 5. post
Moder. de iurepatr.

Et eo faciliùs inclinarunt Domini ad fa-
uorem Francisci de Carolis, quia ad effe-
ctum, vt præsentatus sit instituendus suffi-
cit probare, quod præsentatus descendat ab
existente in quasi possessione præsentandi,
12 prout descendit Iacobus, & alij, qui ipsum
præsentarunt *iuxta text. in cap. consultationibus*
de iurepatr, Rot. decis. 337. num. 3. par. 2. recentior.
et coram san. mem. Gregor. decis. 349. num. 1. & ibi
Add. num. 6. et firmatum fuit in Mediolanen. Bene-
ficij 31. Ianuarij 1646. coram Reuerendiss. D. meo
Decano, et in Terdonen. Iurispatronatus 17. Iunij
1647. coram me.

Et ita altera tantum &c.

R. P.

R. P. D. BICHIO.

Cracouien Præpositur S.Floriani.

Lunæ 28. Nouembris 1650.

ARGVMENTVM.

Fundator beneficij de iurepatronatus si certam in illo qualitatem requisiuit, ea debet tempore præsentationis, non autem antea, vel postea interuenire. Quam autem probationem facere debeat præsentatus ad tale beneficium in principio decisionis videbis.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus ad beneficium de iure patronatus quid iustificare debeat, vt consequatur institutionem.*

2 *Vacatio beneficij per obitum alicuius probata venit vbi quis se illius vacatione institutionem obtinuit.*

3 *Iuspatronatus ad probandum leuiores sufficiunt probationes vbi ordinarius non est in causa, et non agitur de libertate beneficij.*

4 *Præsentatio ad beneficium iurispatronatus fieri potest per litteras patentes maioris partis patronorum.*

5 *Approbans aliquem vti talem, illum posteà negare non potest.*

6 *Præsentatus vbi non habet qualitatem requisitam institui non debet, eiusque præsentatio dicitur inutilis.*

7 *Qualitas primæ donationis censetur in secunda repetita, vbi prima in illa fuit inserta.*

8 *Donationem alteram, primam non reuocare sufficit, vt qualitates in vtraque apposita seruari debeant.*

10 *Qualitas à Fundatore iurispatronatus requisita de tempore præsentationis adesse debet.*

Amplia quia non sufficit si postea superueniat, vel antea præcesserit n.9.11.et 12.

13 *Nomen solius Honorificentiæ, et proprio marte assumptum omni caret effectu.*

14 *Præsentatus habens maiorem partem vocum præferri debet.*

DECISIO LXXXIX.

CVNCTA ad obtinendam institutionem necessaria nempè vacatione Præpositur de qua agitur, Iuspatronatus præsentantium, præsentationem instituendi, eiusque habilitatem concurrere Rota censuit ad fauorem
1 Stanislai, † quem propterea particulari dubio desuper proposito instituendum esse respondit *iuxta tex. in cap. Monasterium 16.quæst.7. cap.cum Bertoldus, vbi Abb.num.12. de re iudicat. cap.dilectus ibique gloss.verb.plus iuris de offic. deleg. aliosque allegatos in decis.337.n.1.par.2.recen. dec.87. n.1.par.7.*

Vacatio enim per obitum Iacobi Vstiensis huius Præpositur vltimi possessoris, ne-
2 gari non potest à Sigismundo † aduersario, qui ex eadem vacatione Præposituram ab Ordinario licet minus rectè obtinuit *Aegid. decisione 268. et decisione 596. Cardin. Mantic. decis.132. num.1. Buratt. decis. 255. num. 10.*

Iuspatronatus Vniuersitatis, & Accademiæ quæ Stanislaum præsentauit, probatur ex Regia donatione Apostolicæ authoritatis robore confirmata, necnon sententia Reuerēdissimi Episcopi Cracouiæ pro aduersario lata, quæ eo magis sufficiunt, quia cum non
3 agatur de libertate beneficij, † nec Ordinarius sit in causa leuiores probationes admittuntur, *Card. Mant. decis.350.in princ.Card.Canaler. decis.89. num.3.Rot.inter recent. decis. 179. num.4.par.3. & in Conchen. beneficij 11. Ianuarij 1636. coram Eminentissimo Domino Cardinali Panzirolo.*

Præsentatio Stanislai facta intra legitima tempora à maiori parte Accademiæ apparet ex publico instrumento Summ. Stanislai *n.3.* vbi habetur quod septemdecim suffragia professorum, quibus Rector Accademiæ, addidit suum, illum elegerunt, & præsentari mandarunt prout successiuè præsentatus fuit Episcopo mediantibus litteris patentibus di-
4 cti Rectoris † Sum. ibidem *n.4.* per quas fieri præsentationem potuisse probat *tex. in c. ex noscitur, de his quæ fiunt à Prælat.sin.consens. capit.* & notat *Lambert.de iurepatr.lib.2.par.1. quæst.4. art.16.per tot.fol.mihi 495.Rot.in Signina Iurispatronatus 11. Martij 1648. coram R. P. D. meo Peutingero.*

Habilitas tandem Stanislai, quo ad Clericatum non controuertitur, quo vero ad alias duas qualitates à donationibus Regijs requisitas videlicet quod sit è gremio Canonicorum S. Floriani, & in Accademia publicus professor apparet, quia talis fuit assertus nedum in conuocatione Accademiæ, ac in prædictis litteris patentibus Rectoris, sed etiam in appellatione aliisque actis iudiciarijs
5 ipsiusmet aduersarii, † qui propterea id hodie negare non potest, *Felin. in cap. cum inter. num.11.vers.vnde generaliter de except. Bart. in l. cum mulier num.5. vers.propterea ff. solut. matrim. Menoch.de adipisc. remed.4. num.555. Surd. decis. 104. num.5. & seqq. Cassador.decis.3.num.4. de procurat.*

Non obstat quod etiam Sigismundus aduersarius fuerit nominatus, & ab Ordinario institutus, quia institui non debuit cum maior pars Accademiæ Stanislaum præsentauerit, & Sigismundo præter quod negatur esse professor actu laborans, desit altera ex qualitatibus in donationibus Regijs requisi-
6 ta † sine qua eius præsentatio inutilis est, *Seraph. decis. 1270. n.2.Mant.decis.115.n. 5. Rot. in recent.decis.15.n.1.& 3.par.2.*

Deest nimirum quod sit è gremio Canonicorum Sancti Floriani, vt donatio Regis Sigismundi requirit. Nec eadem qualitas censetur remissa eo quod in posteriori donatione Regis Stephani illius mentio non fiat, quia cum hæc sit relatiua ad primam donationem, ibi, *secundum ordinationem Serenissimi Regis Sigismundi Augusti prædecessoris nostri &c.* qualitates in eadem prima donatione appo-
7 sitas repetiisse censetur: maximè quia in secunda primę tenor est insertus *l.asse toto.ff.hered.*

red.iust.Cephal.cons.253.num 26.Osasch. decis.178. num.5.Surd.decis.291.num.10.Rot.dec.362. num.4. dec.403.num.2. par.1. recent. ac vtraque donatio à Legato Apostolico fuit simul;& semel confirmata, & sufficeret quod secunda non dero-
8 get primæ † vt qualitates in vtraque appositæ seruari debeant, *Suarez.de leg.lib.6.cap.27.nu.13. Sanch.de matrim.lib.2.disput.24.num.7.Bart.in extrauag.ad reprimendum verb.non obstantibus num.7. & 9.Menoch.cons.187.num.38.Aldouin.cons.1.n.84 Rot.dec.260.num.4.ibique add.num.19.coram fa.me. Greg.XV.*

Quod vero Sigismundus olim fuerit Canonicus S.Floriani non releuat,quia talis esse desiit longè antequam Præpositura controuersa vacaret per dimissionem dicti Canonicatus,
9 & alterius † Præposituræ S. Nicolai cũ egressu ab Ecclesia S. Floriani assecutionem, *cap.de multa, & ibi Abb.num.16.Anch.tr.nu.3. & alij communiter de praben.clem.gratiæ, & ibi Vitalin.nu.43. de rescrip.Rot.decis.31.num.6.decis.92.num.2.par.1 recent.*& oportet qualitatem requisitam à fun-
10 datore prætertim † laico adesse de tempore præsentationis, *Guttier.cons.1.num.12.vers.vel ab homine Ecclesiastico, Lotther.de re benefic.lib.2.q.47 num.15.post Barbat.consil.33. num.24. in fin. lib.2. Rot.decis.216.nu.5.par.2.recent.decis.4.n.11. & 14.*
11 *apud Peniam*; itaut sicuti non prodest † si postea superueniat, *cap.si eo tẽpore de rescr.in 6.Guttier.d.cons.4.num.15.Roder.Suarez.allegat.12.nu.23 Paris.de resign.lib.4.q.1.nu.14.* ita nec si præces-
12 serit † iuxta theoricam quam,*ex tex.in l.Lucius cum l.seq.ff.fideicommiss.libert.tradit Bart.in l.centesimus, §.si ita stipulatus nu.11.ff.verbor. oblig.Surd. cons.445.numer 20.Castill.decision.39. sub numer.4. ibi, & continuatio ipsius lib.1.Grat. discep.976. numer.4. & 29.*

Nihil suffragãte quod Sigismundus adhunc iactet speciosum titulum Cancellarii Siradiensis, quia tanquam nomen suo marte assumptũ
13 & † solius honorificentiæ omni caret effectu, *l.2. §.sed si sint fil. ff.ad Tertull. Bald.in l.fin. §.in computatione nu. 9.Cod.iur.delib.Ias. cons.192. sub num.29. lib.2. & Cicero de Claris Oratoribus*, ait, *non est habere honorem, si honoris tantum nomen habeas.*

Quapropter gratis allegatur quod Sigismũdus sit præferendus, quia magis emeritus in profitendis lectionibus, in expediendis disputationibus, & in promouendis tàm publicis, quàm priuatis studiis. Horum namque meritorum discussio cadit in persona habente de cætero qualitates in fundatione præscriptas, qualis vt supra dicebatur, non est Sigismun-
14 dus; est autem Stanislaus, † qui præferendus etiam quia habet maiorem partem vocum ex allegatis in alia decisione huius causæ quibus additur, *Lambert.de iurepatr. lib.2.p.3.qu.4.art.1. nu.1.ad med.fol.934.Lotther.de re benef.lib.2.q.11. num.132.& seq.Rot.in Pampilonen. parrochialis 20. Martij 1645.coram R.P.D.meo Pentingero.*

Et ita decisum Stanislao tantũ informante citato tamen pluries, & expectato diù Sigismundo aduersario.

REVERENDISS. P. D. CERRO
S. Rot.Rom DECANO.

Vrgelleñ Decanatus, & Canonicatus.

Veneris 2. Decembris 1650.

ARGVMENTVM.

Manutentio concedi debet anteriori possessori, an autem possessioni anteriori censeatur quis renunciasse per possessionem posterius apprehensam, clarè demonstratur; & quid dicendum esset si possessio posterior negaretur apprehendi potuisse ob longam distantiam, eruditè resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Possessio anterior beneficij ex quibus iustificata remaneat.*
2 *Titulorum multiplicatio datur in beneficialibus.*
3 *Possessionum multiplicatio datur in beneficialibus, quemadmodum datur multiplicatio titulorum.*
4 *per Possessionem posterius apprehensam, non censetur quis renunciasse anteriori possessioni prius acquisitæ.*
5 *in Indicto possessorio sola possessio suffragatur nec est necessaria productio, & discussio tituli, sed nudum factum attendi debet.*
6 *Possessio quando negatur apprehendi potuisse ob longam distantiam, debet huiusmodi negatiua concludenter probari excludendo possibilitatem in contrarium.*
7 *Possessio beneficij, quæ negatur apprehendi potuisse ob longam distantiam, sufficit ad effectum manutentionis, vt vigore alterius tituli antecedenter apprehendi potuerit.*

DECISIO XC.

FRANCISCO informãti censuerunt Domini dandum esse mandatum de manutenẽdo,
1 quia † probat eius anteriorem possessionem Decanus,& Canonicatus controuersi non solum ex confessione Iacobi collitigantis emissa in monitorio ipsi transmisso, sed etiam ex sententia immissionis ad illius fauorem prolata, & Declaratoria contra ipsum promulgata, ob non dimissam possessionem, & restitutos fructus eius *Summ.num.1.2.& 3.* ex quibus propterea sufficientem desumi illius iustificationem plenè probatur, *ex decisione huius causæ super manutentione coram R.P.D. Celso 10. Martij proxime præteriti.*

Nec obstare poterit, quod sub die 20. Maij 1648. & sic post dictum monitorium præsentatum 16. Martij antecedentis ipse adiuerit executorem prouisionis Apostolicæ per eum impetratæ certo modo, & petierit ab illo sibi tradi veram, & actualem possessionem Canonicatus, Præbendæ, & Decanatus, de quibus agitur, atque ideo deduci posse videatur, vel prius nullam habuisse possessionem,uel illi penitus renuciasse.
2 Placuit enim responsio,†quod in Beneficialibus

libus sicut datur multiplicatio titulorũ, *Felin. in cap. in nostra num. 2. de rescript. Cassador. decis. 21. nu. 5. super regul. Put. decis. 346. nu. 2. lib. 1. in correct. Rota penes Posth. de manut. decis. 402. nu. 9. & postremo in Lucana Cappellaniæ 4. Aprilis proximi præteriti corã R. P. D. meo Bichio §. non obstat quod Sbar-*
3 *ra.* † Ita etiam multiplicatio possessionum, *Rota decis. 205. num. 1. & 2. p. 1. divers. & in recent.*
4 *decis. 283. num. 6. & 7. p. 8.* † Ac proinde ex huiusmodi instantia benè inferri non valet negatiua alterius possessionis, quę ex alia causa, alioque titulo procedere potuit. Nec exinde illi renũciasse censetur, quia acquisitio nouę possessionis de manu executoris non contradicit retentioni antiquæ ex alio titulo prius acquisitæ, posterior enim acquiri potuit cumulando possessionem possessioni, & propterea vtraque de per se est considerabilis cum præsumi debeat nouam sine dimissione præcedẽtis acquirere voluisse, prout sibi vtilius erat, *ex allegatis per Rotam coram san. me. Greg. decis. 307. nu. 11 coram bon. mem. Buratto decis. 623. nu. 5. & 6. ac melius firmatum fuit in Alexandrina Archipresbyteratus 28. Iunij 1627. coram bon. me. Merlino, in recent. dec. 97. n. 16. & 17. p. 5. repetit. penes Posth. vbi supra decis. 57. nu. 14. & 15.*

Ideoque non facit, quod dictus executor nulliter, & attentate processerit lite pendente non citato Iacobo in litteris specificè nominato. Quia Franciscus pro obtinenda manutentione non innititur possessioni habitæ ab executore, sed possessioni anteriori vt supra comprobata, per confessionem partis, quæ capta præsumitur, vt dictum est, vigore alte-
5 rius antecedentis prouisionis, † & sic probata suffragatur in hoc summarijssimo possessorio, in quo nec productio, nec discussio tituli est necessaria, sed nudum factum attenditur, *Rota decis. 175. nu. 1. par. 4. diuers. cum alijs congestis in dicta Lucana Cappellaniæ coram R. P. D. meo Bichio, §. hæc autem omnia.*

Et hinc multo minus releuare videtur, quod à die 7. Martij 1648. quo litteræ expeditæ fuerunt vsque ad præsentationem dicti monitorij secutam 16. eiusdem non intercesserit tempus sufficiens ad apprehendendam possessionem ob longam distantiam Ciuitatis Vrgellen. à Curia.

6 Quia præter, † quod huiusmodi negatiua concludenter probari debet excludendo possibilitatem in contrarium, *iuxt. reg. cap. in præsentia de probat. cum cæteris adductis in Senogallien. Saluiani 3. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Corrado, §. fides enim exhibita.* Cessat obiectum ex deducta præsumptione alterius tituli cuius vigore possessio antecedenter apprehendi potuit, *ut firmauit Rota in Aquilana Cappellaniæ 3. Iunij 1558. coram Quirroga relata per Garz. de benef. part. 4. cap. 2 nu. 50. & in Placentina Cappellaniæ 21. Martij 1601 coram b. me. Gard. Hieronymo Pamphilio apud Posth. ubi supra decis. 402. num. 9.*

Et ita vnica tantum &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO S. Rot. Rom. DECANO.

Ianuen. Attentatorum.

Veneris 2. Decembris 1650.

ARGVMENTVM.

Attentata dicuntur gesta coram Iudice, à quo causa fuerat auocata, & an ignorantia huiusmodi auocationis causæ suffragari possit, ne gesta coram illo per viam attentatorum reuocari possint, clarè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Attentata in primis, & ante omnia veniunt reuocanda.*
2 *Causa semel effecta curialis à curia extrahi, & ad partes reuerti non potest sine rescripto Pontificis.*
3 *Attentata dicuntur gesta coram Iudice, à quo causa fuerat auocata.*
4 *Ignorantia, quod causa fuerit à Iudice auocata, excusat quidem à pœna, sed non impedit quin gesta coram illo per viam attentatorum reuocari possint.*

DECISIO XCI.

LICET Ioannes Antonius Saulus, post varias sententias reuocatorias mandati executiui pro scutis 8524. contra Leonardum Spinolam ad eius fauorem relaxati à Magistratu Cambiorum Ciuitatis Ianuæ, introduxisset causam appellationis in Curia coram A. C. ibique pariter succubuisset; Nihilominus perinde ac si præfata gesta non essent, adiuit prout in prima Vicarium Curiæ Archiepiscopalis eiusdem Ciuitatis, & non obstante oppositione rei iudicatæ, quodque causa esset effecta Curialis, ab eo obtinuit aliud consimile mandatum executiuum, ad effectum deponendi, *Summario Informantis num. 2.* Ab illius relaxatione reclamauit Leonardus, & de nullitate dixit, ac præuia auocatione tàm à prædicto Vicario, quàm ab alijs quibuscumque Iudicibus obtinuit à Signatura mihi cõmitti causam præfatæ nullitatis, & appellationis: verũ quia Saulus ad vlteriora procedi curauit corã Carolo Fabritio Iustiniano Præposito Ecclesiæ Cathedralis eiusdem Ciuitatis vti asserto Iudice delegato, *eodem Summ. num. 4. & 5.* Ideo proposui dubium. An constet de attentatis, quæ veniant reuocanda, & affirmatiuè fuit resolutum, quia omnia supra deducta gesta fuerunt coram dicto Vicario postquam causa deuoluta fuerat ad Curiam per appellationem interpositam corã A. C. ab eodemmet Saulo, & proindè à labe attentatorum excusari non
1 valent, † quæ propterea in primis, & ante omnia veniũt reuocanda, *per text. in rubr. & tot. tit. ff. & C. ut lit. pend. Lancellot. de attent. lit. pend. c. 2 in præfat. n. 296. & seq. Rot. in Bonon. attentatorũ 26. Iunij 1635. cor. b. me. Merlin. §. secundũ fuit, in Bonon.* peen-

pecuniaria, seu attentatorum 28. Aprilis 1645. coram R.P.D. meo Bichio, §. quia lite, in Vicen. beneficij, seu attentatorum 7. Februarij 1648. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & alibi passim.
2 † causa enim semel effecta Curialis à Curia extrahi, & ad partes reuerti non potest sine rescripto Pontificis, *Vestr. in prax. lib. 3. cap. 9. num. 12. Marches. de Commission. tit. de Commis. deuol. caus. ad Rom. Cur. cap. 1. §. 1. nu. 17. & 18. fol. mihi 364. cum alijs allegatis in Luceorien. attentatorum 26. Iunij 1648. coram me §. final.*

3 Idque certius respectu eorum, † quæ gesta probantur post auocationem causę ab eodem Vicario, & alijs quibuscūque Iudicibus, eiusque commissionē à Signatura mihi directam dum enim exhibita coram supradicto Iudice delegato, *sub die 6. Iulij præteriti* speciali attestatione præfatę auocationis, & cōmissionis subscripta per Eminentiss. D. Cardinalem eiusdē Signaturæ Præfectum, ipse non abstinuit, vt par erat, sed nimis animosè ad vlteriora processit, clariora redduntur attentata, *cap. non solum de appellat. in 6. quod in puncto expendit Rota coram sa. mem. Greg. decis. 465. nu. 4. cum alijs in similibus terminis congestis in Romana fideicom. seu attentatorum 11. Februarij 1647. coram bo. me. Arguelles, §. siquidem attentata.*

Nec vllo modo excusari poterit prętextu
4 ignorantiæ; † nam pręter quod dicta commissio obtenta fuit in plena Signatura, illius sciētia concludenter probatur ex præfata exhibitione; & in omnem casum ignorantia excusaret quidem à poena, sed non impediret illorū reuocationem per viam attentatorum, *ut responsū fuit in Valentina præpositure 10. Maij 1626. coram bon. mem. Cardinali Virili, in Romana nineae 30. Maij 1644. coram R.P.D. meo Royas, & in Meleuitana Commendae de Vaours 1. Iulij præteriti coram me §. final.*

Atque ita vnica tantùm &c.

R.P.D. LEONE VEROSPIO.

Bisuntina Thesaurariæ.

Lunæ 5. Decembris 1650.

ARGVMENTVM.

Possessio quando est probata concedenda venit manutentio, clausula, *sine præiudicio litterarum Apostolicarum*, quid importet, Beneficij possessio non est capienda capitulariter, si non habeat stallum in Choro, nec vocem in Capitulo.

SVMMARIVM.

1 *Possessio iustificatur ex Instrumento publico, illius apprehensionis, alio non possidente.*
2 *Possessio bene iustificatur ex confessione partis aduersae.*
3 *Clausula,* sine pręiudicio executionis litterarum Apostolicarum, *quid importet.*
4 *Manutentio quibus concurrentibus non possit denegari.*
5 *Actus facti, appellatione pendente non releuant.*
6 *Actus turbatiui, & attentati non veniunt attendendi.*
7 *Possessio, quando est capienda capitulariter, & non fuit sic capta, non est manutenenda.*
8 *Beneficij possessio, quando non capienda sit capitulariter.*
9 *Beneficium, si non habeat stallum in Choro, & vocem in Capitulo, eius possessio non est capienda capitulariter.*
10 *Titulum beneficij ea, quae concernunt ad petitorium iudicium sunt reijcienda. Amplia nu. 11.*

DECISIO XCII.

PER resignationem Thesaurariæ de qua agitur, factam à Claudio tunc temporis possessore, fuerat à S.D.N. de eadem dignitate prouisus Ioannes, Ignatius Froissard de Broissia, qui possessionem quoque Dignitatis præfatæ ab Apostolicarum executore litterarum, postmodum apprehenderat. Cum vero post quatuor menses à die captæ possessionis Capitulum, atque Canonici Metropolitanę Ecclesię Bisuntinę pro eiusdem collatione Thesaurarię vti vacantis, edicta proposuissent, & appellationem ad Apostolicam Sedem interposuisset Io: Ignatius, ad eius instantiam commissa mihi causa, dubitaui super manutentionis articulo, hodie eiusdem fauore decreto. Quia propriam possessionem iustificat, tum ex pu-
1 blico adeptionis instrumento † ad hunc effectum sufficiente, donec alium tunc temporis in ea extitisse probetur, *iuxt text. in l. praedictis, ff. de acquir. possess. l. non idcirco, C. de fid. instrum. & notant utrobique DD. Menoch. de retin. remed. 3. numer. 575. Rot. coram Put. decis. 360. num. 8. lib. 1. & coram bo. mem. Coccino decis. 14. num. 2. & 425. n. 1.*
2 Tum ex aduersę partis confessione † emissa in precibus, pro obtinendo Breui Ordinarijs dirigendo porrectis, *ad text. in l. cum precium de liber. causa, Rot. coram Greg. decis. 458. nu. 1. & coram Buratt. decis. 160. nu. 5. & 730. nu. 1. & 2. coram Caual. decis. 535. num. 2. & in Vrgellen. Decanatus 11. Martij praeteriti coram R.P.D. Celso.* Tum deniq; ex rescripto Signaturę, communitatis causam appellationis pro parte Capituli inter-
3 positæ, sub clausula † *sine praeiudicio executionis litterarum Apostolicarum,* ex quo earundem executio pręseruata censetur fauore Ioānis Ignatij, vt notat *Gonzal. ad reg. 8. gloss. 9. in adnotationib. sub num. 224. Rot. coram bo. mem. Coccino decis. 144. sub num. 7. & in Arboren. Canonicatus 16. Nouembris 1628. coram bo. me. Merlino post Moder. Perus. de manut. decis. 557. num. 6.* Cui proinde
4 non † debet manutentio denegari, *per text. in §. retinendae inst. de interd. l. 1. §. interdictum autem ff. uti possid. Rot. decis. 80. num. 1. & decis. 641. nu. 3. p. 1. diuers. & decis. 75. nu. 3. par. 7. recen. & coram Burat. 263. num. 1.*

Non obstant edicta pro conferenda Thesauraria exaduerso proposita, cęterique actus per Capitulum gesti post apprehensam possessio-
5 nem Ioannis Ignatij, quia illi vti † pendente causa appellationis per eosdem Canonicos interpositę peracti, & post commissionem sine retardatione litterarum Apostolicarum impe-

tra-

6 tratam, turbatiui censentur, ac attentati, † nec ideo impedire poterunt manutentionem eius qui se non habuit pro spoliato, sed pro illa iugiter institit, ac instat, vt pluries respondit, *Rota, nempe coram Buratt. decis. 306. nu. 2. coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 4. nu. 6. coram Andr. 61. nu. 5 & in Romana domus de' Zacconibus 23. Iunij 1622. coram Vbaldo post. Modern. Perus. de manut. dec. 496. num. 5.*

Non obstat, quod Io: Ignatij possessio ca-
7 pitulariter capta non fuerit, nec proinde † videatur esse manutenibilis, iuxta, *decis. Cassad. decis. 8 num. 1 de caus. poss. & prop. & decis. 5 iurepatron. nu. 3.* Quia cum hęc Thesauraria ex confessione partis aduersæ emissa in commissione huius causę, Dignitas existat, possessione ca-
8 pitulari nõ † indigebat, dum in ipsius erectione non constat eidem stallum in Choro, & vo
9 cem in Capitulo expresse assignatum, † adeoque de Capitulo non censetur, vt dixit, *Rota coram Seraphin. dec. 98. nu. 1. & decis. 177 nu. 4. & 5. post Moder. Perus. de manut. & in Gerunden. Cappellaniae 27. Ian. 1645. in §. non obstat, coram R.P.D. Bichio, & in Ciuitaten. Archipresbyteratus 3. Iulij eiusdem anni coram R.P.D. meo Cerro.*

Denique manutentionem Ioanni Ignatio impedire non poterunt Indulta, seu priuilegia Apostolica ex Capituli parte pretansa. Horũ
10 enim exceptio dum † titulum concernit ad petitorium iudicium reijci debet, nec manutentionis effectum potest retardare iuxta, *text. in cap. cum personae, §. quod si tales de priuil. lib. 6. Rot. in Oritana praecedentiae 11. Iunij 1606. coram Manzanedo, & in Spoletana bonorum 12. Iunij 1617 coram Vbaldo; & in Hispalen. decimarum 17. Iunij 1644. in §. quia dum priuilegia, coram R.P.D. meo Corrado, & in Bononien. gabellae 4. Decembris 1648 coram R.P.D. meo Ottbobono in §. minus obstant. priuilegia, & in Toletana Decimarum 15. Iunij eiusdem anni §. non obstant priuilegia, corã R.P.D. meo Celso.*
11 Preterquam † eisdem Indultis in Apostolicis litteris expressę legitur derogatum.

Et ita altera tantum &c.

R. P. D. CELSO.

Posteà S. Romanæ Ecclesiæ CARDINALI

Bononien. Fideicommissi.

Luna 5. Decembris 1650.

ARGVMENTVM.

Immissio quæ debetur fideicommissario docenti de requisitis non retardatur exceptione dotis solutæ quoties illa ex bonis liberi erat soluenda vel prętextu aliarum detractionum quę minus debitæ iudicantur.

SVMMARIVM.

1 *Immissio conceditur fideicommissario docenti de requisitis siue ex remed. l. fin. de ed. diu. Adr. toll. siuè ex interd. Saluiani, & nu. 2.*

3 *Hypoteca pro obseruantia fideicommissi quid operetur.*

4 *Transactio extinguit litem, & sententiam de medio tollit.*

5 *Identitas bonorum ex quibus probetur.*

6 *Identitas bonorum probatur ex continuata successione illorum de vno in alium.*

7 *Debita soluta per grauatum de bonis fideicommissi soluta præsumuntur, quoties aliqua ex bonis fideicommissi non extant. & nu. 8.*

9 *Dos existentibus bonis liberis impeditur detrahi de bonis fideicommissi.*

10 *Preceptum dotandi de bonis fideicommissi intelligitur quatenus non adsint bona libera.*

11 *Conuentiones fideicommittentium facta post institutum fideicommissum, quando grauatis non praeiudicent.*

12 *Decisiones ex stylo Rotæ supponuntur.*

13 *Cessio transfert in cessionarium actionis certa exercitium.*

14 *Agens ad constitutionem dotis probare tenetur non extare bona libera, secus si dos fuisset detracta.*

15 *Fideicommissarius super constitutione dotis quando in probibitione fideicommissi habeat fundatam intentionem.*

16 *Legitima non detrahitur de fideicommisso particulari.*

17 *Fructus percepti post motam litem reddunt illiquidum creditum possessoris.*

18 *Alienationes præsumuntur aequare detractiones.*

19 *Alienationes qui dicit non aequare detractiones hoc probare tenetur.*

20 *Verba generalia, nullam restrictionem recipiunt.*

DECISIO XCIII.

PRÆVIIS tribus decisionibus, in quarum prima firmatum fuit constare de fideicommisso ad fauorem Comitis Ioannis de Pepulis. In reliquis verò non obstare transactionem, Proposui dubium, An eidem Comiti sit danda Immissio, & Domini dandam esse censuerũt,
1 ex quo docet de requisitis necessarijs † ad illã obtinendam siuè ex remedio, *l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. Peregr. de fideic. art. 48. num. 5. & seqq. Rot. dec. 237 num. 1. par. 1. recent. & dec. 37. num. 6. part. 4.* & concordantes cumulantur in, *Romana fideic. de Zuccaris 4. February currentis anni coram Reue-*
2 *rendiss. D. meo Decano.* † Siuè ex interdicto Saluiani, vt in his terminis firmauit, *Rota coram Seraphino dec. 828. num. 1. & 2. in Romana domus 23 Ian. 1630. coram Queipo, & in Auximina fideicommissi 13. Ianuarij 1640. coram dicto Reuerendiss. D. meo Decano;* Maximè attentata hypotheca ex-
3 pressa omnium † bonorum pro obseruantia eiusdem fideicommissi, *Rot. post Pacif. de Salu. decis. 292. num. 2. & seq. & in recent. decis. 205. num. 1 part. 7.*

Obiectum autem exaduerso deductum, quod idem Comes reportauerit in partibus sententiam contrariam, & propterea non posse amplius immissionem petere visum fuit facili negotio tolli, dum illa lata fuit non ex eo quod non adesset fideicommissum, sed quia Comes non probauerat ad sui fauorem, illud fuisse purificatum propter existentiam Comitis Francisci cum quo, cum postea transactũ
4 fuerit, omnis lis remansit extincta, † & sententia

tentia de medio sublata, *cap. 1. de transact. Bald. in l. si non sortem §. adeò in fine, ff. de condict. indebit. Rota coram S. M. Greg. decis. 116. n. 5. & in Melevitana hæreditatis 5. Martij 1625. coram bon. memoriæ Merlino.*

Identitas verò bonorum, quoad septem corpora in folio descripta sufficienter iustificatur non solum ex cessione, & restitutione illorum facta ad fauorem fideicommittentium paulò antè conditum fideicommissum per R. C. quæ prius eadem bona confiscauerat aduersus Comitem Ioannem seniorem, sed etiam ex diuisione inter ipsos fideicommittẽtes sequuta paulo post conditum dictum fi-
5 deicommissum. Nec non ex confessione Comitis Francisci Authoris Aduersariorũ. Quibus concurrentibus licet non constaret de particularibus confinibus, omnia tamen bona exaduerso possessa in locis generaliter descriptis, præsumerentur fideicommisso subiecta nisi intermediæ, & particulares acquisitiones probarentur, iuxtà, *consil. Fulgos. 145. nu. 2. vers. Porro si aliundè, Menoch. cons. 704. num. 8. & 9. Peregr. cons. 35. num. 12. lib. 3. & cons. 19. num. 23. lib. 4. Rota coram sa. mem. Greg. decis. 575. num. 9. dec. 131. num. 5. par. 1. recent. decis. 407. nu. 4. par. 2. & dec. 42. num. 3. & 4. & 179. num. 8. pa. 5.* & firmatum fuit *in Bononien. fideicom. de Desiderijs 20. Nouemb. 1628. & in Rom. fideicom. 14. Iunij 1638. coram bon. mem. Merlino, in Narnien. fideicom. 4. Aprilis 1642. corã Reuerendiss. D. meo Decano, in Bonon. fideicom. de Pancaldis 27. Ianuar. 1648. & 23. Ianuar. 1649. coram R. P. D. meo Peutingero, & in Bononien. fideicom. de Amorinis 18. Maij 1648. coram R. P. D. meo Meltio, cum alijs adductis per Gratianum discept. forens. lib. 5. cap. 969. num. 16. & per Fusar. de substit. q. 618 numer. 45.*

Et tamen respectu primi corporis concurrit etiam identitas duorum confinium nempè Vici nuncupati Viuiano, & bonorum Com. Alexandri de Vrsis, sicuti respectu quarti verificantur confinia quoad flumem Sottæ, & flumen Rheni, & confine Vtæ, seu Sacristiæ respectu Sixti. Et confine fluminis circa Septimum, ità vt illa, & generaliter, & parti-
6 culariter remaneat iustificata. † Concurrente præsertim continuata successione in iisdem bonis de vno in alium, iuxtà notat. per *Natt. in cons. 235. nu. 17. Rota coram Millino dec. 374. nu. 23. & in recent. dec. 87. num. 12. & 13. par. 5.* & firmatum fuit in *Bonon. fideicommissi de Rubeis 3. Martij 1603. coram Lancellotto, & in Bononien. fideicommissi de Nascentorijs 15. Aprilis 1644. coram R. P. D. meo Royas.*

Non obstant prætensæ detractiones, nam quod iidem fideicommittentes soluerint scu. 20. mil. ex causa æris alieni per eos contracti, quorum tertia pars spectat ad hæredes Francisci ex persona Comitis Iacobi tollitur ex eo, quia vel dicta debita fuerunt soluta de bonis
7 fideicommissi† (prout est verisimile, dum nõ extant loca Montium, census, & alia iura eidẽ fideicommisso suppolita) & non est locus nouæ detractioni, *S. M. Gregor. dec. 580. nu. 4. Duran. dec. 183. num. 7. & in recent. dec. 516. nu. 2. p. 2.*

Vel fuerunt soluta ex bonis liberis, & clara est conuentio inter ipsos inita, quod bona nõ possent alienari pro soluendis eorum debitis, nisi de communi omnium consensu, vnde
8 cum de illo nullo modo doceatur, † Immò fratres prędicti soluerint de bonis liberis, cessat prętensio huiusmodi, *Put. dec. 281. lib. 3. Caual. decis. 561. num. 1. cum alijs per Gratian. discept. forens. lib. 3. cap. 416. nu. 4. & seqq.*

Et eadem responsione tollitur alia prætensio tàm quoad dotem Elenæ sororis eorumdem fideicommittentium, quàm quoad dotem alterius Elonę, & Vincentiæ filiarum Com. Iacobi, quia illæ fuerunt solutæ de
9 bonis liberis, † quorum existentia impedit, nè possit agi contra bona subiecta fideicommisso, *Salicet. in l. final. n. 4. C. de reb. Eccles. non alien. sanct. mem. Gregor. decis. 266. n. 10. Buratt. decis. 641. n. 1. & ibi Adden. n. 19.*

Nec refert, quod fideicommittentes præceperint fœminas debere dotari de bonis fi-
10 deicommissariis, † quia id venit intelligendum secundum dispositionem iuris communis, quatenus scilicet ex bonis liberis d. dotes constitui non possint, iuxtà doctrinam *Castr. in cons. 64. n. 4. lib. 2. Rota cor. Seraph. dec. 440. n. 4. Duran. decis. 82. n. 15. & 16. & in rec. dec. 77. n. 8. par. 5. & dec. 49. n. 7. & seqq. par. 6. cum alijs per Addent. ad sanct. mem. Greg. dec. 543. num. 5. & per Adden. ad Buratt. dec. 641. n. 20. & fuit dictum in Romana Saluiani de Casalibus 11. Martij 1643. cor R. P. D. meo Peutingero.*

Cessat pariter alia detractio quoad scuta 12. mil. de quibus omnes tres fratres fideicommittentes conuenerunt posse disponere;
11 Nam cum dicta conuentio emanauerit post conditum fideicommissum per viam cõtractus, & postquam omnibus ad illud vocatis quæsitum fuit ius irreuocabiliter, non licuit amplius à primo contractu discedere, & nouis pactis, & conuentionibus illum alterare, ad *tex. in l. perfecta C. de donat. quæ sub modo. Molin. de Hispan. primog. lib. 4. c. 2. num. 75. vers. in secundo casu. Surd. dec. 206. n. 5. Rota dec. 354. n. 3. par. 4. & decis. 58. num. 42. & seqq. par. 6. recent.* & firmatum fuit in *prima decisione huius causæ*
12 *sub die 4. Maij 1648.* † quę ex stylo Tribunalis supponenda venit *Rota decis. 354. n. 3. par. 4. rec. & decis. 604. n. 4. par. 5.*

Irreleuans etiam visa fuit prætensio respectu dotis Comitissæ Gentilis nuptæ de anno 1588. Comiti Iacobo; Tum quia illa præseruando expresè fideicommissum conuentionale de anno 1616. cessit omnia iura Co-
13 miti Ioanni, † in quem propterea earundem actionum exercitium translatum fuit *l. si à Creditore C. de act. & oblig. Rota decis. 303. n. 7. & decis. 551. num. 2. par. 1. recent.* Tum etiam, quia dos fuit promissa post conditum fideicommissum prædictum. Vndè Agenti ad illius consequutionem incumbit onus probandi
14 non extare bona libera, † quicquid in contrarium dicendum esset, si iam fuisset detracta. vt dixit *Rota in Romana census 26. Iunij 1647 & prima Iulij 1648. coram R. P. D. meo Bichio.* Nam fideicommissarius habet intentionem
15 fundatam † super prohibitione, & fideicommisso

misso, Franch. decision. 241. numer. 2.

Demùm quoad legitimam Comitis Francisci prætensam in bonis patris aduertebant Domini, quod idem Franciscus fuit hæres vniuersalis à patre institutus, eiusque bona, & hæreditatem obtinuit: Vndè hæredes illius frustrà petunt quod intùs habent. Et tamen est certum, quod illa non potest detrahi 16 de fideicommisso particulari † quale est istud, de quo agitur, nisi quatenùs alia bona non extent. *Castr. cons. 247. num. 4. vers. sed quando lib. 1. Menoch. cons. 401. n. 138. Bellon. im cons. 48. num. 55. Rota coram Buratto decis. 693. num. 8. & seqq. in Bononien. fideicommissi de Bologninis 11. Decembris 1643. coram Reuerendissimo Salamantino, in Bononien. fideicommissi, seù domus 30. Aprilis, & 10. Decembris 1646. cor. R. P. D. meo Bichio, & in Rauennaten. bonor. 1. Febr. 1647. cor. R. P. D. meo Corrado.*

Quia verò in Instrumento, in quo fideicommissum constitutum fuit reseruarunt sibi transigentes scuta 1000. ex causa testandi, Censuerunt Domini illa deberi, sed esse cõpensanda cum fructibus à die motæ litis ex 17 aduerso perceptis, † qui illiquidum saltem reddunt dictum creditum hæredum *Rota decis. 77. n. 15. dec. 391. n. 6. par. 5. rec.* & firmatum fuit in *Bononien. fideicommissi de Pancaldis 21. Iunij 1649. coram R. P. D. meo Peutingero.*

Prout pariter illiquidæ remanent detractiones superius deductæ tam ex dictis fructibus perceptis ex iisdem bonis, quàm etiã ex pluribus alienationibus factis per Comites Iacobum, & Franciscum de bonis fideicommisso subiectis, vt in Summario nu. 19. quæ 18 vel præsumuntur æquare prætensas detractiones *Rota dec. 298. n. 3. par. 6. rec. Romana fideicommissi de Victoriis 10. Martij 1627. cor. Merlino, cum aliis per Addentes ad sanct. mem. Gregor. decis. 185. num. 6.* Vel onus probandi contra-19 rium † transferunt in Aduersarios *Bald. in l. cum de lege ff. de probat. Rota decis. 88. n. 25. & seq. & decis. 126. n. 29. & 33. & decis. 163. n. 6. par. 7. rec. & in Bononien. fideicommissi de Clauarinis 23. Ianuarij, & 5. Maij 1636. coram Reuerendissimo Terracinen.*

Maximè attento pacto adiecto in eadem transactione inita inter Comitem Ioannem, & Comitem Franciscum tunc viuentẽ, quod vltrà libr. 7000. quæ eidem fuerũt consignatæ, nullas posset detractiones prætendere, *Per qualsiuoglia capo, ò caso, à diminutione delle cose stabilite*, vt in Summario *n. 20.* Quæ verba 20 sunt adeò generalia, † vt nullam restrictionem recipiant, sed omnia, & quæcumque capita detractionum includunt etiam in transactione non expressa *Specul. in tit. de instrum. præsent. §. fin. vers. quid si quis. Rota decis. 149. num. 3. par. 1. diuers. & coram Penia decis. 177. num. 1.*

Reliqua vel non indigent responsione, vel sublata remanent ex decisionibus in causa factis.

Et ità decisum vtraque parte informante.

R. P. D. BICHIO.

Bononieñ Legati Vsusfructus.

Lunæ 5. Decembris 1650.

ARGVMENTVM.

Legatum, & institutionem super existentiam æque Legatarij, ac hæredis requirere in hac decisione firmatur, quæ conclusio licèt vbi, & Legatario, & hæredi fuerit datus substitutus limitationem recipiat, quatenus tamen hæc possit limitatio procedere in eadem decisione, videbis, vbi etiam plura de euictione rei legatæ congeruntur.

SVMMARIVM.

1 *Legatario deficiente ante Testatorem res legata ad hæredem pertinet. & num. seq.*
Hærede scripto ante Testatorem deficiente, hæredi ab intestato deuoluitur hæreditas. numer. 1. & 2.

2 *Legati ad validitatem, & confirmationem requiritur superexistentia Legatarij.*
Institutio non dicitur valida, neque confirmationem recipit, nisi hæres Testatori superexistat. num. 2.

3 *Legatum non transmittitur.*

4 *Legatario si fuit datus substitutus ille admittitur etiam si Legatarius ante Testatorem decedat, & quando hoc procedat. vide num. seqq.*

5 *Substitutio vulgaris purificatur siue non possit, siue nolit institutus adire.*

6 *Institutio fideicommissaria supponit, emolumentum fuisse primò vocato quæsitum.*

7 *Vulgari substitutioni repugnat, quod Testator voluerit substitutum admitti tantùm post quæsitum emolumentum instituto.*

8 *Substitutio facta primò Legatario intelligitur postquam ille acquisiuit.*
per Vulgarem succeditur Testatori, non hæredi. num. 8.

9 *Finis dicit priuationem, seù detinentiam rei iam quæsitæ.*
Desinere non dicitur, quod nusquam incæpit. nu. 9. & vide num. 21. & 22.

10 *Substitutio facta sub commemoratione mortis dicitur compendiosa.*
Amplia, vt num. 11.

12 *Substitutio facta sub commemoratione mortis dicitur compendiosa, & continet etiam vulgarem, tacitam, vel expressam.*

13 *Substitutio vulgaris fieri potest in Legatis.*

14 *Substitutio ex legatis quando purificetur ob prædecessum primi legatarij ante testatorem, & super num. 5. antecedentibus, & infrà num. seqq.*

17 *Substitutus, si instituto succedere debebat, quanto magis debet Testatori succedere, instituto ante Testatorem prædefuncto.*

18 *Substitutionem vulgarem ad excludendam, requiritur, quod Testator rogauerit primò vocatum eius proprio nomine, vt alteri restituat.*

19 *Verbum, accrescat, non supponit præuiam acquisitionem in primò vocato.*

20 *Vulgaris non excluditur inter substitutos ex appositione*

tione verborum, finito vsufructu.

21 *Finire, seù desinere dicitur nedum quod incœpit, verùm etiam quod incipere potuit, & sup. num. 9. & infrà num. 22.*

23 *Hæres non tenetur de euictione rei legatæ particularis, secùs in legato generis.*

24 *Euictio non debetur in legato rei alienæ, quam testator propriam esse credebat.*

25 *Euictio nō debetur in legato facto personæ coniunctæ quando hæres coniunctior erat testatori.*

26 *Obligatio seruandi legatarium indemnem, corruit ex capite erroris, vbi euictio non debetur.*

27 *Obligatio facta non spontè, sed in executionem præcedentis decreti, ac cum protestatione*, prout de iure, *corruit quatenus ille non teneatur.*

28 *Obligatio conditionalis, & in eum tantum vsum concepta, si quis ab aliquo satisfieri non possit nedum diligentias requirit, verum etiam discussionem bonorum illius.*

DECISIO XCIV.

PENDENTE in vim antiqui fideicommissi euictione prædij nuncupati de Lungaria cuius vsumfructum Sebastianus de Palmerijs legauerat Ludouico, & Fratribus de Sauignanis per hæc verba: *Lascia al Sig. Lodouico Sauignano, &c. l'vsufrutto pieno, & intero degl'infrascritti beni, &c. e detto Sig. Testatore lascia l'vsufrutto prima durante la vita naturale del detto Sig. Lodouico. e morto detto Sig. Lodouico esso Sig. Testatore vole, e dichiara che detto vsufrutto intiero s'accresca nell'infrascritto modo à tutti gl'altri fratelli di detto Sig. Lodouico, &c. e finito detto vsufrutto per la morte de' detti vsufruttuarÿ. &c. tutti li sudetti beni, &c. spettino à gl'infrascritti heredi d'esso Sig. Testatore.*

Petrus Sauignanus d. Ludouici post conditum Testamentū, sed viuente adhuc Testatore defuncti frater, egit tanquam Legatarius pro liberatione à molestijs, & omnium damnorum refectione contrà Acchillem, & Aemilium de Palmerijs Sebastiani Testatoris hæredes, & sententiam fauorabilem reportauit. Quapropter Palmerij litem in se susceperunt, ac Petro indemnitatem promiserunt per publicū Instrumentū obligatione Camerali vallatū inserta tamen protestatione in principio, medio, & fine semper habenda pro repetita, quod per huiusmodi litis susceptionem nullo modo dicta sententia censeatur integraliter approbata, nec obligatio nisi prout de iure facta intelligatur. Cesserunt successiuè eidem Petro pro sua indemnitate iura contrà Elisabeth de Ceriolis cum qua mediante decreto Domini Vicelegati Bononiæ ille concordauit vt sibi solueret libras 3000. & ad aliàs annuas libras 150. quæ pro integra refectione damni passi ob euictionem vsusfructus legati deberi prætendebat condemnari obtinuit eosdem Palmerios, quibus instantibus commissa mihi causa appellationis, dubitaui hodie an dicto Sauignano competat actio contrà Palmerios pro consequendis libris 150. annuatim.

Eamque non competere informantes pro Palmerijs duplici ratione suadere curarunt. Primò, quia ob prædecessum Ludouici primi
1 legatarij ante mortem † Testatoris legatum effectum fuisset caducum, vel quasi, ideòque non ad alios legatarios, sed ad Palmerios hæredes vniuersales pleno iure bona legata spectantem non secus, expectat hæreditas ad hæredes ab intestato si hæres scriptus viuo testatore decedat, *vt ex text. in l. vnica, §. & cum triplici, & §. pro secundò, Cod. caduc. tollen. verumque casum æquiparat. Castr. in l. si inter virum num. 3. propè fin. & in l. quod pariter numer. 4. §. reb. pub.* quem sequitur *Soccin. Sen. in l. sed, & in illo numer. 2. vers. tetriò noto, & num. 3. vers. quartò noto, ff. eodem*, ea ratione, quia vtrobique eadem militat ratio, cum tam ad validitatem, & confirmationem legati necessaria sit super existē-
2 tia legatarij, † quàm ad validitatem, & confirmationem institutionis opus est superuiuentia hæredis, qui adire posit sic etiam *Couarru. variar. resolut. lib. 2. cap. 7. num. 7. vers. tertiò principaliter, & num. 8. vers. quartò deducitur, Bart. cons. 80. nu. 16. & seqq. Mantic. de coniectur. lib. 5. tit. 9. num. 12. & 13. Osasch. decis. 108. nu. 5. & seqq.* qui omnes addunt legatum ad hære-
3 des legatarij † non transmitti quamuis purum esset, vt voluit quoque *Surd. cons. 463. num. 7. Ciriac. contr. 352. num. 11.*

Et quamuis conclusio hæc limiteur, quā-
4 do legatario fuit datus substitutus, † tunc enim ex voluntate testatoris ob prædecessum legatarij purificatur substitutio, & ipse substitutus admittitur, vt probatur ex dicta *l. vnica, §. 1. vers. sed, & ipsis, & §. pro secundò, vers. nisi, C. caduc. tollen.* ac tradit *Bald. cons. 408. nu. 1. lib. 2. cons. 441. num. 1. lib. 4. cons. 170. nu. 3. lib. 5. Paris. cons. 62. numer. 10. & seqq. cons. 64. num. 15. lib. 2. Soccin. Iun. cons. 42. num. 12. lib. 1.*

Limitatio ista cum intelligenda sit de substituto per vulgarem, secus verò si per fideicōmissarium, & ratio diuersitatis est, quia prædecessus legatarii efficiens, vt ille legatum acceptare non possit sternit viam substitutio-
5 ni vulgari, † quæ purificatur æque siue primo vocatus nolit, siue non posit ex quacumque causa, vt notat *Bart. in leg. 1. num. 13. ff. vulgar. Bald. in l. humanitatis nu. 33. C. impub. & alijs subst. Aym. cons. 283. col. 2. vers. sed in casu, Surd. cons. 347. num. 16. & decis. 37. num. 10. & seqq. Pen. dec. 465. num. 1. & seqq.* Claudit verò fideicommissariæ,
6 quæ † supponit emolumentum fuisse primò vocato quæsitum, *Natt. cons. 776. nu. 28. Fusar. de substit. quæst. 237. num. 10. & 15. vbi allegat concordantes.*

Non applicatur quando ex verbis testatoris colligitur noluisse testatorem substitutos succedere nisi per fideicommissariam, & post ac-
7 quisitum legatum primò legatario, † quod vulgari repugnat, *l. post aditam, C. impub. & alijs subst. Surd. cons. 250. num. 38.* & in terminis *Alex. consil. 1. sub num. 15. lib. 1. Natt. dicto consil. 776. nu. 27. Honded. cons. 48. nu. 38. lib. 2. Fusar. cons. 122. num. 15. Gabr. cons. 95. num. 1. lib. 1.* Qui videtur casus noster ponderando tum quod substitutio facta fuit primò legatario, ergo postquam
8 ille acquisiuit, † quia per vulgarem succeditur testatori non primò vocato, *Bart. in leg. 1. nu. 38. ff. vulg. & pupill. Odd. cons. 68. nu. 4. Fusar.*

de

de subst. quaest.22. num.1: & in terminis *Alexand. Natt. & alij mox allegati*. Tum sequentia verba, ibi: *Detto vsufrutto accresca à gli altri*, & infrà ibi: *E finito detto vsufrutto per la morte di detto vsufruttuario, &c.* quæ verificari non possint in primò vsufructuario nisi postquam vsumfructum acquisiuerit, cum finis dicat priuationem, seù desinentiam rei iam quæsitæ, & de-
9 sinere † non dicatur, quod nusquam incœpit, vt in puncto legati vsusfructus est, *text. expressus in l. Titio vsufructus* 96. ibi desiisse non videtur, qui non incœpit, *ff. condit. & demonstr. l. Sempronius 26. vers. & ideò, ff. vsu, & vsufruct. leg. l. non videtur rem ammitere, l. non potest videri, ff. reg. iur. Rolan. cons. 57. nu. 55. in fin. & nu. 56. cons. 58. num. 16. & seqq. lib. 3. Fusar. cons. 72. nu. 11. & de subst. quaest. 351. num. 12. & 13.*

Verùm hoc motiuum plerique ex Dominis reiecerunt animaduertentes nos versari in substitutione facta sub Cõmemoratione mor-
10 tis, ibi: *E morto detto Signor Lodouico, &c.* † quæ cum sit compendiosa, vt notant omnes in *l. centurio, ff. vulgar. & in l. precibus, Cod. impuber. & alijs subst. Surd. cons. 31. num. 1. & Dec. cons. 333. num. 12.* quamquis non fuerit adiectum ver-
11 bum † quandocumque, *gloss. in cap. si pater, verb. absque deductione de testament. in 6. Alex. in dicta l. centurio num. 27. Rota decis. 656. nu. 2. part. 4.*
12 *recentior.* † continet etiam vulgarem, vel tacitam, vel vt alij dicunt expressam verbis generalibus, *Bart. in dicta l. centurio num. 32. Castren. in l. quamdiù la terza num. 7. ff. acquir. hæredit. Soccin. Sen. cons. 140. sub num. 5. lib. 1. Dec. cons. 416. num. 6.* non obstante quod facta sit in legato,
13 nam † & in legatis vulgarem substitutionem fieri posse certum est, *l. vnica, §. sin autem aliquis, C. caduc. tollen. l. si legata 6. Cod. legat. l. vt hæredibus 51. ff. legat. 2. Peregrin. de fideicommiss. artic. 34.*
34 *num. 7. & 19.* eaque purificata fuit † ob prædecessum primi legatarij, vt in puncto *Bellon. Iun. consil. 6. num. 1. & 4. & seqq. & sub num. 11. vers. neque obstant*, vbi respondendo cõtrarijs ait, quod dicto casu substitutus vulgaris admittitur si substitutio facta fuit simpliciter, secus verò si sub conditione si primò vocatus decesserit sine filijs, & ille cum filijs decessit non
15 agnito legato, † quia tunc substitutio censetur facta sub duplici conditione si nempè primus non agnouerit, & præterea si decesserit sine filijs, *Fusar. cons. 122. nu. 6. circa fin. vbi quod Alexan.* & alij citati pro contraria opinione
16 loquuntur † in casu, valdè diuerso, *Surd. latissimè decis. 37. numer. 10. & seqq. vbi signanter nu. 29.* ponderat quod si testator voluit substitutum admitti primò vocato superuiuente,
17 & succedente ipsi testatori, † quanto magis videbitur voluisse substituere vbi morte præuentus nõ potuit succedere, quod prius ponderauerat *Dec. consil. 227. sub num. 12. vers. & in casu, Soccin. Iun. cons. 106. sub num. 20.* cum alijs relatis à *Modern. Lucano cons. 45. num. 83. & seqq.* & fuit dictum in *Sabinen. seù Farfen. fideicomm. 14. Maij* 1640. *vers. & præsumendum, coram me.*

Neque contrariam testatoris voluntatem arguunt exaduerso ponderata nullibi enim legitur substitutio facta primò legatario, sed indefinitè post eius mortem, ibi: *E morto detto Sig. Lodouico*, & ad effectum excludendi ex hoc
18 capite vulgarem substitutionem † oportet, quod testator rogauerit primò vocatum eius proprio nomine expresso, vt legatum, seù hæreditatem alteri restituat, *Antoni. de Amat. resolut. 40. num. 13. Peregrin. de fideicommiss. art. 15. sub num. 26. vers. notabilis est. Rota decis. 403. nu. 7. & seqq. part. 1. recent. & in dicta Sabinen. seù Farfen. fideicommissi 2. Martij 1640. §. neque coram me in Rauennaten. Bonorum 1. Februarij 1641. §. quæ sanè, coram R.P.D. meo Corrado.*

19 Verbum, *accrescat*, non supponit † præuiam acquisitionem in primò vocato, vt per *Bellon. de iur. accresc. cap. 5. quaest. 43. num. 33.* alia verba finito vsufructu, non sunt apposita particulariter respectu personæ Ludouici primò vocati, sed generaliter respectu omnium substitutorum ad designãdum casum quo vsusfructus cum proprietate penès hęredes institutos
20 existente consolidari debeat, † ideòque non excludunt vulgarem inter ipsos substitutos, vt in proximis terminis aduertit *Rota in dicta Sabinen. seù Farfen. fideicommissi 2. Martij 1640. §. ante penultim. vers. tum tertiò, coram me*, & satis est, quod in aliquo ex substitutis vsusfructus potuerit incipere de iure, vel de facto, quia finiri, seù desinire dicitur nedum quod ince-
21 pit, † sed etiam quod incipere potuit, *text. est expressus in l. omnes*, ibi: *Desinere pertinere vsumfructum accipiemus, & si ceperit pertinere, ff. vsufruct. quemadmodum caueat*; Licet secus sit seclusa etiã
22 potentia incipiendi † in quibus terminis loquuntur, *text. in l. Titia vsusfructum 95. ff. condit. & demonstr, alijque exaduerso allegati, quos cum dicta l. omnes ita distinguendo conciliat, ibi gloss. verb. quod nec cœperit, Anton. Faber. rational. lib. 7. titul. 9. fol. 744. ad §. desinere col. 2. in princip.*

Ex alio autem fundamento Rota censuit Sauignano non competere actionem pro cõsecutione annuarum librarum 150. quia nimirum petuntur occasione euictionis secutæ
23 in vno ex prædijs legatis † ad quam hæredes legantis non tenentur pro certis bonis in specie legatis quicquid sit in legato generis, *l. si à substituto 47. §. 1. l. si domus 64. §. 1. ff. legat. 1. l. cum pater 74. §. euictis, ff. de legat. 2. Riminald. Iun. cons. 823. num. 24. Peregrin. consil. 29. num. 1. lib. 4. Menoch. præsumpt. 118. nu. 4. lib. 3. Cancer. varia. resolut. part. 3. cap. 4. num. 27.* præsertim quia verisimiliter noster testator ignorauit prædiũ
24 legatum † esse alienum, & fideicommisso suppositum cum illud tanquam liberũ acquisiuisset, & possederit, *Bart. in dicta l. si domus, §. de euiction. num. 3. vers. quartum membrum, Menoch. præsumpt. 116. num. 4. lib. 1. Cartar. dec. 133. num. 11. Manent. decis. 13. num. 15.*

Nec releuat, quod legatum factum fuerit coniunctæ personæ, quando vt hic hæredes
25 sunt testatori magis coniuncti; † tunc enim non præsumitur, quod illos testator voluerit teneri de euictione ad fauorem legatarii minus coniuncti, vt notat *Duran. de arte testan. tit. de legat. caut. 32. num. 3. inter tractat. diuers. tom. 8. part. 1. fol. 131. Borgnin. de vsufruct. nu. 103. alijque relati à Monern. Pisaurien. de euiction. q. 63. nu. 25.*

vltra

vltra quod non constat legatarium esse coniunctum Testatori.

Atque hinc supramemorata obligatio hæredum de cõseruando legatarium indemnem
26 cum supposito, † quod de euictione tenerentur inefficax redditur ex capite erroris, *l. cum putarent, ff. famil. ercisc. Ruin. in terminis assignationis legati cons. 29 nu. 8. ad fin. lib. 2. Dec. cons. 600. per tot. Rota decis. 373. nu. 4. num. 11. & 12. coram Reuerendiss. Vrgellen. & in Bononien. nullitatis concordiæ 12. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Cerro.* Maximè, quia non emanauit spontè, sed in vim præcedentis decreti iuxtà prædicta iniusti cum expressa protestatione illud nõ approbandi, & quod plus est non obligandi se, nisi
27 prout † de iure, quod efficit obligationem conditionalem, itaut euanescat quatenus hæredes ad id de iure non tenerentur, *Matthæus Brun. cons. 17. sub num. 7. Surd. cons. 379. num. 34. Barbos. clausul. 115. num. 12. Seraphin. decis. 530. num. 5.*

Præterquod cum inter Palmerium, & Sauignanum conuentum fuerit, quod iste contrà eos non possit habere regressum nisi quãdo non potuisset integrè satisfieri ab Elisabet, nullatenus competit actio contrà Palmerios,
28 donec† de diligentijs cõtrà Elisabeth eiusque bonorum discussione doceatur, *l. fin. in princip. ff. si cert. pet. Surd. cons. 3. num. 32. Buratt. dec. 401. num. 15.* & fuit dictum *in Cremen. seu Ianuen. pecuniaria 1. Iulij 1648. §. nec dicatur, coram R. P. D. meo Royas*

Et ita decisum causa his proposita vna tantum parte informante, alia tamen citata pluries, ac die expectata

R. P. D. CORRADO.

Posteà S. R. E. CARDINALI.

Bonon. Fideicommissi de Barberijs

Lunæ 5. Decembris 1650.

ARGVMENTVM.

Ad Fideicommissum perpetuum, & successiuũ ordinatum ad fauorem filiorum eorumque descendentium, & in eorum defectum ad fauorem descendentium, & in eorum defectum ad fauorem lineæ masculinæ Filię Testatoris an admittendus sit nepos ex filia, ex quo ipsa Testatoris filia, nullos masculos suscepit, in præsenti decisione latissimè tractatur: & huius occasione discutitur, an & quando masculi descendentes ex fœmina dicantur de linea masculina; item agnationis conseruatio, ex quibus contemplata censeatur, ac demum quando substitutus, qui de tempore purificatæ conditionis non aderat, post ordinationis euentum admittatur.

SVMMARIVM.

1 *Nepos ex filia non potest dici de linea masculina Auiæ.*

2 *Nepotes an contineantur sub appellatione filiorum.*

3 *Nepotes quando non contineantur sub appellatione filiorum.*

4 *Fideicommissum ordinatum ad fauorem lineæ masculinæ, qui ad illud admitterè, vel alios excludere intendit, quid probare debeat.*

5 *Masculi descendentes ex fœmina neque dicuntur de de linea masculina eorum stipitis in his dispositionibus, quæ ad conseruationem agnationis ordinatæ non sunt.*

6 *Descendentes ex linea fœminina, etiam si dicantur masculi de linea fœminina Aui, vel Auiæ &c. non tamen dicuntur de linea masculina & n. 7.*

8 *Agnationis conseruatio contemplata censetur ex institutione maioratus, & Primogenituræ.*

9 *Item ex longa substitutionum diuersarum personarum, graduum, & ordinum serie in infinitum protracta.*

10 *Item ex propriarum filiarum exclusione, ac masculorum substitutione.*

11 *Item ex qualitate masculinitatis multipliciter repetita.*

12 *Item ex onere iniuncto fideicommissarijs assumendi insignia familiæ, & domus Testatoris.*

13 *Item ex successiua proximiorum substitutione cum repetito præcepto assumendi nomen personæ, atq; cognomen casatæ atque agnationis Testatoris.*

14 *Item ex adiecta prohibitione cuiusuis detractionis, ac etiam alienationis bonorum immobilium.*

15 *Agnationis conseruatio, satis censetur contemplata ex quo testator voluit bona perpetuò manere in eius agnatione, & ad institutos, ac substitutos deuenire absque diminutione.*

16 *Masculi descendentes ex fœminis eo magis non censentur de linea masculina, quando à Testatore fuit habita ratio conseruationis agnationis.*

17 *Agnatio non conseruatur per descendentes ex fœminis, & quando secus n. 18. & 19.*

20 *Nepos ex filia non admittitur ad fideicommissum, quando Testator vocauit primogenitum, et alios & alios eius descendentes ex masculis successiuè de primogenito in primogenitum.*

21 *Verba Testatoris clara, nullam admittunt voluntatis quæstionem.*

22 *Masculorum descendentium appellatione quando non comprehendantur masculi descendentes ex fœminis.*

23 *Filij quando fuerunt expressè vocati, & in casu illorum non existentiæ fuerunt alij substituti, hæc substitutio quomodo sit intelligenda.*

24 *Verba immediatè sequentia declarant, & exponunt præcedentia.*

25 *Dictio, vt supra, habet relationem ad præcedentia.*

26 *Verba Testatoris, quæ solum referunt, atque enunciant dispositionem antecedentem, quid operentur.*

27 *Verba vniuersalia in medio posita, declarantur ex alijs verbis, immediatè tam præcedentibus quam subsequentibus.*

28 *Voluntas Testatoris seruari debet, non autem subtiliori indagatione peruerti.*

29 *Substitutus si tempore purificatæ substitutionis nondum erat natus, neque conceptus, successio deuoluitur ad alios substitutos.*

30 *Nec potest deinde aliquid ab eis auocare.*

31 *In Fideicommissis conditionalibus successiuis quando*

do admittant ur etiam nati post conditionis euentum, suspenso successionis effectu, vel reuocabiliter translato in alios gradatim vocatos; & quando secus n. 32. & 34.
33 *Dictio*, tunc, *quid importet*.
35 *Fideicommissario, vt debeatur immissio, tenetur clarè, & concludenter probare se esse comprehensum in fideicommisso*.

DECISIO XCV

IMMISSIONEM petitam per Com. Mauritium filium Comitissæ Valeriæ tanquam vocatum ad fideicommissum per quondam Nicolaum de Barberijs ordinatum in possessionem bonorum hæreditatis illius censuerunt DD. non esse concedendam. Quia non solum non probatur, sed excluditur eius vocatio ex verbis testamenti, in quo præfatus Nicolaus institutis primum filijs masculis legitimis, & naturalibus (si quos susciperet) eisque substitutis filijs, nepotibus, ac descendentibus masculis legitimis pariter, & naturalibus ordine successiuo, & salua gradus prærogatiua, donec illorum linea legitima, & naturalis ex legitimo matrimonio continuaret. His omnibus non extantibus, seù deficientibus, & sic finita huiusmodi eorum linea masculina vocauit Aemilium ipsius Testatoris Consanguineum, & post eum Hieronymum de Barberijs cum perpetuo fideicommisso primogeniali ad fauorem descendentium ex eis, & Aurelij pariter de Barberijs masculorum legitimorum, & naturalium, & de legitimo matrimonio in infinitum, donec eorum linea masculina legitima, & naturalis ex legitimo matrimonio superesset. Ac deinde disposuit, vt infra.

Finita verò linea legitima, & naturali, & nata de legitimo matrimonio dd. MM. DD. Aemilij Aurelij, & Hieronymi, tunc voluit eius hæreditatem, & bona deuenire, & peruenire debere ad primogenitum filiorum D. Iudith filiæ d. M. D. Testatoris, & post illius mortem ad primogenitum tales filij d. D. Iudith, & successiuè ae primogenito in primogenitū masculum legitimum, & naturalem, & natum de legitimo matrimonio donec aderit illius linea masculina legitima, & naturalis nata de legitimo matrimonio dicti primogeniti, qua extincta voluit eius bona peruenire ad alium filium masculum legitimum, & naturalem, & natum de legitimo matrimonio d. D. Iudith maiorem natu, & illius primogenitum, & sic successiuè ordine prædicto donec linea masculina legitima, & naturalis, & nata de legitimo matrimonio d. D. Iudith aderit in infinitum. Non extantibus verò aliquibus masculis legitimis, & naturalibus, & natis de legitimo matrimonio d. D. Iudith, vel extantibus, & quandocumque decedentibus sine similibus filijs masculis, legitimis, & naturalibus, & natis de legitimo matrimonio, & sic finita linea masculina legitima, & naturali, & nata de legitimo matrimonio d. D. Iudith, voluit illius bona peruenire ad filium maiorem natu secundæ filiæ d. M. D. Testatoris, & successiuè ad illius filium maiorem natu masculum legitimum et naturalem, & natum de legitimo matrimonio, & successiuè de primogenito, in primogenitum in infinitum, donec linea masculina legitima, & naturalis, & nata de legitimo matrimonio d. secundæ filiæ aderit; Et illa extincta bona d. M. D. Testatoris peruenian̄t ad filios primogenitos masculos, legitimos, & naturales, & de legitimo matrimonio maiores natu aliarum filiarum d. M. D. Testatoris modis, & forma, de quibus supra dictum est de descendentibus d. D. Iudith. Finita verò tota linea masculinea legitima, et naturali, et nata de legitimo matrimonio omnium eius filiarum, tunc voluit illius bona peruenire ad maiorem filium masculum legitimum, et naturalem, et natum de legitimo matrimonio M. D. Lucretiae sororis d. Domini Testatoris, et post illius mortem ad primogenitum d. maioris natu d. M. D. Lucretiæ, et post eum de primogenito in primogenitum, et finita linea d. maioris natu d. D. Lucretiæ, ad alium filium maiorem natu d. D. Lucretiæ, et illius primogenitum, et sic ordine præscripto uocauit, et suos hæredes esse uoluit omnes, & quoscumque filios masculos, et descendentes masculos legitimos, et naturales, et natos de legitimo matrimonio dicta filiarum d. D. Lucretiae; Cum hac tamen conditione, quod omnes filij d. D. Iudith, et aliarum filiarum d. D. Testatoris, et D. Lucretiae, qui pro tempore erunt haeredes d. D. Testatoris uocentur Nicolaus de Barberijs, et arma, et insignia domus, et familiae d M. D. Testatoris assumant, et deferant sub pœna priuationis haereditatis d. D. Testatoris, tunc applican. alijs uocatis ut supra, et illis non extantib. proximiori d. M. D. Testatori. Finita uerò linea dd. DD. de Barberijs, et Domin. Iudith praescriptae, et aliarum eius filiarum, et praedictae D. Lucretiae uoluit eius bona, et haereditatem peruenire, et deuenire ad proximiorem, seu proximiores d. M. D. Testatoris, qui uocentur sub nomine d. D. Testatoris, et de illius casata, et agnatione, et uadant dd. eius bona semper ad eius proximiorem sub d. conditione; et in casu contrauentionis sub pœna caducitatis à commodo d. haereditatis tunc applicandae alijs proximioribus d. M. D. Testatoris sub d. conditione &c.

Cum autem defuncto Testatore nullis superstitibus descendentibus masculis, sed vnica filia fœmina Iudith successisset Aemilius, & post eum Hieronymus prędicti de Barberijs, qui pariter obijt nullis ex ipso, neque ex præmortuis Aemilio, ac Aurelio Consanguineis, nec ex d. Iudith eiusdem Testatoris filia extantibus descendentibus masculis legitimis, & naturalibus; Hæreditas delata fuit ad Gandulphum illius ex Lucretia sorore Nepotem vocatum finita linea masculina legitima, & naturali omnium eius filiarum, in supra relato §. *finita vero tota linea* &c. qui illam acceptauit, & assecutus fuit suscepto nomine personæ, ac agnomine familiæ Testatoris iuxta formam testamenti, vt apparet ex publico Instrumento die 27. Aprilis 1626. celebrato in processu de partibus fol. 343. & seqq. Contra quem cæptum fuit ann. 1647. ac post eius obitum prosecutum contra Nicolaum eius filium præsens immissionis Iudicium pro parte d. Com. Mauritij Nepotis d. Iudith ex D. Comitissa Valeria filia anno 1641. die 14. Martij primogeniti, in cuius duabus præcedentibus instantijs, ac in hodierna disputatione succubuit.

Siquidem certum est, quod finitis lineis mascu-

masculinis legitimis, & naturalibus d. Aemilii, Hieronymi, & Aurelii de Barberiis, voluit Testator eius hæreditatem peruenire ad primogenitum filiorum d. Iudith eius filiæ, ac post illius mortem ad primogenitum talis filii, & successiuè de primogenito in primogenitum masculum legitimum, & naturalem, & natum de legitimo matrimonio in infinitum donec supererit linea masculina d. Iudith legitima, & naturalis nata de legitimo matrimonio, vt patet ex præmissis testamenti verbis.
1 † Ipse verò Com. Mauritius nec filius est, nec descendens ex filiis masculis Iudith à Testatore vocatis, sed à Comit. Valeria fœmina. Ideò dici non potest de linea masculina Auiæ, neque in fideicommisso comprehensus *iux. tex. in l. Pronunciatio in fine vers. mulier autem &c. & l. familiæ §. fœminarum ff. de verb. signif. gloss. in l. Gallus §. nunc de lege in verb. tam & si &c. vers. & tunc etiam ff. de liber. & posth. Ias. cons. 115. num. 3. vers. nam descendentes &c. cum seqq. lib. 4. Decian. cons. 7. sub num. 30. vers. quia respondetur primo &c. & seqq. lib. 1. & cons. 127. sub num. 11. vers. sed vt dixi &c. cum seq. lib. 3. Cephal. cons. 664. num. 24. vers. fateor &c. Peregrin. de fideicommiss. art. 26. sub num. 29. in fin. vers. certū est autem &c. & sub num. 30. vers. & quia cum descendentes ab illo &c. Rota penes Verall. decis. 18. num. 4. vers. quoad secundam partem &c. par. 2. & in recent. decis. 417. sub num. 4. vers. quia fuit responsum &c. par. 1. & decis. 33. sub num. 3. vers. Et huic sententiæ &c. cum seq. par. 7. cum aliis relatis per modern. Roman. discept. 901. num. 22. vers. nam quidquid &c. cum seqq. & Fusar. de substit. q. 346. sub num. 31 vers. sed tamen &c. cum seq. num. 36. vers. quinimo &c. cum seq.*

Quare inani labore torquentur Informantes in ea quæstione.
2 † An in huiusmodi fideicommissis, ac dispositionibus hominum ad filios dispositiuè relatis comprehendantur nepotes, & in cumulandis, ac refellendis hincinde coniecturis, quàm benè explicat *Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 8. Menoch. præsump. 94. lib. 4. Peregr. cons. 67. lib. 2. Rot. penes Card. Seraph. decis. 486. & in recent. decis. 507. & decis. 667. par. 2. ac Fusar. de substit. quæst. 319. q. 320. & q. 321. cum seq.* Nam substitutio quidem comprehendi non solum filios Iudith, verum etiam nepotes, ac cæteros descendentes ex eis successiuè in infinitum, ita quod præmortuis existentibus in primo, vel alio respectiuè præcedenti gradu vocatis sequentes superstites tempore purificatæ substitutionis per extinctionem lineæ masculinæ prædictorum Aemilii, Hieronymi, & Aurelii de Barberiis succedere debebāt seruato primogenituræ ordine; Sed solos masculos, ac eorum descendentes masculos, vt apparet in supra relato, *§. finita vero linea legitima & naturali & nata de legitimo matrimonio dd. Aemilij, Aurelij & Hieronymi &c.* Vbi leguntur vocati primogeniti, ac subinde alij filij Iudith secundum ordinem primogenituræ, eorumque respectiuè descendentes successiuè de primogenito, in primogenitum masculum in infinitum, donec supersit linea masculina legitima, & naturalis eiusdem Iudith. Ac proinde suffragari non potest Com. Mauritio, qui licet sit masculus, non tamen descendit à masculo, sed à filia fœmina ipsius Iudith nec est de linea illius masculina.
3 † Nam quando filii vocantur non simpliciter, sed respectu alterius qualitatis illis inhærentis, quæ non verificatur in Nepotibus, tunc certum est, quod appellatione filiorum isti non comprehenduntur, in quibus illa qualitas nō verificatur *iux. theor. Bart. in l. liberorum sub nu. 6. ad fin. vers. si vero disponeret &c. ff. de verb. signific. Castr. cons. 190. Nouiter reuocatur in dubium sub num. 4. vers. Interdum vocantur aliqui &c. lib. 2. Dec. cons. 353. sub num. 5. vers. & quando qualitas &c.* & bene respondit *Soc. iun. cons. 69. sub n. 28. vers. non obstat ergo primum &c. & num. 30. vers. nec Hercules &c. lib. 3. & post Gozadin. in cons. 87. sub num. 15. vers. Præterea dico &c.* concludit *Menoch. cons. 205. sub num. 29. vers. Tertiò comprobatur &c.*
4 dicens, † quod ille, qui ad huiusmodi successionem admitti, vel alios excludere intendit tanquam de linea masculina duas copulatiuè præferre debet qualitates. Alteram scilicet, quod sit ex ipsa linea descendens ex masculis. Alteram verò quod sit masculus, quarum vna deficiente non dicitur esse talis, ac obtinere non potest. *Et cons. 413. sub num. 1. vers. præmitto itaq. primo &c. & cons. 957. sub num 17. vers. cum ergo &c. cum seq.* atque aliis relatis probat *Peregr. de fideicomm. ar. 26 sub n. 29 vers. circa verò secundum casum &c. Rot. dec. 203. sub nu. 5. vers. cum ad hoc quod quis includatur &c. par. 2. recent.*

Neque subsistit, quod nepotes, ac descendentes masculi etiam ex fœminis dici possint
5 de linea masculina eorum stipitis in his præsertim dispositionibus, quæ ad agnationis conseruationem ordinatæ non sunt, qualis prætenditur, hæc dum post extinctas filiorum, ac consanguineorum Testatoris lineas descendentes ex fęminis vocati fuerunt.

Primò quia conclusio non est vera; Nam linea masculina inchoatur à masculis, & cōtinuat in masculos, cum autem peruenerit ad fęminam, statim finitur, siue deflectit, atq; corrumpitur emittens eam extra se, vnde alia noua formatur, ac producitur, quæ fœmi-
6 nina appellatur, † & ex ea descendentes etiam si masculi dicuntur de linea fœminina Aui, vel Auiæ, siue alterius Ascendentis materni, non autem de linea masculina (vt dictum est) & respondit *I. C. in d. l. Pronunciatio in fine,* ibi, *mulier autem familiæ suæ & caput, & finis est &c. & in l. seq.* ibi, *fœminarum liberos in familia earum non esse palam est, quia qui nascuntur patris, non matris familiam sequuntur &c.* & vtrobique explicat *gloss. & DD. ff. de verb. signif. Castr. in l. maritus sub num. 5. vers. sed verum est &c. C. de Procurat. Bursat. cons. 228. num. 26. vers. Linea nāque Ceph. cons. 413. sub num. 17. vers. quartò ego cōsidero &c.* & reiecto *Bero.* qui aliud sentit posse attentari *in cons. 77. sub num. 13. vers. quinimo attentari potest etc. et seq. lib. 2.* explicat rectè *Menoch. d. cons. 205. sub num. 18. vers. secundò accedit &c. cum seq. & sub num. 38. vers. Non inquam bona est consequentia &c. & vers. est tamen falsū &c.*

Peregr.

Peregr.de fideicomm.ar.26.sub d.nu.29.ad fin.verf. Reperi præterea &c.& seq.cum alijs relatis per Modern.Roman.d.discept.901.à num.22. verf. nam quidquid &c.& seq.

Nec etiam est applicabilis proposito casui,
7 in quo † inter Iudith Testatoris filiam, cuius lineam masculinam vocauit Testator, & Com.Mauritium eius Nepotem nullus intercessit masculus, à quo inchoari, ac determinari potuerit, sed sola Valeria, ex qua ille ortus est, prout contigerat in casu, in quo respondit Bero.d.cons.77.lib.2. vbi Nicolaus de cuius linea masculina agebatur Antonellum filium susceperat, ex quo Isabella, & ex ea Ercules eius pronepos fuerant progeniti, vt legitur in ipsa facti serie ibi relata, vndè Bero. argumentatur sub d.n.13.verf. quinimò attentari potest &c. cum seq.

Secundò quia subiecta Testatoris dispositio præcipua agnationis contemplatione fuit ordinata, eamque summam habet conseruationis illius rationem, nedum tacitam, sed expressam. Tacita quidem manifestè resultat.
8 Primò ex ipsa maioratus, ac Primogenituræ institutione, quæ hoc præsertim intuitu fieri solet Molin.de primogenit.lib.3.cap.5.sub.num.29. verf.his autem non obstantibus &c. & in specie respondit Bursatt.d.cons.228.sub num. 47. verf. primo quia &c.& seqq.Decian.cons.31.sub. nu. 90. verf.secundo ad probandum &c. lib.1.Cephal. cons. 251.num.48.verf.octauo moueor &c. Menoch.dicto cons.205.nu.14.verf.& rursus &c.Gabr.cons. 107. sub.num.3.verf.tamen dubium facit &c.lib.1.Mant. de coniect.lib.6.tit.15.verf.item si testator constituit. primogenituram &c. cum alijs relatis per Fusar. de substit.q.499.sub num.12.verf.quartus casus est. &c.& cons.14.sub num.17.verf. secundo quia &c.
9 Secundò † ex longa substitutionum diuersarum personarum, graduum, & ordinum serie in infinitum protracta Surd.cons.241.n.13.verf. tertio &c.Mantic.de coniect.lib.6.tit.15.sub. num.6. uerf.tertio aduerte &c.cum seq.& Rot.penes Cardin. Seraphin.decis.1329.num.10.uerf. septima coniectura est &c.& sa.mem.Greg.decis.464.nu.18.uerf. sicut è contra &c.ac Peregrin.de fideicomm. art.25,
10 sub num.25.uerf.secundum &c.† Tertiò ex propriarum filiarum exclusione, ac masculorum substitutione Decian.d.cons.127.nu. 10.uerf. nam quando testator &c.& seq.lib.3.Surd.cons. 96. sub num.31.uerf.accedat &c.et Rot.decis.374.sub nu. 5.
11 uerf.secunda quia etc.par.1. diuerf. † Quartò ex multiplici, ac repetita sæpè sæpiùs, ac semper in toto institutionis, ac substitutionum prædictarum contextu tam in partibus dispositiuis, quàm in conditionalibus qualitate masculinitatis, quæ tam accurato studio in singulis casibus expressa non simplicem, vel primariam sexus prædilectionem, sed magis causatiuam conseruationis agnationis principaliter contemplatæ præsefert, Castr.in cons.421. mater ista etc. sub num.3. uerf. igitur istud statutum etc.lib.1.Cranet.cons.113.num.2.uerf.prima, et efficax coniectura est etc. Aldobrand.cons.6.nu.47. verf. fauor ergo agnationis etc.lib.1.Cephal.d. cons. 251. num.49.uerf.item quia testator etc. Menoch.d. cons. 205.num.13.uerf.hac ipsa mens etc.et cons.775.sub num.20.uerf. nàm certum est etc. cum seqq. & latè Gabr.d.cons.116.sub num 12. uerf.quod uero habita fuit ratio agnationis etc.et seq.lib. 2. vbi cæteras etiam præallegatas coniecturas comprobat Surd.d.cons.96.sub num.29.uerf. secundo quia etc. Molin.de primogenit.lib.3.cap.5.sub num.25. uerf. secunda conclusio sit etc.et sub d. num.29. uerf. his autem non obstantibus etc.Rot.penes sa.mem.Gregor. d.decis.464.num.16.uerf.sicuti è contra etc. et decis. 514.sub num.8. uerf.in casu autem isto etc. cum alijs relatis per Fusar.d.q.499.sub num. 15. verf.
12 septimus est casus etc. † Quintò ex onere specialiter iniuncto filijs, ac descendentibus masculis Iudith, aliarumque filiarum, ac Lucretiæ sororis Testatoris assumendi ipsius, familiæque, ac domus insignia, & nomen, quod eamdem comprobat (præsertim concurrentibus alijs) voluntatem, ac intentionem disponentis conseruandi hoc etiam medio personæ, at agnationis propriæ memoriam, Decian.cons.7. sub num. 18. uerf. accedat quod ista ratio etc.et.num.33. uerf.secundo respondetur etc. cũ plur.seqq.et cons.31.num.95. uerf.ista enim conditio etc. dicens hanc esse vnicam huiusmodi præcepti rationem Cephal.cons.196.num.12.uerf. si enim uoluit etc.cum seq.et d.cons.251.num.50. uerf. item ex eo etc.Menoch.cons.117.sub num.21.uerf.et quia sciebat etc.cum seqq.et d.cons.205.sub num.14. uerf.et tandem etc. Surd.d.cons.375.sub n. 19. uerf. quandoquidem etc.Thesaur.dec.270.sub n. 10. uerf. et quod testator hanc conditionem apponens etc.Mant. de coniect.lib.6.dicto tit.15. sub num.15. uerf. item ex eo etc. Ioseph.de Rustic.in eius Tract.An et quãd. liber.in cond.posit.lib.2.cap.6.num.68. uerf.nam ius utendi insignibus gentilitijs alienius etc.Rot. penes Card.Seraphin.decis.1329.num.3.uerf. secunda coniectura etc.et decis.1486.num.5.uerf. et hac coniectura etc.et in recent.decis.319.num.4.uerf. et quod onus etc. par.1.vbi respondetur obiectam Molinæ traditionem procedere de consuetudine Hispaniarum (de qua ille loquitur) non autem Italiæ, cum alijs cumulatis per Fusar. de substit.d.q.499. sub num.14.uerf. declaratur hic casus etc.et cons.175.num.8.uerf. primo quia testatori
13 etc.et seqq. † Sexto ex postrema, & successiua proximiorum substitutione realibus verbis concepta cum eodem repetito præcepto assumendi nomen personæ, atque agnomen Casatæ, ac agnationis Testatoris, vt legitur in d.§. finita verò linea dd.DD.de Barberijs, & d. Iudith &c. ibi, & vadant dicta eius bona semper ad eius proximiorum sub dicta conditione etc. Cephal.dicto cons.251.num.53.uerf.item et quia nouissimo loco etc.Surd.cons.96. sub num.29.uerf. primo quia etc. Peregr.de fideicomm.d.ar.25.sub.n. 47. uerf.sed ultra hoc adeo ego etc. & alij relati per Fusar.cons.14.sub num.16. uerf. quod autem agna-
14 tionis ratio etc. † Septimò ex adiecta prohibitione cuiusuis detractionis; ac etiam alienationis bonorum immobilium (præter excepta) quæ legitur in dicto testamento pag.5. in fin.cum seq. in §. item voluit, & declarauit &c.in verf.prohibens & expresè vetans &c, & in verf. prohibens etiam &c. Cephal. dicto cons.251.sub dicto num.53.uerf.et prohibuit alienationem etc.cum seq.Mantic.de coniect.lib.6.d.tit.15 num.13.

num.13. uers. illud uero non recipit dubitationem etc. et alij.

Expressa verò agnationis ratio ibidem le-
15 gitur pag.6. in illis verbis. † *Quoniam voluit illa* (bona scilicet immobilia) *perpetuo remanere in eius agnatione, & ad hæredes prædictos, vt supra institutos, & substitutos deuenire sine diminutione aliqua modis, & forma supra expressis &c.*

Quæ sanè licet prohibitioni alienationis adiecta declarant efficaciter, atque demonstrant Testatoris mentem, ac voluntatem, *l. filius familiâ. §. diui il 2. versic. si liberis ff. de leg. 2. Gabr. cons. 132. sub num. 40. vers. prima quia &c. lib. 1. & cons. 116. num. 17. vers. sed etiam ex eo &c. num. 40. vers. siquidem &c. cum seq. lib. 2. Surd. cons. 67. num. 13. vers. & prædicta procedunt &c. & cons. 96. sub num. 48. vers. confirmatur autem hæc opinio, &c. & seq. Molin. de primog. lib. 3. cap. 5. sub nu. 50. vers. primo quando ratio conseruandæ agnationis &c. Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 15. num. 13. vers. illud vero &c. Rota decis. 489. in princ. vers. visum enim fuit Dominis &c. par. 4. diuers. & in recent. dec. 203. sub nu. 3. vers. supradicta &c. par. 2. & Fusar. cons. 175. nu. 16. vers. & quamuis &c. & cons. 192. n. 32. vers. quod autem &c.*

16 Quando autem † ex dispositis in testamẽto colligi potest agnationis conseruationem à Testatore contemplatam, eamq; rationem ab illo habitam fuisse certius est, quod descẽdentes masculi ex fœminis non censetur de linea masculina, sed illi tantum, qui à masculis per masculum descendunt *Gabr. d. cons. 166. sub num. 1. vers. tamen quicquid &c. ac seqq. per tot. lib. 2. Luderch. cons. 153. col. fin. vers. tertio non habet locum &c. Molin. de primog. lib. 3. dicto cap. 5. sub nu. 45. vers. sexta conclusio &c. cum seq. & n. 58. vers. hac autem secunda opinio &c. Peregr. de fideic. l. art. 26. sub num. 29. in fin. vers. et hanc tam ex dispositis cogitatum constaret de conseruandis bonis in agnatione etc. et alij passim.*

Hincque prorsus eliditur obiecto. Quod
17 familiæ, † agnitionisue contemplatio congruè referri non possit ad descendentes ex fœminis, qui patris, non autem matris familiam, & agnationem sequuntur, atque conseruant, *dicta l. familiæ, ff. de verb. signif. vt supra dictum est.*

18 Quia † non procedit quando constat Testatorem sensisse, atque voluisse agnationis suæ memoriam conseruari primum in proprijs filijs, ac descendentibus, & consanguineis masculis, & post eos eamdem propagari in descendentibus etiam ex fœminis, vel alijs extraneis, vt in hoc casu, non ex solis coniecturis, sed ex verbis expressis prædictis apparet, ità benè respondit, & declarat *Molin. de primog. dicto lib. 3. cap. 5. sub d. num. 50. vers. primo quando ratio conseruandæ agnationis à testatore ex-*
19 *pressa fuit &c.* † Tunc enim eadem ratio efficaciter viget, & consideratur etiam in illis, per quos licet non naturaliter, nec physicè saltem ciuili quodam, ac morali, siue artificiali modo per Testatorem inducto, & approbato mediante scilicet assumptione agnominis, ac insignium, & armorum familiæ prout fieri potest conseruatur, vt benè probat *Rip. in l. centurio sub n. 164. ad fin. vers. quia ratione respondebam etc. cum seq. ff. de vulg. et pupill. Paris. cons. 19. sub num. 35. vers. et sciens etc. cum seq. lib. 2. Soccin. Iun. cons. 69. sub num. 20. vers. & pro resolutione etc. et uers. ex his enim manifestè apparet etc. lib. 3. Grat. cons. 5. sub num. 86. uers. nec obstat etc. lib. 2. Rimin. Iun. cons. 23. sub num. 86. uers. tanto magis etc. cum seq. Cephal. dicto consil. 251. num. 5. uers. item ex eo etc. cum seq. Menoch. d. cons. 117. sub num. 21. uers. et quia sciebat etc. Thesaur. decis. sub num. 11. uers. et hoc casu etc. Mart. de success. legal. par. 1. quæst. 1. art. 2. sub num. 5. uersicul. constare autem posset etc.* ac in terminis casus nostri idem sensit in obiecto *cons. 61. sub num. 24. uers. Cephal. in cons. 251. etc.* & respondit *Rot. penes Card. Serafh. d. decis. 1329. num. 3. vers. secunda coniectura etc. et in recent. dicta decis. 319. num. 3. uers. non obstat etc. et seqq. par. 1.* & probat alijs relatis, *Fusar. de substitut. dicta quæst. 499. sub num. 13. uers. sextus casus est &c. cum seq.*

20 Tertiò quia † licet cessaret agnationis ratio, non tamen admitti posset Com. Mauritius nepos Iudith ex filia fœmina, cùm Testator expressè vocauerit primogenitum, & alios eius filios masculos, & descendentes ex masculis successiuè secundum ordinem, & naturalem, & natum ex legitimo matrimonio, vt legitur in dicto §. *finita verò linea dd. Aemilij, &c.* quo casu descendentes masculi ex fœminis non succedunt, sed censentur exclusi, adeòut cesset hoc casu præsumptio, *l. cum auus, ff. de cond. & demon. & l. cum acutissimi, C. de fideic.* vt declarat *Bart. in ead. l. cum auus sub num. 4. vers. quaro dicit testator, &c. & alij Gabr. d. cons. 116. num. 5. vers. si quidem cum seqq. & nu. 18. vers. nam vt diximus, &c. & seqq. per tot. lib. 2. Decian. d. cons. 127. sub nu. 20. vers. non obstat ergo primum, &c. lib. 3. Mol. de primog. lib. 3. d. cap. 5. sub num. 30. vers. tertia conclusio fit, &c. & sub num. 37. vers. sed quamuis, &c. cum seqq. Menoch. cons. 1229. num. 21. vers. quinto fortius suffragatur, &c. & seq. Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 18. num. 49. vers. sed in casu nostro, &c. infr. vers. in proposito autem, &c.* vbi benè respondet adductæ considerationi maioris dilectionis, & abusurei ob exclusionem descendentis proximioris, & *lib. 10. tit. 8. sub num. 10. vers. septimò hac conditio, &c. Peregrin. de fideic. art. 26. num. 11. vers. uoluntas autem testatoris euidèns demonstraretur, &c. & d. art. 26. sub num. 18. vers. item cum aliqua probabilis ratio, &c. & nu. 20. vers. illud autem planum est, &c. & sub num. 29. in fin. vers. certum est autem, &c.* & alijs relatis probat *Fusar. de substit. d. quæst. 346. sub nu. 31. vers. sed tamen existimo, &c. cum seqq. & quæst. 404. num. 10. vers. secundò, &c. & n. 24. vers. nisi mentio facta esset de masculis, &c.*

Neque prædictis repugnat distinctio lineæ Iudith, & eius primogeniti, quam fecit Testator in *dicto §. finita linea, &c. dd. Aemilij, &c.*

Quia nihilominus vtraque masculinam tantùm, & masculos vtriusque effectores, ac descendẽtes ex eis masculos pariformiter vocauit, vt de linea primogeniti legitur, ibi: *Voluit eius hæreditatem, & bona peruenire debere ad primogenitũ filiorũ D. Iudith, & post illius mortẽ ad primogenitum alis filij dicta Domina Iudith, &*

suc-

successiuè de primogenito in primogenitum masculum donec aderit illius linea masculina d. primogeniti, &c. de linea Iudith legitur, ibi: *Qua extincta voluit eius bona peruenire ad alium filium masculum legitimum, & naturalem, &c. d. Iudith maiorem natu, &c. & illius primogenitum, & sic successiuè ordine prædicto donec linea masculina, & naturalis, & nata de legitimo matrimonio d. Iudith aderit in infinitum, &c.* Voluit enim Testator successionis ordinem in prima parte relatum ad filium primogenitum Iudith, ac eius lineam masculinam extendere, atque ampliare, in hac posteriori ad alios quoque illius filios, sed eiusdem speciei, non autem diuersæ, masculos scilicet, & descen-
21 tes ex eis, † vt patet ex clara verborum lectura, quæ nullam admittit voluntatis quæstionem, *l. Ille, aut ille. §. cum in verbis, & l. non aliter in princip. ff. de leg. 3. Bursat. d. cons. 228. num. 27. vers. primo, &c. cum seq. Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 18. sub num. 49. vers. idque certo certius est; &c. Rot. dec. 949. sub nu. 1. vers. & sic cum in verbis, &c. penes Buratt.*

Minùs releuat ponderatio verborum *§. seq. pag. 3. ibi: Non extantibus verò aliquibus filijs, & descendentibus masculis legitimis, & naturalibus dicta Iudith, vel extantibus, & quandocumque descendentibus sine similibus filijs masculis, &c. & sic finita linea masculina legitima, & naturali, &c. d. Iudith. Voluit illius bona peruenire ad filium maiorem natu secundæ filiæ Testatoris, & successiuè de primogenito in primogenitum in infinitum, donec linea masculina legitima, & naturalis aderit, &c. Eaque extincta ad alios filios primogenitos masculos legitimos, & naturales aliorum filiorum d. Testatoris modis, & forma, de quibus supradictum est de descendentibus d. Iudit, &c.*

22 Nàm licet † appellatione descendentium masculorũ regulariter comprehendantur descendentes ex fœminis, qui eamdem masculinitatis qualitatẽ æquè præseferunt, ac descendentes ex masculis, quando tamen materia ipsa subiecta, vel agnationis ratio, vel expressa Testatoris voluntas aliud non suadent (prout non solum suadent, sed conuincunt in hoc casu) vt sensit *Castr. in l. 1. sub num. 3. C. de cond. insert. Alb. cons. 86. sub num. 4. vers. tamen veriores est, &c. Decian. dicto consil. 7. sub num. 46. vers. quia respondeo, &c. cum seq. lib. 1. & dicto cons. 127. sub numer. 20. vers. non obstat ergo primum, &c. lib. 3. Bursat. dicto cons. 228. sub num. 14. vers. tertium non obstat, &c. & seq.* & explicat *Gabr. d. cons. 116. sub num. 1. vers. tamen quidquid, &c. cum seq. lib. 2. Peregrin. de fideic. d. art. 26. sub num. 18. vers. item cum aliqua probabilis ratio, &c. & sub nu. 30. vers. quamobrem ex mente disponentis, &c. Rot. decis. 15. sub num. 2. vers. nisi aliud suadeat, &c. & decis. 150. sub num. 8. vers. quartò non obstat cum seq. part. 2. diuersor.*

23 Aduertendum est tamen, † quod Testator in hoc Capitulo nihil noui disposuit de filijs, ac descendentibus Iudith, quos suprà immediatè vocauerat expressè, sed in casu illorum non existentiæ, vel deficientiæ substituit primogenitos aliarum filiarum. Ideòque verba illa enunciatiua, seu conditionalia, *Non extantibus verò aliquibus filijs, & descendentibus masculis, &c.* intelligi debent de eisdem filiis, ac descendentibus masculis Iudith, & ex masculis prouenientibus suprà immediatè vocatis, vt probat *Soccin. Iun. d. cons. 69. sub nu. 30. vers. quod etiam euidenter ostenditur, &c. cum seq. lib. 3. Parisi. consil. 18. sub num. 31. vers. & quod dic verba, &c. cum seqq. lib. 2. & consil. 72. sub numer. 34. vers. et etiam, &c. lib. 4. Bursat. d. consil. 228. sub num. 59. vers. ratio cum seqq. Decian. d. cons. 7. sub num. 48. vers. tertiò, &c. ac seq. & sub num. 74. vers. quintò considero, &c. cum seqq. lib. 1. Gabr. d. cons. 116. sub num. 26. vers. secunda coniectura est, &c. & seqq. lib. 2. Surd. cons. 21. nu. 10. vers. tamen secus est, &c. & consil. 564. sub num. 7. vers. & vbi hac sententia, &c. Molin. de primog. lib. 3. d. cap. 5. sub nu. 60. vers. posset tamen prædicta opinio, &c. Peregrin. de fideic. art. 25. sub num. 3. vers. attamen magis communiter, &c. cum seqq.* & comprobatur *ex dec. 33. sub num. 5. vers. quod autem, &c. cum seqq. part. 7. recentior.*

24 Quod etiam † clarè demonstrant alia verba immediatè sequentia, *Et sic finita linea masculina legitima, & naturali d. Iudith, &c.* quæ declarant, & exponunt præcedentia ad terminos capituli immediatè antecedentis, in quo linea masculina legitima, & naturalis ex filijs masculis ipsius Iudith proueniens vocata fuerat, *Ruin. cons. 102. sub num. 11. vers. ideò ex proximè præcedentibus, &c. cum seqq. & cons. 184. numer. 9. vers. quia illa dictio, &c. lib. 2.* & comprobat idem *Socc. Iun. d. cons. 69. sub num. 31. vers. & licet forsasse, &c. cum seq. & num. 33. vers. & ita importent illa verba, &c. lib. 3. Decian. d. cons. 7. num. 62. vers. quarto pondero etc. lib. 1. Peregr. cons. 47. sub num. 7. vers. quod autem particula hac etc. lib. 1. et Rot. decis. 568. num. 4. vers. item quod erat concepta verbis illatiuis etc. par. 1. diuers.* & alij relati per *Fusar. cons. 39. sub num. 41. vers. item probatur etc.* & alia subsequentia in fine eiusdem capituli,
25 ibi; *modis, † et forma, de quibus supra dictum est de descendentibus d. Iudith etc.* quę totam illam periodum concludunt iuxta terminos antecedentis vocationis, ad quam expressam habent relationem *iux. tex. in l. qui liberis. § hæc verba, ff. de vulgar.* & in specie alijs relatis considerant *Bursat. d. cons. 228. sub num. 21. vers. in substitutione vero, &c. cum seq. & sub num. 56. vers. sexto vocando lineam etc. cum seqq. Rimin. iun. cons. 313. num. 72. vers. pondero dictionem illam etc. et nu. 86. vers. nam illa dictio etc. Molin. de primogen. lib. 3. d. cap. 5. sub num. 65. vers. sexto etc.* & alij adducti per *Fusar. de substit. quæst. 403. num. 39. vers. declaratur vigesimo quarto etc. et ad cons. 39. sub num. 41. vers. idem colligitur etc. cum seq.*

Non etiam obstant verba in principio capituli subsequentis, in quo vocati fuerunt primogeniti d. Lucretię Testatoris sororis, ac descendentes ex eis masculi legitimi, & naturales d. pag. 3. ibi: *Finita vero tota linea masculina legitima, & naturali omnium eius filiarum, &c. tunc voluit eius bona peruenire ad maiorem filium masculum legitimum, & naturalem, & natum de legitimo matrimonio D. Lucretiæ Sororis d. Testatoris, &c.*

26 Quia † hæc quoque solum referunt, atque enunciant lineas masculinas filiarũ supra vocatas, ac illas determinant, non autem extendunt

dunt ad alias, diuersasque personas descendentium ex fœminis sub illis præcedentibus non comprehensas, vt dictum est. Itaque ex instanti mortis Iudith nullis superstitibus masculis, sed sola Com. Valeria filia fœmina, defecit prorsus linea illius masculina, vt bene declarat *Soccin.Iun.d.cons.69.sub num.29. uersic. plus etiam dico etc.cum seq.et sub nu.32.in fin.uers. Testator enim etc.lib.3.Bero.cons. 113. sub num. 8. uers.et hoc etiam demonstratur etc.lib.2.Bursat.dict. cons.228.sub num.27,uers.primo etc.cum seq. Menoch.d.cons.205.sub num.35.uers.cum linea masculina etc, Rot.decis.143 sub.numer.8.uers. tum etiam quia etc.par.1.et decis.453.sub num.8.uers.quia respondetur etc.par.2.rec.*

Nec aduersatur alia sequentia eiusdem capituli, ibi, *Et sic ordine prascripto uocauit, & suos hæredes esse uoluit omnes, et quoscumque filios masculos, et descendentes masculos legitimos, et naturales, et natos de legitimo matrimonio dicta Lucretia etc.*

Quia (præter alias responsiones adductas per Informantes) Aduertendum est, quòd paulò supra vocauerat Testator solùm maiorem filium masculum legitimum, & naturalem dictæ Lucretiæ, & post eius mortem eius primogenitum, & successiuè de primogenito in primogenitum, quibus sanè verbis soli masculi ex primogenito Lucretiæ masculo descendentes fuerunt comprehensi. Verùm animaduertens, quod eiusdem primogeniti linea deficere poterat, ideò disposuit, quod ea linea finita alius filius masculus, ac descendentes ex illo, & sic ordine præscripto (scilicet primogenituræ) omnes, & quicumque filij masculi, ac descendentes masculi præfatæ Lucretiæ succederent. Sicque verba hæc vniuersalia apposita fuerunt, vt comprehenderent omnes illius filios cuiuscumque ætatis, & gradus tã primo, quàm secundo, & tertio genitos, vel vlteriores, ac descendentes ex eis, masculos tamen, & non fœminas, & ex masculis, non ex fœminis descendentes, nam huiusmòdi masculinitatis qualitatem in hac etiam verborum vniuersalitate specialiter requisiuit, atque expressit Testator, tam in personis filiorum Lucretiæ ibi, *omnes, et quoscumque filios masculos etc.* quam descendentium ex eis, ibi, *Et descendentes masculos legitimos, et naturales*
27 *dicta Lucretia etc.* † Ex quibus equidem verbis immediatè tam præcedentibus, quàm subsequentibus, & ex alijs supra deductis media ipsa vniuersalia congruè declarantur de masculis ex masculis descendentibus, *l. heredes palam.uers.sed et sic in fin.ff.de testam. l. qui filiabus in princip.l.si seruus plurium, §. ult.in fine, uers.item earum.ff.de leg.1.Paris.dicto cons.18.num. 30.uers.uerba enim dubia etc. cum seq. lib.2. Bero. cons.113.sub num.8.uers.colligitur etiam etc. lib. 2.* & in specie respondit *Gabr.d.cons.116.num.39 uers.nihil refert, quod descendentes masculi etc. ac seq.lib.2.Bursat.d.cons.228.num.65.uers. sexto sequentia etc.cum seq.Rot.decis.374.sub num. 3. uers. hæc tamen limitantur etc.et seq.par.1.diuers.* cum alijs relatis in *Romana fideicommissi de Cosciarijs 16.Martij 1648.cor. me in §. hæc autem testatoris voluntas etc.*

Deinde non obstat, quod postquam agnationis conseruatio à Testatore commissa fuit filijs, & descendentibus fœminarum, æquè adimpleri possit per eos, qui ex fœminis, ac per eos, qui ex masculis earum proueniunt.

Quia cum Testator elegerit masculos descendentes ex masculis, ac in eis illam con-
28 seruari maluerit. † Vtique voluntas eius seruari, non autem subtiliori indagatione peruerti debet, *§.dispensat in auth.de nupt. Rot: penes Card.Seraph.decis.1472.n.1.uers. unde etc.*

Prçterea (licet prædicta sufficiant) ex alio etiam visus fuit Dominis exclusus à successione prædicta Com.Mauritius. Quia nem-
29 pè † tempore purificatæ substitutionis per obitum Hieronymi de Barberijs nondum erat natus, neque conceptus, sed post quindecim circiter annos progenitus est; Ideoque ad Gandulphum solum tunc superstitem filium masculum Lucretiæ Testatoris sororis ab eo substitutum successio delata fuit, ac ipso defuncto in Nicolaum eius filium successiuè vocatum continuata *iux.tex. in l.cum pater §.hæreditatem il primo ibi, Viriles autem inter eos fieri, qui eo tempore superuixerint, cum de alijs exigendi potestas non fuerit etc.ff.de leg. 2. l. interuenit ff.de legat.præst.und.et sensit Antiquus Doctor Lambertin.de Rampon.in eius quæst. relata per Io.Andr. in Add.ad specul. par.4.in Rubr. de Testam.col. 3. in princ.uers. Item Lambertin. de Rampon etc. et uers. De secundo membro etc.Castr.cons.16. Viso dicto puncto sub num.5.uers.super quarto etc. parte 2. Dec.cons. 65. Pro tetenus facultate sub num.2.uers. Non enim sufficit etc.* dicens non sufficere, quod agens ex huiusmodi substitutione sit de liberis, sed necessarium esse, quod tempore purificatæ conditionis extaret. *Alciat. cons. 119. à num.2. uers.sed tamen et.cum seqq.per tot. lib. 9. Alb.cons.106.per tot.* vbi contrarijs rationibus, & authoritatibus benè respondet, *Bursat.dicto cons.228.sub num.38.uers.quarto eadem illatio etc. cum seq. Molin.de primogen.lib.3.cap.4.sub nu. 13. uers.Primo namque cum seq.et cap.6.sub numer. 32. uers.quæ omnia etc.Menoch. cons. 413. per tot.* vbi contrarijs respondet, *et latius cons. 830. per tot. Crauett.cons.212.sub num.6. uers. optimè facit etc. Gabr.cons.130.uers.si quis uerò post diem mortis etc. et seq.lib.1.Peregr.de fideicomm.art.22.sub num.72. uers.Vndecimo conclusio etc.et cons.33.sub num. 19. uers. Attamen etc.cum seq.lib.2.Facbin.cons. 86. per tot.lib.3.Io:Griuel.decis. Dolan. 108. per tot.Rot. dec. 38.per tot.et dec.374.sub num.11.par.1.diuers. et decis.357. sub num. 5. uers. sed admittuntur etc.*
30 *par.1.recent.* † Nec potest ab eo auocari ob superuenientem natiuitatem prædicti Com. Mauritij *Alb.dicto cons.106.sub numer.6.uers. et duas rationes etc.cum seq.Molin.de primog.lib. 1. c. 13.sub num.36.uers.Hæc autem limitatio etc. cum seqq.Facchin.dicto cons.86.sub num.6. uers. nam si alij nunc extent etc.cum seq.lib.3. Menoch. d. cons. 413.sub num.27.uers.Quinto suffragatur etc. cum seqq.Rot.decis.79.sub num.10.uers.Alioquin si nullus extaret etc. par. 1.diuers.* & alijs relatis probat

bat Peregr. d. art. 22. sub num. 37. vers. ampliatur conclusio &c.

Nec obstat quod in huiusmodi fideicommissis conditionalibus successiuis admittantur etiam nati post conditionis euentum, suspenso interea successionis effectu, vel saltem in alios gradatim vocatos reuocabiliter translato.

31 Quoniam obiecta conclusio non ex puris iuris principiis, sed ex voluntate testantium procedit, quæ vel ab ipsis dispositionum verbis, vel ab vrgentibus coniecturis, ac facti circumstantiis in singulis casibus euidenter resultet *ad l. cum ita §. in fideicommisso in fin. vers. nisi specialiter defunctus ff. de leg. 2.* & in his terminis responderunt *Castr. in cons. 247. In causa quæ vertitur Saona sub num num. 22. vers. Illud autem constat &c. lib. 1. Rom. cons. 134. In quarta quæstione sub num. 5. vers. quod autem hoc verum sit &c. & infr. vers. sed interpratatio hæc &c.* & cæteri qui eos sequuntur longa serie relati à Peregr. Fusar & aliis allegatis per informantes; Et bene declarant *Alciat. in d. cons. 119. sub num. 10. vers. secundo respondeo &c. cum seq. lib. 9. Gab. d. cons. 130. sub num. 8. vers. si qui vero post diem mortis &c. lib. 1 Menoch. cons. 413. sub num. 55. vers. quarto non mediocriter &c. cum seq. & cons. 213. sub nu. 21. vers. secundo accedit &c. & sub nu. 24. vers. quo circa dicendum est &c. Fachin. Contr. lib. 4. cap. 88. in princ. vers. caeterum &c. ac col. 3. vers. & ideo illud potissimum perpendi debet &c. ac infr. vers. Ad tertiam respondeo &c. & infr. vers. Ad quintum respondeo &c. Rot. decis. 394. nu. 22. vers. non etiam concluditur &c.*

32 *& seq. par. 5. recent.* † Ac proinde cessat quando dispositio in tempus aduenientis conditionis collata respicit certas personas tunc extantes, seu certam præscriptam qualitatem habentes, & alios successiuè vocat, nam ex eo instanti operatur effectum suum, ita vt illis admissis ex superuenienti aliorum natiuitate retractari non valeat, prout contigit in proposito casu, in quo constat Nicolaum testatorem respexisse personas in ipso conditionis aduentu extãtes, & qualitatem primogenituræ, ac alias ab eo indictas præleferentes, tam ex verbis testamenti in præcedenti substitutione d. Aemilij vltimi defuncti pag. 2. in princ. ibi, *si in rerum natura erit &c.* & in hac sequenti filiorum Iudith. pag. 2. ibi, *finita verò linea dd. Aemilij, Aurelij, & Hieronymi, tunc voluit eius hæreditatem, & bona deuenire, & peruenire debere ad Primogenitum filiorum d. Iudith. &c.* Atque in altera pag. 3. in *§. Non obstantibus &c.* & infr. in *§. finita verò tota linea masculina legitima, & naturali &c. omnium eius filiorum, tunc voluit eius bona peruenire ad maiorem natu filiorum masculorum legitimorũ,*

33 *& naturalium D. Lucretia &c.* † nam dictio illa (tunc) restringit dispositionem ad personas eo tempore extantes *l. in substitutione in fin. ff. de vulgar. & pupillar. substit. l. 4. §. fin. vbi gloss. in verb. tum ff. de cond. & demon. l. huiusmodi 64. ff. de verb. signif.* & in specie declarant *Castr. in d. cons. 16. sub num. 5. vers. Pro hoc etiam facit &c. par. 2. Dec. d. cons. 63. Pro tenui facultate sub num. 2. vers. non enim sufficit &c. Molin. de Primogen. lib. 3. cap. 10. sub num. 41. vers. Succedit regula &c. Menoch. consil. 1118. sub num. 15. vers ea ratione motus &c. Fachin. cons. 86. sub num. 4. vers. secundo &c. cum seq. Surd. cons. 545. sub num. 16. vers. Tertio &c. Thesaur. quæst. forens. lib. 3. quæst. 84. num. 11. vers. limita secundo &c. & alij relati per Fusar. de substit. q. 382*

34 *sub num. 31. vers. sed melius &c. cum seq.* † Quam ex ipsa etiam maioratus, & primogenituræ institutione, cuius ea est natura, vt ne momento quidem vacare possit; sed ex instanti mortis vltimi possessoris transeat in sequentẽ, qui eo tempore præscriptam habet qualitatẽ, sicque ex tunc purificatur illius conditio, neque aliud tempus expectari debet, vt post exactam quæstionis excussionem relatis vtriusq; sententiæ rationibus & sectatoribus benè cõcludit *Molin. d. cap. 10. sub nu. 38. vers. sed his omnibus non obstantibus, &c.* dicens *sub num. 40. vers. cum enim &c.* contrariæ opinionis fundamenta in his terminis non applicari &c. & pluribus relatis comprobant *Addent. ibid. in vers. Verum quidquid prædicti sentiant &c.*

35 Quare cum ex deductis † Com. Mauritius non solum non probauerit (vt tenebatur clarè quidem, & concludenter) se comprehensum in fideicommisso, cuius vigore agit, sed contrarium appareat: Ideò petita per eum immissio concedi non potest *l. si ita quis substituerit ff. de vulgar. & pupillar. substit. l. cum qui nouissimus ff. Ad S.C. Trebel. gloss. in l. qui duos in verb. superstes fuit vers. Regula est &c. ff. de Rub. dub. Soc. cons. 62. sub num. 4. vers. & in primis ista conuentio probatur &c. lib. 3. Rota penès Card. Seraph. decis. 1486. num. 1. vers. & quidem &c. & sanct. me. Gregor. decis. 433. nu. 1. vers. quia non probant &c.* cum aliis relatis *à Peregr. de fideicom. art. 43. num. 35. vers. qui vero ex fideicommisso agunt &c. & nu. 40. vers. Denique ex fideicommisso agens &c. & per Fusar. de substit. quæst. 615. per tot. & cons. 17. num. 3. vers. & qui petit &c. cum seq.*

Et ita fuit resolutum vtraque parte informante &c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Meleuitana Census.

Lunæ 5. Decembris 1650.

ARGVMENTVM.

Census impositus super bonis fideicommissariis non valet, vel saltem resoluitur à die mortis imponentium.

Bona permissa alienari in aliorum deficentia, & de certo tempore non possunt alienari non constito de illorum deficientia, & ante tempus.

SVMMARIVM.

1 *Census impositus super bonis alienari prohibitis vel est ipso iure nullus.*

2 *Vel saltem resoluitur à tempore mortis imponentiũ.*

3 *Bona permissa alienari in deficientiam aliorum bonorum alienari non possunt nisi constito de illorum deficientia.*

4 *Bona fideicommissaria alienari permissa de aliquo tempore non possunt ante illud tempus alienari.*

Mo-

5 *Mobilia in inuentario descripta censentur sufficientia ad solutionem debitorum, dum non probatur contrarium.*
Et fortius si inuentarium coadiuuetur ab instrumentis, ex quibus appareat in hæreditate extitisse bona libera num. 6.
7 *Inuentarium tutelare non prodest pupillo.*
8 *Inuentarium quando dicatur hæreditarium, & non tutelare.*
9 *Decisiones quando non subsistunt solent à Rota reformari.*

DECISIO XCVI.

ANGELO Hieronymo Manduca appellante à sententia, concedente immissionem Cumulo charitatis Melitensi in tenutam Tauenetia, nuncupatam, causaque appellationis mihi commissa, dubium proposui, An dicta sententia sit confirmanda, & Domini infirmandam esse responderunt ex Instrumẽtis de nouo in hac instantia pro parte dicti Angeli Hieronymi productis, in quibus ostẽdit se dictam Tenutam possidere vigore fideicommissi super ea ad fauorem masculorum descendentium à Ioan. Paulo Manduca eius Auo, ordinati cum expressa prohibitione alienationis, pignorationis, ac subiugationis, vt expresè legitur in eiusdem testamento, condito de Anno 1589. sub die 3. Aprilis, in summ. Manducæ *num.* 2. Sic enim ad solutionem annui census à Petro Paulo, & Mauritio filijs, & hæredibus grauati fideicommittentis, & à Catherina eorumdem matre, ad fauorem q. Gregorij Xerri, qui cumulum charitatis hæredem instituit, super dicto prędio anno 1611. die 12. Nouembris, impositi nequaquam cogi poterat. Nam stante prædicta expressa prohibitione alienationis, cen-
1 sus iste vel fuit ipso iure nullus, † *vt dixit Rot. decis. 678. sub num. 2. par. 1. recent. & latè in Ciuitatis Castelli census 27. Maij 1630. in princ. coram bon. mem. Pirouano*, vel saltem à tempore mor-
2 tis cum imponentium, † ac purificatione huius fideicommissi in persona Angeli Hieronymi resolutus remansit *ad tex. in l. fin. §. sin autem sub conditione, C. com. de leg.* & in similibus terminis fuit dictum *in Viterbien. bonorum coram Card. Seraph. decis. 757. per totum cum pluribus relatis per Fusar. de substit. quæst. 706. num. 1. & seq. & per Modern. de cons. impress. Taurinen. quæst. 19. num. 1. & seq.*

Neque huiusmodi Census validus efficitur ex impositione ob causam necessariam solutionis æris alieni ab ipso Io. Paulo testatore contracti in Instrumento donationis, per eum factæ de anno 1589. 24. Octobris Angelo eius filio, siue ex causa recuperandi, aut præfatam tenutam liberandi ab eodem Angelo, cui prius à Catherina matre, & tutrice filiorum eiusdem testatoris anno 1600. die prima Martij in solutum data fuerat, quod prius decisiones in hac causa factæ vtile fideicommissarijs fuisse præsupponebant.

Quia tripliciter Angelus Hieronymus per noua sua Instrumenta exhibita hoc fundamẽtum euertit. Primo ex verbis ipsius Instrumenti prænominatæ donationis ibi, *de bonis proprijs præfati Angeli, & in totum defectum de bonis proprijs eiusdem Io. Pauli*; quæ verba inferunt nullam adfuisse tunc necessitatem Ioan. Paulo defuncto eius bona distrahendi antequam
3 constaret † Angeli bona propria deficere; *iuxta tex. in l. si fideiussores 42. in princ. ff. de fideiuss. l. omnis 17. C. eodem tit. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glos. 9. par. 5. num. 57. Rot. coram bon. mem. Burratto decis. 151. num. 1. & seq.* Tanto magis quia ad ipsum Angelum æqualiter deinde cum alijs fratribus à patre institutum pro sua quota, hæreditas delata fuit, cuius hæreditatis bona, & effectus in inuentario die prima Februarij anni 1600. confecto legentium oculis subijciuntur.

Secundo eliditur supposita necessitatis causa ex quo solutionis dies maioris partis dicti debiti Io. Pauli, nondum cesserat quando soluta fuit à matre tutrice, quia quinque millia scuta de 12. mil. promissis, soluenda erant tantùm tẽpore desponsationis Angeli filij, & reliquorum septem millium scutorum solutio destinata fuerat post Io. Pauli, & suæ vxoris Catherinæ obitum verba sunt hæc, *scuta 5. mill. tempore desponsationis, & reliqua scuta 7. mill. ad complementum dd. scutorum 12. mill. cum ipsi iugales de Manduca ambo decesserint ab hoc sæculo*. De quibus scutis 12. mill. ipse Angelus confessus fuit, & declarauit 2. mill. ad pompam addita, detrahenda esse, & ad computum summæ verè debitæ à Io. Paulo suo patre, dum vix scuta 2. mill. recepisse, quod ex dicto Instrumento die 1. Martij 1600. stipulato, & ex apocha in eo inserta comprobatur; Vnde sequitur, quod Angelus tunc solum remanebat creditor in scutis mille, vel duobus millibus; ergo non licuit Catherinæ matri, & eius filijs præuenire tempus solutioni præfixum distra-
4 hereque † bona Io. Pauli in præiudicium, & damnum in fideicommisso vocatorum *ad tex. in l. ait Prætor 10. §. si cum in diem, l. omnes debitores 17. §. fin. ff. quæ in fraud. cred. l. cum pater 9. §. à filia, vbi Bart. num. 1. ff. de leg. 2. l. vxorem 39. §. Seium ff. de leg. 3. & tradit Decian. cons. 81. num. 41. & seq. lib. 4.*

Tertio tollitur necessitas alienandi bona propria Ioan. Pauli ex eo, quod constat quã plurima stabilia mobilia, & credita, etiam in lucro sociali eidem Io. Paulo debito fuisse relicta, ex quibus, vel eorum pretio dicto Angelo de suo credito satisfieri poterat, absque eo, quod dicta tenuta speciali fideicommisso ad fauorem filiorum masculorum de Manduca subiecta alienaretur, nulla pænitus præuia Iudicis iussione, neque vsurarum solutione, nisi solum pro rata dictæ quantitatis maturatæ, pro qua soluenda mobilia hæreditatis suffecerant, vt patet ex inuentario legiti-
5 mè confecto, † dum contrarium non probatur *l. fin. §. licentia C. de iur. delib. l. cum de lege 17. in verbo hæreditatis probatio ff. de probat.* ac ex multis alijs iuribus exhibitis eadem sufficientia bonorum dicti Io. Pauli testatoris ostenditur, dum constituta fuit dos Franciscæ filiæ

& co-

& cohæredi suæ à Catherina tutrice in scutis 4100. circiter in tot bonis hæreditariis, descriptis in Instrumento stipulato die 10. Augusti 1601. & ex alio Instrumento dotis ab eadem tutrice postmodum constitutæ Paulinæ filiæ pariter, & cohæredi eiusdem testatoris in scutis 6000. circiter similiter ex ipsis effectibus hæreditariis soluendis die 19. Ianuarii 1604. confecto, quæ duo instrumenta in dicto summ. *num.* 4. *&* 5. vna cum alio Instrumento Societatis num. 8. relata confirmant plenam inuentarij fidem contra omnes
6 *vt fuit † dictum in Vrbeuetana legati* 20. *Octobris* 1582. *coram Cantuccio*, *& in Cornetana legati* 4. *Decembris* 1620. *coram bon.mem. Seleucien.*

Neq; hanc veritatem infringit, quod hoc inuentarium tanquam tutelare non prosit pupillo, vt videatur hæres cum beneficio inuentarii secundum *Bart. in l. in ratione* §. *quod vulgo num.* 3. *& ibi Alex. ff. ad l. falcid.* quia factum fuit præcedente aditione hæreditatis,
7 vocatumque † à conficientibus hæreditarijs nomine pupillorum, & habuit effectum in-
8 uentarij, † ita declarat *Bero conf.* 129. *nu.* 6. *lib.* 2 *Monticul. in tract. de inuent. quæst.* 228. *num.* 26. *& admisit Rota in Firmana legitimæ* 22. *Iunij* 1608. *coram bon.mem. Vbaldo impress. post tract. modern. Farolnien. de legitima decis.* 5. *num.* 4.

Et quia ex omnibus supradictis liquet impositionem supradicti census fideicommissariis fuisse damnosam, nam si hæredes grauati, & eorum tutrix Catherinæ tantum maturata debita, prout omnino facere debuissent, soluissent; neque tempus soluendi cum debitoribus præuertissent, longè ex aliis effectibus hæreditarijs faciliùs extingui potuissent, ac etiam ex bonis eiusdem Catherinę tutricis quæ Angelo promissa, & inde ab eodem Angelo alienata fuisse patet tam ex instrumēto dotali sub die 24. Octobris 1598. quam etiam ex alio Instrumento sub die 5. Aprilis 1632. in summ. Angeli *num.* 1. *&* 7.

Proinde quia fundamenta præcedentium decisionum cum sententia subsecuta nouis probationibus nuper corā me factis amplius
9 non subsistere Dominis visa sunt, † æquitati consonum esse resoluerunt illas reformare *ad tex. in l. si ex plagis* 55. §. *in cliuo. ff. ad l. Aquil. l. quidam referunt* 14. §. *& in proposito igitur ff. de de iur. Codic. Rot. in Fesulana beneficij seu Oratorij* 14. *Martij* 1650. *coram R. P. D. meo Corrado, in fine princip. & nouissimè in Bononien. fideicommissi de Nascentorijs* 20. *Iunij eiusdem anni in princ. coram me.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. MELTIO

Postea Reuerendiss. Episcopo PAPIEN.

Neapolitana Fructuum.

Veneris 9. *Decembris* 1650.

ARGVMENTVM.

Manutentio in quasi possessione exigendi fructus recompensatiuos, denegari non potest probata possessione illos exigendi etiam per vnicam solutionem; & an impediri possit per sententiam latam in petitorio, quæ tamen suspensa remansit per appellationem clarè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Solutio fructuum recompensatiuorum licèt vnica, sufficit pro acquirenda possessione illos exigendi.*
2 *Amplia etiam si solutio non esset integri termini, sed partis ipsius.*
3 *Manutentio denegari non potest probata possessione.*
4 *Manutentio impediri non potest per sententiam latam in petitorio, quæ fuit suspensa per appellationem.*
5 *Et possessor sua possessione priuari non potest donec causa per rem iudicatam terminata fuerit.*
6 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem non admittuntur in iudicio possessorio, sed ad petitorium reiiciuntur.*

DECISIO XCVII.

CENSVERVNT Domini Monti Roberto dandum esse mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi annua scuta 60. occasione fructuum recompensatiuorum Vinearum à q. Octauio venditarum Francisco Galiberto, quia de eius possessione constat ex duabus solutionibus vna videlicet scutorum decem facta dicto Octauio, & altera scutorum 100. facta Deputatis præfati Montis Roberti, quæ solutiones exuberant ad istū
1 effectum, † quandoquidem etiam vnica solutio sufficit pro acquirenda possessione *Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina nu.* 91. *de caus. possess. & propriet. cap. Roma de postulat. Prælat. Roman. conf.* 311. *num.* 7. *Dec. conf.* 117. *num.* 2. *Rot. diuers. decis.* 196. *num.* 2. *par.* 1. *& decis.* 188. *num.* 1. *post modern. de manut.* & in puncto quasi possessionis exigendi fructus recompensatiuos decla-
2 rat *Coccin. decis.* 286. *nu.* 5. † etiam si solutio non esset integri termini, sed partis ipsius, vt pariter firmauit *Rot. in pluribus decis. allegat. per dictum Modern. de manuten. obseru.* 13. *num.* 17. *& nuper in Melfien. pensionis* 1. *Martij* 1649. *coram R.P.D. meo Rojas.*

3 Hac † itaque possessione probata manutentio denegari non potest d. Monti Roberto vulgato §. *retinendæ instit. de interdict. Coccin. decis.* 236. *num.* 1. *cum alijs cumulatis in Brundusina bonorum* 21. *Ianuarij* 1649. *coram me* §. *& ex istis.*
4 Neque † manutentio impediri potest prætextu sententiæ absolutoriæ latæ ab A. C. ad fauorem Francisci Galiberti, quia illa per appellationem suspensa fuit *Abb. cons.* 69. *num.* 2. *vers. sed in casu nostro lib.* 2. *c. 30. pastoralis* §. *præterea de offic. deleg. cap. venientes de iur. iur. cap.* 1. *de re iudic. Rot. in Mediolanen. prætensæ deuolutionis*
5 11. *Februarij* 1650. *coram me* §. *fin.* adeo, † vt possessor interim sua possessione priuari non possit, sed in ea manutenendus veniat, donec causa per rem iudicatam terminata fuerit *Rot. coram Caualer. decis.* 242. *num.* 1. *decis.* 288. *num.* 4.

num.4.& decis.315.num.2. & in terminis fructuum recompensatiuorum *Coccin.d.dec.286. num.6.*

Minus releuat exceptiones desumptæ ex
6 quodam asserto Instrumento transactionis initæ de anno 1595. quia tamquam respicientes validitatem tituli, & sic altioris indaginis non admittuntur in hoc iudicio summarissimo, sed ad petitorium reijciuntur, *Scacc. de appellat.q.19.remed.1.concl.5.num.20.& 22. Gratian.discept. foren.cap.113. num. 28.cum seqq. Rota decis.583.num.2.par.1.& decis.755.num.3.part. 3. recent.& decis.138.num.5.& decis.233.num. 9. inter impress.post Modern. de manutenen. & fuit resolutum in Spoletana bonorum 7.Februarij 1648. cor. R.P.D.meo Royas in princ.& in Romana officij 18. Iunij 1649.coram R.P.D.meo Ottbobono §.fin.nec non in Toletana Archidiaconatus de Talauera 4. Aprilis 1650.coram R.P.D.meo Albergato in prin & passim alibi.*

Et ita resolutum fuit informante tantum Roberto.

REVERENDISSIMO P. D. MELTIO.

Posteà Episcopo PAPIEN.

Romana fructuum Census.

Lunæ 12. Decembris 1650.

ARGVMENTVM.

Priuilegiatus, an & quando vti possit priuilegio contra equè priuilegiatum primo loco discutitur. Contractus nulliter cum minore celebratus, an, & quando obliget naturaliter, & in foro conscientiæ d. minorem, & quid requiratur ad hoc, vt dictus contractus ex lapsu temporis censeatur ratificatus clarè demonstratur: & nonnulla adducta pro ratificatione d. contractus, tanquam insufficientia refelluntur. Contractus vbi apparet simulatus quoad personas, verus tamen quoad substantiam, an & quando persona supposita illius vigore agere possit eruditè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Contractus cum minore celebratus, nullis adhibitis solemnitatibus est ipso iure nullus.*

2 *Minor potest vti priuilegio minoris ætatis etiam contra mulierem, et quid si pecunias receperit.*

3 *Census impositus à minore absque solemnitatibus statutaris est nullus, etiam fuisset impositus ad fauorem mulieris.*

4 *Priuilegiatus potest vti priuilegio contrà priuilegiatum etiamsi vterque ageret de damno, si ipse tamen conueniretur, & rei partes sustineret.*

5 *Iuramentum appositum in contractu nullo ex defectu solemnitatum, nihil operatur, & quare.*

6 *Maior an censeatur ratificasse censum nulliter impositum in minori ætate, si maior factus soluerit fructus spatio longi temporis, nec vnquam de nullitate dixerit. vide num.32.*

7 *Ratificatio contractus nulli induci non potest, nisi probata prius in ratificante scientia plena nullitatis, non solum facti sed etiam iuris.*

8 *Pro Ratificatione actus nulli, non sufficit scientia præsumpta, sed certa atque explicita requiritur cum omnibus suis qualitatibus, & quare n.9.*

10 *Ratificatio deducta ex lapsu temporis, non procedit in contractu, in quo præsumitur dolus à statuto.*

11 *Testator mandans persoluere omnia eius debita, intelligitur de quibuscumque debitis, ac etiam de ijs, quæ obligationem ciuilem non habent, sed solum naturalem, & quare n.13.*

14 *Ex contractu nullo ob defectum solemnitatum, nulla oriri potuit obligatio, nec ciuilis, nec naturalis.*

15 *Solemnitates statutariæ, quando inductæ fuerunt fauore publicæ utilitatis, illarum omissio impedit, ne oriatur obligatio naturalis.*

16 *Conscientia non ligat illos, quos natura non obligat.*

17 *Contractus celebratus cum minore parit obligationem naturalem, quæ obligat contrahentem in foro conscientiæ. Intellige procedere ut n.18.*

19 *Promissio facta per legatarium de soluendo omnia debita, & legata Testatoris, intelligenda uenit respectu debitorum legitimorum.*

20 *Fideiussor remanet tantum obligatus eo modo, & forma, quibus obligatus erat eius principalis.*

21 *Fideiussoris obligatio est accessoria obligationi principalis, cuius proinde naturam induit, & quid si facta fuisset habita relatione ad obligationem principalis.*

22 *Insinuatio est omninò necessaria in alienationibus, et contractibus mulierum.*

23 *Amplia ut nec etiam sufficiat decretum Iudicis, quod instrumentum habeatur pro insinuato.*

24 *Procurator non potest excedere fines mandati in præiudicium constituentis.*

25 *Procurator substitutus, debet seruare conditionem, & formam sibi præscriptam à substituente, & non potest aliter facere.*

26 *Procurator non potest obligare suos principales in ijs, in quibus, prorsus deficit eorum consensus.*

27 *Procurator obligando suos principales in ijs, in quibus deficit eorum consensus, perinde est, ac si nihil actum fuisset.*

28 *Contractus ubi apparet simulatus, quod personas, actio acquiritur personæ uera de qua partes senserunt.*

29 *Contractus ubi apparet simulatus quoad personas, persona supposita habet ab eo actionem, si nomine proprio sibi reseruauerit facultatem agendi intellige ut n.30.& 33. quando secus n. 31.*

34 *Iustitiae consonum est si secundum propositas casuum species, atque circumstantias, prior sententia reformetur.*

DECISIO XCVIII.

PLACVERVNT Dominis fundamenta decisionis in hac causa emanatæ coram me sub die 14. Iunij 1647. in qua ex capite iniustitiæ resolutum fuit mandatum relaxatum ad instantiam Sacconarij contra hæredes quondam Domini Tiberij Astalli Senio-
1 ris non esse exequendum. † Iniustitia siquidem adhuc visa fuit patens ex eo, quod dictũ mandatum fuit relaxatum pro fructibus cẽsus

sus impositi à Ioanne Baptista Ponciallo in
minori ætate constituto, nullis adhibitis so-
lemnitatibus à Statuto Vrbis lib. 1. cap. 151.
requisitis, quo circa dictus census nullus fuit
ipso iure, & propterea illius vigore nulla ori-
ri potuit actio ad fauorem creditoris resiltē-
te statuto natiuitati vtriusque obligationis tā
naturalis, quàm ciuilis, iuxta theoricam Bart.
in l. cum lex nom. 4. ff. de fideiuss. quem sequūtur
Imola in cap. cum contingat de iur. iur. Couar. in cap.
quamuis pactum in 2. parte §. 4. num. 6. de pactis in
6. Gabr. cons. 20. num. 44. uers. & quod cum seq. lib.
2. Cancer. uar. resolut. par. 2. cap. 1. nu. 59. Gratian.
discept. forens. cap. 122. num. 1. Rot. coram Durano
decis. 18. num. 13. & seqq. Anconitana nullitatis con-
cordiae 16. Aprilis 1646. coram bo. mem. Arguelles,
& in Anconitana census 9. Maij praeteriti coram
2 R. P. D. meo Otthobono, idque procedit † non
obstante quod impositio, & venditio census
facta fuerit ad fauorem Cæciliæ Marchæsiæ
mulieris; Quia etiam in tali casu præualet
priuilegium minoris, qui dicitur agere de
damno vitando, quamuis pecunias receperit,
nisi simul probetur dd. pecunias versas fuisse
in euidentem minoris vtilitatem textus est
expressus in l. uerum 12. §. item quaeritur l. si mi-
nor 35. ff. de minor. Lambertengh. in terminis pecu-
niae traditae à muliere de contract. mulier. in fin. nu.
125. Peregr. cons. 77. num. 39. lib. 1. Rota cor. san. me.
Gregor. X V. decis. 473. num. 13. & in Romana Sal-
uiani 27. Ianuarij 1640. §. finali coram Reuerendiss.
3 D. meo Decano, † & in puncto census venditi
per minorem mulieri fuit dictum in Romana,
seu Perusina census 23. Iunij 1645. §. adeo quod cor.
R. P. D. meo Bichio, & in Anconitana census prima
Iunij 1649. coram R. P. D. meo Cerro §. quia cum
4 probatum non fuerit, † vbi etiam dictum fuit
hoc procedere, quamuis ex vtraque parte ra-
tio damni vigeret, nam adhuc melior causa
reputatur eius, qui conuenitur, & rei partes
sustinet Lambertengh. ubi supra num. 122. & 125.
Peregr. dicto cons. 77. num. 39. lib. 1. Rota cor. Greg.
X V. decis. 473. num. 14. & in Romana pecuniaria
27. Aprilis 1637. coram bon. mem. Merlino.
Nec potuit dictus census conualidari ex
5 iuramento in ea apposito, quia cum † statu-
tum introductum fuerit ob publicam vtilita-
tem ad obuiandum, nempè fraudibus, qui-
bus de facili minores decipi possunt, eaque
ratione iuramentum in huiusmodi contra-
ctibus præstitum dolo, & metu extortum
præsumat, dictosque contractus, & obligatio-
nes nullius roboris, ac momenti esse declaret,
ac dictum statutum auctoritate Apostolica
confirmatum etiam fuerit, prout constat ex
literis san. mem. Gregor. XIII. in principio
dd. statutorum appositis, vtique iuramentum
super eis interpositum nihil operatur Bart. in
l. omnes populi sub num. 25. uers. sed si statutum ff de
instit. & iure, Bald. in authent. Sacramenta Puberum
sub num. 5. uers. & ideo in multis locis &c. ubi Ca-
strens. sub num 11. uers. sed si quaeritur &c. C. si ad-
uersus uenditionem. Honded. cons. 5. num. 40. uers. ul-
timum de iuramento, & sequenti lib. 2. Rot. dec. 54.
num. 2. par. 1. recent. & in Romana donationis de Cu-
pis 5. Iunij 1602. coram bon. mem. Cardinali Pam-
philio, ut inter impressas apud Pich. ad Statut. Vr-
bis decis. 22. num. 3. uers. nec huic conclusioni obstat
cum sequentibus, & penes Argellen. dicta decis. 18.
sub num. 2. uers. quod & si in dicto statuto &c. cum
sequentibus, et per totum, & in Rauennaten. dotis co-
ram me 11. Aprilis 1644. sub §. non etiam obstat
&c. Marc. Anton. uar. resol. lib. 2. resol. 3. n. 8. uers. cae-
terum &c.
6 Minus subsistere visa fuit præsupposita ra-
tificatio dicti census alias deducta ex eo, quod
Ioannes Baptista maior factus soluerit spa-
cio longi temporis fructus, nec vnquam de
nullitate dicti census aliquid dixerit ad textū
in l. finali C, si maior fact. alienation. fact. sine decret.
rat. habuer. Quia solutio fructuum non fuit
hactenus iustificata, neque per simplicem ac-
7 quiescentiam, † imò neque ex alio actu po-
sitiuo induci potuit ratificatio census nulliter
contracti non probata prius in Ioanne Bapti-
sta ratificante scientia plena nullitatis non so-
lum facti ad textum expressum in l. fin. per
ignorantiam facti ff. ad Senat. Cons. Macedonian.
glos. in l. Zenodorus verb. nouatione. C. eodem titulo,
sed etiam iuris, Bald. in l. mater. C. de rei vendic.
Surd. cons. 49. à num. 32. vers. secundo respondeo &c.
& sequentibus, & sub num. 45. vers. dum vero &c.
Gabr. cons. 62. num. 27. & 28. lib. 2. Gratian. discep.
foren. cap. 449. num. 32. Rota decis. 282. num. 6. vers.
neque obstat &c par. 4. diuers. & in recenti dec. 293.
num. 17. par. 1. Vrbeuetana census 7. Maij 1646. co-
ram bo. mem. Motmanno, quae est decisio 260. part. 6.
recent. num. 12. & seq. & in Anconitana census 7.
Maij 1646. coram R. P. D. meo Peutingerio confir-
mata 7. Martij 1647. & 19. Iunij 1648. coram eo-
8 dem. † Neque pro ratificatione actus nulli
sufficit scientia præsumpta, sed certa atque
explicita requiritur cum omnibus suis qua-
litatibus ad tradita per Buratt. decis. 410. n. 11.
vbi Add. num. 15. & fuit resolutum in Romana pe-
cuniaria 28. Ianuarij praeteriti coram R. P. D. meo
9 Otthobono. † Ratio autem est quia alias in
ratificatione semper intelligitur illa conditio
si actus firmus sit, & validus Valens. cons. 177.
num. 53. lib. 2. Rota in Romana pecuniaria 23. Mar-
tij 1648. §. nec dictum praetensum creditum cor. me;
10 quæ etiam † facilius procedunt stante dolo,
qui à Satuto Vrbis interuenisse præsumitur
in contractu cum minore gesto absque so-
lemnitatibus, qui dolus quamuis præsump-
tus secundum veriorem, & receptiorem DD.
sententiam excludit omnem ratificationem
ex lapsu temporis deductam, Nott. cons. 162.
num. 34. uers. demum respondetur, Maluas. cons. 86.
sub num. 15. uers. sed ubi &c. cum seqq. Surd. cons. 49
num. 27. uersic. tertio respondetur cum seqq. Verallus
decis. 1. num. 1. par. 3. Buratt. decis. 410. num. 10. &
in puncto ratificationis inductæ ex lege fin. C. si
maior &c. consuluerunt Roman. cons. 54. in fin. Curt.
Iun. cons. 50. num. 6. & 7. Ruin. cons. 170. num. 29.
Gratian. discept. forens. cap. 824. num. 30. & firma-
uit etiam Rota decis. 102. num. 12. par. 2. diuersor.
coram san. mem. Greg. X V. dicta decis. 473. num. 18.
& in Romana donationis de Cupis coram bon. mem.
Cardinali Pamphilio 5. Iunij 1602. sub num. 7. vers.
non obstat quod Alexander, & ita etiam sensit
Marc. Anton. hanc quaestionem ad partes disputans
dicta

dicta resol. 3. sub num. 20. vers. articulus igitur erit, qui in vers. in hac contrarietate &c. hanc esse testatur communiorem DD. opinionem, & magis in praxi receptam, & obseruatam.

Nec etiam elici potest ratificatio ex eo,
12 quod † cum Ponciallus in testamento per
eum iam in maiori ætate constitutum, atque
morti proximum condito legauerit duas vi-
neas Propertio Fontanellæ cum onere sol-
uendi pro earum pretio scuta bismille ducē-
tum in extinctionem omnium eius debito-
rum, & legatorum censeatur per huiusmodi
dispositionem intellexisse, de quibuscumque
debitis, & sic etiam de iis, quæ obligationem
ciuilem non habent, sed solum naturalem ex
ratione assignata tam per *Aretin. cons. 93. nu. 3.*
quam per *Dec. in authent. praeterea num. 11. C. un-*
13 *de vir, & vxor.* quæ est † quod vbi quis in
vltima voluntate mandat solutionem om-
nium debitorum, intelligat principaliter sa-
luti animæ prospicere propriamque consciē-
tiam exonerare, quæ non minus obligatur ex
debito naturali tantum, quam ex naturali, et
ciuili simul iuncto, & ita etiam firmauit *Rota*
decis. 62. num. 2. decis. 81. num. 1. & decis. 119. nu. 3.
par. 7. recent. Verum huic obiecto fuit suffi-
cienter satisfactum cum responsione iam
data in præcedenti *decis. sub §. non obstat quod*
14 *Ponciall.* † vt nempè cum versemur in con-
tractu nullo ex defectu solemnitatum, cui
statutum expresè resistit nulla exinde oriri
potuerit obligatio nec ciuilis, nec naturalis *l.*
sancimus C. de donat. l. sed et si serui. ff. de fideiuss. &
l. antiquae. §. fin. C. ad Velleian. Bald. in l. non dubiū
col. fin. vers. secundo quaero num. 29. C. de legibus.
Roman. cons. 12. num. 4. et cons. 437. in primo du-
15 bio, eoque magis, † quia dictæ solemnitates
inductę fuerunt fauore publicæ vtilitatis, quo
casu illarum defectus magis impediunt ortū
obligationis naturalis, *Rot. coram Duran. d. dec.*
18. num. 17. et 18. cum alijs allegatis *in decisione*
coram me emanata sub d. §. non obstat quod Poncial-
lus ad med. deficiente autem obligatione natu-
16 rali certum est, quod quis in foro conscien-
tię obligari non potest ex recepta Bartoli tra-
ditione quos natura non obligat conscientia
non ligat, *Nauar. cons. 9. de empt. et uendit. n. 6 et*
7. lib. 3. uol. 3. Ioannes Valesius de differentia inter
utrumque forum lib. 1. uerb. ad praeludia n. 25. Du-
ran. d. dec. 18. n. 14.
17 Quare non obstant † firmata per *Rotam in*
dec. 62. num. 2. et dec. 81. num. 1. par. 7. recent. quod
nempè contractus gestus cum minore absq;
solemnitatibus, actus sit parere obligationē
naturalem, quæ obliget contrahentem in fo-
18 ro conscientiæ; nam ista procedunt secundū
distinctionem à Rota approbatam in *d. decis.*
81. et decis. 119. num. 7. eadem par. 7. recent. quan-
do scilicet contractus initus fuit cum bona
fide, & cum probabili credulitate; quod so-
lemnitates statutariæ non requirerentur, vel
cum vtilitate, ac locupletatione minoris, &
sic quando cessat fraudis, ac deceptionis su-
spicio, cuius coerctio est causa finalis eiusdē
Statuti. Secus est autem quando non con-
currunt, circumstantiæ, ex quibus tollatur
suspicio præsumptæ fraudis, & doli in con-
tractu cum minore gesto contra formam
Statuti. Nam tunc ex eo nullam oriri obli-
gationem naturalem, nec ciuilem commu-
niter tenent DD. qui hanc veriorem, & re-
ceptiorem sententiam dicunt, & vltra supe-
rius citatos tradit etiam *Romanus cons. 437. n. 1.*
vers. videndum igitur, Osasch. decis. 168. num. 16.
vers. hinc sequitur benè Menoch. de præsumpt. lib. 1.
præsumpt. 80. sub nu. 16. vers. diuersum est &c. n. 37.
vers. infertur septimo, Mantic. de tacit. & ambig. cō-
uent. lib. 21. tit. 1. num. 4. vers. sed hæc ratio &c. &
ita declaratum etiam fuit in *dec. 373. n. 1. vers.*
& in primis &c. ac dec. 177. num. 12. vers. non obstat
denique par. 1. recent. & sequitur *Modern. de cens.*
q. 15. sub n. 15. vers. quæ conclusio &c. Sanchez de
matrim. lib. 1. disput. 7. sub num. 16. vers. tertio &c.
Cancer. uar. resolut. par. 2. cap. 1. de minor. 25. annor.
num. 209. uers. neque allegata, & seqq. Gratian. disc.
forens. cap. 691. num. 24. vers. nam ex contractu ge-
sto, & c. 713. n. 66. vers. ideo videmus.

Firmata igitur ex prædictis nullitate im-
positionis census, ac obligationis Ioannis Ba-
ptistæ Ponciallli iustè conueniri non potuit
Fontanella eiusdem Ioannis Baptistæ legata-
19 rius, † nam promissio per eum facta de sol-
uendo omnia debita, & legata intelligenda
venit respectu debitorum legitimorum, *ad l.*
si his cui §. Flauius Ianuarius. ff. de solut. & iuxta
theoricam Bart. in l. legaui num. 3. uers. ultimo nota
ff. de liber. legat. ac ibi Castr. sub num. 2. uers. si testa-
tor. ff. de condit. & demonstr. Bald. in l. si creditori sub
num. 1. uers. & ideo si testator. ff. de legatis 1. Castr.
cons. 50. viso codicillo sub n. 2. uers. constat autē &c.
lib. 2. Cephal. cons. 14. n. 19. uers. & propterea si fiat
mandatum hæredi, Surd. dec. 38. n. 13. uers. & facit, et
decis. 209. sub n. 12. uers. adeo quod noluit, Bart. cons.
3. sub n. 14. uers. & uerba cum seq. Gratian. discept.
forens. cap. 713. num. 68. uers. cum etiam; & ita etiā
se declarauit idem Fontanella, dum suā obli-
gationem expressis verbis restrinxit ad debita
de iure soluenda, ibi, *de valore seu pretio soluere*
omnia, & singula debita, & legata dicti Io: Baptistæ,
quæ de iure uenirent soluenda, ex quo sequitur,
20 quod nec minus conueniri potuerit hæredi-
tas quondam Domini Tiberij Astalli, nam
dum fideiussit pro Fontanella obligatus tan-
tum remansit eodem modo, & forma, qui-
bus obligatus erat dictus Fontanella eius
principalis, *l. gregē, §. illud, & l. sicut de fideiussor.*
Surd. dec. 118. n. 9. & ita concludit *Iason. in l. si*
non sortem in princ. n. 2. uers. quarto nota de condit.
indebit. Socc. cons. 273. in præsenti consultatione co-
21 *lumn. 1. lib. 1.* † obligatio enim fideiussoris ac-
cessoria est obligationi principalis, cuius pro-
inde naturam induit maximè attenta expres-
sa relatione facta ad obligationem ipsius Fō-
tanellæ principalis, quæ operatur, vt omnia
contenta in obligatione principalis censean-
tur inserta atque repetita etiam in obligatio-
ne fideiussoris *Auth. si quis in aliquo. C. de edend.*
Paris. cons. 79. n. 10. lib. 3. Ruin. cons. 84. nu. 4. lib. 1.
Caputaq. dec. 204. n. 4. par. 1.
22 Præterea addebant DD. † quod admissa
etiam non tamen concessa pro valida impo-
sitionē dicti census, adhuc nulla competere

poterat

poterat actio Sacconario pro consecutione dictorum fructuum pro quibus obtinuit mandatum ab A. C. nam venditio, ac cessio d. census cum fructibus viginti duorum annorum decursis, & non solutis ad eius fauorem facta per Franciscum Berghignum Procuratorem constitutum, & respectiue substituto à Ioanne Baptista Ridulphetto tàm nomine proprio, quàm nomine Lucretiæ, Antoniæ, ac Cæciliæ filiarum, ac coheredum dictæ Cæciliæ de Marchesiis visa fuit nullius momenti, tum quia mandatum per dd. mulieres factum in personam d. Ridulphetti ad vendendum censum caret insinuatione, quæ omnino necessaria erat ex Constitutione Ægidianę *lib.5.cap.25.ad tradita per Boccat.in comment.ad eandem glos.8. num.15. versic.tertio extenditur, & fuit dictum in Auximana bonorum 15. Aprilis 1603. coram bon.mem.Card.Mellino, quæ inter impressas est est decisio 358.*

23 † vbi firmatur. vt nec etiam sufficiat decretum Iudicis, quod

24 habeatur instrumentũ pro insinuato. † Tum quia cum dictę mulieres fecissent mãdatum in personam Ridulphetti ad vendendum cẽsum in sorte scutorum 400. ac ad petendum fructus decursos in summa scutorum 700. vtique non potuit Berghignus Procurator à dicto Ridulphetto deinde substitutus excedendo fines dicti primi mandati vendere censum, & cedere fructus decursos vnico pretio scutorum octingentorum in graue præiudicium, & damnum mulierum constituentiũ, vt deciditur *in l.non abstulit, & ibi Bald.sub n.2. versic. quod dicit &c. ac seqq. C. de nouat. Roman. cons.352.sub num.2. versic.pro hac conclusione &c. cum seqq. Surd.decis.229.sub num.27. vers.& addunt simile. Rot. penès san.mem. Gregor.XV. decis. 311. num.5.vers.ex quibus constat &c. Buratt. decis.374. numer.8. versic. & ideo &c.* & sequitur *Modern. Perusin. de cens.quæst.109.num.47.versic. quia sicut is, & sub num.53.vers.pro qua etiam conclusione, cum seqq.*

25 Accedit † defectus alterius formæ, siue conditionis appositæ per Ridolphettum in substitutione, per eum facta in personam Berchigni, vt nempe ex pretio à venditione d. census redigendo per emptores soluerentur in manibus Gaspari Morelli scuta 700. ad effectum exequendi voluntatem ipsius Domini Ioannis Baptistæ, quæ tam conditio, & forma præscripta, cũ neglecta fuerit ex quo dictus Berghinus vendidit, ac cessit dictum census ac fructus Zacconario nulla per eum facta solutione præfato Gaspari, sed tantum promissione de soluendo infra annum, quæ nunquam facta fuisse probatur, imò neque simpliciter, sed sub conditione, ibi, *secuta, & facta tamen prius ratificatione à supradictis DD. Cæcilia, Laurnia, Antonia, & Ioanne Baptista &c.* quod facere non potuit, *Bald. in d. l.non abstulit, sub num.2. versic. contrarium est verum. C. de nouat. & ex text. in l.qui Romæ, §.Callimachus, vbi Iason.num.9. vers.quinto nota &c. ff.de verb.oblig. Berou. cons.174. sub num.7. vers.quibus tamen non*

26 *obstantib.cum seqq. lib.1.* hinc sequitur † quod ex hac etiam ratione Berghinus nulliter egerit, nec suos principales obligare potuerit dum eorum consensus in præmissis prorsus deficiebat. *l.diligenter, l.si quis pro eo. ff.mandat. Oldrad. cons.126. num.9. versic. quarto &c. Paris. cons.47.num.41. vers.quibus stantibus &c. & seqq. lib.1. Surd.decis.239. sub num.5.vers.& propterea cum seqq. Rota Genuen.decis.174. sub num.5. vers.*

27 *in contrarium consideratum fuit cum seqq.* † & perinde est, ac si nihil factum fuisset, *Rota corans Durano decis.146. numer. 47. versic. vnde &c.*

Subsistere etiam visum fuit illud funda-

28 mentum, † quod neque Sacconario vlla actio competere, ex quo ipsemet declarauit nudum nomen tantum in dicto contractu præstitisse, substantiam verò totius commodi & incommodi spectasse ad Thomam Berghignum prout legitur ex apocha confecta sub eadem die celebrati contractus, nempe sub die 26. Aprilis 1641. qua stante declaratione nulla illi quæri potuit actio, nullumq; ius quod quæsitum fuit soli prædicto Thomæ, de quo partes senserunt. *l.4. §.si ab ignota, ff.de manumiss. l.si non verum, l.si filio tui, C.de donat.inter virum & vxorem, l.cum propria, & leg. multum interest, C. si quis alteri, vel sibi Rota penès Cardinalem Seraphin.decis.660.num.3.vers.sed acquiritur ius.*

29 Nec obstat, † quod in eadem apoca reseruata fuit præfato Fuluio Sacconario facultas agendi nomine proprio vsque ad consecutionem tuam sortis principalis, quam fructuum decursorum, vnde intret dispositio, *text.in l.apud Celsum, §.si quis pupillo. vers.quod si is, cui pecunia debebatur, ff.de dol.mal.& met.except.*

30 quia † posset sibi locum vindicare si actio primo loco fuisset dicto Sacconario originaliter acquisita, ac in eius persona radicata, tunc enim in cessione postea alteri facta de dicta actione potuisset facultatem agendi nomine

31 proprio sibi pręseruare, † at cum in hoc casu Sacconarius nudum tantum nomen in contractu hasiuerit, ac nullam actionem sibi acquibuerit, sed tãtum illi ad quem negocium spectabat frustra censensisse videtur, quod eius nomine ageretur. *ad l.traditio. ff.de acquir. rerum dominio. leg. Modestin. ff. de solutionib. cum concordan. penes Buratt.decis.438.num.2. versic.& hoc casu.*

Atque ex his apparet non aduersari, quæ more plenè, & luculenter deducta fuerunt in decisionibus extensis in hac causa coram R.

32 P.D.meo Cerro: † Nam in illis suppositum fuit, quod Ponciallus maior factus per plures annos soluerit fructus census, sicque nouo consensu contractum legitimè ratificauerit, prout legitur in decisione 11. *Decemb.* 1645. *§.quo vero ad iustitiam.* Quodque Borghignus fines mandati seruauerit, vt in posteriori decisione emissa sub die 7. *Maij* 1646. *§. secundum.*

33 Demum † quod primæua actio fuisset acquisita Sacconario, quæ deinde validè, potuerit exerceri in iudicio proprio eius nomine, vt in eadem decisione *sub §.quia cum &c.*

Quia hæc omnia in præsenti disputatione iustificata minimè fuerunt, ac respectiue eli-

ditur ex facto; ideoque nil mirum imò iustitiæ maximè est consonum si secundum propositas casuum species, atque circumstantias prior sententia reformetur. *l. si ex plagis, §. in clino, vers. respondi, ff. ad l. Aquilam. l. quidam referunt. versic. in proposito igitur, ff. de iur. codicill. Bald. cons. 304. non est nouum in princ. lib. 1. & consil. 52. obligatio prima facta, subnum. 2. versic. pridie consului, cum alijs allegatis in Fesulana beneficij, seu Oratorij 14. Martij præteriti coram R. P. D. meo Corrado in fine principij.*

Et ita informante D. Marchione Astallio altera tamen parte citata, & expectata.

☞ *Decisio ista emanata in hac causa sub die 14. Iunij 1647. coram eodem Reuerendiss. Papien. est supra in præcedenti par. 10. recent. decis. 82.*

REVERENDISS. P. D. CERRO

S. Rot. Rom DECANO.

Vicen. Iurisdictionis.

Veneris 9. Decembris 1650.

ARGVMENTVM.

Literarum Apostolicarum executio post 30. annos perditur viam executionẽ, & qualiter sit intelligenda prædicta conclusio in præsenti decisione declaratur. Suppressio Ecclesiæ qualiter præsumatur facta.

SVMMARIVM.

1 *Via executiua quando per sententiam non dicatur vulnerata. & num. 2.*

2 *Literæ Apostolicæ post lapsum 30. annorum perdunt viam executiuam.*

4 *Literæ Apostolicæ per lapsum 30. annorum. non perdunt viam executiuam, si non poterant exequi propter litem.*

5 *Negligentia antecessoris in beneficio non debet præiudicare successori.*

6 *Concordia antecessoris in beneficio non ligat successores in eo.*

7 *Et quid si talis concordia munita sit confirmatione Apostolica.*

8 *Concordia super bonis beneficij confirmata à Sede Apostolica, qualiter sit intelligenda.*

Et quando operetur.

9 *Monasterium, quando fuit suppressum, censentur omnia cum illo suppressa.*

10 *Suppressiones debent restringi ad illas Ecclesias, super qua emanarunt.*

11 *Contrarietas, & repugnantia vt euitetur capienda est interpretatio. & num. 12.*

13 *Rota solet, vt par est, reuerenter recipere responsiones S. Congregationis Eminentiss. D. Cardinalium Interpretum Sacri Concilij Tridentini. & num. 14.*

DECISIO XCIX.

PLACVERVNT DD. fundamenta decisionis 2. Maij præteriti coram me, in qua resolutum fuerat non intrare arbitrium, pro retardanda executione literarum Apostolicarum sanct. memor. Clementis VIII. & Vrbani VIII. cum ex sententia Rotali valida & iusta appareant in omnibus iustificatæ.

Non enim obstat respectu validitatis repe-
1 tita vulneratio viæ † executiuæ desumpta ex
sententia Decani Taraconensis quia, vt respõ-
detur in d. decisione §. *quia cum Rota circa fin.*
cum ipsa expresse non deneget executionem
dictarum literarum, neque earum validita-
tem, aut efficaciam infringat, sed irritet tan-
tum quædam acta gesta per D. Episcopum
2 Vicen. vtique illam non vulnerauit, † quam-
uis præfatæ literæ ibidem enuncientur, vt
præter auctoritates ibi allegatas, comprobat
decisio in Toletana pensionis 2. Maij 1631. coram bon. mem. Motmanxo. §. præterea fuit.

Non minus obstat, quod dicta executio demandata fuerit post lapsum 30. annorum,
3 quo † tempore literæ Apostolicæ regulariter
amittunt viam executiuam, vt dixit *Rota coram Buratt. decis. 195. num. 5. ibiq. Add. lit. C.* Quia
hoc cessat ex facto cum non potuerint exequi
propter litẽ in partibus ab anno 1598. & per
viam appellationis in Rota introductam de
anno 1609. Præter quod obiecta conclusio
4 procederet si ageretur de literis † concessis ad
fauorem alicuius personæ particularis, cui
obesse debet propria negligentia in petendo
illarum executionem, secus autem, vbi agi-
tur prout hic, de literis concessis ad fauorem
Ecclesiæ, & Dignitatis, hoc enim casu negli-
5 gentia † vnius, successoribus nocere non po-
test, vt optimè distinguendo responsum fuit
coram rec. mem. Coccino decis. 144. num. 5.

Iustitia autem non offuscatur ex antiqua
Concordia continẽte exemptionem Abbatis
& Monachorum Ecclesiæ, de qua agitur ab
6 Episcopali iurisdictione. Tum quia non li-
gat successores, & nullius est momenti in
præiudicium ipsorum, *iuxta textum in cap. veniens de transact. & Decreta S. Concilij Tridentini sess. 6. cap. 4. sess. 24. cap. 20. in fin. & sess. 25. cap. 6. pariter in fin. de reformat.* Idque etiam si muni-
ta fuerit confirmatione Apostolica, quia cum
sacrum Concilium eas dumtaxat confirma-
7 tiones præseruauerit, † quæ emanarunt ex cer-
ta scientia, & cum causæ cognitione, vt de-
clarauit S. Congregatio Eminentissimorum
& Reuerendissimorum DD. Cardinalium
eiusdem S. C. T. Interpretum, *in Abulen. Iurisdictionis 13. Nouembris 1586. relat. per Garz. de benef. par. 3. cap. 2. num. 120. & seqq.* Vtique con-
firmatio, de qua agitur, non cadit sub præ-
seruatione, sed sub præfatis decretis, cum
emanauerit ad instantiam Monachorum tan-
tummodo, neque inserto toto tenore Con-
8 cordiæ, † sed expressa solum parte ipsis Mo-
nachis fauorabile, quæ propterea neque ex
certa scientia, necc cũ causæ cognitione cõcessa
dici valet. vt optimè aduertit *Garz. vbi sup. d. c. 2. n. 229. & firmauit Rot. in Abulen. Iurisdictionis 20. Ian. 1588. coram Orano penes Marches. de compar. 3. fol. mihi 124. sub num. 3. vers. quantum ad confirmationem. & in Veronen. emphiteusis 27. Maij*

1594.

1594. *coram Card. Hieronymo Pamphilio, quæ est decis. 715. num. 3. par. 4. diuers.*

Tum etiam quia extincta penitus remansit per suppressionem Monasterij Abbatis, &
9 Monachorum, vt respondetur in præcedenti *decisione §. quia vltra alias*. Non obstantibus subsequutis declarationibus Summorum Pontificum de non præiudicando antiquæ Iurisdictioni, & Priuilegijs Ecclesiarum suppressarum, quia restringi debent ad illas Ecclesias, quarum fauore emanarunt, & licet generales extendi non possunt ad Ecclesiam,
10 de † qua agitur, in cuius suppressione, & noua erectione per illa verba, ibi, *Dictaque Ecclesia ac eius Dignitates, Canonicatus, & Præbendæ, aliaque Beneficia Capitulum, & ministri suo Ordinario subiecti sint &c.* apertè dignoscitur Pontificem supprimentem implicitè dictam Concordiam, quoad Iurisdictionem reuocasse, & abstulisse, eademque Iurisdictionem Episcopo demandasse, qui solus sub dicta Ordinarij appellatione ibidem comprehenditur, vt latè probatur *in dicta decis. §. quia in casu, & §. final.*
11 Ad effectum enim euitandi † contrarietatem & repugnantiam, quæ alias exinde resultaret generales illæ declarationes intelligi debent de iurisdictionibus, & priuilegijs compatibilibus cum subiectione ab eodem Pontifice ibidem ordinata; ponderando præsertim quod ipsemet Clemens Octauus incidenter hoc indiuiduali articulo hodie controuerso inter Priorem, & Canonicos S. Annæ de tempore magis proximo erectioni Collegiatarum explicitè declarauit suæ intentionis,
12 fuisse eosdem Priorem, & Canonicos † Episcopo Barchinonen. tamquam eorundem Ordinario subiecto esse debere, *Summ. præterita positionis num. 17.* signum euidens quod respectu expressorum omnia priuilegia illis incompatibilia penitus tollere voluit.
13 Cæterum † in hanc sententiam eo facilius Domini deuenerunt, quia dicta S. Congregatio Eminentissimorum DD. Cardinalium S. C. Interpretum auditis partibus super ijsdem in Rota toties deductis, & causa exactis-
14 simè discussa ita ter declarauit, † quæ Rota solet, vt par est, reuerenter amplecti, *vt in decis. d. §. quia in casu, vers. tum denique.*

Et ita vtraque &c.

Decisio ista emanata in hac eadem causa sub die 2. Maij 1650. coram eodem Reuerendiss. P. D. Cerro. est supra in hac eadem par. 11. recent. decis. 33.

R. P. D. MELTIO,

Postea Episcopo PAPIEN.

Cæsaraugustana Decimarum.

Lunæ 12. Decembris 1650.

ARGVMENTVM.

Cum à decreto solutionis decimarum appellatio suspensiua non concedatur, causa desuper in gradu appellationis commissa cum clausula, *arbitrio Rotæ*, operare non potest, quin illarum possessori manutentio concedatur. Priuilegium exemptionis decimarum, quod habent Equites Hierosolymitani, quomodo intelligatur, & quibus suffragetur.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium regulatur à iure.*
2 *Arbitrium remittit aliquid de iuris rigore.*
3 *Arbitrium non tribuit facultatem recedendi à dispositione iuris.*
4 *Decimæ habent viam executiuam.*
Appellatio non datur à decretis condemnantibus ad solutionem decimarum. num. 4.
Amplia vt num. 7.
5 *Decimæ soluendæ sunt etiam lite pendente.*
6 *Episcopus habens possessionem decimarum in ea manuteneri debet.*
8 *Arbitrium non intrat pro retardanda executione decimarum. & num. 1. cum seqq.*
9 *Possessor lite pendente sua possessione priuari non debet.*
10 *Executiones requirentes discussionem non admittuntur in possessorio, sed ad petitorium reici debent.*
11 *Priuilegia Religionis Hierosolymitanæ super non solutione decimarum, non impediunt possessori manutentionem, quousque benè discutiantur. & sup. num. 10.*
12 *Possessio decimarum per testes probatur, & sufficit quod illi de decennio deponant. num. 13.*
14 *Priuilegium alicui concessum, in his quæ exorbitat à iure communi, non sufficit verborum generalitas sed mentio specialis requiritur.*
15 *Priuilegium exemptionis decimarum strictè est intelligendum.*
Amplia quia tantum operatur, quantum in eo exprimitur, vltra autem nihil. num. 16.
17 *Donati Religionis Hierosolymitanæ in proprijs domibus vxorati commorantes, non gaudent priuilegio exemptionis decimarum.*
18 *Oblati Religionis Hierosolymitanæ gaudere non possunt exemptione decimarum.*
19 *Priuilegium exemptionis decimarum expressam derogationem. cap. nuper de decimis continere debet.*
20 *Conciliari dispositioni non derogatur nisi cum specifica derogatione.*
21 *Derogatio specialis ad cap. nuper de decimis, vbi in Pontificis priuilegio super exemptione decimarum non adest, defectus voluntatis eiusdem Pontificis potest allegari.*
22 *Constitutio Pij V. sonat super exemptione decimarum Religioni Hierosolymitanæ concessa, de quibus decimis loquatur.*
23 *Exemptio decimarum non solet concedi nisi cum maxima difficultate.*
14 *Decimarum exemptio dicitur odiosa, & ideo restringenda.*
25 *Clausula,* sublata, *& decretum irritans nihil operantur in casu non comprehenso in priuilegio.*
26 *Decimæ spirituales soluuntur ratione bonorum patrimonialium.*

DECISIO C.

COmmissa mihi hac causa in gradu appel-
pellationis cum clausula, non retardata
solutione arbitrio Rotæ, proposui dubium,
An intraret arbitrium ad effectum superse-
dendi in solutione Decimarum, de quibus
agitur, & Domini illud non intrare cen-
1 suerunt. Nam arbitrium à iure † regulandũ
est iuxta doctrinam *Bart. in extrauag. ad reprim.*
verb. indeb. num. 8. Cas. de Grass. decis. 7. num. 6. in
fin. & num. seq. & decis. 8. num. 2. de re iudic. Rota
recent. decis. 365. num. 1. par. 1. decis. 698. num. 1. p. 2.
decis. 550. num. 1. & decis. 264. num. 1. par. 7. & sæ-
2 *pissimè in alijs.* & licet arbitrium soleat † aliquid
remittere de rigore iuris, *Cresc. decis. 4. num. 3.*
3 *de test. Seraph. decis. 1114. num. 1.* non † tamen
tribuit facultatem recedendi ab illius dispo-
sitione *Rot. decis. 312. num. 1. par. 4. recent.* vnde
cum agatur de decimis pro quibus compe-
4 tit via executiua, † atque à decretis ad earum
solutionem condemnantibus non admitta-
tur appellatio suspensiua, *ad tex. in cap. ex mul-*
tiplici, & cap. tua nobis de decimis. Paset. in prax.
Episc. par. 2. cap. 4. tit. de decim. num. 59. Io. Franc.
Leo in Thes. for. Eccles. par. 2. cap. 27. num. 42. Scac.
de appell. quæst. 17. limit. 18. num. 1. cum plurib. alijs
relatis per Modern. Mediolan. de decim. cap. 8. nu. 58.
qui declarat etiam commissionem appella-
tionis in causa decimarum dari cum clausu-
5 la sine retardatione solutionis; † nam pen-
dente etiam lite illæ sunt soluendæ, vt testa-
tur *Marches. de commiss. appellat. à caus. decimarum*
§. 1. num. 41. & seq. & num. 62. Ideo arbitrium
intrare non potest pro retardanda executio-
ne solutionis, maximè stante possessione Ar-
6 chiepiscopi illas exigendi, † qui in ea est ma-
nutenendus, *ex vulg. §. retinendæ instit. de interd.*
& in terminis decimarum *Rot. decis. 402. nu. 2.*
par. 2. recent. & fuit resolutum in *Carpentora-*
ten. decimarum 4. Iulij 1618. coram bon. mem. Man-
zanedo, & in Hispalen. decimarum 27. Iunij 1644.
coram R. P. D. meo Corrado, & in alia Hispalen.
decimarum de Barcona 12. Ianuarij 1646. coram
R. P. D. meo Cerro, necnon in alia simili 15. Febr.
1647. coram me, & coram R. P. D. meo Bichio die
15. Iunij 1649. Toletana decimarum 21. Iunij 1649.
coram R. P. D. meo Ottbobono; & in alia Toletana
decimarum 28. Ianuarij præteriti coram R. P. D. meo
Rojas. & præsertim quod non detur appella-
latio sine retardatione solutionis decimarum
7 quando † illas petens est in possessione exi-
gendi, tradit *Gomes. in prax. vtriusq. Sign. nu. 86.*
prout in puncto, quod in his terminis non
8 intret † arbitrium, firmauit *Rot. decis. 211. nu. 1.*
& seq. inter impress. apud Modern. de manut. vbi
assignatur ratio, quæ est, vt neque de iure,
9 neque de æquitate possessor † priuari debeat
iure sibi competente pendente lite, *glos. in cap. 1.*
in verbo deferre, vbi Abb. num. 4. vt lit. pendent.
Dec. cons. 92. num. 1. Put. decis. 407. num. 1. lib. 2.

Non obstant priuilegia sacræ Religionis
Hierosolymitanæ circa exemptionem à so-
lutione decimarum, quia illa impedire ne-
queunt, vt Archiepiscopus possessor in suam
possessionem continuando exigere possit à
debitoribus, dum non sunt clara, sed aliqui
10 requirunt discussionem, † quæ proinde re-
mittenda sunt ad petitorium. *Rot. apud Moder.*
de manut. decis. 157. num. 5. & d. decis. 211. num. 5.
& seqq. ac in alijs omnib. decisionib. supra relatis,
& signanter in Hispalen. decimarum coram R. P. D.
meo Corrado sub §. quia fuit cum seq. & Hispalen.
decimarum de Barcona coram R. P. D. meo Cerro §.
nec releuat. cum seq. quæ loquitur in terminis
priuilegiorum sacræ Religionis Hierosoly-
mitanæ, & interim vt retardari non possit
11 manutentio possessori, † donec, & quousque
illa plenius fuerint discussa, firmauit *Rota in*
d. Hispalen. decimarum 15. Februarij 1647. sub §.
vnde, & in eadem 19. Iunij 1648. §. non obstat, co-
ram me. possessio enim releuat, ac suum parit
effectum quotiescumque est temporis consi-
derabilis, vt in isto casu etiam si esset nedum
contra præsumptionem iuris, sed etiam con-
tra ius, quæ quidem Archiepiscopi possessio
per longum tempus probatur ex depositio-
12 nibus duorum testium, † quæ dantur in eius
Summ. num. 2. Imò ad istum effectum declarat
Mantic. var. resol. lib. 1. cap. 41. num. 55. suffice-
13 re possessionem † decennalem, *Canon. var.*
resolut. tom. 1. cap. 14. num. 45. Rota in causa Medio-
lanen. nominis Capituli 10. Martij 1640. §. quia re-
spondetur, coram me, & in Beneuentana emphyteu-
sis 15. Iulij præteriti §. adeo quod, coram R. P. D.
meo Bichio.

Quod autem dicta priuilegia sint valde
dubia patet. Nam illud Sixti V. continet
quidem communicationem priuilegiorum
in genere, quod propterea non recipit ex-
tensionem, vt comprehendere valeat exem-
ptionem à solutione decimarum spiritua-
14 lium, † quæ tamquam exorbitans à iure
communi, ac tertio præiudicialis sub gene-
ralitate verborum comprehendi non pote-
rat, sed speciali nota digna erat. *Tamburin. de*
iur. Abb. tit. 1. disp. 15. qu. 18. num. 34. & seqq. Card.
Caual. decis. 247. num. 10. vers. tandem. Rota in rec.
decis. 214. num. 5. par. 2. decis. 40. num. 8. par. 4. &
decis. 30. num. 9. ead. par. 4. recent. tom. 2. & coram
Coccino decis. 270. num. 3. vbi in his præcisis ter-
minis dicitur, quod in communicatione pri-
uilegiorum non veniunt, quæ de facili con-
cedi non solent, nisi de eius fiat specialis
mentio.

Minus applicatur Constit. 9. Pij V. §. 63.
per quam conceditur omnibus dependenti-
bus ab Hospitale Hierosolymitano exemptio
decimarum, ac aliorum onerum collecta-
rum, atque contributionum: Quia illa lo-
quitur tantum de Fratribus dicti Hospitalis,
de Donatis, ac Seruitoribus illius, necnon
de Vassallis, atque Colonis inseruientibus, in
Prioratibus, Baiuliuatibus, Commendis, Do-
mibus, membris, aut alijs prædijs, siue gran-
gijs, non autem de istis Donatis, Confratri-
bus Hierosolymitanis, qui Confraternitatem
erexerunt sub inuocatione Sanctorum Ioan-
nis, & Georgij in Ecclesia B. Mariæ de Tem-
ple Ciuitatis Cæsaraugustanæ, qui in nihilo
Religioni inseruiunt, sed vxorati continuo
remanent in proprijs Domibus; vnde ad il-

los

los extendi non potest priuilegium exem-
15 ptionis decimarum, † quod strictè intelligendum venit, vt per *Coccin. d. decis. 279. nu. 5.*
16 nec vltra in eo expressum † quidquam operari potest, *cap. per exempt. de priuileg. in 6. Rota decis. 30 num. 4. par. 6. recent.*

Et quod Donati vxorati in proprijs domi-
17 mibus commorantes tali priuilegio † seu exemptione gaudere non possunt, sed teneantur ad iura Episcopalia persoluenda, tradit *Card. Zabarell. cons. 21. in fin.* ac declarauit Sac.
18 Congregatio Concilij in terminis † Oblatorum d Religionis Hierosolymitanæ, quæ declatationes recẽsentur à *Barbos. de iur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 44. & seq.* & firmauit etiã *Rota in decis. in hac causa emanata sub die 10. Iunij 1643. §. quia non solum, in fin. coram me*, vbi habetur quod aliàs esset aperire viam fraudandi decimas.

Valdè etiam dubitarunt Domini de validitate huiusmodi priuilegij, eo quia in dicta
19 Constitutione Pij Quarti † non legitur expressa derogatio *ad cap. nuper de decim.* quod
20 vti conciliare† specificam illam requirebat, *Archidiac. in cap. 1. num. 2. de Constit. Cocc. dec. 279. num. 6. & decis. 341. num. 2. versic. tamen quia. par. 1 recent. Card. Canaler. decis. 247. num. 10. Rota apud Modern. de manuten. decis. 157. num. 4.* & fuit dictum in *Vercellen. decimarum 13. Nouemb. 1645. §. non obstat, ac 15. Ianuary 1646. §. nec obstare, coram R. P. D. meo Cerro*, cum alijs copiosè relatis *in dicta Hispalen. decimarum 27. Iunij 1644. coram R. P. D. meo Corrado, & in Cæsaraugustana decimarum 17. Iunij 1611. coram Sanctiss. D. N.* &
21 cessante hac specifica derogatione, † vt dari possit de defectu voluntatis respectu Papæ concedentis est, *text. in cap. ex parte de Capell. Menoch. Felin. in cap. nonnulli. numer. 2. de rescript. Oldrad. consil. 326. in princip. Verall. decis. 167. part. 1.*

At supposito etiam, quod de dictæ Pianæ Constitutionis validitate dubitari non contingeret, nihilominus illa neque suffragari posset Donatis Confratribus Hierosolymitanis; nam concedit tantum Equitibus Hierosolymitanis exemptionem, quoad solutionem decimarum extraordinariarũ temporalium, atque aliorum onerum ab homine impositorum, nempe datiorum, pedagiorum, taxarum, & similium, quæ in pluribus locis ratione taxæ, vel recognitionis solui
22 solent Dominis locorum, † non autem quoad decimas ordinarias spirituales, & quæ iure diuino debentur, vt plures firmauit *Rot. & signanter coram Seraph. decis. 1293. num. 6. vers. ideo illa verba. Card. Canaler. d. decis. 247. num. 11. Put. decis. 65. lib. 3.* & fuit dictum *in d. Hispalen. decimarum coram R. P. D. meo Corrado, §. tum quia.* & in allegatis *Vercellen. decimarum 13. Nouembris 1645. §. hinc enim, & 15. Ianuarij 1646. §. quæ responsio, coram R. P. D. meo Cerro, & in d. Toletana decimarum 21. Iunij 1649. coram R. P. D. meo Otthobono sub §. imò priuilegium*, ex quo enim ver-
23 samur in exemptione a decimis, † quæ non solet concedi, nisi cum maxima difficultate, vt fuit dictum in *Valentina decimarum 28. Nouembris 1603. coram Card. Lancellotto iuniore*. Immo
24 habetur pro materia valdè odiosa † propterea quantum fieri potest strictè ea debet interpretari *Ro. decis. 271. num. 6. par. 4. recent.*

Demum non obstat *decisio in Cæsaraugustana decimarum coram Penia*, dum in ea firmatur sufficere productionem priuilegij absque eo quod in iudicio executiuo agatur de illius validitate: Quia in illo casu Actor non reperiebatur in longa quasi possessione exigendi decimas à Reis conuentis, prout hic clarè est quasi possessio Archiepiscopi vltra spatium decem annorum exigendi à Confratribus Donatis, vt supra fuit ostensum. Et vlterius dicta decisio fuit postea etiàm declarata per aliam editam *17. Iunij 1611. coram Sanctiss. D. N.* scilicet, vt non procedat quando iam fuit detectum priuilegia non suffragari, quæ vt non suffragentur, in hoc casu Donatis Confratribus Hierosolymitanis optimè colligitur. Tum quia ipsi non sunt comprehensi in priuilegijs concessis Equitibus Hierosolymitanis, ex iam deductis; vnde dicere non possunt se priuilegiatos, nec viam executiuam impedire valent, etiam non obstante clausula sublata, & decreto irritanti, quæ
25 alioquin claudunt os Iudici, & parti; † De reliquo autem nihil operantur in casu non comprehenso à priuilegio. *Rot. decis. 109. num. 18. & seq. par. 6. recent.* Tum quia priuilegia huiusmodi nec ipsis Equitibus Hierosolymitanis prodesse possunt, nam agitur de decimis
26 spiritualibus, † quæ soluuntur ratione bonorum patrimonialium, vt habetur in *Hispalen. decimarum de Baraona 16. Martij 1646. coram R. P. D. meo Cerro, §. & in hanc sententiam*, & in alia sæpius allegata *Hispalen. decimarum 27. Iunij 1644. coram R. P. D. meo Corrado.*

Et ita conclusum fuit informante tantum Reuerendissimo D. Archiepiscopo Cæsaraugustano, ac eius Promotore fiscali &c.

R. P. D. CELSO,
Posteà S. R. E. CARDINALI.
Placentina, seù Abuleñ Decimarum.
Lunæ 12. Decembris 1650.

ARGVMENTVM.

Testes deponentes super immemorabili qualiter debeant testificari, & super ea deponere, Parocho quando non suffragetur assistentia Iuris circa collectionem decimarum. Immemorabilem habens pro se, an possit allegare priuilegium, cum ista videantur inter se contraria, cum priuilegia excludant immemorabilem.

SVMMARIVM.

1 *Testes deponentes super immemorabili, debent attestari se in contrarium nihil vnquam vidisse. Testes deponentes super immemorabili, debent docere de publica voce, & fama. num. 1.*

2 *Parochus si habeat sententiam contra se, super exactione decimarum, ei non iuuat Iuris assistentia.*

3 *Immemorabis habet vim veri, & legitimi tituli.*

4 *Immemorabilis inducit præsumptionem dispensationis, & Priuilegij Apostolici.*

5 *Immemorabilem habens pro se potest allegare meliorem titulum de Mundo.*

6 *Monasterium, quod sit exemptum à solutione Decimarum, ex quo satis doceatur.*

7 *Priuilegia excludunt immemorabilem.*

8 *Immemorabilis pro sui substantia supponit negatiuam Principis.*

9 *ad Cautelam maiorem ea, quæ fiunt, vel producuntur, non debent nocere.*

Immemorabilis includit tempus infinitum.

10 *Testes examinati coram Iudice recusato non probant. Declara vt hic.*

11 *Protestatio iudicialis dum non fuit repetita in quolibet actu, censetur ab ea recessum.*

12 *Testium examen est nullum, si fuerit factum sine citatione, ad videndum eos iurare.*

13 *Locus examinis debet exprimi in citatione, vt pars possit assistere examini.*

DECISIO CI.

IMMEMORABILIS quasi possessio Patrum & Monasterij Vallis Ecclesiæ percipiendi Decimas, & primitias in Territorio de Alarza apparet sufficienter iustificata ex pluribus Testibus formiter examinatis deponentibus se per annos 40. & vltrà vidisse semper Patres exigentes præfatas decimas scientibus, & patientibus Canonicis Ecclesiæ Placentinæ, & Parocho de Paraleda, seù della Matta, & ità audiuisse à suis maioribus, qui ab eorum Antenatis idem audiuerant
1 † quodque in contrarium, nihil vnquam auditum fuerit coarctando negatiuam, quod aliter esse non possit, quin ipsi scirent, & attestando de publica voce, & fama iuxtà requisita *gloss. in cap. 1. verb. memoria de præscriptio. in 6.* quam sequitur *Hostien. in cap. quid per nouale column. 2. vers. Nam, & priuilegiatus*, ibique *Card. num. 3. de verbor. signific. Couarr. in cap. possessor. part. 2. §. 8. num. 7. de reg. iur. in 6. Rot. coram Caual. decis. 56. num. 1. & in recent. decis. 502. eodem numer. part. 4. & decis. 56. num. 7. part. 7.* & fuit factum *in Pampilonen. Iuris nominandi Vicarium 14. Decembris 1648. coram R.P.D. meo Otthobono.*

Vndè meritò responderunt Domini pro confirmatione sententiæ Rotalis; Nam illa
2 attenta cessat assistentia † Iuris, quam prætendit Parochus super decimarum exactione, esto quòd bona probarentur sita intra limites suæ Parochiæ, *ad not. per gloss. in cap. in aliquibus, vers. quia Clerici de decim. Rebuff. eodem tract. quæst. 13. num. 63. Monet. cap. 5. nnmer. 107. vers. tertia conclusio, Marescott. variar. resol. lib. 1. cap. 12. nu. 31. Rot. post secundum volum. consil. Farinacc. decis. 303. nu. 3. Cresc. tit. de decimis decis. 1. num. 2. & seqq. Pen. decis. 137. num. 1. & 2. Caual. decis. 656. num. 10. And. decis. 39. num. 5. Duran. decis. 21. num. 7. cum alijs adductis per Add. ad sanmem. Gregor. decis. 312. nu. 4. vers. Item assistentia, & per Modern. de mantenen. obseru. 45. num. 22 & seq.*

3 Habet enim Immemorabilis † vim veri, & legitimi tituli, vt inquit *Gabr. de præscript. conclus. 1. num. 44. Gozzad. consil. 8. sub num. 37. vers. & ratio est, Mandos. cons. 28. nu. 11. & cons. 36. num. 10. Caputaqu. decis. 355. part. 2.* Et inducit
4 præsumptionem dispensationis, † & priuilegij Apostolici, ac recipit fomentum à lege *gloss. in cap. super quibusdam, verbo non extat, de verb. signif. Fel. in cap. cum nobis num. 2. post med. vers. Præterea de præscript. Dec. consil. 85. num. 2. vers. his tamen non obstan. Rol. consil. 66. num. 40. & seqq. lib. 2. Rot. coram Pen. dec. 103. nu. 3. & seqq.*
5 Et potest † vigore illius allegari melior titulus de mundo per *text. in l. si quis diuturno, ff. si seruit. vendic. Rot. in recent. decis. 614. sub num. 1. vers. & meritò part. 2. decis. 27. num. 8. part. 4. to. 2. & decis. 150. num. 4. & seqq. part. 5.*

Immò vltrà Immemorabilem habent Patres amplissima Priuilegia Bonifacij VIII. Martini V. Sixti IV. & aliorum Pontificum
6 sæpius canonizata per decisiones, & sententias Rotales, in quibus conceditur Ius percipiendi præfatas decimas; Itaut de pertinentia illarum non valear dubitari, *cap. cum contingat in fine*, ibique *gloss. verb. rationabilis causa de decim. cap. dudum de priuil. Cassad. decis. 1. eod. tit. & in recent. decis. 103. num. 3. & 4. & decis. 193. à num. 1. part. 7.*

7 Nec dicatur, † quod Priuilegia prædicta excludant immemorabilem, quæ pro sui substantia supponit negatiuam principij. Quia id benè procederet, si initium desumeretur ex Priuilegijs; secùs verò cum funda-
8 mentum fiat immemorabili, † & Priuilegia deducantur tantummodo ad corroborationem, & ad maiorem cauthelam, *cap. cum personæ*, ibique *gloss. uerb. munitos de priuil. in sexto, Dec. cons. 271. num. 19. Rot. in recentior. decis. 27. num. 15. part. 4. tom. 2. in Constantien. Iurisdictionis 16. Nouembris 1607. coram Ortembergo in Toletana decimarum 16. Martij 1648. coram me, & in Bononien. Archipresbyteratus 23. eiusdem mensis & anni coram R.P.D. meo Corrado.*

Nam immemorabilis includit tempus infinitum, à quo licet demandatur quodlibet,
9 tempus † finitum semper remanet infinitum, siue præscriptio immemorabilis, *Oldrad. consil. 254. nu. 18. & seq. Molin. de Hisp. primog. lib. 2. cap. 6. nu. 46. & 47. Rot. coram Seraph. decis. 1367. num. 3. & 4. & coram Pen. decis. 141. eisdem numeris.*

Non obstat, quod Testes deponentes de immemorabili fuerint examinati coram Iu-
10 dice recusato; Nam cessat † obiectum tum ex eo, quod recusatio non fuit facta ante litem contestatam, nec præcessit examen, *l. apertissimi, C. de iudid. gloss. in cap. pastoralis verbo protestatæ de exceptio, Marant. de ordin. Iudic. part. 6. verbo, & quandoque appellatur num. 26. Couarr. pract. quæst. cap. 26. num. 2.* tum etiam quia per cõparationem exaduerso factam coram eodem Iudice, & inductionem aliorum Te-
11 stium, † non repetita protestatione censetur à recusatione recessum, *cad. gratum de off. deleg.*

cap.

cap. sollicitudinem de appell. Rot. diuers. decis. 563. num. 3. & 4. part. 1. & coram Seraphin. decis. 971. num. 2. & decis. 1057. num. 1. & seq. & in Tridentina decimarum 21. Iunij 1610. coram Sacrato, penes Marches. de comm. tom. 2. fol. 387. num. 1.

E contrà verò non obstant testes pro Capitulo, & Parocho, examinati; Quia quoad primum, & secundum examen nullitas est
12 patens † ex defectu citationis ad videñ illos iurare, *cap. 2. ibique DD. de testib. Caputaq. decis. 274. num. 3. part. 3. san. mem. Gregor. decis. 268. num. 2. & in recent. decis. 254. num. 20. part. 7.*

Vltimum autem factum fuit in loco Peraledæ, qui nec citationibus, nec prætensis notificationibus legitur vllo modo expressus,
13 prout† necessarium erat de hoc vt citati potuissent assistere examini, *And. decis. 41. num. 5. Comitul. decis. 108. num. 11. Buratt. decis. 506. nu. 3. & in recent. decis. 686. num. 2. in fin. part. 1. & decis. 655. num. 3. part. 2.*

Cætera benè tolluntur per decisiones in causa factas ex quibus conclusum fuit pro commissione sententiæ Rotalis, altera tantum parte informante, &c.

R.P.D. LEONE VEROSPIO

Conimbriceñ Præsentationis.

Lunæ 12. Decembris 1650.

ARGVMENTVM.

Ius præsentandi pertinet ad Ecclesiam cui alterius iura fuerunt annexa siue ex vnione, siue ex dismembratione, vbi disceptatur quando per viam vnionis, vel dismembrationis dicantur annexa.

SVMMARIVM.

1 *Ius præsentandi pertinet ad Ecclesiam cui iura de cuius præsentatione agitur fuerunt unita.*
Et hoc uigore unionis, uel dismembrationis. & num. 2. & 14. cum seqq.
3 *Vnio elicitur non tantum ex uerbis, sed etiam ex substantia fortius si in litteris fuerit ita à Vicario denominata, & illi assignata congrua. nu. 6. contrà num. 11. & 12.*
Item si in litteris fuerit derogatum Concilio, & Regulis Cancellariæ de unione loquentibus. nu. 8. & 10.
4 *Instantia declarat concessionem consecutam.*
5 *Vnio efficit, ut censeantur translata omnia iura tàm spiritualia, quàm temporalia.*
9 *Qualitas gratiæ regulatur ex dispositiua Bulla non ex narratiua supplicationis.*
10 *Incorporatio fructuum temporalium magis sapit dismembrationem quàm unionem.*
12 *Substantia rei non mutatur per usum, aut modum loquendi.*
15 *Ius præsentandi est in fructu.*
16 *Congrua Vicario reseruata per uiam exceptionis importat denegationem cæterorum.*

DECISIO CII.

SVPER Iure præsentandi ad Eremitorium S. Mariæ de Lapa, cæterasque filiales Ecclesias, atque portiones annexas Abbadiæ S. Pelagij, inter huius Ecclesiæ Vicarium, ac Conimbricense Collegium Societatis Iesu lite suborta, cum Ius præsentandi præfatum per sententias fuisset in partibus ipsius Vicarij fauore decretum; In gradu tamen appellationis RR. Patribus eiusdem Collegij hodie DD. adiudicarunt. Quoniam prædictæ filiales Ecclesiæ, ac portiones, ex Pontificio diplomate, ad instantiam Sebastiani pijssimi olim Regis Portugalliæ per sanct. mem. Gregorium XIII. expedito, iustificantur vnitæ, aut certè ipsarum redditus fructus, & emolumenta quæcumque, ac iura ab Abbatia S. Pelagij dismembrata in vtilitatem Colle-
1 gij, †quòd ideò debet in huiusmodi iure præferri, vel vigore vnionis secundum *Oldrad. in cons. 257. num. 15. circa finem, & num. 18. §. quinimò, Sarnen. in reg. de infir. quæst. 15. num. 1. cum alijs per Garz. de benefic. part. 12. cap. 2. num. 12. Rot. decis. 758. nu. 14. & 6. part. 1. diuers. & coram Buratt. decis. 870. num. 2. & in Pampilonen. Vicariæ 16. Iunij 1642. coram R.P.D. meo Cerro, & 14. Decembris 1648. coram Reu. P. D. meo Ottobono.*
2 Vel † saltem ex vi dismembrationis, *ad text. in cap. ad audientiam de Eccles. ædificandis, ubi post gloss. in uerb. Rectoris, notant cõmuniter DD. Garz. de benefic. dicta part. 12. cap. 3. num. 1. & 2.*
3 Siquidem vnio, † quæ non ex nudo tantum verborum cortice, sed ex eorum quoque substantia elicitur, vt tradit *Soccin. in l. in ambiguo num. 7. ff. de reb. dub. Paris. cons. 44. nu. 5. lib. 1. Aym. cons. 149. num. 11. Rota coram Seraph. decis. 1272. num. 1. & decis. 1304. num. 3. & coram Andr. decis. 11. nu. 1. & in Elboren. Vnionis 12. Iunij 1623. coram Vbaldo*, resultare videbatur in
4 proposita facti specie, †ex ipsius Regis instantia (quæ subsecutam concessionem regulariter declarat, *l. si præses, ff. de pænis cap. inter dilectos de fide instrum.* vbi *gloss. notat in uerb. ex forma petitionis, Felin. in cap. super litteris nu. 9. & 10. de rescript. Rota coram Aegid. decis. 338. & 349.*) non solum vnionis expressè comprehensiua, sed eiusdem quoque substantialiter inclusiua. dum fructus omnes, ac redditus, & emolumenta quæcumque, ac iura Collegio So-
5 cietatis assignari deprecatur, † ac proindè ad terminos se restrinxit censetur, vt per *DD. in cap. pastoralis de priuil. Petrus de Vbaldis de Vnione cap. 2. nu. 1. & 22. Garz. de benefic. ad d. par. 12. cap. 2. num. 34. Rot. decis. 758. num. 4. & 799. nu. 1. part. 1. diuers. & coram Gregor. decis. 305. num. 1. ibique latè Add.*

Eaque videtur etiam fortius conuinci ex denominatione Vicarij in eiusdem Bullæ
6 contextu pluries habita, † & ex centum aureorum congrua ipsi tantummodo reseruata; signum euidens contemplatæ vnionis, cui specialiter prædicta conueniunt, iuxta *text. in cap. de Monachis, & cap. extirpandæ, §. cui uerò de præb. & cap. unio de cappellis Monachor. lib. 6. & notant ibi DD. & in Clement. 1. de Iurepatronat.*

Acce-

Accedit pariter attestatio Officialium Ca-
7 meræ Apostolicæ, † hanc fructuum applicationem denominantium vnionem; ijs enim, vt plurimum in materia proprium officium concernente defertur, per *text. in l. Diuus,* ibique *Bart. ff. de custod. & exhibit. reorum, & in l. si librarius, ff. de reg. iur. Ruin. cons. 56. num. 5. lib. 1. Mandell. cons. 319. num. 36. Rot. decis. 525. num. 5. part. 2. & 271. num. 12. part. 7. recent.*

Preterea concurrit inserta in eadem Bulla derogatio Concil. Lateraneñ. ac Regularum Cancellariæ de exprimendo valore loquentium, quæ Pontificis mentem ad vnionem
8 necessariò respexisse declarat, † alias superfluitatis vitio fortasse redargui posset, ex traditis per *Bald. in l. ea quam num. 36. Cod. de fideicomm. Cagnol. in l. 1. num. 33. ff. de reg. iur. Rota coram Seraphin. decis. 1341. num. 5. & 532. num. 7. part. 1. diuers.* & in his terminis, *in Tirasonen. Vnionis 7. Maij* 1640. *coram Reuerendissimo D. meo Decano, §. & huic sensuum, & 26. Iunij* 1645. *coram R.P. D. meo Otthobono.*

Verùm, quia aliqui ex Dominis in hoc dissentiebant, attenta dispositiua prefatæ Bul-
9 læ, † ad terminandam gratiæ qualitatem potissimè spectanda, supplicantis narratiua posthabita, *ex reg. text. in l. cum prætor, ff. de iudic. & in cap. nonne de præsumpt. Bart. in l. Aurel. §. stico, ff. deliberat. legat. Corneus cons. 5. num. 6. lib. 2. Rota coram Gregor. decis. 522. num. 4. & 24. & coram Buratt. decis. 602. num. 20.* Cuius dispositiuę tenor dismembrationem non solum concludit expressè, sed eam quoque videtur inuenire ipsa fructuum, rerumque tempora-
10 lium incorporatio, † dismembrationis naturæ magis congruens, quam vnioni, ex tradit. per *Felin. in cap. translato sub num. 6. de constit. in §. sed adde, Hoied. de benefic. compatibilit. part. 2. sub num. 3. cum seqq. & alijs relatis explicat Garz. de benefic. part. 12. cap. 2. sub num. 4. & cap. 3. sub numer. 2.* Dum maximè ponderata superius Vicarij institutio sub certa congruæ reseruatione, plenam vnionem, ac incorporatio-
11 nem Ecclesiæ, † seu Collegio necessariò non præferat, sed potius applicationē, & annexionem, quoad temporalia, iuxtà *gloss. in clem. unica in uerb. ad mensam de excessib. Prælatorũ, & notant DD. in cap. ut super de reb. Eccles. non alienand. Rebuff. in praxi sub titulo de Vicarijs perpetuis sub num. 7.* & consequenter denominatio Vicarij potuerit ex quodam potius loquendi vsu
12 procedere, † per quem vera rei essentia, atque substantia non immutatur, vt ponderatum fuit *in Barchinonen. Vnionis 13. Iunij 1644 in §. quia, & in alijs pluribus coram Reu. P. D. meo Corrado;* Derogatio verò regulę de exprimendo valore, ac expeditione ad partes fienda in vnionibus disponētis, nec repugnat dismem-
13 brationi; illam quippè comprehendit, † ac fructuum, atque bonorum Ecclesiasticorum applicationes, vt ex eiusdem lectura dignoscitur *in cap. 22. sub rubr. de unione, & unionum confirmatione, §. & idem uoluit obseruari.*

Ideò conclusum fuit, quod siue dicta Bulla sanct. mem. Gregorij vnionem præsefert, siue dismembrationem, & applicationem, in omnem casum eius vigore delatum fuit Collegio Ius præsentandi, vel ex vniuersali-
14 tate verborum, † videlicet omnium, & quorumcumque bonorũ, redditduum, ac iurium, vt notat *gloss. in cap. de Monachis in uerb. prouentum circa medium de præb. Abb. in cap. ex litteris num. 12. de Iurepatron. Dec. consil. 127. sub nu. 3.* quos secuta fuit *Rota coram Put. decis. 341. nu. 1. lib. 2. & decis. 399. num. 2. & 3. part. 2. recentior. & in Portugallien. Vnionis 23. Iunij 1593. coram clar. memor. Card. Pamphilio in §. quoniam verò;* vel ex translatione fructuum ibidem quoque
15 facta Collegio, † dum ius præsentandi etiam dicitur esse in fructu, *ad text. in cap. consultationibus de iurepatron.* ibique *DD. & in cap. cum Bertholdus post gloss. vltimam de re indic. Castill. de vsufruct. cap. 36. num. 35. Rota decis. 7. de iurepatron. in nouis num. 1. coram Mantic. decis. 140. nu. 5.*
16 Tum † demum ex reseruata congrua Vicario per viam exceptionis, itaut hinc cætera ei videantur denegata excepta congrua, *ex reg. text. in l. Lucius, §. pluribus, ff. ad Trebell. & l. nam quod liquidè, §. vltim. ff. de pœna legata, cum alijs per Felin. in cap. quoniam num. 1. vt lite non contestata, Rota coram Gregor. decis. 157. nu. 4. & in Tirasonen. Vnionis 26. Iunij 1645. coram R.P.D. meo Otthobono.*

Et ita altera tantum parte informante decisum, &c.

R. P. D. BICHIO.

Cracouieñ. Præposituræ S. Floriani.

Lunæ 12. Decembris 1650.

ARGVMENTVM.

Declaratoria fertur contra inobedientem decreto Rotali & si non fuerit Citatus personaliter dumodo notitiam habuit nec seruantur quatuor termini ad docendum de paritione quando inobedientia consistit in committendo.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria censurarum fertur contra non obedientem vel contrauenientem decreto Rotali.*
Quod idem seruatur contra non parentem sequestro num. 2.
3 *Intimatio sequestri quomodo probetur.*
4 *Declaratoria contra inobedientem fertur & si non fuerit citatus personaliter.*
Dummodo constet citationes ad eius notitiam peruenisse.
5 *Actuario adhibetur fides de comparitione alicuius.*
6 *Scientia Citationis ex quibus resultet.*
7 *Citatio ad Valuas sufficit quando adhibitis diligentijs non patet aditus personæ Citandæ.*
8 *Gesta coram A. C. post pendentiam litis in Rota sunt attentata.*
9 *Inhibitio obtenta ad impediendam executionem quando dicatur Calumniosa.*
10 *Appellans dicitur positiuè contrauenire.*
11 *Censura incurritur tàm contraueniendo per se ipsum quam per interpositam personam.*

Et

Et ex quibus in persona interposita præsumatur mandatum num. 12.

11 *Declaratoria fertur absque eo quod seruentur quatuor termini ad docendum de paritione.*

Quando contumacia consistit non in ommittendo sed in committendo.

DECISIO CIII.

IVXTA resolutionem captam vtraque parte informante sub die 27. Maij proxime præteriti emanauit sub die 20. Iunij subsequentis Rotale decretum reuocationis attentatorum ac sequestri, cui quia Sigismundus Grigeroniz ne dum non paruit, † sed contrauenit, in eumdem hodie decisum fuit ferendam esse Declaratoriam censurarum *in clement. ad compescendas de sequestr. poss. & fruct.* & in dicto decreto comminatarum, vt in simili casu contra non parentem† sequestro seruauit *Rota coram Reuerendissimo Vrgellen. decis. 149.*

Sequestri enim intimatio illi facta probatur, † quia citatus fuit tum quando die 19. Iulij exhibitum fuit sequestrum sequestratariis deputatis, ibi, *Sigismundi Grigeroniz citati exaduerso principalis* Sum. Stanislai *num. 2.* tum quando die 11. Octobris procurator Stanislai institit, vt moderata iam inhibitione A. C. callide à procuratore Sigismundi in Curia obtenta ad executionem sequestri procederetur, ibi, *nomine admod. Reuerendi D. Grigeroniz citati exaduerso principalis* dicto Summ. *num. 4.* Et quamuis non exprimatur, an citatus fuerit personaliter, quia tamen ex infra dicendis certo constat, quod ad eius notitiam citationes peruenerunt, id sufficit, † vt ad Declaratoriam procedatur non secus, ac si personalis citatio præcessisset, *vt ex text. in clem. causam in fin. de elect.* tradit in terminis censurarũ *Alter. de censur. disput. 3. lib. 3. cap. 2. col. 2. vers. tertius casus post Felin. in cap. cum sit Romana nu. 15. de appellat. Modern. Mediolanensis de censuris in communi disput. 1. quæst. 1. punct. 9. sub num. 9. vers. tertius est, & dixit Rota penes Caputaq. decis. 249. in fin. lib. 1. in manuscr. penes Seraph. decis. 1094. nu. 4. & in Leodien. Abbatissatus 8. Aprilis & 20. Iunij 1644. coram Reuerendiss. Terracinen. in Monopolitana iurisdictionis 11. Februarij 1647. coram me.*

Certo inquam constat de notitia citationis quia in primo supramemorato actu exhibitionis sequestri Sigismundus comparuit, ac præsens fuit, seque executioni opposuit, vt ibidem asseruit actuarius cui † de hoc adhibetur fides *Rota coram san. me. Greg. XV. dec. 576. num. 3. ibique add. num. 16. & inter recent. dec. 412. num. 2. par. 1.* & in secundo constituit procuratorem qui eius nomine executioni sequestri contradixit, & ab ea appellauit dicto Summ. *num. 5.* † vnde resultare indubitatam scientiã citationis dixit in terminis excommunicationis *Felin. in d. cap. cum sit Romana num. 15. Rot. decis. 11. de dol. & contum. in nou. d. decis. 1296. n. 1 coram Card. Seraphin. decis. 500. sub num. 2. coram Card. Caualer. decis. 48. num. 22. & 23. & num. 37. part. 4. to. 2. recent. & in d. Leodien. Abbatissatus 8. Aprilis 1644. §. fin. coram Reuerendiss. Terracinen.*

Et accedit alia citatio ad valuas Ecclesiæ S. Floriani, & habitationis Sigismundi executa die 15. Octobris ex quo ad ipsum post per multas diligentias non patebat aditus Summ. ibidem *num. 7.* vt in dicta executione testatur Notarius, † quod sufficere dixit *Rot. penes Seraphin. decis. 1296. nu. 3. decis. 5. de rescript. in nou. & in d. Leodien. Abbatissatus §. nec facit post gloss. in extrauagant. inimica verb. personaliter apprehendissent de dol. & contum.*

Apertissima quoque est Sigismundi contumacia, & contrauentio, siquidem exequutioni sequestri obiecit in primis die 29. Iulij Inhibitionem ab A. C. extortam cum supposito recursus ad Signaturam, quo nec A. C. similes inhibitiones concedere potest cum in eum casum Auditor Signaturæ sit persessorias, prout de iure decernat, † nec A. C. pendente lite in Rota adiri potuit absque vitio noui, & enormis attentati *Butr. in cap. cum M. numer. 61. de const. Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. limit. 2. n. 52. & seqq. Grat. discept. 014 num. 29. Put. decis. 116. in fin.* vbi calumniosa dicitur † inhibitio obtenta ad impediendam executionem *lib. 1. Rot. decis. 79. in fin. lib. 3. par. 3 diuers. decis. 148. nu. 7. part. 5. recent.* vt propterea idem A. C. inhibitionem huiusmodi statim, ac ad eius notitiam deuenit, reuocauerit, & Notarius illius expeditor imminentem temeritatis pœnam, euaserit fuga.

Deinde die 11. Octobris loco paritionis, appellationem coram executore sequestri iniecit, † quod positiuam contrauentionem importat, vt aliis allegatis fuit ponderatum *in Barchinonen. Iurisdictionis 5. Iulij 1649. §. eo magis, coram me, & prius in decis. 272. nu. 4. apud Modern. Perusinum de manut.*

Successiuè Custodem in Villa ad Præposituram spectante, deputatum ab executoribus sequestri auferendo ab eo claues prædii violenter expulit verbis, ac flagellis percussum, vt in Summar, *num. 8. & 9.* & quamuis hæc gesta fuerint non ab ipso Sigismundo immediate, sed ab eius procuratore, seu Vicario, Sigismundi reatus non excluditur, cum ad effectum incurrendi censuras paria sint per se ipsum, vel per alium suo nomine contradicere *Nauarr. cons. 41. per tot. de sent. excomm.* & tam in Vicario quam in Procuratore mandatum præsumatur ex qualitate facti ex actuũ multiplicitate, ex primordiali contradictione ipsius met Sigismundi, ac ex eo, † quia illius principaliter interest, vt in terminis Declaratoriæ ponderauit *Rota decis. 263. sub numer. 3. apud Modern. Perusin. de manutent. dec. 276. num. 3. par. 5. recen. & in Canduen. exemptionis 22 Iunij 1648. coram R. P. D. meo Celso, in Marsicen. iurisdictionis 10. Maij 1649. §. fin. coram me.*

Non obstat, quod non fuerint seruati quatuor termini ad docendum de paritione de stylo Curiæ seruandi ante quam Declaratoria feratur, quia necessarii non sunt quando contumacia non consistit solum in omittendo, sed in committendo, & euidens est, vt mo-

monuit *Fest. in prax. lib. 2. cap. 4. num. 8. versic. quod si ad executionem*, & dixit *Rota decis. 654. num. 2. par. 3. recentior.*

Et ita decisum Stanislao informante præuijs tamen pluribus citationibus contra Sigismundum executis.

R. P. D. PEVTINGERO.

Perusina Reintegrationis.

Luna 13. Ianuarij 1651.

ARGVMENTVM.

Decretum feriarum, quo executiones illis pendentibus fieri prohiberetur remanet in hac decisione declaratum, quod nempe executiones, quæ fiunt pro debitis comprehendat, secus vero immissionem in possessionem, & similia.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur legitimo possessori, qui auctore pratore possessionem acquisiuit.*

2 *Clausula*, sinè præiudicio legitimæ executionis, *quid operetur.*

3 *Possessio capta pendentibus ferijs validè dicitur capta.*

Possessionem capi non posse diebus festiuis, iure cautum non reperitur num. 3.

Possessionem capere dicitur actus voluntaria iurisdictionis num. 3.

4 *Feria indicta in honorem natiuitatis aut resurrectionis Dominica impediunt executiones, qua fiunt prò debitis, non autem immissionem, vel similia.*

5 *Excessus non præsumitur, sed plenè probari debet.*

6 *Euictionis promissio non comprehendit casus contingentes ex natura bonorum.*

7 *Statutum Perusinum lib. 1. cap. 45. de dotibus in §. item statuimus declaratur, & num. 8.*

9 *Manutentio conceditur aduersus factum iudicis nulliter, & iniustè procedentis.*

DECISIO CIV.

IMPVGNANTE Luca de Angelis ex capite nullitatis, & iniustitiæ Immissionem concessam vigore mandati Rotalis Adrianę Brunæ, & fratribus de Alphanis pro indiuiso cũ ipso super prædio, de quo agitur, pro vncia vna cum dimidia bonorum extantium, & pro florenis 603. ac pro scutis 463. monetæ valoris alterius similis vnciæ bonorum alienatorum, dubitaui, An, & Cui sit dandum mandatum de manutenendo, & Domini pro Adriana, & litis consortibus responderunt,
1 docent enim de eorum possessione sub die 22 Decembris 1649. legitimè authore Prætore capta *ad text. in l. iustè possidet ff. de acquir. possess. Angel. in l. qui vniuersas §. Item cum Prætor ff. eod. Reuerendiss. Vrgellen. decis. 41. num. 1.* & fuit dictum *in Romana bonorum 9. Decembris proximi præterit. in princip. coram me*; Præsertim quia Signatura Causam appellationis committendo rescripsit cum clausula, *sine præiudicio legi-*
2 *tima executionis*, † quæ operatur, vt Iudex ad quem non det impedimentum Iudici, à quo itaut adulteriorem suæ sententiæ executionẽ procedere valeat *Marescot. resol. 86. num. 4. & 5. lib. 1. Rota coram Caualer. decis. 4. numer. 2. coram Greg. decis. 91. sub num. 11. & decis. 232. num. 1. ibique Add. num. 4. decis. 418. num. 2. par. 5. decis. 8. num. 9. par. 6. & decis. 132. num. 8. par. 7. recent.*

Non obstat oppositio nullitatis à Luca deducta, ex eo quod huiusmodi possessio capta fuerit pendentibus ferijs in honorem sanctissimæ
3 Natiuitatis D.N. indictis; † Quia vltra quod non reperitur iure cautum possessionẽ diebus festiuis capi non posse, cum sit actus voluntariæ Iurisdictionis, vt respondit *Rota in Vercellen. Optionis 6. Martij 1623. coram bon. mem. Burat. inter eius impress. decis. 688. num. 12. & in Bononien. Pradij 16. Iunij 1642. §. neque obstare Dominis coram me*; Placuit responsio, quod
4 decretum feriarum, de quibus agitur, † loquitur de executionibus quæ fiunt pro debitis, non autem de Immissione, quæ hæredis seu eius successoribus pro reintegratione debita in hæreditate paterna conceditur, vt distinguendo firmauit *Rota in Romana de Bombelis 31. Maij 1613. coram Card. Sacrato apud modern. de manut. decis. 9. num. 15. & seq.*

Minus obstat ab eodem ex quinque motiuis allegata iniustitia sententiæ Rotalis, quæ primo loco deducitur ex concessione Immissionis in bonis, quæ non erant Christiani Beneueniari, ad cuius hæreditatem Adriana reintegrari debebat, sed Iulij eiusdem Beneueniati hæredis, & Hieronymi fratris; Quia hoc non benè iustificatur in facto, cum bona, de quibus capta est possessio sint eadem contenta in sententia, & mandato Rotali ex actis iustificato, & quorum bonorum identitas iam fuit plenè probata in processu primę instantiæ, & in decisionibus R.P.D. mei Ro-
5 jas; † nec excessus præsumitur, sed est plenè & concludenter ab allegante probandus ad tradita *per d. Modern. in d. tract. de manut. obser. 12. sub num. 96. Rota post eundem decis. 643. n. 20. 21. & seq. decis. 34. num. 4. par. 1. recen. Add. ad Buratt. decis. 368. num. 10.*

Nec releuat secundum motiuum deductũ ex reciproca euictionis, & defensionis promissione facta in Instrumento diuisionis inter Christianum, & Hieronymum eius fratrem de anno 1650. stipulato; Quia non subsistit in iure, dum illud Instrumentum non
6 comprehendit casus † posteà contingentes ex natura bonorum, ac singulas portiones æqualiter includentes *iuxta glos. fin. in addit. ad l. si familia 14. vers. hoc vltimum C. famil. ercisc. Gratian. cons. 21. num. 6.* quem refert, & sequitur *Dec. cons. 411. num. 3. & 4. lib. 5.* cum alijs relatis *per Mangil. de euict. quæst. 114. num. 81. cum seq.*

Similiter & tertium corruit circa collationem dotis Cassandræ ab Adriana faciendam in actu reintegrationis ad successionem pa-
7 ternam iuxta dispositionem Statuti Perusini *lib. 1. cap. 45. de dot. & dot. mul. §. Item statuimus quod*

quod fœmina; Nam vt firmatur, *in decisione R. P.D. mei Rojas 16. Martij 1648.* debent Adriana, & Consortes consequi octauam partem hæreditatis in bonis Christiano obuentis, quę in d. diuisione non est comprehensa, nec ipsi impugnant traditionem factam in d. diuisione de Prædio S. Martini pro adæquatione partium, sed petunt d. ratam ex persona Christianis eis debitam.

Remouetur quoque quartum motiuum; Quia Adriana, & litis consortes non agunt ad consecutionem pretij bonorum hæreditatis paternæ à Christiano alienatorum, quæ in portionem eiusdem alienantis cedunt, & imputantur, sed pro rata alienatorum ad ipsos Actores spectante immissionem petunt in cœteris super extantibus bonis, in quibus vigore d. statuti in d. §. Item statuimus reintegrari debent, prout firmatum fuit in eadem decisione R.P.D. Rojas.

Vltimum denique motiuum expirat, dum reintegratio bonorum alienatorum pro eorum rata secundum tempus alienationis, quo
8 pretium ex eis redactum † ad Christianum peruenit, Adrianę, & Alphanis debetur, vt expressè in d. Statuto Perusino cauetur *in d. §. Item statuimus in fin. & dixit Rota in hac Causa sub die 16. Martij 1648. in §. Minùs obstant alienationes coram R.P.D. meo Rojas.*

Proinde quia propositæ exceptiones nullitatis, & iniustitiæ sententiæ prædictæ, vel omninò eliduntur, vel saltem dubiæ redduntur frustrà Immissio Actoribus concessa ex parte Lucæ impugnantur; nam pro d. sententia viget omnis præsumptio, donec in Ordinario appellationis iudicio causa cognita fuerit reuocata, non enim aliter in hoc supremo Tribunali, quàm prævia matura causæ discussione sententiæ proferuntur, & in ista obseruatum fuisse demonstrant decisiones sub diebus 10. Ianuarij, & 7. Iunij 1647. & 16. Martij 1648. coram R.P.D. meo Rojas emissæ, nec locum habet hic extraordina-
9 rium manutentionis iudicium, † vt in casibus quando Iudex neglecto iuris ordine, vel alias ita nulliter, & iniustè processit, vt nulla ratione excusari valeat *Rota apud Marches. de Commiss. fol. 366. §. non obstat par. 1. coram bo. me. Buratt. decis. 158. num. 5. in fin. & seq. ibique Add. litt. B. num. 12. in d. Romana de Bombellis post modern. de manut. decis. 9. num. 19. cum seq. in Senogallien. Saluiani 3. Iunij 1647. §. fin. coram R.P.D. meo Cerrado*, & nouissimè *in Romana prætensæ restitutionis dotis 4. Februarij 1650. §. quod vero locus non sit, & in eadem 27. Iunij eiusdem anni in principio coram me.*

Quę omnia Dominos mouerunt ad concedeñ Adrianę, & Alphanis manutentionem in vtraque &c.

R. P. D. MELTIO,

Posteà Reuerendissimo Episcopo PAPIEN.

Ampurieñ., seu Ciuitateñ deputationis Vicarij.

Veneris 13. Ianuarij 1651.

ARGVMENTVM.

Deputatio Vicarij, quę Sede vacante fieri debet à Capitulo, ad quem ei tempore spectant iurisdictionalia, nullo modo potest à Clero prætendi; quomodo autem in hac materia probetur iurisdictionalium possessio præsens patefaciet decisio.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictionalia Sede vacante spectant ad Capitulum non ad Clerum, & num. 2.*
Vicarij deputatio vacante Sede à Capitulo fieri debet, num. 1.
3 *Manutentio in materia iurisdictionali ex sola iuris assistentia conceditur.*
4 *Testes inter alios examinati quando faciant probationem.*
5 *Possessio probata per præsumptiones admittitur in iudicio manutentionis.*
6 *Causa vbi est vniuersalis, actus vnicus sufficit ad acquirendam possessionem.*
Actus causa magis attenditur, quam ipsius actus exercitium, num. 6.
7 *Manutentio datur possidenti.*
8 *Vicarius vnicus constituitur in Ecclesiis æquè principaliter vnitis.*

DECISIO CV.

QVIBVS alias Rota sub die 19. Ianuarij 1646. censuit Capitulo, & Canonicis Cathedralis Ampurieñ. & Ciuitateñ contra Capitulum, & Canonicos Collegiatæ de Tempio dandam esse manutentionem in quasi possessione deputandi Vicariũ Capitularem Sede Episcopali vacante, ex eisdem hodie respondit ad fauorem eiusdem Capituli contra Clerum Ciuitateñ ius dictæ Electionis prætendentem; Quia dictus Clerus non potest in dicta electione habere maius ius, quàm habeat Capitulum, cum vnica, eaq; communis vtrique ratio defensionis sit, quæ educitur ex vnione Ecclesiarum Ciuitateñ, & Ampurieñ æquè principalium facta, quæ ratio sicuti sub dicta die 19. Ianuarij 1646. decisum fuit, quod in hoc iudicio manutentionis suffragari non poterat Capitulo, multò minus suffragari potest Clero, ex quo deputatio Vi-
1 carij, † aliaq; iurisdictionalia sede vacante non spectant ad Clerum, sed benè ad Capitulum *cap. cum olim. de maiorit. & obedien. cap. vnico eodem tit. lib. 6. Glos. in clement. 1. §. propter quod in verbo capitulari de baret, Rota decis. 158. num. 1. vers. cum iurisdictionalia coram Penia, & in Sulmonen. status Cathedratici 18 Maij 1626. §. item adsunt vers. actus huius-*

huiusmodi deputationis, spectant tantùm ad Canonicos coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo.

Rationes autem aliàs ponderatæ pro concessione manutentionis ad fauorem Capituli Cathedralis Ampurieñ, & Ciuitateñ contra Capitulum Collegiatæ de Tempio, & quamodo etiam vrgere contra Clerum existimatum fuit, sunt primo loco assistentia iuris, quam sede vacante habet Capitulum Cathedralis nedum pro deputatione Vicarij, sed etiam pro exercitio aliorum actuum iurisdictionalium priuatiuè quo ad alios, ex quo iu-
2 risdictio Episcopi sede vacante † transfertur in solum Capitulum Cathedralis, & nō alios *d. cap. cum olim de maiorit. & obedien. Pauin. in suo tract. de offic. cap. sed. vacant. q. 1. num. 6. & q. 2. par. 2. num. 14. Rot. decis. 166. nu. 1. par. 3. recent.* quæ iuris assistentia licet sufficeret ex se sola pro ob-
3 tinenda manutentione † in hac materia iurisdictionali vt recedendo ab antiqua opinione, de qua in *decis. 1495. num. 4. circa finem coram Seraphino* firmauit *Rota in Reatina decimarum 4. Decemb. 1606. coram Iusto, & in Mediolanen. quarta funeralium 14. Martij 1622. coram bo. me. Merlino*, ac in alijs pluribus relatis per *Adden. ad Buratt. decis. 219. litt. A. vers. tamen, Rota moderna, & nuper in S. Seuerina decimarum 14. Ianuarij 1650. coram R. P. D. meo Royas sub §. siquidem adducta in fin.* nihilominus ad faciliorem manutentionis concessionem probatur etiam positiua possessio deputandi Vicarium sede vacante continuata vsque ad tempus motæ litis ex testibus datis in Summ. *num.* 1. qui etiamsi examinati fuerint in casu verteñ contra Capitu-
4 lum Villæ de Tempio non citato Clero, † nihilominus præbent magnum adminiculum etiam contra eundem Clerum, cum dicti Testes fulciantur adminiculo assistentię iuris cōmunis, & examinati fuerint in iudicio vniuersali super possessione, & iure deputandi Vicarium *Cyn. in authen. hoc ius porrectum num. 3. Cod. de sacros. Eccles. Tiraquel. in lege si vnquam verb. donatione largitus num. 100. & seqq. Cod. de reuoc. donat. Surd. cons. 290. num. 46. & decis. 325. nu. 6. Modern. de manuten. obseruat. 38. num. 28. & dixit Rota post eund. decis. 269. num. 45. & in Mediolanen. præbenda 11. Februarij 1650. coram R. P. D. meo Bichio*, eoq; magis in iudicio summarijssimo
5 manutentionis, † in quo admittitur quoque possessio probata per præsumptiones, *Giouagn. cons. 14. num. 72. lib. 1. Rot. decis. 375. num. 1. par. 3. lib. 3. diuers. decis. 323. num. 2. post. 2. volum. cons. Farinacc.*

Concurrit præterea deputatio Vicarij facta per dictum Capitulum Ampurieñ, & Ciuitateñ de anno 1632. & effectum sortita Summ. *num.* 1. & 2. qui actus, quamuis esset vnicus sufficeret, vt ex eo dici posset Capitulū Ampurieñ constitutum in quasi possessione non solum deputandi Vicarium, sed etiam exercendi alia iurisdictionalia sede vacante. Nam quando causa vtentis est vniuersalis tunc per vnicum actum particularem acquiritur vni-
6 uersalis possessio quoad alia † ex ea ratione, quod magis attenditur causa actus, quam ipsius actus exercitium, *Bald. in l. 1. num. 24. vers. ib. dic. Cod. de emancipat. liberorum, Oldrad. cons. 312. circa finem num. 2. cum alijs allegatis in decis. 558. num. 3. coram Penia.*

Probata igitur ex prædictis concludenter quasi possessione Capituli Ampurieñ, & Ciuitateñ deputandi Vicarium sede vacante, vtique ad eius fauorem negari non potest mandatum de manutenendo tam contra Ca-
7 pitulum Collegiatæ de Templo, † quàm contra Clerum vulgat. §. *retinenda instit. de interd. cum vulgar.*

Neque obstat, quod duæ sint Diœceses, & Ecclesię Ampurieñ, & Ciuitateñ fuerint ęquè principaliter vnitæ. Quia ad effectum manutentionis sufficit pro nunc docere de deputatione Vicarij facta per Capitulum Ampurieñ pro vtraque Diœcesi præsertim quod incongruum non est, vt in Ecclesijs vnitis æquè
8 principaliter † vnicus tantum constituatur Vicarius prout in terminis resoluit *Rot. coram Caual. decis. 418. num. 11. & 12.*

Et ità informante tantùm Capitulo Ampurieñ, & Ciuitateñ resolutum fuit &c.

R. P. D. PEVTINGERO

Nouarieñ Parrochialis.

Veneris 16. Ianuarij 1651.

ARGVMENTVM.

Constructio Ecclesiæ facta eleemosynis pauperum nullum ius tribuit construenti pro acquisitione iurispatronatus, quod nec etiam dicitur acquisitum ex assignatione stipendij facta pro salario Rectoris.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus probari debet ex fundatione constructionis, aut ex competenti dotatione.*
2 *Testis de auditu nihil probat.*
3 *Ecclesia ab aliquo constructa expensis pauperum nullum ius acquiritur construenti, & nu. seq. vbi amplia.*
5 *Contributiones in certam causam à testatore relicta, non possunt sine beneplacito Apostolico in aliam conuerti.*
6 *Dotatio Ecclesia non dicitur assignatio stipendij facta pro salario Rectoris.*
7 *Curato ab eius subditis alimenta præstari debent, vbi Ecclesiam dotem non habet.*
8 *Status vltimus collatiuus attendi debet ad substinendam prouisionem Apostolicam.*

DECISIO CVI.

NON acquiescente Carolo Terlotto binis decisionibus sub diebus 10. Decembris 1649. & 1. Iulij 1650. coram me emanatis pro denegatione institutionis ab ipso petitæ in Parochiali SS. Andreæ, & Gaudentij, veluti de prætenso Iurepatronatus Hominum, & Vniuersitatis Oppidi Zuccari Nouarieñ Diœcesis, concessaq; eidem noua audientia, Domini hodiè pro tertia vice steterunt in deci-

decisis, quia fundamenta dd. decisionum adhuc inconcussa remanent non obstantibus à Carolo contra eas deductis; nàm certum est, quod d. Vniuersitas non probauit huiusmodi
1 di Iuspatronatus † ex fundatione, & constructione, seu competenti dotatione, prout necessarium fuisset tàm ex dispositione Sacrorum Canonum *cap. piæ mentis 26. cum seq. 16. quæst. 7. & cap. nobis 25. de iur. pat.* quam Sacri Concilij Tridentini *sess. 14. cap. 12. & cap. 9. sess. 25. de reform.* Consideratum enim fuit, quod Testis in Summ. Caroli *num. 3.* relatus, de constructione dictæ Parochialis Ecclesiæ
2 ex alieno auditu deponit, † & ob id nullam facit probationem, *Rota coram Greg. XV. decis. 379. num. 1. decis. 516. num. 14. & decis. 572. num. 3. coram Card. Caualer. decis. 107. num. 3. & coram bo. mem. Buratt. decis. 178. num. 15.* Præcipuè quia idem testis ignorat, an præfata Parochialis ex eleemosynis, vel particularium sumptibus ædificata fuerit, vt ipse in sua depositione posteà declarat.

Accedit, quod in visitatione facta de anno 1553. à quodam Vicario foraneo, eadem Parochialis asseritur facta impensis Pauperum, quod tamen non probatur, & quatenùs pro-
3 baretur, † indè nullum ius eidem Vniuersitati acquisitum fuisse inferri posset, *Rot. coram bo. mem. Coccin. decis. 106. sub num. 2. vers. quantum enim attinet, & decis. 609. num. 9. par. 5. rec. tom. 2.* vbi concordantes referuntur.

Dotatio verò deducta ex instrumentis de annis 1586. & 1643. ac ex depositionibus testium relatis in eodem Summ. *num. 6. et seq.* ex tribus sequentibus motiuis nullo modo releuat; Primò quia non fuit facta de proprijs bonis prædictæ Vniuersitatis, sed potiùs ex annuis contributionibus, & eleemosynis particularium Ciuium, siuè ex redditibus locorum piorum pro quantitate aureorum 25. ac pro alijs 25. ex pijs dispositionibus defunctorum inter homines eiusdem Vniuersitatis distribuendis, vt benè colligitur ex supplicatione, & dicto Instrumento de anno 1643. ac etiam ex dictorum testium depositionibus d.
4 Summ. *num. 6. et seq.* † quæ omnia clarè ostendunt nullum potuisse ipsi Vniuersitati ius acquiri, vt præter allegatos in dicta prima decisione in hac causa facta 10. Decembris 1649. §. *instrumentum verò ad finem coram me*; tradit *Abb. in cap. quoniam de iur. patr. num. 10. & cons. 19. sub num. 2.* hocq; expresè declarauit Sac. Concilium Tridentinum *supra allegata sess. 14. cap. 12. de reformat.* ibi, *quæ tamen sine sufficienti dote de suis proprijs, et patrimonialibus bonis competenter dotauerit.*

Imò neque in aliam causam alterando formam à testatoribus præscriptam, tales cõ-
5 tributiones conuerti poterant, † minusuè in præiudicium eorum particularium, qui successiuis temporibus de eis participare debuerant, maximè absque Summi Pontificis licentia, & auctoritate *ad tex. in clem. quia contingit, ibique glos. in verb. non ad alium de relig. dom. Crass. in §. executor vltimæ voluntatis quæst. 10. numer. 9. Rot. coram Buratt. decis. 560. num. 2. ibique add. num. 12. litt. A. et decis. 544. num. 3. par. 1. recen. & fuit dictum in Comen. Collegij 26. Nouemb. prox. præt. in §. respectu verò in fine coram me.*

Secundò, quia vlla vnquam fuit dos dictæ Ecclesiæ ex prænominatis effectibus constituta, neque constitui potuit, sed solùm stipendium Rectori pro eius salario, & mercede fuit assignatum, vt legitur in dictis instrumẽtis; & patet ex depositionibus primi, secundi,
6 & tertij testis in d. Summ. *num. 5.* † vnde dotis constitutio ad acquirendum iuspatronatus necessaria *iux. glos. in d. cap. piæ mentis 16. quæst. 7.* omninò excluditur, tunc enim quando Ecclesia Parochialis dotem, vt hìc, non habet,
7 Parochiæ † subditi tenentur alimenta præstare proprio Curato pro eius substentatione, vt probat *Abb. in cap. de Rectoribus sub num. 1. vers. nota quod si Presbyter de Cler. ægrot.* cum alijs relatis per *Surd. de alim. tit. 1. quæst. 60. numer. 1. & seq.*

Tertiò deniq; quia ex publicis instrumentis in Summ. positionis Francisci Rasarij sub die 1. Iulij 1650. *num. 6. et 7.* doctum fuit de
8 statu vltimo huius Ecclesiæ collatiuo, † qui propterea attendi debet pro substinenda prouisione Apostolica ad fauorem eiusdem Frãcisci, vt pluribus congestis dixit *Rot. coram bo. mem. Burat. decis. 570. num. 12. decis. 5. num. 3. & decis. 13. num. 22. par. 6. et decis. 143. num. 2. par. 7. rec. plenè add. ad Greg. XV. decis. 77. num. 11. et alias passim.*

Et ità vtraque &c.

R. P. D. MELTIO.

Posteà Episcopo PAPIEN,

Cortoneñ Cappellaniæ.

Lunæ 23. Ianuarij 1651.

ARGVMENTVM.

Non posse iuspatronatus reuocari in præiudiciũ præsentati præsens firmat decisio, vbi plura de consensu Ordinarij, & alijs in iurispatronatus materia disceptari solitis adducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus quando debeat institui.*
2 *Iuspatronatus recipit formam, & perfectionem à consensu Ordinarij.*
3 *Iuspatronatus reuocari non potest in præiudicium eius, cui per antea fuit ius quæsitum.*
4 *Consensus Ordinarij quot requirantur in iurepatronatus, et de materia istius consensus, nu. seq.*
6 *Donationis iurispatronatus executio pendere debet à voluntate dotantis.*
7 *Fundans iurispatronatus nominare potest primum Capellanum, ac declarare voluntatem suam circa personam primò eligendam, & num. seq. vbi amplia.*
9 *Onus Missarum in fundatione iurispatronatus de consensu Episcopi apponi potest.*
10 *Conuentio inter Laicum, & Parochum super cele-bra-*

bratione Missarum valet etiam, sine consensu Episcopi, & num. seq.

11 *Ius desiderat augumentum cultus diuini.*

12 *Pretium iustum in rebus Ecclesiæ illud intelligitur quod tendit in eiusdem Ecclesiæ vtilitatem.*

13 *Verba sunt intelligenda secundum subiectam materiam.*

14 *Conformare secum dispositione iuris communis quilibet præsumitur.*

15 *Præsentato, de cuius bono iure constat, non denegatur collatio, seu institutio.*

DECISIO CVII.

ADVERSVS decisionem coram me sub die 7. Iunij 1649. emanatam, in qua Paulo Thomasio decreta fuit manutentio, & quatenus opus esset, Immissio ad possessionem Beneficij controuersi inter eum primum ab Innocentia dicti Beneficij Fundatrice Rectorem nominatum, & Hiacynthum ab illis de Venutis assertis Patronis præsentatum impetrata per eosdem de Venutis noua audientia fuit sub die 20. Iunij 1650. ad trutinam reuocata dicta decisio, sed nulla tunc capta resolutione, ordinarunt Domini, quod videretur de bono iure, super quo assumpta per duas vices disputatione in secunda ad præfati Pauli fauorem fuit responsum cuius bonum ius satis clarum visum fuit stante nominatione de illius persona ab Innocentia facta in erectione, & dotatione Beneficij, necnon institutione Vicarij ab Ordinario specialiter deputati vna cum consensu Equitis Ioannis Thomę primi Patroni, qui eumdem Paulum præsentauit. Vndè his omnibus concurrentibus vna cum eiusdem nominati, ac præsentati habilitate, quæ non controuertitur,
1 † necessario ad illius institutionem deueniri debet ex *textu in cap. decernimus, & cap. Monasterium, vbi glos. final. 16. quæst. 7. cap. Cum Bertoldus de sent. & re iudicat. & fuit dictum in Lucana Iurispatronatus de Podijs 21. Aprilis 1621. coram bon. mem. Coccino in princ. & in recent. decis. 337. num. 1. par. 1. & decis. 15. num. 1. & 2. par. 3. cum alijs alleg. in dicta decis. in hac causa emanata coram me sub die 7. Iunij 1649. §. hinc tollitur obiectum.*

Neque releuans visum fuit vnicum obiectum super quo Informantes pro Venutis acriter insistebant, quod nempè Innocentia Instrumentum reseruationis Iurispatronatus primo loco factæ ad fauorem Equitis Thomasij, in quo continetur nominatio præfati Pauli reuocauerit, ac Patronos esse voluerit illos de Venutis; Nam cum dicta prima reseruatio esset vndequaque perfecta, ac completa tam in esse contractus attento legitimo consensu Donatricis, qui male impugnari visus fuit ex depositionibus testium in Iudicio Criminali examinatorum alijsque deductis circa prætensum dolum dd. de Thomasijs, ac seductionem Innocentiæ fundatricis, quæ non fuerunt habita in consideratione, quàm in esse Iurispatronatus ex interuentu
2 consensus ordinarij † à quo formam, & perfectionem illud recipit ad tradita per *Lambert. de Iurepatr. lib. 1. par. 1. quæst. 2. art. 5. num. 2. Rot. decis. 11. num. 3. ad med. & nu. 4. de Iurepatr. in nou.* sequitur quod reuocari non potuerit in præ-
3 iudicium Equitis Thomasij, † cui ex dicta præcedenti reseruatione ius perfectum quæsitum fuerat *idem Lambert. de Iurepatr. lib. 1. par. 2. quæst. 2. art. 6. num. 9. Grat. discept. forens. cap. 177. num. 4. & seqq. Rot. in recent. decis. 37. num. 2. par. 7. & post Modern. Pisan. de Iurepatr. decis. 113. & decis. 114. Ricc. de Neap. decis. 280. par. 4.*

Neque prætendi potest licitam fuisse reuocationem primæ reseruationis eo quia in ea præcessit tantum consensus ordinarij licentiatiuus pro erectione Cappellaniæ, qui non suffragatur ad redden. validam, & perfectam reseruationem Iurispatronatus, & nominationem Rectoris, & approbationem aliarum conditionum, cum tres consensus omninò distincti requiri dicantur, vnus nempè prò erectione, alter pro reseruatione, & tertius pro nominatione ex fusè allegatis pro parte
4 illorum de Venutis. † Quia hæc procedunt quotiescunque dicti actus separatim explicantur, & consensus ordinarij fuit tantum præstitus pro erectione, & fundatione Cappellæ, in quibus terminis loquuntur omnes DD. exaduerso allegati, in proposito autem casu consensus fuit præstitus tamen pro erigendo Cappellam, quàm pro reseruando Iurepatronatus, & nominando Rectorem cum oneribus, & conditionibus Missarum, & Officiorum, & isti actus prout conditiones appositæ omnes fuerunt inter se contemporaneæ, quo casu vnicus consensus suffragatur prò omnibus, & operatur dictos tres effectus, perindè ac si tres distincti consensus dati fuissent ità distinguendo firmat *Lambert. de Iurepatr. lib. 1. quæst. 9. num. 108.*

Neque respectu conditionum vltra consensum licentiatiuum in genere ab Ordinario concessum alias specificus consensus ap-
5 probatiuus requirebatur, † Nam cum conditiones appositæ nullam habeant Iuris resistentiam, sed potius sint Iuris dispositioni cõformes solus Episcopi consensus præcedens sufficiens fuit *Lambert. de Iurepatr. lib. 1. par. 1. quæst. 2. art. 3. nu. 12. Sanchez lib. 2. cons. moral. cap. 2 dub. 33. num. 3. Caual. decis. 336. num. 4. & ante Rot. decis. 222. num. 3. par. 1. diuers.* Reseruatio namque vsusfructus super bonis pro dote Ecclesiæ assignatis durante vita Innocentiæ fundatricis nullatenus Iuri repugnat, quia dicta reseruatio non fuit collata in tempus quo dominum bonorum iam esset Ecclesiæ acquisitum, sed imò adest expressa declaratio, quod durantes eius vita fundatio locum non haberet, ibi, *si che l'effetto sia, che la detta fondatione habbia luogo seguita che sarà la morte naturale di detta Signora Innocentia*, & sic licet ex hac reseruatione non impediretur substantia, ac perfectio erectionis beneficij, effectus nihilominus dotationis suspensus remanebat vsque
6 ad obitum dotantis, † à cuius voluntate pendebat tempus executionis *Rot. dec. 9. nu. 25. & seqq. & dec. 87. n. 13. p. 7. rec. cũ alijs allegatis in dec. in hac causa emanata sub §. neque repugnant verba.*

Altera

Altera conditio quòd Paulus Thomasius esse debeat primus Rector cum onere cælebrandi sex missas in singula hebdomada, & officia pro Anima fundatricis minus resistit Iuris dispositioni; Nàm respectu nominationis Rectoris illa benè subsistit tanquam facta in limine dotationis, & erectionis, & quamuis Iurepatronatus exercitium non incipiat competere nisi postquam Ecclesia est in esse deducta, benè tamen fundator potest, dotando, nominare primum Cappellanum, vel declarare voluntatem suam circa personam primò eligendam post tempus erecti beneficij, & hæc voluntas est licita, ac seruari debet,
7 cum † nihil resistat propter quod de Iure fieri non debeat, prout in terminis firmat *Zabarell.cons.82.num.1. in fin. vers. ad secundam respondeo,* quem refert, & sequitur *Lambert.de Iurepatr.lib.1.par.1.quæst.9. num. 47. & 48.* vbi signanter in vers. quia hic testator ponderat quod in tali casu fundator non dicitur præsentare antè Ecclesiam fundatam, sed eligere
8 præsentandum; † Vndè eò minus est necessaria præsentia, vel notitia talis præsentandi, nisi de tempore Institutionis prout ità firmauit *Rot.in recent.decis.530.num.2. vers.tamen cum duob.seqq.part.1.recent.Vitalin.in Clem.vlt.nu.18. de rescript.Gonz.gloss.9.§.vlt.num.50.& gloss. 15. num.132.Modern.Pisan.de Iurepatr. lib. 5. cap. 5. num.105.& 106.*

Quò verò ad onus celebrationis missarum cum illud appositum fuerit in limine fundationis de expresso consensu ordinarii,
9 ibi, † *Con tutti quei pesi, & oblighi, e conditioni di messe, & offitij &c.* ista verba videntur æquipollere, ac si ad supplicationem Patroni Episcopus onus missarum adiecisset, & ita benè illud subsistit, quamuis spiritualitatem respiciat, vt in puncto *Lambert.de Iurepatr.lib.1.par.1.quæst.9.num.78.Buratt. decis. 21. num.3.* quod facilius admittendum venit, quia huiusmodi conditiones sunt honestæ laudabiles, ac ab omnibus fundatoribus apponi solitæ vnde non est in hoc rigidè proceden. & ob hanc rationem etiam sine consensu Ordinarij validam esse conuentionem inter laicum, & Pa-
10 rochnm de † annua cælebratione missarum tradit *Alex.de Nev. cons.48. num. 1. & seqq.* vbi subdit huiusmodi conuentiones esse à Iure
11 approbatas, † quia ius desiderat augumentum Cultus diuini *cap. ex parte de Constit. cap. fin. de rescript.in 6.*

Vltima conditio, quod Domus, & stabulum comprehensum inter alia bona pro dote Cappellæ assignata vendantur iusto prætio hæredibus Francisci Thomasij, nec visa fuit habere aliquā Iuris resistentiam; Nàm quicquid, sit an quemadmodum ab initio erectionis, & dotationis beneficij fuit in libera potestate fundatricis hæc bona non assignare ità illa assignando legem iniungere potuerit sibi magis benè visam, & per consequens, vt illud venderetur iusto prætio certæ
12 personæ in hoc Ecclesia non læditur, † quia iustum prætium in rebus Ecclesię intelligitur illud quod tendit in eiusdem Ecclesiæ cui-

dentem vtilitatem ex *text. in cap. exposuisti de Prebend. vbi Butr. num.22. Abb. num. 4. in fin. vers. & considera Imol. num.1. Cum alijs alleg. in Pampilonen. Alienationis 15. Ianuarij 1649. coram R.P.D. meo Bichio,* intelligendo nempè verba secun-
13 dum subiectam materiam, † prout fieri debet, *Rot. decis.398. num.4. part.1. recent. decis.144. num.14. coram bon. mem. Coccino decis.198. num. 12. apud Zacch. de Oblig. Cam.* & cum ratione subiectæ materiæ requiratur beneplacitum Apostolicum, censendum est quod fundatrix cum illo venditionem fieri voluerit, semper enim quod contrarium expressè non disponitur, in dubio præsumitur quem voluisse se
14 conformare † cum dispositione Iuris communis *Rot.decis.130.num.3.decis.255.num.3. decis.309.num.13.decis.450.num.6.par.1.recent.*

Non obstat, vt admisso etiam quod reseruatio Iurispatronatus primo loco facta ad fauorem Equitis Thomasij suam receperit perfectionem ex solo consensu licentiatiuo, & reuocari non potuerit, reuocabilis nihilominus fuerit nominatio Rectoris, quæ non tribuit ius nominato. Quia Innocentia non reuocauit separatim nominationem Cappellani alium eligendo, sed tantum reuocauit primum contractum erectionis, & reseruationis Iurispatronatus, in quo licet facta esset nominatio Pauli in Rectorem, dum reuocatio principalis contractus ex dictis non sustinetur, nec censeri debet reuocata dicta nominatio Rectoris; Prætereà tollitur quęcunque difficultas, ex quo Paulus fuit etiam præsentatus ab Equite Thomasio Patrono, ac constat de eius habilitate; Vndè cum appareat ne eius bono Iure non potest illi denegari col-
15 latio, seù Institutio beneficij, † de quo agitur, ex latè cumulatis in *dicta decis. huius causæ sub §. Hinc tollitur.*

Et ità vtraque parte informante fuit resolutum &c.

R. P. D. CORRADO.

Posteà S. R. E. CARDINALI.

Marianen. seu Accien. Beneficij

Lunæ 23. Ianuarij 1651.

ARGVMENTVM.

Prouisio Apostolica facta de beneficio vacato de mense Martij est valida, & executioni est mittenda, si constet Episcopum acceptasse alternatiuam, & ex quo dicatur constare de tali acceptatione. Episcopatus duo, quando fuerunt vniti, ita vt loco vnius sit, si acceptata erit alternatiua, quo ad maiorem Episcopatum, an dicatur acceptata etiam pro altero Episcopatu.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas colligitur ex reuolutione processus.*

2 *Mensis Martij, stante acceptatione alternatiuæ per Episcopum, est Apostolicus.*

3 *Prouiso Apostolico in mense reseruato danda est immissio.*

4 *Alternatiuæ acceptatio facta per Episcopum, probatur ex literis Datariæ.*

In Libris Datariæ solent annotari acceptationes alternatiuarum per Episcopos factarum n. 4.

5 *Episcopus, quando quis est duarum Cathedralium simul vnitarum, si tantum fuerit expressa vna Cathedralis in acceptatione alternatiuæ dicatur acceptata, quo ad aliam.*

6 *Episcopatus duo, quando simul fuerunt vniti, reputantur pro vnico.*

7 *Expressiones non censentur factæ taxatiuè, sed demonstratiuè.*

8 *Actus, licet factus sub vnica demonstratione, siue vnius tituli expressione gestus ad vtramque refertur.*

9 *Obseruantia benè declarat actum gestum.*

10 *Ex sequentibus benè declaratur qualis fuerit mens in præcedentibus.*

11 *Probatio, quæ per necesse non concludit, non releuat.*

12 *Regula 9. Cancellar. specialiter excipit beneficia Sedi Apostolicæ reseruata & amplia n. 13.*

14 *Probatio concludens, nisi per aliam magis concludentem tolli potest.*

15 *Alternatiua quando per Episcopum fuit acceptata, factis, & verbis non licet ab ea recedere.*

16 *Episcopus acceptando alternatiuam, ex hoc videtur initus contractus inter ipsum, & Summum Pontificem.*

17 *Contractus, quando inter aliquos initus fuit, non potest per alterius voluntatem ab eo recedere.*

18 *Ordinarius acceptando alternatiuam, quid ex hoc videatur supplicare Papæ.*

19 *Ordinario, quando conceditur alternatiua, quid dicatur ei concessum.*

20 *Beneficium iam Papæ reseruatum, non licet Episcopo illud vnire, quod ampliatur.*

21 *Fraudes non sunt committendæ in præiudicium Papæ, & eius iurium.*

22 *Decreta Sacræ Congregationis Concilij Rota reuerenter amplectitur.*

23 *Stylus Datariæ est attendendus.*

24 *Stylus, vt dicatur probatus, qualiter de eo constare debeat.*

DECISIO CVIII.

INTERPOSITA pro parte Capituli, & Canonicorum Marianen. Ecclesiæ appellatione à sententia Rotali per R.P.D. meum Royas prolata, qua fuit declaratum Beneficium simplex Sancti Petri de Accia Carolo Antonio prouiso Apostolico esse adjudicandum; Eaque mihi commissa dubitaui. An illa sit confirmanda, & Domini causa denuò discussa responderunt affirmatiuè.

Quoniam ejus validitas probatur ex pro-
1 cessu † in quo fuerunt seruata seruanda *iuxt. decis. Verall. 262. par. 2.* Iustitia verò ex duabus præcedentibus decisionibus coram eodem Domino meo sub diebus 10. Iunij 1648.* & 13. Maij 1650.* Cum enim Beneficium prædictum vacauerit per obitum quondam Cæsaris Cavmi vltimi illius possessoris de
2 mense Martij anni 1642. Qui stante † acceptatione alternatiuæ factæ per Episcopum est Apostolicus *iuxt. Regul. Canceller. ix. in §. Insuper Sanctitas Sua. vers. ac etiam voluit &c.* Ideo præfato Carolo Antonio, qui fuit à Summo Pontifice de illo prouisus, ac litteras eius prouisionis legitimè iustificauit, vt constat ex eodem processu. & seriatim deducitur in posteriori decisione sub dicta die 13. Maij
3 1650. † adiudicari debet, *Rota penes Card. Caualer. decis. 363. sub num. 4. vers. quare verificatis &c. & decis. 15. sub num. 1. par. 5. recentior.* ac in alijs relatis *in Gerunden. Beneficij 15. Martij 1648 in §. vnde cum ex prædictis &c. coram R. P. D. meo Celso,* ac nuper *in Bisuntina Thesaurar. 12. Iunij 1651. coram R.P.D. meo Verospio in princ.*

Acceptatio autem Alternatiuæ ab Episco-
4 po facta probatur ex libris Datariæ, † vbi acceptationes hujusmodi annotari solent, quibus vtique est deferendum, *Rota penes Burat. decis. 388. num. 2. vers. non obstat quod stante alternatiua, &c. & in recent. decis. 349. sub num. 1. vers. & ex libro alternatiuæ &c. par. 3. & dec. 205. num. 2 vers. de alternatiuà autem &c. par. 4.*

Neque subsistit, quod cum ille sit Episcopus duarum Cathedralium æquè principaliter vnitarum, scilicet Marianen. & Accien. In acceptatione verò fuerit expressus solus ti-
5 tulus Marianen. † ideo censeatur acceptata alternatiua pro eadem Ecclesia tantùm Marianen. ac eius Diœcesi, non autem pro Accien.

Quia partita libri originalis Datariæ oculis meis subiecta, ac etiam pro parte dicti Caroli Antonij fideliter extracta, & in eius Summario exhibita simplex, absolutaque est huius tenoris: *Die 9. Nouembris 1623. Marianen. Iulius de Puteo Episcopus &c.* Non autem restrictiuè concepta, vt præsupponunt Informantes pro Capitulo, *Iulius de Puteo Episcopus acceptauit Alternatiuam pro Ecclesia Marianen. die 11. Nouembris 1632.* Hæc enim in eo libro non reperitur. Atque ideò æquè compre-
6 hendit vtramque Ecclesiam, † & vtramque Diœcesim, quæ respectu ipsius Episcopi vnica existimatur *ad tex. in cap. & temporis qualitas 16. q. 1. & cap. 1. in princ. Ne sed. vacant. Card. Zabarell. in clement. 2. sub num. 3. ad fin. vers. sic etiam dicerem &c. de rescript.* & respondit *Rota penes Card. Caualer. dec. 418. num. 3. vers. & subest ratio &c. & sub num. 10. vers. nec satisfaciebat responsio &c. & sub num. 11. vers. denique per illam conclusionem &c. cum seq. vsque in fin.* & in hac materia fuit resolutum *in Cæsaraugustana Beneficij de Tauste coram Card. Plato sub die 19. Nouembris 1586. & 6. Martij 1587. apud Garz. de bene. fic. par. 5. cap. 1. sub num. 706. vers. & cum postea dubium istud &c.* & comprobatur ex traditis per *Modern. Roman. discept. 655. n. 5. vers. & quamuis &c. cum seq.*

Non enim expressio solius tituli Maria-
7 nen. actū illum restringere potest, † quia facta censetur demonstratiuè ratione præeminentiæ illius Ecclesiæ, non autem taxatiuè

vt

vt respondit *Rot. penes Puteb. decis. 432. n. 3. vers. & ideo ex quo expresserat &c. lib. 1. in correct. Mandos. cons. 27. sub num. 4. vers. si vniuersitas, ac Clerus Oritanus &c. cum seq.* & alijs relatis comprobat *Gonzalez, ad regul. 8. dict. gloss. 5. §. 7. num. 132. vers. si vero non appareat &c. cum seqq. & idem Modern. Roman. dicta disceptat. 655. num. 4. versic. cum in vnionibus duorum &c.*

Præsertim cum subiecta materia vtrique Ecclesiæ pariter conueniret, ac proportionabilis esset, quo casu actus licet sub vnica denominatione, siue vnius tituli expressione gestus ad vtramque refertur, quando contraria non apparet agentis intentio, *iuxta gloss. in cap. dilecti litt. A. vers. contra licet proprium nomen &c. de for. compet. Abb. in cap. quoniam Abbas sub num. 8. vers. item ad materiam &c. & infr. vers. ad idem &c. ac ibidem Card. Zabarell. in decima quinta quaestione &c. vers. & proxima coniectura est, &c. Io. de Imol. sub num. 23. vers. potest concludere &c. & sub num. 24. vers. aliquando vero materia &c. Io. de Anan. sub numer. 8. vers. potest concludi &c. Dec. sub num. 37. vers. & idem est è contra &c. de offic. Delegat.* & bene declarat *Felin. in cap. cum ex officij sub num. 32. vers. amplia primo &c. de praescr.* & probauit *Rot. apud Pen. decis. 126. num. 9. vers. nam cum priuilegium &c. & Buratt. decis. 113. sub num. 16. vers. tum denique ex qualitate negotij &c. ac seq.*

Hæc autem certiora visa fuerunt Dominis
9 in proposito casu ob subsecutam † obseruã-
tiam, quandoquidem constat, quod post hu-
iusmodi acceptationem idem Episcopus Be-
neficia Diœcesis Accien. vacantia in mensi-
bus Alternatis, scilicet Octobris 1632. Apri-
lis 1633. & Februarij 1637. aliàs ad eum non
spectantibus equè contulit, atque disposuit
perinde, ac vacantia in Diœcesi Marianeñ.
10 Vndè clarè probatur qualis fuerit in † præ-
cedenti acceptatione illius intentio, atque
voluntas ad *l. sed Iulianus. §. proinde ff. ad S. C.*
Maced. Crauett. in cons. pro Gener. sub num. 317.
il primo, vers. vsque adeo &c. Menoch. cons. 390.
num. 20. vers. & praeterea &c. Rot. decis. 574. n. 1.
vers. quo casu &c. par. 1. diuers. ac penes fan. mem.
Gregor. decis. 402. num. 10. vers. tandem &c. & dec.
944. n. 6. vers. vnde &c. & in specie fuit con-
sideratum *in d. Cæsaraugustana coram Plato 6.*
Martij 1587. sub princip. vers. quin potius dantur
nonnullæ collationes &c. & penes Card. Seraph. dec.
146. sub n. 1. vers. secundo &c. cum seq.

Nec releuant actus contrarij pro parte Ca-
11 pituli adducti. Nam prouisio † Apostolica
Parochialis Ecclesiæ SS. Cosmi, & Damiani
eiusdem Diœces. Accien. vacantis per obitũ
q. Cosmi Capirossi mense Februarij 1634.
qui vigore Alternatiuæ spectabat ad Episco-
pum illam per necesse non excludit, cum in
12 eadem † Regul. ix. specialiter excipiantur
Sedi Apostolicæ affecta, vel reseruata, vt in
ea legitur, *& not. Gonzalez. ad dict. reg. 8. glos. 50.*
num. 7. vers. & beneficia &c. Quale potuit esse
prædictum, vel alia ratione ad Apostolicam
Sedem delatum. Quod certius ex ipsis litte-
ris apparuisset, si per Capitulum, & Canoni-
cos exhibitæ fuissent, prout necessarium erat
13 pro † concludenti eorum exceptionis fun-
damento, cum aliàs ex prædictis excludatur
prætensę probationis necessitas, ac proinde
releuantia *iuxt. regul. cap. in præsentia de probat.*
l. non hoc. C. vnde legitim. Surd. cons. 5. dicto n. 46.
vers. & probatio &c. cum seqq. Rot. penes Burat. de-
cis. 958. num. 3. vers. sufficit enim &c. ac in recentior.
decis. 124. num. 31. vers. vnde &c. par. 5. & dec. 225.
num. 7. vers. actus autem possibilitas &c. par. 6. &
decis. 99. num. 17. vers. qua possibilitas par. 7. Eo-
que magis stantibus contrarijs probationibus
14 pro parte Caroli Antonij productis, † quæ
nisi fortioribus conuincantur sunt vtiq; præ-
ferendæ *Rot. penes Card. Seraph. decis. 619. num. 9.*
vers. & ex his &c. cum seq. & in recent. decis. 430.
sub num. 103. vers. & visum fuit &c. cum seq. par. 5.
tom. 2.

Altera vero Collatio facta per eumdem
Episcopum Parochialis Ecclesiæ Sanctorum
Cosmi, & Damiani de Castellaqua vacantis
per obitum Michaelis mense Martij 1642.
qui vigore Alternatiuæ spectabat ad Summũ
Pontificem, nullius est momenti, quippe
qui eo tempore facta fuit, quo Episcopus Be-
neficium etiam, de quo agitur, Mensæ Ca-
pitulari Marianen. vniuit, prætendens per
eius pœnitentiam, & contrauentionem pro
libito infringere, atque dissoluere præceden-
tem acceptationem, quod tamen erroneum
15 omnino est. † Postquam enim acceptauit
Alternatiuam verbis, & factis præcedentibus
non licuit ab ea recedere, nec illi renunciare
absque scientia, & consensu Summi Pontifi-
cis, quia dicitur inter eos inita quædam con-
uentio, & quasi contractus, cuius vigore Põ-
tifex ipse quatuor ex octo mensibus sibi re-
16 seruatis concedit Episcopo; † ille autem
versa vice duos ex quatuor ad eum spectan-
tibus dimittit Summo Pontifici. Ideoque
17 non potest alterius † tantum voluntate dis-
solui *l. sicut. C. de act. & oblig.* & in terminis fuit
dictum *in Sulmonen. Alternatiua 14. May 1610.*
coram Card. Lancellotto, ac in Tirasonen. Canoni-
catus 18. Iunij eiusdem anni coram bon. mem. Piro-
vano in recent. decis. 289. sub num. 7. vers. tum etiã
quia alternatiua &c. par. 3. & probant *Mandos.*
in cons. 18. sub num. 8. vers. quo casu non est am-
plius quærendum &c. cum seq. Granut. in addittion.
ad tract. Simonet. de reseru. q. 71. num. 5. vers. quod-
que facta per Episcopum electione &c. Gonzalez. ad
reg. 8. gloss. 43. num. 106. vers. tamen sine alia diffi-
cultate &c. cum seqq. & gloss. 58. num. 14. vers. si
verò semel acceptauerit &c. & seq. dicens *sub n. 23*
vers. vnde non raro &c. Quod Episcopus ad
hunc effectum supplicat Papæ, vt soluto ac-
18 ceptationis † vinculo quilibet in pristinum
statum reponatur, idque concedi, vel negari
solet prout ex causis narratis æquum vide-
tur, & quoties conceditur nihil aliud agitur
nisi acceptationem semel factam cancellare,
atque cassare ex libro Datariæ, in quo descri-
bi solent annotando in margine acceptatio-
nis diem, mensem, & annum, quo fuit disso-
19 luta adinstar † cassationis Instrumenti obli-
gatorii, & manu propria ipsius D. Datarij
scribitur talis Episcopus Alternatiuæ renun-

ciauit

ciduit *Garz. de benefic. par. 5. d. c. 1. sub num. 434. vers. semel verò acceptata &c.*

Quare ex prædictis infertur nullius pariter roboris fuisse vnionem huius Beneficii ab eodem Episcopo factam Mensæ Capitulari eodem anno 1642. die 6. Maij, vt apparet ex litteris patentibus in Extract. fol. 200. pag. 2. & seqq.

Quia cum ex instanti mortis dicti Cæsaris Caynini mense Martij præcedentis fuerit vigore d. reg. ix. Sedi Apostolicæ iam reserua-
20 tum nō licuit Episcopo † illud postea Mensæ Capitulari validè vnire etiam vigore facultatis illi tanquam Apostolicæ Sedis in hac parte delegato concessæ per *Sacr. Concil. Tridentin sess. 24. cap. 15. de reformat.* Quoniam intelligitur de Beneficiis, quæ tempore factæ vnionis reseruata nō erant, licèt postmodum ob vacationem contingentem in mense reseruato sub d. reg. ix. comprehensa fuissent; Ac proindè non habet locum in vnionibus factis post vacationem, quando beneficia iam erant reseruata, aliàs enim facile nimiū
21 fraudes † committerentur in præiudicium Sedis Apostolicæ, ac eius iurium, vt sæpè declarauit Sacra Congregatio. Cuius sententiam reuerenter (vt solet) amplexa est *Rota decis. 201. sub num. 5. vers. non obstat quod gratia Ioannis &c. par. 2. recent. & in alijs relatis per Garz. de benefic. par. 12. cap. 2. sub num. 102. vers. Sacra Congregatio Concilij &c. & seqq. & per Adden. ad decis. sanct. me. Greg. dec. 419. sub num. 7. vers. de iure communi &c.*

Postremò non releuat allegatus stylus exprimendi in prædictis libris Datariæ, in qui-
22 bus huiusmodi † acceptationes Alternatiuæ annotantur, titulum vtriusque Ecclesiæ, quando acceptatur pro vtraque, vel illius tantùm pro qua acceptatur.

Quia nullo pacto probatur ex eisdem libris attentè visis, & consideratis, quinimò
23 vel † vtriusque, vel alterius (dignioris nempè Ecclesiæ) titulus promiscuè descriptus apparet, ac proindè prætensus stylus inde iustificari non potest *iux. theoric. Bart. in l. 2. n. 22. vers. quod si esset consuetudo &c. ff. solut. matrim. Alex. cons. 5. Si vera sunt ea sub num. 7. vers. quarto quia Episcopus &c. & cons. 127. viso instrumento sub num. 10. ad fin. vers. & dato &c. lib. 5. Dec. cons. 8. viso puncto sub num. 4. vers. secundo quia &c. Crauet. cons. 96. sub num. 5. vers. secundo aduertendum est &c. Rimin. sen. cons. 737. num. 36. vers. ex quibus &c. & Rimin. Iun. cons. 157. n. 49. vers. unde sequitur &c. cons. 264. sub num. 28. vers. quia ex difformi usu &c.* & fuit dictum in *Ciuitaten. Præstimoniorum 25. Octobris 1589. coram sanct. mem. Clement. VIII. in vol. crimin. Farinac. decis. 24. num. 3. vers. non obstat quod Legatus &c. & in recent. decis. 136. n. 14. vers. præterea par. 6. ac sæpè in alijs &c.*

Et ita fuit conclusum vtraque parte informante &c.

R. P. D. BICHIO.

Cracouien. Iuris respondendi.

Lunæ 23. Ianuarij 1651.

ARGVMENTVM.

Iurisdictionem quam habet Episcopus in sua Diocesi non excluditur ad Accademias Pontificis, vel Regis auctoritate erectas, & propterea inhibitio ab illo concessa, cùm nullius sit roboris, & momenti potest in functionibus eiusdem Accademiæ impunè sperni.

SVMMARIVM.

1 *Nullitas deducitur ex defectu citationis.*
2 *Episcopus nullam habet iurisdictionem in accademijs publicis Pontificis, vel regia auctoritate erectis, & num. seq. vbi lim.*
3 *Accademia publica dicitur quæ fuit erecta auctoritate Pontificis, vel regis, & super num. 2.*
4 *Priuilegium non extenditur ad materiam ab illo longè diuersam.*
5 *Verbum, omnimodà, excludit alterius personæ concursum.*
6 *Obseruantia deseruit prò interpretatione statutorum, ac habet vim tituli legitimè constituti.*
7 *Obseruantia parit præscriptionem.*
Præscriptio quatragenaria sufficit in iurisdictionalibus num. 7. & 8.
8 *Præscriptio contrà Episcopum sufficit quadragenaria.*
9 *Prohibitio disputandi de fide laicos tantùm comprehendit, & de materia istius prohibitionis vide num. seq.*
11 *Inhibitio præsumitur posterior ad effectum substinendi actum, quamuis eadem die fuerit præsentata.*
12 *Inhibitio non habentis iurisdictionem nihil operatur.*
Iurisdictionem in certò casu non habens, inhibere quoad illum minimè potest num. 12.
13 *Inhibitio non habentis iurisdictionem potest impunè contemni.*
14 *Excommunicari non potest contraueniens inhibitioni emanatæ à carente iurisdictione.*

DECISIO CIX.

DVAS protulit sententias Reuerendissimus Episcopus Craconię per appellationem ad hoc Sacrum Tribunal deuolutas, alteram contra Stanislaum Iurkouuski, in qua eius promotio, seu admissio ad respondendum quęstionibus propositis pro obtinendo loco inter Sacrę Theologię Doctores nulla declaratur, alteram excommunicationis contra Gabrielem Ochocki in Accademia Cracouien. Medicinę professorem ob contrauentionem inhibitionis ab eodē Episcopo emanatę; quarum hodie particulari cognitione assumpta, vtramque infirmandam esse ex capite nullitatis, & iniustitię responsum fuit.

Nullitatis ob defectum tum citationis, quę contra Stanislaum tunc Romæ commorantem,

1 tem, † siue eius legitimum Procuratorem executa non probatur, vt necesse est *Clem. pastoralis de re iudic. clem. sape vbi gloss. verb. ad id de verb. signific. Candler. decis. 376. num. 1.* Tum iurisdictionis, quia Episcopus in functionibus Accademicis, ac rebus ad Accademiam
2 publicam, † hoc est Pontificia, seu Regia auctoritate erectam *Cassan. in chatal. glor. mund. par. 10. consid. 32. Perez. lib. 1. ordin. l. 1. tit. 10. Barbos. de potestat. Episcop. alleg. 56. num. 22.* qualis est insignis Accademia Cracouiensis, spe-
3 ctantibus prorsus caret, † nisi ex priuilegio, consuetudine, vel alio iure eam sibi competere probet, *vt post Goffred. tit. de Magistr. n. 1. notat Card. Zabarell. in clem. cum sit num. 8. eodem tit. & in cap. verum num. 3. de for. competen. Imol. in d. clem. 2. num. 11. Vitalin. in clem. 1. n. 59. eod. tit. facit Barbos. in collect. Concil. Trid. sess. 25. de reformat. cap. 2. num. 4.*

Neque competere potest Episcopo tanquam Accademiae Cancellario vigore Statutorum, siue ordinationis Alberti Sedis Apostolicae Delegati, & confirmationis Vrbani V. quia ibi tribuitur solum potestas Episcopo gratificandi in causis beneficialibus cum parte maiori, vel duabus Rectoris, ac trium Decanorum, quando hi fuissent inter se discordes, aut examinandi Scolares ad Doctoratum in Ciuitate Cracouiae promouendos, & quatenus idonei reperti fuerint Doctoratus honorem illis concedendi, in quo casu nos non versamur, quia Stanislaus longè ante Doctoratus lauream in Almâ Vrbe Romae assecutus fuerat, sed agitur de illius admissione ad respondendum pro loco inter Doctores Accademiae, sic de re longè diuersa,
4 ad quam † propterea priuilegium huiusmodi Episcopo concessum extendi non debet *l. ius singulare, ff. de legib. Alex. in l. seruiniarior nu. 20 in fin. Cod. milit. testament. Calderin. in terminis priuilegij doctorandi cons. 1. num. 2. vers. praeterea de priuil. Decian. cons. 51. num. 23. lib. 3. Buratt. dec. 19. num. 5.*

Eò minus, quia ex eisdem statutis, & ordinationibus regimen, & omnimoda ordinatio Vniuersitatis in omnibus quae fuerint expedienda, conceditur Rectori cum tribus Decanis facultatum Theologicae, Iuris Canonici, & Artistarum ponderando verbum,
5 *omnimoda*, † quod excludit alterius personae concursum *gloss. in clem. 1. verb. omnimodo de for. compet. Soccin. cons. 43. nu. 12. lib. 4. Rot. dec. 296. num. 1. part. 1. diuers. decis. 132. num. 6. coram bon. mem. Buratt. & in Montis alti Beneficij 15. Decembris 1645. §. sed verò coram me.*

Prout etiam declarauit obseruantia ex admissionibus ad respondendum spatio bis centum ferè annorum pluries, ac pluries secutis de consensu solius Rectoris, ac Professorum,
6 ipso quoque Episcopo sciente, † quae obseruantia nè dum inseruit pro interpretatione quatenus opus sit Statutorum, ac Ordinationis, sed vltrò vim habet tituli legitimè constituti *l. hoc iure §. ductus aquae, vbi gloss. marginal. ff. de aq. quotid. & aestiu. Mart. de Iurisd. p. 2. cap. 43. num. 65. Buratt. decis. 874. num. 7. dec. 938.*
7 *num. 8.* & peperit praescriptionem, † quae in Iurisdictionalibus solo quatragenario cursu completur *Matthien. in leg. Hispan. lib. 5. tit. 10. l. 1. gloss. 19. num. 2. & 4. Gutier. practicar. qu. lib. 3. quaest. 62. num. 11. & lib. 4. quaest. 35. num. 15. Conar. in reg. possessor. 2. par. §. 4. num. 5. Auend. de exequen. mand. par. 2. cap. 4. nu. 20. Castill. de Tert. Reg. c. 30.*
8 *num. 14. & cap. 34. sub num. 5. Seraphc.* † in terminis praescriptionis contra Episcopum *decis. 712. num. 2.*

Iniustitia pariter vitio laborant sententiae, quia actus responsionis, siue publicè disputationis ab Episcopo prohiberi non potuit Stanislao, nè dum Clerico, sed Sacerdoti in Collegiatae Ecclesiae Sancti Floriani Canonico, & per aliquos annos ante in eadem Academia Theologiae professori, cum prohibitio publicas, vel priuatas disputationes de fide Catholica habendi relata in *cap. 2. §. inhi-*
9 *bemus de haeret. in 6.* † laicos tantùm comprachendat, vt notat ibidem *Barbos. num. 14. in fin. Azor. instit. moral. tom. 1. lib. 8. cap. 26. quaest. 1. Sanchez in praecept. decal. lib. 2. cap. 6. num. 6.* nec trahatur ad disputationes materiales, quae videlicet non fiunt ad fidei veritatem persua-
10 dendam, † sed inter Christi fideles exercitij gratia, vel ingenij acuminis ostentandi *Nauar. in manual. cap. 11. num. 27. vers. quinto peccat. Sanch. dicto lib. 2. cap. 6. num. 9. Castropal. oper. moral. tom. 1. tract. 4. disput. 2. punct. 4. num. 5. cum allegatis à modern. Viannensi in praecep. decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 8. num. 1. & seq.*

Non obstat inhibitio Episcopi ne quispiam ad respondendum admitteretur, quia non probatur praesentata Stanislao ante actum
11 responsionis, † ad quem substinendum praesumitur posterior, quamuis eadem die praesentata fuisset *Acebill. dec. 37. de appellat. Seraph. decis. 115. num. 1. Rot. in recent. decis. 487. num. 2. par. 2. decis. 467. num. 2. par. 3.* Cumque inhibitio sit euidenter nulla ex defectu Iurisdictionis,
12 qua sicuti † Episcopus caret in admittendo Doctores ad respondendum, caret consecutiuè in inhibendo nè admittantur *Surd. consil. 424. num. 46. post Boer. cons. 85. num. 20. vers. ergò lib. 2.* quem sequitur *Lancellott. de attent.*
13 *par. 2. cap. 20. num. 29.* † potuit impunè contemni *Surd. dicto cons. 424. nu. 44. Grat. discept. 17 sub num. 3. Rot. in Romana pecuniaria coram Platto, impress. apud Marches. de commiss. par. 3. fol. 43 num. 1. & 2.*

Ideoque neque contra Gabrielem Ocho-
14 cki ex capite contrauentionis † eiusdem inhibitionis ferri debuit excommunicationis sententia, vt respondit *Rot. inter rec. decis. 318. num. 1. par. 1. decis. 625. num. 4. par. 4. & in alijs relatis à modern. Peruss. de manut. obseru. 103. num. 23 & nuperrime in Barchinonen. Iurisdictionis 5. Iulij 1649. §. tum etiam coram me.*

Et ita decisum informante solum Stanislao, parte aduersa citata per Contradictas.

R.P.D.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Cracouien. Decimarum.

Luna 23. Ianuarij 1651.

ARGVMENTVM.

Decimarum in solutione fundatam, quam habet intentionem Parocus ex dispositione Sacrorum canonum, atque illam ex qualibet fructuum specie consequatur, ex solutionibus in pecunia factis non impediri quominus illa in eisdem fructibus continuetur in futurum hic deciditur.

SVMMARIVM.

1 *Parocus habet fundatam intentionem in exactione decimarum intrà limites suæ Parochiæ.*

2 *Decima debentur ex qualibet fructuum specie.*

3 *Decimæ in specie debita inuicto paroco non possunt præstari in pecunia.*

4 *Obseruantia longeua soluendi decimas in certa fructuum specie attendi debet.*

5 *Decimarum soluendi modus factus in pecunia non obligat in futurum.*

6 *Successoribus non præiudicat solutio decimarum in pecunia per aliquod tempus facta.*

7 *Solutionis difformitas non inducit certum modum soluendi.*

8 *Solutio decimarum certo modo facta à tempore motæ litis nullum affert præiudicium.*

DECISIO CX.

PRAEPOSITVS Ecclesiæ Parochialis S. Nicolai sitæ extra menia Ciuitatis Cracouień. iudicium in partibus contra Monasterium Sanctiss. Trinitatis, ac Fratres sub Diui Dominici *instituto ibidem Militantes* introduxerat super decimis manipularibus sibi ex prædiis maioribus villæ Pramnik constitutæ intra suæ Parochiæ limites persoluendis; in quo iudicio cum Monasterium bis in partibus succubuisset, in gradu quoque appellationis ad hoc Tribunal, DD. censuerunt ad manipulares decimas esse cogendum iuxta dispo-
1 sitionem Sacrorum Canonum;† quibus non solum decimarum exactio ex terris à Parochiæ limitibus inclusis innititur, *vt in cap. quoniam, cap. cum sint homines, cap. cum in tua, cap. cum contingat. cap. ex parte il 2. de decimis, cap. vlt. ibique gloss. in verbo prædiorum de Parochijs*, & tradit *Diuus Thoma 2.2. quæst. 88. in respons. ad secundum argumentum, Hostien. in summa de decimis num. 4.* sed ipsa etiam qualitas
2 manipularis suadet, quod de qualibet † fructuum specie ex bonis colligenda præstentur, *iuxta can. quicunque il primo, can. omnes decimæ 16. quæst. 7. cap. tua nobis §. cum de cunctis, cap. non est, cap. ex parte il primo de decimis, Petrus Rebuf. eod. tract. quæst. 8. num. 1. & 2. par. 1. Rota dec. 591. num. 1. & 11. par. 5. recent. & in Placentina decimarum 28. Maij 1646. in §. circa vero secundam partem, & in Cracouien. decimarum 1. Iulij 1648. in 1. §. coram R. P. D. meo Meltio.* Adeoque tanquam debitæ in specie certa inuito
3 Parocho creditore, † in pecunia præstari non poterant *ex reg. text. in l. 2. §. mutui datio ff. de reb. cred. vbi post gloss. in verbo non potest. notat Bart. Castr. cæterique communiter, l. si se, §. idem Prætor ff. de re iudic. l. promissor §. vlt. ff. de constit. pec. l. cum à quo C. de solut.* dum maximè congruebat assignatio in eadem fructuum spe-
4 cie ab anno 1538. facta Præpositurae, † ac obseruantia præstationis longæua in eadem specie, aliàs ponderata *coram Seraph. dec. 1047. num. 6. & decis. 528. num. 4. par. 4. diuers. & per Rebuf. de decimis quæst. 13. num. 46. & 47.*

Neque præstationi præfatæ resistunt solutiones, in pecunia factæ Rectori pro decima manipulari, ita vt soluendi modus inde præ-
5 scriptus videatur; † Quoniam huiusmodi actus voluntarij quantitatem exigendi pro specie, inducere non valuerunt obligationē Rectoris necessariam recipiendi eodem modo infuturum, vt latè probat *Romanus cons. 198. sub nu. 3. cum seqq. Moneta de decimis cap. 4. num. 11. §. aut si est consuetudo Rot. decis. 518. nu. 3. cum seqq. par. 4. diuers.* præsertim in præiudiciū
6 successorum, † quibus factum antecessoris obesse non potuit, *cap. veniens de transact. & notat Abb. in cap. ex multiplici sub num. 3. & in cap. cum homines nu. 4. de decimis Monet. eod tract. cap. 4. quæst. num. 1. Rot. decis. 667. num. 9. par. 4. recent. & in Forolinien. parochialis 8. Iulij 1580. coram Orano post Pacif. decis. 32. num. 12. & in Mediolanen. decimarum 9. Iunij 1610. in §. dum vero coram bon. me. Pirouano*; Eoque minus perpen-
7 sa solutionum† diformitate vsque ad annum 1613. ex notatis *in l. nemo §. temporalis ff. de reg. iur. Alex. cons. 5. num. 7. lib. 5. Rot. coram Mellino decis. 156. num. 2. & decis. 469. num. 2. par. 1. recent.*
8 Abinde vero citra resistit † huiusmodi litis exceptio *ad text. in l. cum notissimi in princ. § imo C. de præscript. 30. annorum, & in cap. potest 16. quæst. 3. & in cap. illud ibique gloss. & DD. communiter, & in cap. audita de præscript. Rot. dec. 469. num. 1. & 2. par. 1. recent.*

Et ita altera tantum parte &c. altera vero licet pluribus citationibus lacessita informare recusante &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Cesenateń Emphyteusis.

Luna 23. Ianuarij 1651.

ARGVMENTVM.

Primus acquirens emphyteusis, dummodo sit ex titulo oneroso, vt ei libet, potest præiudicare vocatis ac de bonis emphyteuticis, sicuti de liberis, potest disponere in præiudicium quorumque vocatorum, quantumuis ex pacto, & prouidentia.

SVMMARIVM.

1 *Bona emphyteutica Casenæ non extantibus masculis fœminæ succedunt, ex concessione Innocentij VIII.*

2 Emphy-

2 *Emphyteusis primus acquirens ex titulo oneroso potest praeiudicare vocatis.*
3 *Emphyteusis primus acquirens ex titulo oneroroso, potest de ea disponere, non secus ac si de bonis patrimonialibus.*
Etiam in praeiudicium quorumcumque comprehensorum num. 3.
Quod ampliatur, etiam si Emphyteusis esset ex pacto, & prouidentia num. 3.
4 *Consensus Domini directi resultat ex receptione canonis, dum emphyteusis in alium fuit translata.*
5 *Bonorum omnium appellatione veniunt etiam bona emphyteutica, maxime si sumus in primo acquirente.*
6 *Quod ampliatur, quando non adessent alia haereditaria bona.*
7 *Emphyteusis dicitur deuoluta ad Dominum directum, dum tempus transiuit, sub quo fuit illa concessa.*
8 *Dominus directus potest conueniri actione personali ad factum, pro noua concessione, quando emphyteusis fuit terminata.*
9 *Immissio in bonis Emphyteuticis, quando nullatenus possit concedi.*

DECISIO CXI.

FVIT resolutum Alegrae non esse dandam immissionem ad bona Emphyteotica, de quibus agitur, acquisita per Camillum Antentium eius patrem pro se, filijs, & nepotibus, licet enim ipsa fundatam habeat intentionem in Breue Innocentij VIII. quo non
1 extantibus masculis † faeminae ad huiusmodi bona admittuntur, *Rota in Cesenaten. bonorum prima Decembris 1586. coram recol. me. Cardinale Hieronymo Pamphilio, & coram sanct. mem. Gregorio XV. decis. 33. num. 2. ibique Add. num. 5. & 6.* eo tamen iuuari non potest Alegra, quia ipsi aduersatur dispositio patris, qui tanquam
2 primus acquirens ex † titulo oneroso potuit filiam ab istorum successione excludere, & de praedictis bonis; non secus ac de patrimo-
3 nialibus, disponere in praeiudicium † quorumlibet compraehensorum, etiam si agatur de emphyteusi ex pacto, & prouidentia iuxta doctrinam *Bald. in l. 1. num. 32. C. per quas person. nob. acquir. Natt. cons. 475. num. 5. & 11. Surd. cons. 305. num. 32. Decian. cons. 93. num. 9. & 10. lib. 3. Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 74. nu. 2. & in simili Cesenaten. Emphyteusis respondit Rota decis. 471. num. 4. par. 4. tom. 3. recent. cum alijs relatis per Add. ad san. mem. Gregorium decis. 529. num. 23. ad*
4 *Burattum decis. 822. littera A.* † concurrente praesertim consensu Domini directi ex receptionibus Canonum resultante, *Riminal. Iun. cons. 257. num. 56.*

Potuisse igitur ex praemissis constat, voluisse verò Camillum de hisce bonis Emphyteoticis disponere patet ex lectura testamenti in quo faeminis congruenter dotatis, ille ad fauorem descendentium masculorum fidei-
4 commisso subiecit omnia bona, † sub quorum dispositione venire etiam Emphyteotica in terminis de primo acquirente, vocante, masculos, exclusis faeminis, dixit, *Rota coram Cardinale Caualerio decis. 593. num. 12.* & late conciliando opiniones contrarias firmatur *in dicta decis. 471. num. 21. & seqq. par. 4. tom. 3 recent.* quod in praesenti ex eorum explicita per testatorem habita mentione facilius est
6 admittendum, † cum alia bona eiusdem generis haereditaria tunc eum possedisse non probetur, Iuxta *cons. Aret. 53. à princ. Menoch. cons. 129. num. 16. & 23. Landerch, cons. 75. num. 9 Rota in pracitata decis. 471. num. 24. par. 4. tom. 2. recent.*

Nec ex eo, quod de deficientibus masculis descendentibus vna cum eorum filiabus ipsa, & Cornelia eius soror vocatae fuerint, immissionem pro medietate obtinere potest Alegra, quidquid enim sit de hoc motiuo, non Emphyteusim, sed fideicommissum respiciente, de quo hactenus; non fuit actum. & poterit particulariter videri, Interea tamen eidem Domini obstare dixerunt lapsum
7 sexaginta † Annorum Emphyteusis concessioni praefinitum ex quo bona fuerunt deuoluta ad Dominum directum *Corbul. de caus. priuat. ex temp. finit. Rota coram sanct. mem. Gregorio decis. 348. decis. 567. vtrobique num. 1.* & licet
8 ille ob pactum de renouando † actione personali ad factum conueniri possit *Angel. cons. 184. sub num. 3. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 23. n. 16 Rota decis. 215. num. 2. par. 1. decis. 369. num. 2. par. 2 recent.* Interim tamen antè obtentam renouationem nullum Ius contra Arcanos possessores Alegrae competit, cum sit destituta praecipuo requisito ad consequendam Immissio-
9 nem † necessario, ac propterea illa sunt in sua possessione prò nunc tuendi, & manutenendi *Rota coram Cardinale Seraph. decis. 1471. num. 5. coram Buratto decis. 185. num. 8. coram Coccino decis. 354. num. 7.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BICHIO.

Auenionen. Saluiani.

Veneris 10. Februarij 1651.

ARGVMENTVM.

Fundum, quando dicatur haereditarium, & ad extraneos Successores transitorium, adhoc, vt per alienationem illius priores censeantur extinctae hypothecae, vel nè; de datione in solutum, quando, & ipsa hypothecam extinguat, ac alia in praesenti decisione videbis.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum non probatur ex enunciatiua alterius Instrumenti. & num. seq. vbi amplia.*
2 *Productione particulae Instrumenti, totum Instrumentum non censetur approbatum, & quando ibidem.*
3 *Fideicommissum non censetur approbatum per productionem Instrumenti in quo enunciatur, si verè fideicommissum non adest.*
4 *Praelegata quando veniant in restitutione fideicommissi.*

5 *He-*

5 *Hæres debitoris non obijcit fideicommissum nisi se beneficiatum ostendat, & valorem probet bonorum fideicommissi.*
6 *Hæreditas præsumitur opulenta, donec contrarium probetur.*
7 *Feudum hæreditarium, & transitorium ad extraneos cadit sub hypotheca.*
8 *Inuestitura cũ facta primo acquirenti attẽdenda est.*
9 *Qualitas hæreditaria inest feudis secundum consuetudinem totius Status Auenionen., & Venusini Comitatus.*
10 *Feudum dicitur hæreditarium si vti tale fuit venditum.*
11 *Impugnare successor non potest qualitatem, quam illius auctor approbauit.*
12 *Inuestitura noua liberat feudum ab hypothecis prædecessorum, & quando vide num. seq.*
13 *Inuestitura emanata in executionem venditionis non dicitur noua, sed necessaria. & num. seqq.*
14 *Inuestitura concessa in executionem venditionis, illi famulatur, eique inhæret.*
15 *Emptor feudi noua concedi debet inuestitura.*
17 *Inuestitura in executionem venditionis concessa non intulit præiudicium creditoribus venditoris.*
18 *Feudum si à principio non erat hæreditarium tale non potest euadere sine Principis assensu.*
19 *Datio in solutum non extinguit hypothecam nisi sequatur traditio.*
20 *Datio in solutum extinguit hypothecam traditione secuta, licet, & postmodũ fundetur, vel reuocetur.*
21 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 159. declaratur.*
22 *Scriptura realiter non producta non efficiunt minus integram transportationem actorum.*
23 *Notario creditur super transportatione actorum.*

DECISIO CXII.

IMMISIONI quàm Francisco de Tertullis Domino della Roque concedendam esse Rota censuit sub die 20. Martij 1650. vt in decisione tunc extensa coram me, obstare visa non est exceptio fideicommissi Cathelini nuper opposita ab informantibus pro Hectore Bello, aut aliæ, feudi, solutionis, & præscriptionis reiectæ semper, ac iterum hodie recantatæ.

Ad probandum enim fideicommissum affertur solũ enuciatiua emissa in transactio-
1 ne inita inter Alemannum, † & Franciscam nullatenus apta nocere actori ab aliquo ex transigentibus causam non habenti, *Rot. decis. 69. num. 7. coram bon. mem. Coccino decis. 768. num. 4. part. 2. recent.* Gratisque dicitur eadem trãsactio producta ab actore, quia ille solum particulam nullum verbum facientem de
2 fideicommisso produxit, † & ad alium effectum nempè docendi quod Alemãnus esset hæres Francisci debitoris, vndè excluditur confessio asserti fideicommissi, ex alleg. in *decis. 467. num. 8. coram sanct. mem. Gregor. XV. decis. 87. num. 7. coram Mart. Andr. decis. 233. nu. 6. corã Reuerendiss. Vrgellen.* quæ in omnem euen-
3 tum † non præiudicaret cum re vera fideicommissum non adsit, *Socc. Iun. cons. 112. nu. 3. lib. 1. Decian. respon. 10. numer. 85. & seqq. lib. 3. Menoch. cons. 91. num. 39.*

Ex ipso siquidem Testamento Cathelini constat Castrum de quo agitur fuisse prælegatum Francisco testatoris filio, prout aliud Alemanno alteri filio, ac posteà eosdem filios institutos hæredes cum clausula, *In alijs*
4 *autem bonis*, † quo casu prælegata non veniunt in restitutione fideicommissi vniuersalis hæredibus institutis iniuncti, iuxtà theor. *Bart. in l. si quis seruum 8. §. fin. in fin. ff. leg. 2.* communiter receptam, vt post alios tradunt *Ruin. Iun. cons. 147. num. 50. & seqq. Peregr. cons. 47. num. 25. lib. 1. Fusar. cons. 82. num. 13. & seq. & in tract. de subst. quæst. 650. num. 24. & seqq. Facchin. de magis communi lib. 5. controuer. cap. 16. per tot. Gratian. discept. 404. numer. 16. Thes. Iun. quæst. for. lib. 1. quæst. 17. nu. 14. Coccin. decis. 48. nu. 27.* vbi testatur communi *Rot. in Romana locorum Montium 4. Maij 1602. coram Corduba in Romana de Surdis 18. Febr. 1619. coram Vbaldo Sen. & in Romana legati 27. Iunij 1629. coram clar. me. Card. Fabritio Verospio:* præter quod cum Alemannus rei conuenti auctor fuerit hæres Francisci de-
5 bitoris, † non potest eius creditoribus fideicommissum Patris obijcere quamuis se beneficiatum prætendat, & Inuentarium exhibeat, nisi vltro probet valorem bonorum in eo descriptorum, vt liquere possit an penès ipsum aliquid lucri remaneat, *Grat. discep. 766. num. 50. vbi allegat concord.* præsumitur enim
6 hæreditas opulenta, † donec contrarium ab hærede probetur, vt in terminis ponderauit *Rot. in Romana legati 2. Maij 1644. coram R. P. D. meo Cerro, & in Camerinen. legati 20. Iunij 1650. coram me.*

Feudum non efficit quin bona cadant sub hypotheca creditorum possessoris quãdo est hæreditariũ, & ad quoscunque etiam extraneos transitorium, ex alleg. in vltima *decis.*
7 *§. Ortus,* † quale esse exaduerso allegatum demõnstrat inuestitura concessa pro hæredibus & successoribus quibuscunque, *Bald. in l. cum virum 16. sub nu. 21. vers. aut est feudum, C. fideis. Ludou. Bell. cons. 1. nu. 91. & seqq. Seraph. dec. 188. sub num. 3. Rot. decis. 780. num. 5. part. 3. recentior. decis. 93. num. 78. part. 5. cum alijs plena manu congestis in Sarsinaten. feudi 22. Iunij, & 18. Decembris 1645. coram Reuerendiss. D. meo Decano,* quæ Inuestitura cũ facta fuerit primò acqui-
8 renti ex causa onerosa attendenda† est etiam in præiudicium vocatorum in præcedenti concepta ad tertiam generationem, vt post *And. de Isern. & Aluarott. in cap. 1. de alienat. feud. pater.* tradit *Surd. cons. 351. n. 24. Grat. discept. 405. num. 1.* & dixit *Rot. decis. 450. num. 2. part. 3. recent. decis. 603. num. 16. part. 4. tom. 3. decis. 50. num. 2. part. 6. & in Ariminen. Castrorum 14. Febr. 1642. §. minus obstat coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Eo magis, quia qualitas hæreditaria inerat
9 etiam antiquæ concessioni† ex generali consuetudine Status Auenionensis, & Comitatus Venusini, vbi Castrum situm est, vt testatur *Bertrandus, Ludou. Bell. & alij alleg. in vltima decis. huius causæ, §. Ortus hypotheca,* & amplius quia hoc idem declarauit obseruantia cum ipsomet Gabriele aduersarij auctorem, quip-
10 pè, † qui Castrum controuersum tanquam

merè

merè hęreditarium emit ab Alemãno Francisci debitoris hærede, illudque hoc titulo possedit, licet esset extraneus, nec alias emere potuisset, *Decian.conf.78. num.41.lib.3. Odd. conf.6. nu.30.* & ponderauit *Rot.decis.185.nu.4. & seqq. part.4. recent.decis.93.nu.53.& seq. par.5. decis.316. sub num.5. & 6. coram Caualer. & in Romana Saluiani 24. Ianuarij 1650. §.quia non solum, vers. ex eis coram Rev.P.D. meo Pentingero*:
vndè vltro sequitur quod aduersarius nega-
11 re hodie non possit qualitatem † hanc hæreditariam, quam eius auctor agnouit, & facto ipso approbauit, *Odd. consil.6. num.30. Decian. consf.78.num.41. lib.3. Valasc. de emphit. quæst.9. num.15. Rot.in Melenitana feudi 4.Decemb.1630. coram bon.mem.Motmanno*.

Neque vrget, quod dictus Gabriel emptor aliam Inuestituram pro se, hæredibus, & successoribus quibuscumque obtinuerit, & ex ea possederit; quia hæc Inuestitura non est
12 noua ex capite antiquæ, † quo casu trastulisset Castrum liberum ab hypothecis prædecessorum, iuxtà *decis.86.part.5.recen.* sed emanauit in venditionis factæ ab Alemãno exe-
13 cutionem, † & confirmationem omninò necessariam, *Rosental. de feud. cap.6. concl.32.nu.6. vbi gloss.litt.F. allegat concord. Ludou.Bell.cons.1. numer.60. Amadeus à Ponte inter tractat.diuers. de Laudem.quæst.15.nu.3.* vt constat. Tum quia paulò post venditionum emptor hoc nomine institit admitti ad iuramentum fidelitatis, & non obstante contradictione Aduocati Fiscalis negantis potuisse vendi eo quod inuestitura venditoris esset pactionata fuit ad iuramentum admissus, decretumque contextualiter, vt ei fieret Inuestitura pro se, suisque hæredibus, & successoribus quibuscunque; imò in ipsa quoque supplicatione porrecta ab emptore pro inuestitura obtinenda ille petijt sibi tanquam emptori inuestituram concedi, & quartam partem Laudemij condonari. Tum etiam quia Inuestituram concessere Iudices Cameræ Apostolicæ, quibus inerat quidem potestas cõfirmandi alienationes factas in vim antiquæ Inuestituræ hæreditariæ, non autem nouas Inuestituras
14 concedendi; † adeò quod postrema hæc Inuestitura cũ famuletur venditioni cui inhæret, *Surd. consil.418.num.11. & decis.71. num.9. Rot.decis.104.nu.5. part.2. diuers. decis.114.nu.4.*
15 *part.1. recent.* & concedi † emptori debuerit,
16 *Rot.decis.381.num.17. part.5. recent.* † noua, vt dicebam non est, *Rot.decis.176.num.26. part.5. recent. Dec.consil.51.num.4. vers.quinto quod feudum*, Menoch. *consil.400. num.3. Surd. cons.573.*
17 *num.25.* nec præiudicium † intulit creditoribus venditoris, *Rosental.de feud. cap.6.concl.68. num.1.& 2. Rot.decis.176.num.26. & 37. part.5. rec.* Cumque cõcessa fuit emptori pro hęredibus, & successoribus quibuscunque comprobat euidentius suprà allegatam obseruãtiam feudi hæreditarij, quodque tale prius fuisset
18 etiam in persona venditoris, † quia alias fieri hæreditarium in personam emptoris non potuisset absque beneplacito Sedis Apostolicæ, *Curt.Iun.de feud.part.2.q.6.Clar.in §.emphit. quæst.6. vers. sciat tamen, Alex.consil.9. num. 10. lib.3. Rot. in Imolen. Bonorum 16.Nouemb.1617. §.Tertiò, fuit dictũ coram Card.Sacrato, & 15.Ianuarij 1622. §.1. coram Rembolde*.

Altera exceptio extinctionis hypothecæ mediante datione insolutum cuiusdam Coloniæ sublata fuit in tribus prçcedentibus decisionibus, quia nimirum non probatur;
19 quod † Colonia fuerit verè tradita, nec ad hunc effectum sufficit, quod fuerit æstimata, sed requiritur actualis traditio, *Affin.de execut. §.4. cap.50.num.4. & §.7. cap.263.in fin. Ciriac. contr.327.num.20. & seqq. Ceph. cons.159.nu.17. Corn.cons.296.sub num.12.* ibi: *Ex ipsa datione in solutum verbo non actualiter facta lib.1. Surd. decis.51.num.20.& 21.* eaque non obstante clausula cõstituti, & facultate capiendi possessionem propria auctoritate est probanda ab alle-
20 gante; † Licet secus sit quando semel facta probatur, sed turbata postmodum, vel reuocata asseritur, in quibus terminis loquitur *Socc. cons.15. num.7. lib.4. Alex. cons.127. nu.5. vers.similiter lib.5.* & vtrumque casum distinguendo benè declarat *Card.Mant.de tacit.lib.5. tit.1. num.17*.

Præscriptio pariter cessat ex deductis in prioribus decisionibus stãte interruptione, & mala fide inducta ex lite mota, ac per plures annos prosecuta, postquam cum nunquam fuerit ad fauorem rei conuenti terminata, inchoari nõ potuit alia præscriptio decennalis: quicquid sit in terminis *Stat.Vrbis c.158.*
21 *lib.1.* † quod non inducit præscriptionem ex negligentia creditoris in petendo, sed solutionis præsumptionem, quæ reuiuiscere potest ex die qua creditor iterum negligens fit, & in his terminis loquitur exaduerso allegata *decis.152.vers.tertius casus, impress. post Fenzon. ad Stat. Vrb.*

Quæ tandem obijciebantur de non integra trasportatione actorum facilè tolluntur,
22 quia † scripturæ quas deficere aduersarius prætendit non probantur productæ realiter, vt debet, ex *allegatis ab Add ad san.me.Greg.XV. decis.59. num.10. Rot.decis.67.nu.3.part.4.tom.2. recent. decis.375.nu.23. coram D.Vrgellen.* quin contrarium præsumitur, quia nulla fit earum mentio in sententia vbi omnes aliæ realiter productæ enunciantur, nec non quia realiter productas fuisse integrè trasportata
23 testatur Notarius actuarius cui de hoc adhiberi fidem, dixit *Rot. d. decis.67. part.4. tom.2. decis.204. num.14. & 35. part.7. recent. & in Romana pecuniaria 23. Ianuarij 1632.coram Eminentiss. D. Card. Hieronymo Verospio*. Siue de hoc attestetur in dorso extractus, siue per scripturam separatam, quia fides quam in hoc Rota solet adhibere Notarijs sic attestantibus non fundatur in tempore, & loco attestationis, sed in legalitate personæ.

Quapropter confirmando vltimam decisionem causa hodie super eisdem posita iterum Rota censuit Francisco de Tertullis Domino della Roque dãdam esse immissionem ex vtili Saluiano interdicto vtraque parte informante.

R.P.D.

R. P. D. CORRADO
Posteà S. Romanæ Ecclesiæ CARDINALI.

Romana Saluiani.

Veneris 10. Februarij 1651.

ARGVMENTVM.

Interpretatur in hac decisione textus in l.fin. C. de remiss. pignor. ad discussionem quæstionis, quando per præstationem consensus factam per creditorem in alienatione rei ad suum debitorem spectantem ita eius extinguatur hypotheca, vt illa non reuiuiscat etiamsi eadem res in dominio debitoris denuo reuertatur.

SVMMARIVM.

1 *Consensus creditoris in alienatione rei sibi hypotecata nedum extinguit hypotecam tempore alienationis creditori competentem.*
Sed etiam nouam impedit si eadem res denuo ad debitorem reuertatur, & quando vide in numeris seqq.
4 *Hypoteca futurorum bonorum nihil operatur quo ad ea quæ tunc à debitore possidebantur sub obligatione præsentium comprehensa.*
6 *Debitor non perfecto, vel resoluto contractu de voluntate creditoris ad primæuum ius reintegratur.*
7 *Hypotheca creditoris extincta mediante solutione pretij, amplius restaurari non potest.*
8 *Ius quod defuncto competebat, in hæredem transfertur, & eo nomine illi dicitur in decreto reseruatum.*
9 *Reseruatio iurium de quibus intelligatur.*
10 *Repugnantia & incompatibilitas omnino vitanda.*

DECISIO CXIII.

DECISIONEM in hac causa emanatam 18. Februar. 1650. Hodie Domini confirmarunt ex eisdem fundamentis in ea deductis, quæ visa fuerunt inconcussa vigere. Quia scilicet Immissio DD. de Taurinis ex remedio vtilis Saluiani Interdicti iustè concedi non potuit cum deficeret necessaria pro eorum parte ad effectum prædictum hypoteca, siue fuerit extincta per adiudicationem Domus controuersæ tamquam hæreditariæ Francisci Zeccadori debitoris ad ipsorum fauorem de anno 1635. die 16. Martij, ac illius venditionem per eos successiuè factam die 8 Iulij 1636. Michaeli Angelo dicti Francisci hæredi, siue in illum translata per generalem Iurium cessionem, quæ in dictæ venditionis Instrumento legitur, prout fuit in ea latè probatum.

Nec obstat, quod Creditoris consensus extinguat quidem penitus hypothecam super re illius voluntate à debitore alienata ipsi eo
1 tempore competentē, † adeout licet ad eumdem debitorem ex noua causa reuertatur illa non reuiuiscat ex dispositione *l.fin. C.de remission. pign.* se non eam, quæ ex ipso nouæ acquisitionis momento producitur vigore generalis obligationis bonorum futurorum à die initi primi contractus inter eos conuentæ, vt deducitur ex verbis eiusdem *l. fin.* ibi, *indignum esse eandem rem, vtpotè ab initio ei suppositam vendicare, vel tenentem inquietare.*

Quoniam hæc interpretatio repugnare videtur literæ, textus in cuius prima parte refertur eadem nonnullorum I. Consultorum sententia, in posteriori verò refellitur, & contraria in effectu approbatur. Verba autem illa (*vtpotè ab initio ei suppositam*) non præseferunt discretiuam demonstrationem hypotecæ præsentium, quam solam reicere intenderit Iustinianus Imperator, ab hypoteca futurorum, quam præseruare voluerit; sed totalem creditoris exclusionem important ab omni iure hypotecæ, & ipsius rei liberationem ab omni nexu suppositionis ad eius fauorem ab initio contractæ. non solùm actu ob hypotecam præsentium, verum etiā habitu ex aliquorum opinione ibi relata ob verbum *futurarum rerum* in eadem præcedenti generali obligatione apponi consuetum, ita tanquam sibi ab initio quocumque præmis-
2 sio modo suppositam vindicare, † vel illius possessorem molestare non possit, vt ibi legitur, & explicat *Cyn. ad fin. uers. præterea futura intelliguntur obligata &c. & Alberic. sub nu. 1. ad med. uersic. alia ratio est &c.* At verius apposita fuisse censentur ad distinguendam nouam
3 hypotecam, † quæ repetito debitoris consensu ad fauorem ipsius creditoris super eadē re postea acquisita contraheretur. *iux. text. in l. si quis ædes. uersic. & si rursus. ff. de seru. Vrb. præd. & in l. cum te à debitore, ibi, cum eius consensu nexus pignoris euanuerit si non noua uoluntas intercesserit, quæ denuo obligationem pignoris constitueret, ea res uelut obstricta non potest uendicari &c. & ibi gloss. & DD. C. de remiss. pignor.* & explicant in *d.l. final. Iacob. Cuiac. in fin. uersic. semel dimissa hypoteca &c. & Hug. Donell. sub numer. 7. uers. remissionis pignoris hæc uis est &c.*

Præterea repugnat rationem eiusdem legis, vel quia futurorum bonorum hypoteca nihil operatur ex intentione partium quoad ea, quæ tunc à debitore possidebantur sub
4 obligatione præsentium comprehensa. † Vel quia cum à tempore celebrati contractus vtraque deducatur per subsequentem consensum, seu alienationem creditoris æquè remissa censeantur, vt explicant *Iacob. de Aren. sub num. 1. uers. sed quare non cadit in obligationem &c. Cyn. sub num. 1. uersic. ultimo circa legem istam quæritur &c. & Alberic. sub num. 1. uersic. sed quærit gloss. &c. & Salyc. num. 4. uersic. quæro cur in casu nostræ legis &c. & aly.*

Ac demum repugnat communi DD. sententię existimantium vtramque hypothecam
5 tam ex præsentium, † quàm ex futurorum bonorum subiectione extinctam esse, nec vigore generalis futurarum rerum obligationis reintegrari, *ut in ead. l. fin.* tradunt *Iacob. de Aren. sub d. num. 1. uersic. sed quare non cadit sub obligatione &c. Cyn. in princip. Odofred. sub num. 1. uersic. de hoc fuit ualdè dubitatum &c. Bart. sub n. 1. uersic.*

uersic. si res &c. & Bald. in fin. uersic. res exempta ab obligatione &c. Fulgos. in princ. & sub num. 1. uers. sed tantum dubitabatur &c. Angel. in princ. uersic. pignus non redintegratur &c. Alberic. sub n. 1. uers. sed quaeritur gloss. &c. & Salyc. num. 1. Cuiac. sub cod. tit. in fin. d. uersic. semel remissa hypoteca &c. & Donell. sub d. nu. 7. vers. remissionis pignoris haec uis est &c. Neguf. de pignor. in 3. memb. 6. par. sub n. 21. vers. nono amplia &c. Crauett. cons. 425. sub nu. 99. vers. quarto adduco textum &c. Didac. resol. 12. sub num. 1. vers. nam res gesta &c. lib. 3. Mantic. de tac. lib. 11. tit. 31. nu. 60. vers. sed hoc loco aduer tendum est &c. Surd. decis. 163. sub num. 1. versic. tamen non uidetur &c. et seqq. cum alijs relat. per Statil. de Salu. interdict. inspect. 3. cap. 4. sub n. 15. vers. nota tamen casum singularem &c. et inspect. 5. c. unic. sub n. 66. vers. septimo cessare dicitur Saluianũ &c. cum seq.

Deinde non obstat, quod domus controuersa non peruenerit ad Michaelem Angelum ex noua causa, sed ex eadem praecedenti, quippe translata fuerit per adiudicationem in creditorem reuocabiliter; scilicet reseruata facultate debitori, ac illius haeredi eam recuperandi infra sex menses à die adiudicationis, vt cauetur statut. Vrbis lib. 1. cap. 194. *vers. possit tamen &c.* & legitur in decreto Iudicis sub d. die 16. Martij 1635.

Quia pro responsione est aduertendum, quod domus haec non rediit ad debitorem simpliciter ex eodem priori titulo, & causa ob non perfectum, vel ob resolutum contractum super ea factum cum tertio de con-
6 sensu creditoris, † quo casu iuri, ac aequitati cõsonum est illum ad primeuum ius reintegrari, *iuxt. text. in l. sicut, §. si uoluntate cum seq. & in l. uoluntate, ff. quib. mod. pign. uel hypotec. solu.* in quibus terminis procedit *gloss. in d. l. fin. in verb. indignum esse, versic. uel refert an ex eadem, uel simili causa &c.* sed mediante recuperatione ab ipsomet creditore, ac solutione pretij eidem facta per quam extincta remansit eius hypo-
7 teca, ita quod restaurari non potest, *l. eleganter in princip. ff. de pignor. act. l. item liberatur ibique glos. in verb. solutum est. ff. quib. mod. pign. uel hypot. sol. l. si cum venditor. in fin. princ. ff. de euict. Crauett. cons. 298. sub num. 10. versic. ratio igitur &c. Surd. decis. 266. num. 4. versic. nam solutione &c. Mant. de tac. lib. 11. d. tit. 31. sub num. 48. vers. & quidem &c. ac seqq.* cum alijs relatis in praecedenti decisione *in §. sine quia certè intelligi debent &c.*

Minus obstat, quod dicta domus non redierit ad Franciscum debitorem, sed ad Michaelem Angelũ eius fratrem qui peculiari obligatione sub generali omnium eius bonorum praesentiũ & futurorum hypoteca eisde DD. de Taurinis obstrictus erat ex publico Instrumẽto sub die 28. Maij 1630. celebrato.

Nam ius illam recuperandi competebat Michaeli Angelo tamquam d. Francisci eius fratris haeredi, ac illum proinde repraesentanti iuxta dispositionem d. statuti Vrb. lib. 1. c. 194.
8 *vers. possit tamen &c.* Eoque titulo censetur illi reseruatum in d. Decreto Iudicis, in quo etiã talis fuit nominatus, vt legitur in principio ad *l. si ex testamento, in fin. ff. de except. rei iud. Crauett. cons. 202. num. 8. vers. modo quaerenda est causa &c. cum seqq. & num. 17. vers. qu into quòd intenti arbitrorum &c. Rot. decis. 320. num. 3. vers. quod autem &c. par. 2. diuers. & penès Card. Mant. decis. 662. num. 2. vers. neque obstat &c. cum seqq. usque ad fin. ac Buratt. decis. 327. num. 1. vers. quia sententia &c.* Ac demum eodem expresso nomine facta fuit recuperatio, vt constat ex d. Instrumento sub die 8. Iulij 1636.

Postremo non releuat reseruatio Iurium partium in fine dicti Instrumenti retrouenditionis (quod à praefatis DD. de Taurinis fuit deinde ratificatum) per bon. mem. Pirouanum apposita, ibi, *& praedicta omnia fecit & facere declarauit sine praeiudicio quorumcumque iurium supradictis partibus hinc inde quomodolibet competentium, & competiturorum, & alias iuxta formam decreti adiudicationis praedictae &c. & non alias &c.* vt in eo legitur in extract. fol. 31.

Quia refertur ad iura eisdem partibus antea pariter reseruata in decreto adiudicationis facto sub d. die 16. Martij 1635. ibi, *& sine praeiudicio iurium ambarum partium &c.* ob alias
9 diuersas earum praetensiones. † Non autem trahi, ac detorqueri potest ad preseruationem hypotecae dd. de Taurinis super ipsa Domo, quae mediante illius retrouenditione, ac solutione pretij ipsis facta fuerat extincta, seu vigore cessionis iurium in Michaelem Angelum supradictum translata, vt in principio dictum fuit, & benè ratiocinatur *Crauett. d. cons. 298. sub num. 10. vers. ratio igitur &c.* Nam manifesta induceretur in eodem actu repugnantia, & incompatibilitas quae omnino est euitanda interpetrãdo dictam reseruationem
10 eo modo, quo subiectae materiae, ac iuris dispositioni congruit, & non est contraria *iuxt. reg. l. doli clausula, ff. de uerb obligat. & theor. Bart. in l. cum propte, sub num. 2. versic. sed dixi aliter &c. ff. de legat. praestand. Oldrad. cons. 330. ad idem videtur, sub num. 8. in fin. vers. & quod dicitur postea &c.* & ad rem nostram explicat *Roman. cons. 94. n. 7. vers. ex quibus &c. cum seq. latè Paris. cons. 6. n. 20. vers. nec praedictis obstat &c. cum seqq. lib. 1. Rota penes Card. Seraph. decis. 398. sub num. 16. vers. nec potest &c. & seq. & decis. 236. sub num. 3. vers. non obstat clausula &c. par. 1. diuers. & penes Burat. decis. 541. nu. 2. versic. nam illa &c. cum seq. Duran. decis. 22. sub num. 3. versic. praeseruatio enim iurium &c. & in recent. decis. 155. num. 2. versic. tum etiam quia &c. & decis. 222. numer. 26. versic. nec releuat clausula &c. cum seqq. par. 7. ac sapè in alijs.*

Et ita fuit resolutum vtraque parte informante.

R. P. D. PEVTINGERO.

Taurinen. praetensae optionis.

Veneris 10. Februarij 1651.

ARGVMENTVM.

Remissoria quae ex capite irreleuantiae non conceditur, eo magis denegatur quo si sumus in beneficialibus, nec sequestro fuerit contentum, nec facta promissio de stando vnicae sententiae vt requiritur.

SVMMARIVM.

1 *Confessione nulla datur maior probatio.*
2 *Canonia quando dicitur spiritualis.*
3 *Subrogatus in iuribus defuncti an ad possessionem etiam dicatur subrogatus.*
4 *Renunciatio à prouiso facta suberroneo emanata prætextu nullius est roboris & momenti.*
5 *Remissoria non conceditur in beneficialibus nisi consento sequestro, & facta promissione de stando unica sententia.*
6 *Causa quando dicatur beneficialis.*
7 *Commissio iactationis iactationum quando cessare debeat.*

DECISIO CXIIII.

CONCESSA Ioanni Baptistæ Rasino no-
ua audientia aduersus resolutionem sub
die 11. Februarij anni præteriti coram me
captam ad fauorem Ioannis Antonij Agorij
prouisi Apostolici de Canonicatu Ecclesiæ
Taurinen. & Præbenda S. Viti ibidem exi-
stente, quàm idem Rasinus iuxta dispositio-
nem prætensi Indulti Sixti Quarti per obitũ
Ioannis Barletti vltimi vtriusque possessoris,
tamquam temporalem optauerat, exibitisq;
deinde per eum articulis in Rota pro Remis-
soria ad proban. materiam in illis contentam
sub hac die resolutum fuit illam esse dene-
gandam ex capite irreleuantiæ, & ex defectu
ob non seruatam formam in similibus causis
seruari solitam.

Siquidem articulorum irreleuantia reddi-
tur maifesta, dum isti principaliter tendunt
ad proban. quod dicta Præbenda, & domus
Canonicalis controuersæ sint temporales,
eoque titulo ab antiquioribus Canonicis op-
tari, ac eorum vita durante possideri ex im-
memorabili consuetudine soleant, quia cum
idem Canonicatus, & Præbenda reseruato
vacauerint, asserta consuetudo immemora-
bilis, ac priuilegia suffragari minimè possunt,
tamquam per regulam 9. Cancellariæ in
versiculo ac consuetudines etiam immemo-
rabiles, ac per expressam & amplissimam de-
rogationem sub decreto irritanti in litteris
prouisionis Agorij appositam, penitùs ab-
rogata.

Neque subsistit, quod dicta regula Præ-
bendam hanc vti temporalẽ non comprehẽ-
dat, quia talis assertio vera non est, vt patet
ex Summario Rasini *num. 3.* per verba statuti
Capituli ibi relata, necnon ex Instrumento
immissionis ab eodem Capitulo dicto Ioan.
Barletto concessæ, & conuincitur ex propria
1 confessione † eiusdem Rasini in commissio-
ne huius causæ emissa, vt in Summario pre-
cedentis positionis *num. 4. & 9. ad text. in l. cum
precibus 18. C. de probat. Surd. cons. 61. nu. 52. lib. 1.
Card. Caualer. decis. 22. & decis. 50. vtrobique nu. 3.
par. 7. recent.* Vnde constat, Præbendam, de
qua agitur, esse Canoniæ annexam, eoque
titulo a solis Canonicis conferri consueuisse,
2 quo † casu spiritualis esse censetur. *iuxt. theor.
Abb. in cap. dilecto num. 6. de preb. Verall. dec. 356.
num. 1. & seq. par. 2. Cassador. decis. 17. sub numer. 4.
versic. quia quando tit. eodem, & pluribus relatis tra-
dit Barbos. de Canon. & dignit. cap. 2. num. 8. &
sequen.*

Quamuis enim dicta Præbenda certo Ca-
nonicatui perpetuo, seu inseparabiliter assi-
gnata, & incorporata non esset, sed antiquio-
res Canonicos vigore optionis ex concordia
statutis, & ipsius Capituli priuilegijs transire
soleret; nihilominus quia Barlettus vltimus
defunctus stetit semper in possessione illius
vigore prouisionis Apostolicæ, huiusmodi
transitus fieri non potuit vsque ad eiusdem
qui ex eo quod contigit in dicto mense re-
seruato, vtique remanet subiectus præfatæ
Regulæ 9. expresè prohibentis eandem Pre-
benda ab antiquioribus Canonicis optari, ad
eosque transire non posse, cum speciali pro-
bitione derogationis omnis consuetudinis
etiam immemorabilis, necnon priuilegio-
rum etiam in limine erectionis concessorum
& Indultorum Apostolicorum circa ea: Et
ideo ipsa defuncti possessio omnis, quæ pe-
nes eum, dum viueret, erat, debetur Agorio
à S. D. N. in vicibus defuncti, & ad ipsam
3 possessionem illius subrogato, vt ostensum
fuit in litteris Apostolicis relatis in Summ.
præteritæ positionis Agorij num. 1. & 6. &
dixit *Rot. coram Gregor. XV decis. 478. per tot. &
in Mediolanen. Canonicatus 4. Iulij 1636. in §. re-
spectu verò domus coram Reuerendiss. Terracin.*

Quibus omnibus ita stantibus declaratio-
nes omnes, & renunciationes à Io. Antonio
Agorio extortę nullius penitus sunt momẽti
vel ei impedimenti, cum emanauerint sub
erroneo, ac falso præsupposito, quod optan-
di ius dictam Præbendam à Capitulo præ-
tensum etiam in hoc casu vigeret, atque
Sanctissimus certior factus de dictis priuile-
gijs, & Indultis alias eidem Capitulo con-
4 cessis, illud non denegasset: † Verum quia
Capitulum eundem Agorium prouisum
Apostolicum admittere noluit, nisi sub hac
conditione renunciationum, nullo modo di-
xerunt Domini eas esse attendendas, prout
latè dictum fuit in *d. decisione in hac causa facta
sub die 11. Febr. 1650. §. fin. coram me.*

Deficit insuper Rasinus, dum non consen-
sit sequestro, minusuè promisit stare vnica
5 sententiæ, † vt requiritur ad effectum obti-
nendi remissoriam in causis beneficialibus
iuxta praxim in Rota optima ratione receptã
ne earum expeditio similium dilationum
prætextu differatur, *Verall. decis. 56. numer. 4. &
decis. 57. num. 1. par. 3. Acebill. decis. 4. num. 1. de di-
lat. Rot. decis. 36. sub num. 4. par. 4. versic. est apposi-
tum, decis. 585. num. 1. & 6. part. 5. recent. tom. 2. in
Barchinon. Parochialis, seu Vicariæ 13. Iunij 1644.
§. accedit etiam coram R. P. D. meo Corrado, & in
Mutinen. Beneficij prima Aprilis 1647. sub princip.
& in §. obligatio verò, coram me.*

Et frustra opponit causam hanc non esse
beneficialem, nam cum Agorius sit actor, &
in huius Præbendæ, & d. Canonicatus pos-
sessionem, in qua defunctus existebat, vigore
6 prouisionis, & subrogationis † Apostolicæ
immis-

Immissionem petat, vtique censeri debet beneficialis. *Card. Seraph. decis. 990. num. 4. Comitul. decis. 14. num. 9.* non obstante, quod idem Rasinus eandem causam iactationis, & iactationum cum clausula *quam & quas*, prius in Rota commiserit, meminisse enim debet, se tàm in molestationibus extraiudicialibus, quàm iudicialibus petitæ Immissionis ab
7 Agorio præuentum fuisse, † & non esse proinde actorem originarium, vt probat *gloss. 3. in cap. ex insinuatione 3. de procur. Rot. coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 60. n. 12. & seq. dec. 423. n. 3. part. 1. diuers. & in Cæsaraugustana Distributionũ 13. Februarij 1632. §. cætera, corã bo. me. Vbaldo.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit &c.

R. P. D. BICHIO.

Cracouieñ Præpositura S. Floriani.

Lunæ 13. Februarij 1651.

ARGVMENTVM.

Quod attentata resultent nedum ex eo, quod quis aliquid attentare fecerit, verum etiam si quis eius nomine attentate factum, vt primum sciuerit non reuocare curauit, præsens demonstrat decisio.

SVMMARIVM.

1 *Attentata dicuntur commissa etiam sine procuræ mandato, eo ipso quo quis sciens aliquid attentare factum illi non renunciauit.*
Ratificatio resultat si quis sciuerit, quidquid eius fuisse nomine gestorum, & tamen non renunciauit num. 1.
2 *Producens inhibitionem attentatè obtentam, eaque vtens attentata committit.*
3 *Terminus quorum dierum sufficiat ad parendum, & euitandam declaratoriam.*
4 *Fructum condemnatio intelligitur à die decreti sequestri.*
Verba decreti secundum iuris dispositionem sunt intelligenda. num. 4.
5 *Iudicijs in executiuis non attenditur, quod actor petierit, sed quid Iudex decreuerit.*
6 *Iudex delegatus non potest excommunicare, sed hoc per delegatum fieri debet, & quando.*
7 *Sententia lata per caput separatum sustinetur, quamuis in aliis capitib. sit iniusta, et executiua.*
8 *Fructus à possessore præsumuntur percepti.*
9 *Inobedientia parendi quando resultet.*
10 *Liquidationum obicere potest qui partem soluit, non qui negat soluere totum in materia declaratoriæ.*

DECISIO CXV.

SIGISMVNDI Grigerouicz positiua inobedientia sequestro Rotali ob quam aduersus eum ferendam esse declaratoriam decisum fuit die 12. Decembris proximi præteriti quæstione hodie super eisdem renouata uisa est clara ex rationibus in decisione tunc extensa deductis, & signanter ex Inhibitione A. C. à Sigismundo met præsentata sequestratori sub die 29. Iulij ad retardandã executionem sequestri, necnon appellatione à decreto à sequestratoris interposita.

Attentata namque dicta Inhibitio causa in Rota pendente extorta, & dolosa erat sub colorato prætextu recursus ad Signaturam Sanctissimi, quia ex datis in hodierno Summario Sigismundi num. 2. apparet, quod & si commissio proponenda in Signatura esset in manibus Prælati Referendarij, Auditor tamen Signaturæ ad quem supersessorias ex capite recursus ad Signaturam concedere spectat, & coram quo procurator Sigismundi petierat supersessoriam aduersus Rotale sequestrum, eam non concessit, vnde conuincitur apertissima calliditas, non quidem procuratoris curialis, qui mox exhibuit fidẽ ad probandum se fuisse inhibitionis ignarũ, sed aliorum qui in eadem fide fatentur inhibitionem obtinuisse. Nec Sigismundus excusari potest eo, quod ad illicita mandatum non dederit, & inhibitionem bona fide obtentam crediderit, quia sciuit vel scire debuit non potuisse absque vitio attentati adiri alium Iudicem dum causa pendebat in Rota eique callidè ab alijs gesta nocent, non qui-
1 dem in vim mandati procuræ, † sed ratificationis resultantis, tum ex quo inhibitioni statim ac sciuit, non renunciauit, vt aduertit *Rot. decis. 446. num. 8. coram bon. mem. Buratto, & in Hispalen. attentatorum 27. Februarii 1617. coram Sanctiss. D. N. Innocentio X. tunc nostri ordinis Auditore relata ad Add. san. mem. Gregor. XV. de-*
2 *ciis. 336. num. 15.* tum ex inhibitionis vsu, † & productione coram sequestratore. *Felin. in cap. cum venerabilis, num. 22. de except. Franc. Ant. Costa cons. 32. num. 34. Mohed. decis. 1. de procurat.* & in terminis declaratoriæ, *Rota in Valentina pensionis 31. Ianuarii 1600. coram bon. mem. Litta, impress. apud Marches. de commiss. tom. 1. fol. 1130. numer. 2. & in Cæsaraugustana Beneficii de Linares 27. Aprilis 1644. coram me.*

Appellatio quoque à decreto sequestratoris pertinacem inobedientiam præsefert non obstante asserto excessu sequestratoris, vel in assignando tantum terminum trium dierum cum iuxta formam sequestri duodecim assignari debuissent, vel in condemnando ad fructus ante sequestrum perceptos, vel in ferenda sententia excommunicationis; nam quoad primum animaduerterunt DD. quod terminus duodecim dierum non fuit in litteris sequestri assignatis Sigismundo Reo conto, sed ipsis sequestratoribus, ibi, *vosque præterea Iudices, & sequestratores prædictos requirimus & monemus quatenus infra duodecim dierum spatium quorum quatuor pro prima &c. prædictam Præposituram omnesque redditus &c. sequestratis & ci* quodque cum litteræ executoriales sequestr. Sigismundo citato exhibitæ coram sequestratore, & admissæ fuissent vsque sub die 29. Iulij antecedentis, de quo tẽpore Sigismundus parere recusauerat sub clipeo supramemoratæ illicitæ inhibitionis benè potuit se-

questrator post duos, & amplius menses,
nempè sub die 11. Octobris ad executionem
procedere prefixo tantũ dicto breui termino
trium dierum ne debitus effectus sequestri
3 vlterius protraheretur † satisque esse debet
Sigismundo nedum duodecim dierum, sed
septuaginta,& amplius terminum ad paren-
dum habuisse, vt ad propositum ponderauit
Felin.in cap.Ecclesia,num.19. vers.2.limita de cost.
Put.decis.4.de iudic.Rot.coram sanct.mem.Greg.XV
decis.176.n.6. vbi Adden. litt. B. allegat concord.

Secundum obiectum corruit ex facto,quia
sequestrator condemnauit simpliciter ad fru-
ctus perceptos, quod intelligendum est de
4 perceptis † à die decreti sequestri interpre-
tando verba iuxta dispositionem Iuris vt de-
bet, vt in terminis condemnationis ad fru-
ctus perceptos, *Vincent. de Franc. decis.527. sub*
num.12.Capic.Latr decis.25.sub numer.38. Rot.de-
cis.66, sub num.3.vers.non obstant,par.2.recent. &
in Romana fideicommissi de Campagnolis 8. Febrúa-
rij 1649.§.non obstat.coram R.P.D.meo Pentingero
parumque refert quod petita fuerit condem-
natio ad fructus perceptos anno præterito,
quia petitio emanauit de mẽse Octobris quo
respectu recollectæ frumenti sequestrandi
iam completæ, idem annus dici poterat prę-
teritus, & in omnem euentum verba seque-
stratoris vt eius decretum substineatur po-
tius à dispositione Iuris quam actoris peti-
tione interpretationem recipiunt neque in
iudicijs executiuis attendendũ est quid actor
5 petierit, † sed quid Iudex decreuerit. *Alex.*
cons.114.num.6.lib.6.Paris.cons.131.num.14.lib.1.
Bellon.iun.cons.23.num.8.Surd.cons.12.numer.74.
& decis.284.num.14. Rot.coram san.me.Greg.XV.
decis.176.num.2.& duob.seqq.

Tertium licet subsistat, quia sequestrato-
tores, alijque executores in partibus deputati
debent quidem partibus intimare literas in
6 Curia expeditas,& sibi directas, † ad excom-
municationem tamen contra contumaces
procedere non possunt cum id spectet ad Iu-
dicem delegantem, qui seruatis de iure ser-
uandis ad declaratoriam procedet, vt decla-
rat *Vester.in prax.lib.8.cap.vlt.sub num.16. vers.&*
quamuis Iudex. Guttierez.canon. quæst.lib.1. cap.4.
num.28.& 29. Rot. apud Cassad.decis.6.num.10.de
caus.poss.& propr.decis.283.num.1. & 2. inter im-
press.post cons. Farinac. & in Anconen.decimarum
2.Maij 1644. coram R.P.D. meo Pentingero, non
ideo tamen Sigismundus excusatur à pari-
tione sequestri in reliquis, præsertim quia
ex ipsius Summario num. 1. apparet excom-
municationis sententiam à sequestratore
fuisse latam per capitulum separatum, ibi,
7 *alioquin si secus fuerit &c.* † tunc enim substi-
netur decretum in alijs capitibus quamuis in
illo iniustum, & excessiuum esset. *leg. quadam*
mulier. ff.famil.ercisc.l.fin. ff.iurepatronatus. Bald.
in l.hoc iudicio num.1. ff.famil.ercisc.& in l.2.nu.6.
C.rei indic. Rota decis.33.num.9.par.2.diuers. cum
alijs allegat.ab Add.ad Buratt.decis.29.num.17. &
decis.308.num.11.& 15.

Qua propter appellatio interposita à toto
decreto, & contumacia in restituendo fru-
ctus quos Sigismũdus post decretum seque-
8 stri, † quia possidebat, percepisse præsumitur,
Seraph.decis.1245.num.6.Gregor.XV.decis.50.n.2.
ibiq. Adden. num.5. inexcusabilem inobedien-
tiam demonstrat, maximè postquam à cen-
9 suris sequestratoris absolutus † fuerat à Re-
uerendissimo Nuncio Apostolico in Regno
Poloniæ *Buratt. decis.95. sub num.7.* ita vt nec
allegare valeat quod fructus non essent liqui-
10 dati, quia id suffragatur soluenti partem, † &
offerenti solutionem residui facta liquida-
tione, non autem ei, qui negat soluere, &
ne soluat omnem lapidem mouit. *Rot.in Der-*
tusen. decimarum coram Card. Lugdunensi, impress.
apud Marches.de commiss.tom.1. fol.675.num.2.in
Hispalen.decimarum 19.Ianuarij 1648.coram R.P.
D.meo Meltio.& in Toletana decimarum 3.Aprilis
1649.coram eodem, prout mouit Sigismundus
obijciendo in primis inhibitionem, deinde
appellando, ac nuperrime petendo à Signa-
tura Iustitiæ suspensiuam appellationem à
decreto Rotali sequestri, quam Signatura
denegauit, iunctis alijs actibus in prima de-
cisione recensitis.

Gratis verò dicitur sequestrum iam ha-
buisse suum pacificum effectum, quia nulli-
bi probatur, quod Sigismundus fructus, ac
se perceptos tradiderit sequestratori; immo
nec hodie tradit licet eius procurator absque
speciali mandato ad id requisito paritionem
sequestri speciosis verbis offerat. Vnde cum
non agatur de substinenda excommunicatio-
ne lata à sequestratore à qua pars consensit,
quod Sigismundus absoluatur, sed de conce-
denda noua declaratoria illam præuia abso-
lutione à dicta excommunicatione seque-
stratoris concedendam esse DD. censuerunt,
nisi infra mensem Sigismundus cum effectu
paruerit, assignando illi hunc terminum, vt
euitare possit declaratoriæ pœnam actuali,
sincere, & integra infra eum paritione.

Et ita in decisis perstiterunt vtraque parte
informante.

R. P. D. CELSO.
Posteà S.R.E. CARDINALI.

Toletana Niuis.

Lunæ 13. Februarij 1651.

ARGVMENTVM.

Nix, cum omnibus pateat, ab omnibus ideo
potest reponi. Et quid si Princeps sæcularis
alicui concessit appaltum dictæ niuis, priua-
tiuè quoad omnes, & quid si eam reponen-
tes sint personæ Ecclesiasticæ.

SVMMARIVM.

1 *Nix cum omnibus pateat.*
Niuem vnicuique reponere licet. num.1.
3 *Appaltum Niuis habens à Principe, potest prohi-*
bere illis, qui niuem reponere volunt.
3 *Principes seculares non possunt prohibere Ecclesia-*
sticis, ne reponant niuem.

Princeps

Princepi Secularis nullam habet potestatem in personas Ecclesiasticas.

4 *Clericis, & personis Ecclesiasticis inhibent Sacri Canones, ne negotiationem exerceant.*

5 *Sententiæ validitas est confirmada, dum Iustitia est clara, & validitas est indubitata.*

DECISIO CXVI.

RESPONDERVNT DD. pro confirmatione decreti, seu sententiæ de Partibus: Nam quatenus concedit Fratribus, & Monasterio S. Mariæ de Atochia, vt possint recolligere, & congregare niuem, & gelu in ea quantitate, quæ est necessaria pro vsu proprio. Iusti-
1 tia illius non potest controuerti † cum nix omnibus pateat, & vnicuique illam reponere licitum sit, vt inquit *Parlador. rer. quotid. lib. 1. cap. 3. §. 2. num. 14. Gutierez de gabellis quæst. 35. num. 34. & seq. Lassart. de decim. vend. & permutat. cap. 2. num. 30. vers. & hinc est*, & faciunt adducta per *Gizzarell. decis. 34. num. 1. & seqq.* licet loquatur ad alios effectus.

Nec obstat Priuilegium Regis super hu-
2 iusmodi recollectione concessum † Paulo Xarquies Appaltatori, eiusque successoribus priuatiuè quoad omnes, per quod in specie prohibetur Ecclesiasticis, ne niuem congre-
3 gare audeant, nam illud † vti nullum, & inualidum ex defectu potestatis laicalis in personas Ecclesiasticas non venit attendendum *c. quamquam de censib. cap. Ecclesia S. Mariæ, ibique Dec. num. 7. Fel. num. 80. vers. non obstat de constit. Can. benè quidem 96. dist. Auth. cassa, & ibi DD. C. de sac. san. Eccl. Abb. in cap. à nobis num. 4. & seqq. de sent. excomm. Bursatt. cons. 93. num. 20. lib. 1. Alex. cons. 210. num. 1. & seqq. & cons. 211. num. 3. lib. 2. Hond. cons. 3. num. 23. lib. 1. Lap. alleg. 101. numer. 14. vers. aut sunt Marant. disp. 8. nu. 8. & seqq. Boerius decis. 231. nu. 1. & vlt. Rot. in rec. dec. 228. num. 8. par. 4. Romana, seu Ianuen. locorum montium 26. Iunij 1648. coram R. P. D. meo Cerro*, & vltra plures quos adducit *Carol. de Graff. de effect. Cleric. eff. 2. per tot disponit S. Concil. Trident. sess. 25. de reform.*

Quatenus verò, idem Decretum prohibet Fratribus mercaturam, & venditionem, il-
4 lius iustitia controuerti non potest, † quia innititur dictamini rationis, & Canonicæ dispositioni prohibenti Clericis, & personis Ecclesiasticis huiusmodi negociationem *cap. fin. de vit. & honest. Cleric. cap. 1. & cap. secundum instituta ne Clerici, vel Monaci can. 1. & seqq. 88. dist. Natt. cons. 530. num. 12. & seq. Menoch. cons. 12. num. 12. Redoan. de spol. quæst. 2. nu. 34. & 86. Molin. de contract. disput. 342. nu. 1. Rot. coram Buratt. decis. 908. num. 7.*

Vndè cum ex prædictis Iustitia sit clara, &
5 indubitata, & validitas resultet † ex reuolutione Processus meritò responsum fuit pro confirmatione, Altera tantum Parte informante &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO
S. Rot. Rom. DECANO.

Bononien. successionis.

Veneris 3. Martij 1651.

ARGVMENTVM.

Famigerata dispositio tex. in l. hac ædictali C. de secundis nuptijs perbelle in hac decisione declaratur ad diuisionem successionis inter Nouercam, & nepotes ex filio prioris matrimonij æqualiter competentis, vbi reiectis DD. opinionibus diuersimodè in hac materia disponentibus, modus ab hoc S. Tribunali receptus in huiusmodi diuisione assignatur.

SVMMARIVM.

1 *Nepti debetur in bonis aui legitima tam in proprietate quàm in vsufructu, reiecto quouis onere ac dilatione.*

2 *Legitima, vbi filij sunt quatuor, est tertia pars totius assis hæreditarij detracto ære alieno.*

3 *Legitima diuidenda inter filias, & neptes ex altera filia in capita quoad filias diuiditur, in stirpes vero quoad neptes.*

4 *Dos materna ex statuto Bononiæ non imputatur in legitimam neptibus debita in bonis aui dotantis, & vide num. seqq.*

6 *Dos imputatur in legitimam filiæ neptis uel alterius descendentis à patre, vel alio immediate dotatis etiam secundum dispositionem statuti Bononiæ & num. seq.*

7 *Neptes concurrentes cum materteris regularium dotem matri solutam imputare tenentur sed vide num. seq.*

9 *Legata relicta vxori secundæ nedumque ad proprietatem, sed etiam quoad vsumfructum communicantur filijs primi matrimonij & num. 10.*

10 *Tex. in l. hac ædictali C. de secundis nuptijs capit non solum proprietatem, sed etiam vsumfructum facta illius æstimatione.*

11 *Nepotes filij ex primo matrimonio singuli in capita considerantur respectu successionis in eo quod altero coniugi fuit relictum.*

12 *in Successione bonorum facienda inter Vitricum, seù Nouercam, & Priuignos prius detrahitur legitima filiorum primi matrimonij, residuum vero inter singulos aequaliter diuiditur.*

13 *Onus in legitima adiectum, prorsus reicitur.*

14 *Successio quae aufertur à Vitrico seù Nouerca ex dispositione l. hac aedictalis, tota applicatur filijs, seu nepotibus prioris matrimonij absque eo quod filijs secundarum nuptiarum in aliquo participent.*

15 *Legatum vsusfructus quando existentibus filijs restringatur ad alimenta, & num. seq.*

17 *Dispositio tex. in l. hac aedictali habet locum etiam in legatis factis titulo alimentorum, & quando.*

18 *Statutum Ciuitatis Bononiae an corrigat tex. in l. hac edictali C. de secundis nuptijs.*

19 *Ius commune seruatur in casibus à statuto omissis.*

DECISIO CXVII.

IOSEPH de Sauijs in Testamento, sub quo decessit Catherinam, Barbaram, & Annam Mariam sorores de Lucatellis neptes ex Siluia præmortua præterijt relictis solum Cæsari eiusdem Siluiæ viro, ac Patri dictarum sororum libris mille infra triennium soluendis pro omni, & toto eo, quod ipse etiam vti pater, & legitimus administrator eius filiarũ prætendere, vel consequi posset vllo vnquam tempore in bonis, & hæreditate ipsius Testatoris quauis ratione, vel causa etiam occasione prætensæ legitimæ vti maritus dictæ Siluiæ, & nisi huic legato acquiesceret illud reuocauit; libras verò 14. mill. Elenæ secundæ vxori iure legati reliquit vnà cum vsufructu totius hæreditatis diuiden. cum tribus alijs filiabus ex eodem secundo matrimonio susceptis, ac hæredibus in reliquo esse institutis, vt legitur in Testamento relato in summario dictarum sororum de Lucatellis *nu.* 1. Vnde huiusmodi inæqualis dispositio causam præbuit, vt introducta lite prius coram Auditore generali Bononiæ, & deinde coram me disceptandum proponerem, an, & quæ portiones debeantur sororibus de Lucatellis in bonis dicti Iosephi, & Domini censuerunt.

Primo ipsis deberi legitimam ex omnibus bonis eiusdem Testatoris tam in proprietate,
1 quam in † vsufructu liberè eis assignandam reiecto quouis onere ac dilatione *l. Papinianus §. quoniam in fin. ff. de inoff. Testam. l. quoniam in prioribus, l. scimus in principio, §. cum autem, l. omnimodo, ibique glos. verb. alijs personis, & auth. nouissima; C. eod. cum caeteris alleg. in Romana successionis 18. Maij 1646. §. primo deberi coram R.P.D. meo Corrado, in Bonon. successionis 15. Martij 1647. coram R.P.D. meo Bichio, §. & antequam, & in Romana dotis 18. Iunij 1649. coram me, §. sed re benè perpensa*: quæ habita ratione dictarum trium aliarum filiarum superextantium
2 ex secundis nuptijs susceptarum † est tertia pars totius assis hæreditarii detracto ære alieno *d. auth. nouissima C. de inof. testam. §. 1. auth. de trient. & semiss.* æqualiter diuidenda inter dictas filias in capita, & præfatas sorores vnicum sti-
3 pitem constituentes, † ita quod vnica dumtaxat vncia ipsius assis illis, quoad eam in stirpes succedentibus, debeatur *§. 1. Instit. de de haered. ab intest. venien. Salic. in d. auth. nouissimo num. 5. vers. secus si venirent ibique Ias. num. 51 vers. si autem isti, C. de inoffic. testam. Alex. cons. 63 sub num. 1. lib. 2. cons. 201. sub num. 2. lib. 6. & consil. 36. num. 3. lib. 7. Corn. cons. 48. nu. 27. lib. 2. Cost. de post. rat. quaest. 181. num. 5. cum alijs relatis per Merlin. de legitim. lib. 1. tit. 2. quaest. 10. nu. 8. & 9.*

Non obstat illius renunciatio facta per dictam Siluiam in executionem pacti conuenti in eius Instrumento dotali.

Quia non fuit simplex, & absoluta, sed qualificata, & conditionalis, quatenus scilicet prædictus Iosephus eius pater decederet superstitibus filijs masculis, ibi, *che mancando detto Signor Gioseppe senza figliuoli maschi come figli legitimi, e naturali la presente renuntia, quanto è rispetto alla legitima, e supplemẽto di essa, esse parti dichiarano, & espressamente protestano non hauer luogo, e sij, e si habbi per non fatta rimanendo in tal caso à detta Signora Siluia, e suoi figliuoli le loro raggioni tali, quali erano auanti la presente renuntia si come essa non fosse fatta &c.* Vnde cum ille decesserit nullis relictis masculis, sed solum filiabus fœminis renunciatio euanuit, & consequenter, nec renuncianti, nec eius hæredibus obesse potest *vulg. iur.*

Neque in præfatam legitimam dotem maternam imputare tenentur: Quia cum ex speciali dispositione Statutorum Bononiæ *lib. 4. rubr. de dot. restit. §. Item dicimus quod mu-*
4 *lier fol. 245. & seq.* † præfata dos statim exiuit de patrimonio dotantis, ac liberè acquisita fuerit, & lucro cesserit eidem Siluiæ, quæ de illa pro libito suæ voluntatis disponere poterat etiam ad fauorem cuiuscumque extranei, vt ibi cauetur, eius filiæ non tanquam ab Auo profectam, sed vti illius proprium patrimonium eam consequutæ fuerunt tanquam eius hæredes, & consequenter cessat imputandi necessitas tam ex speciali declaratione eorumdem Statutorum facta paulò infra in *§. insuper etiam statuimus fol. 272.* quam ex iuris communis dispositione *in l. quoniam nouella, ibi, si ex substantia eius profecta sit de cuius haereditate agitur C. de inoff. testam. & in terminis declarant Rip. in l. in quartam num. 194. vers. & idem ff. ad l. falcid. Castr. cons. 145. num. 1. lib. 1. & cons. 108. sub num. 2. lib. 2. Alex. cons. 117. num. 9 & 10. lib. 6. Anchar. cons. 50. num. 2. vsque in fin. & cons. 315. in fin. vbi ita tenet pro veritate*, & in puncto huius Statuti *Ruin. cons. 148. num. 7. & 8 cum seq. lib. 5. Gionagn. cons. 92. num. 14. & per tot. lib. 1. Rot. Bonon. penes eumdem ibidem num. 22. repetit. inter diuers. decis. 1. sub nu. 1. cum seqq. idemque notauit Monterent. in annotat. ad ead. statut. d. §. insuper etiam statuimus litt. B. verb. dubium.*

Nec aduersatur dispositio eorumdem Statutorum *lib. 4. sub rubr. de success. lib. ascend. defici cond. testam. §. in qua legitima.*

Procedit enim, & determinat casum in
5 quo legitima petitur ab eadem met † filia, nepte, vel alijs descendentibus, quæ ab earum Patre, Auo, vel alio ascendente dotem immediatè habuerunt, tunc enim voluerunt statuentes quod dotem ab ipsis habitam in illam imputare teneantur, prout iustitiæ, & æquitatis postulat ratio *iuxta d. l. quoniam nouella, C. de inoffic. testam.* In altero autem prædicto subsequenti *§. insuper etiam statuimus*, determinatur casus, in quo prout hic, legitimam petentes, nihil penitus immediatè habuerunt ab eo, ex cuius bonis illam detrahere prætendunt, ideoque in hoc casu, quia tractatur de imputando dotem non per ipsas, sed habitam, ab earum matre, statuentes noluerunt huiusmodi imputationem fieri, quia cum paulò supra decreuerint huiusmodi dotem ipsius mulieris dotatæ lucro cedere, ac liberæ eius dispositioni subiacere, incongruũ penitus existimarunt eandem dotem in legi-
6 timam alteri de iure debitam imputari, † vt

cla-

clarè prorsus apparet ex verbis vtriusque statuti diligenter consideratis, & benè declarant *Alex. dicto conf. 117. sub nu. 4. & 8 lib. 6. Giouagn. d. conf. 92. num. 20. Rot. Bononien. ibid. num. 28. & d. decis. 1. num. 14. Monterent. in d. §. in qua legitima litt. F. verb. testatore, & d. §. insuper etiam statuimus litt. D. verb. filiabus.*

Et hinc nihil refert quod dd. neptes concurrant cum materteris, quo casu, vt seruetur æqualitas, † dotem earum matri solutam
7 imputandum esse decidit *tex. in l. illam de collat.*

Quoniam dispositio *d. tex.* non procedit stãte generali censura supradictorum statutorũ in *d. §. Item dicimus quod mulier*, cum enim dicta dos cesserit lucro, & liberæ dispositioni eiusdemmet mulieris dotatæ, neptes illam non consequuntur iure sanguinis ex bonis, vel beneficio Aui, sed simpliciter, vt dictum est, tanquam hæredes matris, prout quilibet extraneus assequi potuisset, & ideò dum petunt legitimam extantibus etiam materteris
8 frustra ipsis † obijcitur exceptio imputationis illius, quod aduentitio iure aliundè habuerunt vt optimè respondent *Alex. d. conf. 117. sub num. 9. & seq. lib. 6. Anchar. d. conf. 50. sub dicto num. 2. vers. nam si filia, vers. nullo ergo, Surd. d. conf. 206. num. 37. Giouagn. d. conf. 92. num. 15. & Rot. Bononien. ibid. num. 32. cum seqq. & d. decis. 1. num. 11. & 20.*

Secundo præmissa detractione prædicta, dixerunt Domini residuum legatorum, quæ à præfato Ioseph Elenæ secundæ vxori facta fuerunt comprehenso etiam vsufructu, æqualiter diuidendum esse inter eam, † & præfatas
9 sorores in capita, ita vt vnicuique earũ æqualis portio assignetur *iuxta claram dispositionem tex. in l. hac edictali C. de secund. nupt.* quæ capit
10 non solum relicta proprietatum, † sed etiam relicta vsusfructus facta illius æstimatione, *vt post Bald. in l. hæreditatum sub num. 19. ff. ad l. falcid. ibique Alberic. num. 2. aliosque innumeros alleg. firmatum fuit in dicta Romana successionis coram R. P. D. meo Corrado §. receptum est enim*, & procedit tam ad fauorem filiorum primi matrimonij, quam etiam genitoribus, vt hic prædefunctis ad fauorem Nepotum, & Pronepo-
11 tum vtriusque sexus † qui vtpotè illius vigore agentes ex propriis personis singuli in capita considerantur *vt ad litteram decidit tex. in d. l. hac edictali vers. quam obseruationem, & in auth. de nupt. §. optimè vers. hoc idem obseruando, ac sequuntur DD. congesti in d. Bononien. successionis coram R. P. D. meo Bichio §. pro cuius dubij resolutione, & in dicta Romana dotis coram me §. & cessat difficultas*: & licet diuersæ fuerint Doctorum sententiæ circa modum huiusmodi diuisionis inter Vitricum, seu Nouercam, & Priuignos fiendæ, illa tamen rationi legis magis consona, & æquior in hoc Sacro Tribu-
12 nali frequentius recepta fuit, † quod detrahatur prius legitima pro filijs prioris matrimonij, residuum verò, vt dictum est inter singulos eorum, ac Vitricum, seu Nouercam in capita æqualiter diuidatur vt plenè firmatum fuit *in d. Romana successionis coram R. P. D. meo Corrado d. §. receptum est enim, vers. &* ote

licet non conueniant, & §. hac tamen sententia.

Neque huiusmodi diuisioni repugnat supradictum legatum librarum mille à dicto Testatore Cæsari earum genitori relictum.

Tum quia non fuit factum ipsis sororibus, quæ omninò præteritæ fuerunt; Tum quia ipsemet Testator in eo explicitè declarauit, quod nolente Cæsare illud acceptare, prout euenit, nullius esset momenti ac si factum non fuisset: Tum denique quia onus illi adie-
13 ctum prorsus reijcitur † tanquam expressè repugnans legis dispositioni perindè acsi, neque scriptum, neque appositum fuisset *d. l. quoniam in prioribus, & l. scimus in princ. §. cum virum C. de inoffic. testam. Gabr. conf. 13. nu. 18. lib. 2. cum concordantibus plenè relatis in d. Romana successionis d. §. 1.*

Minusuè repugnat superexistentia filiarum ex secundo matrimonio susceptarum, quoniam in eo, quod aufertur à Vitrico, seu
14 Nouerca ex dispositione dictæ legis † non participant filij secundi matrimonij, sed totum defertur filiis, seu Nepotibus ex præcedenti coniugio susceptis vt habetur in eadem *l. hac edictali §. sin vero plus ibique glos. verb. liberorum, & in auth. ad eos solos eod. tit. sumpta ex d. auth. de nupt. d. §. optimè. & benè explicant DD. relati per Hodiern. in coment. ad eamdem l. qu. 39. num. 2. vsque ad fin.*

Et hinc non obstat quod legatum vsusfructus existentibus filijs communis matrimonij restringatur ad alimenta ex sententia Bul-
15 gari † consuetudine vniuersali recepta, ac proinde non comprehendatur sub dispositione *d. l. hac edictali*, quia præter quod ex amplis verbis testamenti deprehenditur plenũ, & liberum vsumfructum omnium bonorum cum dd. filiabus diuiden. relictum fuisse,
16 quod propterea non esse restringen. ad alimenta pluribus relatis authoritatibus firmatum fuit *in Firmana Codicillorum 15. Nouembris 1549. coram me*: veriùs est quod dispositio illius legis locum habeat etiam in legatis titulo alimentorum relictis, dummodo super-
17 stes coniux, † cui facta fuerunt, non sit adeò pauper, vt aliundè substentari non valeat, *vt declarant Aym. conf. 149. sub num. 3. cum seq. Surd. de alimen. tit. 9. quæst. 9. num. 13. 16. & per tot Hodiern. vbi supra quæst. 31. num. 17. & 18. cum seq q.*

Postremo non obstat quod dispositio *d. l.* correcta videatur per alterum statutum eius-
18 dem † Ciuitatis *d. lib. 4. sub d. rubr. de dot. restit. §. si vero ex ea liberi, & §. si vero ex vltimo matrimonio*; quia præfatum Statutum loquitur de successione mulieris constante matrimonio defunctæ superstitibus etiam filijs prioris matrimonij, & ibi præscribit modum diuidendi dotem inter dd. filios, & Vitricum, ac filios posterioris matrimonij, non autem comprehendit casum, in quo agitur, prout hic, de successione, atque hæreditate viri inter Nouercam, & filios prioris matrimonij, ac de legatis eidem Nouercæ factis contra expressam *d. legis*, ideoque extendi non de-
19 bet, † sed in casibus omissis seruanda est iuris communis dispositio *ad l. si vero §. sol. ma-* trim.

trin. & in fortioribus terminis dictum fuit in d. Bononien. successionis 15. Martij 1647. cor. R. P. D. meo Bichio §. an autem d. statutum.

Atque ita resolutum fuit vtraque &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Bononien Gabellæ

Lunæ 6. Martij 1651.

ARGVMENTVM.

Ad exclusionem gabellæ quam super aqua vita prætendebant Bononienses præsens tendit decisio non solum ea ratione, qua docetur in dubio contra illam pronunciandum esse, verum etiam ex peculiari constitutione Pontificia eamdem Gabbellam excludente.

SVMMARIVM.

1 *Exemptio in certo casu concessa à solutione gabellæ casum exemptum eximit à corpore dispositionis.*
2 *Relatio fit ad proxima.*
3 *Exceptio generaliter, ac per verba vniuersalia concepta, non ad proxima tantum, sed ad omnia refertur.*
4 *Verbum*, ogni, *dicitur vniuersalissimum, & omnia comprehendit.*
5 *Verbum*, altra, *est de sui natura expressiuum similium.*
6 *Exemptio gabbellæ dicitur materia fauorabilis.*
7 *Gabbella duplici quis grauari non debet.*
8 *Dictio*, tanto, quanto, *vtrique casui easdem species includit, & æqualiter tribuit.*
9 *Aqua vita fit ex uino, & uenit appellatione liquoris ex uino nascentis.*
Farina uenit appellatione frumenti n. 9.
Gabbella quæ soluitur pro frumento soluuntur pro farina n. 9.
10 *Natio generalis totam regulat dispositionem.*
11 *Defalcum appellatori gabbellarum quando debeatur.*
12 *Obseruantia in materia gabellarum attenditur.*
12 *Obseruantia declarat quas facultates Pontifex concedere voluerit.*
13 *Augumenti, & aucti eadem est natura etiam in materia gabellarum & n. seq.*
14 *Gabella aucta regulatur secundum præcedentem.*
15 *Dictio*, videlicet, *derogat generalitati.*
16 *Gabbella pro exclusione in dubio pronunciari debet.*

DECISIO CXVIII.

SENTENTIAM Rotalem confirmandam esse censuerunt Domini, quia contra eius validitatem nihil obijcitur, & iustitia patens est ex rationibus ponderatis in decisione in altera instantia ædita 10. Iunij proximi præteriti coram Reuerendiss. D. meo Decano; benè enim pronunciatum fuit mercatores Aquæ vitæ non teneri soluere Regimini Ciuitatis Bononiæ, seu eius Appaltatori, gabellam primi, & secundi oboli pro qualibet libra; nam respectu primi fundatam ipsi habent intentionem in Breue san. mem. Vrbani VIII. de anno 1630. emanato à d. gabella eximere illas res, seu merces, quarum appaltus dependet a Sede Apostolica, ibi, *& ogni altra sorte, di che l'appalto dipenda dalla Sede Apostolica*, ideoque cum ex datis in Summ. Mercatorum num. 1. & 2. constet gabellam Aquæ vitæ fuisse ante præfatum Breue à Sede Apostolica particulariter locatam, † intrat
1 illius exemptio, virtute exceptionis, quæ casum exceptum eximit à corpore dispositionis *c. dudum il 2. de elect. l. nam quod liquida §. fin. ff. de pen. leg. Surd. cons. 470. num. 16. Rot. decis. 211. n. 2. par. 5. recent.*

Non obstat repetitum obiectum, quod huiusmodi exceptuatio referri debeat ad species Aluminum immediatè in d. Breue enũciatorum, non autem ad omnes merces, cũ
2 relatio fiat ad proxima adnot. in *l. 1. ff. de legat. præst. in l. heredes palam, §. sed si notam ff. de testam. Rot. cor. san. me. Greg. XV. decis. 33. n. 3.*

Placuit enim Dominis responsio alias data, quod videlicet cum exceptuatio sit gene-
3 ralis, & verbis vniuersalibus concepta; † ad omnia sub appaltu comprehensa, non autem ad solam mercem aluminis referri debeat *d. l. nam quod liquidæ §. fin. ff. de pen. legat. Rot. decis. 167. num. 3. par. 6. recent. & in Tiburtina fideicommiss. 27. Iunij 1640. §. fin. coram Eminentiss. D. meo Card. Panzirolo*, ea ratione quia relatio in hoc casu dicitur fundata in proprietate illius
4 verbi, *ogni*, † quod tanquam vniuersalissimum ad omnia extendit proximum verbũ,
5 *altra*, † quamuis de sui natura expressiuum similium *Rot. in Romana census, seu depositi 21. Iunij 1641. coram Reuerendiss. D. meo Decano*, & pluribus probat *Gratian. discept. 568. num. 35. & sequen.*
6 Eoque magis, quia agitur † de materia fauorabili *Bald. in l. contractus num. 2. C. de fid. instr. Honded. cons. 112. num. 34. lib. 1.* & viget eadem ratio in immediatè adiectis, ac in omnibus
7 aliis sub appaltu comprehensis, † nec scilicet duplici gabella prægrauentur *Soc. Iun. cons. 1. num. 28. lib. 1. cons. 158. num. 49. lib. 2. Menoch. de præsump. lib. 4. præs. 181. n. 16. & 17. Rot. d. dec. 167. n. 4. par. 6. recent.*

Minus obstat, quod appaltus Sedis Apostolicæ loquatur de aqua vita pro extractione, non autem pro introductione, vnde duæ censeantur separatæ gabellæ diuersimodè impositæ, & pro hæc sub dicto appaltu non comprehensa denegari non possit solutio.

Huiusmodi enim obiectum penitus cessat ex facto, quia licet in appaltu fiat mentio aquæ vitæ è Ciuitate extrahendæ, ibi, *tanti nel estraere vini, acque vite*, in introductione verò solum mentio fiat vini, ibi, *quanto nel introdurre Vini forastieri*; tamen & hic compeehendi aquam vitam patet, tum ex dictione illa *tan-*
8 *to quanto*, quæ vtrique casui easdem species includit, & æqualiter tribuit ex allegatis in *decis. 109. num. 9. par. 7. recent. & in Albanen. hæreditatis 23. Iunij 1642. §. nec dici potest coram R. P. D. meo Cerro*, tum etiam quia paulò infra

pro

pro ratione præcedentis præcepti super solutione gabellæ tam in extrahendo, quàm in introducendo subditur, *Volendo omninamente, che il Tesoriere riscota il datio di tutti i vini, vue, et altri liquori, che nascono da vino*, quapropter comprehensio aquæ vitæ indubitata redditur quæ procul dubio venit appellatione liquo-
9 ris è vino nascentis, † cum ex eo fiat, nec resultet transubstantiatio, vt de farina, quæ fit ex frumento, in terminis gabellæ tradit *Camil. Medices cons.97. sub num.9. Hodiern. ad Surd. decis.139. num.4. Cyriac. controu.468. numer. 21.* hæc autem generalis ratio regulat totam di-
10 spositionem, † & clarè conuincit, quod etiã aqua vita introducenda cadat sub appaltu *l. regula §. si quis, ubi Bart. ff. de iur. & fact. ignor. Io. de Anan. cons.4. num. 2. Burat. dec. 22. n.22.*

Et eo faciliùs DD. in hanc sententiam inclinarunt, quia in subsequenti capitulo promittitur Appaltatori defalcum pro rata vini vuæ, & alterius liquoris, quem aliquis exẽptus, seu priuilegiatus in Ciuitatem introduceret, quare cum ex præallegatis nomine liquoris veniat aqua vita, exinde conuincitur erronea distinctio extrahendæ, & introducẽdæ, nam pro hac non fuisset promissum de-
11 falcum, † quod cum supposito comprehensionis etiam de iure debetur in eum casum Appaltatori, vt ex tex in l. ex locato ff. locat. tradit in proximis terminis *Ferrett. de gabbellis n.600. & seq.*

His autem accedit etiam obseruantia, quia Ciuitas post obtentam facultatem imponendi huiusmodi gabellam passa est Appaltatorem publica Edicta promulgare super gabella aquæ vitæ, & non nisi post aliquos annos reclamauit, nec quidquam à Mercatoribus pro illius introductione vnquam exegit, hæc
12 autem obseruantia plurimum † attendenda est ad dignoscendum, quas facultates Pontifex habuerit animum concedendi, vt ad fauorem eiusdem Regiminis respondit *Rot. in alia Bonon. gabella 17. Maij 1649. coram R. P. D. meo Otthobono.*

Respectu verò secundi oboli, de quo in altero Breue eiusdem S.M. Vrbani VIII. de anno 1641. edito, Dominis adhuc placuit responsio decisionis Reuerendiss. D. mei Decani, quod nempe cum illud solum augmẽtum præcedentis impositionis primi oboli contineat, afficere non possit Mercatores aquæ vitæ ab eius solutione exemptos, cum
13 idem † sit de augmento, quod de aucto *Bald. cons. 407. num.3. vers. cum ergo lib.* 1. & in ter-
14 minis † augmenti gabellæ declarat *Castr. cons. 8. sub n.2. vers. ad idem facit lib.1.*

Nec refert quod in eodem Breue gabella quoad vtrumque obulum verbis expressis imponatur etiam super mercibus in priori exceptuatis. Quia hæc generalitas fuit restricta ad merces singulariter infra descriptas
15 præuia dictione, † *videlicet*, quæ efficit, vt per subsequentes enumerationes specierum generali exceptuationi mercium dicatur derogatum *Bart. in l. quæsitum §. si quis fundum n. 15. vers. aut fuit facta numeratio ff. de fund. instruc. Crauet. cons. 227. num.7. Cephal. cons. 372. num.18. cum alijs relatis per Add. ad S. M. Greg. XV. decis. 257. sub num. 13.* ideoque cum ibidem de aqua vita nulla fiat mentio, meritò fuit pro
16 illius exemptione pronunciatum, † vt etiam in dubio fieri debet capiendo interpretationem pro exclusione gabellę *Ias. in l. fructus nu8. in fin. ff. sol. matrimon. Cyriac. controuers. 370. num.24.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Regien. Beneficij

Veneris 6. Martij 1651.

ARGVMENTVM.

Beneficii vacatio, eiusque non excessus remanet iustificatus ex alteriùs ad illud concurrentis confessione emissa in præcibus Sanctissimo porrectis Confirmatio Ordinarij ex quibus præsumatur in materia iurispatronatus.

SVMMARIVM.

1 *Vacatio beneficij per obitum alicuius probata remanet ex confessione Aduersarij emissa in precibus Pontifici pro eodem beneficio porrectis.*
2 *Non excessum probat confessio partis, quæ beneficium similiter non excedere Pontifici narrauit.*
3 *Clericatus probatur ex literis patentibus.*
4 *Valor beneficij narratus cum clausula* forsitan *aliam iustificationem non requirit.*
Clausula forsitan, *maiorem probationem excludit n.4.*
5 *Idoneitas beneficiati iustificata remanet ex literis testimonialibus Ordinarij.*
6 *Iuspatronatus præsumitur confirmatum ab Ordinario, si patronatus per longum tempus portionem ex tenore fundationis ei debitum exegit.*
7 *Iuspatronatus residet penes vnumquemque patronum in solidum.*
Patronus vnus si præsentat comuni nomine aliorum præsentare censetur n.7.
8 *Patroni plures, unum tamen repræsentantes si præsentare dicuntur per modum unius.*
9 *Consensus patronorum sufficit siue præcedat, siue sequatur.*
10 *Gratiam si alter ex litigantibus plenè iustificauit, ita & alter iustificare tenetur.*

DECISIO CXIX.

CVM alias sub die 1. Iulij 1650. Carolo Estense, & Ioanne Baptista Mazzoleno vtroque prouiso Apostolico, in beneficio, de quo agitur manutentionem petentibus Rota dixisset, vt apposito sequestro, videretur de bono iure, hodie causam repropo sui, quæ denuo diligenter discussa, constare de bono iure Mazzoleni tantum Domini responderunt, quia omnia in litteris Apostolicis narrata iustificat; docet enim de vacatione beneficij per obitum Cæsaris Parmini sequutum

die

die 26. Martij 1644. tàm ex fide Parochi re-
lata in eius summario num. 4. quæ satis pro-
bat, vt dixit Rota in Vicen. Parochialis 20.
Iunij 1650. in principio coram R. P. D. meo
Bichio, quam ex confessione Caroli in præ-
cibus pro eodem Beneficio Sanctissimo por-
1 rectis, quæ sufficit ad hunc effectum *c. per tuas
10. de probat. l. generaliter 13. C. de non numerat.
pecun. Aegid. decis. 268. Rot. coram Mantica decis.
132. & coram bon. mem. Buratto decis. 931. vtro-
bique num. 1. & in Gerunden. Beneficij 11. Martij
1648. in §. 1. cor. R. P. D. meo Celso.*

Ex eadem confessione probat etiam, quod
dictum Beneficium non excedit ducatos 80.
2 dum idem † Carolus narrauit illud non ex-
cedere 24. ducatos similes *Rot. cor. Coccino
decis. 145. num. 1. decis. 595. num. 2. par. 3. & decis.
91. num 4. par. 4. recent. tom. 2. Reuerendiss. Vr-
gellen. decis. 237. num. 6. cum alijs in d. Gerunden.
Beneficij dicto §. 1. ad finem coram R. P. D. meo
Celso.*

Docet pariter de Clericatu ex literis patē-
3 tibus sui Ordinarii † cui tanquam de re ad
eius officium spectante creditur ad tradita
per *Felin. in cap. post cessionem num. 3. & 15. de pro-
bat. Rota coram Greg. XV. dec. 78. num. 5. & decis.
490. num. 6. coram Card. Caualerio decis. 483. nu. 2.
in Nazzarena Beneficij 15. Decembris 1645. in §.
Iustificatur etiam in fine coram R. P. D. meo Vero-
spio, & in Aquilana Iurispatronatus 1. Februarij
præsentis anni §. Clericatus coram R. P. D. meo
Melzio.*

Valor similiter trium aliorum beneficio-
rum obtentorum per non excessum ducato-
4 rum 14. narratus cum clausula *forsitan* † aliā
Iustificationem non requirit, vt tradit *Con-
zal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 32. num. 10. & 11. Rota
apud Cesar. de Graff. decis. 2. n. 8. de probat. quæ est
repetita decis. 412. num. 5. par. 1. diuers.*

Pensionem quoque similium ducatorum
53. reseruatorum, qua esse dictum benefi-
cium obnoxium recensitum fuit, clarè iusti-
ficant litteræ Apostolicæ vsque ab anno 1613
ad fauorem Cæsaris desuper expeditæ, vt in
d. summ. n. 11.

Sic etiam idoneitatem Mazzoleni ad hoc
Beneficium consequendum comprobant lit-
5 teræ testimoniales Ordinarii, † vt in d. sum.
num. 7. quas optimè in proposito suffragari
respondit *Rota in decis. 583. num. 10. par. 4. rec.
tom. 3. & in Eugubina Coadiutoriæ 3. Iunij 1650.
§. finali in principio coram R. P. D. meo Cerro, &
prius in Compostellana Parochialis 21. Februarij
dicti anni §. quod autem ipse coram Reuerendiss. D.
meo Decano.*

Pertinentia verò Iurispatronatus visa fuit
DD. satis probari, non solum quia Barbara
Vastria Mazzolenum præsentans ante dictam
gratiam Apostolicam à Faustina matre vera
patrona pro medietate vocum, legatum hu-
ius Iurispatronatus habuerat, quod ab Ordi-
6 nario confirmatum præsumitur, † dum ipsa
Barbara per longum tempus exegit certam
præstationem annuam frumenti per Titula-
rem beneficii, ei tanquam Patronæ debitam
ex tenore fundationis ad tradita per *Lambert.
de Iurepatr. lib. 1. par. 1. q. 9. sub nu. 50. vers. si de ipse
esset. & num. 51. & eadem quæst. 9. nu. 20.*
Verum etiam quia dato quod idem iuspa-
tronatus deuolutum fuerit ad Hieronymū,
& Iacobum vti filios, & hæredes Testamen-
tarios eiusdem Faustinæ, adhuc dicta perti-
nentia controuerti non potest, vel quia hære-
ditas illorum iam de annis 1626, & 1627. de-
functorum, delata est ad prædictam Barbarā,
& filios Nicolæ sororis, tanquam proximio-
res ab intestato, vel quia in eodem Testamē-
to Faustinæ dd. filijs ad ludum prohibitum
ludentibus mandatum fuit hæreditatem de-
uolui ad dictam Barbaram Vastriam, & Ni-
colam, à qua quidem orti fuere Barbara
Ardizzona, & Ludouicus nunc frater serui-
ta, qui omnes propterea per sententiam quæ-
storis Ducalis ex hoc capite hæreditatem
Faustinæ præcedente Hieronymo, & patrato
per Iacobum delicto, antea confiscatam, è
manibus fisci Ducalis Regien. recuperarunt,
vt in nouo Summario Mazzoleni num. 1. Ex
his namque substinetur præsentatio, quam
Mazzolenus habuit à Barbara Vastria, Bar-
bara Ardizzona, & à Monasterio Seruorum,
in quo Ludouicus professionem emiserat,
absque eo, quod releuet opponere Ardizzo-
nam, & Monasterium post gratiam Aposto-
licam præsentasse, quia sufficit præcedens
præsentatio Barbaræ Vastriæ, aut respectu
legati patronatus sibi facti, aut ratione ac-
quiescentię aliorum Compatronorum ad
eandem Faustinæ vocem concurrentium, cū
Iuspatronatus resideat penes vnumquemq;
7 Patronum in solidum, † & vnus ex patronis
censeatur præsentare communi nomine alio-
rum *Rota coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 230.
num. 4. & 5. & in Valentina beneficij apud Garz.
de benefic. par. 5. cap. 1. sub num. 591. ad finem;*
maximè quia prædicti omnes repræsentan-
8 tes † Faustinam dicuntur præsentare per mo-
dum vnius, vt probat *Lambert. de iurepatronat.
lib. 1. par. 2. q. 1. art. 27. sub num. 5. uers. Non omit-
tam tamen vnum dicere per tot.* Vel saltem ni-
9 hil interest, an consensus præcedat, † vel se-
quatur stante stylo Datariæ, & Cancellariæ,
*Rota apud Seraph. decis. 1165. num. 11. & in Fir-
mana iurispatronatus 28. Nouembris 1631. §. tum
quia coram Reuerendiss. Terracinen.*

Vndè quia agitur hodie in petitorio, in
quo Mazzolenus plenè ex prædictis suam
10 gratiam iustificauit, † Carolus idem æquè
plenè facere tenebatur, vt fuit dictum in
*Vicen. Parochialis 20. Iunij 1650. §. si quidem, &
§. suffragari coram R. P. D. meo Bichio,* vbi in
specie respondetur *decisioni in Vicen. beneficij 14
Martij 1644. coram R. P. D. meo Royas,* in con-
trarium ab Informantibus allegatæ, & prius
in *Mutinen. beneficij 26. Martij 1646. §. nec exti-
tur coram bon. mem. Arguelles,* cum verò ipse
intentionem suam aliundè iustificare negle-
xerit super præsumpta iustificatione per ade-
ptionem possessionis de mandato Executoris
extraiudicialiter procedentis, eiusque gratia
in deuolutione fundata, ob non præsenta-
tionem patronorum intrà legitima tempo-
ra

ra iniustificabilis remaneat ex eo, quod omnes dictæ præsentationes intrà quadrimestre factæ leguntur, meritò Domini de bono iure Mazzoleni tantum constare iudicarunt vtraque &c.

R. P. D. VEROSPIO

Arianeñ Beneficij

Veneris 10. Martij 1651.

ARGVMENTVM.

Vocatio consanguineorum ad beneficium de iure patronatus, cum dicatur qualitas conformis dispositioni iuris, ac consona æquitati, quamuis per fundatorem non fuerit adiecta in limine fundationis, potest tamen per successorem imponi, & quando.

SVMMARIVM.

1 *In beneficio iuris patronatus habens qualitatem familiæ à Testatore requisitam præferri debet, licet habeat minores præsentantium voces.*

Amplia conclusionem procedere etiam si nullas voces haberet n.2.

3 *Præsentari, non potest nec institui ad beneficium de iurepatronatus destitutus qualitate familiæ à testatore requisita.*

4 *Qualitas in limine fundationis iurispatronatus non apposita apponi non potest ex interuallo.*

Patronus, qui tamen patronatum non instituit, non potest qualitatem à fundatore non requisitam, in iurepatronatus apponere n.4.

5 *Qualitas familiæ si postea iuripatronatui adiecta vel sapit successionem hæreditariam, uel illius repræsentat imaginem.*

Successio hæreditaria in iurepatronatus à sacris canonibus improbatur n.5. & 6. vbi uide.

6 *Iuspatronatus præsumitur hæreditarium.*

7 *Iuspatronatus hæreditarium, quando gentilitij naturam debeat assumere.*

8 *Rectorem habere ex una potius familia, quam ex aliena Ecclesiæ non interest.*

9 *Ordinarij consensus in efficiendo, quod iuspatronatus hæreditarium transeat in gentilitium ex temporis diuturnitate præsumitur.*

10 *Consanguinitatis vocatio facta, qui testatorem ad iuspatronatus restringitur ad habiles, neque extraneos excludit.*

11 *Vocatio consanguineorum ad iuspatronatus, dispositioni iuris non dicitur repugnare, sed illi, ac æquitati conformis & sup. n.10.*

12 *Patronatus immutatio de hæreditario, in gentilitium restringat ne collationem Ordinarij, aut alterius.*

13 *Status beneficij ex quo non dicatur immutatus.*

DECISIO CXX.

BENEFICIVM, de quo agitur ex Patronatu olim familiæ Pellicanæ fuerat vsque ab anno 1537. titulo donationis delatum Gabrieli Cacabo, qui filijs hæredibus institutis, in testamento præcepit, vt ad illud in posterum de sua familia progenitum assumerent præsentandum, quoties ibidem idoneus existeret; ad cuius præcepti normam Patroni in successiuis postea vacationibus ex familia Testatoris descendentem præsentarunt, donec per obitum Nicolai subsecutum de an. 1648. maior pars Patronorum Franciscum Casaltam ex aliena familia progenitum Ordinario proposuit instituendum, minor verò Felicē Antonium de eadem Testatoris familia descendentem, inter quos proinde lite suborta, dubitaui; cui decerni debeat Beneficium, & Fœlici Antonio hodie DD. adiudicarunt.

1 Quia † familiæ qualitatem obtinet à Testatore requisitam, cuius virtute debet in Beneficij assecutione præferri, siue minores præsentantium voces ipse connumeret, vt notat *Garz. de benef. par. 7. cap. 15. num. 2. cum seqq. Rocch. de iur. patron. in uerbo beneficium q. 16. n. 43 Lambert. eod. tract. lib. 2. par. 3. q. 4. art. 5. num. 1. & 1. Rot. coram Buratt. decis. 680. num. 1.* siue

2 nullas etiam obtineret, vt respondit *Rot. coram eod. Buratt. decis. 55. num. 3. & dec. 559. n. 1. & decis. 97. num. 3. par. 3. recent. & in Tarraconen. beneficij 10. Ian. 1639. coram Reuerendiss. Salmantino in 1. §. & in Barchinonen. beneficij 15. Ianuarij 1644. coram R. P. D. meo Cerro.* Franciscus verò Aduersarius, licet pluribus Patronorū

3 vocibus præcellat, † est tamen destitutus qualitate familiæ per Testatorem præscripta, adeoque præsentari non poterat, nec successiuè institui *iux ta theoricam Abb. in cap. cum in cunctis §. inferiora num. 10. cum seqq. de elect. Bellon. ium conf. 56. num. 4. Garz. de benef. par. 7. c. 15. num. 6. Rot. coram Seraph. dec. 1270. num. 1. & coram Reuerendiss. Vrgell. decis. 8. num. 3. & decis. 25 pariter num. 3.* & aliis relatis auctoritatibus *in Fesulana beneficij 14. Martij 1650. in §. si quidem constat coram R. P. D. meo Corrado.*

Hinc obesse non poterit, quod prædicta conditio, vt præsentandus in posterum ex certa familia debuisset assumi, adiecta non fuerit in limine fundationis, nec ideo appo-

4 ni potuerat † ex interuallo, præsertim à Gabriele, qui nec Patronatum instituerat iuxta *textum in cap. nos quidem de testamentis, & in clem. quia contingit de Relig. domibus, & per glos. in cap. cum dilectus in uerbo constitutio ad finem de consuetudine ibique DD. Rocch. de iur. patron. in uerbo pro eo num. 29. Garz. de benef. par. 11. cap. 5.* cum aliis adductis *per Monet. commut. ultim. uoluntat. cap. 10. nu. 151.* Tum quia sapit successionem

5 hæreditariam, † vel ipsius saltem repræsentat imaginem à Sacris Canonibus reprobatam, *vt in cap. 1. de præb. & in cap. ad decorem de instit. & in cap. extirpandas de filijs Præsb. cum alijs per Lambert. de iur. patr. lib. 1. q. 9. principali n. 79. & 80. in 17. ampliatione.*

Quoniam hæreditariæ conditionis adiectio ex interuallo reprobatur quidem in Patronatu gentilitio, tamquam Ecclesiæ præiudi-

6 cialis, † non autem è conuerso, quoties Patronatus hæreditarium (prout regulariter esse præsumitur *Clem. plures de iur. patron. Lambert. eod. tract. par. 2. lib. 1. q. 2. num. 15. Couar. max. lib. 2. cap. 18. num. 6. Rot. decis. 275. num. 4. par. 7.*

7 *recent.*) Gentilitij naturam † cum assensu Episcopi

scopi debuisset assumere, vt notat *Molin. de primog. lib. 1. quæst. 24. nu. 30. Rocch. de iurepatron. in verb. ipse, vel is nu. 72. Sanch. in cons. moral. lib. 2. cap. 3. dubitat. 91. & 92. num. 1. Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 18. num. 9. & 10.* & alijs auctoritatibus respondit *Rot.* distinguendo casum vtrumque *in decis. 267. num. 5. cum seqq. part. 6. recentior. & in Fesulana Oratorij, seu Beneficij 5. Decembris 1646. in §. cū igitur circa finem coram R.P.D. meo Bichio confirmata 14. Martij 1650. §. nec ideò dici potest, coram R.P.D. meo Corrado.* Et ratio est, quia nullum hoc posteriori casu potest argui præiudicium Ecclesiæ, dum ipsius nihil interest
8 Rectorem ex vna potius, † quàm ex altera familia obtinere, dummodo is habilitate præpolleat, vt notat *Archidiac. in cap. vnico sub nu. 2. de iurepatron. lib. 6.* & alijs recensitis auctoritatibus, dixit *Rot. in add. Fesulana Oratorij coram R.P.D. Corrado in §. potestas.* Et hic sanæ consensus Ordinarij in proposito casu non defi-
9 cit; † benè quippè præsumitur ex temporis cursu longæuo, ac obseruantia subsecuta ab anno 1572. vt notat *Lambert. de iurepatron. p. 2. lib. 1. quæst. 1. principali art. 8. Viuian. de iurepatron. eod. tract. lib. 4. cap. 4. num. 5. Rot. coram Mohedano decis. 22. nu. 3. de præb. & 598. num. 4. part. 1. diuers. & in Mediolanen. iurispatronatus 15. May 1615. coram bon. mem. Pirouano.*

Neque prædicta consanguineorum prelatio iuris dispositioni repugnat, si prout in
10 proposito casu, † restringatur ad habiles, nec cæteros extraneos absolutè excludat, vt declarat idem *Lambert. de iur. patron. lib. 1. par. 1. quæst. 9. princip. sub num. 111. Garz. de benefic. ad d. part. 7. cap. 15. Rot. coram Seraphin. decis. 774.* Sed æquitate potius tunc consona reputatur,
11 ac † iuris dispositioni conformis, iuxta *gloss. in cap. neminem in verb. sine possessionis septuagesima distinct. Rocch. de iur. patron. in verb. honorificum nu. 46. in 18. quæst. Rot. coram Buratt. dec. 316. num. 12. 647. num. 16. & 679. num. 12.*

Non obstat, quod immutatio Patronatus hæreditarii in Gentilitium, liberam Ordinarij, siue alterius collationem restringat, eisque
12 proindè præiudicialis existat, † tale enim præiudicium tanquam ab extrà, & accidentaliter contingens, neque ipsum respiciens beneficium nullius ponderis adhunc effectū esse censetur, iuxtà *gloss. vlt. in cap. quamuis de pactis lib. 6.* vbi inter cæteros, *Gemin. num. 10. Sarnen. supra regul. de iur. quæs. non tollen. quæst. 3. Rot. coram Seraphin. decis. 1411. num. 23. & coram Reuerendiss. Vrgell. decis. 117. num. 13.*

Denique Patronatus Gentilitij obseruantiam non infringit resignatio ex causa permutationis, subsecuta in fauorem Leandri Grassi, qui ex Testatoris familia non descen-
13 derat, † cum per eam nec status Beneficij immutatus, nec eiusdem causa dici possit alterata, vt respondit *Rot. decis. 360. nu. 15. par. 2. recentior. & in Papien. Archipresbyteratus 9. Aprilis 1601. coram recol. mem. Card. Pamphilio, & in Lucana Iurispatronatus 29. Ianuarij 1644. in §. non obstat, coram Reuerendiss. Terracinen. & in Reatina Vicaria 28. Iunij 1647. in §. collationes verò, coram R.P.D. meo Cerro.* Et ita vtraque, &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO S. Rot. Rom. DECANO.

Romana Fideicommissi de Mutis.

Veneris 10. Martij 1651.

ARGVMENTVM.

Dotis creditum solutum dicitur mediante venditione facta pro iuribus hęreditarijs maternis, quorum in locum bona vendita successiuè dicuntur quantumuis pretium fuerit in aliam causam erogatum.

SVMMARIVM.

1 *Solutionem dupppliciter consequi creditor minimè potest. & num. 2. vbi amplia.*
3 *Cessionario plus iuris quam cedenti competere non potest.*
4 *Venditio facta pro iuribus hæreditarijs naturæ creditum dotalem eiusdem dotis estinguit quamuis pretium fuerit in aliam causam conuersum.*
5 *Assertioni grauatorum super expensis hereditarijs non statur, sed illæ aliundè probari debent.*
6 *Retentio concedi non potest ex causa detractionum, quæ mediantibus alienationibus redduntur illiquidæ.*
Fideicommissarijs non retardat immissionem prætentia detractionum, quæ minus liquidæ iudicantur. num. 6.

DECISIO CXXI.

PRæuijs quinque Decisionibus fuit lata sententia per R.P.D. meum Meltium, in qua pronunciatum fuit Octauium, & fratres de Mutis esse immittendos in possessionem medietatis sextæ partis Casalis Polidori excepta quinta parte d. sextæ partis assignata in dotē Lucretię, & quarta parte residui eiusdē sextæ partis pro dote Liuiæ, solutisque nonnullis pecuniarum quantitatibus occasione certarum detractionum in eadem sententia singillatim expressis: Verùm interposita hinc indè appellatione in parte, & partibus præiudicialibus, causaque mihi deuoluta, vtraquē pars respectu detractionum tantum eam reformandam esse contendebat, quia existentia, & purificatio fideicōmissi, ac identitas Casalis cōtrouersi amplius non impugnabantur.

Informantes enim pro fratribus de Mutis ad euitandum vlteriorem causæ progressum, cæteris omnibus acquiescentes, solum allegabant residuum dotis Philippæ Caffarellæ vxoris Cæsaris Muti scut. 2207. non esse integrè detrahendum ex sola portione Casalis delata ad Alexandrum, & ad ipsos deuoluta propter extinctionem eius lineæ masculinæ, sed pro medietate detrahendum esse ex altera portione Laurentij eiusdem Alexandri fratris à Flaminia, & collitigantibus, siue ab alijs ab eis causam habentibus retenta, ac in præsenti iudicio non comprehensa.

Cui

Cui quidem petitioni Domini annuerunt, quia cum dicti Laurentius, & Alexander fratres creditores dictæ dotis pro virili, adepti fuerint possessionem dictæ sextæ partis dicti Casalis, illiusque medietatem quilibet expresse receperit pro satisfactione medietatis dotis sibi debitæ, nulla æquitatis ratio patitur, quod præfatæ mulieres vti hæredes Alexandri possint hodie petere integram dotem super sola portione Casalis eidem Alexandro obtenta, cum ex persona ipsius eis non competat actio nisi pro illius medietate, ex quo altera medietas spectabat ad Laurentiũ, qui de ea plene satisfactus fuit ex altera portione eiusdem Casalis sibi obuenta, & ab iisdem mulieribus, vt supra retenta, cuius propterea nouam solutionem prætendere non possunt, † ne illam bis consequantur, *contra textum in l. bona, ff. de regul. iur.*

1 Nec refragatur responsio præcedentium decisionum, quod scilicet altera medietas dictæ dotis spectaret ad Alexandrum iure proprio, altera verò iure ei cesso ab eodem Laurentio.

Quia subsisteret si dicti Fratres de Mutis peterent immissionem super integra sexta parte dicti Casalis, & sic super vtraque portione ad Alexandrum, & Laurentium spectante; Verùm, quia petunt tantummodo portionem Alexandri, altera verò Laurentij ab ipsis mulieribus, seù ab eis causam habentibus retinetur; Vtique sicut ipse Laurentius si viueret retinendo suam partem Casalis, nil aliud occasione dictæ dotis prętende-
2 re potuisset, † ex quo de ea iam fuerat satisfactus per assecutionem dictæ suæ partis, *gloss. in l. 1. verb. competente, vers. nam pro ea parte, C. de hæred. action.* Ita etiam ex iuribus ab eo cessis dictæ mulieres parimodo nihil amplius prętendere possunt, cum cessionario plus iuris
3 non competat, † quam cedenti competeret, *l. nemo plus, ff. de regul. iur. & l. emptor, vbi Bald. C. de hæred. action. Rota in recent. decis. 117. nu. 12. part. 8.* Tunc enim dicti fratres alteram medietatem ad Laurentium spectantem soluere tenentur, quando immissionem peterent etiam super portione ad illum delata, & (cui dictum est) à prefatis mulieribus retenta.

Informantes verò pro Flaminia, & collitigantibus vltrà detractiones in dicta sententia expressas plura alia prętendebant, & Primò detrahendam esse summam scut. 250. ex pretio scut. 1100. Domus hęreditariæ fideicommittentis venditæ Fuluiæ Taschæ, quod fuit illis imputatum in causam dictæ dotis Philippæ, ex quo prefata scuta 250. asseruntur erogata per dictum Alexandrum, & Laurentium in extinctionem eiusdem Census paterni.

Secundò scuta 175. quæ impendisse supponitur Alexandrum pro monacandis Sororibus.

Tertiò, Dotem Cherubinæ vxoris Valeriani fideicõmittentis florenorum 2000. vna cum alijs florenis 1383. pro acconcio, & lucro dotali.

Quartò, Residuum dotis Remigiæ ducat. 500. ac residuum dotis, & acconcij Mutiæ illius filiarum aliorum ducat. 500.

Quintò, Ducatos aureos 700. vna cum fructibus persolutos à Cæsare, & Britio de anno 1533. in extinctionem cuiusdam Societatis offici) contractæ per eumdem Valerianum.

Sextò, Denique impensam funeris, & legatorum piorum ab ipso relictorum, quæ insimul ascendere possunt ad alia scuta centum.

Verùm omnibus perpensis Domini existimarunt nulla ex prefatis deberi: Prima siquidem prętensio detractionis dictorum scutorum 250. sufficienter sublata visa fuit *in vltima decisione R. P. D. mei Meltij sub §. in diminutionem tamen*, ea ratione, quia cum supradicta Domus apprehensa, & vendita fuerit à dictis Alexandro, & Laurentio pro iure, ac titulo hæreditatis maternæ eo ipso proportionabiliter cessit in extinctionem crediti dotalis
4 eiusdem hęreditatis, † licet ipsi totam, vel partem erogassent in causam æris alieni à patre contracti, *§. 1. instit. quib. mod. oblig. toll. l. soluendo, ff. de negoc. gest. l. solutionem, ff. de solution. l. tale pactum, §. post diuisionem*, ibique *Castr. ff. si cert. petat.* Esto, quod pro summa sic erogata effecti fuissent creditores paternæ hęreditatis.

Scuta 175. secundo loco prętensa nullo pacto impensa probantur pro collocandis dictis sororibus in Monasterium, & ideò
5 non veniunt detrahenda, † cum ad istum effectum non stetur simplici assertioni grauatorum, sed aliis iustificationibus, & quidem concludentibus verificari debeat pecunias prętensas in dictam causam versas fuisse, *vt respondetur in d. decisione §. detractioni scut.* 300.

Cætera verò omnia alia pręter, quod nec minùs concludenter iustificantur, vnica responsione pœnitus eliduntur, vel saltem dubia, & illiquida omninò redduntur ex pluribus alienationibus, & detractionibus bonorum Valeriani per dictos Cæsarem, & Britium eius filios, ac prefatos Alexandrum, & Laurentium nepotes respectiuè factis tàm de bonis stabilibus, & signanter de quadam Vinea vendita pretio scut. 1700. quàm de mobilibus, & semouentibus ad eos delatis, de quibus nulla sufficiens ratio ex hactenus
6 deductis reddita fuit, † itaut proinde, nec pro illis dictis Mulieribus concedi possit retentio, nec fideicommissarijs actoribus impediri immissio, vt respondit *Rota decis. 77. num. 4. & per totam part. 5. recent. & alijs pluribus allegatis in Romana fideicommissi de Capiteferreo 10. Martij 1645. coram Rev. P. D. meo Corrado, §. final.*

Fuit itaque resolutum, sententiam Rotalem esse confirmandam pręterquam in detractione medietatis residui dotis Philippæ, cuius respectu reformandam esse Domini responderunt.

Vtraque, &c.

X R.P.D.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Arianen. Beneficij.

Veneris 10. Martij 1651.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus hæreditariũ, quod potest in gentilitium transire an admittat conditiones sapientes qualitates hæreditarias, quando ex præsertim non in limine illius fuerint appositæ, & ab eo qui nec patronatum instituit.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus habens qualitatem familiæ à Testatore requisitam præferri debet etiam si minores præsentantium voces connumeret, Amplia, vt numer. seq.*

3 *Beneficium conferri non potest carenti qualitate familiæ à Testatore requisita, etiam si à pluribus patronis præsentationem obtinuerit.*

4 *Conditio non apposita in limine fundationis iuris patronatus non debet attendi, amplia, vt ibidem.*

5 *Conditio sapiens qualitatem hæreditariam è iurepatronatus reijcitur, & quando num. seqq.*

6 *Iuspatronatus præsumitur hæreditarium.*

7 *Iuspatronatus hæreditarium, quando gentilitij naturam assumat. & num. seq.*

9 *Ecclesiæ nihil interest habere Rectorem potius ex vna, quàm ex alia familia.*

10 *Ordinarij consensus in Iurispatronatus materia ex tempore, & obseruantia præsumitur, & quando.*

11 *Consanguineorum Prælatio in Iurepatronatus Canonicus non repugnat dummodo restringatur ad habiles. & num. 12.*

13 *Præiudicium accidentale, & ab extrà, nec præiudiciale beneficijs attenditur.*

14 *Resignatio ex causa permutationis non tollis patronatus gentilitij obseruantiam.*

DECISIO CXXII.

BENEFICIVM de quo agitur ex Patronatu olim familiæ Pellcanæ fuerat vsque ab anno 1573. titulo donationis delatum Gabrieli Cacabo, qui filijs hæredibus institutis, in Testamento præcepit, vt ad illud in posterum de sua familia progenitum assumerent præsentandum, quoties ibidem idoneus existeret; ad cuius præcepti normam Patroni in successiuis posteà vacationibus ex familia Testatoris descendentem presentarunt, donec per obitum Nicolai subsecutũ de anno 1648 maior pars Patronorum Franciscum Casaltam ex aliena familia progenitum Ordinario proposuit instituendum, minor verò Fœlicem Antonium de eadem Testatoris familia descendentem, inter quos proindè lite suborta dubitaui; cui decerni debeat Beneficium, & Fęlici Antonio hodie DD. adiudicarunt.
Quia familiæ qualitatem obtinet à Testatore
1 requisitam, cuius virtute debet in Beneficij
assecutione præferri, siue minores præsentantium voces connumeret, vt notat *Garz. de benefic. part. 7. cap. 15. nu. 2. cum seqq. Rocch. de iurepatron. in verb. Beneficium quæst. 16. num. 43. Lambert. eod. tract. lib. 2. part. 3. quæst. 4. artic. 5. num. 1. & 2. Rot. coram Buratt. decis. 680. num. 1.*
2 siue nullas † etiam obtineret, vt respondit
Rot. coram eod. Buratt. decis. 55. nu. 3. & 559. nu. 1. & decis. 97. nu. 3. part. 3. recent. & in Tarraconen. Beneficij 10. Ianuarij 1639. coram Reuerendissimo Salamantino in §. 1. & in Barchinonen. Beneficij 15. Ianuarij 1644. coram Reu. P. D. meo Cerro.
Franciscus verò Aduersarius, licet pluribus Patronorum vocibus pręcellat, est tamen destitutus qualitate familiæ per Testatorem
3 præscripta, † adeòque præsentari non poterat, nec successiuè institui, iuxtà *theoricam Abb. in cap. cum in cunctis, §. inferiora num. 10. cum seqq. de elect. Bellon. Iun. cons. 56. num. 4. Garz. de benef. part. 7. cap. 15. nu. 6. Rot. coram Seraph. dec. 1270. num. 1. & coram Reuerendiss. Vrgell. decis. 8. num. 3. & decis. 25. pariter num. 3.* & alijs relatis auctoritatibus *in Fesulana beneficij 14. Martij 1650. in §. si quidem constat coram R. P. D. meo Corrado.*

Hinc obesse non poterit, quod predicta conditio, vt presentandus in posterum ex certa familia debuisset assumi, adiecta non
4 fuerit in limine fundationis, † nec ideò apponi potuerit ex interuallo, præsertim à Gabriele, qui nec Patronatum instituerat, iuxtà *textum in cap. nos quidem de testamentis, & in Clement. quia contingit de Relig. domibus, & per gloss. in cap. cum dilectus in verb. constitutio ad finem de consuetudine ibique DD. Rocch. de iurepatron. in verbo pro eo num. 29. Garz. de benefic. part. 11. cap. 5.* cum alijs adductis per *Monet. de commut. vlt. volunt. cap. 10. num. 351.* Tum quia sapit successionem
5 hæreditariam, † vel ipsius saltem repręsentat Imaginem à sacris Canonibus reprobatam, *vt in cap. 1. de preb. & in cap. ad decorem de instit. & in cap. extirpandas filijs Presb. cum alijs per Lambert. de iurepatron. lib. 1. quæst. 9. principali nu. 79. & 80. in 17. Ampliatione.*

Quoniam hęreditariæ conditionis adiectio ex interuallo reprobatur quidem in Patronatu gentilitio, tamquam Ecclesiæ pręiudicialis, non autem è conuerso, quoties Patro-
6 natus hæreditarium † (prout regulariter esse pręsumitur, *Clem. plures de iurepatron. Lambert. eod. tract. par. 2. lib. 1. quæst. 2. num. 15. Couarr. var. lib. 2. cap. 18. num. 6. Rot. decis. 275. num. 4. part. 7.*
7 *recent.*) *G*entilitij naturam † cum assensu Episcopi debuisset assumere, vt notat *Molin. de primog. lib. 1. quæst. 24. nu. 30. Rocch. de iurepatron. in verb. ipse, vel is num. 72. Sanch. in consil. moral. lib. 2. cap. 3. dubitat. 91. & 92. num. 1. Couarr. var. resolut. lib. 2. cap. 18. num. & 10.* & alijs auctori-
8 tatibus respondit *Rot.* † distinguendo casum vtrumque in *decis. 267. num. 5. cum seqq. part. 6. recent. & in Fesulana Oratorij, seù Beneficij 5. Decembris 1646. in §. cum igitur circa finem coram R. P. D. meo Bichio, confirmata 14. Martij 1650. §. nec ideò dici potest, coram R. P. D. meo Corrado.*
Et ratio est, quia nullum hoc posteriori casu
9 potest argui præiudicium Ecclesiæ, † dum ipsius nihil interest Rectorem ex vna potius, quàm ex altera familia obtinere, dummodo is habilitate prępolleat, vt notat *Archidiacon. in cap. vnico sub num. 2. de iurepatron. lib. 6.* & alijs recensitis auctoritatibus dixit *Rot. in Add. Fesulana Oratorij coram R. P. D. Corrado in §. potestas.*

Et

Et hîc sanè consensus Ordinarij in proposi-
10 to casu non deficit; † benè quippè præsumitur ex temporis cursu longæuo, ac obseruantia subsecuta ab anno 1572. vt notat *Lambert. de iurepatron. part. 2. lib. 1. quæst. 1. principali art. 8. Viuian. de iurepatron. eod. tract. lib. 4. cap. 4. num. 5. Rot. coram Mohedano decis. 22. num. 3. de praeben. & 598. num. 4. part. 1. diuers. & in Mediolanen. iurispatronatus 15. May 1615. coram bon. memoria Pirouano*.

Neque prædicta consanguineorum prælatio iuris dispositioni repugnat, si prout in
11 proposito † casu, restringatur ad habiles, nec cæteros extraneos absolutè excludat, vt declarat idem *Lambert. de iurepatron. lib. 1. part. 1. quæst. 9. princip. sub num. 111. Garz. de benefic. ad dict. part. 7. cap. 15. Rot. coram Seraph. decis. 774.* Sed æquitate potius tunc consona reputatur,
12 ac † iuris dispositioni conformis, iuxtà *gloss. in cap. neminem in verb. sine possessionis septuagesima distinct. Rocch. de iurepatron. in verb. honorificum nu. 46. in 18. quæst. Rot. coram Buratt. dec. 316. num. 12. 647. num. 16. & 679. num. 12.*

Non obstat, quod immutatio Patronatus hæreditarij in Gentilitium, liberam Ordinarij, siue alterius collationem restringat,
13 eisque proindè præiudicialis existat, † tale enim præiudicium tanquam ab extrà, & accidentaliter cōtingens, neque ipsum respiciens beneficium nullius ponderis adhunc effectū esse censetur, iuxtà *gloss. vlt. in cap. quamuis de pactis lib. 6.* vbi inter cæteros *Gemin. numer. 10. Sarnen. supra regul. de iur. quæs. non tollen. quæst. 3. Rot. coram Seraphin. decis. 1411. num. 23. & coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 117. num. 13.*

Denique Patronatus Gentelitij obseruantiam nō infringit resignatio ex causa permutationis, subsecuta in fauorē Leandri Grassi, qui ex Testatoris familia non descenderat,
14 cum † per eam nec status Beneficij immutatus, nec eiusdem causa dici possit alterata, vt respondit *Rot. decis. 360. nu. 15. part. 2. recent. & in Papien. Archipresbyteratus 9. Aprilis 1610. coram recol. mem. Card. Pamphilio, & in Lucana Iurispatronatus 29. Ianuarij 1644. in §. non obstat, coram Reuerendiss. Terracinen. & in Reatina Vicariæ 28. Iuny 1647. in §. collationes verò, coram R. P. D. meo Cerro.*

Et ita vtra, &c.

R. P. D. PEVTINGERO

Bononien. Dotis.

Veneris 10. Martij 1651.

ARGVMENTVM.

Plura deducuntur circa solutionem vsurarum dotalium, scilicet quando, & quibus concurrentibus veniant omnino soluendæ, & quando non. Ex attentatis in vna causa nullatenus illa sunt referenda ad causam diuersam ab illa.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum publicum, est probatio probata, & veritas apparens.*
2 *Dotis vsura, quando debeantur.*
3 *Vsura dotis ad quam summam ascendant secundum statutum Bononiense.*
4 *à Soluendis vsuris dotalibus, quando quis non possit se excusare.*
5 *Mora ex quibus videatur exclusa.*
6 *per Interpellationem, quis constituitur in mora.*
7 *Dies interpellat pro homine. & ex hoc constituitur in mora debitor.*
8 *Dies solutionis magis constituit in mora debitorem, quam ipsa interpellatio.*
9 *Dies quando est adiecta solutioni, & debitor est interpellatus, tunc dupliciter dicitur constitutus in mora.*
10 *Vsurarum cursus, vt impediatur quid requiratur. & num. 11.*
12 *à Declaratione, quando quis recessit, ea amplius non attenditur.*
13 *Oblatio verbalis non iuuat ad impediendum cursum vsurarum iam inceptus currre.*
14 *Oblatio verbalis, quando impediat cursum vsurarum.*
15 *Dotis vsuræ, quando nullo modo debeantur, & num. 16. & 17.*
18 *Decis. in Romana Pecuniaria 1. Iulij 1594. coram Penia declaratur.*
19 *Decis. Seraph. 1477. quo casu procedat, & n. 20.*
21 *Apparatus nuptialis taxatio quo ad quantitatem arbitrio Iudicis remittitur.*
22 *Causa, si pendeat in Rota, & alibi feratur sententia, est attentata.*
23 *Sed hoc non procedit, quando diuersæ ....*
24 *ex Attentatis in vna causa, illa non protrahantur ad causam diuersam.*
25 *Protestatio debet repeti in quolibet actu, & n. 26.*

DECISIO CXXIII.

OCCASIONE nuptiarum quas D. Commendatarius Sauignanus cum D. Comitissa Lignana contraxerat, D. Marchio de Lignanis huius frater germanus vnà cum Vincentio patruo libras duo, ac triginta mille in dotalibus tabulis promiserat certis statutis temporibus distributas; Ad harum autem computum cesserat actiones exigendi fructus annuos librarum septemdecim millium, quæ contra D. Lutium Maluetium in summa maiori librarum triginta millium sibi competebant; Ac in eodem denique Instrumento dotali nuptiarum spoponderat apparatum suo, patruique arbitrio taxandum; Cum vero de anno 1642. ac sequenti cessisset dies solutionis librarum quatuor mille, nec satis suæ fecisset obligationi idem Marchio, de sequenti vero an. 1644. interpellatus ad traditionem Instrumentorum, ac iurium creditum cessum contra Maluetium iustificantium, eadem recusasset exhibere, nec apparatum pariter nuptialem ad formā suæ obligationis vnquam consignasset, condemnatus proinde fuit in sententia A. C. ad libras quatuor

tuor mille exbursandas cum vsuris librarum septem pro singulis centenariis iuxta Bonon. statutum post commissam moram inde decursis; Ad vsuras præterea librarum 17. mill. à die 16. Martij 1644. in libris sex pro singulis centenariis (vt tenebatur ipse Maluetius debitor cessus) exigendas, & ad libras denique mille ac ducentas arbitratas à Iudice pro apparatu nuptiali promisso coniugibus non autem tributo: super cuius confirmatione sententiæ hodie dubio per me proposito DD primum, ac vltimum eiusdem caput tanquam iustitiæ innixum fore confirman. secūdum vero dispositioni iuris responderunt non esse conforme, adeoque infirmañ.

Siquidem solutio librarum quatuor mille in prima sententiæ parte decreta robur assumit ex publico promissæ dotis Instrumento
1 probatæ † probationis, ac apparentis speciem veritatis præseferente secundum *Bart. in l. prima in princip. ff. de oper. non nunciat. Bald. in l. quoties in fine, C. de iud. Dec. cons. 36. num. 2. cum alijs per Tiraquell. de retract. ligna §. 2. gloss. prima n. 2. Rota coram Gregor. decis. 157. num. 13. & 196. n. 1.* Interusuriorum verò damnatio ibidem successiuè taxata tum à iuris dispositione sustinetur verò decernentis vsuras ex dote pro-
2 missa non tamen † persoluta pro tempore, quo matrimonij onera ipse substinuit, & debitor dotis moram incurrit, de qua *in l. dotis fructus, ff. de iur. dot. & in l. pro oneribus, C. eod. titul. & in cap. salubriter de vsuris, vbi communiter DD. cæterique adducti in vna Romana Saluiani 14. Decembris 1644. in §. & respectu primi temporis, coram R. P. D. meo Verospio*: Tum etiam ex peculiari statuto Ciuitatis Bonon. ad libras
3 septem pro singulis centenariis vsuras † tunc taxante sub rubrica de successi. liber. patr. vel matr. morient. ab intestat. cuius dispositioni semper Sacrum hoc Tribunal deferre consueuit, prout *in vna Bononien. Dotis 26. Martij 1645. coram Reuerendissimo D. meo Decano, & in alia Bononien. Dotis 16. Nouembris 1647. coram R. P. D. meo Bichio; & antea in Bononien. Fructuum 4. Martij 1630. coram Reuerendissimo Terracinen.*

Neque ab vsuris prædictis idem Marchio poterit se tueri siue exhibita declaratione Commendatarij die 24. Nouembris 1644.
4 recipiendi † ratas dotis tunc decursas solummodo in causam per Rotam declarandam citrà vllam præcedentis Instrumenti dotalis approbationem, ac si maioris summæ petitionem illa contineat, ac conditionem penitus improbatam; siue ex successiua ipsius oblatione edita die 14. Decembris anni 1646. tradendi easdem pecunias tunc vsque decursas ad formam Instrumenti dotalis, quasi ex his
5 mora videatur † exclusa vt pluribus auctoritatibus comprobanit *Rota in Anconitana Dotis prima Iulij 1643. coram R. P. D. meo Cerro in primo, ac seq. §.*

Quoniam ante Commendatarij declarationem in moram iam inciderat idem Marchio
6 tum per † interpellationem de antecedenti mense Martij eiusdem anni simpliciter contra ipsum executam *ad text. in leg. penultima, ff. quando dies legati cedat, & l. quod te, ff. de reb. credit. notat Bartol. in l. qui Romæ, §. seia num. 4. ff. de verbor. obligat. & in leg. titia, §. vsuras n. 3. ff. de legat. 2. DD. in l. vinum, ff. de reb. credit. vbi Rubeus num. 5. Dec. num. 13. Purpuratus num. 42.* tum etiam ex lapsu diei solutioni dotis adie-
7 ctæ, † quæ interpellationis vices pariter explet ad constituendum in mora debitorem *l. pecunia, §. vsurarum, ff. de vsur. l. magnam, C. de contrahend. stipulat. vbi gloss. notat. in verb. admonuit, & in l. 2. in verb. cautum, C. de iur. emphit. cum alijs per Molin. de contract. tractat. 2. disp. 299.*
8 *n. 3.* Quinnimo † efficacior ad hunc effectum reputatur altera ab expresso hominis facto resultante secundum *Bald. in adducta leg. vinum num. 12. ff. de reb. credit. Iason. in l. si ex legati causa num. 12. ff. de verbor. obligat. Gabr. conclus. 9. n. 2. de solut.* Dum itaque debitor in dupplicem
9 moram † iam inciderat ex subsequenti propterea declaratione creditoris vsuras euitare non poterat, nec sub prætextu petitionis excessiuæ quando realis debitę quantitatis obla-
10 tio, vt ad impediendum † vsurarum cursum requirebatur, per eumdem facta non fuit, vt tradit *Lofred. cons. 23. col. vltim. Aymon. consil. 85. num. 9. Imol. in l. prætor, §. si quis paratus, ff. de oper. nou. nunciat. Alexan. in l. si mora nu. 4. in tertia fallentia, ff. solut. matrim. Gabr. de expens. conclus. 2. num. 9. Vrsel. ad Afflict. decis. 205. numer. 4. Rota Bononien. diuers. 8. numer. 70. Castill. decis. 188. num. 17.* neque eius respectu conditionis sub qua concepta fuerat declaratio, cum illa in hoc Tribunali non reprobetur, sed admitta-
11 tur, quoties † super pinguiori dotis consecutione ex testamento auito lis adhuc prout in proposito casu, pendebat indecisa, vt de stylo attestatur *Rota decis. 280. num. 6. part. 6. recentior. & in decis. 985. num. 3. part. 3. lib. 3. diuersor.* & latè probat *Carocc. de oblat. quæst. 1. numer. 7.* Eoque minus declaratio prædicta poterit suffragari dum Commendator ab ea quoque re-
12 cesserat † mediante libello, ac iudiciali petitione pro implemento, ac executione contentorum in Instrumento dotali de mense Nouembris 1646. producta; neque etiam oblatio Marchionis solummodo verbalis, ac proinde inefficax in casu proposito, quo vsu-
13 rarum cursus iam inceperat, vt notat *Alex. cons. 40. num. 11. lib. 4. Modern. Roman. disceptat. forens. cap. 241. num. 40. Rota decis. 431. nu. 2. in fin. par. 3. recentior. & coram Gregor. decis. 559. num. 7. & in Bononien. Prædij 27. Iunij 1642. coram R. P. D. meo Cerro.* Nec vlla præcesserat vera re-
14 cusatio Creditoris recipiendi, scilicet † ratas dotis tunc vsque decursas in quibus terminis oblationem solummodo verbalem admisit *Rota in Anconitana Dotis coram R. P. D. meo Cerro* in contrarium superius deducta.

Reliqua vero vsurarum exactio respectu librarum septemdecim millium in secunda sententiæ parte firmata DD. visa fuit omni-
15 no indebita, † quia in Instrumento dotali cessionis contra Maluetium comprehensiuo indicata fuerat substantia, ac dies alterius Instrumenti per eumdemmet Notarium quo-

que

que rogati, ac cessionis veritatem præseferentis (vt benè comprobat Instrumentũ ab eodem Marchione postea productum 19. Iunij 1648.) neque ad aliud ipse tenebatur, neque
16 poterat † successiuè compelli, postquam creditor cessus debitum non negauerat *iuxt. text. in l. titius hares 50. ff. de apt. empt. vbi post gloss. in verb.* & fines ostendere, notat *Bart. in l. quæsitum*, §. *Papien. ff. de fund. instructo Cenc. de cens. quæst. 72. num. 23. propè finem, Rota coram Seraphin. decis. 1477. num. 8. coram bon. mem. Coccino decis. 60. in fine.* Præsertim quod interesse ex Instrumento non tradito Commenda-
17 tario contingens in † annuorum fructuum exactione consistit, quos in libris sex pro singulis centenarijs tenebatur exbursare Maluetius iuxta Instrumentum exibitum Summario num. 4. ac editum 4. Iunij 1620. vsque modo pro conuento tempore debitos consequi poterit mediantibus Instrumentis ab eodemmet Marchione postea productis.

Neque videtur in contrarium vrgere decisio *in Romana pecuniaria 4. Iulij 1594. coram bon.*
18 *me.* † *Penia inter impressas part. 4. diuers. 14.* realem crediti cessi exhibitionem requirens, nudamque ipsius Instrumenti indicationem reijciens tanquam insufficientem; In ea enim decisione agebatur de credito, cuius originale Instrumentum in longinquis, ac remotissimis partibus stipulatum de facili extrahi non poterat à creditore, vt declarauit *Rota in*
19 *adducta* † *decis. 1477. coram Seraphin. numer. 8. & 10.* contrarium in suo casu concludens, quo Instrumentum à debitore iudicatũ facillimè prout in proposito casu poterat obtineri, & ita distinguendo casum vtrumque
20 declarat, † & ambas decisiones conciliat *Cenc. de censib. quæst. 72. num. 24.*

Solutionem denique librarum mille, ac ducentarum in tertia sententiæ parte sancitam tanquam iuri consonam DD. approbarunt, cum enim Marchio vestit, atque mobilium traditionem pro nuptiali apparatu coniugibus promissam hucusque distulerit; neque ipsarum valor per obitum Vincentij patrui, cuius arbitrio fuerat remissa taxatio, amplius liquidari possit: Iure merito in ea fuit quantitate tazatus à Iudice, cuius arbi-
21 trium ex peculiari † dotis priuilegio alterius vice admittitur *ad text. in l. cum ea, C. de dot. promiss. Ibique post gloss. notant communiter DD. in l. cum post, § gener. ff. de iur. dot. gloss. in l. vltima in verb. pro nihilo, C. de contrahend. empt. Bald. ibidem num. 12. in fine, & in l. vltim. num. 10. Cod. de sententijs quæ sine certa quantitate proferuntur, Roman. in l. si quis arbitratu num. 13. ff. de verb. oblig.*

Neque subsistere visa fuit exceptio nullitatis contra sententiam de partibus, ac alteram Vrbis obiecta, quod coram alijs Iudicibus
22 lite in hoc † Sacro Tribunali pendente, & post inhibitionem ibidem expeditam editæ, fuerint attentatæ; cum iudicium esset vtrobique diuersum propter diuersitatem actionis,
23 quæ in vtroque † Tribunali deducta fuerat, vt notat *Lancellott. de attentat. appellatione pendente cap. 12. limitat. 2. num. 10. Modern. Roman. disceptat. forens. cap. 914. num. 31. Rota coram Cauaier. decis. 623. num. 2. & in decis. 200. num. 3. post Modern. de obligat. Cameral.* Ea enim quæ mota fuerat in partibus, ac Tribunali A. Cam. prosecuta ex propria ipsius Marchionis obliga-
24 tione procedebat Instrumenta † dotalis occasione contracta, altera verò pendens in hoc Tribunali ex testamento Alexandri aui paterni suæ vxoris originem trahit, adeoque hæc
25 seu inhibitio, sententias alibi † reportatas vitio attentatorum non reddit obnoxias *ad text. in cap. super eo il primo de appellation.* & probat *Lancellott. de attentat. part. 2. cap. 12. limitat. 2. n. 13. Rota coram Gregor. decis. 245. num. 1. & coram Buratt. decis. 644. num. 5.* & notant vtrobique *Adden. & in decis. 500. num. 6. & 10. part. 1. recentiorum*; accedente præsertim vtrobique consen-
26 su Marchionis, non repetita † protestatione nullitatis, qui attentata exaduerso prætensa penitus excludit, ac impedit eorumdem reuocationem, vt pluribus comprobat *Lancellott. de attentat. part. 2. cap. 14. num. 1. cum sequentibus*, & dixit *Rota coram Crescentio decis. 2. vt lit. pendent.*

Et ita primum, ac vltimum caput sententiæ A. Cam. alteri sententiæ de partibus consonum confirmandum, & infirmandum autem esse secundum vsuras librarum septemdecim millium attribuentes ob Instrumenta crediti cessi non tradita tamen exaduerso petita DD. responderunt vtraque &c.

R. P. D. BICHIO.

Valentina Rectoriæ.

Veneris 17. Martii 1651.

ARGVMENTVM.

Literæ Apostolicæ subrogationis gratiosę cum expressa conditione habeant negatiuam ex ipsa Regula Cancellariæ de subrogandis desumptam: dummodo intrusus non sis, ideoque operatur, vt gratia non suffragetur constito de intrusione, & plura deducuntur, quando quis dicatur intrusus, & maximè ad prædictum effectum, & loculentissimè, ac magistrali modo declaratur ista materia.

SVMMARIVM.

1 *Literæ Apostolicæ subrogationis gratiosæ, quam exceptionem habeant in ventre.*
2 *Subrogatio gratiosa, non suffragatur constito de intrusione.*
3 *Conditionis negatiuæ natura est inaplicare contrariam voluntatem concedentis in casu contrario.*
4 *Papa non censetur remittere intrusionem, nisi ea sit expressè narrata.*
5 *Exceptio, quæ dicitur ex ventre literarum Apostolicarum admittitur ad eas retardandas quoad executionem.*
6 *Possessio capta ante expeditionem literarum Apostolicarum, intrusa dicitur. & num. 7*

8 *Pos-*

8 *Possessio Beneficij dicitur intrusa, si lite pendente fuerit capta.*
9 *Regula de subrogandis, comprehendit omnem intrusionis speciem.*
10 *Regula Cancellar. de subrogandis, tantum comprehendit veram intrusionis speciem.*
11 *Intrusio vera, & propria, qualis dicatur.*
12 *Possessionem beneficij capiens de manu executoris vigore literarum Apostolicarum, non dicitur propriè intrusus. & num. 13.*
14 *Constitutio Apostolica, quando est pœnalis, non admittit omnes species intrusionis, sed cura realis. & num. 14. & 15.*
16 *Possessio beneficij lite pendente capta à subrogato in & possessionem defuncti non dicitur intrusiua. & num. 17.*
18 *Possessio improba, & attentata non attenditur. & num. 19.*
20 *Possessio improba, non habetur pro possessione. & num. 21.*
22 *Possessio beneficij capta ab executore literarum Apostolicarum non potest dici violenta.*
23 *Surnens. in Regul. Cancellar. de subrogand. quæst. 4. in fin. declaratur.*
24 *Gigas de intrus. numer. 79. in quibus terminis loquatur.*
25 *Possessio capta beneficii à subrogato gratiose, licet possit dici attentata non tamen dicitur intrusa.*
26 *Intrusio beneficii, vt euitetur, titulus Apostolicus debet esse validus.*
27 *in Beneficialibus, qualibet minima subreptio, vitiat totam gratiam.*
28 *Gratiæ plures signari possunt sub eadem data.*
29 *Gratia prima, quando est defectiua, vel obreptitia, potest pro illius sanatione signari alia, sub eadem data.*
20 *Litera Apostolica, quando non possint dici expedita in vim supplicationis subreptitiæ.*
31 *pro Actus validitate in dubio stat præsumptio.*
32 *Beneficii intrusio, vt euitetur ex nullitate tituli resultans, quid sufficiat.*
33 *Titulus beneficij coloratus satis potest dici, si sit obtentus auctoritate Apostolica sine mendacio.*
34 *Titulus nullus, quando suffragetur.*
35 *Titulus habitus ab non habente potestate illum tradere, non est considerabilis, nec est coloratus.*
36 *Regula de subrogand. quam intrusionem requirat.*
37 *Qualitas adiecta verbo, intelligitur secundum tempus verbi.*
38 *Pœnam, qui meretur, consequi non debet gratiam.*
39 *Absolutio à censuris, ob recursum ad Iudices laicos, non potest ante sententiam ad illos iterum accedat.*
40 *Dispensatio super incestu non iuuat, si ante eius consummationem matrimonii nouus incestus, committatur.*
41 *Recursus ad Iudices laicos prohibent sacri Canones.*
42 *Incestus quouis tempore commissus prohibent sacri Canones.*
43 *ad Iudices laicos quoties recurritur toties quis incurrit in excommunicationem.*
Venia, quis minus est dignus, qui post crimen, dum habuit veniam, & iterum dabitur in idem crimen.
44 *Regula Cancellar. de subrogandis an in verbis excludat futuram intrusionem.*
45 *Gratia iustificanda est, de tempore data.*
46 *Sicque non attenditur, quid acciderit medio tempore inter supplicationem signatam, & expeditionem literarum Apostolicarum.*
47 *Subrogationis gratiosæ effectus incipit à die datæ; & semper viget in persona subrogati. & n. 48.*
49 *Subrogatio gratiosa, ante expeditionem literarum Apostolicarum adest solum in potentia.*
Subrogatio gratiosa, literis non expeditis nihil tribuit. num. 50.
50 *Gratiæ Apostolicæ, si plures habeantur sub eadem data, censentur petitæ, & concessæ eodem tempore.*
52 *in Gratia Apostolica, si neutri an sit attendenda data, tempus expeditionis literarum Apostolicarum.*
53 *in Beneficiorum prouisionibus clausula subrogationis, semper solent apponi in supplicatione gratiæ principalis. & hoc de stylo. num. 54.*
55 *Literæ Apostolicæ in subrogationibus gratiosis, vt possint expediri, quid requiratur.*
56 *Decis. Put. 45. lib. 1. in correctis est correctoria alterius decisionis.*
57 *Possessio beneficii capi non potest literis non expeditis, & quid sit de iure communi.*
58 *Facultas, seu potentia agendi est quid diuersum ab ipso actu.*
59 *Gratia subrogationis gratiosæ, quando dicatur perfecta.*
60 *Permissio, & facultas in subrogationibus gratiosis habent vim actualis dispositionis, & gratiæ.*
61 *Expeditio literarum Apostolicarum in subrogationibus gratiosis, solum respicit perfectionem executiuam. & num. 62.*
63 *Supplicatio in subrogatione gratiosa, consideratur, tamquam principium actus.*
64 *Literæ subrogationis gratiosæ an sint validæ, si sint expeditæ super supplicatione subreptitia.*
65 *Subreptionis exceptio an sit valida ad impediendam subrogationem gratiosam.*
66 *Subrogato gratiosè, quando nullo modo potest denegari immissio.*
67 *Subrogatus gratiosè debet omnino probare possessionem antecessoris.*
68 *Titulum parem in subrogatione gratiosa, quando quis non dicatur habere.*
69 *Titulus notoriè nullus non est attendendus.*

DECISIO CXXIV.

1 HABENT literæ Apostolicæ subrogationis † gratiosę concessę Lauditio Pedro expressam conditionem ex ipsa Regula Cancellariæ de subrogandis desumptam,
2 dummodo intrusus non sis, quę operatur † vt gratia non suffragetur constito de intrusione *Rebuff. in prax. benefic. tit. de subrogat. glos. 4. num. 2. Rot. decis. 306. sub num. 3. vers. quia remanet, decis. 343. num. 9. par. 1. recent.* Tum ex natura condi-
3 tionis negatiuè implicantis † contrariam voluntatem concedentis in casu contrario, *leg. aliquando 106. ff. condit. & demonstr. Seraph. decis. 838. numer. 8. Mantic. decis. 27. numer. 3.* Tum in
4 odium intrusionis quam Papa † non censentur remisisse nisi fuerit expresse narrata, *Fran. in cap. cum qui, num. 8. de præben. in 6. Felin. in cap.* postu-

postulasti, ante fin. versicul. secundus casus, de rescript. Paris. in terminis subrogationis *cons.47 num.47.lib 4.Gigas in tractat.de intrus.impress. post eius cons.num.49. Garz.de benefic.part.11.cap.vlt. num.225.* Cumque exceptio hęc oriatur ex
5 ventre ipsarum literarum † subrogationis admittenda est ad earum executionem retardandam, *iuxta theoric. Felin. in cap.ex parte, il 2. num.12.vers.decimo fallit,de offic.deleg.* quam sequuta est *Rota coram Seraphin.decis.980.num.13. coram Buratto decis.122.numer.2. vbi allegantur concord.*

Intrusio autem Lauditij deducitur ex duplici capite. Primò quia ante expeditionem
6 subrogationis gratiosæ † possessionem Rectorię cępit vigore literarum Apostolicarum gratiæ principalis expeditarum sub supplicatione subreptitia ob non expressionem veri valoris, ac nominis prædecessoris, & quamuis sub eadem data signata fuisset altera supplicatio cum veri valoris, & dicti nominis
7 expressione,ex ea tamen literis † desuper non expeditis capi non potuit possessio stante extrauag. Iulij Tertij quicquid fuerit antiquitus, vt declarat *Lother. de re benefic.lib.3. qu.13. num.30.& quæst.19.num.56. post Lancell.de attent. lit.pend.par.2.in præfat.num.378. Azor.instit.mor. tom.2.lib.7.cap.35.quæst.19. versic.tertio intrusus.* Secundò, quia tempore captę possessionis
8 pendebat † lis cępta cum Cabreias Lauditij prędecessore, quod enim possessio si capta sit intrusiua probatur ex allegatis à *Crescent. decis.19. num.4. & decis.120. versic.secundo quia,de senten. & re iudic. Flores de Mena var.quæst.lib.1. quæst.4.sub num.46.vers.& intrusus. Cassad.dec.9. de caus. poss. & propr.* Quodque præfata condi-
9 tio regulę † de subrogandis comprehendat omnem intrusionis speciem, tradit *Mandos. in reg.de subrog.quæst.4. sub num.2. vers.eo tamen. Rebuff.in prax. benef.tit. de subrogat. glos.4.num.4. & seqq. Filucc. oper.moral.tom.3.tract.41.num.79.* & in terminis intrusi lite pendente, *Garz. de benefic.par.11.cap.10.num.266.*

Cæterum contrariam sententiam videlicet
10 quod regula de subrogandis non † comprehendat omnem intrusionis speciem, sed intelligenda sit de vera, & propria intrusione cum scilicet quis, vel propria auctoritate,
11 vel † sine titulo eius, qui potest conferre possessionem inuasit, tradit *Lotter.de re benef.lib.2. quæst.20.numer.32.Rota decis.21.sub num.4. in fin. vers.qui respondetur, & num.5.par.2. diuers.* itaut
12 qui possessionem † cæpit de manu executoris vigore literarum Apostolicarum non dicatur ad hunc effectum intrusus. *Sarnen. in in regul. de subrogand.quæst.4.sub num.1. vers.quia ille. Gigas de intrus.num.78. & seqq. Rot.dec.343. num.9.par.1.recent.decis.344.num.16.part.5. decis. 137.num.16.coram bon.mem.Vrgellen.& in Ianuen. Parochialis 12.Decembris 1632.coram Eminentiss. D.Card. Hieronymo Verospio, in Pistorien. seu nullius beneficij 19. Iunij1634. coram Reuerendiss. D. meo Decano, impress. apud Modern.Perus.de manut. decis.633. num.11.* & in proximis terminis de clausula, *dummodo in beneficijs huiusmodi*
13 *se non intruserint* † apposita in Regul. Cancellar.de Triennali, tradit *Sarnen.super ead.reg. quæst.47.num.3.vbi in fin.* dicit rationem, quia vbi constitutio est pœnalis non includit om-
14 nes † species intrusionis, sed solum vere, & propriè intrusos, & alias nusquam daretur casus,† quod vitium possessionis antea captę purgaretur per subsequentem subrogationē
15 gratiosam, & sic destrueretur receptissima conclusio pluribus comprobata, & firmata apud *Card.Mantic.decis.71.num.10.& in decisione huius causæ coram me edita super attentatis 3. Decembris 1645.* §.*non obstat*, & generaliter quod possessio lite pendente capta à subrogato in
16 ius, & † possessionem defuncti non dicatur intrusiua. *Lancell. de attent.par.2.cap.3.num.87. & cap.4.in præfat.num.349.& seq.*

Cæperat autem Lauditius possessionem de manu Executoris vigore literarum Apostolicarum, quas vt infra demonstrabo gratis dicitur fuisse expeditas super supplicatione subreptitia, & quamuis tunc lis penderet, & ci-
17 tatus non fuerit Astiria aduersarius, † qui in capienda possessione præuenerat, vt citari debuisse ad effectum euitandi pœnas contra intrusum *in cap. auaritiæ de elect. in 6.* decretas videtur sensisse *Rota in supracitata decis.21.nu.6. & 7.* vbi distinguit an possessio est plena, vel vacua *par.2.diuers.* præter quod hæc decisio loquitur in eo, qui propria auctoritate possessionem cæpit, cessat omnis difficultas in
18 casu † nostro, quia præcedens possessio Astiriæ, cum fuerit attentata, & improba, vt firmatum fuit in dicta prima decisione huius causæ, iuxta stylum supponenda nullius mo-
19 menti est vt in terminis † ad fauorem subrogati gratiosè, respondit *Rot.decis.313.num.5. apud Modern. Perus.de manut.* quin vti infecta à
20 decreto irritanti † regulæ reseruatoriæ mensium, *& cap.primi vt lit. pend.in 6.* habetur pro non possessione etiam ad effectum quod abs-
21 que citatione Astiriæ Lauditius † capere potuerit possessionem, vt firmatum fuit in secunda decisione huius causæ *24.Maij 1647. §. sed pro responsione, & §.igitur,coram me,* pariter iuxta stylum supponenda,satisque in omnem euentum esset, quod possessio Lauditij esto, quod iuris ordine seruato ab executore tra-
22 dita † non fuisset non sit violenta ne ex quo habet titulum Apostolicum dicatur intrusus ea specie intrusionis quam Regula de subrogandis repellit, vt declarat *Mandos. in eandem regulam quæst.4.sub num.7.*vbi ait ità intelligen-
23 dam esse doctrinam *Sarnensis* † *in eandem regulam quæst.4. in fine*, dicentis non haberi pro intruso eum qui absque intimatione executorialium possessionem apprehendit, *Cassad. decis.6.num.6.& 7. de caus.poss.& propr. Gigas de*
24 *intrus. num.79.* † qui loquitur in specie de apprehendēte possessionem sine citatione partis *Card.Mant. decis.71. sub num.5.vers.nam similiter,*
25 vbi quod licet † possessio sit attentata,tamen ad effectum subrogationis gratiosæ possessor non habetur pro intruso.

Non obstat, quod Titulus Apostolicus Lauditij non sit validus, vt ad euitandam
26 intrusionem † requiritur *Rot. d. decis.21.nu.6. par.2.*

par.2. diuers. Siquidem laborat vitio subreptionis ob non expressionem veri valoris, & diuersitatem nominis vltimi possessoris, & in
27 beneficialibus qualibet † minima subreptio totam gratiam vitiat. *Put. decis.126. per tot. in correct.* nam respondetur sub eadem data qua fuerunt expeditæ literæ Apostolicæ per executorem executæ duas fuisset signatas supplicationes in quarum altera expressus fuit verus valor, & nomen prædecessoris, nec dubitari potest quin sub eadem data signari po-
28 tuerint † plures gratiæ inter se compatibiles, & quarum vna tendit ad maiorem corroborationem alterius, vt dixit *Rot. decis.82.num.2. apud Farinac.post cons. & in Colonien.Canonicatus seu Ferculi 16.Decembris 1647.coram R.P.D.meo Meltio, & Vercellen. Canonicatus 19. Iunij 1648. coram me*, & magis in specie quod vbi prima
29 supplicatio † erat defectiua, vel obreptitia potuerit pro illius sanatione, & confirmatione signari alia sub eadem data, tradit *Lotter. de re benef.lib.2. quæst.23.num.18.& duobus seqq. Rot.decis.514.num.2.& seq.par.3.diuers.& in dicta Vercellen. Canonicatus coram me*, vnde affirmari
30 non potest, quod literæ † Apostolicæ fuerint expeditæ in vim supplicationis subreptitiæ, quin potius militat præsumptio contraria
31 pro † validitate actus. *Feder. de Sen. cons.259. col.2.vers.item in dubio. Cas.de Grass.decis.19.n.5. de probat. Rot.decis.285.num.3.par.1.recent.*& sufficit de hoc posse dubitari ad euitandum ob-
32 iectum intrusionis ex nullitate † tituli resultans, *Paris. cons.125.numer.25. vers.non enim, lib.4.Guttier.cons.10.num.11. Flores de Mena var. quæst.lib.1.quæst.4.num.47. Gigas de intrus. nu.81.* nam dummodo titulus sit potestate haben-
33 te potestatem † cōferendi suffragatur quamuis sit solum coloratus, *Paris.d.cons.125.nu.28.* vbi quod negari non potest coloratum esse titulum obtentum auctoritate Apostolica sine mendacio *lib.4. Rot.decis.741. sub numer.8. par.2.recent.decis.137.num.16.coram bon.mem.Vr-*
34 *gellen.* imò suffragari † etiam titulum nullū fuit decisum apud *Seraphin.decis.1238.num.10. & inter recent.decis.344.nu.16.part.4.* ex sententia *gloss.in cap.fin.verb.inanes,de elect. in 6.* quam sequitur *Aym. consil.28. numer.9.* licet secus sit
35 quando † Titulus emanauit à non habente potestatem conferendi, quia tunc non habet canonicum colorem, vt benè declarat *Paris. cons.47.num.40.lib.4. decisio autem 21. part.2. diuers.* exaduerso allegata loquitur in secundo casu, vt apparet *sub num.4.in fin.* ibi, *absque auctoritate superioris*.

Manet itaque ex prædictis probatum quādo possessio Lauditij non laborat intrusione
36 de † qua regula loquitur, sed vlterius aduerterunt Domini, quod eadem regula damnat dumtaxat intrusionem existentem de tem-
37 pore petitæ subrogationis, quia † qualitas adiecta verbo intelligenda est secundum tempus verbi, *l.ex facto, ff.vulgar.& pupil.* cumque ratio motiua regulæ ne scilicet quis in intrusione perpetuo se confoueat, ne sic intrusus qui pœnam meretur consequatur gratiam,
38 non † militet in eo qui tempore subrogationis non est intrusus cessare quoque debet dispositio Regulæ, vt benè ratiocinatur *Sam. ad hanc regulam quæst.18.numer.3.Cocchier.ibidem num.51. Lotter.de re benef. lib.2.quæst.20. num.86. Seraph.decis.1165.num.6. in fin. Rot. inter recent. decis.431. num.2. par.2.* neque vrget simile ab-
39 solutionis à † censuris ob recursum ad Iudices laicos quę non prodest si post eam obtentam iterum ad laicos fiat recursus. *Rota decis. 173. num.16.& seqq. par.6.recent.* vel dispensationis super incestu, quam si ante eius con-
40 summationem † nouus incestus committatur nō suffragari, tradit *Sanch.de matrim. lib.8. disp.25. sub num.8.* vbi dicit rationem, quia
41 adductus est † casus qui erat necessario explicandus Pontific, *Guttier. canon. quæst. lib.2. cap.15. numer.133.* nam his casibus militat diuersa ratio cum sacri Canones damnent re-
42 cursus, aut incestus quo † vis tempore committatur, *Bonacc. oper.moral.tom.3. tit. de censur. in Bulla Cœnæ disput.1.quæst.17. punct.1. num.23.* ac toties incurratur excommunicatio, vel impedimentū matrimonij contrahatur quo-
43 ties † ad Iudices laicos recurritur *Bonacc. ibidem num.29.* vel incestus committitur minusque sit venia dignus, qui post crimen in idē crimen relabitur, *l.nemo, C.de Episc.audien.Rot. d.decis.173. num.18.* Regula verò nostra non
44 excludit † in verbis futuram intrusionem, neque in casu nostro agitur de dispensatione ab intrusione semel incursa, sed de iustificatione clausulæ dummodo intrusus non sis in Regula de subrogandis, & in literis subrogationis, adiectæ quam clausulam satis est iustificasse de tempore signatæ supplicationis
45 quia † gratia iustificanda est de tempore datæ, *cap. cum te,vbi Felin.nu.18.de rescript. Franc. in cap.cum in illis, sub num.8.de praben.in 6. Alex. cons.42.num.8.lib.4.Rot.decis.443.numer.4.par.2. recent. decis.867.num.5.coram bon.memor.Buratto.*
46 non attento † quid acciderit medio tempore inter supplicationem signatam, & literarum desuper expeditionem. *Rota in Nuscana Canonicatus 11. Martij 1647. §.quia Breue, & §. seq. coram bon.mem. Arguelles, & in puncto subrogationis decis.472.num.4.par.3.diuers.* vbi dicitur
47 ratio, quia effectus subrogationis incipit † à die datæ, & semper viget in persona subrogati.

Videndum ergo est Lauditius possessionem apprehendisset tempore petitæ subrogationis, & quidem non ambigitur in facto
48 quod apprehendit † post duos menses à die datæ supplicationis gratiæ principalis ex cuius clausulis fuit desumpta subrogatio, sed quia re vera subrogatio non fuit expedita nisi de mense Octobris, & sic per duos ferè
49 menses post captam † possessionem tempus hoc expeditionis attendendum esse asserebāt informantes pro Astria eo quod clausulæ principalis gratiæ continent dumtaxat facultatem expediendi subrogationem gratiosam, ibi, *Ità quod litteræ desuper in forma simplicis prouisionis gratiosa subrogationis &c. expediri possint*,
49 & propterea ante huiusmodi † expeditionē subrogatio aderat solum in potentia, quæ est quid

quid diuersum ab ipsa dispositione *l. non quicquid ff. Iudic. glos. in cap. nosse verbo necesse distinct. 76. Rot. decis. 535. sub num. 3. par. 3. recent.* ac
50 petita, † & concessa tunc demum videtur cũ expeditur *Lotter. de re benefic. lib. 3. q. 53. nu. 28. & 29. Seraph. decis. 216. num. 2.* vbi quod litteris non expeditis subrogatio nihil tribuit, cum aliis allegatis in *Zamoren. Archidiaconatus 2. Decembris 1647. §. casum coram R. P. D. meo Ottbobono.*

Visum fuit nihilominus quicquid sit ad alios effectus, de quibus loquuntur mox allegati ad effectum dignoscendi quando pro iustificatione clausulæ dummodo intrusus non sis subrogatio petita, & concessa dicatur attendendum esse tempus gratiæ principalis,
51 quia sub eadem datâ expediuntur † litteræ subrogationis, & quod habetur sub eadem data censetur sub eodem tempore petitum, & concessum, *Rota decis. 514. num. 8. par. 3. diuers. dec. 68. num. 6. & 7. dec. 231. num. 10. par. 5 recent. Gabr. cons. 193. num. 5. lib. 2.* licet litteræ ex interuallo expediantur *Rot.* in terminis subrogationis *dec. 472. num. 4. par. 3. diuers.* &
52 in puncto gratię † si neutri, quæ pariter desumitur ex clausulis generalibus facultatiuis in gratia principali appositis attendi datam non autem expeditionis tempus fuit decisum apud *Seraph. decis. 318. n. 1.*

Ponderando præsertim primo, quod cum
53 in prouisionibus † beneficiorum clausulæ subrogationis soleant semper apponi in supplicatione gratiæ principalis ipsa petitio
54 gratiæ † principalis includit ex tunc petitionem subrogationis tanquam de stilo ad illam consecutiue eique solitę annecti iuxta theoricam *quam in cap. licet Heli 31. de Simon.* tradit *Io. de Anan. sub num. 38. vers. & eodem modo, & vers. si illud venit. Felin. num. 21. & 25. Christoph. de Paz in Schol. ad leg. Regias stili l. 1. num. 28. fol. 48. Osasc. decis. 1. num. 24.* Secundo quod concessio facultatis expediendi subrogationem in dictis clausulis contentæ supponit per necesse præexistentiam gratiæ subrogationis
55 cum † expediri non posset nisi ab initio cõcessa fuisset, & alia specialis supplicatio pro subrogatione non signetur, vt in puncto recedendo à priori decisione contraria fuisse decisum constat in margine *dec. 423. Put. lib. 1 in correct.* nec vsquã fuit in posterũ ab hac opi-
56 nione† recessum licet recessum fuerit ab illatione ibidẽ in fine posita, quod scilicet vigore solius supplicationis possit subrogatus capere possessionem absque vitio intrusionis idque ob constitutionem Iulij Tertij, quia de
57 iure communi licitum erat † etiam litteris non expeditis possessionem capere in vim solius supplicationis *Gabr. cons. 190. num. 11. lib. 1. Caldas q. forens. lib. 1. q. 22. sub n. 33. vers. sed contrarium ubi allegat. concord.*

Non obstat, quod facultas seu potentia
58 agendi sit diuersa ab † ipso actu, tum quia in clausulis generalibus supplicationis non conceditur facultas petendi, & obtinendi gratiam subrogationis, sed illam expediendi, & sic solum inferri posset, quod ea facultas
59 sit diuersa ab ipsa expeditione, † non autem quod sit diuersa à gratia subrogationis, quæ ab ipsa die supplicationis signatę fuit perfecta etiam antequam expediretur *Gabr. cons. 192. num. 6. lib. 1. cons. 193. num. 7. lib. 2. Cassad. decis. 4 num. 2. de caus. poss. & propr. Rot. decis. 418. num. 2. & 3. par. 1. diuers. decis. 356. num. 11. par. 11 recent.* & in proximis terminis *decis. 153. num. 7. ead. par. 1. recent.* Tum etiam quia cum nihil repugnaret quin ab initio expedirentur etiam
60 litterę † subrogationis gratiosę ipsa permissio, & facultas vim habet actualis dispositionis, & gratię vt per *Sarnen. super regula de annal. q. 47. num. 6. Gabr. cons. 154. num. 33. lib. 1. Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 3. nu. 14.* adeò quod expeditio litterarum cum solum
61 respiciat † perfectionem executiuam, seù in actu secundo gratię subrogationis ab instanti supplicationis signatæ suam habentis in actu
62 primo † perfectionem non operatur vt tunc dicatur petita, & concessa subrogatio, sed petitio tribui debeat soli supplicationi, eaque
63 tanquam principium actus † considerari ad notata per *Dec. in cap. licet causam num. 138. vers. non obstat de probat. Ias. in l. si quis in fundi vocabul. num. 5. & seq. ff. l. primo,* & in proximis terminis *Rot. decis. 100. n. 27. par. 5. rec.*

Non obstat, quod litteræ subrogationis sint expeditę super supplicatione subreptitia, quia vt supra dictum fuit, duę fuerunt signa-
64 tę † supplicationes super gratia principali, & exceptio subreptionis retardare non valet
65 executionem subrogationis, vt in puncto respondit *Rot. coram Card. Mantic. decis. 71. n. 9. vbi allegantur concord. Mohed. decis. 11. ante num. 1 ut lit. pend.*

Quapropter cum de cætero deductis in vltima decisione sub die 22. Iunii 1650. corã me, constet de Clericatu subrogati, de reseruatione, ac lite, ac possessione defuncti, ad quã fuit Lauditius subrogatus ei absque alia iu-
66 stificatione denegari non † potest immissio, quicquid dicendum esset, nisi prędecessor possedisset, & in eius possessionem Lauditius
67 fuisset † subrogatus, vt distinguendo latè declarat *Maresc. var. resolut. lib. 2. cap. 1. num. 52. & 4. seqq.* Neque Astria aduersarius allegare potest se esse legitimum contradictorem vtî habentem parem titulum, hoc est à Papa mediante collatione sibi facta à Commendatore Hierosolymitano in vim Indulti Pon-
68 tificij Religioni † concessi, quia non dicitur habere parem titulum, qui non habet similẽ gratiam subrogationis, & sola possessio ad hunc effectum non releuat nisi capta fuerit de manu executoris, vt aliis allegatis vtrumque firmatum fuit in *Compostellana Parocchialis 1. Iulij 1648. & 29. Iunij 1649. coram R. P. D. meo Otthobono,* vbi subditur alia limitatio casui nostro applicabilis, quando scilicet titu-
69 lus † contradictoris est notoriè nullus, qualem esse titulum Astirię, ostendit vltima supracitata decisio anni 1650.

Et ità decisum vtraque parte bis informante &c.

R.P.D.

R.P.D. LEONE VEROSPIO

Cracouien. Decimarum.

Lunæ 20. Martij 1651.

ARGVMENTVM.

Decimarum præstatio quoties manipularis esse debeat, quando possit in pecunia conuerti, vbi de præscriptione, seu obseruantia in hac materia.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ debentur non solum ex dispositione iuris Canonici, sed Diuini. & num. 2.*

3 *Derogatio cap. nuper de decimis requiritur in concessione exemptionis illarum. & num. 4.*

5 *Decretum Congregationis Concilij in materia decimarum à Pontifice confirmatum seruari debet.*

6 *Decimæ persolui possunt in pecunia loco præstationis manipularis.*

7 *Præscriptio siue obseruantia excluditur ex actis in contrarium factis. & num. 11.*

8 *Dictio, pro, denotat causam immediatam.*

9 *Actus facti à præcedenti Rectore, quando successori præiudicet.*

10 *Præscriptio siue obseruantia dicitur inefficax quoties requisitis caret necessarijs.*

DECISIO CXXV.

INTEGRA Decimarum exactio in manipulis retrahenda ex prędijs maioris Villæ Pramnik Præposito Ecclesiæ Parochialis S. Nicolai decreta fuerat coram me 23. die Ianuarij præteriti contra Monasterium Sanctissimæ Trinitatis Cracouiense, ac PP. sub Instituto Diui Dominici ibi degentes; Qui cũ ex Apostolicis Mendicãtium Indultis à quacumque Decimarum solutione contenderent se esse immunes, vel saltem ab ipsis manipularem decimam in certa solummodo pecuniarum quantitate iure præscriptionis esse soluendam: Repropósui dubium super ipsa decima manipulari, integrè præstanda Rectori, eiusdem fauore denuò resolutum. Quia decimæ prędiales in ipsa specie frugum retrahenda ex agris, oneri præfato subiectis ac proinde in manipulis deferuntur Ecclesiæ,
1 non † solum ex dispositione sacrorum Canonum, *vt in cap. omnes decimæ. & cap. quicumque il primo 16. quæst. 7. cap. tua nos. §. & cum de cunctis, cap. non est, cap. ex prima de decimis*, notat *Rebuff. in tract. de decimis quæst. 8. num. 1. & 3. Monet. eod.*
2 *tract. cap. 4. quæst. 1. nu. 1.* sed etiam ex Iuris † Diuini præscripto in *Exodo cap. 12. Esdr. cap. 10. & in Leuitico cap. 27.*

Neque ipsis Patribus Apostolicę Sedis Indulta poterunt suffragari, vel quia in ijs non probatur facta derogatio specialis dispositioni generalis Concilij sub Innocentio Tertio,
3 relatæ in *cap. nuper de decimis*, † prout ad hunc effectum fore necessarium plures censuit, *Rot. in decis. 214. num. 5. par. 2. & decis. 40. num. 1. & 3.*
4 *par. 4. recent.* & in terminis † priuilegiorum prædictis Patribus competentium, *in Hispalen. Decimarum 15. Februarij 1647. in §. quia non appareat, corã R.P.D. meo Meltio, & 22. Iunij 1640. in §. minus releuat, coram R.P.D. meo Bichio*. Vel quia ex decreto Sacræ Congregationis Eminentiss. Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, edita die 17. Iunij anni 1645. pro Regno Poloniæ, censentur in hac parte modificata, dum eius vigore Regulares, Priuilegijs quibuscumque non obstantibus, Parochis decimas tenentur persoluere, prout ibidem Laici eorumdem auctores præstare consueuerant, antequam bona transferrentur in Monasteria: Cum tale decretum à Sanctissimo D. N. sub irritanti decreto, ac clausula sublata postmodum confirmatum, debeat
5 proinde seruari, † neque possit exaduerso sub prætextu priuilegiorum sibi competentium ante impetratam oris aperitionem impugnari, ex traditis per *Bart. in l. vlt. num. 1. C. de causa frum. lib. 11. Felin. in cap. nonnulli, num. 22. de rescr. cum alijs per Gonzal. ad reg. 8. gloss. 66. num. 3. cum seqq. Rot. coram Verall. decis. 134. num. 4. par. 3. & in Pampilonen. Prioratus 10. Ianuarij 1600. coram clar. mem. Card. Pamphilio, & in Camerinen. Pensionis 26. Iunij 1641. coram Emin. D. Card. Panzir.*

Nec ex altero poterunt iidem PP. se præscriptionis Iure tueri, siue ex obseruantia
6 soluendi decimas † in certa pecuniarum quãtitate loco præstationis manipularis, à sacris Canonibus non improbata, vt notant *DD. in cap. in aliquibus de decimis, vbi inter cæteros Abb. num. 3. Rebuff. eodem tract. quæst. 13. num. 46. Rota decis. 528. num. 4. par. 4. diuers. & in Hispalen Decimarum de Almonte 4. Iunii 1642. coram R.P.D. meo Bichio*. Siquidem allegata præscriptio,
7 siue obseruantia, vel omnino destruitur † per exactiones in eadem fructuum specie ex Parochi parte in antecedenti positione productas, iuxta theoricam *Bart. in l. 2. num. 22. ff. sol. matr. notat Dec. cons. 215. num. 2. Aym. cons. 96. nu. 5. Afflict. decis. 280. num. 9. Rot. coram Buratt. dec. 23. & 472. num. 7.* Vel saltem non iustificatur ab exhibitis quietantijs, continentibus receptionem pecuniæ pro decima manipulari, cum eam in manipulis potius debitam esse corro-
8 borent ex dictione illa, *pro*, immediatam solutionis causam denotante, *ad text. in l. penult. ff. de alimen. & cib. gloss. in l. domus stico in verb. pro quib. de pecul. leg. Bart. in l. fideicommissa, §. interdum ff. de leg. 3. Bald. in l. 1. num. 15. C. per quas personas nobis acquiratur. Soccin. sen. cons. 128. num. 3. lib. 2.* Tum quia actus Rectorum pro tempore solummodo voluntarios præseferunt, eorumque conuentiones nulla auctoritate siue A-
9 postolica, vel saltem ordinaria munitas, sine qua moderno non potuerunt obesse Rectori ab antecessoribus Præpositis Ius suum non deducenti. *ad text. in cap. veniens. de transact. not. gloss. in cap. ex multiplici. in verbo eandem, & in cap. nuper. in verbo componendum. de decimis. Felin. in cap. ad audientiam. num. 16. de præscript. Rot. decis. 667. num. 9. par. 4. recent. & in Foroliuien. Parochialis 2. Iunii 1589. coram Orano, post Paris. de salu. decis. 32. num. 12.* Necnon requisitis ad præ-

præscriptionem necessariis destitutas, adeo-
10 que ad eam conuincendam,† siue obseruantiam solutionis coactiuam in pecunia, prorsus inefficaces, *iuxta text. in cap. cum olim causam pe censib. vbi Ant. de Butr. numer. 4.* plenè *Roman. cons. 198. num. 3. cum seqq. Rot. decis. 528. numer. 3. par. 4. diuers. & in adducta decis. 667. num. 9. part. 4. recent.* Et quia denique exactiones decimarũ in pecunia pro manipularibus prohibentur expresse in Constitutionibus Synodalibus Regni Poloniæ in specifica forma à fa. mem.
11 Gregorio XIII. postmodum † confirmatis, adeoque vti obseruantiæ contrariæ omnino repugnantes pro eius inductione non potêrunt deseruire, ex not. in *l. non dubium. C. de legibus, & in cap. 1. & in cap. vlt. de consuetudine. Rot. coram Mantica decis. 186. numer. 3. & in Zamorensium Parochialium 23. Maii 1644. coram R. P. D. meo Peutingero in §. nec visa fuit in fine.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BICHIO.

Vicen. Parrochialis.

Lunæ 20. Martij 1651.

ARGVMENTVM.

Vnionem amittit Ecclesia, si altera Ecclesia, cui illa fuit vnita, per secularizationem supprimitur, cum recuperet eo casu antiquam, quam habebat libertatem.

SVMMARIVM.

1 *Vnio probari debet de tempore impetrationis, & quando.*
2 *Secularizzatio Ecclesiæ, eiusque suppressio operatur extinctionem.*
3 *Ecclesia vnita alteri Ecclesiæ, eiusque suppressio, antiquam recuperat libertatem.*
4 *Ecclesia subiecta Patrono, eo extincto liber euadit.*
5 *Iuspatronatus non extenditur ad beneficium in sui erectione liberum, quamuis postea alteri Ecclesiæ vnitum.*
6 *Declarationes Summorum Pontificum super iurisdictione, & priuilegijs Ecclesiarum, non egrediuntur Ecclesias, quarum fauore emanarunt.*
7 *Probatio leuior requiritur vbi non agitur principaliter de qualitate beneficij inter collatores, sed incidenter inter prouisos.*
8 *in Beneficijs per secularizationem reseruatis non requiritur narratio beneficium esse liberè collationis.*
9 *Concursus in beneficio quando requiratur.*

DECISIO CXXVI.

MVLTA hodie Laurentius Torrent prouisus de hac Parrochiali tamquam vnita Archipresbyteratui Ecclesiæ S. Ioannis de Abbatissis congessit, vt documentis quibus Rota sub die 20. Iunij proximi præteriti non probari eamdem Parrochialem fuisse vnitam dictæ Ecclesiæ olim regulari respondit, adderet fidem; Vnde Domini non amplius antiquam vnionem negarunt, sed illam extiterit nec ne, non suffragari Laurentio censuerunt ad purificandam cõditionem dummodo Parrochialis verè Archipresbyteratui S. Ioannis vnita existat in literis suæ prouisionis appositam, quia cum sit conce-
1 pta per verba præsentis temporis, † non satis est probasse vnionem de præterito; nisi etiam probetur de tempore impetrationis, *Gonzal. super reg. 8. gloss. 11. num. 14. Rot. decis. 379. num. 8. par. 1. recent.*

De quo tempore nec recens vnio probatur, nec antiqua aderat, nam per secularizationem præfatæ Ecclesiæ S. Ioannis cum amplissima suppressione mensæ Abbatialis,
2 Dignitatum, officiorum &c. factam de anno 1592. à fel. rec. Clemente Octauo fuerat extincta, *iuxta gloss. fin. in c. Abbate, de verb. signif. & alios alleg. in prima decis. §. tum quia*, quibus additur nuperrima *decisio in Vicen. Iurisdictionis 9. Decembris proximi præteriti, §. tum etiam coram R. P. D. meo Cerro.*

Nec obstat, quod Ecclesia S. Quirici, de qua agitur, quia semper fuit secularis comprehendi non valeat in Bulla secularizationis loquente solum de Ecclesijs, & beneficijs Regularibus. Non enim dicimus Ecclesiam S. Quirici per Bullam secularizationis fuisse suppressam, vel assecutam vlteriorem secularitatem; sed mediante suppressione omnium iurium Ecclesiæ S. Ioannis cui vnita erat competentium, ipsam vnionem expirasse, vt propterea solutio exinde vinculo
3 vnionis, † Ecclesia S. Quirici vindicauerit pristinam libertatem, non secus ac extincto vno ex coniugibus soluitur matrimonium carnale, ac superstes liber euadit, non quia positiuum aliquid in eius persona acciderit, sed per priuationem termini relationis ex matrimonio resultantis, *Ledesma de matrim. quæst. 44. art. 3. fol. 137.* & in simili Ecclesia
4 subiecta Patrono † eo extincto libertatem recuperat, *Lambert. de iurepatr. lib. 1. par. 2. quæst. 2. art. 40. fol. 304. Abbas in cap. 1. numer. 10. de elect. Monet. de commut. vltim. vol. cap. 11. num. 148. & seq. Rot. in Regien. Iurispatronatus 27. Aprilis 1640. coram Reuerendiss. Terracinensi, & in Gerunden. Beneficij 30. Aprilis eiusdem anni coram coram R. P. D. meo Rojas.*

Minus releuat, quod Bulla secularizationis præseruet Iuspatronatus Regium, cui subesse Ecclesiam S. Ioannis probatum supponitur ex datis in Summario Laurentij numer. 34. quia hæc præseruatiua non respicit vnionem, aut iura Ecclesiæ S. Ioannis, sed dumtaxat Iuspatronatus in eadem Ecclesia competens Serenissimo Regi Catholico, de
5 quo hodie non agitur, † quodque non extenditur ad beneficia in sui erectione libera, quamuis postea fuissent præfatæ Ecclesiæ vnita, *Speculat. de Iurepatron. num. 17. Rocch. de Curt. eod. tract. verb. honorificum. sub num. 12. vers. pone quod vnio. Lambert. lib. 1. par. 1. quæst. 6. art. 5. numer. 1. & 2. Rota in Compostellana Parrochialis 10. Februarij 1645. coram Rev. P. D. meo Verospio.*

Tandem

Tandem nil faciunt declarationes Summorum Pontificum post secularizationem æditæ de non præiudicando antiquæ Iurisdictioni, & priuilegijs Ecclesiarum suppressarum. Quia restringi debent ad illas Eccle-
6 sias quarum fauore emanarunt, neque extenditur ad hanc S. Ioannis, in qua per suppressionem, & nouam erectionem noua forma fuit impressa, vt in puncto bis respondit *Rota in Vicen. Iurisdictionis 2. Maii 1650. §. penult. & 9. Decembris eiusdem anni §. tum etiam, coram R. P. D. meo Cerro, facit Aretin. in cap. 1 sub num. 25. & 26. de rescript. Hipol. Rimin. Instit. de testam. in princ. sub num. 309.*

Animaduertendo præterea, quod easdem declarationes non suffragari quoad ius nominandi vel conferendi, nisi in beneficiis ibi nominatis inter quæ beneficium Sancti Quirici non legitur, decisum & comprobatum fuit in *Gerunden. Prioratus 29. Ianuarij 1646. §. præsertim & §. sequenti coram me;* prout etiam declarauit obseruantia, quia nusquam post Bullam sæcularizationis, ac dictas declarationes idem beneficium prouisum fuit tanquā vnitum ad Archipresbyteri Sancti Ioannis, vel alterius cuiusque nominationem, seu præsentationem; quin imò vltimus status est pro libertate beneficij, & prouisionis tanquam de libero præuio concursu, qui status cum ex prædictis contrarius vnionis de tempore prouisionis Apostolicæ exaduerso obtentæ, negari non possit quin saltem reddatur turbidus attendi debet, tam ad inducendam reseruationem per obitum prædecessoris in mense Apostolico, quàm ad excludendam iustificationem gratiæ Aduersarij vnio-
7 nis videlicet narratæ; † maximè quia non agitur principaliter de qualitate beneficij inter Collatores, sed incidenter inter prouisos, vt pluribus comprobauit *Rota in Valentina Rectoriæ 24. May 1647. §. præter quod, & 22. Iunij 1650. §. firmato ex his coram me.*

Atque hinc gratis redarguitur gratia Rocchafiguere de obreptione eo quod narrauerit beneficium esse liberè Collationis, & proui-
8 deri per concursum, † qui tamen non requiritur in Beneficijs per Bullam sæcularizationis reseruatis, *vt dixit Rot. in alia Vicen. Parrocchialis cor. bo. me. Patriarcha Manzanedo impress. inter recent. dec. 323. n. 7. in fin. par. 2.* Quia obreptio euitatur ex vltimo statu, & reseruatio huius beneficij educitur præcipuè ex obitu præ-
9 decessoris in mense reseruato, † quo casu necessarius est concursus, vt disponitur in Sacr. Concilio Trid. sess. 24. de reform. cap. 18. ibi. *etiam si ipsa Parrocchialis Ecclesia reseruata, vel affecta fuerit,* & declarauit Sac. Cong. Concilij, vt refert *Paris. de ressignat. lib. 8. q. 9. nu. 103. Gonz. super reg. 3. gloss. 6. n. 111. & seq.*

Atque ita prima Decisio confirmata fuit vtraque parte informante.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Romana Census

Lunæ 20. Martij 1651.

ARGVMENTVM.

Statutum Vrbis de duabus Conform. lib. 1. cap. 180. quas personas comprehendat Obligatio Cameralis habet in ventre hypothecam Saluianum interdictum, vt intret, quid sufficiat. Census non potest dici extinctus, quamuis positus super bonis fideicommissarijs, & sint melioramenta eo capacia, & sine dubio debentur fructus.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 180. disponit, vt duæ sententiæ habeant vim trium.*
2 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 180. Ciues Incolas, & districtuales tantummodo comprehendit.*
3 *Statutum loquens in casu simplici non habet locum in casu mixto.*
4 *Instrumentum sub aliqua conditione stipulatum, ea non purificata, non habet vim.*
5 *Bona alicui Monasterio spectantia non possunt alienari sine beneplacito Apostolico.*
6 *Creditum satis bene iustificatur ex publico instrumento cum fiat fidem indubitatam.*
7 *Obligatio Cameralis habet in ventre hypothecam inclusam.*
8 *Hypotheca, vt habeat suum effectum, qualis possessio est iustificanda.*
9 *Ex litis substentatione, possessio Rei satis probatur, in iudicio Saluiani.*
10 *Iudicium Saluiani ex quo bene dicatur iustificatum.*
11 *Hypotheca defectus infringit Iudicium Saluiani.*
12 *Exceptio turbida, & alterius indaginis non admittitur in iudicio Saluiani.*
13 *Census, postquam est extinctus, non debentur amplius fructus.*
14 *Census postquam est extinctus, non est locus amplius renouationis fideicommissorum.*
15 *Census potest subsistere super melioramentis.*
16 *Fructus etiam post extinctionem census debentur loco damnorum, & interesse.*
17 *Declara tamen, quando nullitas deuenit ex defectu materiæ, non autem formæ.*
Veluti quia fuit impositus census super bonis fideicommissarijs, ac restitutioni obnoxijs n. 17.
18 *Fructus census, vt post extinctionem illius loco damnorum, & interesse debeantur qualiter iustificentur.*
19 *Fructus census, post illius extinctionem loco damnorum, & interesse, tunc fortius debentur si fuerint promissi in ipso instrumento census.*
20 *Fideiussor census, quando omnino teneatur ad solutionem fructus post extinctionem census loco damnorum, & interesse.*
21 *Fructuum petitio post extinctionem census loco damnorum, & interesse, ex quo reddatur legitima. & n. 22.*
23 *Census si adhuc vigeat in melioramentis, non potest*

potest dici extinctus, & est locus renonationi fideiussionis iuxta pacta, cum non possit dici extinctus. & n. 24. & 25.

26 *Census extinctio, vt operetur suos effectus, illa iustificanda, amplia n. 27.*

28 *Census extinctio, & fructuum imputatio in eum, quando exclusa remaneat talis prætensio.*

29 *Pacta quando sunt valida, obseruanda sunt. & num. 30.*

31 *Heredes non possunt impugnare factum defuncti.*

32 *Verba debent adaptari ad ea, quæ immediatè coherent, eisq. in dubio referre.*

DECISIO CXXVII.

BINAS in iudicio vtilis Saluiani sententias Abbas, & Monasterium Sanctæ Crucis in Hierusalem obtinuerant contra modernos possessores domorum, de quibus agitur, olim spectantium ad Ioannem Franciscum Salomonium super immissione occasione Census scutorum mille, & bis centum per Lelium Petronium impositi super proprio fundo fauore Petri Pauli Amodei, deindè verò delati ad Angelam ipsius Vxorem ratione suæ dotis, & ab huius hæredibus præfato Monasterio Sanctæ Crucis translatiuè postmodum cessi, super quarum executione conformium iuxta dispositionem Satuti Vr-
1 bis † lib. 1. cap. 180. dubium hodie proposui, & articulo per tres vices maturè discusso, nō esse locum Statuto responsum fuit, Iustitiæ tamen fundamento innixas esse vtrasque sententias.

Siquidem Statuti dispositio Ciues solum-
2 modo, & Incolas comprehendit, † ac Vrbis districtuales; secundum alterius præcedentis Statuti sanctionem eodem lib. 1. cap. 42. vt ponderauit *Rota decis. 662. num. 2. par. 1. recent. et coram bon. mem. Coccino decis. 427. num. 3.* nec harum proinde sententiarum executionem poterit operari, quæ editæ quoque fuerant pro Monasterio Sancti Martini de Bosijs Diœcesis Parmeñ, vt monitorium cæterarumque acta subsecuta demonstrant, & eiusdem Monasterij principale interesse concernunt, dum pro sui cautione emptio census præcipuè facta fuit ex pretio domus eidem venditæ; Et licet in solidum stipulata fuerit eadem cessio à Monasterio Sancti Martini, & Monacis Sanctæ Crucis de Vrbe, existentibus proinde sub statuto, eius tamen dispositio non admittitur in hoc casu tanquam mixto, nec
3 consequenter comprehenso † sub statuto, vt notat *Bart. in l. certi conditio §. 1 ibique Ias. num. 5. Soccin. num. 18. ff. de reb. cred. Rota coram bon. me. Vrgellen. decis. 36. num. 36. & coram Mellino ibi num. 1. & in Bononien. pecuniaria 10. Ianuarij 1650 in §. nec eorundem Testium dicto, coram R.P.D. meo Otthobono.*

Neque ad hunc effectum suffragari poterit
4 Instrumentum † donationis à Monasterio Sancti Martini facti Monacis Sanctæ Crucis de Vrbe, donec beneplacitum Apostolicæ Sedis in ipso donationis Instrumento expressè reseruatum, probetur expeditum; cum
5 alias † prædictæ donationi Sacri Canones absolutè resistant, *vt in cap. nulli cap. quisquis c. non liceat Papæ cap. nobis 12. q. 2. cap. 1. ibique gloss. in verb. ad aliam cap. nulli, cap. possessiones de reb. Eccles. non alienan. c. 1. eod. tit. lib. 6. & in extrauaganti ambitiosæ eod. tit.*

Sententiarum verò iustitia dignoscitur ex
6 publico Instrumento census, † cum creditum inde resultet indubitatum *ad trad. per Baldum in l. generalis nu. 5. C. de Sacr. Sanct. Eccles. & in l. qui semel nu. 24. in fine C. quomodo, & quando Iudex Dec. cons. 423. num. 10. Rota decis. 456. num. 2. par. 2. recent. & coram bon. mem. Vrgell. dec. 40. & 401. vtrobique num. 1.* Ac hypotheca in
7 ventre † Cameralis obligationis inclusa secūdum *Zacch. de oblig. Camer. q. 31. num. 8. Cesar Barzius decis. 108. num. 29. Rot. coram Burat. dec. 905. num. 2. & in Romana Saluiani de Casalibus 21. Iunij 1641. coram R.P.D. meo Cerro;* Vtraq; verò possessio Ioannis Francisci scilicet debitoris, qui in instrumento impositi census
8 fideiussor † accesserat, ac recens Rei modo conuenti, iustificatur ex sententia adiudicationis per hunc in eisdem bonis reportata tanquam hæreditarijs Io. Francisci, vt notat *Barbat. cons. 14. num. 19. & 20. cum seq. lib. 3. Peregr. de fideicomm. art. 44. num. 20. Fusar. de substit. quæst. 618. num. 29. Rota decis. 456. num. 4. part. 2. recent.* Accedente præsertim possessione sub-
9 secuta, † ac litis substentatione ad hunc effectum ponderata *Verall. decis. 369. par. 2. & cor. Cesar de Craff. decis. 4. de restit. spoliat.* His enim omnibus iustificatis Iudicium Saluiani cano-
10 nizatum † in sententijs legitimè intentatum fuisse conuincitur, *ad tex. in l. 1. ff. de salu. ibiq. Bart. num. 3. & in l. 1. post glos. C. de precario, & in l. rem alienam num. 5. ff. de pignorat. act. Menoch. de adipisc. remed. 3. q. 29. num. 160.* & alijs relatis auctoritatibus dixit *Rota in Romana Saluiani 12 Ianuarij 1646. & 26. Februarij 1649. cor. bo. me. Arguelles.*

Nec iustitiam sententiarum infringit exceptio donationis horum bonorum ante præfati census impositionem à Io. Francisco in proprios filios collatæ, quasi hypothecæ
11 defectus † inde resultet Saluiani exclusiuus, quia allegari non potest ab ijs, qui eadem bona tanquam hæreditaria Io: Francisci sibi fecerant adiudicari, vt huic obiecto respondit *Rota coram R.P.D. meo Bichio sub die 18. Martij 1650. in §. non obstat;* Præterquam prædicta donatio ab ipso Io: Francisco reuocata fuit vigore facultatis sibi reseruatæ in ipsomet donationis Instrumento, ac pluribus alijs exceptionibus probatur obnoxia ex parte Mo-
12 nasterij, adeoque tanquam † turbida, & alterius indaginis in hoc iudicio non admittitur *ad tex. in l. final. ff. quor. bonor. Ripa in rubr. ff. de pignor. num. 19. Menoch. de adipiscend. remed. 3. num. 18. Surd. cons. 4. numer. 36. Natt. cons. 531. num. 4. Rot. coram Seraph. decis. 1168. num. 1. & post Pacific. de Saluian. decis. 35, num. 8. & decis. 52. n. 7.*

Minus etiam impugnari poterit eadem
13 sententia, quod condemnet ad fructus † post domum

domum censuatam sciente domino census euictam, ac censu consequenter extincto, omnino indebitos secundum *Cenc. de cens. p. 3 cap. 1. q. 7. n. 1. Rota coram bon. mem. Vrgell. decis. 449. num. 2. & in Romana census 29. Aprilis 1630. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Romana census 10. Iunij. 1641. coram R. P. D. meo Cerro.* Vel quia reos quoque conuentos condemnet ad renouationem fideiussoris, cui extincto
14 censu, locus esse non poterat, † sed restitutioni solummodo pretij, siue creationi alterius sub eadem qualitate, & quantitate secundum eumdem *Cenc. de cens. q. 114. n. 10. & q. 116. pariter n. 10.*

Siquidem constat super censito fundo plura per eumdemmet Lelium facta fuisse melioramenta per Peritum æstimata in scutis bis mille quinquaginta, & vltra, quæ extin-
15 ctionem census excludunt, dum † in eisdē etiam melioramentis poterat substineri secundum *Cenc. de cens. par. 1. cap. 2. ar. 6. num. 37. & per Rot. in Romana census 15. Ianuarij 1607. coram Penia post eumdem Cenc. decis. 54. num. 6. & in Romana Legatorum de Columna 27. Ianuarij 1614. coram Sacrato post Pacific. de Saluian. decis. 83. num. 14. & in alijs recensitis per Adden. ad decis. Greg. 225. num. 16.* Quinimo admissa etiam census resolutione fructus quoque exigi pos-
16 sent saltem loco damnorum, † & interesse, dum eadem nullitas ex defectu materiæ, non autem formæ proueniebat, vt quia super bo-
17 nis fideicommissi † erat impositus, ac restitutioni obnoxijs, vt tradit *Cenc. de censib. q. 19. num. 41. cum seqq. & quæst. 88. num. 15. §. ego vero Duard. eod. tract. §. 1. quæst. 7. num. 43. & 44. distinxit Rota coram Seraphin. decis. 787. & in Romana Societatis prima Maij 1588. coram Gypsio post eundem Cenc. decis. 59. num. 13. & in Romana census scutorum decem, & octo millium 9. Iunij 1608. coram Greg. post eumdem Cenc. decis. 60. nu. 4. & 5.*
18 Quæ sane damna † respectu quantitatis, ac temporis ex ipsomet impositi census Instrumento probantur, *vt notat idem Cenc. d. q. 19. num. 45. Duard. d. §. 1. q. 7. num. 44. Rota coram Seraph. decis. 372. num. 1. & 387. num. 6. & in Bononien. census 26. Februarij 1604. coram Gregor. & in Ianuen. census 26. Februarij 1607. cor. Manzanedo, & 3. Aprilis 1609. coram eodem penes Cenc. de censib. decis. 61. num. 8. decis. 62. num. 4. & decis. 63. num. 2.* Eoque fortius in casu proposito debita videntur eadem damna, tum quia expresse fuerant in Instrumento promissa,
19 quoties nullitas ex quocumque defectu, vel causa contigeret, vt ponderauit idem *Cenc. q. 19. num. 42. & d. q. 88. num. 15. Duard. de censib. §. 1. q. 5. n. 9. Rota coram Seraph. decis. 383. num. 6. & 787. num. 1. & 10. & in Senogallien. prædij 24. Nouembris 1586. coram Bubalo post Cenc. dec. 13. num. 5.* & in terminis fideiussoris, qui pro om-
20 nibus, & † singulis à census venditore promissis accesserit *in Romana census 19. Februarij 1618. coram Vbaldo post eumdem Cenc. decis. 389. num. 12.* Tum quia ex parte Monasterij fuit ostensum, statim euicto censu plures diligentias pro recuperanda sorte in cassum fuis-
21 se adhibitas, † quæ regulariter solent petitionem damnorum, & interesse contra census debitorem reddere legitimam, *vt notat idem Cenc. de censib. par. 3. cap. 1. q. 3. ar. 5. nu. 15. vers. secus autem secundum primam impressionem, & in addit. ad eumd. art. 5. num. 13. & 14. Rota in Romana census 12. Decembris 1608. coram Sacrato post eumdem Cenc. decis. 288. nu. 3.* Quam-
22 uis nec eorum petitio præcesserit, † nec condemnatio, cum in hoc vtilis Saluiani iudicio non requiratur, vt respondit *Rota in d. Senogallien. prædij 24. Nouembris 1586. coram Bubalo post Cenc. decis. 58. n. 4. & 5. & coram Seraph. dec. 935. n. 2. & 3.*

Hinc verò resultat responsio ad alteram obiecti partem excludentis renouationem fideiussoris ob censum extinctum, cum vel il-
23 le adhuc † in suo robore vigeat, in melioramentis videlicet, in censito fundo peractis, adeoque ex facto corruat obiectio, vel saltē legitimè agi potuerit, censu quamuis extincto ad renouationem fideiussoris, vt fundum liberum, nulloque fideicommisso, vel oneri
24 subiectum assignet, † iuxtà tenorem obligationis, cæteraque adimpleat in Instrumento conuenta.

Non etiam eædem sententiæ poterunt de excessu redargui, ob condemnationem fideiussoris ad restitutionem integræ sortis scutorum mille, & bis centum, quamuis triduo post stipulati census venditionem Petrus Paulus pro scutis bis centum bonam fidem recognouisset erga principalem Census debitorem, ac Ioannem Franciscum fideiussorem, cum duplex inde deducatur excessus, & sortis quæ nonnisi in scutis mille poterat in sententia taxari, postquam scuta bis centum triduo post cēsus creationem recepta probātur ex præfato bonæ fidei recognitionis In-
25 strumēto, † Et fructuū qui singulis annis exacti pro integra sorte, ac proinde indebiti reliquę sortis extinctionem induxerant, vt in his terminis tradit *Mastr. ad Petrum Gregor. de cens. num. 17. Fran. Milan. decis. 2. n. 64. lib. 2.*

Prętérquam enim non iustificatur ex prædicto bonæ fidei Instrumento Census extin-
26 ctio, † vt exaduerso supponitur, dum ibidē Petrus Paulus bonam fidem recognoscens declarauit pro rata scutorum bis centum, ad sui commodum Censum fuisse impositum, & pro eadem rata releuare promisit indemnem eiusdem Census venditorem, atque fideiussorem. Quinimò subsistentia integri Census potiùs indè conuincitur; prout etiam ex obseruantia postmodum subsecuta per solutionem fructuum pro integra summa; Nihilominùs, etiam si Census extinctionem Instrumenti verba præseferrent, eam tamen
27 operari † non poterant in præiudicium Monachorum, nec pro rata scutorum 1200. nec pro remanenti quantitate scut. mille, dum eorumdem fauore præcesserat expressa conuentio, siue obligatio ipsius Petri Pauli, vt integer Census scut. mille bis centum ex pretio venditæ Domus pro eius euictione perpetuò maneret, & nonnisi cum scientia, & consensu Abbatis, ac Monachorum Sanctæ

Crucis

Crucis extingui posset ad effectum creandi alium Censum eiusdem summæ scut. mille, & 200. in casu secutę extinctionis fructus verò singulis annis inde retrahendi pro constitutione alterius scut. 500. deseruirent, vt ambo in summa scut. 1700. pro emptæ Domus euictione obnoxij persisterent; Ex qui-
28 bus † exclusa censetur quælibet Census extinctio, seu imputatio fructuum in sortem, vt ponderauit *Surd. cons. 4. num. 38. 39. & 40. Rot. coram Seraph. decis. 1226. num. 3.* Alias enim
29 securitate † promissa forent destituti, & pacta corruerent, ad quorum tamen obseruantiam tam Petrus Paulus principalis, quàm Ioann. Franciscus pro contentis in Instrumento, vt principalis quoque principaliter, & in solidum obligatus astringitur, nam conuentio-
30 nes † præfatæ approbantur in iure, *nempè in l. 1. §. si conuenerit ff. depositi l. contractus ff. de reg. iur. §. sed hoc ita Cenc. de censib. quæst. 59. num. 36.* vbi hanc conuentionem licitam esse concludit, nec impedire redemptionis libertatem. *& num. 37. Modern. Rom. disceptation. forens. cap. 45. num. 17. Seff. decis. 30. num. 26. in fin. Amat. decis. 50. num. 33. plenè Giurb. decisione 59. num. 46.*

Denique obstare non poterit Monasterio Sanctæ Crucis idem Instrumentum recognitionis bonæ fidei factum à Petro Paulo, cuius hæredes exprimuntur in Monitorio eædem sorores Auctrices Monasterij, nec
31 fictum consequenter poterunt impugnare, *ad text. in l. cum à Matre C. de rei vindicat. l. si ab eis C. de liber. caus. l. vnum ex fam. §. sed si vno ff. de leg. 2.* Cum non constet easdem Sorores fuisse hæredes Petri Pauli, vt exaduerso supponitur, nec Monitorium, licet ipsas enunciet filias Petri Pauli, & Angelæ, ac hæredes, hæreditariam tamen qualitatem concludit respectu primi tanquam æquiuo-
32 cum, cum † verbum illud hæredes immediatè cohæreat personæ Angelæ, eique proindè tanquam proximè, ac vltimo loco nominatæ referri debeat *iuxta gloss. in l. 1. in verbo dotis nomine ff. de leg. præst. notant DD. in lege hæredes palam §. sed si ff. de testament. Abb. cons. 78. num. 2. vol. 2. Cephal. cons. 364. n. 9. Surd. cons. 272. n. 78.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. CORRADO.

Posteà S.R.E. CARDINALI.

Piscien. Iurisdictionis.

Veneris 24. Martij 1651.

ARGVMENTVM.

Quasi possessio in iurisdictionalibus, quam habet Episcopus intra fines suæ Diœcesis, cum iuris assistentiam habere dicatur, vel aliam probationem non requirit, vel saltem probatio Episcopi semper alienæ probationi præualere debet, maximè vbi illa exactis turbatiuis deducitur.

SVMMARIVM.

2 *Episcopus habet iuris assistentiam pro se quoad iurisdictionem, eiusque exercitium.*
3 *Episcopus in collatione beneficiorum, ac institutione iuris assistentiam habere dicitur.*
4 *in Iurisdictionalibus iuris assistentia sufficit pro manutentione.*
Amplia, vt num. seq.
6 *Quasi possessio in iurisdictionalibus probata remanet ex actis, processibus, & sententijs iudicialibus.*
7 *Visitationes probant quasi possessionem visitandi.*
8 *Visitationes factæ ab Episcopo censentur factæ eius ordinaria facultate.*
9 *Collationes, ac institutiones ab Episcopo factæ illius probant iurisdictionem.*
10 *Quasi possessio vniuersalis probatur ex actis ab vniuersali causa prouenientibus.*
11 *Manutentio conceditur possidenti.*
12 *Quasi possessio Episcopi Antecessoris suffragatur successori.*
13 *Quasi possessio Ordinarij præualet alienæ possessioni turbatiuæ.*
14 *Actus facti post motam litem non attenduntur.*
15 *Actus facti contradicente, & resistente parte nullius sunt momenti.*

DECISIO CXXVIII.

PRO D. Præposito informante fuit resolutum concedendam illi esse manutentionem in quasi possessione exercēdi iurisdictionem in Castro Collis, & in Ecclesia Parochiali Sancti Laurentij in eo sita, ac iuris conferendi, siue instituendi in eadem Ecclesia.

Quia cum ille sit Ordinarius in eius Territorio, quod nullius est Diœcesis, intra cuius fines est Castrum, & Ecclesia prædicta, vt aliàs dictum fuit in *Piscien. seù nullius iurisdiction. 27. Octobris 1584. coram bo. me. Cantuccio decis. 803. sub num. 4. vers. vndè in hac causa par. 1. diuersor. & in alia Piscen. seù nullius iurisdiction. 16. Decembris 1593. coram Gypsio decis. 798. par. 4 earund.* Habet iuris assistentiam pro se tam
2 quoad iurisdictionem, † ac eius exercitium, iuxtà *text. in cap. conquerente de offic. ordin. cap. cum Episcopus, eod. tit. in 6. cap. cum venerabilis,* ibique *gloss. in verb. Episcopale ius, &c. de Religios. domib. & cap. cum personæ, in fin. de priuileg. in 6. ac dispositionem Sac. Concil. sess. 24. de reformat. cap. 20.* & fuit dictum *in Veronen. iurisdiction. 18. Martij 1596. coram rec. mem. Card. Pamphil. apud Marches. de commiss. part. 2. fol. 601. Mantic. decis. 322. sub num. 1. & in recent. decis. 655. num. 2. vers. hoc igitur stante part. 3.* & penès *Comitul. decis. 26. sub nu. 1. & seq.* Quam quoad Beneficiorum col-
3 lationem, † siue institutionem, *cap. omnes Basilicæ 16. quæst. 7. d. cap. conquerente, de offic. ordin. cap. quia diuersitatem, de concess. præbend. Rot. in d. Veronen. iurisdict.* & penès *Card. Caualer. decis. 193. sub num. 1. Duran. decis. 226. sub num. 1. vers. quod ius conferendi, &c. & decis. 442. num. 1. vers. quæ visa fuit, ac in recent. decis. 382. sub nu. 1. part. 2. & decis. 41. sub num. 1. vers. vndè consequitur, &c. & seq. part. 5. & decis. 247. sub numer. 1. vers. ea moti præcipuè ratione, &c. cum seq. part. 7.*

4 Quæ quidem iuris assistentia sufficit † in iurisdictionalibus pro manutentione, iuxtà *text. in d. cap. persona, §. si verò priuilegium, in fin. vbi DD. de priuileg. in 6. Rot. penès Verall. dec. 306. part. 1. & dec. 203. part. 2. Card. Seraph. dec. 1499. sub nu. 1. vers. vndè quemadmodum, &c. ac in d. Veronen. iurisdict. sub num. 1.* & penès *Card. Mant. d. decis. 322. nu. 2. vers. & quod Episcopus, Cavaler. dict. decis. 193. sub num. 1. & in recent. d. decis. 382. part. 2. & d. decis. 655. sub nu. 2. vers. vndè ex sola hac assistentia iuris, part. 3.* & penès *Buratt. decis. 140. num. 2. vers. vndè cum Episcopus, ac seq. & Duran. d. decis. 226. nu. 2. vers. vndè ex sola assistentia.*
5 Etiam Ordinarij † Episcopo inferioris, *Rot. d. decis. 798. nu. 3. vers. quandoquidem, &c. cum seq. part. 4. diuers.* & penès *Card. Seraphin. decis. 2052. & decis. 1402. num. 5. vers. & fuit latè comprobatum, &c. Mant. decis. 391. nu. 2. vers. vndè cum Abbas, Buratt. decis. 827. sub nu. 1. & Coccin. decis. 346. sub numer. 1. versic. & ratio prima partis, &c.*

Eoque magis, quia concurrunt plures actus facti, quibus illius quasi possessio re ipsa comprobatur, tùm in exercenda iurisdictio-
6 ne in dicto Castro, vt apparet ex actis, † processibus, & sententijs iudicialibus exhibitis ab anno 1556. ad annum 1646. & citrà, *dict. cap. conquerente, de offic. ordin. Rot. penès Card. Mant. d. decis. 361. sub num. 3. vers. de temporali etiam iurisdictione, & san. mem. Greg. decis. 125. sub num. 19. vers. probatur autem, &c. & Buratt. decis. 219. nu. 3. vers. ex eo itaque, & decis. 478. sub num. 2. vers. tum ex diuersis actis, &c. cum seq. part. 4. tom. 2.* Ac in eadem Ecclesia ex pluribus visitationibus
7 continuatis † ab anno 1572. ad annum 1634. *dict. cap. conquerente, vbi DD. de offic. ordin. cap. 1. §. hanc autem, de cens. lib. 6. Rot. decis. 196. sub num. 2. vers. cum visitatio, &c. part. 2. diuers.* & penès *Card. Seraph. decis. 615. sub nu. 2. vers. cum visitatio, & decis. 1008. num. 4. vers. in qua continebatur, &c. fan. mem. Gregor. decis. 304. sub nu. 2. vers. cum actus visitandi, &c. & in recent. decis. 168. sub num. 2. vers. siquidem, &c. & decis. 398. nu. 4. vers. præterea part. 1. & decis. 477. sub numer. 12. vers. per quod part. 5. & decis. 118. sub numer. 14. vers. proindèque part. 7.* Quæ ordinaria eius au-
8 ctoritate † factæ censetur, *Rot. penès sanct. mem. Gregor. d. decis. 324. num. 24. vers. cum autem, &c. & in Adrien. iurisdiction. 30. Ianuary 1623. coram bon. mem. Pirouano.* & comprobatur *in dec. 245. num. 4. vers. actus enim, &c. part. 1. recent.* tùm
9 in conferendo. † siue instituendo in dicta Ecclesia, ac Beneficijs in ea fundatis de anno 1576. 1609. 1625. & 1643. *eod. cap. conquerente, de offic. ordin. cap. ex frequentibus, & cap. cum venissent, in princip. de instit. Rot. penès Buratt. dict. decis. 578. sub num. 9. vers. quia conferre, & instituere, &c. & in recent. decis. 214. sub nu. 7. vers. id etiam magis procedit, &c. part. 3.*

Ac proindè efficaciùs concluditur, & iustificatur illius quasi possessio etiam vniuersa-
10 lis † tanquã ab vniuersali causa proueniens, iuxtà *theor. Bald. in repet. l. 1. sub nu. 24. vers. tu dic, quod magis est consideranda causa actus, quam exercitium ipsius, C. de emancip. liber.* & respondit *Rot. in d. decis. 273. sub num. 2. in fin. vers. verum etiam, & decis. 501. sub nu. 3. vers. non obstat, quod non doceatur de possessione, &c. part. 2. & decis. 22. sub n. 2. vers. sed quod Archiepiscopo, &c. cum seqq. part. 7. recent.* & penès *Buratt. decis. 227. sub nu. 11. vers. nam ex actibus subsecutis, & ex Duran. dict. decis. 226. sub nu. 5. vers. ex qua infertur, & Coccin. decis. 134. num. 1. vers. quo titulo.* Et proptereà
11 faciliùs † manuteneri debet, iuxtà *text. in §. retinendæ, instit. de interd. & lib. 1. ac toto tit. ff. & C. vti possidet, Card. Mantic. d. decis. 322. sub nu. 2. vers. quod multo magis, &c. Card. Caual. d. dec. 193. sub nu. 5. vers. præterea, &c. & Duran. d. dec. 226. num. 3. vers. & tanto magis, &c. ac in recent. d. decis. 393. & decis. 382. & d. dec. 501. part. 2. & dict. decis. 41. sub num. 2. vers. & hæc ipsa iuris assistentia, &c. cum seqq. part. 7.* Esto, quod actus illi fuerint ab antecessoribus moderni Præpositi facti, cum ei proculdubio suffragetur etiam ad hunc effectum illorum quasi possessio,
12 quin † potius ipsius Ecclesiæ, vt in specie respondit *Rot. penès Coccin. decis. 26. num. 3. cum notissimum sit, &c. Buratt. decis. 478. sub numer. 3. vers. vltrà quod, cum seqq. & in recent. d. decis. 501. sub numer. 2. versic. & cessat omnis difficultas, &c. part. 2.*

Hæc autem quasi possessio Ordinarij præ-
13 ualet † contrarijs actibus turbatiuis aduersarij, iuxtà *text. in cap. cum persona, §. fin. vbi DD. de priuileg. in 6.* & respondit *Rot. penès Card. Seraphin. decis. 1471. in princip. uers. nam in tali casu, &c. & Comitul. decis. 26. nu. 3. uers. & præferri debet, &c. cum seqq. per tot. & Caualer. d. dec. 193. sub num. 1. uers. insuper, & sub num. 5. uers. præterea, cum seqq. usque in fin. & d. decis. 382. part. 2. & d. decis. 41. num. 6. uers. quæ non sufficit, &c. & nu. 17. uers. ac demum part. 5. & d. decis. 247. nu. 19. uers. quæ depositio testium part. 7. recentior.* Præsertim cum gesti fuerint post litem vsque de
14 anno 1584. introductam, † & emanatam contra Præpositum, seu Commendatarium illius temporis, *decis. 803. part. 1. diuers.* Vel absente, ac inscio Præposito, *Rot. penès Comitul. d. decis. 138. sub nu. 12. uers. nam, & si habent contestes, Coccin. d. decis. 26. sub num. 4. uers. non obstabat, & decis. 560. sub num. 1. uers. quantum ad testes, & d. decis. 655. sub num. 3. uers. præsertim cum Abbas part. 3. & d. decis. 41. sub num. 11. uers. uisitationes, cum seq. part. 5.* Vel eo contradicente,
15 ac † resistente, *ad l. 2.* vbi *gloss. in uerb. sciente, ac DD. C. de seruit. & aqua, Rot. penès Put. dec. 269 num. 3. uers. cum in istis incorporalibus, & seq. lib. 1. in correct. Rot. d. decis. 803. sub num. 7. uers. tum etiam, & quarto part. 1. diuers. & in recent. d. decis. 501. sub num. 4. uers. non obstat, quod assistentia iuris, &c. part. 2. & d. decis. 41. sub num. 11. uers. uisitationes, cum seq. & decis. 546. sub num. 15. uersic. quia cum actus, &c. part. 5.*

Et ita fuit resolutum informante tantùm Præposito: Altera tamen parte pluries citata, & requisita.

R.P.D.

R. P. D. PEVTINGERIO.
Romana Vineæ.
Veneris 24. Martij 1651.

ARGVMENTVM.

Venditio rei fideicommisso suppositæ, sed cum certa forma alienari permissæ est nulla, si forma tradita non seruetur. Hæres cum beneficio inuentarij potest impugnare factum defuncti si ex alio iure quam hæreditario hoc faciat. Retentio quando non concedatur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia validitas semper in dubio præsumitur.*
2 *Immissio in vim,* l. fin. C. de Edicto, &c. *quando concedatur. & num. 3.*
4 *Venditio rei fideicommissariæ non seruata forma in testamento præscripta, est nulla.*
5 *Extinctio iuris Alienantis rem fideicommissariam inducit extinctionem alienationis.*
6 *Hæres non valet impugnare factum defuncti.*
Fallit si sit hæres cum beneficio inuentarij, & ex alio iure factum defuncti impugnet. num. 7.
8 *Possessio capta lite pendente est attentata.*
9 *Causa quando dicatur eadem, & non diuersa.*
10 *Retentio non conceditur pro credito illiquido.*
Et quando possessio fuit attentata. num. 11.
Et quando res est diuisibilis, & potest omnibus ius habentibus satisfieri. num. 12.

DECISIO CXXIX.

PRO confirmatione sententiæ R. P. D. meo Otthobono in hac causa latæ ad fauorem D. Ioañæ Baptistæ de Curtis Domini responderunt, quia illius validitas non controuertitur,
1 † & in dubio semper præsumitur, vt fuit dictum in *Florent. Donationis, seù separationis bonorum 2. Decembris prox. præt. §. præsertim, ad fin. cum ibi concord. coram me.* Iustitia verò patet ex vocatione D. Ioannæ Baptistæ resultante ex claris verbis testamenti q. Camilli de Cur-
2 tis non vitiati, nec cancellati, † in quo ipsa in casum deficientiæ lineæ masculinæ R. P. D. Francisci Curti ad fideicommissum ab eo institutum vocata legitur; Vndè cum dictus Franciscus sine filijs masculis decesserit, vt in *Summ. D. Ioannæ Baptistæ num. 8.* & firmatur in *decisione 25. Maij 1648. §. nam stante coram Reuerendiss. Terracinen.* cum pluribus congestis in *Romana fideicommiss. de Alicornis 3. Iunij 1650. in §. Illius autem coram Reuerendissimo D. meo Decano.* nec dubitari possit quin Camillus Testator Vineam, de qua agitur, donec vixit possederit, prout illam hæreditario eius nomine dictus Franciscus retinuit, interque bona hæreditaria Camilli descripsit, vt constat ex publicis Instrumentis, *eodem Summ. num. 9. & 10.*
3 vtique † præfatæ D. Ioañæ Baptistæ in dictam Vineam debita fuit immissio, *ex remed. l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. Rota decis. 472. num. 1. part. 3. decis. 111. nu. 1. decis. 148. nu. 6. & 7. part. 4. tom. 2. decis. 330. num. 1. & 2. & decis. 408. num. 1. part. 5. recent.*

Non obstat, quod Vinea hæc vigore facultatis alienandi à Camillo fideicommittente hæredibus concessæ per dictum Franciscũ primum Camilli hæredem validè fuerit Nicolao Clarello vendita sub die 7. Febr. 1646. quia huic obiecto optimè respondet *decisio edita 2. Iunij 1649. in §. sed neque coram R. P. D. meo Otthobono.* Debuisset enim ille non solum in ipso actu venditionis, sed etiam antequam deueniretur ad illam, seruare modum in Testamento sibi præscriptum sub expressa nullitatis declaratione, *vt in dicto Summ. nu. 3.*
4 quo † non seruato certum est venditionem huiusmodi nullam fuisse, *ad text. in cap. cum dilecta 22. in fine de rescript. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 6. num. 9. Surd. decis. 144. nu. 17.* & tenuit *Rota in Perusina Pensionis 9. Decembris 1650. post princ. vers. qua quidem forma coram me*; Et propterea nullum exindè D. Ioannę Baptistæ post eum vocatæ præiudicium inferri potuit;
5 Nam † extincto ipsius alienantis Iure ipsa quoque alienatio per consequens necessariũ extincta remansit, iuxtà *text. in l. fin. C. comm. de leg. Rota coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 40. num. 46. & in dicta Romana fideicommiss. de Alicornis 3. Iunij 1650. §. non obstat ad fin. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Nec refert, quod Ioanna Baptista tanquam heres d. R. P. D. Francisci factum illius quoad
6 dictam † venditionem impugnare non possit *ad text. in l. vindicantem 17. ff. de euict. & l. cum à Matre 14. C. de rei vendic.* quia placuit responsio, quod ipsa non est hæres simpliciter, sed cum beneficio legis, & Inuentarij; Ideòque bona per defunctum alienata auocare non prohibetur, dum ad ea consequenda alio iu-
7 re, quàm hæreditario venit, † cum hoc sit speciale Inuentarij beneficium, vt omnes actiones hæredi competentes præseruet, & quoad damnum vitandum constituat eum, ac si hæreditatem non adiuisset, *l. fin. §. in computatione, C. de iur. delib.* latè *Surd. cons. 7. num. 31. & seq. Loderch. cons. 138. nu. 4. & 5. Rot. dec. 724. num. 2. part. 3. recent. cum alijs relatis in Bononien. fideicommiss. de Rubeis 30. Maij 1646. sub §. nec obstat il terzo, coram R. P. D. meo Corrado.*

Minus obstat possessio huius Vineæ capta à Fabio Segnero in executionem sententiæ A. C. de mense Nouembris 1646. quia vtraque emanauit lite hac in Rota pendente, ad quam idem Fabius vigore specialis Commissionis admissus fuerat sub die 20. Aprilis 1619. & proindè neutra ab attentatorum
8 vitio † defendi potest, *tot. titul. ff. & C. vt lit. pend.* & præter adductos in *d. decis. 2. Iunij 1649. in §. quod autem coram R. P. D. meo Otthobono,* dixit *Rot. decis. 159. num. 5. part. 2. recent. coram Card. Caualer. decis. 280. & coram Gregor. XV. dec. 305. num. 1.*

Neque Fabium excusat adducta diuersitas causæ, & personarum, quia causa eadẽ omninò est ex eisdem Instrumẽtis censuũ ab ipso-
9 met in Rota productis die 18. Ian. eiusdem anni 1619. prout eadẽ erat eius persona, ac rei conuenti, licet enim non fuerit idem Camillus cum quo lis agebatur coram A. C. sed Nico

Nicolaus Clarellus titulo emptionis à Camillo causam habens, eadem tamen vtique reputatur illius persona, ac rei conuenti, dum eodem defensionis iure vtebatur, vt patet ex intimationibus à dicto Francisco factis, *Summ. Fabij num. 13. l. de eadem re 5. l. si à te 9. §. Iulianus scribit, l. si Mater 11. §. eadem causam, l. cum quaritur 12. cum seqq. ff. de except. rei iudic. Lancellott. de Attentat. post inhibit. part. 2. cap. 20. limit. 24. num. 18.*

Frustra demum Fabius d. Vineæ retentionem allegat ex causa anterioris Crediti ratione dd. censuum de annis 1597. & 1598. eidē cessorum, quia hoc prætensum creditum tanquam illiquidum ex pensionibus domus per eum inhabitatæ, & nomine proprio respectiue locatæ ab ipso perceptis, vt patet ex Instrumento 12. Martij 1616. stipulato, ac ex subsecutis exactionibus relatis in d. Summ.

10 D. Ioannæ Baptistæ num. 12. † nullo pacto retentionis commodum tribuit *Rota coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 113. num. 7. coram Greg. XV. decis. 254. num. 3. decis. 433. num. 4. par. 2. & decis. 411. num. 24. par. 5. recent.* & alias in hac causa ponderatum fuit 5. *Iunij* 1619. *in §. nec obstant cessiones coram bo. me. Remboldo, 24. Iunij* 1648. §. *cessat pariter coram Reuerendiss. Terracinen. & 2. Iunij* 1649. *§. fin. coram R. P. D. meo Ottobono.*

Et parum refert, quod ex eisdem pensionibus d. domus Victoriæ Fabij cognatæ alimenta pro rata scut. 2000. dotis maternæ solui debeant iuxta resolutionem Rotalem sub die 1. Iulij 1620. coram bon. mem. Remboldo emanatam, quia vltra quod dicta quantitas nunquam adhuc declarata fuit, firma semper remanet veritas dictę locationis à Fabio proprio nomine factæ ex qua redditur illiquidum assertum eius creditum.

Præsertim quia eiusdem vineæ possessionē cum manifesto attentatorum vitio adeptus

11 fuit, † quo casu retentionis exceptionem ex causa non æquè priuilegiata spernēn esse tradit post alios *Lancell. de attent. par. 3. cap. 24. qu. 28. per tot.*

Debetur insuper immissio Dominæ Ioannæ Baptistæ, quia ex Instrumento assignationis dictæ domus factæ Victoriæ per Stephanum Camilli debitorem die 28. Apr. 1614. Summ. Fabij num. 6. clarè colligitur, quod dicta Domus est valoris scut. 5000. ad minus, & sic ex ea tam Victoriæ, quam ipsi Fabio pro prætenso eius credito commodè satisfieri potest; Vndè intrat optima æquitatis ratio aliàs à Rota in proposito ponderata in *decisione 559. sub num. 5. vers. cæterum par. 5. recent. & & in Romana seu Sabinen. Census 20. Nouembris 1624. coram bon. mem. Vbaldo impress. apud Modern. in tract. de cens. decis. 451. sub nu. 11. & 12.*

Etiam vtraque &c.

R. P. D. CORRADO

Posteà S. Romanæ Ecclesiæ CARDINALI

Fesulana Beneficij seu Oratorij.

Veneris 24. Martij 1651.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus, quando ab aliquo fuit fundatum cum conditionibus sibi bene visis, non potest deinde aliqui ex vocatis alterare dictas conditiones, tamen hoc non procedit quando iuspatronatus esset origine hæreditarium, quia tunc cum consensu Ordinarij possunt dictæ conditiones alterari, & an Vicarius Ordinarij possit eas admittere sine speciali mandato.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus ad iuspatronatus non est instituendus, qui non habet conditiones à testatore requisitas.*
2 *Iuspatronatus, qui non est fundator, non valet eius conditiones in fundatione requisitas alterare.*
3 *Iuspatronatus, quando est haereditarium, an haeres possit alterare eius conditiones.*
4 *Conditiones appositae iuripatronatus, quando non possint dici praeiudiciales.*
5 *Ecclesiae magis expedit plures habere patronos.*
6 *Text. in cap. 1. de praebend. & cap. ad decorem de Instit. qualiter sint intelligendi.*
7 *Praesentati quando sint plures ad Iuspatronatus, quis veniat praeferendus.*
8 *Iuspatronatus, quando est haereditarium, potest accedente consensu Episcopi qualificari denuo.*
Iuspatronatus haereditarium, an per patronos possit conuerti in gentilitium.
9 *Haeredes, & successores non possint disposita per antecessores impugnari.*
10 *Instrumenta satis probant, in eo contenta.*
11 *pro Verborum congrua interpretatione, ponderandus est integer periodus, & num. 12. & 13.*
14 *Verba, quando dicantur apposita continuatè, & consecutiue ad praecedentia.*
15 *in Vicario Ordinarij requiritur mandatum speciale pro admissione nouarum conditionum appositarum in Iurepatronatus.*
16 *Mandatum speciale, & generaliter habens, quo censeatur voluisse vti.*
18 *Iurispatronatus donatio, an valide confirmetur post obitum ipsius donantis.*
19 *Donatio facta sub conditione iuris iurandi, debet praestari iuramentum.*
20 *Verba, quando non dicantur stare conditionaliter, sed assertiue, seu causatiue, & num. 21. & 22.*
23 *Verba sunt interpretanda, vt euitetur actus suspensio, & ambiguitas, & num. 24.*
25 *Iuramentum requisitum in aliquo actu, quando censeatur praestitum, & num. 26.*
27 *super Obseruantia aliqua, quando non possit fieri aliquod fundamentum.*
28 *ex Praesentatis pluribus, quis veniat praeferendus.*

DE-

DECISIO CXXX.

RESOLVTIO in hac causa facta sub die 14. Martij 1650. coram me. Hodie denuò exactè discussa fuit per Dominos confirmata.

Quia visum fuit inconcussum fundamentum inhabilitatis Antonij, qui cum non sit de descendentibus Laurentij de Lutis, nec præsentati, seù pro se supplicare, nec proinde institui poterat ex lege specialiter apposita
1 in Instrumento Donationis Iurispatronatus, de quo agitur per q. Ioannem Franciscum de Casciuolis factæ Sebastiano de Lutis die 15. Nouembris 1622. & Ordinarii auctoritate confirmatæ, quæ maximè seruari debet *Abb. in cap. cum in cunctis, §. inferiora sub nu. 10. in fin. vers. exemplum &c. de elect. Lambert. de iurepatr. lib. 2. par. 1. quæst. 7. princip. art. 29. sub nu. 2. vers. tamen in casu nostro &c. & sub num. 6. vers. quod tamen locum habet &c. fol. mihi 68. Rot. in Valentina Iurispatron. 20. Maij 1589. coram Orano apud Garz. de benef. par. 7. cap. 1. sub nu. 113. vers. quod autem nulla fuerit institutio Ordinarij &c. & penes Card. Seraph. decis. 774. sub num. 1. & in recent. decis. 112. num. 5. vers. ex quibus &c. et dec. 496 sub num. 2. vers. in tenore enim par. 3. & decis. 403. num. 2. vers. quæ omnia seruari debet par. 4. tom. 2. Buratt. decis. 080. sub num. 1. & seq. & Duran. decis. 8. num. 3. vers. de iniustitia vero &c. cum seq. ac decis. 25. num. 1. vers. quia cum iuspatronatus &c. & seq. ac in alijs relatis in præcedenti decisione in §. si quidem constat*, & fuit nuper resolutum *in Arianen. Beneficij coram R. P. D. meo Verospio sub die 10. huius mensis in §. 1. vers. Franciscus autem aduersarius &c.*

Nec obstat, quod d. Io. Franciscus, qui non fuit huius Beneficij fundator non potuerit illā
2 conditionem adijcere, † & qualitatem Iurispatronatus tempore fundationis præscriptam alterare.

Quia cum ius hoc patronatus esset a sui origine hæreditarium, ac in præfatum Io. Franciscum pro se, ac suis hæredibus pariter stipulantem titulo donationis translatum, li-
3 cuit vtique ipsi cum † Ordinarii consensu certam præscribere formam, & qualitatem tàm actiuè. Vt scilicet spectaret ad maiorem natu pro tempore ex descendentibus d. Laurentij, ac eis deficientibus Io. Mariæ de Lutis, & omnibus demum deficientibus ad hæredes vltimi defuncti. Quàm etiam passiuè. Vt nempè præsentare tenerentur vnum ex eisdem descendentibus, quatenus tunc adesset, sin minus alium in certa ætate constitu-
4 tum prout legitur in d. Instrumento. † Hæc enim non sunt contra ius, nec Ecclesiæ præiudicialia; Cum non intersit, quinimò magis expediat Ecclesiæ vnum quàm plures ha-
5 bere patronos, & à personis † certi generis habilibus, ac idoneis, vel ab aliis gubernari *Io. Andr. in c. nobis sub num. 5. vers. licet enim &c. de iurepatr. Abb. in c. ad decorem sub num. 4. vers. credo tamen &c. de instit. Dec. cons. 149. in causa Iurispatronatus nu. 6. vers. secundo respondetur &c. Lambert. de iurepatron. lib. 1. par. 1. quæst. 1. art. 12. fol. mihi 9. & part. 3. lib. 2. quæst. 5. principal. art. 4. sub num. 13. vers. circa vero vltimam limitationem &c. cum seq. fol. mihi 193. Rot. penes Acchil. decis. 10. num. 3. vers. & magis vtile est Ecclesiæ &c. de iurepatron Card. Seraph. decis. 266. sub num. 4. vers. & hanc sententiam &c. cum seq. Didac. resol. 18. sub num. 9. vers. nam, & præter alia &c. lib. 2.* & fuit consideratum *in d. Arianen. in §. quoniam hæreditaria conditiones &c. & in vers. & ratio est.* Ne-
6 que repugnat dispositioni † Sacrorum Canonum *in cap. 1. de praebend. & in d. c. ad decorem de instit. cum concord.* Quod descendentes ex aliqua familia de voluntate patroni Episcopum
7 approbata cæteris præferri † debeant, qui contingentis vacationis tempore idonei, ac habiles fuerint, alias exteri admittantur *Dom. de S. Gemin. in cap. cùm in Ecclesia num. 5. vers. facit ad dubium de praebend. in 6. Felin. in tract. quand. litter. Apost. noc. patron. Ecclesiarum sub num. 1. col. 2 vers. & dicit Bald. &c. & infr. vers. dicit Dominicus &c. Gutier. cons. 2. sub num. 3. vers. secundo &c. cum seq.* & benè declarat *Lambert. de iurepatron. lib. 1. par. 1. quæst. 9. principal. sub num. 111. vers. tu aduerte fol. mihi 71. & lib. 2. par. 3. quæst. 5. principal. art. 4. num. 13. vers. circa vero &c. & seq. d. fol. 193. Rot. penes Card. Seraph. decis. 774. per tot & alijs relatis probat Garz. de benefic. par. 7. cap. 15. num. 3. vers. quam conditionem rectè potest Testator &c. cum seq.* & respondit *Rot. in d. Arianen. coram R. P. D. meo Verospio, in §. neque prædicta consanguineorum praelatio &c.*

Quare ius huiusmodi hæreditarium validè potuit (vt præmissum est) consentiente Or-
8 dinario qualificari, † atque effici gentilitium ad tempus, vel absolutè ab eo præsertim, qui primus illud acquisiuit, qualis fuit Io. Fran-
9 ciscus, cuius factum hæredes, † ac successores impugnare non valent *Calder. cons. 19. vers. & etiam possunt patroni &c. de iurepatron. Roch. de Curt. de iurepatron. in verb. ipse vel is à quo sub num. 72. vers. & idem in eo, qui acquisiuit pro se, & haeredibus &c. Lambertin. in simil tract. lib. 1. p. 2 quæst. 2. art. 7. per tot fol. mihi 113. col. 4. & seq. Didac. d. resol. 18. sub d. num. 9. vers. item & illud hinc colligitur &c. & vers. eadem profectò ratione &c. Molin. de primogenit. lib. 1. cap. 23. num. 30. vers. sexta cōclusio &c. Rot. penes Card. Seraph. dec. 1414 num. 1. vers. difficultatem &c. & in recent. dec. 675. sub num. 2. vers. ideo argumentum non concludit &c. par. 1. P. Sanchez cons. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 91. sub num. 1. vers. prima conclusio &c. dub. 92. in princ.* & comprobatur *in Fesulana Parochialis coram Reuerendiss. D. meo Decano 15. Martij 1630. in §. neque obstat, & 4. Maij eiusdem anni in §. vltra quod dato etiam &c. confirmatis sub die 4. Decembris eiusdem anni coram bo. me. Merlino in §. fin. & in d. Arianen. coram R. P. D. meo Verospio in §. hinc obesse non poterit &c.*

Minus obstat, quod præfatus Io. Franciscus noluerit eam legem sibi, ac filijs suis apponere, sed Donatarijs tantum.

Quia contrarium patet ex verbis eiusdem
10 Instrumenti, † ac euidenti ràtione probatum fuit in præcedenti decisione *in §. nec obstat quod ea verba non referantur &c. cum plurib. seqq.* Neque aduersatur quod vsus fuerit participio singularis numeri *Nolens se de huiusmodi Oratorio*

rio instui &c. solam eius personam, non an-
tem filiorum referente. Nam pro congruæ
11 interpretatione † dd. verborum ponderanda
est integra periodus, cuius hæc sunt verba
*Reseruato iure praesentandi ad praedictum Orato-
rium tamen sibi primo loco Io. Francisco Donatori,
secundo loco Francisco Mariae, & tertio loco Lean-
dro eius filijs toto tempore eorum vita, & donec, &
quousque quilbet eorum naturaliter vixerit, vt su-
pra, ordine praedicto seruato. Nolens se de huius-
modi Oratorio institui, ac inuestiri, teneatur vnum
ex praedictis descendentibus Laurentij ad idem Ora-
torium praesentare, & eligere &c.* Ex his enim
12 patet quod participium illud post † plures
gradatim, ac successiuè in solidum vocatos,
ad singulos vocationis casu adueniente con-
13 gruè ex propria significatione refertur, † &
quemlibet eorum demonstrat *l. si plures gra-
dus, ff. de legat. & fideic. 3. Anchar. cons. 27. non
seruato ordine dubiorum &c. sub nu. 6. ad fin. vers.
nam cum testator &c. Barth. Veronen. cons. ciu. 52.
Magnifici, & Generosi Domini sub num. 1. vers. nec
obstat si dicatur, & num. 2. vers. nam ad hoc respon-
deo &c. Paris. cons. 91. sub num. 36. vers. minus ob-
stat &c. & sub num. 38. vers. unde dico &c. cum
seq. lib. 2. Rim. iun. cons. 23. sub num. 62. vers. quarto
dicebatur &c. & vers. sed hoc confunditur &c. cum
seq. Peregr. de fideic. art. 19. sub num. 17. vers. quia
etiam in numero singulari facta &c. Ioseph. de Ru-
stic. ad l. cum auus lib. 6. cap. 7. sub num. 25. vers.
sed quid è contra &c. & comprobat supra à num. 5.
vers. prout elegantioris &c. cum plur. seqq.* Eoque
14 magis cum appositum † fuerit continuatiuè
& consecutiuè ad præcedentia illa limitando
ac determinando *iux. Reg. l. iam hoc iure, ff. de
vulg. & pupil. substit. & l. quamuis C. de impub.
& alijs substit. Rot. decis. 473. sub num. 12. vers. &
hoc deducebatur &c. cum seq. & decis. 651. sub nu-
mer. 10. vers. unde per necessè &c. par. 4. tom. 2. et 3
ac decis. 194. num. 95. vers. itaut praecedentia ver-
ba etc. par. 5. recent.*

Deinde non obstat, quod Vicarius Gene-
ralis Reuerendiss. Episcopi Fesulan. qui do-
nationem d. Iuspatronatus confirmauit non
15 fuerit vsus facultate speciali, † quam partes
concorditer præsupponi cōsenserunt illi fuis-
se concessam, sed ordinaria tantum, quæ non
sufficit ad hunc effectum.

Quia contrarium probatur ex ipso Instru-
mento, in quo leguntur hæc verba *Præfatus
verò D. Camillus &c. Vicarius Gener, &c. Viso
Instrumento donationis Iurispatronatus &c. d. instr.
donationis iurepatr. prædicta, & omnia, & singula
in illo contenta, & expressa sua ordinaria auctoritate,
& alias omnibus modo, via, iure, causa, & forma
quibus de iure validioribus, potuit, & potest &c. Do-
nationem confirmauit, & approbauit &c.* Quibus
sanè verbis actus factus censetur, ac sustine-
tur quauis legitima, & sufficienti auctorita-
16 te, licet † specialiter Vicario competenti, esto
quod altera minus sufficiens expressa fuisset
*ad l. 2. in princip. vers. proinde &c. ff. de iudic. Bart.
in l. 1. §. si quis ita num. 5. vers. dic aut constat dispo-
nentem valere voluisse &c. & in fin. vers. aut est de-
fectus in causa efficienti &c. ff. de verb. obligat. Paris.
cons. 90. num. 10. vers. illa enim verba lib. 3. Rot. pe-
nes Achil. decis. vnic. de verb. signif. Veral. decis. 124
par. 1. Seraph. decis. 416. sub num. 1. vers. quare cum
citatio &c. & seq. & decis. 993. sub num. 3. vers.
quod procedit &c. & in recent. decis. 700. sub num. 2.
vers. secundum &c. par. 2. & decis. 248. sub num. 4.
vers. & propterea &c. cum seq. par. 5. & decis. 108.
num. 26. vers. quia id procederet &c. & decis. 164.
num. 22. vers. & vrget clausula &c. par. 7. cum alijs
relatis in praecedenti decisione in §. nam praeter quod
decretum confirmationis Vicarij &c.*

Præterea non obstat, quod confirmatio d.
donationis facta fuerit post mortem Io. Fran-
17 cisci donantis † nulla facta illius præcedentis
obitus mentione, quin potius cum præsup-
posito, quod ipsi d. Iuspatronatus adhuc com-
peteret, & de illo disponere posset.

Quia competentia Iurispatronatus, & di-
sponendi facultas iustificatur ex alio antece-
denti Instrumento donationis Io. Francisci
factæ à Iacobo, & Dominico de Baldinis sub
18 die 28. Iunij 1594. Mors autem illius † non
impediebat confirmationem Donationis in
præiudicium eius hæredum, cū nullus alius
adesset, cui fuerit interea ius acquisitum, vt
latè probauit *Rot. decis. 17. sub num. 4. vers. alij
vero &c. cum seq. vsque in fin. de iurepatron. in an-
tiq. & in dec. 337. sub num. 7. vers. non obstat ter-
tium &c. par. 2. recent. Marescott. resol. 9. sub nu. 17
vers. quinto eadem conclusio declaratur &c. cum seq.
p. 3. Add. ad decis. san. me. Greg. decis. 420. sub nu. 7.
vers. imò etiam post mortem Donantis &c.* & latè
& comprobat *Hieronym. Campanil. in diuers. iur.
Canon. Rub. 11. cap. 13. sub num. 372. vers. verum
&c. cum alijs relatis in precedenti Decisione in §. fin.*
Eoque magis attenta speciali facultate Dona-
tariis concessa illam quandocunque petendi
ab Ordinario, vel ab alio quatenus opus es-
set, vt legitur in fine Instrumenti d. donatio-
nis sub die 15. Nouembris 1522; celebrati.

Postremò non obstat, quod prædicta con-
19 firmatio facta fuerit sub conditione † iuris
iurandi per Sebastianum donatarium præ-
standi, quæ non apparet adimpleta.

Quia cum iuramentum illud, & causæ co-
gnitio deberet præcedere huiusmodi confir-
mationem, *vt not. Io. Andr. in cap. illud sub n. 7.
ad fin. vers. & tunc puto quod Episcopus in consen-
su prabendo &c. & ibid. Card. sub num. 6. in fine,
vers. sed Episcopus ante consensum &c. Abb. nu. 6.
vers. ad quod autem requiritur Episcopi consensus
&c. & alij de iur. patron.* Ideò ea verba in fine
Decreti eiusdem confirmationis adiecta non
20 intelliguntur † conditionaliter, sed asserti-
uè, seu causatiuè, quia scilicet prius præ-
stitit iuramentum *iux. gloss. in cap. pen. in verb.
sicut sine prauitate &c. de confirm. vtil. vel inutil.
Bart. in l. cum qui §. Iulianus il 2. sub num. 1. vers.
facit ad quaestionem ff. de constit. Rot. penes Put. de-
cis. 429. in fin. vers. sed Domini &c. lib. 1. & decis.
18. lib. 3. in correct. & in Roman. Cens. 13. May
1596. coram bo. me. Card. Blanchetto inter impress.
per Moderu. Perusin. post tract. de censib. decis. 78.
sub num. 2. vers. quinimò &c. ac in alijs.* Cum
21 præsertim referant formam, † & circumstan-
tias iuramenti præstiti, non autem præstan-
di, ibi, *praestito tamen prius per d. Sebastianum do-
nata-*

natalitium iuramento solito tactis pectore more Sacerdotali &c. Ac proinde indicant magis actum
22 præsentem, † quàm futurum enunciient, atque referuent *ad trad. per Felin. in cap. 2. sub numer. 10. vers. sed quod sit inspiciendus modus loquendi etc. de rescr.* Atque ita etiam in dubio ad euitandam huius actus suspensionem, & am-
23 biguitatem sunt intelligenda *ad tex. inc. Abbate S. Siluani in §. contra quod vers. hic autem sensus etc. vbi Ant. de Butr. nu. 8. vers. nota quod verba etc. et seqq. de verb. signif. Rot. decis. 178. sub numer. 3. vers. et tamen etc. par. 3. recent.*

Eoque magis quia cum d. Donatio appareat effectuata de consensu, ac voluntate eiusdem Ordinarij, seu illius Vicarij Generalis specialem ad id facultatem habentis mediante præsentatione facta per Franciscum Mariam filium primogenitum d. Io. Francisci
24 Casciuoli, qui vigore † reseruationis ad eius fauorem factæ in d. Instrumento donationis cum primum post eam vacauit d. Oratorium per obitum Vincentij Cecarelli (qui fuerat à Summo Pontifice prouisus ob liberam resignationem in manibus Sanctitatis Suæ factam) præsentauit die 21. Iulij præfati instrumenti vigore Philippum de Lutis ex descendentibus d. Laurentij, qui fuit admissus, & successiuè institutus præuia causæ cognitione per tres sententias conformes, vt patet ex actis exhibitis, & fuit etiam dictum in hac causa sub die 31. Ianuarij 1648. coram R. P. D meo Bichio. Hinc etiam præcedens illius
25 præstatio, † atque implementum comprobatur *iuxt. tradit. per Castr. cons. 108. vltra supradicta per tot par. 1. Menoch. præsump. 182. num. 9. vers. declaratur primo etc. cum seq. lib. 4.* & in hac materia *Lambertin. de iurepatr. lib. 1. par. 2. qu. 1. principal. art. 8. sub num. 1. vers. et breuiter dicendum est etc. fol. mihi 94. col. 3.* & comprobat *Rot. decis. 707. sub num. 5. vers. et in omnem euentum etc. par. 1. recent.*

Neque obsistit allegatus consensus Leandri filij secundo geniti eiusdem Io. Francisci antea præstitus resignationi, vel prouisioni
26 factæ in personam d. Cecarelli. † Quia nec ille probatur ex verbis enunciatiuis, vel assertiuis scripturæ cuiusdam pro parte Antonij exhibitæ. Neque constat an proprio, vel procuratorio nomine d. Francisci Mariæ eius fratris (ad quem solum verè spectabat) seu prædictæ donationis, vel alio titulo præstitus fuerit. Ideoque nullum super eo constitui
27 potest pro † contraria obseruantia legitimum fundamentum *ad l. neque natales C. de probat. l. non hoc C. vnd. legit. c. in præsentia vers. præterea etc. de probat. Rot. decis. 37. num. 36. vers. præterea etc. et decis. 294. num. 6. vers. vel saltem etc. part. 2. diuers. et penès Buratt. decis. 464. sub num. 5. vers. adeout etc. Duran. decis. 285. num. 21. vers. et in omnem casum etc. et in recent. decis. 154. num. 30. vers. vnde remanet æquiuoca etc. par. 4. tom. 2. et dec. 228. num. 5. vers. ex actu autem etc. et decis. 336. num. 5. vers. saltem etc. par. 5. et decis. 285. num. 10. vers. is enim actus etc. par. 7.* Eoque magis in concursu alterius cum Ordinarij consensu, rei iudicatæ auctoritate approbatæ, ac executæ, quæ
28 omnino præualet, † ac est præferenda *Rot. penes Aegid. decis. 563. num. 2. vers. maximè quia etc. et Card. Seraphin. decis. 332. nu. 2. vers. secundo etc. et decis. 464. sub num. 5. vers. adeout etc. Buratt. decis. 298. num. 3. vers. quæ probatio etc. et in recent. decis. 205. sub num. 6. vers. si igitur, et seq. par. 6. et decis. 336. num. 7. cum quia etc. part. 7.* & benè comprobatur *in d. Arianen. Beneficij coram R. P. D. meo Verospio in §. fin.*

Et ita fuit resolutum vtraque parte informante &c.

☞ *Decisio ista emanata in hac eadem causa sub die 14. Martij 1650. coram eodem bon. me. Corrado erit infra in Miscellanea in fine.*

REVERENDISS. P. D. CERRO
Sacræ Rotæ Romanæ DECANO.

Auellina Canonicatus.

Lunæ 27. Martij 1651.

ARGVMENTVM.

Beneficij vacationem probat, qui eandem vacationis assertionem in proprijs literis expressit, sicque dum litigatur inter parem titulum habentes non executiuè, sed ordinariè proceditur, & quando.

SVMMARIVM.

1 *Literæ apostolicæ si sunt iustificatæ sunt exequendæ.*
2 *Vacatio beneficij per resignationem secuta probatur ex literis apostolicis illud resignatum fuisse asserentibus.*
3 *Clericatus, & habilitas probatur ex collatione Ordinarij.*
4 *Probatio non excessus satis dicitur iustificata ex consimili partis narratione.*
5 *Prouisus apostolicus contra habentem parem titulum non executiuè, sed ordinariè procedere debet, lim. vt num. seq.*
6 *Titulum habens æqualem, vt dicatur legitimus contradictor quid probare teneatur.*
7 *Beneficium primum vt vacet per incompatibilitatem secundi quid requiratur.*
8 *Incompatibilitas beneficij non obstat in assequendo aliud, sed in retinendo.*
9 *Via executiua non retardatur per consimilem prouisionem nullam, & inualidam.*
10 *Beneficium primum dimittere non tenetur, qui secundum litigiosum, & controuersum fuit assecutus.*

DECISIO CXXXI.

LITTERAS Iosephi de Viuo vtpotè in omnibus iustificatas responderunt Domini
1 esse exequendas † iuxtà dispositionem *cap. si capitulo ibique gloss. in verb. exequatur de concess. prebend. in 6. quotidiè in similibus approbatam, vt latè firmatur in Bononien. Archipræsbiter. 28. Martij 1648. & 15. Ianuarij 1649. coram R. P. D. meo Corrado.*

Si-

Siquidem modus vacationis per dimissionem Canonicatus controuersi factam ab Horatio Facilato in manibus Sanctissimi, optimè iustificatur ex assertione eiusdem Pontificis in præfatis litteris emissa, ibi, *Prædictus verò Horatius 2. dictos Canonicatum, & Præbendam resignauerit in manibus nostris &c. Summ. in-*
2 *formantis num.1.* † quæ plenè probat nec vlteriorem desiderat iustificationem *clem. litteris de probat. Paris. de resignat. lib.8. quæst.11. numer.1. cum seqq. Crescent. decis.3. de Resignat. Buratt. decis. 496. num.1.*

Clericatum verò Iosephi, eiusque habilitatem satis verificant præcedentes litteræ Ordinarij in quibus illi facta fuerat collatio alterius Canonicatus Ecclesiæ Cathedralis tanquam Præsbitero Auellino, Idoneo, & in
3 omnibus approbato *eod. Summ. num.2.* † Cum enim Ordinarius præsumatur optimè informatus de qualitatibus subditorum exinde præfata satis iustificata probantur *Innocent. in cap. innotuit. in principio de eo, qui furt. ordin. suscep. Gabr. cons.131. num.55. lib.2. Paris vbi supra lib.4. quæst.2. sub num. 68. cum alijs in puncto allegatis in Perusina Pensionum 26. Iuny 1636. coram bo. me. Buccabella in recent. decis.162. num.2. & 3. p.7.*

Valor denique narratus per non excessum in summa ducatorum 24. auri de Camera
4 vlteriori probatione non indiget, † cum abundè verificetur ex consimili narratiua alterius partis emissa in litteris suæ Prouisionis postmodum obtentæ *d. summ. num.3. ad text. in l. cum precum C. de liberal. caus. quem millies ad hunc effectum secuta fuit Rota, & signanter in recent. decis.92. num.10. par.6. coram Buratt. decis.481. nu.9. cum cæteris adductis in Bouen. Abbatia 3. Iulij 1645. coram bo. me. Arguelles §. valor expressus.*

Non obstat, quod Franciscus Iannulus pa-
5 riter habeat Prouisionem Apostolicam, † & ideò via ordinaria, non autem executiuè procedi debeat, *vt probat Zaccard. in l. final. numer.1384. C. de edict. diu. Adr. toll. Mohedan. dec.1. num.2. & decis.13. vt lit. pend.*

Quia vt prædicta procedant, & ille dicatur legitimus Contradictor ad impediendam paratam executionem dictarum litterarum duo copulatiuè requiruntur, videlicet, quod possideat sine vitio, quodque habeat parem titulum consimilis Prouisionis Apostolicæ
6 omnino validæ, † aliàs autem si vitiosè possideat, vel non habeat consimilem titulum, aut iste sit nullus, & inualidus nunquam dicitur legitimus contradictor ad impediendā viam executiuam dictis litteris competentem, *vt in simili pluribus adductis responsum fuit in Romana Vinea 2. Iunij 1649. coram R.P.D. meo Otthobono §. Neque hanc immissionem, & in puncto copiosè firmatur in Compostellana Parochialis 1. Iulij 1648. & 25. Iunij 1649. ac in Calagurritana Præstimonij 10. Maij eiusdem anni coram Eodem.*

In proposito autem, quicquid sit de consimilitudine titulorum, & de vitiosa possessione, Prouisio Francisci Dominis visa fuit laborare aperto vitio nullitatis: Etenim impetrata fuit certo modo sub expressione, quod primus Canonicatus vacauerit per assecutionem secundi obtenti per Horatium
7 omninò incompatibilis *dicto summ. num.3.* † Et tamen vt primus vacet propter incompatibilitatem secundi non sufficit solum iustificare illius impetrationem, & assecutionem, sed vlterius concludēter probari debet, quod Impetrans duos menses pacificè non solum de facto, sed etiam de iure secundum possederit cum retentione primi *iuxta dispositionem cap. de multa vbi gloss. verb. post receptionem Ancharan. num.3. & Abb. num.16. de Præbend. Garz. de benefic. par.11. cap.5. num.100. cum seqq. Rot. in recent. decis.601. nu.5. par.4.* vbi reddit optimam
8 rationem, † quia scilicet incompatibilitas nō obest in assequendo, sed in retinendo, *& decis.337. num.10. par.8. ac coram Buratt. decis.102. num.1. & 2. cum alijs allegatis per add. ad eumdem decis.19. num.18.* Vndè cum Franciscus id non iustificauerit, non intrat supposita vacatio, & consequenter eius Prouisio redditur nulla, &
9 inualida, † quæ propterea non est apta retardare dictam viam executiuam *vt responsum fuit in dicta Bononien. Archipræsbiteratus 21. Martij 1648. §. Quia ex promissa, & 15. Ianuarij 1649. §. penultimo, & final. coram R. P. D. meo Corrado in dicta Compostellana Parochialis 1. Iulij 1648. §. Verum eò magis, & in dicta Calagurritana Præstimonij §. neque ad immissionem coram R.P.D. meo Otthobono.* Quinimo tantùm abest, quod dicta pacifica possessio iustificari possit, vt in continenti doceatur de contrario ex lite, & Iudicialibus molestijs præcedenter illi illatis
10 *dicto Summ. num.5. & 6.* † Quæ operantur, vt etiam si secundum Canonicatum assecutus fuisset, primum tamen dimittere non teneretur, *vt firmauit Rota coram Card. Seraph. decis. 997. num.2. & decis.1254. num.1. & 2.* vbi quod ad hunc effectum sufficiunt molestiæ etiam extraiudiciales, & de facto *cum cæteris adductis per Add. ad Buratt. dicta decis.19. num.19. & 20.*

Et ita altera tantum &c.

R. P. D. MELTIO,

Posteà Episcopo PAPIEN.

Romana pactorum Dotalium.

Lunæ 27. Martij 1651.

ARGVMENTVM.

Attentata non possunt excusari, quando sunt gesta lite pendente appellatione, & multo magis, si quoque adsit inhibitio Rotalis, licet sit intimata tantum parti, & non Iudici. Attentata licet excusentur, vt euitentur scandala, tamen ea sunt probanda, cum non ita facilè illa sint consideranda, & aliqua circa hanc materiam deducuntur, & circa manutentionem exactionis fructuum locorum Montium.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio aliqua, quod fuerit præsentata personaliter, probatur ex fide Cursoris.*

Officia-

Officiali publico est adhibenda fides. num. 1.
2 *Actus gesti post, appellationem interpositam, sunt attentati.*
3 *Actus gesti post inhibitionem Rotalem legitimè executam, sunt attentati.*
4 *Inhibitio Rotalis, siue iusta, siue iniusta timenda est.*
5 *Attentata, vt intrent sufficit, quod inhibitio sit præsentata parti, licet non Iudici.*
6 *Attentata ex quibus valide excusentur.*
7 *Obiectiones, quo ex facto tolluntur non attenduntur.*
8 *Continuans non attentat, quod tamen limita, nisi lis ex hoc redderetur elusoria. num. 9.*
10 *Attentata non considerantur in licitis.*
11 *Lis, quando est introducta, non licet parti propria auctoritate sibi ius dicere.*
12 *Inhibitio Rotalis reddit quoscumque actus alibi factos attentatos etiam alias licitos.*
13 *Scandala, vt euitentur, permissa sunt attentata, tamen dicta scandala sunt probanda. num. 14.*
15 *Reconciliatio, & remissio iniuriarum inter maritum & vxorem ex quo dicatur facta.*
16 *Attentata non possunt dici sufficienter purgata, nisi omnia reponantur in pristinum statum.*
17 *Attentatorum reuocationi, quando nunquam esset locus.*
Inimicitia oritur inter partes occasione litis. num. 17.
18 *ex Cautione de benetractando aliquem, quod operetur. & num. 33. & 34.*
19 *Cautio de benetractando aliquem, quando non sit sufficiens.*
20 *Attentatorum reuocatio non impeditur per exceptionem non iuris. nisi in continenti probetur.*
21 *Attentatorum reuocatio semper intrat ex officio Iudicis, cuius maiestas offensa remansit.*
22 *Manutentio, quando danda sit super exactione fructuum locorum Montium.*
23 *Possessio ciuilis, quando sola censeatur translata.*
24 *Exactio actualis, quando probatur, non est deneganda manutentio in ea.*
25 *Fidei Depositariorum locorum Montium plena fides est adhibenda tamquam Ministris publicis.*
26 *Confessio iudicialis est attendenda.*
27 *Soluere nolle amplius protestans, fatetur solutionem de tempore decurso.*
Priuatio supponit habitum. num. 27.
28 *Dictio,* amplius, *solet esse affirmatiua de preterito, & negatiua de futuro.*
29 *Exactionis actus, benè probatur ex pluribus exactionibus ex vnica.*
30 *Confessio tacita benè etiam attenditur.*
31 *Verbum,* continuare, *initium actus, & progressum significat.*
32 *Existentia alicuius, quod maneat in aliqua domo, ex quo necessariò referatur.*

DECISIO CXXXII.

PROPOSITO hodie à me dubio, an constaret de attentatis commissis per Philippum Coleonum, & an Francisco Pusterlæ dandum esset mandatum de manutenendo, DD. quo da vtramque dubij partē affirmatiuè responderunt. Nam respectu attentatorum illa satis clara visa sunt dum dictus Philippus, non obstantibus appellatione inter-
1 posita pendentia litis in Rota, atque † Inhibitione Rotali personaliter contra eum executa prout ex fide Cursoris, cui circa hoc fides adhiberi solet, ex allegat. per *Rotam in Romana spolii domus 28. Iunii 1617. coram Sanctiss. D.N. & in Vercellen. Prioratus 25. Februar. 1647. coram R.P.D. meo Peutingero.* extorsit ab A.C. & Thesaurario inhiberi Depositarijs locorū Montis Salis tertiæ erectionis, non soluerent fructus præfati Pusterlæ, ac vlterius obtinuit mandatum a D. Vicegerente, de extrahendo Angelam Felicem eius vxorem, & respectiue d. Pusterlæ filiam è domo proprij parentis, ac illam ad Domum Chorinthij eius patris conducendo prout leuata, & conducta fuit.
2 Isti namque actus subiacent † manifesto vitio attentatorum non solum, quia gesti fuerunt post appellationem interpositam. *cap. non solum, de appell. in 6. l. vnica. ff. nil noui appell. pend. Franc. in cap. ad audientiam, in fin. eod. tit. de appell. Lap. alleg. 1. num. 11. Card. Caual. decis. 211. num. 3. Rot. in Anagnina Beneficii 10. Februarii 1648. coram R.P.D. meo Verospio, & in Beneuentana manutentionis 9. Iunii 1649. coram R.P.D. Peutingero.* sed & fortius, quia post Inhibitionem Rota-
3 lem legitimè † executam, quæ siue iusta, siue iniusta, semper timenda est, ac seruari debet, & causat attentata iuxta inueteratam
4 sententiam † in hoc S. Tribunali receptam, ac firmatam in pluribus causarum decisionibus, & signanter in *Cæsaraugastana Distributionum, seu attentatorum 17. Februarii 1645. coram R.P.D. meo Cerro.* cum pluribus alijs recensitis in *Anglonen. Territorii 13. Iunii 1650. coram me, §. eodem vitio attentatorum,* quod procedit etiamsi soli Philippo, & Corintio eius patri
5 illa præsentata fuerit, & non Iudici, cum † ad effectum causandi attentata sufficiat inhibitionem præsentatam fuisse parti, vt fuit dictum in *Lucana Canonicatus 30. Aprilis 1646. coram R.P.D. meo Peutingero, Taurinen. Parochialis 13. Nouemb. 1647. coram R.P.D. meo Celso, Leuttorien. attentatorum 26. Iunii 1648. coram R.P.D. meo Cerro §. 1. & in d. Anglonen. 13. Iunii 1650. coram me.*

Neque huiusmodi manifesta attentata ea
6 ratione saluari possunt, † quod dictum pictū mandatum Vicegerentis sit consecutiuum ad mandatum gratiosum longè ante litem ab eodem relaxatum. Quia vltrà quod ob-
7 iectum † cessat ex facto, dum hæc lis introducta fuit coram A.C. vsque de mense Maij, & sic per tres menses ante relaxationem dicti mandati factam sub die 28. sequentis mēsis Augusti, & omnia, quæ gessit Vicegerens fuerunt ab eo gesta in executionem sententiæ, à qua pendebat appellatio in Rota, illudque nec minus in iure subsistit. Nam licet Regulam habeamus, vt qui continuat
8 non attentet, limitationem illa tamen recipit quando prout hic lis pendet (super ipso articulo continuationis, tunc enim ne lis eluso-
9 ria reddatur † continuare non licet, ita *Rip. in cap. cum Ferrarien. num. 193. ante fin. vers. ad istud respondeo de constit.* quem sequitur *Gabr. de acq. poss.*

poss.concl.6.num.17. Lancellott.de attent.par.2.c.4. limit.1.num.61.& seq. Rot.in Tarraconen. attentatorum 14.Martii 1608. coram bon.memor.Coccino, quæ inter eius impress.est decis.399.num.2. d.Casaraugustana Distributionum 17. Februarii 1645. coram R. P. D. meo Cerro §. hoc non procedit, & in Bononien. Bonorum 17. Martii 1649. coram R. P. D.meo Bichio.

Defendi neque potest ab attentatis traductio vxoris fact. per Philippum ad domum
10 Corinthij sui partis, eo quia † huiusmodi actus fuerit marito licitus,nec in licitis attentata considerentur. Quia cum vir in capitulis matrimonialibus conuenerit de insimul viuendo in domo prefati Pusterlæ eius soceri, & super huius pacti validitate, atque subsistentia lis iam introducta esset, non potuit
11 lite adhuc indecisa pendente propria† auctoritate ius sibi dicere, vel Iudicis inferioris auxilium implorando, vxorem è domo paterna extrahere maximè in spretum inhibitionis Rotalis, quæ reddit quoscumque actus
12 attentatos, etiam eos qui alios liciti fuissent, *Mandos.de inhibit.quæst.75. numer.8. Lancellott.de attent. post inhib. ampl.1. per tot. Rota in Toletana Parochialis 24.Ianuarii 1604. coram Cardin. Sacrato impress.apud Marchesan.de commiss. & in eadem Cæsaraugustana Distributionum 17. Februarii 1645. coram R.P.D.meo Cerro, §. non obstat quod in Bulla in fin. necnon in Bononien. pecuniaria, seu attentatorum 28. Aprilis eiusdem anni coram R. P. D.meo Bichio.*

Nec etiam vllius releuantiæ visum fuit, quod deducebatur, vt ad euitanda scandala,
13 quæ tunc imminere † prætendebatur, potuerit citra vitium attentatorum obtineri à Vicesgerente præfatum mandatum, ad trad. *per Lancellott.de attent.part.2 cap.12.limit.43. per tot.* Nam præter quod ex tenore d. mandati apparet illud relaxatum fuisse in executionem sententiæ A. C. declarantis inualidum pactum de conuiuendo in capitulis matrimonialibus appositum, conuincitur vlterius nullam periculi, siue scandali suspicionem
14 adfuisse. † Siquidem post litem introductam super inualiditate dicti pacti de conuiuendo, & relaxationem primi mandati à Vicegerente sub die 18. Augusti relaxati continuò gener, & socer insimul conuinxerunt, & vir cum vxore in domo soceri condormiuit, ex qua successiua condormitione, & mutuo cō-
15 nictu arguetur † reconciliatio, ac remissio cuiuscumque præsuppositæ iniuriæ, & offensæ quomodolibet contractæ etiam ex precedenti quærela criminali per vxorem, & socrum porrecta *Riminal. seu. cons.174.num.29, Bertazzol. cons.crimn.128.num.12. Sanch. de matrim.lib.10.disput.15.num.19.in fin.& disp.14.n.6. Buratt. decis.815.num.12. Rota in Ianuen. separationis thori 16.Ianuarij 1645. coram me, Tridentina matrimonij 11.Martij 1650. coram R.P.D. meo Albergato, & in Bononien.separationis thori 10.Iunij 1650. coram R.P.D. meo Bichio, §.& quatenus, vers.vnde prorsus excluditur consuetudo.*

Ex his igitur cum satis constet de attentatis per Philippum commissis, sequitur vt pro illorum purgatione nedùm impedimenta sequestrorum Depositarijs Montium factorum remouenda sint, sed mulier in domo patris à qua extracta fuit restitui debeat, vbi idem Philippus volens commorari, ac in-
16 simul cōuenire poterit, † quia attentata sufficienter purgata dici non possunt, nisi omnia reducātur ad primæuum statum *Dec.cons.163 num.11. Rot. decis.5.de restit. spoliat. in nou. decis. 269.num.1. & 329.num.2.par.1.recent.decis.356. num.4. coram bon.mem.Buratto,* & fuit etiam resolutum in *Cusentina Beneficij, seu attentatorum 4. Decembris 1637. coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Periculum scandali, de quo valdè pertimescendum esse ex noua cohabitatione, dicebant Informantes pro Philippo, stantibus
17 inimicitijs contractis inter † partes occasione litis, non fuit habitum in consideratione, nàm præter quod si admitteretur huiusmodi prætextus nunquam esset locus reuocationi attentatorum in causis matrimonialibus, sicquè impunè liceret partibus contrauenire Inhibitionibus Rotalibus; cum versemur in personis minis inferre,nec illas exe-
18 qui solitis, † satis erit indemnitati generi consultum per cautionem à socero præstandam de bene eum tractando, prout in his terminis dictū fuit *in Romana separationis thori 15.Aprilis 1616. §.quo verò. coram Card.Sacrato, & in d.Ianuen. separationis thori coram me, §.final. ac in eadem Bononien. separationis thori 21. Febr. 1650. §.penult.coram R.P.D. meo Bichio,* quidquid dicendum esset si ageretur cum viro, actus magnæ sæuitiæ exercere solito, & de
19 lite † intentata super maiori parte bonorum ac odium iam esset inter partes antiquatum. quo fortasse casu non esset fragilitati cautionis fidendum.

Denique obstare minimè visa fuerunt, quę circa inualiditatem pacti de conuiuendo obijciebantur. Hæc enim opportunius discutienda erunt post reuocationem attenta-
20 torum, † quæ non retardatur per exceptionem non iuris, nisi incontinenti de notorio non iure constet per confessionem, vel rem iudicatam. *Lancellott.de attentat.part.3.cap.24. quæst.1.num.62. Paleot.decis.87. Rot.coram sa.me. Gregor.XV.decis.465.num.9.Coccin.decis.397.n.2. circa med. Rot. decis.125.num.6.in fin. & dec.503. num.6. part.1. recent. & in Lucana Canonicatus 1. Iunij 1647. §.vlt.in fin. coram R.P.D.meo Rojas;* semperque intrat reuocatio ex officio Iudi-
20 cis, † cuius maiestas est læsa ob spretum suæ Inhibitionis, vt alijs allegatis respondit *Rota coram san.memor.Gregor.XV.decis.365. num.5. & seq. ibiq. Add.num.12. in fin. Couar pract.quæstion. cap.23.numer.4. Rot.in Romana Casalis Trifusellæ 24. Nouembris 1581. coram san. memor. Clemente Octauo impress. penes Marchesan. de commiss.par.2. fol.67.sub num.5.infra med.vers.nec fallit, Messanen. Deacnatus 13.Februarij 1645.§.minus facit,in fin. coram Reuerendiss. Terracinen. & in Meleuitana pensionis 14.Maij 1649. §. non obstat, coram R. P. D.meo Bichio.*

Censuerunt etiam DD.dandum esse mandatum

datū de manutenendo Francisco Pusterlæ in
22 quasi possessione † exigendi fructus 19. loco-
rū Montis Salis tertiæ erectionis assignatorū
in dotem Angelæ Felici eius filiæ, necnon
exigendi annua alia scuta 100. illi promissa
à Philippo, & Corinthio eius patre, ac etiam
cohabitandi, & conuiuendi in eius domo
cum d. Angela Felice.

Quia respectu quasi possessionis exigendi
fructus dictorum locorum Montis Salis, cla-
rè de illa constat tum ex reseruatione eorun-
dem fructuum facta in Instrumento dotali,
23 ex qua reseruatione dicitur retenta natura-
lis, & translata sola ciuilis possessio. *Modern.
de manut. obseru. 20. num. 55. Rot. post eund. decis. 58.
num. 24. decis. 85. num. 2. & decis. 299. numer. 4.* &
fuit dictum in *Cortonen. Cappellaniæ 7. Iunij
1649. coram me in princ. & in Bononien. Fideicom-
missi de Felicinis 10. Ianuarii 1650. coram R.P.D.
meo Bichio* §. 1. Tum & clariùs ex actuali exa-
24 ctione eorundem fructuum † per Pusterlam
facta post contractum matrimonium, prout
constat ex partitis formiter extractis è libris
Depositarij asserti Montis Salis tertię erectio-
25 nis, quibus in hac materia plena adhibetur
fides. *Bart. in l. quædam,* §. *nummularios, numer. 4.
ff. de eden. Rot. coram Seraph. in decis. 442. numer. 1.
coram Buratt. decis. 133. nu. 6. & in recent. dec. 397.
num. 4. par. 1.*

Quasi possessio autem Pusterlæ exigen-
di annua scuta centum promissa in Instru-
mento dotali à dd. Philippo, & Corin-
26 thio Coleonis iustificatur † ex iudiciali con-
fessione per ipsosmet emissa, cum sub præ-
textu, quod non reciperentur condigna ali-
menta protestati fuerint non intendere am-
plius soluere pecuniam in Instrumento do-
tali conuentam, nec minus continuare in
communione; ex hac namque protestatione
resultat confessio quasi possessionis d. Puster-
27 læ exigendi d. annua scuta centum, † quia
protestās se nolle amplius in futurum solue-
re fatetur solutionem pro tempore decurso
fuisse ab eo factam non secus, ac priuatio sup-
ponit habitum. *Rot. post Modern. de manut. decis.
467. num. 3. & decis. 468. num. 1. & in Alexandrina
Canonicatus 9. Decembris 1648. coram R.P.D. meo
Cerro*, ponderando maximè dictionem illam
28 *Amplius*, † quæ solet esse affirmatiua de præ-
terito, & negatiua de futuro. *Barbos. de claus.
dict. 32. n. 8.* Vlterius ad maiorem huius quasi
possessionis iustificationem cōcurrunt etiam
quietantiæ in actis productæ ab ipsomet Phi-
lippo ad effectum docendi de satisfactione
terminorum decursorum, ex quibus omni-
bus resultat indubitata quasi possessio exi-
29 gendi dicta † annua scuta centum, licet ad
hunc effectum sufficeret etiam, vt de vnica
solutione doceretur *Rip. in cap. cum Ecclesia Su-
trina, num. 9. & seqq. de caus. possess. & propriet. cum
aliis alleg. in decis. 369. num. 1. & in decis. 563. nu. 1.
apud Moder. de manut. & nuper in Neapolitana fru-
ctuum 9. Decembris 1650. coram me in princip.*

Ex eadem etiam protestatione superius
pōderata resultat pariter probatio possessio-
nis Pusterlæ cohabitandi, & conuiuendi cum
Angela Felice eius filia; & Philippo genero,
quia negando, nolle amplius continuare in
30 communione † alimentorum tacita oritur
confessio adfuisse principium conuiuendi, ac
cohabitandi. *Rota apud Modern. de manut. decis.
196. sub num. 4.* ponderata maximè proprie-
31 tate illius † verbi, *continuare*, quod initium
actus, & progressum significat. *Lancellott. de
attent. par. 2. cap. 4. limit. 1. num. 86. Rota in Lucana
Cappellaniæ 4. Aprilis 1650. coram R.P.D. meo Bi-
chio*, quæ quidem possessio Pusterlæ eo ma-
gis comprobata remanet ex mandato rela-
xato ad fauorem Philippi de leuando Ange-
lam Felicem eius vxorem è domo soceri, ac
32 eam traducendo ad domum patris, † quod
in necessarium antecedens præsupponit exi-
stentiam eiusdem Angelæ Felicis in domo
parentis.

Ex his igitur, vt ab initio dicebatur, DD.
responderunt constare de attentatis reuocan-
dis per Philippum, data tamen prius cautio-
33 ne per Pusterlam † de bene tractando ipsum
Philippum eius generum; necnon ipsi Pu-
sterlæ dandam etiam esse manutentionem in
quasi possessione, nedum conuiuendi cum
Angela Felice eius filia, ac prefato Philippo,
quatenus sic ipse velit, verum etiam exigen-
di tam dicta annua scuta centum, quæ ei pro-
missa leguntur, etiamsi ex quacumque cau-
34 sa † gener cohabitare nollet cum socero, &
licet illa soluantur, vt erogentur in causam
alimentorum, sat est, quod per Pusterlam
non stet, quo minus illa eroget in domo
propria, vbi hactenus illa fuere præstita,
quam exigendi etiam fructus locorum Mon
tis nomine tam Angelæ filiæ, prout cantant
partitæ extractæ è libris Depositarij dicti
Montis.

Et ita vtraque parte &c.

R. P. D. VEROSPIO

Cracouieñ Decimarum

Lunæ 27. Martij 1651.

ARGVMENTVM.

Decimæ solitum est, vt tam de iure commu-
ni, quam de iure Diuino in eadem specie
sunt soluendæ. Et quid si super tali solu-
tione sit facta aliqua transactio sine Benepla
cito Apostolico, & vt intret cursu temporis
præsumptio talis beneplaciti, quid requi-
ratur.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ debentur in eadem frugum specie iuxta Sa
cros Canones.*

2 *Quod procedit etiam de iure Diuino.*

3 *Sententia, quando est antiquissima, probat etiam si-
ne actis, & plenè iustificat.*

5 *Iuris assistentia habens pro se leuioribus probationi-
bus oneratur.*

6 *Consuetudo in materia decimarum, quando non re-
tenet.*

7 *Bona Ecclesiæ sine beneplacito Apostolico non possunt alienari.*
8 *Itaque si sine eo fuerit facta non ligat successores.*
9 *Conuentio super bonis Ecclesiasticis, sine auctoritate Papæ, multo minus tenet quando Ecclesiæ est nociua.*
10 *Consensus bene excluditur ex pluribus contradictionibus, & protestationibus contrarijs.*
11 *Per protestationes contrarias quis conseruat ius suum, cum sic excludatur consensus.*
12 *Rector Ecclesiæ, dum consentit contractui læsiuo pro Ecclesia ipsemet potest agere nomine Ecclesiæ ad eius rescissionem.*
13 *Beneplaciti Apostolici præsumptio in alienationibus bonorum Ecclesiæ, requiritur cursus 30. annorum.*
14 *Obseruantia requiritur, vt intret præsumptio Beneplaciti Apostolici in alienatione bonorum Ecclesiæ, & qualis debeat esse ea obseruantia.*
15 *In alienatione bonorum Ecclesiæ, vt intret præsumptio Beneplaciti Apostolici ex cursu temporis non debet constare de læsione ipsius Ecclesiæ.*
16 *Approbatio intelligenda est circa res validas, non autem inualidas & n. 17.*
18 *Decretum à Papa factum cum clausula sublata, & decreto irritanti, quis non potest infringere, nisi ei aperiatur os.*
19 *Relatio facienda est ad ea, quæ licita sunt.*
20 *Transactiones nullæ, & læsiuæ tanquam illicitæ non attenduntur.*
21 *Papa, vt dicatur confirmasse illud, quod est, nullum, & inualidum, debet constare de eiusdem scientia.*
22 *Transactiones nullæ, & inualidæ non veniunt sub generali confirmatione.*
23 *Decis. in causa Cracouien. Decimarum 22. Iunij 1650. coram bon. mem. Verospio declaratur, & declaratur altera decisio n. 24.*

DECISIO CXXXIII.

COLLEGIVM Societatis Iesu Cracouien. integras Decimas manipulares ex agris totius hęreditatis Osmolicensis, infra limites Drzazgouiensis Ecclesiæ constitutis, cum eidem præstare recusasset, tum ex vi consuetudinis inconcussæ præscribentis in Regno Poloniæ, solutionem certæ quantitatis pro specie; siue transactionis iure, per suos super iisdem agris antecessores ab Anno 1617. specialiter initæ cum Simone tunc Ecclesiæ Rectore, vt pro Decima manipulari annuos florenos viginti solummodò teneretur exigere. Vel quia Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, anteactas super Decimis transactiones firmas esse decreuerat, de anno 1645. Et Apostolica Sedes postmodum approbauerat. Denique ob priuilegia iure proprio, ac Mendicantium competentia Societati, quæ à Sacra Congregatione non abrogata supponuntur, sed ad præscriptam ibidem formam in partibus redacta. Ad moderni Rectoris proinde instantiam, commissa mihi causa dubitaui, An integra Decima prędictæ hæreditatis Osmolicensis, in manipulis debeat ipsi adiudicari. Et adiudicandam esse hodie Domini decreuerunt, non solum virtute Sa-
1 crorum Canonum, † decimas in eadem frugum specie, deferentium Ecclesiæ, *vt in cap. omnes decimæ, & in cap. quicumque il primo 16. q. 7. cap. tua nos. cap. non est. cap. ex parte de decimis.* Et in alijs iuribus relatis in *Cracouien. decimarum 23. Ianuarij, & 20. Martij præteriti coram me.*
2 Ac iuris quoque Diuini præscripto † idem sancientis *Exodo cap. 22. Esdra cap. 10. Leuitici cap. 27.* Sed etiam quia congruit, tum Instrumento assignatę dòtis, & addictionis Villæ Osmolicæ ab anno 1334. in actu Erectionis Ecclesiæ Drzazgouiensis in Parochialem; Tum etiam sententiæ decimas Parocho ab anno 1427. adiudicanti in manipulis, & ad earum successiue præstationem prædictorũ agrorum Dominos, ac possessores condemnanti, quæ dum magnam redolet temporis
3 antiquitatem, † licet Actis modo destituta, ius Rectoris plenè iustificat, ad tradita per *Bart. in l. Admonendi num. 10. ff. de iureiurando*, ibique *Curt. sen. num. 127. Dec. cons. 409. num. 9. Rip. responso 1. num. 14. & 15. de iure patron. lib. 2. Aymon. de antiq. tempor. par. 3. §. 1. num. 11. Rota coram Cassad. decis. 3. num. 2. de procur. & coram Puteo decis. 338. lib. 2. & in Ariminen. fructuum census 1. Aprilis 1647. in fin. cor. R. P. D. meo Otthobono.* Corroboratur præterea ius Rectoris tum ex pluribus exhibitis conuentionem Instrumentis in quorum altero stipulato de anno 1549. Stanislaus Rector Ecclesiæ cum quodam Alberto Mencinski Patrum antecessore conuenerat, vt marcis triginta sibi numeratis, ac traditis Corretis decem siliginis, totidemque auenæ pro decimis tunc vsque decursis, liberam in posterum decimationem manipularem in ipsis agris teneretur admittere: In altero verò cum ipso, cæterisque loci Condominis celebrato de anno 1557. decimæ quoque manipulares exactio comprobatur. Nec non ex altero transactionis cum Collegii Auctoribus initæ de anno 1617. ad decimam manipularem eidem Rectori reseruante regressum, quoties in solutione cõuentæ summæ deficerent, transigentes; Cum hinc quoque decima manipularis Rectori
4 debita, ac † pręstita successiuè conuincatur ante pręfatum transactionis Instrumentum, ad *tex. in l. decem ff. de verb. oblig. & in l. manumissiones ff. de inst. & iur. l. Titia vsusfructus ff. de condit. & demonstr. §. seruus inst. de capit. diminut.* Tum ex Synodalibus denique Regni Constitutionibus, decimas præstare mandantibus in manipulis à S. mem. Greg. XIII. & à San. memoriæ Paulo V. postmodum confirmatis; Quas sanè probationum species ad coadiuuãdam Rectoris intentionem satis, superque sufficere DD. censuerunt in casu proposito,
5 cum iuris assistentia concurrat, † quæ leuioribus alias probationibus contenta onus iustificandi contrarium transfert in Aduersarium præfata iuris assistentia destitutum, secundum *Rebuff. de congr. port. num. 10. cum seq. Maresc. variar. lib. 1. cap. 11. num. 14. Rot. dec. 193. num. 5. par. 2. recent. & in Taurinen. decimarum 22. Aprilis 1605. coram Manzanedo, & in Elboren. decima-*

cimarum 20.Maij 1616.coram Sacrato.

Neque adhunc effectum Patribus Societatis poterit suffragari allegata Regni consuetudo tradendi decimam manipularem in certa pecuniæ quantitate; dum illa ex præcitatis actibus contrarijs, vel omnino destrui-
6 tur, † secundum *Bart.in l. 2. num.22. ff. solut. matrim. & in l. semper in stipulationibus ad finem, ff.de reg. iur. Aym.consf. 96.num.5. Dec.conf. 215. n.2.Rot.cor.Greg.decis.162.n.8.* Vel saltem probatur esse difformis alteri, in hoc loco specialiter vigenti, quæ propterea debet vniuersali præferri, iuxta *Glossam in capit. super eo in verbo vicinis de censibus.* notat. *Bart. in l. 3. sub num. 41.C.quæ sit longa consuetudo. Socc. conf. 7. num.6.lib.1. Parif. conf.25.num.42.lib.4. Rot. cor. Put. dec.176. num.6.lib.3.& coram Caual.dec. 95. num.2.& in decis. 169. num.9.& 333. num.6.par. 5. recent. & in alijs adductis in Hispalen. decimarum 26. Iunij 1647. in §. Actus autem contrarij in fine coram R. P. D. meo Corrado.*

Non etiam iidem Patres se tueri poterunt clypeo transactionis, per suos Antecessores initæ, de anno 1617. cum Rectore tunc temporis Ecclesiæ Drzazgouiensis. Preterquam
7 enim † præfata conuentio auctoritate Summi Pontificis destituta, nec aliquo Ordinarij consensu fulcita, cum vita Rectoris stipulantis censetur expirasse, vt personalis, nec
8 cæteros subinde † successores affecisse, ad *tex. in cap. 2. & cap.veniens de transaction.* & pulchrè explicat *glos.in cap ex multiplici in verbo eandem conuentionem*, ibique *Abb. num.3.& in cap. cum homines num.4. de decimis.cap.nuper*, ibique *gloss. in verbo componendi eodem tit. Rot. decis. 667.n.9. par.4.recentior.* Nullius præterea roboris esse
9 censetur, vti Synodalibus Regni Constitutionibus contraria, & admodum Ecclesiæ lęsiua, ad *tex. in l.non dubium C.de ll. Rota coram Mantic. decis.186. num. 3. & in Zamoren. iurium Parochialium 23.Maij 1644. in §.nec visa fuit cor. R.P.D.meo Pentingero.*

Neque subsistit allegata moderni Rectoris ratificatio, & Apostolicæ confirmationis præsumptio, respectu prędictæ transactionis stipulatæ de anno 1617. cum Parocho moderni prædecessore. Consensus enim ex-
10 cluditur † ex pluribus contradictionibus, ac protestationibus successiuè repetitis, quæ eũdem consensum ex nonnullis exactionibus viginti florenorum, pro tempore præterito ex aduerso deductum, coarctant, ad limites receptionis tunc subsecutę, atque præseruant
11 ab omni præiudicio, seu obligatione in futurum, vt ponderauit *Surd.decis.33.num.9.Rot. coram Puteo decis.175. num.2. & 178.num.3.lib.1 & decis.31.& 190.par.1.diuers. & coram Gregor. 311.num.16. & 317.num.5.* cum alijs relatis in *Tiburtina assictus 19.Iun. 1648. in §. Neque subsistit coram R. P. D. meo Corrado.* Præterquam eidem Rectori obesse non posset, quin Ecclesiæ nomine rescissionem transactionis
12 quandocumque † valeat intentare, iuxta *tex. in cap. litteræ, ibique Abb. de dilat. Rot. cor. Verallo decis. 78. num.9.par.3.coram Seraph.decis. 1417. num.3.& decis.78.num.4.& dec.139.n. 28. par.6. recent. & decis.94. & 294. num.2.par.7.recentior.* Et in his pręcisis terminis transactionis in vna *Marsicen. Iurisdictionis 18. Februarij 1647. in §.Nam periurij cor. R.P. D. meo Bichio.*
13 Beneplaciti verò Apostolici † præsumptio corruit, tum ex defectu temporis legitimi triginta annorum, à die initæ concordiæ vsque ad diem excitatæ per modernum Rectorem controuersiæ nondum decursi, prout necessarium fore tradit *Felin. in cap. Albericus num.3.& 4. de testibus. Rot. coram Cassad.decis. 3. num.1.de procurat.& coram Puteo decis.355. nu. 7. lib.2. & in Pampilonen. iuris nominandi Vicarium 14. Decembris 1648. in §. beneplacitum, & in Acernen. Vicarij 30. Maij prateriti in fine coram R.P.D.meo Otthobono.* Tum etiam ex difformi
14 medij temporis obseruantia, † quæ tamen inconcussa, ac realis, non autem præsumptiua debuisset omninò cõcurrere. *Gab.de præs.concl. 1 num.72. Marescott. variar.lib.1. cap.13. nu. 14. Rota coram Puteo decis. 7. de præsumpt. & cor. Seraph. 1042. num.4.& coram bon.mem.Coccino decis.301. num. 3. & 4. & in vna Burgen. Abbatia de Salas 20. Nouembris 1615. cor. Vbaldo.* Tum ex euidenti denique læsione Ecclesiæ, atque Rectorum, plurium depositione testium iu-
15 stificata, quæ beneplaciti † præsumptionem elidit, dum hoc absque concursu euidentis vtilitatis, ac necessitatis causa non solet expediri, vt ponderauit *Rot.coram Greg. dec.113. num.8.& in decis. 430.num.4.par.2. recent.*& in alijs adductis in *Cracouien. decimarum 16. Nouembris 1650. in §. Neque beneplaciti, aut iustæ causæ præsumptio cor. R. P. D. meo Bichio.*

Non etiam ex Sacræ Congregationis decreto censeri potest iustificata transactio prædicta, fauore Collegij, dum anteactæ in materia decimarum transactiones ibidem appro-
16 bantur. Si quidem approbatio iustas † solũmodo, ac validas comprehendit, vt potè Ordinarij consensu munitas, ac celebratas sub forma breuis sanct. mem. Vrbani VIII. editi die 27. Nouembris 1634. non autem nullas, atque inualidas; vt quia contra expressam Synodalium Constitutionem formam initæ fuerint, siue cum euidenti Rectorum, & Ecclesiæ dàmno, vel saltem cum vita ipsarum partium terminatæ, ac resolutæ, ad *tex. in l.3. ff.quod quisque iuris. & l. 4. Condemnatum ff. de re iud.* notat *Innocent. in cap. cum omnes num.1. de const. Castr. in l. inter omnes num. 4. ff. qui satisd. cog. Abb. conf.98. num. 4. in fine lib. 4. Ancheran. conf.6.num.4.* Adeoque adducta transactio sub
17 eodem † decreto inclusa non fuit, vti præfatis omnibus defectibus supra deductis obnoxia.

Priuilegia tandem Societatis non poterũt obesse Rectori, Cum Sac. Congreg. ex certa illorum scientia iisdem Patribus quoq; consentientibus expresè decreuerit ab ijs, alijsq; Regularibus soluendas esse Parochis, cæterisque beneficiatis Regni Poloniæ decimas, quæ soluebantur à Laicis, priusquam bona in ipsorum Patrum, ac aliorum Regularium posse deuenirent. Neque tale decretum à
18 Sanctissimo Domino † Nostro cum clausu-

la sublata, ac irritanti decreto munitum, ante impetratam oris aperitionem valeant Patres impugnare, ad tradita per *Bart. in l. vlt. num. 1. C. de causa frument. lib. 11. Felin. in cap. nonnulli. n. 22. de prescript. Rot. decis. 77. num. 9. par. 5. rec. & in alijs adductis in Cratonien. decimar. 20. Martij præteriti cor. me.*

Hinc verò eorumdem fauore dici non potest in futurum canonizata solutio florenorum viginti, cum Auctoribus Collegii transacta de anno 1617. Si quidem constat per sententiam, ac plura etiam instrumenta dotis assignatæ, atque concordiæ pro Rectoris parte producta, Drzazgouiensem Ecclesiam decimas in manipulis exegisse, ad quem propterea antecedentem exactionis statum
19 vti † licitum censetur respexisse decretum Sac. Congregationis, non autem ad vltimũ
20 transactionis nullæ, † atque læsiuę, ac proinde illicitum, iuxta theoricam *Baldi cons. 89. num. 8. lib. 4. Cæsar de Grassis decis. 19. num. 5. de probat. Rota decis. 285. num. 3. par. 1. recentior.* & in aliis adductis in *Bononien. fideicommissi de Eleonoris 22. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Bichio.* Presertim quia non apparet Sac. Congregationem in prolatione decreti, nec Summum Pontificem in ipsius confirmatione specificam habuisse huius transactionis notitiam, prout necessaria foret, vt præseruata
21 dici † posset transactio nulla, ac subsecuta eius vigore solutio, iuxta *text. in cap. Dudum de decimis, vbi post gloss. in verbo Concessionem,* notat *Hostien. num. 4. circa medium. Abb. num. 11. et 13. Ancaran. num. 10. circa finem in 5. oppositione. Rot. in Conchen. decimarum de Belmonte 9. Maii 1616. coram Vbaldo, impressa par. 4. recent. decis. 270.* Quæ sanè successiua solutio eo minus per hanc decreti relatiuam, videlicet, (quæ soluebantur à Laicis) potest importata præsumi, vel quod ibidem transactiones nullæ,
22 atque † inualidæ regulariter non includantur, vt ponderauit *Rota in adducta decisione 270. num. 1. par. 4. recent.* Vel quia de his per aduersatiuam, tamen, specialis dispositio inferius ibi scilicet, (firmis tamen remanentibus trãsactionibus) subsequatur, ad tradita per *Bart. in l. talis scriptura §. hanc autem num. 3. Ias. num. 37. ff. de leg. primo. Socc. sen. cons. 22. num. 2. lib. 3. Soccin. iun. cons. 98. num. 32.* & plures alij relati per *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præs. 181. num. 6. Gabriel. de claus. concl. 6. n. 8. Rot. cor. Buratto dec. 161. n. 13.*

Neque in contrarium facit emanata decisio coram me in hac eadem causa fauore
23 Collegij † sub die 22. Iunii præteriti cum hæc in summariissimo possessorio edita fuerit, & ibidem iura in petitorio modo discussa fauore Rectoris preseruentur illæsa, vt legitur in *§. Nec etiam in casu proposito.*

Nec pariter obstat altera decisio coram me per idem met Collegium Societatis contra Golambiæ Parochum 31. Ianuarij præteriti anni reportata, quasi transactio cum laicis inita ibidem videatur approbata, & ad ipsius
24 statum † decimarum solutio successiuè referatur. Cum non subsistat approbatio concordię ex aduerso prætensa, neque interpretatio decreti, ad eius tenorem restricta solummodo enim obtentum à Parocho mandatũ in ea declaratur excessiuum, ac nullum, ex defectu præcedentis liquidationis, nec in frugum quantitate, vel à Collegio, vel à Laicis ipsius Auctoribus recepta, nec respectu valoris earumdem Decimarum, prout ex *§. resultare visus fuit excessus*, manifestè conuincitur.

Et ita vtraque parte bis proposito dubio, resolutum &c.

R. P. D. CORRADO

Posteà S. Romanæ Ecclesiæ CARDINALI

Romana Pecuniaria

Veneris 21. Aprilis 1651.

ARGVMENTVM.

Agitur de Confirmatione sententię, quæ in parte, & partibus fuit confirmata, quod intelligendum est quando per capita separata fuit lata.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas colligitur ex resolutione actorum.*
2 *Iura publica plenam probationem faciunt.*
3 *Scriptura propria plenè probat contra scribentem.*
4 *Libris publici Officialis credendum est.*
5 *Exigens aliquam summam pro alio, tenetur ad illius restitutionem Domino faciendam.*
6 *Procurator constitutus ad exigendum, an teneatur ad fructus bonorum ab eo non inuestitorum.*
7 *Sententia potest in parte confirmari, & in parte reuocari, quando est lata per capita separata.*

DECISIO CXXXIV.

SENTENTIA D. Iudicis, à quo visa fuit Dominis iustificari in ea parte, in qua condemnatur Persianus Pauoncellus ad restituẽdos scut. bis mille centum ab ipso tanquam Procuratore quondam Hieronymi Pardi exactos ex venditione, atque extractione locorum viginti vnius diuersorum Montium; Et in altera, in qua condemnatur ad restituẽdos scut. 494. & ba. 91. in vna partita, & in alia scut. 443. & ba. 50. eodem titulo ab illo exactos ex fructibus pariter Locorum Montium; Quoniam ex actis constat fuisse contra
1 eum ritè, † ac rectè processum seruatis seruandis *iuxt. decis. Verall. 262. par. 2.* Et ex publicis Instrumentis, mandata in eius personam à Præfato Hieronymo facta probantur de anno 1617. & de anno 1618. in Registro coram me fol. 238. & seq. quę fuerunt ab eo acceptata, atque eorum vigore vendita dd. Loca Montium, illorumque pretium, & aliorum respectiuè extractum exactum, vt apparet ex alijs publicis Instrumenlis registratis in libris dd. Montium, ac in processu extra-
2 cto † productis à fol. 110. ad fol. 119. ex quibus plena resultat probatio *cap. cum olim in fin. de cens. l. cum precibus, ibique gloss. fin. C. de probat.*

Cra-

Crauet. conf. 317. sub nu. 1. vers. ideo dici potest &c. Rot. penes Card. Mantic. decis. 302. sub num. 1. vers. nam quod scriptum est &c. & san. mem. Gregor. dec. 459. sub num. 3. vers. bonum ius autem &c. & in recent. decis. 344. sub n. 1. vers. vt patet ex Instrumento &c. par. 4. & sæpè in alijs.

Ac præterea fructus eorumdem, & aliorũ Locorum Montium ab ipso pariter eo nomine exacti probantur in summis prędictis in sententia expressis scilicet pro scut. 443. & ba. 50. ex apocha computorum propria eiusdem Pauoncelli manu subscripta † in eodem
3 processu fol. 277. & seq. quæ aduersus eum plenè probat *cap. per tuas de probat. l. cum te la 21. C. de transact. Rot. decis. 620. sub num. 1. vers. satis enim &c. par. 1. & decis. 192. sub num. 1. par. 6 recent.* ac in alijs relatis *in Romana Pecuniar. 9. Decembris 1644. in §. instita pariter &c. coram R. P. D. meo Bichio.* Et pro alijs scut. 494. & ba. 91. ex libris banci Valentis Depositarij, ac partitis productis in d. processu fol. 12. &
4 seqq. quibus † vtique tanquam publici Officialis est deferendum *Rot. penes Buratt. dec. 133. num. 6. vers. de fide autem librorum Depositariorum Montis &c. & in recent. decis. 764. sub. n. 3. vers. de exactionibus vero &c. par. 2.*

Quare iure meritò ad restitutionem factæ
5 summæ † fuit condemnatus, ad quam omninò tenetur *l. qui proprio, §. procurator, ff. de procurat. l. si procuratorem, §. fin. l. ex mandato l. procurator, l. si mandatum Titij in fin. princ. vers. idem est, ff. mand. Rot. penes Card. Caualer. decis. 646. sub num. 4. vers. & consequenter &c.* cum alijs relatis in *Romana pecuniaria 14. Decembris 1646. in §. instituta vero &c. confirmata die 1. Iulij 1647. & in alia Romana pecuniaria 25. Februarij eiusdem anni sub princ. cor. me.*

In vltima verò parte, in qua per capitulũ separatum d. Persianus fuit condemnatus ad soluendos fructus Locorum Montium venditorum ratione damnorum, ac interesse mandantis, eo quia pretium exactum penes se retinuit, neque in alijs bonis fructiferis re-
6 inuestire curauit, non videtur † iuris dispositioni congruere, qua inspecta ille non tenebatur, cum onus huiusmodi non fuerit ipsi in mandato iniunctum, neque ab eo susceptum, vt declarat *Honded. conf. 38. num. 30. vers. & procurator ad exigendum &c. lib. 2.* & comprobat *Modern. Mantuan. contr. 540. n. 13. vers. & licet procurator &c. cum seq.*

Itaq; fuit conclusũm d. sententiã in prefatis duobus capitulis confirmandam: In vlti-
7 mo autem ab illis prorsus distincto, † ac separato reuocandam *iuxta textum in lege quędam mulier, ff. famil. ercifcund. leg. fin. ibique gloss. ff. de iur. patron.* Actore tantùm informante, Reo autem sepiùs citato, & diù expectato &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Anconitana Dotis.

Veneris 21. Aprilis 1651.

ARGVMENTVM.

De probatione dominij, ac bonorum identitatis ad effectum substinendi executionem plura in præsenti decisione videbis.

SVMMARIVM

1 *pro Executione iuris intrat præsumptio, vt contrarium dicenti incumbat onus probandi. & nu. 3.*
2 *Dominium incidenter ad substiuendam executionem, quando probatur.*
3 *Executionis validitatem impugnans, eo magis probare debet, quo etiam pro dicta executione alia concurrunt adminicula.*
4 *Identitatis præsumptio ex loci situatione deducta eliditur ex acquisitione possibili longo temporis cursu superuenienti. & num. seq. vbi amplia.*
6 *Identitas non probatur ex æquiuoca allegatione confinium fluminum, viarum, &c.*
7 *Prælegata regulariter sub fideicommisso non veniunt.*
8 *Creditori non præiudicant assertiones debitoris post contractum debitum emissæ.*
9 *in Executione quando supersederi debeat.*

DECISIO CXXXV.

VIGORE mandati Rotalis in Territorio & Castro Montis Securi capta fuerant pignora tanquam hæreditaria Hieronymi subhastandi pro credito dotali Frãcisce vxoris in scut. 947. ac obolis 56. super illius bonis contracto, ac Demetrio Pieritio postmodum cesso per hæredes Franciscæ; Cum verò Fanelli debitores hæc bona Galeatij, ac Francisci respectiuè de Fanellis fideicõmisso subiecta contenderent, & executionem proindè reuocandam tanquam excessiuam, ad eorum instantiam super hoc dubium proposui, negatiuè resolotũ, exceptis tribus tantum corporibus descriptis in folio sub nu. 1. 5. 7. quorum respectu in vlteriori executione DD. mandarunt supersederi.

Siquidem in cæteris corporibus hæreditariis Hieronymi executio legitimè facta probatur non solum ex relatione executoris, ac attestatione Bagliuij Montis Securi, quòd capta pignora forent hęreditaria Hieronymi,
1 veritatis † interim præsumptione fulcita donec contrarium exaduerso probetur, iuxtà *gloss. in l. 1. C. de priuilegijs Fisci in verbo restituantur DD. in l. a Dino Pio, §. si super rebus, ff. de re Iudic.* ibique *Alex. num. 19. Imola num. 22. Tiraquell. de retract. consang. §. 8. gloss. 9. num. 22. Rot. coram Gregor. decis. 402. num. 2. & coram Buratt. decis. 191. num. 4.* ibique *Add. nu. 18. & 665. nu. 3.* Sed etiam ex antecedenti horum bonorum assignatione facta Hieronymo in diuisione inter fratres de Fanellis habita anno 1631. nullo expræsso ibidem onere fideicommissi, & ex

& ex successiua eorundem possessione vsque ad obitum continuata (vt publica documenta testantur relata *in Summ. posit. Pieritij coram R.P.D. meo Cerro die 24. Aprilis 1643. nu. 6. & 7.*)
2 quæ dominiũ quoque in eisdem bonis solet inuenire, dũ ipsius quęstio incidens est prout in casu proposito ad substinendam videlicet executionem, vt notat *gloss. in l. si sicuti, §. sed si quæratur, ff. si seruitus vendicetur in verb. possess. Bart. in l. quidam in suo num. 4. ff. de condit. institut. Lucas de Penna in l. 3. num. 15. C. de apocis publicis lib. 10. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 116. num. 37. & lib. 6. præsumpt. 63. num. 11.* idque fortius corroboratur ex geminata confessione hæredũ pluries repetita in iudicio immissionis, ac altero manutentionis successiuè intentato, quod Hieronymus bona libera, ac fideicommissaria in sua hæreditate reliquerat in Territorio Montis Securi constituta. Hinc enim duriori probationis onere, ac concludenti grauantur hæredes ad retar-
3 dandam executionem † validitatis præsumptionem ex supra deductis, obtinentem, vt in his terminis resolutum fuit in *decis. 624. nu. 5. part. 3. rec. & in Perusina Pecuniaria 4. Iuly 1625. coram bo. me. Coccino post Modern. Perus. de subst. ab. decis. 66. & in hac ead. causa coram R. P. D. meo Cerro 24. Aprilis 1643. in §. cessat enim, & in §. contraria verò.*

Nec ex situatione loci comprehensiua bonorum de quibus agitur, ac pariter eorum quæ asseruntur ascendentium fideicommisso
4 supposita argui valet excessus, † cum præsumptio admodum generalis, atque æquiuoca indè resultans elidatur ex eorundem acquisitione possibili diuersis mediantibus titulis longęuo temporis cursu superuenientibus, vt notat *Fulgos. cons. 145. num. 2. Surd. decis. 339. num. 9. cum seqq. & cons. 505. nu. 10. Rota decis. 706. num. 2. part. 2. recent. & in Vrbeuetana fideicommissi 7. Februarij 1620. coram bon. memor.*
5 *Coccino*; & ita excluditur necessitas † probationis adhunc effectum requisita, ad *text. in l. non hoc, C. vndè legitimi, & in cap. in præsentia de probat. Rot. coram Seraph. decis. 1372. num. 2. & decis. 248. num. 11. part. 5. recent.*

Neque desumi ex generica pariter, atque equiuoca allegatione confinium fluminum
6 scilicet viarum, atque similium, † quæ plura alia bona contingunt, ac illis æque conueniunt, vt ponderauit *Rot. coram Seraphin. decis. 1137. num. 2. coram Gregor. decis. 455. nu. 10. decis. 295. nu. 8. cum seqq. & decis. 248. nu. 12. par. 1. & decis. 175. num. 1. & 4. part. 6. recent.*

Quinimò admodum turbida visa fuit institutio fideicommissi exaduerso prætensa in bonis relictis à Galeatio in Castro, ac Territorio Montis Securi. Dum enim is prædicta bona Iacobo Antonio alteri ex filiis, ac hæredibus prælegauerat, fideicõmissum autem cum prohibitione alienationis iniunxerat hęredibus in aliis bonis vniuersaliter institutis, illa vni ex hæredibus prælegata sub fideicõ-
7 misso successiuè instituto † (alio non cõstituto) non censentur inclusa, vt notat *Peregr. de fideicom. art. 7. nu. 44. Merlin. de legitima lib. 2. tit. 2. q. 2. nu. 13. Rot. in Rom. hæreditatis loco rũ Montium 3. Decembr. 1607. coram Corduba, & in Viterbien. Castrorum 9. Decembris 1620. coram Sacrato.*

Non etiam vis fieri potest pro iustificanda bonorum identitate in libro estimi, ac manutentione reportata anno 1602. *in Summar. Fanelli exhibita*; dum descripta ibidem corpora nullatenus conueniunt iis, quæ in executione fuerant apprehensa. Multoque minus in sententia fauore Ioannis Baptistæ de Fanellis successiuè prolata de anno 1615. super immissione bonorum Galeatij, atque Francisci fideicommittentium, quia non constat in quibus bonis illa fuerit executioni demãdata, pernecesse iustificandis, vt valeat indè dignosci an bona modo controuersa in iis includantur.

Denique ad eliciendam bonorum identitatem suffragari non poterit Instrumentum transactionis per fratres de Fanellis, ac filios Ioannis Baptistæ, cum sororibus initæ de anno 1630. quo exceptis aliquibus bonis liberis, sororibus, ac filiabus respectiuè donatis à Patre, cætera omnia in ipsius hæreditate relicta ascendentium fideicommissis declarantur obnoxia.

Etenim præterquam non omnia bona libera Ioannis Baptistæ compræhensa fuerant in Instrumento transactionis, nec omnia sororibus cessa, sed ea solummodo, quæ in Inuentario ibidem inserto descripta fuerant, vt constat ex capitulo relato in *Summar. Pieritij num. 1.* Assertio illa generica, atque confusa non concludit capta in executione pignora tanquam hæreditaria Hieronymi ipsius Ioãnis Baptistæ filij posteà defuncti, eadem fuisse in Patris antea hæreditate remansa, ac fideicommisso subiecta, præsertim in præiudiciũ Franciscæ vxoris pręcedentis creditricis Hieronymi viri ex publico habitæ dotis Instrumento sub expressa bonorũ omnium hypotheca de anno 1628. antecedenter stipulato:
8 cui, † ac Pieritio ab eadem causam habenti conuentiones posteriores, ac assertiones ibidem emisse, aliquod non poterunt præiudicium inferre, ex dispositione *text. in l. 1. C. de transact. & in l. Imperatores, ff. de eodem tit. in l. 1. ac tot. tit. C. res inter aliòs acta, Rot. coram Gregor. decis. 418. num. 10.*

Verumtamen, quia identitatis exceptio à Fanellis proposita visa fuit DD. aliqualiter iustificari, quoad domum in Castro Montis Securi consistentem; & Vineam in contrada S. Pancratij sitam in Territorio eiusdem Castri, ac Hortulum, & Domunculam ibidem constitutam descriptas in folio per Pieritium
9 in hodierna propositione exhibito, † ideò, quoad hæc in vlteriori executione mandarunt supersederi, iuxtà DD. sententiam in *l. à Diuo Pio, §. si super rebus, ff. de re iudic. Rot. coram Seraphin. decis. 425. num. 3.*

Et ita vtraque, &c.

R.P.D.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Romana supplementi Legitimæ.

Lunæ 24. Aprilis 1651.

ARGVMENTVM.

Plura deducuntur circa probationem identitatis partitarum, qualiter veritas earum comprobetur, quando sunt facienda calcula cum multum sit attendendum, ne sequatur aliquarum partitarum duplicatio. Satisfactionis præsumptio, quando intret, & multum in hoc attenditur verisimilitudo.

SVMMARIVM.

1 *Partitarum identitas ex quibus iustificetur.*
2 *in Calculis faciendis valdè cauendum, ne sequatur aliqua duplicatio partitarum.*
3 *Duplicatio partitarum ex quo deducatur. & nu. 5.*
4 *Dispositio conditionalis, adimpleta conditione, remanet pura.*
6 *in Dotem datam à Patre filiæ, quæ bona veniant imputanda.*
7 *Testatorum dispositiones, maximè quando sunt præcisæ, sunt seruandæ.*
8 *Fides etiam simplex Officialis publici, in concernentibus suum officium probat. Declara, vt num. 9.*
10 *Partitæ, quando sunt erroneæ non attenduntur.*
11 *Prætensiones, quæ benè non iustificantur, non habentur in consideratione.*
12 *Declarationes factæ in transactione veniunt attendendæ.*
13 *Transactiones non ligant habentes in eis interesse, si non fuerunt vocati.*
14 *Inuerisimilitudo magna multum stringit.*
15 *Satisfactionis præsumptio ex cursu longeui temporis, intrat.*
Viuere, quis non præsumitur ex vento. num. 15.
17 *Exceptio satisfactionis præsumptæ solutionis contrà Legati creditorem, quid operetur. Amplia, num. 18. & seq.*
21 *Litium expensæ, quando non possint prætendi.*
22 *Sententiæ quando sunt iustæ sunt confirmandæ.*

DECISIO CXXXVI.

RESOLVTVM fuerat coram me vigesima Iunij præteriti hæreditarium æs Riccardi de Rotignis æquasse valorem scutorum 111946. ac obulorum 37. supplementũ verò legitimæ Mariæ filiæ iure naturali debitum, seu CHERVBINIS eiusdem hæredibus fore supputandum in scutis 8656. ac obolis 72. Cum verò vtraque taxatio ex pluribus partitis, vti perperam ad creditũ hæreditatis appositis acriter impugnaretur exaduerso; Ad disputationis proindè trutinam iisdem partitis hodie reuocatis, sigillatimque discussis, DD. tandem pro nunc Riccardi hereditatem in scutis solummodo 96326. sanxierunt supplementum verò legitimæ in scutis 6054. cum obolis 39. & ad hanc successiuè quantitatem decisionem ipsam reformarunt.

Ex patentibus enim litteris ab Anna filia quoque Riccardi, ac vniuersali eiusdem hærede, modo productis apertè conuincitur loca Montium duo, ac nonaginta in scutis centum, ac decem extimanda iuxtà relationem iudicialis Periti, eadem ita taxantis, & ad creditum hæreditatis ab ipso descripta in liberum Annæ dominium viuente adhuc Riccardo, cessisse, non autem remansisse hæreditaria: licet enim is disponendi facultatem, tum sortis, tum fructuum sibi reseruasset in litteris, eam tamen in filiam postquam nuptias cum Venturello contraxerat, transtulisse comprobat resignationis tenor in litterarum patentium calce insertus, ac personarum identitas, earumque litterarum quantitas, ac summæ locis vtriusque † conformis,
1 ad eruendam idẽtitatem partitarum perpensa, per *Bart. in l. demonstratio falsa num. 14. ff. de condit. & demonstr. & in l. triticum numer. 4. ff. de verbor. obligat.* ibique *Iason. nu. 8. Alexand. nu. 6. & 7. & in cons. 4. nu. 4. vers. non obstat lib. 1. Aym. cons. 282. num. 1. Afflict. decis. 198. num. 2. cum alijs per Menoch. de arbitr. casu 213. num. 2. Rot. 1. post Cenc. de censib. decis. 435. num. 3. & 478. num. 9.* Quæ ideò summa in creditum dotis pleno iure coniugibus cessa dispungi debet ex cal-
2 culo hæreditatis vnde exierat; ne † duplicatio indè contingat in præfatis, videlicet locis Montium in diminutionem dotalis crediti calculandis, & in scutis 10. mil. in calculo pa-
3 riter pro dotis iure descriptis, prout † alias duplicationem exindè deduxit, atque reiecit, *Rota in una Romana Computorum 10. Martij 1636 coram Eminentissimo D. Cardinali Macchiauello, & in Romana pecuniaria de Astallis 1. Febr. 1613. coram bon. mem. Coccino, & in Romana iustificationis Creditorum 13. Iunij 1635. coram bon. mem. Pironano.* Hinc verò aliqui ex DD. alterum eliciebant identitatis, seù dupplicationis argumentum, cum locorum Montium valor in scutis 106. ac decem iuxtà relationem Periti calculatus scutorũ decem millium summa pariter expleat, pro Dote eidem à Patre constitutam, & integrè ipsius durante vita receptam, prout non controuertitur exaduerso.

Ex alijs patentibus litteris ostenditur loca quoque Montium quinquaginta, valoris scutorum 5500. ad creditum hæreditatis perperam fuisse descripta: Ea enim nomine Mariæ filiæ primitus expedita per Riccardum, reseruata ibidem sibi tantummodo dispo-
4 nendi † facultate, donec nuptias filia contraheret, delata censentur pleno iure Mariæ, post nuptiarum conditionem adimpletam, ac disponendi facultatem conditionaliter reseruatam expirasse fauore Riccardi, *argument. text. in l. Patris Seuerinam, §. ita fideicommisso, ff. & de condit. & demonstr. l. inter lucrum, §. cum inter, ff. de pact. dotal. l. is cui, ff. quando dies leg. cedit.* notat *gloss. in l. prima, verb. defecisse, C. de cond. insert. Crass. in §. fideicommissum quæst. 34. num. 1. Card. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 11. titul. 6. num. 8. Thesaur. decis. 248. num. 9. Rota in Perusina*

sina fideicommissi de Cineijs 19. *Ianuarii* 1635. *in* §. *minus visum fuit, coram Reuerendissimo D. meo Decano*. Quinimò ipso adhuc viuente, eadem loca exigisse Mariam in causam dotis comprobat successiua solutio scutorũ 4631.
5 in idem † computum facta per hæredes; signum euidens reliquæ quantitatis in præfatis locis Montium antecedenter persolutæ, dum in vtraque summa doti in scut. 10. mil. constitutæ respondet.

Quibus sanè partitis conficientibus summam scut. 15620. detractisque ex calculo hereditatis in antecedenti decisione firmato resultat validitas alterius ad scut. 96326. & obolis 37. in hac dubij propositione redacti, ac iusta quoque dignoscitur taxatio legitimę in scutis 16054. & obolis 39. ac ipsius successiuè supplementum non excessisse valorem scutorum 6054. & obulorum 39. dum in eamdem legitimæ causam scuta 10. mil. partim
6 in vita † Patris, partim verò ab eis hæredibus in computum dotis exacta, sunt imputanda de iure, *l. quoniam nonnulla, Cod. de inoffic. testamen.* ibique *communiter DD. Crass. in* §. *legitima quæst.* 23. *num.* 1. & 15. *Peregrin. de fideicommiss. art.* 36. *num.* 131. & in executionem pa-
7 ternæ voluntatis id specialiter† præcipientis, adeòque seruandæ, *ad text. in l. si quando*, §. & *generaliter, C. de inoffic. testamen.* cum alijs adductis in *decisione R. P. D. mei Cerri edita in hac eadem causa* 16. *Iunij* 1646.

Neque valor Patrimonij in addita quantitate firmatus ex sequentibus partitis impugnari potest, vti perperam ab Anna prætensis; siquidem prima scutorũ 1850. ex diminuto locorum Montium pretio deducta, robur non assumit ex proxenetarũ fide singula loca Montium in scutis centum, ac decem à Perito calculata ad scuta solummodo centum reducente, licet enim illa quamuis simplex,
8 in materia † proprium concernente officiũ plenum probationis gradum soleat constituere, vt firmauit *Rota decis.* 525. *num.* 5. *part.* 2. & *decis.* 243. *num.* 8. *part.* 6. *recentior.* Attamen in proposito casu assertum valorem non cõcludit, dum ex distractionibus eorumdem locorum multiplicatis, & ab ipsamet Anna
9 productis cariori pretio † empta probantur, & ad rationem à Perito taxatam fuerunt assignata Mariæ in satisfactionem reliquæ dotis tunc vsque non solutæ, & cessare videtur obiecto ex oblatione facta per hæredes Mariæ recipiendi eadem loca Montium ad rationem in Periti relatione taxatam.

Altera quoque partita scutorum 3108. & obulorum 75. conflata ex totidem, vti de-
10 scriptis † erronee in libris rationis Bancariæ ad debitum Ascornij, & in augumentum hereditatis Riccardi supputatis in relatione Periti, nec pariter admissa fuit; vel quia ex Instrumento transactionis, ac lite in hoc Tribunali pendente initæ inter Annam, ac hære-
11 des Ascornij, non plenè iustificatur † hæc prętentio, vt alias respondit *Rota decis.* 323. *num.* 4. *part.* 2. *recentior.* & *in Recanaten. bonorum* 29. *Aprilis* 1641. *in* §. *quo verò, coram R. P. D. meo Cerro, & in Maceraten. pecuniaria* 20. *Iunij* 1644. *in* §. *denique non obstant, coram R. P. D. meo Ottobono*. Inspecta præsertim contrahentium declaratione, quod sola computa listarum monetæ auri stamparum, non autem reliquæ currentis inter easdem partes quoque ver-
12 tentia forent† in transactione comprehensa, & ad quod vlterius ipsius Annæ, fauorem reseruata censeretur computorum reuisio, atque correctio; Vel quia adducta transactio præiudicium inferre non potuit Mariæ, nec
13 eius successoribus † non vocatis in stipulatione contractus, nec hæredibus transigentium, *ad textũ l. Imperatores, ff. de transact.* & *in l. prima, ac tot. tit. C. res inter alios acta, Peregrin. de fideicommiss. art.* 52. *nu.* 81. *Rota coram Gregor. decis.* 418. *numer.* 10. & *in Romana fideicommissi de Blanchis* 20. *Aprilis* 1646. *in* §. *nec visum fuit, coram R. P. D. meo Royas*. Vel quia denique ad sententiarum Rotalium tenorem in eisdem poterit effectum hereditarijs supplementum legitimæ proportionaliter assignari.

Quarta pariter partitæ scutorum 1647. si ratio monetę Romanę habeatur, si verò Bergomensis, scutorum 2175. quæ post Riccardi obitum asseruntur persolutæ Paulæ de Ioannellis vxori Ioannis Baptistæ patris, siue ex causa dotis tunc vsque non restitutæ, siue in satisfactionem annui legati ab eodem in testamento relicti sub conditione dotis non
14 exigendæ. Ex eodem † iustificationis defectu reiecta fuit, prout in decisione prętersita, ipsius pręsertim respectu legati conditionalis; Dum enim pręter ipsam dotem, nullas alias facultates Ioannellam habuisse præsumitur, vt tradit *Castagn. in tractat. deducto ne egeat quæst.* 1. *fallent.* 4. *num.* 7. *Thesaur. decis.* 43. *num.* 5. *Vincent. de Franch. decis.* 489. *nu.* 29. Inue-
15 risimilitudo† admodum vehemens proindè consurgit, quod spatio triginta sex annorum, & vltra hanc legati exactionem eadem distulerit; intratque pręsumptio satisfactionis ex
16 temporis † cursu longæuo, cum alias de vento viuere non potuisset, vt inquit Imperator *in l. final. C. de aliment. pupill. præst. Corn. consil.* 110. *num.* 3. *propè finem*, & *cons.* 113. *num.* 2. *volum.* 1. *Surd. de aliment. tit.* 6. *quæst.* 23. *num.* 9. *cum seqq. Mascard. de probat. conclus.* 77. *numer.* 7.
17 quæ sanè exceptio satisfactionis † pręsumptę contra legati creditorem non obiecta per Annam, crediti licet realis recuperationem impedit ab hereditate Riccardi, *ad text. in l. idemque*, §. *generaliter, ff. mand. Bartol. cons.* 460. *num.* 5. *lib.* 4. *Dec. consil.* 70. *num.* 3. *Rot. decis.* 345. *num.* 4. *part.* 1. *recent.* dum maximè post latas
18 super legitimæ supplemento sententias fauore Marię fuit dilata solutio.

Quo verò ad scuta 4700. pro residuo dotis post obitum patris exbursata Marię, eadem in diminutionem Assis hereditarij Riccardi,
19 vt † Anna ipsa prętendit, admittenda fore DD. censuerunt; Indè† tamen alterationem eiusdem status hereditarij non resultare, quia licet per hanc summam prędefuncto patrem receptam, eiusdem Patrimonium remaneat diminutum, augumentum tamen recepit ex toti-

totidem retrahendis ex dote pro integra rata scutorum 10. mil. ad debitum hæreditatis erroneæ proinde descripta.

Reliquam summam scutorum 4056. ex pretio bonorum Bergomensium diminuto prætensam, Domini reiecerunt ex rationibus
20 adductis in decisione præterita *in §. non etiam poterit*; & quia potissimè distractio stabilium fuit subsecuta post excitatam super legitima litem, ac moram ab ipsamet Anna incursam, prout etiam ponderauit *Rota coram R.P. D. meo Meltio in decis. edita in hac causa 21. Iunij 1649. in vltimo* §.

Denique summam scutorum 899. obulo-
21 rum 86. pro litium expensis † pariter denegarunt, quod Anna fructus huc vsque perceperit ex vniuerso hæreditatis esse, ac supplemento successiuè legitimæ, vnà cum fructibus Mariæ filiæ præstando, *iuxta text. in l. omni modo. C. de inoffic. testam. l. nam, & si parentibus, ff. eod. tit. l. scripto, ff. vnde liberi, gloss. in l. fideicommissaria, 18. ff. ad trebell. ibique Ripa in penultima col. ad medium, Crass. in §. legitima qu. 32. num. 2. Vincent. de Franc. decis. 16. num. 11. & 12. Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 3. quæst. 1. num. 2.* in quos ideo fructus expensarum creditum,
22 quatenus iustificetur poterit ex computare, ac cum mobilibus hæreditariis Riccardi, & hæreditariis quoque pecuniis, vt responsum fuit in vltimo præcedentis decisionis §.

Et ita iustas esse in hac rata sentẽtias Rotales, ideoque confirmandas responsum fuit, auctoritate *text. in l. si quis cum totum, ff. de excep. rei iudicat, & l. quæ de tota, ff. de rei vendit. in fine, Surd. consf. 102. num. 7. Menoch. consil. 1070. num. 1. lib. 11. Peregr. cons. 73. num. 7. lib. 1. Thesaur. decis. 122. num. 10. Afflict. decis. 362. Rot. decis. 241. nu. 4. par. 1. diuers. 552. num. 9. par. 3. recent. coram Burat. 577. num. 2. & coram bon. mem. Vrgellen. decis. 198. num. 10.* Vtraque:

☞ *Decisio ista emanata in hac eadem causa sub die 20. Iunij 1650. coram bon. mem. Leone Verospio, est supra in hac eadem par. 11. recent. decis. 57.*

Plures decisiones in hac causa emanatas conglutinatus sum supra in decis. 228. par. 8. recent. quæ est in eadem causa coram Reuerendissimo P. D. Cerro Decano.

R. P. D. ALBERGATO.

Camerinen. Hæreditatis.

Lunæ 24. Aprilis 1651.

ARGVMENTVM.

Promissiones, quando habent in ventre suas exceptiones, secundum illas sunt intelligendæ. Facultatem habens disponendi de aliquibus rebus, an valeat etiam disponere in vltima voluntate. Obseruantia multum operatur ad declarandam mentem disponentium.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas colligitur ex reuolutione actorum.*
2 *Promissiones sunt intelligendæ iuxta suos terminos.*
3 *Promittens alicui certum quid, si ab intestato decesserit, facto testamento, deficit obligatio.*
4 *Verba, quando stent ampliatiuè. & num. 5.*
6 *Facultatem habens disponendi de aliquibus bonis, id intelligitur tam de dispositione inter viuos, quam in vltima voluntate.*
7 *Dispositio ita interpretanda venit, ne ipsa reddatur frustratoria.*
8 *Hæredis institutio est caput, & pars essentialis testamenti.*
9 *Generi, vt derogetur per speciem, quid nam requiratur.*
10 *Species tunc derogat generi, quando species habet suum verbum ad quod refertur.*
11 *Obseruantia subsecuta multum iuuat ad declarandam mentem contrahentium.*
12 *Declarationi facientis actum standum est, quamuis ex interuallo.*
13 *Dispositiones non debent deseruire de vento.*
14 *Creditoribus ex causa dotis an debeantur omnia priuilegia dotalia.*
15 *Creditor, quando non possit conqueri, quod bona sibi assignata, sint deterioris conditionis.*
16 *Facultatem habens disponendi liberè de aliqua re, sibi imputet, si id non faciat.*
17 *Conuentiones in actu nuptiarum facta, quando sint ad nutum amouibiles.*

DECISIO CXXXVII.

PRO Informante, quia sententia A.C. est valida, & iuxta ideoque confirmanda, validitas patet ex reuolutione processus, in
1 quo seruata apparẽt omnia † de iure seruanda, *iux. decis. Caputaq. 260. par. 3.* Iustitia verò ex eo resultat, quia licet Mercurius Montrealis in capitulis matrimonialibus cum Magdalena eius secundo genita, & Francisco viro initis, vltra bona eidem in dotem assignata, aliorũ
2 etiam post sui, & Iuliæ vxoris obitum † promiserit medietatem bonorum, hæc tamen promissio est modificata, & habet in ventre reseruatam facultatem testandi, ibi, *reseruandosi la casa della sua solita habitatione, e l'altra di contro con le suppellettili &c. per disporne à suo libito, e la facoltà di poter testare, e fare alcun legato per l'anima sua*, & sic venit intelligenda qua-
3 tenus † Mercurius intestatus, secus si testatus decederet. *Gabr. consf. 99. num. 20. lib. 2. Menoch. cons. 1380. num. 4. Surd. cons. 294. sub nu. 11. Fusar. cons. 143. num. 5. & seqq. Rot. in S. Seuerini fideicommissi 25. Iunij 1646. coram R.P. D. meo Vero-*
4 *spio*, illa enim verba; † *E la facoltà di poter testare*, stant ampliatiuè. *Lex tamen adiectio, ff. de legat. 3. Marescott. var. lib. 2. cap. 66. num. 3. Rot. decis. 620. num. 5. par. 2. recent. coram fa. me. Greg. XV.*
5 *decis. 21. num. 3.* nec restringenda † veniunt ad domos proximè nominatas, quia cum de eis facultatem disponendi nedum inter viuos,
6 sed etiam in vltima † volutate sibi præseruasset Mercurius, ibi, *per disporne à suo libito, ad text.*

text.in §.disponat. auth.de nupt. Surd.cons.10.n.18. & 25. Peregrin.cons.19.num.48.lib.4. Barz.decis. 121. sub numer.3. Rota in Recanaten. bonorum 28. Aprilis 1641. *§.quo verò ad voluntatem, coram R. P. D. meo Cerro*. Si daretur huiusmodi restri-
7 ctio, posterior † hæc reseruatio esset omninò superflua contra *text.in l. si quando in princ. ff.de legat.3. Bart.in l. generali, §. 1. de vsufruct. legat. Mantic. de coniect. vltim.volunt. lib.3.tit.6.num.1. Rota decis.357. num.1. decis.702.numer.3. part.2. recent.*

Minusque illa coarctari possunt ad legata pia, quoniam proximè sequentibus verbis, *e far alcun legato per l'anima sua*, repugnat sensus præcedentium verborum *di poter testare*,
8 quippe † quæ important per necesse hæredis institutionem, quæ est caput, & pars essentialis testamenti, *§.ante hæredis instit.de legat.* & cum generaliter se habeant non limitantur per expressionem legatorum piorum, quia
9 vt † per speciem derogetur generi oportet, quod illa huic opponatur, & respiciat verbum specificatiuum generis, *l. sed etsi aducíatur. ff.pro soc.l.cum de lanionis.§.quidam.ff.de fund. instruct. Ceph.cons.158. sub.num.35.versic.nam ad*
10 *hoc*, vbi exemplificat, quando † species habet suum (prout in nostro casu) verbum, ad quod refertur *Rot. coram san.mem.Greg.XV. decis.257.num.9. ibiq.Add.num.13.*

Et plurimum mouit etiam Dominos obseruantia subsecuta tam ex parte Mercurij,
11 qui † in vita, & in morte de bonis reseruatis disposuit, quam ex parte Magdalenæ, & Francisci eius viri, qui bona in vita sibi à Mercurio donata receperunt, & retinuerunt, horum
12 enim declarationi † quam ex interuallo factæ standum esse in re dubia optimè distinguendo, tradit *C. st. in l.hæredes palam. §. si quid sub num.4. ff.de testam.Becc.cons.3.num.44. Rimin. Iun.cons.131.num.9.cons.200.nu.13. Surd.dec.29. num.6. Rot. in Bonon. successionis 4.Maij* 1646. *§. quæ opinio, coram R.P.D.meo Bichio*.

Non obstat si diceretur, quod retento hoc intellectu promissio Mercurij de diuidendo bona æqualiter inter filias inseruiret de ven-
13 to † ex quo per dispositionem paternam illa penitus euanesceret, non facta verò dispositione bona etiam fuissent inter eas æquis portionibus diuidenda.

Quoniam obiectũ cessat animaduertendo, quod promissione huiusmodi nõ facta, bona de quibus agitur, capere non potuissent filiæ nisi tamquam hæredes patris oneribus hereditariis se subiiciendo, præcedente verò dicta promissione, nec subsecuta de prædictis dis-
14 positione ea obtinere poterant vti † creditores ex causa dotis cum omnibus priuilegijs huic competentibus, vt bene per *Cagnol.in l. fin.num.239.& seqq. C. de pact. Thesaur. decis.97. sub num.3.Castill.decis.142.num.15.*

Ex quibus manifestè patet, quod dispositio eiusdem Mercurij, qui reliquit Mariæ bona sita in Castro Riparum, Magdalenę verò existentia in Territorio S.Genesij omninò sustineri debet, nec de ea hæc conqueri potest sub prætextu, quod bona sibi assignata sint
15 deterioris † conditionis, & valoris. Quia vigore prænotatæ reseruationis testandi habuit ille liberas habenas quomodolibet de pro-
16 prijs bonis † disponendi, vt vltra superius allegatos probat *Ias.cons.130.numer.19. & 21. lib.4. Gabr.cons.125.num.15.& seqq.lib.1.* cum
17 etiam similes conuentiones † in actu nuptiarum emanatæ ad nutum promissoris reuocabiles esse affirment *Bald.& Salic.in l.pactum. C. de pact. aliq. relati in Auenionen. hæreditatis 5. Martij 1646. & 23.Ianuarij 1647. coram R.P.D. meo Rojas*.

Et ita &c.

R. P. D. CELSO,

Posteà S. R. E. CARDINALI.

Romana Quartæ.

Lunæ 24. Aprilis 1651.

ARGVMENTVM.

Materia auth. præterea, C. vnde vir & vxor in hac decisione declaratur ad exclusionem illius in marito superstite, qui ante matrimonij contractum tam ex suis redditibus, quam ex seruitio, quod Principi præstabat honorificentes vixit.

SVMMARIVM.

1 *Remedium authen. præterea, C. vnde vir & vxor habet locum tam in vxore, quam etiam in marito.*

in Correlatiuis dispositum in vno habet locum etiam in alio, num.1.

2 *Remedium auth. res quæ, C. vnde vir & vxor est odiosum, exorbitans, & contra ius.*

3 *Dispositio text. in authen.res quæ, C.vnde vir, & vxor conceditur solum in subsidium.*

4 *Coniux superstes vt quartam consequatur vig. authen.res quæ requiritur quod adsit adeo pauper, vt aliter cogatur mendicare, & num seqq. ac per totam decis. vbi materiam.*

6 *Testes super paupertate alicuius deponentes coarctare debent negatiuam, & quomodo.*

7 *Maritus, qui ant. matrimonium honorificenter vixit quartam in bonis vxoris prædefunctæ consequi non potest. & num.8.*

8 *Coniuges eo modo viuere soluto matrimonio, quo & ante illud contractum viuebant dedecus non est. & sup. num.7.*

9 *Lucrum dotis vbi debetur coniugi superstiti in bonis alterius prædefuncti cessat remedium auth. præterea.*

10 *Alimenta debita superstiti coniugi vig. auth. præterea cum debeantur ratione pietatis, quæ sola sunt necessaria, non autem condecentia ad statum personæ attenduntur.*

11 *Redditus habere sufficientes pro necessitate naturæ sufficit ad exclusionem auth. præterea, C. vnde vir & vxor.*

12 *Paupertas in materia authent. præterea, C. vnde vir & vxor remittitur arbitrio Iudicis. & num. seq.*

13 Arbi-

13 *Arbitrium Iudicis circa paupertatem in materia authen. praeterea regulari debet iuxta qualitatem personae.*

DECISIO CXXXVIII.

STEPHANVS Agatius, cui in Testamento Europae vxoris nihil relictum fuerat reportauit ex remedio *Authen. praeterea. C. vnde vir & vxor.* Sententiam fauorabilem ab A.C. super quarta parte haereditatis eusdem Europae, sed dato per me dubio, An esset concedenda immissio, Domini negatiuè responderunt.

Nam licet remedium huiusmodi inductum fauore mulieris habeat locum etiam
1 in viro, † ex quo tamquam in correlatiuis dispositum in vno censetur dispositum etiã in alio, vt notat *Gail. pract. obseruat. lib. 2. obseruat. 98. num. 5. Crass. in §. successio ab intest. quaest. 39 num. 13. Cancer. var. resolut. part. 1. cap. 9 num. 130. Cost. de remed. subsid. remed. 2. num. 2. in fin. Trentacinq. cons. 60. num. 7. lib. 1.*

Nihilominus est certum, quod tale reme-
2 dium est odiosum exorbitans, † & contra ius, ex deductis per *Scacc. cons. 108. num. 6. uol. 1. Plot. cons. 17. num. 45. ante med. uersic. nam dicta authent. Purp. cons. 330. in fin. lib. 1. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. gloss. 8. par. 9. num. 33. Rot. decis. 202. num. 9 par. 2. diuers. apud Cas. de Grass. decis. 1. num. 12. de success. ab intest.*

3 Nec conceditur † nisi in subsidium. *Hond. cons. 93. num. 24. & 29. lib. 2. Natt. cons. 648. nu. 15. Cephal. cons. 244. num. 25. Menoch. cons. 433. nu. 23. uersic. & si dicatur. Surd. decis. 61. sub numer. 15. cum alijs per Gratian. forens. discept. cap. 120. nu. 6. lib. 1.*

Et ideo in tantum competit in quantum
4 superest coniugum sit adeò pauper, † vt absque remedio huiusmodi cogatur mendicare *Guglielm. de Bened. in cap. Raynutius uerbo, & uxorem nomine Adelasiam in 5. decis. num. 244. uers. quo casu de testamentis, Castr. in auth. praeterea, num. 5. uers. nunc quaritur, ibique Bellapert. in fine.* quid
5 dicit sufficere, † quod habeat panem, & aquã *Anchar. cons. 126. sub num. 6. & seqq. part. 3. Rimin. sen. cons. 114. numer. 13. lib. 1. Cels. Hug. consil. 4. in princ. Scayn. decis. Bonon. 7. num. 1. & seqq. Rot. apud Cas. de Grass. d. decis. 1. num. 22. de success. ab intest. & post Pacif. de Salu. decis. 174. num. 6.* & pluribus comprobat doctissimè materiam tractans *Vrsell. consil. 89. praesertim numer. 281. & seqq.*

Talis autem non potest dici Stephanus; Nam quamuis testes deponant ipsum esse pauperem nec posse viuere iuxta honorifi-
6 centiam suae conditionis; † non tamen coarctant negatiuam, non concludunt, quod non possit habere alia bona, quin ipsi scirent. *iuxta text. in §. hinc nobis col. 4. uers. & uidisse, ibiq. gloss. & DD. Auth. de hered. & falc. & docet Bart. in l. 1. hoc autem interdictum num. 8. ff. de itin. actuq. priuat, Couarr. uar. resolut. lib. 2. cap. 6. num. 8. uers. caterum paupertas, Natt. cons. 648. num. 1. & per tot. Rot. coram sanct. memor. Gregor. decis. 42. & decis. 223. utrobique num. 5. & penes Buratt. dec. 41. num. 2. ubi Add. num. 9.*

Immo testes praedicti affirmant, quod idẽ Stephanus non solum obsequijs insistit Serenissimi Principis à Sabaudia, prout insistebat ante contractum matrimonium, cuius munificentia cum sit notoria, non est verisimile, quod necessitate prematur; sed etiam quod vna cum fratribus, cum quibus conuiuit, possidet in Ciuitate Vercellarum domum paternam; Vnde cum ante contractum matrimonium semper honestè vixerit cum bonis proprijs, & praestando sub Principi ob-
7 sequia praedicta, † ita etiam potest id facere hodie post dissolutum matrimonium, vt aduertit *Socc. cons. 121. num. 46. lib. 4. Gabr. cons. 143 num. 27. lib. 1. Mart. not. 21. numer. 22. Hodiern. ad Surd. decis. 61. num. 2. & 6. Rota in Imolen. successionis quartae 18. Aprilis 1625. coram Coccino.*

Non enim est dedecus vt quis viuat solu-
8 to matrimonio sicuti ante illud contractum, & eo durante viuebat, ex not. per *Honded cons. 93. num. 35. in fin. lib. 1. Mart. de success. par. 3. quaest. 12. art. 5. num. 19. Amat. decis. March. 72. sub numer. 15. & seqq. Anton. Monach. decis. Lucen. 50. num. 37. & 38. cum alijs per Rouit. decis. 460. n. 17. ad med. uers. nec ergo erit.*

Vlterius cum idem Stephanus debeat cõsequi lucrum, seu quartum ex dote sibi per Europam constitutam tam vigore statuti
9 Vrbis, † quam pacti in Instrumento dotali adiecti, cessat ratio, & prouisio *dictae Auth. ut expresse disponitur in auth. de exhibendis reis,* vnde fuit desumpta praefata *Auth. praeterea in §. quoniam uero, ante fin.* in illis verbis, ibi, *Et quod non sit facta neque dos, neque antenuptialis donatio nihil habere uolentes, sed in nouissima uiuentes inopia, & in infra uers. hac itaque,* & probat *Castr. in eadem Auth. praeterea, num. 5. in fin. uers. respondeo quia, ibiq. Dec. num. 14. Socc. sen. in d. cons. 121. numer. 36. lib. 4. Gabr. cons. 142. num. 1. & num. 13. & 21. lib. 1.*

Nec huiusmodi quartum vna cum alijs bonis supra deductis est adeò tenue, vt ex illis Stephanus se substentare nequeat; quia alimenta ad dictum effectum tamquam in-
10 ducta propter pietatem † non est necesse, quod sint condecentia ad statum personae, sed tantum quod sint sufficientia, vt ad propositum notat *Fontanell. de pact. nuptial. claus. 5. glos. 8. par. 9. num. 17.* vbi ait cessare remedium huiusmodi quoties qui habet redditus suffi-
11 cientes, ex quibus necessitati naturae quoad victum subuenire valet. *Gabr. dicto consil. 142. num. 26. lib. 1. Surd. decis. 61. num. 14. in fine. uersic. quod ergo, & num. seq. Scayn. d. decis. Bonon. 7. nu. 2. & per tot. & praesertim num. 19.*

Et ideo Domini attentis circumstantijs facti censuerunt; Stephanum non esse adeò pauperem, & in tali inopia constitutum, vt possit gaudere beneficio praefatae Authenti-
12 cae, † paupertas enim ad huuc effectum remittitur arbitrio Iudicis, *gloss. in d. Authen. praeterea, verbo locuples,* quam sequitur *Bart. ibidem num. 3. & in l. si constante, num. 14. versic. in casibus vero,*

vero. ff. solut. matrim. Bald. in d. Auth. praeterea, n. 4. vbi quod arbitrium debet regulari iuxta
13 qualitatem † personæ. *Alex. cons. 91. numer. 3. lib. 7. Ioseph. Ludou. concl. 35. vers. quis autem, col. 1. Gratian. disceptat. forens. cap. 120. num. 9. 15. & 80. Surd. de alimen. tit. 9. q. 35. n. 35. & decis. 61. nu. 4. Rot. coram Gas. de Grass. decis. 1. num. 24. de success. ab intest.*

Et ita vtraque parte &c.

R. P. D. PEVTINGERO

Romana quatuor Domorum.

Veneris 28. Aprilis 1651.

ARGVMENTVM.

Solutio licet præsumatur facta in causam præcedentem, & potius in causam necessariam, quam voluntariam, attamen id non procedit, quando de mente partium, & tacita conuentione earundem contrarium, argui possit.

SVMMARIVM.

1 *Partium intentio, & tacita conuentio in contractibus attendi debet, dum non constat de expressa.*
2 *Stipulatio non vbi procedit, tunc subsequens solutio, quo titulo censeatur facta.*
3 *Solutio subsequens, censetur potius facta in causam necessariam, quam in voluntariam.*
4 *Solutio in eam causam facta præsumitur, quæ ex publico instrumento probatur.*
Solutio non censetur facta in eam causam, quæ non apparet, nec valida fuisse dignoscitur. num. 4.
5 *Obligationes non sunt multiplicandæ, sed restringendæ.*
6 *Mulier sine debitis solemnitatibus statutorum inualidè contrahit.*
7 *Obseruantia benè declarat veritatem ante gestorũ.*
8 *in Quietantia dum exprimitur causa ob quam fuit facta solutio, & attendi debet.*
9 *Mulier, quando repræsentet personam mariti, & eadem persona cum illo censeatur.*
10 *Causæ diuersitas in solutione quando arguat tantum reformationem, & non pluralitatem obligationum.*
11 *Reminiscentia alicuius rei, quando videatur inuerisimilis.*
12 *Instrumentum non sufficit si dicatur, quod fuit confectum, dum de illo non apparet.*

DECISIO CXXXIX.

PROPOSITO dubio sub die 21. Iunij 1649. ad instantiam Monialium Venerabilis Monasterij Speculorum ex iure q. Sororis Fenitiæ Monialis eiusdem Monasterij. An sententia A.C. concedens immissionem eidem Sorori Fenitiæ in possessionem quatuor Domorum per Octauianum eius patrem nunc à Francisco Crescentio alias Serlupio possessarum pro summa scut. 1000. monetæ in Instrumento sub obligatione Cameiali eidem promissa die 5. Maij 1600. & pro fructibus decursis, & non solutis esset confirmanda, vel infirmanda DD. dixerunt esse confirmandã, & sic concedendã immissionẽ Monialibus pro sorte principali sc. 1000. & quoad fructus, cũ duæ prætenderentur esse prestationes mandarunt particulariter videri. Vnde concessa Serlupio noua audientia, & super eisdem reproposita, cum pro eius parte opponeretur de satisfactione quatenus vnica esset præstatio attentis solutionibus exhibitis, vltra annua scut. 60. propterea DD. ordinarunt, quod videretur, An vnica esset præstatio, & reproposita hodie causa iusserunt fieri calculum, eoque facto reuideri dictam decisionem, atque resoluerunt vnicam esse præstationem promissam in scutis 40. de tempore confecti Instrumenti, & successiue auctam ad scut. 60. vti magis correspondentem fructibus locorum Montium, & Censuum in quibus dicta scuta 1000. post triennium erãt ex pacto inuestienda, prout clarè comprobat obseruantia à dicto tempore citra per 40. annos, & vltra continuata, sicuti apparet ex pluribus partitis solutionum, quietantijsque exhibitis, & in anterioribus summarijs Crescentij, ac in hodierno additionali num. 3. da-
1 tis ex quibus † earumdem partium intentio, & tacita conuentio iustificatur, vt respondit *Rota apud sanct. memor. Gregor. XV. decis. 502. num. 9. & 10.*

Non obstare Dominis visę fuerunt duæ promissiones Sorori Fenitiæ annuæ vt asserebantur factæ altera ab Octauiano patre scut. 40. altera vero scut. 60. à Salustia matre, contrarium enim hodie resolutum fuit ex sequentibus.

In primis, quia vbi stipulatio procedit,
2 tunc obsequens solutio, † ac numeratio facta fuisse eiusdem stipulationis implendæ, causa præsumitur, *iuxta theor. Bart. in l. si ita fuero stipulatus, §. cum pecunia, vers quæso quid in dubio, ff. de nouat. & delegat.* quem sequuntur alij Doctores *Surd. cons. 119. num. 15. & 16.* ea ratione
3 vt † solutio subsequens, semper facta magis in causam necessariam, quam in voluntariam præsumatur, ad trad. per *Crauet. cons. 108. nu. 8. & cons. 149. num. 12. Surd. cons. 119. num. 14. Rota coram Gregor. XV. decis. 468. num. 5.* Deinde quia solutio id eam causam facta præsumitur, quæ ex publico Instrumẽto probatur non autem
4 in eam, † quæ non apparet, nec valida fuisse dignoscitur, *ad l. fundus, qui locatus, vbi Doctores, ff. de fundo instruct. Soccin. cons. 129. numer. 4. lib. 4. Rota decis. 292. num. 2. par. 2. recent. ac in relatis coram R.P.D. meo Corrado in Cesenaten. Censuum 3. Iuny 1644. §. quia cum apparet, & in Romana pecuniaria 18. Iunij 1646. in §. deinde confirmata.*

5 Aduertendumque est, † quod obligationes non sunt multiplicandæ, sed restringendæ, *l. si ita stipulatus fuero, & in l. quidquid astringendæ, ff. de verb. obligat. Mant. de tacit. lib. 3. tit. 11. num. 23. & 24. Rot. penes Gregor. XV. d. decis. 468. num. 6.* quæ magis in casu proposito procedit, dum

dum Saluſtia mater Fenitiæ tanquam mulier
validè obligari non poterat abſque ſolemni-
tatibus Statut. Vrbis lib.1.cap.151. idemque
conuincit ſupradicta obſeruantia per 40. an-
nos continuos,& vltra dum ſemper in ijs an-
nis ſcuti tantum 60. Fenitiæ ſoluti, & ab ipſa
exacti annuatim probetur non verò altera
ſumma ſcut.40.quę neque petita fuiſſe appa-
ret ab ipſa,prout veriſimiliter ſi illam conſe-
qui debuiſſet vltra prædictos ſcut.60. petijſſet
7 quam † veritatem tanti temporis obſeruan-
tia declarat *ad l.ſed Iulianus. §. proinde ff.ad Ma-
cedon.& reſpondit Rota in deciſ.Greg.XV.522.Bu-
ratt.deciſ.85.num.4.& deciſ.739.n.9.*

Denique omnia prędicta comprobantur
per aſſertiones ab ipſamet ſorore Fenitia in
eius propria manu apocis,& quietantijs con-
8 ſcriptis † in quarũ prima die 7. Aprilis 1622
declarauit recipere ſcut.60.pro ſemeſtri dici-
tur fructuum ſcut. 1000.ei debit. & in alia
ſub 18. Martij 1626. recipere ſcut. 20. ad bo-
num computum fructuum illi aſſignat.à pa-
tre,& matre cui conformis eſt altera 4.Apri-
lis 1626.

Cui veritati non repugnat diuerſitas per-
ſonarum promittentium,nam cum Saluſtia
mater eſſet ceſſionaria vniuerſalis omnium
bonorum Octauiani eius mariti, eoque titu-
lo in ſe onus maximum illius æs alienũ ſol-
uere aſſumpſerit ſcut.125. mill.vt ex publico
Inſtrumento rogato die 21.Nouembris 1605
oſtenditur in hodierno Creſcentij ſumm.*n.1.*
9 vtique † in hac parte etiam eiuſdem Octauia-
ni mariti perſonam repreſentabat, & eadem
cum illo eſſe cenſebatur *l.emptor,vbi Bald.in 1.
notab.aliįque Doctores,C.de hæred.vel act. vend.Ro-
ta apud ſan.mem.Gregor.XV.deciſ.121.num.1.& 2*
minus ſummæ diuerſitas officit,.cum eadem
omnino eſſet annuæ præſtationis, cauſa tunc
10 enim ſummæ † diuerſitas tantum reforma-
tionem, ac incluſionem præcedentis infert,
non pluritatem, vt explicat *Bart. in l. triticum
num.5.ff.de verb.oblig.Cuman.conſ.18.per tot. Me-
noch.conſ.1207.nu.8.& 9.* & in ſpecie compro-
bat *præſumpt.128.num.10.& 11.lib.4.Pranch.de-
ciſ.422.num.6.Surd.d.conſ.119.num.17.* vbi om-
nibus pro Monialibus obiectis reſpondit.

Demum nec contrarium ſuadere viſa fuit
probare teſtis pro parte Fenitię examinata
tamquam mulier , & vnica nimis affectate
deponens de confeſſionibus extraiudicialibus
per verba pręciſa,quæ dicit annos circiter 40.
adiuiſſe in re ad ipſam non ſpectante , & ideò
11 inueriſimilis reminiſcentia † eius eſt *Rota cor.
Comit.deciſ.8.num.19.Greg.XV.deciſ. 190. num.7.
Buratt.dec.294.num.11.* & excluditur eius di-
12 ctum ex quo affirmat† Inſtrumentum ſuper
iſtis confeſſionibus fuiſſe confectum, quod
nunquam apparet ſic fuit ponderatum *in Me-
diolanen pecuniaria 19.Ianuarij 1633.cor. bo.mem.
Pirouano dec.17.num.20.& ſeq.par.6.rec.* & aliter
Saluſtia eiuſque Adminiſtratores ſoluiſſet
ſcut. 100. quorum 60. ex perſona propria, &
alia 40. vti ceſſionaria .

Et ita vtraque &c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Mediolaneñ. Cenſuum.

Veneris 28. Aprilis 1651.

ARGVMENTVM.

Fatalia ſunt proroganda , vt ſententia tranſeat
in rem iudicatam. Cenſus quando non poſ-
ſit dici nullus, tanquam creatus ſine pecunia
numerata , vel quia fuit conſtitutus ſuper
fundo alieno , & tunc qualiter imponentes
remaneant obligati .

SVMMARIVM.

1 *Fatalia, dum non ſint prorogata , eis tranſactis ,
ſententia tranſit in iudicatum .*
2 *Maior 20. annis , poteſt habere pro maiori , ſtante
ſic ſtatuto, hoc diſponente .*
3 *Minor maior factus, approbando contractum in mi-
nori ætate factum, illum conualidat.*
4 *Cenſus eſt nullus, ſi non adfuerit numerata pecunia.
in ipſius creatione .*
5 *Cenſus cenſetur celebratus cum pecunia numerata ,
ſi in ipſius inſtrumento aſſerantur verba, in tot
ducationibus &c.*
6 *Atteſtationibus Curialium alicuius loci , ſtandum
eſt, circa ſtylum eorum curiæ.*
7 *Cenſus impoſitus ſuper fundo alieno non tenet.*
8 *Cenſus impoſitus ſuper fundo alieno , ſufficit vt ſit
validus ſi ipſe Dominis, conſentiat illius impo-
ſitioni.*
9 *Nam, & tunc imponentes cenſus remanent obliga-
ti, tamquam fideiuſſores .*
10 *Cenſus remanet extinctus, per fundi ſubhaſtatio-
nem, & deliberationem .*
11 *Cenſus poſtquam eſt extinctus non eſt prohibitum
exigere fructus cenſus extincti, decurſos antea
extinctionem.*
12 *Debitor , quod euaſerit non ſoluendo , non præſu-
mitur.*
13 *Nouatio, quando non poſſit dici inducta.*
14 *Negligentia in creditore quo ad exigendum ſuum
creditum quando non poſſit conſiderari. & n.15.*

DECISIO CXXXX.

PRO tertia vice propoſita hac cauſa Domi-
ni reſponderunt conſtare de re iudicata, nõ
autem de cauſis reſtitutionis in integrum ,
& ratio fuit lapſus plurium annorum ab an-
no 1636. citra, quo per appellationem Hie-
ronymi Ramponi hæc cauſa ad hoc ſacrum
1 Tribunal fuit delata , † quæ non fuerunt ab
ipſo fatalia prorogata *cap. cum ſit Romana de
appellat.& Clem. ſicut eod. tit. & tex.in auth.ei qui
C.de temp.appell.*

Non obſtant quæ aliàs pro parte Rampo-
ni contra iuſtitiam ſententiarum de partibus
oppoſita fuerunt circa defectum ætatis Hie-
ronymi cenſus primi, de quo agitur, debito-
ris; Quia vltra quod erat I. V. D. exceſſerat
2 20. † annos, & proinde erat ſtabilis ex ſtatuto
Mediolanen. cap.452. ſub Rubr. de ætat.legit. ipſe
contraxit cum ſpeciali diſpenſatione Sena-
tus.

tus, vt legitur in fine ipsius instrumenti 30. Aprilis 1615. confecti, & altero 5. Decemb. 1616. in quibus Hieronymus Ramponus principaliter, & insolidum cum iuramento, & pactis exequutiuis apparet obligatus ex dd. instrumentorum præterito; & hodierno Summ. Pinotini num. 1. & 2. quod instru-
3 mentum postea sub die 28. Maij 1626. † primi census ratificauit, assignando quosdam effectus pro solutione fructuum decursorum *l. 2. C. si maior fact. rat. hab. l. 1. & l. fin. C. si maior. fact. adier.*

Minus obstat oppositio facta per Rampo-
4 num contra d. censum non † fuisse numerata pecunia creatum. Quia hoc cessat ex facto ex verbis ipsius instrumenti creationis ibi, quos confessi fuerunt habuisse à d. Pinotino præsente. & præsentialiter dante in tot d ucat-
5 tionibus argenteis &c. † quę verba realem, & veram numerationem importare tradit pluribus allegatis *Cenc. de cens. q. 51. per tot Soccin. sen. cons. 143. num. 1. vol. 1. Mascard. de probat. conclus. 1112. num. 3. Rota decis. 310. numer. 4. par. 4. recent.* Et hoc ipsum etiam habetur ex attestationibus iuratis Curialium Mediola-
6 nensium, quibus † circa huiusmodi stylum concipiendi realitatem numerationis venit deferendum *Buratt. decis. 399. n. 7. & decis. 690. num. 16.*

Nihil quoque refert exceptio data per Rā-
7 ponum, quod census supradictus † primus fuerit super solius patris fundo, & non ipsorum filiorum impositus. Quia pro validitate census sufficit patrem consensisse, ac pro-
8 prium fundo supposuisse *l. fideiussor. §. Pater ff. de insolid. fideiuss. glos. in l. Caius in verbo non obesse & l. rem alienam in verb. sine mea voluntate ff. de pignor. act.* Nam etiam cæteri saltem tāquam
9 fideiussores remanent efficaciter obligati, vt latè pluribus relatis comprobat *Modern. Perus. de cens. q. 42. n. 12. & seq.*

Pariter non obstat censum secundum impositum in d. Instrumento sub die 5. Decem-
10 bris 1616. remansisse † extinctum vigore subhastationis, & deliberationis fundi, & ex exactione ab ipso Pinotino emptore census recepto capitali, vt apparet ex instrumento confecto sub die 28. Maij 1628. Quia non per hoc prohibitus erat Pinotinus exigere
11 fructus † census extincti decursos vsque ad tempus receptę sortis *Rota decis. 228. par. 5. rec. & pluribus allegatis apud Cenc. de cens. dec. 232.*

Denique nihil ad fauorem Ramponi releuat quod Pinotinus dilationem Bugatto delegato à d. Rampono concesserit, qui deinde effectus est non soluendo. Quia euasisse non
12 soluendo † non iustificatur, nec præsumitur *Rota coram Penia decis. 593. num. 15.* Et cum nulla præcessisset vera: aut formalis delegatio ad *tex. in l. 1. C. de nouat. nec aliud de requisitis in l. 3. C. eod. tit.* Nequaquam ex actu tali-
13 ter † gesto fuit inducta nouatio *l. fin. C. eod. tit. Gratian. discept. 290. num. 9. & 10.* Præsertim stante expressa protestatione contraria, & reseruatione Pinotini Iurium agendi contra Ramponum pro consecutione fructuum decursorum, vt in d. Instrumento hodie dato in *Summ. Pinotini num. 6. ad l. 1. Bart. & Doct. C. de nouat. Rota decis. 30. num. 2. par. 2. diuers. Surd. cons. 385. num. 19. & 20.* qua ratione omnis
14 negligentię † defectus cessat in exigendo à Bugatto, & dixit *Rota apud PP. Greg. XV. fel. rec. decis. 217. num. 6. Buratt. decis. 186. numer. 5.* Præsertim stante d. protestatione Ramponi
15 ad tradita à *Piromaur. de fideiussor. par. 2. sect. 10. §. 23. n. 32.*

Et ita &c.

R. P. D. VEROSPIO

Romana Cambiorum

Veneris 28. Aprilis 1651.

ARGVMENTVM.

Cambiorum realitas in quibusnam potissimè consistat, ita vt debitor, qui in se assumpsit onus cambiandi teneatur vel litteras exhibere, vel ad damna, & interesse per creditorem iustificata, eruditissimè tractatur. Obligatio Cameralis an vulnerata remaneat ex quo causa fuit per signaturam commissa cum clausula, *si quid exequendum* clarè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis habet executionem paratam adinstar rei iudicatæ.*
2 *Clausula,* si quid exequendum *non infringit obligationem Cameralem, sed præseruat viam executiuam & quomodo.*
3 *Clausula,* si quid exequendum *censetur repetita in omnibus instantijs, ac iurisdictionem tribuit in ijs executiuè procedendi.*
4 *Obligatio, quæ asseritur erronea non infringit executionem instrumenti, nisi error concludenter probetur.*
5 *Discretiuus modus loquendi demonstrat intentionem loquentis.*
6 *Legatum ingentis summæ ad fauorem extranei in præiudicium filiorum testatoris, redditur inuerisimile, inspecta tenuitate hæreditatis.*
7 *Verba testamenti quando sunt dubia, & duplex causa lucratiua concurreret, quomodo sunt interpretanda.*
8 *Confessio afficit confitentem & ab eo causam habentes.*
9 *Et excludit confitentem ne errorem, & falsitatem causæ possit allegare & quare.*
10 *Prælegatum in pecunia an possit ab hærede super alijs rebus constitui, licet numeratio pecuniæ non præcesserit.*
11 *Cambium litigiosum non potest in contractum deduci, nec pro vsurarum cursu deseruire.*
12 *Procurator ad cambiandum constitutus non potest à semetipso sumere ad cambium & quare contra num. 21.*
13 *Litigiosum non potest dici creditum, quando lis dignoscitur iniusta & calumniosa.*
14 *Litigiosum creditum in contractum scienter deducens fit particeps doli.*

15 *Debi-*

15 *Debitor cambij an post litem extinctam teneatur ad restitutionem capitalis, & cambiorum si restitutionem capitalis numquam impugnauerit.*
16 *Euictio promissa, & præstita efficit, vt debitor teneatur ad fructus præteritos post expletam, promissionis euictionem.*
17 *Cambiorum realitas atque iustitia satis iustificatur ex litteris ad nundina transmissis vulgo* dell'andata, e del ritorno.
18 *Cambiorum litteræ vulgo* del ritorno *continent responsionem mercatoris litteras cambij acceptantis.*
19 *Cambiorum realitas in quibusnam potissimè consistat.*
20 *Cambiandi onus quando debitor in se assumpsit, vel tenetur litteras exhibere, vel ad interesse, & damna à creditore iustificata.*
21 *Procurator ad cambiandum constitutus potest, & mandatarij, & creditoris personam representare, & pecunias ad cambium à se ipso accipere.*
22 *Mandatum excessiuum est nullum etiam respectu summæ debitæ.*
23 *Solutio non debet referri ad causam cuius dies nondum cesserat nec debitor vrgebatur.*
24 *Sed cedere debet in causam duriorem.*

DECISIO CXXXXI.

PRO residuo sortis scutorum 1200. & consignatione depositi scut. 500. penes Montem Pietatis ad illorum computum peracti, ac Cambijs desuper decursis mandatum ab A. C. contra Vincentium fratres de Corsettis obtinuerant, super cuius executione cum clausula si quid exequendum in gradu appellationis delata mihi causa, dubium hodie proposui in vtraque parte resolutum affir-
1 matiuè; † Quoniam mandatum prædictum robur assumit, ac vires ex Instrumento sub obligatione Camerali per Vincentium cum iisdem met fratribus stipulato, paratam vtique ad instar rei iudicatę, seù confessionis iudicialis obtinente executionem *Castr. in l. post rem iudicatam ad fin. ff. de re iudic. Cagnol. in l. si librarius num. 91. ff. de reg. iur. Gabr. cons. 66. nu. 8. lib. 1. Galles. ad formam obligationis Cameralis par. 1. q. 2. num. 11. & 12. Zacch. ibidem num. 4. Rota coram Mohedan. decis. 1. & 2. de except. & in dec. 545. num. 1. par. 1. & 686. num. 1. par. 2. recent.*
2 Quam impedire non potuit siuè clausula si quid exequendum commissioni adiecta, cum vim Cameralis obligationis non infringat, sed viam pręseruet executiuam, impediendo effectum appellationis suspensiuum, quoties eidem executioni locus existat, vt notat *Gratian. discept. forens. cap. 968. num. 3. cum seq. Rota coram Millino decis. 362. nu. 2. & 3. & post Zacch. de oblig. Camer. dec. 12. num. 4. & decis. 607. nu. 2.*
3 *par. 4. tom. 3. recent.* † Quinimo repetita censeatur in omnibus Instantijs, ac iurisdictionem proinde tribuat procedendi in iis executiuè, vt dixit *Rota in vna Nouarien. Decimarum 11. Decembris 1573. coram Blanchetto, & in dec. 321. num. 1. par. 1. diuers. & in decis. 384. post*
4 *Cenc. de censib. numer. 2.* † Nec etiam retardare exceptio obligationis erroneæ exindè dedu-

cta, quòd creditum sortis originem trahat ex legato Equorum sibi à Clemente Corsettorum Patre relicto sub conditione soluendi Sebastiano scuta mille biscentum: Cum talis pariter exceptio clarè, & concludenter probata non fuerit, ideóque executionem Instrumenti non infringat *ad tex. in cap. debitores de iur. iuran. & communiter notant ibi D. D. Rot. decis. 90. num. 2. par. 4. diuers. & decis. 490. nu. 1. & 540. num. 10. par. 2. recent. coram bon. mem. Vrgell. decis. 11. num. 24. penes Gregor. decis. 406. num. 8. & in alijs recensitis in Romana pecuniaria 5. Iulij 1648.*
5 *coram R. P. D. meo Corrado.* † Constat enim ex tenore Testamenti ipsummet Clementem Equum tantummodo sub expresso certi coloris nomine prelegasse Sebastiano, cuius proinde persona in subsequenti pecuniarum legato præsumi non potest contemplata, sed potius filiorum respectu videtur adiecta, ad ipsorumque commodum Sebastiano tanquā eorum Tutori, ac Curatori solutio destinata, siuè attento discretiuo loquendi modo in vtroque legato adhibito, *ad tex. in l. vnica §. sin autem ad deficientis C. de caduc. toll. & in lege quæsitum §. idem respondit ff. de fund. Instr. ibiq. Bart num. 3. Surd. cons. 426. num. 18. Menoch. cons. 215. num. 69. Decian. cons. 47. num. 16. lib. 3. Gabr. de verb. signif. concl. 1. num. 92. Rota coram Seraphin. decis. 1486. num. 12. & in Ariminen. fideicommissi 31. Ianuarij 1616. coram bo. mem. Card. Verospio §. prima coniectura, & in Dertusen. augumenti 24 Maij 1647. in §. quod autem coram me;* siue Pa-
6 trimonij tenuitate † perspecta scut. sex millium valorem non excedentis, ac qualitate legatarij extranea Testatori, quæ ingentis adeo pecuniæ legatum ad fauorem Sebastiani in graue filiorum pręiudicium reddunt inuerisimile *ad tex. in l. quæsitum §. sed, & ipse Papinianus ff. de fund. instruct. & l. quidam in testamento ff. de leg. 2. notat Bart. in l. 1. num. 14. ibique Alciat. n. 21. ff. eod. tit. cæterique relati per Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 12. num. 1. Couar. pract.*
7 *quæst. cap. 38. num. 12.* † vbi vltimas præterea voluntates declarandas asserit secundum regulas iuris restrictionem potius, quàm duplicationem suadentes in casu proposito, quo dubia testamenti verba, ac duplex lucratiua causa concurrunt, *vt not. Bald. in lege Lutius la 1. in 1. notabili ff. de leg. 2. & in cons. 163. num. 1. in fin. lib. 5. Castr. cons. 1621. lib. 2. Aym. cons. 784. num. 2. ad fin. Rot. coram Greg. decis. 273. num. 7. in Romana Legati scut. 50. mil. 26. Iunij 1641. in §. nec releuat in fin. coram R. P. D. meo Cerro.*

Fortius idque conuincitur tum ex solutione pecuniæ prælegatæ stipulata per Vincentium fauore fratrum, non autem ad propriū commodum Sebastiani, prout ipsemet in Instrumento tutorio nomine stipulato, atque Vincentius in protestationibus declarauerūt, tum ex successiua eiusdem confessione emissa in Instrumento transactionis super modo soluendi pecunias vti spectantes ad commo-
8 dum hæreditatis; † Duplex enim confessio indè resultans vtrumque afficit confitentem, ab eisque causam habentes *ad tex. in l. si vnus ff. de pact. cum alijs relatis in Ferrarien. pecuniaria 4.*

Martij 1653. cor. bon. mem. Pironano, & in Maceraten. pecuniaria 27. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Otthobono, & in Bononien. dotis 18. Martij 1648. coram Reuerendissimo D. meo Decano; Quinimo ip-
9 summet † Vincentium excludit ne errorem, ac falsitatem causæ possit allegare, dum sciẽs, ac volens se obligauit ad *text. in l. cuius per errorem ff. de reg. iur. ibique not. glos. 1. in fin. in l. Campan. 47. ff. de oper. libert. vbi glos. 3 pariter in verb. sciret l. sed, & si §. vlt. in fin. ff. si quis caution. Bald. in lege ex pretio num. 2. Salicet. numer. 1. ff. de rebus credit.*

Cui sanè executioni non repugnat mandati relaxatio contra tenorem obligationis Vincentij exaduerso prætensa, ac contra formam Instrumenti specialiter præcipientis depositũ pecuniarum penès Montem Pietatis, ac successiuum Inuestimentum in casu restitutionis, vt pro securitate à molestijs per Calidoniam Sebastiani hæredem eiusdem occasione debiti excitatis deseruirent; Quarum propterea libera consignatio perperam fuerit à Iudice demandata; Ex facto si quidem corruit obiectio, Mandatum enim relaxatum fuit ad formam Instrumenti; & Vlterius per subsequens eiusdemmet Iudicis decretum die 10. Septembris 1650. dilata fuit exequutio prædicta mandati donec Calidonia suum præstitisset assensum, quem ex publico Instrumento conuincitur subsequutum.

Hinc verò resultat eiusdem mandati iustitia respectu alterius partis cambiorum solu-
10 tionem respicientis; † Etenim ex supra deductis manifestè conuincitur pecuniarum creditum ipsismet fratribus vti Clementis hæredibus fuisse prælegatum, ac proinde ab ijs legitimè super Cambijs constitutum, licet numeratio pecuniæ non præcesserit ad *tex. in l. certi condictio §. proposui ff. de reb. credit. not. Bart. in l. singularia num. 20. & 21. ibique Cagnol. in fin. ff. eod. tit. Gait. de credit. tit. 7. q. 6. num. 2195. & alijs recensitis auctoritatibus firmauit Rota in Romana pecuniaria 5. Iunij 1648. in §. quia ne id legitimè coram R. P. D. meo Corrado confirmata 14. Iunij sequentis anni cor. Reuerendiss. D. meo Decano in §. postremo.*

11 Neque cambiorum † exactionem reddit illicitam siue lis biennio ante contractum per Calidoniam excitata super sorte contra Vincentium, quasi litigiosa inde redacta in contractum deduci non potuerit, nec cessante propterea mora pro vsurarum cursu deseruire ad *tex. in l. 2. & in l. vltima C. de litigiosis, & in l. 1. §. 1. ff. eod. tit. & notat ibi Bart. num. 3. alijsque relati per Farinac. in fragmen. par. 2. in verb. litigiosa num. 240. & 284.* siuè defectus iustificationis,
12 quo ad ipsorum realitatem, † siue denique quia Procurator ad cambiandum constitutus à semetipso sumere non potuisset ad Cambiũ dum eius persona in generali mandato regulariter non censetur inclusa per *tex. in l. si mandauero tibi §. si centum ff. mand. notat Bald. in l. si is cui num. 2. C. de furt. & alij relati in Romana Cambiorum 19. Iunij 1626. coram Remboldo, & 18. Iunij 1627. in §. quia coram bon. memor. Pironano.*

13 Si quidem † inter Calidoniam atque Vincentium excitata tantummodo circa personam, cui cedere debuisset pecuniarum prælegatum, ex supra deductis, ac successiua Calidoniæ collitigantis cessione fauore Clementis hæredum peractæ, dignoscitur iniusta, ac calumniosa, adeò quòd illud non reddidit litigiosum ex *notat. in l. 1. ff. de litig. Menoch. cons. 79 num. 27. Sarnen. in reg. de ann. q. 45. circa fin. Mandos. in reg. de subrog. q. 11. num. 6. Lancell. de attent. 2. par in præfat. num. 471. Benintend. decis. 48. num. 10. Rota coram Cassad. decis. 7. de dol. & contum. & penes Bisign. decis. 2. num. 2. in fin. de rer. permut.* Saltem
14 fauore † Vincentij debitoris, qui prædictum creditum non ignorans lite inuolutum deduxerat in contractum, ac consequenter doli quoque particeps fuit secundum *Bart. in l. vlt. num. 1. vers. hanc glosam intellige C. de litig. Osasch. decis. 144. numer. 11. cæteriq. per Farin. recensiti in fragm. par. 2. in verb. litigiosa res. num. 267.* A cu-
15 ius † præstatione sortis nunquam per ipsum impugnatæ respectu substantię, prout etiam vsurarum præstatione excusari non poterit post litem extinctam, dum ab initio rei traditionem habuerat, licet ipsa adhuc durante lite ab vtriusque libera exbursatione redderetur immunis, vt not. *Doctores in l. 2. C. de vsur.*
16 *ibique Bald. num. 7. Castr. num. 1.* † & in fortioribus terminis promissæ euictionis, non tamen pręstitæ, vt debitor nihilominus teneatur ad fructus præteritos traditę rei post expletam euictionis promissionem not. *Honded. cons. 30. num. 34. lib. 1. Cephal. cons. 609. num. 6. & 9. Couar. variar. lib. 3. cap. 4. num. 6. in 12. quæst. Rota cor. Andrea decis. 31. num. 2. & decis. 370. num. 7. par. 3. rec.*
17 *& alij Adden. ad decis. Gregor. 297. num. 12.* † Iustificatio verò non deficit, illa enim pro decursis vsque ad annum 1643. desumitur ex literis expeditionis ad Nundinas, vulgo *dell'andata*, alijsque reditus ex Nundinis vulgo *del ritorno*, in actis causæ productis, ex quibus Cãbiorum realitatem, atque iustitiam concludit *Nauar. super 7. præcepto Decalogi num. 289. Laurẽtius de Rodulph. de vsur. par. 3. q. 1. num. 1. Rota Ianuen. decis. 37. num. 11. Rota coram Seraph. dec. 946. num. 1. & coram Buratto dec. 603. num. 1. Rota in Romana cambij 11. May 1635. coram bon. mem. Piro-*
18 *nano in §. deberi autem*, † nam præfatę litteræ reditus responsionem continent Mercatoris acceptantis literas cambij secundum *Molinam de iust. & iur. disput. 409. num. 5. Rot. in Romana pecuniaria 10. Iunij 1616. coram Sacrato, & dec. 274.*
19 *num. 6. par. 5. recent.* † Ac ipsarum consequenter confectionem, transmissionemque præcessisse supponunt, & acceptationem, ac complementum, in quibus realitas cambiorum potissimè consistit, *vt dixit Rota coram Buratto in adducta decis. 3. num. 2. & in Romana cambiorum 9. Februarij 1629. coram Vbaldo, & in Romana discussionis bonorum 26. Iunij 1630. coram bon. memor.*
20 *Coccino.* † Ab eo vero tempore citra iustificatio nullatenus requiritur, ex quo idemmet Vincentius debitor cambiandi onus assumpserat, adeò quòd vel tenetur litteras exhibere, vel ad interesse, & damna modo in actis legitimè iustificata ex Mercatorum attestationibus

nibus de prompta tunc temporis occasione cambiandi deponentium, & quod cambia valorem scutorum quinque pro singulis cẽtenarijs in presenti contractu taxatum semper excesserint *ad tex.in l.quemadmodum, §.item habet ad fin.ad l.Aquil.Scacc.de camb.§.1.q.7.p.2. ampl.8.num 9.Rot.Ianuen.decis.9.num.5.Rot.in Romana pecuniaria 7.Iunij 1647.& 5.Iunij 1648. coram R.P.D.meo Corrado,& 14.Iunij 1649. coram Reuerendiss.D.meo Decano.* In qnibus etiam respondetur alijs difficultatibus exaduerso ex-
21 citatis. † Postrema quoque obiectio exindè corruit, quod non reprobatur in iure, vt Procurator ad cambiandum constitutus duplicis personæ mandatarij scilicet, & creditoris pecunias ad cambium assignatas vice fungatur, easque proinde liceat à semetipso accipere, quoties Domini voluntas concurrat expressa, vel saltem tacita verbis æquipollentibus desumatur, vt notat idem *Scacc. de camb. §.3. glos.2.num.25.in fine, Rota Ianuen.decis.32.num.4. Rota decis.379.num.2.par.2.recent. & in alijs relatis in dicta Romana cambiorum 18.Iunij 1627.in §. non obstat,& in Romana cambij 11.Maij.1635.in §. 3.cum sequenti coram bon.mem.Pirouano post Modern.de camb.decis.32.& decision.33.numer.6.& 7.* prout in proposito casu demandata conuincitur ex seqq.mandati verbis, videlicet, *etiam quod dictæ pecuniæ essent per eosdem hæredes in quibusuis Nundinis, plateis, ac Mundi partibus tractæ,* ex quibus per necesse infertur, quod hęredes pecunias trahere possent ad Nundinas, easque à semetipsis successiuè cambiare.

22 Denique obstare † non poterit nullitas excessus scutorum quinquaginta obiecta mandato, quæ dum ex quietantia Leoni Cungio Procuratori persoluta probantur à Vincentio, perperam fuerunt per Iudicem in mandati relaxatione inclusa, eiusque nullitatem operantur etiam respectu debitę summę *ad tex.in l.si non sortem §.si centum ff.de condit. indeb. Rota coram Buratto decis.91.num.3.& coram Greg. decis.198.num.1.& notant vtrolique Adden.*

23 Non enim † ea pecuniarum traditio de anno 1636. subsecuta referri valet in causam cambiorum, pro quorum solutione dies nondum cesserat, nec debitor vrgebatur *ad text.in l.3.& l.cum ex pluribus ff.de solut. Rota in Romana Societatis 1.Iulij 1606.coram clar.mem.Cardin. Pamphilio post Marches.de commiss.par.1.fol. 843. & in Romana fabricæ 16.Ianuarij 1623.coram bon.*
24 *mem.Pirouano;* † sed potius in satisfactionem mobilium vti causam grauiorem, pro qua aderat pariter obligatio Cameralis, & dies solutionis aduenerat, ac parata executio imminebat, *ad tex.in l.si quid ex famosa.ff.de solut.Imol. in l.1.n.5.& in l.cum ex pluribus n.3.ibiq.Bart.n.2. ff eod.tit Menoch.de arbitr.cas.493.n.14. Rot. decis. 132.num.2.p.2.diuers.& cor.Seraph.dec.1454.cum alijs per Adden.ad decis.Greg.decis.521.nu.12.*

Et ità vtraque &c.

REVERENDISSIMO P. D. CERRO, Sacræ Rotæ Romanæ DECANO. Romana Fideicommissi de Nicolinis.

Veneris 28.Aprilis 1651.

ARGVMENTVM.

Dos licèt in subsidium constitui possit de bonis fideicommissarijs, tamen si fructus sufficerent, ad bonorum alienationem deueniri non debet, quatenus verò non sufficerent, ea tantum bona sunt alienanda, quorum distractio sit minùs nociua vocatis: quid autem dicendum sit, quando mulier, stante quod bona sui Viri erant fideicommisso obnoxia, specialiter conuenit de inuestiendis pecunijs dotalibus pro eius cautione.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio fideicommissi anterioris incontinenti probata impedit immissionem ex posteriori fideicommisso.*

2 *Inuentarium habens solitam protestationem quod si quæ bona in eo describenda non erant, haberentur pro non descriptis, illorum descriptio tamquam erronea non potest præiudicare.*

3 *Fideicommissarius validè potest alienare commoditatem fructuum, ipsius vita durante percipiendorum.*

4 *Dos repetiti non potest ex bonis fideicommissarijs, quando mulier, stante quod bona sui Viri erant fideicommisso obnoxia specialiter conuenit de inuestiendis pecunijs pro eius cautione.*

5 *Fideicommissarius, qui assignauit bona fideicommisso supposita pro restitutione dotis, quando censeatur assignasse solum commoditatem percipiendi fructus, & non proprietatem.*

6 *Voluntas contrahentium non potest diuersimodè interpretari quoad vnum, & alterum, sub eodem contractu, & dispositione contenta.*

7 *Testator, quando validè possit prohibere, ne eius bona fideicommisso supposito pro restitutione dotis alienari possint.*

8 *de Bonis fideicommissarijs illa alienari debent pro constitutione dotis, quorum distractio sit minùs nociua vocatis.*

9 *Heres quando possit retractare, & impugnare factum defuncti.*

10 *Exceptio rei, quando est clara, & replicatio Actoris requirit altiorem indaginem, sufficit ad repellendam illius intentionem.*

DECISIO CXLII.

PETEBANT DD. Marchio Maximilianus, & Camillus fratres de Palumbaria immitti in possessionem Casalis vulgo *Spezzamazza*, Census scutorum duorum millium cum Serenissimo Ducæ Parmæ, & locorum sex supra triginta Montis Fidej vigore fideicommissi quondam Lucretiæ Nicolinæ eorum Auiæ

Auiæ maternæ ad ipsorum fauorem purificari, quod non controuertitur, *vt ex Testamēto in Summario eorundem relato num.1.* Verum, quia D. Tyberius Ceulus illorum possessor opponebat de antiquo fideicommisso specialiter constituto super dictis bonis à q. Hieronymo Ceulo in eius Testamēto ordinato *sub die vigesimaseptima Martij millesimo quingentesimo septuagesimo quarto,* vt patet ex illo, & ex Breui sanctæ memoriæ Pauli Quinti, ac alijs iuribus relatis in eius *Summario numer. 1. 5. & 13.*

1 Ideò † proposito particulari dubio super immissione censuerunt Domini illam esse denegandam, quia obstat Dominis fratribus de Palumbaria exceptio antiquioris fideicommissi constituti super dictis bonis hoc titulo possessis per D. Tyberium reum conuentum quæ cum sit in continenti probata ipse dicitur legitimus contradictor ad impediendam immissionem ex posteriori fideicommisso petitam, vt respondit *Rota in Bononien. fideicommissi de Manzolis 15. Martij 1630. & 25. Ianuarij 1632. coram bon. me. Coccino in recent. decis. 360. nu. 1. & 2. part. 5. & decis. 88. num. 3. part. 6. ac in Romana hereditatis de Capizucchis 20. Apr. 1635. coram bon. me. Motmanno pariter in decent. decis. 34. nu. 1. part. 7. & priùs admisit in Romana de Naris 4. Martij 1596. coram Penia inter impress. dec. 394. num. 3. & 4.*

Non obstat, quod dicta bona descripta fuerint in Inuentario hęreditatis Lucretiæ confecto nomine Fabij, & Angeli eius filio-
2 rum: † Quia cum ibidem adiecta fuerit solita protestatio, quod si quæ bona in eo describenda non erant haberentur pro non descriptis, *dicto Summario num. 9.* Dum constat, quod eadem verè spectant ad hęreditatem Hieronymi, illorum descriptio tanquam erronea preiudicare non potest, *Angel. in l. 1. §. hec stipulatio nu. 24. ff. si cui plusquam per l. falcid. & in l. final. num. 21. C. de iur. deliberan. Valasch. consult. 52. num. 16. & 17. Rota decis. 287. num. 9. par. 3. rec. in Romana separationis Bonorū 20. Aprilis, & 25. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Verospio, & in Perusina bonorum 14. Iunij 1647. coram me, §. quoniam dum huiusmodi.*

Nec releuat, quod die 24. Augusti 1625. dicti Fabius, & Angelus assignauerint eidem Lucretiæ omnia prefata bona pro asserta satisfactione dotis, Quarti dotalis, & sortis principalis, ac fructuum duorum censuum capitalis scutorum mille ducentorum quinquaginta.

Quia huiusmodi assignatio intelligi debet pro eo tantum iure, quod ipsis Fabio, & An-
3 gelo in dictis bonis competebat, † scilicet fructuum durante ipsorum vita ex eis percipiendorum, quorum commoditatem validè poterant alienare, *Iason. in l. fil. famil. §. Diui num. 11. ff. de legat. 1. Molin. de primogenit. lib. 1. cap. 20. num. 12. & cap. 21. sub num. 25. vers. in tertia, & vltima. Peregr. de fideicomm. art. 40. nu. 110. & 117. cum alijs allegatis in Perusina Bonorum 18. Iunij 1649. coram Rev. P. D. meo Corrado, sub §. postremum denique; vers. & ratione:* Quod sanè
4 ex pluribus conijci videbatur, † nempè ex quo ipsamet Lucretia in eius Instrumento dotali antecedenter confecto explicitè declarauerat, quod bona Adriani eius mariti, ac filij dicti Hieronymi erant dicto fideicommisso obnoxia, nec alienari, seu hypothecari poterant pro restitutione suæ dotis pro cuius cautione specialiter conuenit de inuestiendis pecunijs dotalibus, *dicto Summario Tyberij nu. 3.* Ex hoc enim manifestè eruitur eius voluntas, quod iuxtà Testatoris prohibitionem pro ea causa dicta bona non censerentur hypothecata *per ea, quæ tradit Petr. de fideicom. q. 8. nu. 359. vers. quo fit, quem refert, & sequitur Fusar.*
5 *de substit. quæst. 532. num. 37.* † Et consequenter multo minus quoad proprietatem assignata. Ex ingenti valore bonorum assignatorum, nam pro creditis in totum non ascendentibus ad scuta decem millia assignata fuerunt bona excedentia, vt asseritur, scuta decem, & nouem millia, ex quo facilè dignoscitur quid fuerit in assignatione comprehensum, *ex Theorica Bartol. in l. 1. num. 43. ff. de superficiebus, quam probauit Rota in recent. decis. 229. nu. 22. part. 7.*

Et denique tam ex qualitate creditorum pro quibus d. assignatio facta fuerat; omissa enim dote, quæ licet à principio constituta in scutis vndecim millibus reducitur tamen ad quatuor millia cum ad effectum, de quo agitur non sint calculanda scuta mille ex pacto in dicto Instrumento specialiter inito cōfessata, non autem habita, minusuè scuta quinque millia, quæ non fuerunt Adriano viro soluta, sed ab ipsa Lucretia post illius mortem pro parte exacta ab hæredibus patris, & pro parte remissa, *dicto Summario nu. 7. & 8.* ac insuper detrahenda veniant alia scuta mille per eam percepta ex venditione lineæ Margaritarum, *eodem Summar. num. 4.* Certum vtique est, quod siuè pro quarto dotali ex dispositione *Statuti Vrbis lib. 1. cap. 131.* ad illam spectante ratione solius vsusfructus ob existentiam filiorum communis matrimonij, siuè pro censibus, ac eorum fructibus extrà causam dotis, nulliter, & sine solemnitatibus ab ea impositis, & sibimet acquisitis tempore quo agebat filiorum tutelam, dicta bonorum proprietas alienari non potuit; Quam ex obseruantia subsequuta nam Lucretia dicta loca sex supra triginta Montis Fidei sibi in præfatam causam assignata deindè vigore eiusdem assignationis in eius personam cum vinculo præfati fideicommissi transferri curauit, *dicto Summario num. 13.* Vnde sicut pro dictis quarto dotali, & censibus assignatio intelligi non potest nisi quoad vsumfructum tantum, & Lucretia recipiendo dicta loca Montium explicitè fassa fuit illa recipere sub
6 vinculo fideicommissi, † ita etiam quoad reliqua eodem modo assignationem factam fuisse, illamque recepisse censetur ab indiuiduitatem voluntatis Assignantium, & recipientis, quæ non potest diuersimodè interpretari quoad vnum, & alterum sub eodem Contractu, & dispositione contenta, *l. iam hoc iure, ff. de vulgar. Surd. cons. 150. num. 17. Rota in*

Ro-

Romana Salarij 18. Februarij 1622. coram bon. mem. Pirouano, in recent. decis. 348. num. 2. & seqq. part. 4. tom. 2. Quinimmò vna pars declarat alteram, vt in similibus terminis dictum fuit *in Romana Dotis 21 Decembris 1644. coram me, §. finali.*

Si autem dicta assignatio aliter esset intelligenda non sustineretur tamquam facta con-
7 trà expressam voluntatem Testatoris, † qui specialiter prohibuit quamcumque alienationem proprietatis eius bonorum etiam ex causa dotis, quam ex fructibus constitui, vel restitui maudauit, *dicto Summario num.* 2. Quæ quidem prohibitio validè in hoc casu fieri potuit, ex quo dicti fructus congruè sufficiebant, *Iason. in dicta l. filius familias dicto §. Diui num. 96. & in authent. res quæ num. 24. C. commun. de legat. Couarr. variar. resolut. lib. 3. cap. 6. num. 10. Molin. ubi suprà lib. 4. cap. 6. nu. 11. Card. Seraph. decis. 447. num. 1. & decis. 1483. sub num. 5. Rota in recent. decis. 47. num. 10. part. 5. Add. ad Gregor. decis. 543. num. 4. cum cæteris allegatis in Bononien. fideicommissi de Rubeis 30. Maij 1646. coram R. P. D. meo Corrado, §. Dotes verò.* Et quatenus non sufficerent aderāt tunc temporis alij effectus hæreditarij, & signanter inuestimenta multiplici per eumdem Testatorem ordinati in
8 dicto eius Testamento, *dicto nu.* 2. † quorum distractio vtpotè minus nociua vocatis fieri debebat relicta proprietate dictorum bonorum fideicommissariorum, quæ sine pœna caducitatis alienari nō poterat, *ad text. in l. quæ Tutores, C. de administr. Tutor. & in l. magis puto, §. Ne tamen, ff. de reb. cor. Gabr. consil. 118. sub nu. 6. vers. tertio quia lib. 1. Grat. discept. forens. cap. 570. num. 12.* cum alijs in similibus terminis congestis in *Romana fideicommissi de Zuccaris 4. Februarij 1650. coram Reuerendissimo D. meo Decano §. Altera verò, circa finem.*

Parum obstante, quod Tyberius sit hæres dictorum Assignantium, quia præter quod illorum hæreditatem adiuit cum beneficio legis, & inuentarij, ac sine præiudicio fideicommissi dicti Hieronymi, *eodem Summario*
9 *Actorum num. 3.* † Etiam circumscripto beneficio Inuentarij ex propria persona illorum factum impugnare, & retractare poterit tanquam nullum, & illicitum contra expressam Testatoris, ac legis prohibitionem, vt latè probauit *Rota decis. 110. per tot. part. 2. diuersor. coram Card. Seraphin. decis. 477. num. 1. in recent. decis. 176. num. 48. part. 5. & in dicta Bononien. fideicommissi de Rubeis, §. Quia id non probatur, versic. quod eo magis.*

10 Quarè † cum exceptio antiquioris fideicommissi per Reum conuentum deducta sit clara, & incontinenti iustificata, turbiditas verò, & altior indago proueniat ex replicatione actorum prętendentium dicta bona soluta fuisse à vinculo fideicommissi per assignationem factam Lucretiæ, quod ex deductis, vel penitus eliditur, vel saltem redditur adeò turbidum, vt hoc sufficiat ad impediendam petitam immissionem, & repellendos Actores, vt in similibus terminis ratiocinatur *Rota decis. 57. num. 5. & 6. part. 2. diuers. decis. 526. num. 12. part. 1. & decis. 497. nu. 3. & 4. part. 2. recent.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. BICHIO.

Firmana Cappellaniæ.

Veneris 28. Aprilis 1651.

ARGVMENTVM.

Manutentio est concedenda prouiso Apostolicō. Et si adsit contradictor quando prouisus Apostolicus possessionem, quam cœpit vacuam inuenit. Obreptio turbida manutentionem non impedit.

SVMMARIVM.

1 *Possessio vnius est manutenibilis si de alterius possessione non doceatur.*
2 *Possessio est ab allegante probanda, quia præsumitur vacua.*
3 *Possessio præsumitur iustior, & potior situm ea concurrunt prouisio Apostolica.*
4 *Executor Mixtus non efficitur ex clausula*, dummodo, & amoto, *quando non adest legitimus contradictor.*
5 *Contradictor legitimus non dicitur, qui non possidet nec titulum eiusdem speciei habeat.*
6 *Manutentio conceditur ex nudo facto apprehensionis quando possessio erat vacua.*
7 *Possessio vacua potest capi propria auctoritate ab habente Canonicum titulum.*
8 *Præsentatio coram Ordinario excludit negligentiam & deuolutionem.*
9 *Deuolutio beneficij est concludenter probanda.*
Et si in litteris Apostolicis adsit clausula, seu alio quouis modo vacet. num. 10.
11 *Exhibitio tituli non est necessaria pro manutentione nec etiam in beneficialibus. & num. 12.*
13 *Possessor ex prouisione Apostolica si tempore impetrationis possessio erat vacua est manutenendus,*
Et si postea superueniat contradictor. & nu. 14.
15 *Præsentatio est facienda à maiori parte.*
16 *Manualitas non præsumitur in beneficijs secularibus. & num. 17.*
18 *Præsentatio nulla non impedit deuolutionem ad Papam.*
19 *Manutentio conceditur possessori, donec de manualitate beneficij doceatur.*
20 *Mandatum procuræ ad præsentandum debet infrà quadrimestre produci.*
21 *Obreptio turbida non impedit manutentionem.*
22 *Possessio attentata non est manutenibilis.*
23 *Inhibitio præsentata alicui procuratori non afficit principalem si nō fuit procuratorio nomine præsentata. & num. 24.*
24 *Inhibitio vigore Commissionis præsentata restringitur ad illius limites.*

DECISIO CXLIII.

PROBATA, & manutenibilis est possessio Io: Laureati à Sede Apostolica prouisi de Cappellania controuersa, quia apparet ex publico

blico Instrumento plenam fidem facienti,
1 quando † de alterius tunc temporis possessio-
ne non docetur, *l. prædia, ubi notant omnes, ff. de acq. possess. Put. decis. 650. num. 4. lib. 1. Cæsar. de Graff. decis. 5. num. 2. de caus. poss. & propriet.* itaut asserenti possessionem fuisse plenam incum-
2 bat onus probandi, † quia vacua præsumitur,
Seraphin. decis. 312. num. 3. decis. 1065. nu. 2. Adi. ad Gregor. XV. decis. 268. sub nu. 10. Rot. dec. 109. num. 4. inter impress. apud Modern. Pisanum de iurepatronatus, & alias sæpissime.

Eoque magis manutenibilis est propter concomitantiam tituli prouisionis Aposto-
3 licæ, quæ possessionem potiorem, † ac iu-
stiorem reddere solet, vt fuit ponderatum in *Regien. Parrochialis 5. Martij 1649. coram Reu. P. D. meo Otthobono.* Nec vrget, quod executor eiusdem prouisionis nulliter processerit non citato Francisco qui fuerat à Confraternitate S. Rocchi, huius Cappellaniæ prætensa patrona, presentatus, & citari debuisset cum eidem executor stantibus clausulis, *dummodo, & amoto*, mixtus esset; nam preter quod hæ clausulæ executorum mixtum non faciunt,
4 quando † non adest legitimus contradictor,
vt declarauit *Rota in Lucana Canonicatus 1. Iulij 1647. coram R. P. D. meo Royas, in Vicen. Parochialis 28. Iunij 1649. & 15. Iunij 1650. coram me.* Qualis non dicitur aduersarius, qui non possi-
5 det, † & titulum eiusdem speciei non habet,
Buratt. decis. 842. num. 2. cum alijs allegatis in Compostellana Parrochialis 1. Iulij 1648. coram Reu. P. D. meo Otthobono, quidquid dicendum esset si suam presentationem tunc exhibuisse in quibus terminis loquitur *Rot. decis. 52. numer. 3. part. 2. recent.*

Sufficit respondere, quod Ioannes non innititur possessioni captæ de manu executoris, & ad obtinendam manutentionem in posses-
6 sione capta † dum vacua erat suffragatur nu-
dum factum apprehensionis possessionis, *Mohed. decis. 20. circa med. de restit. spol. Rot. diuersor. decis. 641. num. 8. part. 1. decis. 517. num. 11. apud Modern. Perusinum de manutent.* quæ nemine possidente potuit ab habente Canonicum ti-
7 tulum † capi etiam propria auctoritate, vt alijs
allegatis dixit *Rot. decis. 651. nu. 11. apud Moder. Perus. tract. alleg.*

Allegata verò obreptio contrà prouisionem Apostolicam ex quo Papæ narratum fuerit collationem ad illum esse deuolutam ob negligentiam patronorum in præsentando, cùm tamen ex datis in *Summario Confraternitatis, & Francisci num. 1. & 2.* constet de mense Iulij anni 1649. & sic per mensem post secutam vacationem fuisse à Confraternitate S. Rocchi ad quam Iuspatronatus spectat
8 presentatum Franciscum, † & præsentatio-
nem exhibitam coram Ordinario, quod negligentiam, ac deuolutionem excludit exad-
9 uerso plenè, † & concludenter probandam,
Mantic. decis. 260. num. 1. Buratt. decis. 938. num. 1. Rot. inter recent. decis. 186. num. 2. part. 2. quamuis
10 in litteris Apostolicis adsit clausula, † seu alio
quouismodo vacet, vt fuit decisum *in Anconitana Parochialis coram bon. mem. Motmanno, & in Melevitana, seu Siracusana Beneficij quinta Decembris 1631. coram Reuerendissimo D. meo Dunozet Decano.*

Vti respiciens inualiditatem tituli apta non est retardare manutentionem, ad quam obtinendam discussio, seu exhibitio tituli,
11 nec † in beneficialibus necessaria est, *Abb. in*
cap. in litteris num. 27. de restit. spoliat. Rot. dec. 212. nu. 8. coram san. me. Gregor. decis. 13. num. 3. & seq. coram bon. mem. Vrgellen. decis. 698. num. 3. part. 2. recent & in supracitata Regien. Parrochialis §. fin. coram R. P. D. meo Otthobono, in Beneuentana Parrochialis 29. Nouembris 1649. §. penult. coram R. P.
12 *D. meo Cerro*, vbi dicitur ratio, † quia in hoc
summarijssimo possessorio attendi debet nudum factum possessionis alijs omnibus ad iudicium petitorium, & ordinarium reiectis,

Maximè quia cum nullus adesset possessor de tempore impetrationis prouisus Apostolicus etiamsi ex post contradictor superuenerit, habet intentionem fundatam in negati-
13 ua, † propter concursum præsumptionis,
quod verisimile non sit, quod si beneficium collatum fuisset non etiam fuisset eius posses-
14 sio apprehensa, † vel saltem titulus ostensus,
vt in puncto *Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 24. nu. 30.* & quia præsentationi exaduerso adductæ multa obijci possunt suo loco discutienda, nempè primò, quod fuerit facta tantum ab vno ex Confratribus, ibi: *Io eleggo per Cappellano D. Francesco Laureati per vn'anno, Summ. Confraternitatis numer. 1.* & tamen certum est præsentationem fieri debuisse à maiori parte
15 Confraternitatis, † & alias haberi pro non
facta, *Lapus alleg. 78. sub num. 2. Garz. de benefic. part. 10. cap. 3. sub num. 13. Rot. in Aquilana Iurispatronatus 24. Ianuarij 1640. §. quare, & seqq. & 4. Iunij eiusdem anni §. 2. tollitur, coram R. P. D. meo Corrado.*

Secundò, quod tanquam facta ad annum sit nulla non docto de manualitate beneficij,
16 quæ † non præsumitur in beneficijs secula-
ribus, *Gonz. super reg. 8. gloss. 8. num. 25. Lotther. de re benefic. lib. 1. quæst. 33. nu. 10. & 11.* eo minus, quia ipsa præsentatione asseritur beneficium
17 vacasse per obitum prædecessoris, † quod in
beneficijs perpetuis contingit, *gloss. in clem. vnica, §. quidam etiam, verb. ad mensam de excess. Prælat. Gemin. consil. 86. num. 4. & 5. Rot. decis. 646. nu. 1. part. 1. recent. & in Eluen. Præpositura 14. Iunij 1610. coram bon. mem. Penia*, & præsentatio
18 nulla † non impedit deuolutionem collatio-
nis ad Papam, *cap. cum in cunctis, §. vlt. de elect. Bellam. decis. 172. Gonzal. super reg. 8. gloss. 8. nu. 40. & 41. Lotther. de re benefic. lib. 2. quæst. 24. nu. 32.*
19 vel saltem donec de manualiter † beneficij
cognoscitur danda est manutentio possessori, *Lotther. de re benefic. lib. 1. quæst. 33. num. 22. & seq.*

Tertiò, quod præsentatio exhibita fuit coram Ordinario ab asserto deputato, & procu-
20 ratore Cōfraternitatis non † producto man-
dato procuræ intrà quadimestre, vt debuit, *Lapus allegat. 23. nu. 1. Rota decis. 443. nu. 3. part. 2. recent. & coram bon. mem. Vrgellen. decis. 87. nu. 24. decis. 199. num. 9. decis. 230. num. 1.*

Quæ

Quæ omnia negari non potest quin turbidam saltem reddant exceptionem, vt propte-
21 rea reicienda sit ad iudicium ordinarium, & interim manutenendus Ioannes possessor, *Mobed.decis.11.ante num.1.vt lit.pend.Mantic.decis.71. num.9. Buratt.decis.540.num.17.* & fuit dictum in *Papien. Præpositure 30.Maij 1611. coram bo.me. Atrebaten. impress.apud Marches.de commiss.tom.2. fol.529.num.3.in Legionen.Beneficij 24. Iunij 1640. coram Reuerendiss.Terracinen.& in Romana pensionis 3.Iulij 1645. coram me.*

Non obstat, quod possessio Ioannis reddatur attentata ex antecedenti Inhibitione Eminentissimi D. Cardinalis Archipresbyteri Basilicæ Lateranen. præsentata personaliter sub die 8. Ianuarij 1650. Summ. Confraternitatis num.5. & proinde non manutenibilis, *ex alleg. à Modern.de manut.obseru.48. num.1.* Nunquam enim d.Inhibitio legitur præsentata Ioanni, sed
22 Camillo Laureato quem non constat fuisse tunc Ioannis procuratorem, & satis est, quod
23 procuratorio nomine inhibitus non fuerit, vt per *Lancellot.de attent.part.3.cap.27.num.28.& seqq.* aliosque relatos in *Romana reintegrationis de S.Petro 14.Ianuarij 1650.coram R.P.D.meo Otthobono,& in Tiburtina Castri Sancti Angeli 11.Martij 1650. §.nec pro saluanda,in fin.coram R. P. D. meo Meltio.* Cum præterea ea Inhibitio emanauerit vigore commissionis iactationis, & iactationum, in qua semper apponi solent clausulæ præseruatiuæ executionis literarum Apostolicarum, & ad cuius limites ipsa Inhibitio restringitur, *Lotter.de re benef.lib.3.cap.11.num.33. & 34. Seraph.decis.147.num.1.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

R. P. D. CELSO.

Postea S. R. E. Cardinali.

Romana fideicommissi de Saluiani.

Veneris 28.Aprilis 1541.

ARGVMENTVM.

Censum ex quibus actibus nullo modo possit dubitari per partes fuisse extinctum, & quando perperam opponatur eum non fuisse extinctum ex defectu voluntatis partium, dum in Instrumento desuper celebrato adsit verba translatiuè, & non extinctiuè prolata, & in oppositum deducuntur plures oppositiones in hac materia.

SVMMARIVM.

1 *Census quando est extinctus, non potest dari immissio pro fructibus.*
2 *Census extinctio, quando non possit impugnari ex defectu voluntatis partium. & num.3.*
4 *Cessio census subsecuta in executionem alicuius conuentionis, iuxta illius formam debet regulari.*
5 *Principaliter, id, quod agitur, semper attendi debet.*
6 *Veritas magis est attendenda, & intentio partium, quam verba, & extensio scripturæ.*
7 *Verba debent inseruire rationi, non autem intentio verbis.*
8 *Modus discretiuus operandi, demonstrat diuersam mentem contrahentium. & num.9.*
10 *Præseruatiua iurium anterioritatis, non excludit extinctionem census.*
11 *ex Proæmio instrumenti benè desumitur, qualis sit mentio contrahentium.*
12 *Verba, quando sonant in extinctionem contractus, debent intelligi in totalem debitoris liberationem.*
13 *Verbum retrocedere, importat actum retrosimilem contractus resolutiuum.*
14 *Partes, quod voluerint extinguere censum, & non illum vendere, aut cedere alicui, ex quibus præsumendum veniat.*
15 *Voluntas à potestate metienda est.*
16 *Census extinctio, probari potest præsumptionibus, & argumentis.*
17 *Census, quod fuerit extinctus benè probatur ex obseruantia subsecuta.*
18 *Obseruantia subsecuta benè demonstrat, quod census verè, & realiter fuerit extinctus.*
19 *Census extinctio, quando non possit impugnari ex defectu.*
20 *Census extinctionis actus est necessarius, & non voluntarius. & num.21.*
22 *Emptor rei fideicommisso subiectæ, & vendita ex causa necessaria pro dissoluendo ære alieno fideicommittentis, tenetur esse solicitus de inuestimento.*
22 *Et quando soluere in causam expressam, non attento quid inde sequatur.*
24 *Argumentum à minori ad maius benè in contractibus locum habet, quando sumitur negatiuè.*
25 *de Census extinctione, quando non possit dubitari.*
26 *Fructus census extincti, quando possint reuiuiscere in alicuius præiudicium.*
27 *Promissio euictionis, qualiter ueniat intelligenda in extinctione census.*
28 *Clausula,* apponens &c. *& similes posita in creatione census, quid operentur, & quid in eiusdem census extinctione.*

DECISIO CXLIV.

LVCRETIA hæres Francisci Contugij, ac P. Paulus Amodeus post eam vocatus, præuio beneplacito Apostolico, vendiderunt domum hæreditariam Tarquinio Sanctacrucio, precio scut.5380. cum pacto, quod scuta 2510. erogarentur pro soluendis debitis Testatoris; In executionem pacti prædicti, completum fuit dictum multiplicum, & mortua iam Lucretia, ex illo creati fuerunt tres annui census, impositis diuersis vicibus per eumdẽ Tarquinium super domo vendita, & postea redempti cum pecunijs dotalibus Marchionissæ Liuiæ nuptæ Francisco dicti Tarquinij filio, iuxta conuentionem initam in eius Instrumento dotali, quæ ideò cessionem iurium ad eius fauorem reportarunt, & pretium ad effectum inuestiendi deposuit, prout inuestitum fuit, mediante emptione aliorum censuum, ab eodem Tarquinio super dicta domo in meliorem formam redacta, nouiter impositorum. Quia verò, mortuo Tarquinio, Fran-

Franciscus illius filius, ex precio Castri Practicæ, prædictos census extinxit, deponendo precium in Monte Pietatis, ad effectum illud reinuestiendi, iuxta pacta conuenta in venditione domus, prout re vera inuestitum fuit, mediante impositione noui census facta per dictum Franciscum ad fauorem eiusdem P. Pauli super dicta domo; Ideo Cæcilia, & sorores de Amodeis, ad quarum fauorem purificatum fuit fideicommissum Francisci Contugii, prætendentes non possunt exigere fructus census, nouiter per Franciscum impositi, obtinuerunt ab A.C. occasione trium censuũ impositorum per Tarquinium, sententiam immissionis super præfata domo, reuocatam in gradu appellationis coram Reuerendissimo D. meo Decano. Vnde cum hodie dubitatum fuerit, An talis sententia esset confirmanda, nec ne DD. pro confirmatione responderunt. Siquidem ex antecedentibus, & ex subsequentibus, manifestè constat, cen-
1 sus fuisse extinctos, quo casu pro illorum fructibus non poterat concedi immissio, vt dixit *Rot. coram Caual. decis. 652. num. 1. Buratt. dec. 645. numer. 2.* & magis in terminis in *Maceraten. Saluiani 1. Iulij 1647. coram R.P.D. meo Pentingero.*

Extinctio verò impugnari non valet ex defectu voluntatis contrahentium, sub prętextu quod in Instrumento desuper celebrato adsint verba translatiuè, & non extinctiuè, & similia, quæ sunt incompatibilia cum extin-
2 ctioni expressè repugnant, ex trad. per *Bald. in l. 1. C. de act. oblig.* cum pluribus adductis per *Casanatt. cons. 10. à num. 1. & cons. 11. num. 18. & seqq.* Nam cum solutio facta fuerit cum pecunijs dotalibus Marchionissæ Liuiæ, quę expresse cõuenerat cum marito, & socero, quod illæ erogarentur in satisfactionem dictorum censuum, vt patet ex verbis eorumdem Capitulorum, ibi, *Et altri scudi 6000. subito consumato il matrimonio, per conuertirli in pagamento de' debiti di detto Signor Marchese, fatti per comprare il Palazzo &c.* vtique extinctio controuerti non potest, quia debitum non diceretur solutum,
3 si census adhuc vigerent, & in Marchionissam essent translati, manente semper primæua obligatione principalis debitoris, prout erat in persona cedentis, *ad text. in l. emptor, C. de hæred. vel act. vend. Rot. decis. 148. num. 4. part. 2. diuers. & in recent. decis. 492. num. 3. part. 2. & decis. 425. nu. 8. par. 5. & in Romana rescissionis instrumenti 18. Martij 1616. coram Vbaldo, penes Modern. Perus. de cens. decis. 183. sub num. 2. & seqq.*

4 Propterea cessio postea subsecuta in executionem prędictæ conuentionis, iuxta illius formam regulari debet. *arg. text. in leg. is qui suis. §. vnde quæri, ff. de manumiss. Alex. cons. 152. numer. 2. & per tot. lib. 6. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præs. 42. numer. 2. Rota in Romana Saluiani coram Pirouano, apud Moder. Perus. de censib. decis. 368. nu. 1. & seqq. & in Romana Reintegrationis 22. Iunij 1643. coram Reuerendiss. Salamantino, & in recentior. decis. 248. num. 1. par. 5.*

Cumque eadẽ cõuentio incipiat à verbis extinctionẽ importantibus illic sequentia verba
5 famulantur, etiamsi alioquin esse possent translatiua eiusdem census, quia semper attenditur id quod principaliter agitur, *l. verum, 40. ff. de furt. l. si quis gestum, Cod. plus val. quod agit. Bero cons. 76. num. 30. lib. 1. Rot. post Moder. de oblig. Cam. decis. 219. num. 18. & seqq. & decis. 265. nu. 12. & in recent. decis. 273. num. 6. part. 3.* Et magis rei
6 veritas, & intentio partium inspicienda venit, quam verba, & extensio scripturę, *l. labeo 7. ff. de suppellect. legat. l. etiam 8. C. de iure dot. Mantic. de coniect. lib. 3. tit. 3. num. 9.* Verba enim debent in-
7 seruire menti, non autem intentio verbis. *can. humana aures 22. quæst. 5. Menoch. cons. 97. n. 44. & sequen. idem Mantic. vbi supra lib. 8. titul. 18. sub num. 10.*

Hęc autem, clariora redduntur, ex lectura capitulorum matrimonialium, in quibus disponitur, quod rata tantum scutorum 5000. deberet in censibus inuestiri, prout obseruatum fuit, reliqua verò Creditoribus solui, ibi, *E questi vltimi scudi 5000. conuengono, che nell'atto del loro pagamento, si debbano inuestire in censi securi &c. quale reinuestimento sia perpetuamente fondo dotale di detta Signora Sposa.* Hic enim discre-
8 tiuus modus, quo vsi fuerunt contrahentes circa pecunias inuestiendas, & soluendas creditoribus Tarquinij, reportata iurium cessione, benè demonstrat diuersam illorum volũtatem, *Surd. cons. 426. num. 18. Rot. decis. 627. nu. 8. par. 2. recentior. & decis. 492. num. 10. part. 4. tom. 2.* Quodque vbi egerunt de cessione, non intel-
9 lexerunt de translatiua formaliter, sed de iuribus census retrouendendi, vt benè in proposito dixit *Rota in Maceraten. Saluiani 26. Iunij 1648 coram R.P.D. meo Pentingero.*

Immo si verba prædicta rectè perpendantur, non sunt incompatibilia cum extinctione. Non enim dicitur, quod Sponsa agere possit pro fructibus censuum, sed pro recuperanda dote, ac pro damnis, & interesse, quatenus bona à creditoribus anterioribus viri fuissent euicta, ad quem effectum, vt ibidem declara-
10 tur, iura intacta, & illæsa pręseruantur, quæ propterea pręseruatiua iurium aterioritatis, non excludit extinctionem censuum, *Rota in Romana Census 24. Nouembris 1628. coram Reuerendiss. Terracinen. in Romana Domus 24. Ianuarij 1650. coram R.P.D. meo Bichio, & apud Moder. Perus. de censib. decis. 368. num. 2. & 3. & decis. 411. sub num. 2. & seqq. cum alijs per eundem quæst. 103. n. 17 vers. cæterum.*

Desumitur pariter contrahentium voluntas
11 ex proœmio ipsius Instrumenti retrouenditionis, in quo Tarquinius declarauit expresse, velle sortes principales, & fructus dictorum censuum persoluere, ibi, *Nuper autem Marchio Tarquinius ex pecunijs dotalibus D. Liuiæ de Primis, nuptæ Francisco eius filio, cupiens dicto P. Paulo non solum precia, & sortes principale dictorum trium censuum, verum etiam illorum fructus persoluere*, quæ
12 verba non possunt verificari in cessione translatiua per quam debitor non liberatur, sed tantum in extinctiua cum sonent in resolutionẽ contractus, & in totalem eiusdem debitoris liberationem, *ad text. in l. liberationis 17. ibique gloss. de verb. signif. Bald. in l. solutionis 54. ff. de solut. Molin. de contract. disp. 562. nu. 1. & 2. cum alijs pluribus*

ribus

ribus per Petr. Gregor. syntagm. iuris lib.21. cap.18. num.2. & 36.

Et concordat partita Bauchi, ibi, *per la retrouendita delli tre censi &c.* quod verbum retro-
13 uendere importat propriè actum retrosimilem censuum extinctiuum, *l.1. C. quando dic. à vendit. disced. Rot. decis.642. num.2. part.2. recent. & in Romana reintegrationis 22. Iunij 1643. coram Reuerendissimo Salamantino; & in Romana prelationis post Modern. Perusin. de censibus decis.369. num.1. & 4.*

Nec aliter est præsumendum, dum con-
14 trahentes poterant quidem extinguere census, non autem vendere, & alteri cedere. Et ideo, ne sit dicen. quod voluerunt facere actum prohibitum, firmandum venit, quod
15 census extincti fuerint, regulando voluntatem à potestate, *l. Lucius, §. Imperatores, ff. ad municip. Rot. decis.555. sub num.6. par.2. recent. decis.682. num.31. par.4. tom.3. decis.604. num.17. part.5. & decis.182. num.9. & decis.211. sub num.10. par.7.* & firmatum fuit in *Bonon. Census 4. Maij 1643. coram Reuerendiss. Terracinen.*

Prædictis accedunt quamplures coniecturæ ponderatæ in decisionibus Reuerendissimi D. mei Decani, nempe protestatio adiecta in capitulis matrimonialibus. Quod cessio fieret in omnem meliorem finem, & effectum Marchionissæ Liuiæ magis proficuum, & pro maiori cauthela suę dotis. Inuerisimilitudo, quod ipsa voluerit emere census fideicommisso extinctioni, & multiplico suppositos. Obligatio mariti, & soceri de restituendo dotem in quantitate, quę vtique respectu istius summæ appareret superflua, si Marchionissa fuisset effecta creditrix dd. censuum, ex qui-
16 bus coniecturis, præsumptionibus, & argumentis probari extinctionem aduertit *Rot. coram Seraphin. decis.1333. num.1. & seqq. & coram Duran. decis.449. num.10.*

Et tollitur difficultas, ex obseruantia sub-
17 secuta, nam precium dictorum censuum fuit à P. Paulo depositatum in Banco illorum de Bonannis, & deinde pro cautione fideicommissariorum dicti Contugij, inuestitum fuit in alijs censibus, quos postea in se collocauit, & extinxit Excellentissimus Philippus Columna, deponendo precium in Monte Pietatis, inuestitum pariter in alio censu, & tamen fructus illorum exegerunt semper, tam P. Paulus, quam alij fideicommissarij pro tempore, & signanter sorores de Amodeis hodie agentes, eosque nec exegit, nec vnquã
18 petijt Marchionissa Liuia, quæ quidem obseruantia, benè demonstrat census verè, & realiter fuisse extinctos, non autem cessos, *l. minimè 22. ff. de legib. Honded. consi.92. numer.27. & seqq. lib.1. & cons.35. num.44. & seqq. lib.2. Rot. decis.69. num.8. par.4. tom.2. recent.* & in terminis dictum fuit in *Cornetana reintegrationis 16. Decembris 1641. coram R.P.D. meo Bichio, & in Maceraten. Saluiani prima Iulij 1647. coram R. P. D. meo Peutingero.*

Minus extinctio impugnari valet ex defe-
19 ctu potestatis P. Pauli; Nam licet ipse esset grauatus restituere alijs vocatis in testamento Contugii, nihilominus non impediebatur recipere, & de receptis quietantiam facere, vt est *text. in l. ante restitutam 104. de solutio. Roderic. de ann. reddit. lib.2. quæst.15. num.87. Rot. in recent. decis.139. num.3. par.4. tomo 2. & decis.557. num.4. par.4. tom.3. & post dictum Moder. Perus. de censibus decis.351. num.4. & decis.469. num.11.*

20 Actus enim extinctionis census est necessarius non voluntarius, vt disponitur in Bulla san. mem. Pij V. super forma creandi census, Bullar. nouo tom.2. in ordine 79. §.10. & probat *text. in leg. fideicommissa, §. si rem, ff. de legat.3. Seff. deciss. Aragon.30. numer.23. & seqq. Giurb. decis.79. à numer.18. Rota coram Buratt. decis. 526. num.2.*

21 Et propterea tenentur fideicommissarij dictam extinctionem approbare; vt not. *Angel. in dicta l. ante restitutam, ibique Imol. in princip. ff. de solut. Fontanell. de pact. nupt. claus.4. gloss.18. num.1. & seqq. part.5.* cum alijs pluribus adductis per *Giurb. d. decis.79. à num.16. & per d. Modern. Perus. de cens. q.109. num.58. & seqq.*

Non obstat, quod emptor rei fideicommis-
22 so subiectæ, & venditæ ex causa necessaria pro dissoluendo ære alieno fideicommittentis teneatur esse sollicitus de inuestimento, ex latè deduct. in *Bonon. fideicommissi de Rubeis 4. Martij 1641. coram Eminentiss. Panzirolo.* Quia obiectũ benè procederet, nisi aliter inter partes fuisset conuentum, & Pontifex, derogando fideicom-
23 missis, huiusmodi conuentionem approbasset, prout euenit in præsenti casu. Tunc enim sufficit soluere in causam expressam, non attento quid postea sequatur, vt firmauit *Rot. in ista causa 20. Aprilis 1640. coram Card. Panzirolo, & dictum fuit in Romana Domus 16. Nouemb. 1643. coram R.P.D. meo Cerro; in Romana Vineæ 2. Maij 1644. coram R.P.D. meo Bichio, & in recent. decis. 301. num.9. par.1.*

Nec dicatur, quod tale pactum respiciat tantum inuestimentum fructuum, quia for-
24 tius eadem voluntas militat in inuestimento sortis, ducto argumento à maiori ad minus, quod benè in contractibus locum habet, quãdo sumitur negatiuè, *cap. si ergo, & ibi gloss.8 quæst.1. Ias. in l. qua delegato numer.4. ff. de legat.1. Curt. Iun. consil.134. num.4. & cons.333. numer.59 & seqq.* & tradit *Surd. de aliment. tit.9. num.11.*

Et nihilominus difficultas visa fuit Dominis cessare ex facto, aduertendo quod inuestimentum primo loco secutum in censibus impositis à Marchione Tarquinio, fuit tutum, & securum, prout euentus comprobauit, dum eos deinde extinxit, deponendo pretium
25 in pecunia numerata. Vnde esto quod secundum inuestimentum factum in censibus impositis à Francisco eiusdem Tarquinij filio non fuerit tutum, id operari minimè potest & iura census, legitimè extincti, reuiuiscant
26 in præiudicium Marchionissæ, *l. inter stipulantem, §. sacram, ff. de verb. obligat. Rota in Tusculana syluarum 5. Iunij 1620. coram Caualerio*, quæ non reperitur inter eius impressas, & penes *d. Mod. Perus. de cens. dec.411. n.4.* & firmatum fuit in *Cesenaten. Censuum 28. Iunij 1647. coram R.P.D. meo Rojas.*

Non

Non obstat promissio euictionis, quia in-
27 telligi debet de domo, pro cuius securitate pecuniæ redactæ ex censibus erant inuestiendæ, vt dixit *Rota in allegata Romana Reintegrationis 22. Iunij 1643. coram Reuerendissimo Salamantino*. Minus clausula ponens & similes; Nam sicuti in impositione census apponūtur ad fauorem emptoris, ita etiā potuerunt apponi in retrouenditione, ad fauorem venditoris, ad
28 significandum actum in omnibus retrosimilem. Adeout penes censuarium nihil deberet remanere, prout, non obstantibus clausulis prædictis, recedendo à decisionibus antecedentibus *in Romana Saluiani interdicti coram Remboldo*, firmatum fuit in eadem causa 27. *Maij* 1619. *coram Pirouano, penes d. Moder. de cens. decis. 368. n. 2. & dec. 369. n. 1. vers. nec obstat alia*, & fuit dictum in *Maceraten. Saluiani* 26. *Iunij* 1648 *coram R.P.D. meo Peutingero*.

Ex quibus, & alijs melius deductis in decisionibus Reuerendissimi D. mei Decani sub diebus 15. Iunij, & 26. Nouembris præteriti, resolutum fuit pro confirmatione sententiæ Rotalis, Partibus hinc inde informantibus.

R. P. D. CELSO.

Posteà S. R. E. CARDINALI.

Placentina, seu Abuleñ Decimarum.

Luna 15. Maij 1651.

ARGVMENTVM.

Ecclesia, quando possit prætendere decimas loci de quo sit Domina, & quando non; Exemptio à decimis, in terris propria manu elaboratis, an extendatur ad terras locatas. Ius decimandi vigore immemorabilis æquiparatur vero titulo.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia non potest de loco, quod est de eius dominio prætendere decimas.*
Fallit stante immemorabili. num. 5.
2 *Actio, & passio non possunt stare in eodem subiecto.*
3 *Recusatio receptoris examinum censetur remissa per comparitionem coram eo.*
4 *Mandatum speciale requiritur ad recusandum receptorem examinis.*
5 *Ecclesia stante immemorabili potest prætendere decimas etiam loci propria.*
6 *Conuentio inter Ecclesiā, & affictuarios potest vniri, & vltra affictus soluantur etiam decimæ.*
7 *Conductores, & arrendatarij tenentur soluere decimas.*
8 *Ius decimandi exerceri potest super portione ad colonos spectante.*
9 *Decimarum in materia diuersimodè iudicatur de fructibus prout spectant ad dominum fundi decimatorij, & prout spectant ad colonum.*
10 *Exemptio à decimis concessa pro terris, quæ proprijs manibus coluntur, non extenditur ad terras locatas.*
11 *Coloni priuilegiatorum à solutione decimarum tenentur ad decimas pro portione eorum.*
12 *Ius exigendi decimas vigore immemorabilis, habet vim veri & legitimi tituli, & etiam priuilegij Apostolici, etiam contra habentem intentionem fundatam à iure.*
Immo includit meliorem titulum de mundo. n. 13.
14 *Parochus non iuuatur ab essistentia iuris in materia decimarum si territorium, non est intra limites.*
15 *Ius decimandi non comprehenditur in donatione rei tamquam diuersum ab ipsa re.*
16 *Ciuitas laica est incapax iuris decimandi.*
17 *Actorum trasportatio non integra non nocet, quando processus non fuit absolutus facto aduersarij.*

DECISIO CXLV.

INFORMANTES pro Decano, & Capitulo Placentino, & Parocho de Paraleda, & litis consort. non reuocabant in dubium, quod testes pro Monasterio examinati concludenter probant immemorabilem quasi possessionem percipiendi decimas in territorio de Alarza, sed excipiebant eosdem testes fuisse nulliter examinatos, & conuinci de mendacio ex quo territorium prædictum est de dominio Mo-
1 nasterij, & Monachorum Vallis Ecclesiæ, † qui propterea non possunt ex eiusdem territorij fructibus decimas prætendere ne detur actio,
2 & passio in eodem subiecto † contra *text. in leg. Vranius, ff. de fideiuss. Rota decis. 23 numer. 2. part. 2. diuers.*

Verum prædictis non obstantibus adhuc, DD. præstiterunt in resolutis, nam nullitas examinis deducta ex eo, quod testes fuerint
3 examinati eodem receptore recusato † cessat per comparitiones exaduerso factas coram eodem per quas censetur à dicta recusatione recessum, *cap. gratum, de offic. delegat. Abb. in cap. cum speciali, num. 12. in fine, ibique Franc. nu. 47. vers. secunda esset, de appell. Butr. in cap. ab Apostolica, num. 6. de offic. deleg. in 6. Viu. comm. opin. conclus. 866. numer. 22. vers. sed si post recusationem, Rota in Toletana Iurisdictionis 24. Martij prox. præter. coram R.P.D. meo Otthobono.*

Et tamen recusatio deducta data in Summ. Capituli sub num. 8. non erat attendenda vti facta à Ioanne Serrano de cuius speciali man-
4 dato procuræ non constat † prout requiritur ad hunc effectum, *ad text. in l. non solum, §. final. ff. de procur. Paris. cons. 31. num. 112. lib. 1. Rot. coram san. mem. Greg. decis. 368. num. 1. ibiq. Adden. numer. 8. & in recentior. decis. 440. num. 2. par. 2. & decis. 233. eodem num. part. 5. quæ est Duran. decis. 178. num. 1.*

Prætensio vero, quod territorium controuersum sit proprium Monasterij Vallis Ecclesiæ, & proinde non possit idem Monasterium ex eo percipere decimas visa fuit DD. non
5 releuare, † tum quia attenta immemorabili potest allegari particularis conuentio inter Monachos, & conductores de soluendo decimam vltra affictus, quæ conuentio resistit cō-
6 fusioni, & efficit vt ius deciman. contra ipsos exercere possit, *Bald. in l. 1. num. 3. versic. nam ista ratio. Cod. de seruit. & aqua, & cons. 24. in fin. lib. 4. Socc. cons. 86. num. 12. eod. lib. Roland. cons. 66. nu. 40. & seqq. lib. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsum. 131. num.*

*num.44. Peregr.de iure fisci lib.1.tit.2.num.61.vers.
item æquiualet.*

Tum etiam quia illæ non percipiuntur ex
bonis quæ propriis manibus, & expensis co-
luntur, sed ex terris alijs locatis, & à condu-
7 ctoribus, & arrendatarijs detentis, † qui pro-
culdubio tenentur ad decimas, *gloss. in clem.1.
verbo excolendas de decimis, & in can.quæst.1. verbo
coloni 16. quæst.1. Abb. in cap.tua nobis num.15. de
decim.Soccin.cons.93.num.3.Rot.d.decis.33.numer.5.
par.2. diuers.*

Vnde non applicatur regula, quod actio,&
passio non possunt stare in eodem subiecto,
quia non agitur de portione, & parte Domi-
8 nicali spectante ad eosdem Monachos, se de-
rata, & portione diuersa pertinente ad colo-
nos laboratores, & arrendatarios † super qua
ius decimandi exerceri potest, vt in simili pro-
bat *text. in l. si adulta. C. de hæred. act.* & faciunt
notata *per Bald.in l.si vxor,in princip.C.de bon.au-
ctorit.Iud.possid.Modern.Perusin.de censib.quæst.*107.
*in fin.vers.nam actio,& passio,Io.Mar. Nouar.quæst.
forens.lib.1.q.51.nu.3.vers.sed si agitur.*

Non enim est nouum, † quod in materia
decimarum diuersimodè, iudicetur de fructi-
bus, prout spectant ad dominum fundi deci-
matorij, ac prout spectant ad conductorem,
seu colonum, vt probatur *ex text. in c.dilecti de
decimis, gloss. in clem.1.verbo excolendas, ibiq.Vita-
lin.num.20.& seqq. Imol.num.13. & 14. eodem.tit.
Abb.in cap.à nobis,num.1. & seqq. & in cap.tua no-
bis num.1.6.&14.de decimis,Monet.eod.tract.cap.5.
quæst.1.num.2.& 13.cap.6.q.4.nu.39.& seqq.Suar.
de Relig.tom.1. lib.1.cap.19.num.13. Azor.inst.mor.
par.1.lib.7.cap.27.q.27.*

Prout pariter non applicatur *Text.*exaduer-
so adductis in *cap.licet ys de decimis*,quia ibi so-
10 lum deciditur, quod † exemprio à decimis
concessa pro terris quæ propris coluntur ma-
nibus non extenditur, ad terras quæ alijs dan-
11 tur excolendæ, † & ideo coloni partiarii, &
censuales priuilegiatorum simpliciter de non
soluendo decimas, tenentur decimas soluere
de parte sua, vt not. *Ancharan. in eod.cap.num.3.
Abb.num.2. Zabarell. in clem. vnica col.5. vers.22.
quæro eod.tit. Cancer.var.resol.par.1.cap.23.num.4.
Barbos.de iur.Eccles.lib.3.cap.26.§.3.nu.19. & 39.
& seq.Rot.coram Seraph. decis.287.num.2.& 3.* In
præsenti autem casu non agitur de priuilegio
exemptiuo à solutione decimarum, sed de
iure exigendi vigore immemorabilis, quæ
vt latè firmatur in decis.huius causę habet vim
12 veri, & legitimi tituli,† ac priuilegii Aposto-
lici etiam contra habentes intentionem fun-
datam à iure, *Rota post 2.vol.cons.Farin.dec.303.
num.3.& coram Pen. decis.103.eod.num. & seqq.* &
fuit firmatũ in *Conchen. Decimarum de Guazcue-
nan 31.Maij 1617.coram bon.mem.Patriarcha Man-*
13 *zanedo*, † & includit meliorem titulum de
mundo, *Rota decis.27.num.8.part.4.tom.2.recent.
& decis.150.num.4. & seqq.par.5.* & fuit dictum
in *Zamoren. anniuersariorum 4. Iulij 1646. coram
R.P.D.meo Meltio.*

Et eo facilius inclinarunt DD. pro confir-
matione sententiæ Rotalis contra Capitulum
Placentinum, & Parochum supradictum,
quia tantum abest,quod territorium de Ala-
za super quo cadit controuersia sit situm in-
tra limites Parochiæ de Paraleda quod, imò
ex rationibus,& fundamentis deductis in de-
cisionibus huius causæ coram RR. PP. DD.
meis Bichio, & Peutingero apparet de con-
14 trario, † itaut prætensa assistentia iuris nullo
modo possit iuuare Parochum, *cap.ad decimas,
de restit.spol.Rot. coram Coccin.decis.16.num.1.& 2.
& in recent. decis.124.num.2.par.5.*

Non obstat,quod ex Instrumento donatio-
nis factæ per Ciuitatem Abulen. ad fauorem
eorundem Monachorum constet de initio
acquisitionis, & sic cesset immemorabilis,
quia Instrumentum prædictum respicit dum-
taxat dominiũ plenum territorij nõ autem ius
15 decimandi, † quod vti diuersum, & indepen-
dens ab ipsa re, & à territorio prædicto nec
comprehendebatur in dicta donatione, vt in
his terminis firmauit *Rota in Toletana Decima-
rum de Capilla 2. Martij 1648. coram R.P.D. meo
Verospio,* nec poterat vllo modo comprehendi
16 ex defectu potestatis † cum Ciuitas vti laica
esset dicti iuris omnino incapax *per text.in cap.
tua, & cap.dudum de decimis,Rot.in Rauennaten.seu
Ferrarien.Decimarũ 25.Februarij,& 27.Iunij 1647
coram R.P.D.meo Cerro.*

Minus releuat recantatum obiectum non
integrę transportationis actorum desumptum
ex eo, quod Actuarius dixerit se aliquid ex-
traxisse de lite,nam id euenit non quia omnia
acta non fuerint integrè transportata,sed quia
processus non fuit coram eo absolutus facto
partis aduersæ, quæ curauit causam in Curia
committi antequam ille compleri potuerit,vt
firmatur in vtraque decisione huius causę co-
coram R.P.D.meo Bichio.

Demum quod non fuerit citatus Episco-
pus Abulen. cessat ex facto, quia postquam
ipse venit ad causam semper citatus fuit Alõ-
sus de Salazar procurator ab eo constitutus,
vt apparet ex reuolutione processus, quæ
optimè probat huiusmodi affirmatiuam ex
adductis *per Mascard.de probat.concl.291.num.1.*

Cætera longa serie deducta, vel non indi-
gent respõsione, vel remanent abundè subla-
ta ex decisionibus in causa factis, ideo DD.
perstiterunt in decisis partibus hinc inde in-
formantibus.

R. P. D. PEVTINGERO.

Perusina Fideicommissi de Cincijs

Luna 15.Maij 1651.

ARGVMENTVM.

Agitur de Statuto Perusino lib. 2. rubric. 46. &
cap. 45.prohibentium fœminas quicquam
petere contra testamentum patris,& firmatur
hoc habere locum donec extent masculi.

SVMMARIVM.

1 *Legitima debetur filijs in bonis suorum parentum.*
2 *Legitima non agnita trasmittitur ad quoscumque.*

3 *Pater nihil de legitima potest filio detrahere.*
4 *Legatum sub conditione, quæ non euenit habetur pro non facto.*
5 *Statuta Perusiæ suspendunt legitimam fœminis donec extent masculi.*
6 *Præscriptio non currit contra fœminas ad agendum impeditas.*
7 *Hæres fructus perceptos iure dominij non imputat in legitimam & num.12. nisi hoc testator mandasset num.8.*
Imo potius tenetur sibi de proprio credito satisfecisse num.9.
10 *Institutio de vsufructu facta à patre non dicitur facta in compensationem legitimæ & n.12.*
11 *Legitima virtute Statuti Perusini dicitur fœminis assignata à lege à die mortis vltimi masculi.*
Et debetur vna cum fructibus n.13.
14 *Fructus percepti à filio cedunt in computum fructuum legitimæ.*
15 *Legitima est semis stantibus quinque filijs.*
16 *Reintegratio conceditur fœminis à Statuto Perusiæ post mortem masculorum.*
17 *Filij & si receperint portionem in vita patris attamen connumerantur in calculo legitimæ.*
18 *Surdus & Mutus habent, & trasmittunt restitutionem in integrum & n.19.*
20 *Expressa testatoris prouisio facit cessare tacitam legis.*
21 *Mulieres consequentes legatum de bonis paternis quando habeant solum actionem ad petendum supplementum legitimæ & n.22.& 23.*
24 *Legatum resolutiuum quando habeatur pro non facto.*
25 *Legitima debetur in corporibus cum augumento.*

DECISIO CXXXXVI.

DOMINI hodie censuerunt, fratribus de Columbis hæredibus Olimpiæ, & Virginiæ, legitimā deberi in bonis Francisci Cincij, earum patris, quia, naturali ratione dictā-
1 te †, & ex legis dispositione debita est filijs in bonis suorum parentum §.1. *in auth. de Trient, & semiss.§.aliud quoque Capitulum in auth. vt cum de appell.cognosc.& §.primum,itaque in auth. de hæred.& falcid.cap.Raynutius, §.cum autem coram G. de testament.Crass.in §.legitima q.2.Rot. decis.1. de consuetud.in nouis.* Imò ad filiorum hæredes quoscumque etiam ab ipsis filijs viuentibus
2 legitima non agnita, † seu petita transmittitur secundum *l.quamquam,C.ad l.falcid.* latè *Bald. in his terminis cons.69. incip. Cum statutum Ciuitatis Perusii num.3.& 4.lib.1.Crass.in d.§.legitima q. 37. Surd.cons.341.num.1.& seq.Laderch.cons.60.num.2 Modern.Forolin.de legitim.q.9.tit.3.lib.5.Gail.obser. 120.n.17.& 131.n.12.lib.2.Rot. dec.668. per tot. par.1.diuers.*

Non obstat ipsis fratribus de Columbis legatum florenorum mille pro qualibet,à patre dd. mulieribus factum, præstandum tempore dd. filiarum ingressus in Monasterium cum
3 onere plus non petendi, † quia patri non licuit quidquàm detrahere d.ex iuris dispositione debitæ legitimæ *l.omni modo in principio,& l. quoniam in prioribus,C.de inoffic.testam.Cephal.cons. 95.num.8.& seq.fuitque dictum coram bon.me. Remboldo in Romana legitimæ 25.Iunij 1618. impress.a-*
4 *pud Gilian ad statut. Perus.decis.81.* † Præsertim dum conditio legati nunquam † euenit, proindeque, perinde est, ac si factum non fuisset, *l.pecunia,ff.si cert.pet,Alberic.à Rosat.in tract.de statut.lib.1.q.150.num.9.Gregor. Natt.in comment.super stat.exclus.fœmin.2.q.princ.n.9.Ruginell.ad consuetud.Mediolan. de appellat.§. 12. gloss. 1. cap. 3. num.17.*

Minus eisdem obstat statutum Perusinum antiquum *lib.2.rubr.46.de vltim.volunt.obseruat. per filios.& per nepotes,* quo filiæ, neptesque iubenter obseruare disposita ab earum patribus vel auis in eorum vltima voluntate inuiolabiliter, nec quidquam petere vltra relicta ipsis quouis titulo,neque dispositio statuti noui *lib.2.cap.45.sub rubr.de dotibus, & dotat mulier. & success.ab intest.* quo fœminæ ab hæreditate dotantis intestati excluduntur à bonis descen-
5 dentium ad ipsos à patre peruentis. † Quia statuta non tollunt ius legitimè filijs in bonis suorum parentum competens,sed solùm, donec masculi descendentes à dotante extent, suspendunt,quibus defunctis,fœminarum ius legitimam petendi reuiuiscit,& reintegratur, vt cautum est eodem statuto 45. in vers. item declaratur,& decernitur,atque in terminis horum statutorum probat *Bart.in l.fin.§.1.num.1. & ff.ad Sen.Cons.Trebell.Bald.cons.69.lib.1. Honded.cons.14.num.6.lib 2.plenè Eugen.cons.3. per tot. lib.2.* prout pluries firmauit *Rota in Perusina reintegrationis impress.apud Gilian.decis.10.nume.5. ad d.statut.& decis.11.num.4.& 5.ibidem,& in alia Perusina reintegrationis 1.Iunij 1613. coram Patriarcha Manzanedo apud eumdem Gilian. decis. 48. per tot.*

Nec obstat à dd. fratribus de Cincijs adducta præscriptio 30.annorum ab anno 1593. quo suprascriptus Franciscus Cincius obijt, vt asseritur vsque ad annum 1627. quo decessit vltima eius soror Olimpia: Quia,cum ip-
6 sa † vigore dictorum statutorum paternam dispositionem,ac suam legitimam, siue eius supplementum, extantibus adhuc masculis (quorum vltimus Petrus Hieronymus obijt anno 1607:) petere prohibita fuerit,nulla vtique potuit in eius præiudicium currere interea præscriptio,dum ei non licebat agere, *l. in rebus,§.omnis autem,C.de iur.dot.l.quæcumque §.parentibus vero,C. de bonis quæ liber.l.cum notissimi,§. illud autem,C.de præscript. 30.vel 40.ann.l.1.§.fin. C.de annal.except.* & in his terminis respondit *Bald.cons.69.lib.1.num.8.& Honded.cons.14.lib.2. num:12.& 13.* Post annum verò 1627. fuit introducta lis inter Columbos,& Ludouicum Cincium,& petita legitima.

Pariter non releuat obiecta imputatio fructuum,ex hæreditate supradicti Petri, Hieronymi perceptorum per prædictas sorores Virginiam,& Olimpiam earum vita durāte vsufructuarias ab ipso institutas cum onere fideicommissi post earum mortem purificandi.
7 Quia hæres post aditam hæreditatem non tenetur fructus perceptos iure dominij licitè à se acquisitos in dictum suum legitimæ creditum imputare, *l.si quis bonorum,ibique gloss.fin.ff. de*

de leg. 1. l. in quantitate ff. ad l. falcid. l. in fideicommissariam, vbi gloss. in verbo accepto feruntur, l. postulate, §. sed & in huiusmodi vers. nec fructus, ff. ad Sen. Conf. Trebell. nisi quando Testator hoc verbis
8 in sua dispositione indicauit, † vt explicat Bart. in l. 3. §. mulier in princ. vers. respondet, gloss. ff. de dot. præleg. Roland. cons. 65. num. 22. & 23. lib. secundo.
9 Quinimò ad euitandam huiusmodi imputationem ex eo tẽpore sibimet ipsi de proprio credito in bonis hæreditariis potius satisfecisse censetur ad tex. in l. si ei, cui ad fin. ff. de euiction. & notatur per Doctor. ex illo text. in l. si stichus, §. aditio, ff. de solut. Soccin. Iun. cons. 170. num. 5. libro 2. Menoch. alleg. cons. 183. num. 25. & 26. Rota decision. 680. num. 1. par. 1. diuers. Seraphin. decis. 967. num. 1.
10 Nec potest dici † facta institutio in compensationem legitimæ debitę in bonis Francisci, vt in terminis Bald. cons. 84. n. 2. lib. 2.

Cessat verò in casu proposito omnis difficultas, cum agatur de legitima filiis debita,
11 quæ † ex ipso die mortis Petri Hieronymi, vltimi masculi (cuius fauore tantum petitio in fœminis, vt supra dictum est suspendebatur) fuit ministerio legis dd. sororibus intellectualiter assignata in ipsa bonorum Francisci communis patris substantia ad tex. in l. scimus, §. repletionem, C. de inoffic. testam. & in l. iubemus, vbi Doct. ad S.C. Trebell. itaut tunc censeatur soluta, & sic non potuit ex fructibus perceptis ex dispositione eiusdem Petri Hieronymi absumi, & cum eis compensari, vt opti-
12 mè † probat Bald. in d. l. scimus num. 5. vers. sexto nota, C. de inoffic. testam. Peregr. de fideicomm. ar. 36. numer. 120. & pluribus relatis comprobatur à Modern. Pisauren. de imput. legit. q. 11. n. 4. & seq. ac latè Modern. Foroliu. in tract. de legit. lib. 2. tit. 2. quæst. 32.

Ac proinde non releuat, quod fratres de Columbis habuerint ab Oeconomo lite pendente nonnullos fructus, ac scuta 500. retracta ex alijs fructibus mediante concordia facta
13 cum dicto Ludouico anno 1631. † Nam cum ex prædictis debeant ipsi de Columbis habere legitimam in substantia vnà cum fructibus à die mortis Petri Hieronymi vltimi masculi, vtique fructus prędicti, vna cum dicta summa ex ijs retracta concorditer cum dicto Ludouico diuisa cedere debent in computum fructuum bonorum eisdem Columbis debi-
14 torum † pro rata legitimæ iuxta tex. in l. in lis, §. fin. ff. de solut. non tamen diminuunt quotam in substantia debitam, vt supra.

Rata verò legitimæ supradictæ in duabus ex quinque partibus ad prędictas sorores Virginiam, & Olimpiam spectantibus constituẽ-
15 da esse, † visa fuit ex semisse hoc titulo quinque filijs Francisci Cincij superstitibus debito iuxta tex. in auth. nouissima, C. de inoffic. testam. sumpta ex §. 1. in auth. de trien. & semiss. Ac etiam deberi ratam in duabus ex tribus partibus portionis Caroli, alterius masculi prædefuncti, cuius hæreditas ab intestato ad easdem sorores superstites pro æqualibus portionibus cum dicto Petro Hieronymo communi fratre de-
16 lata, ipso viuente pariter suspensa, † sed post eius mortem efficaciter dd. mulieribus sororibus acquisita ex reintegratione earum, vigore dicti statuti lib. 2. cap. 45. in §. item statuimus quod fœmina, & in toto contextu Rota in supradicta decisione Perusina reintegrationis impress. apud Gilian. decis. 11. num. 5. nec non decis. 64. numer. 9. & seqq. & decis. 126. num. 12. apud eundem: licet enim dictus Petrus Hieronymus nonnullis à patre receptis creditis illum ample quietauerit de omni, & toto eo, quod post eius mortem consequi posset tam de bonis paternis, quàm maternis, prout legitur in Instrumento de anno 1579. relat. in Summ. præteritæ positionis, pro Cinciis datæ num. 3. Et Martia recepta dote per statutum exclusa remanserit. Nihilomi-
17 nus † tamen eius personę in calculanda legitima connumerari debent, non ad effectum, vt illæ eam, quàm habuerunt in vita patris iterùm consequantur, sed solùm, vt iustum reddant ipsum calculum, prout huic obiecto respondet Cephal. cons. 245. num. 44. vers. nec resistit quintum, & num. seq. Bellon. de iure accrescen. c. 6. q. 15. n. 12. & seq.

Nec releuat, quod dicitur hæreditatem dicti Caroli nunquam probari per dd. sorores
18 aditam fuisse. † Quia nihilominus ius illam adeundi beneficio restitutionis in integrum ipsis competenti tamquam mutis, & surdis à natiuitate, sicque non solum miserabilibus personis, sed ius suum probabiliter ignorantibus secundum tradita per Roman. in l. 1. num. 15. vers. vnde cum seqq. ff. de verb. oblig. Odd. de rest. in integrum quæst. 3. art. 2. num. 3. & seqq. par. 1. idem
19 ipsorum ius † ad quoscumque eorum hæredes beneficio restitutionis in integrum transmittunt ex ęquitate l. auctor, ff. de acquir. hæred. Ant. Gomez var. resol. tom. 1. c. 9. n. 56. & alijs allegatis in princ.

Minus iuuat adducta exemplaris in portione dicti Caroli substitutio de persona d. Petri Hieronymi eius fratris à Francisco communi vtriusque patre facta, vt prætenditur. Quia in eiusdem patris testamento expressa tantum vulgaris, & fideicommissaria legitur substitutio, quarum prima ante aditam, & altera post aditam hæreditatem locum habet, ac proinde tacita exemplaris inde deduci nequit cum ex-
20 pressa Testatoris prouisio † cessare faciat tacitam legis prouisionem l. cum ex filio §. 1. ff. de vulg. & pupil. substit. & in specie probant Ruin. cons. 103. lib. 2. in fin. Menoch. præsumpt. 41. num. 12. lib. 4. Intrigliol. de substit. cent. 2. q. 22. num. 18. Fusar de substit. q. 29. n. 6. & q. 162. n. 2. vers. ubi declaratur non procedere cùm seq.

Denique non obstat dicere, quod ex dispositione prędicti statuti stante legato paterno facto dd. mulieribus Olimpiæ, & Virginiæ, eis
21 competat solum actio ad † supplementum legitimæ, non autem ad ipsam legitimam iux. text. in l. scimus, §. repletionem, C. de inoffic. testament. pro cuius consecutione dicebant Cincii non fuisse probata necessaria per fratres de Colũbis iuxta tradita per Bart. in cons. 17. incipit, formam petendi supplementum legitimæ lib. 1. Quia hoc forsan procedere posset, si illud habuissent, vel
22 acceptassent de bonis eorum patris iuxta terminos l. si quando, §. & generaliter, & d. l. scimus in princ.

princ. C. de inoffic. test am. cum aliis latè in puncto deductis *per Euge n. dicto cons. 3 lib. 2.* Verũ quia quidquam consequutę non fuerunt, nec legatum acceptarunt: quinimò nec conditio illius vnquam purificata fuit, nihil impedit, quo minus dimisso prædicto legato, Columbi hæredes mulierum, in quos actio legitimam pe-
23 tendi, † vt supra dictum est transiuit, nunc eam petant, & consequantur *Ant. Fabr. ad Cod. de inoffic. testam. difinit. 9. Rota apud Greg. XV. decis. 186. num. 3.* cum nullus, vt dictum est, ex descendentibus à patre ipsarum sororum, nunc amplius masculus existat; Prohibitio petendi legitimam in statuto Perusino *lib. 2. cap. 45.* vt vt dictum est, cessat, vt ex eiusdem lectura manifestum fit, quod etiam congruit Francisci patris vltimę voluntati, dum expresse disposuit, quod si aliquid vltra summa legatam
24 peterent, † eo ipso relicti commodo priuarentur, vnde ad hunc effectum legatum habetur pro non facto, *ad textum in l. pecuniam, ff. si cert. pet.* & tradit *Burat. dec. 14. n. 16. vers. & faciunt regula.*

Bona verò per dictum Franciscum in eius hæreditate relicta ex quibus legitima in ratis prędictis venit detrahenda, remanent probata ex testibus formiter examinatis, & processu facto inter Columbos, & Ludouicum Cinci ũ auctorem dd. fratrũ de Cinciis, & firmatur in decisionibus in d. causa extẽsis super immissione eiusdem Ludouici, quę probatio sufficit absque alia iustificatione valoris, cũ legitima nõ in pecunia, sed in ipsis corporibus cum illorũ augumento debeatur pro ratis prædictis *dicta l. scimus, §. repletionem, C. de inoffic. testam.* latè *Surd. cons. 128. num. 2. & seqq. Rota in Montis Falisci fideicommissi 18. Iunij 1642. cor. R. P. D. meo Bichio,* & passim in aliis.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit &c.

REVERENDISSIMO P. D. MELTIO

Posteà Episcopo PAPIEN.

Ferrarien. Domus

Mercur. 17 Maij 1651.

ARGVMENTVM.

Statuto si caueatur, quod duæ sententię habeant vim trium, intelligendum est, de validis, & iustis, & quod sint conformes. Et licet earum validitas, & iustitia de iure præsumatur, tamen cum in hoc consistat fundamentum intentionis petentis rei iudicatæ executionem, ideoque ea concludenter tenetur probare, & quando dicantur illa iustificata.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de duabus conformibus, vt intret quid requiratur & n. 2. & 3.*

4 *Sententiæ validitas in dubio præsumitur, donec contrarium probetur à parte.*

3 *Intentionis fundamentum, quis concludenter debet probare.*

4 *Sententiæ validitas non potest iustificari, nisi actis omnibus transportatis.*

5 *Mandatum procura, quando non adest speciale, sufficit tacitum.*

6 *Mandati specialis defectus, quando inducat nullitatem iudicij.*

7 *Promissioni releuationis à molestijs, quando intret.*

8 *Molestia, quæ requirantur, vt intret promissio releuationis à molestijs.*

9 *Promissioni releuationis à molestijs, non datur locus stante earum releuantia.*

10 *Datio in solutum, quando intret, & habeat vim solutionis declara vt n. 12. & 13.*

14 *Pro cautela maiori, quæ fiunt, non alterant principalem dispositionem.*

15 *Accessoria ea, quæ sunt non alterant principalem dispositionem. & n. 16.*

17 *Pro Iudice stat præsumptio, quod ritè, & rectè processerit.*

18 *Fructus, quod quis perceperit, quis probare teneatur.*

19 *Bona aliqua, nisi probatum fuerit, quod aliquem peruenerint, non potest cogi ad reddendam rationem eorum.*

20 *In In corporalibus, per cessionem, subsequuta acceptatione, dicitur facta traditio.*

21 *Incorporalia mera sunt iura actiones, & nomina debitorum.*

22 *Ius percipiendi fructus, licet sit quid incorporale, tamen adhæret rei corporali.*

Cessio in re corporali non habetur pro traditione. num. 22.

23 *Retentio datur pro debito anteriori dotis.*

24 *Hæres non confecto inuentario, in subsidium tenetur de proprio.*

25 *Hæres non beneficiatus, non valet impedire creditorem posteriorem, quo minus satisfactionem consequatur super bonis communis debitoris.*

26 *Hæres, vt gaudeat beneficio inuentarij non solum tenetur illud legitimè conficere, verùm etiam de bonis inuentariatis legitimam rationem reddere.*

27 *Confessio dotis à marito facta constante matrimonio, non probat.*

28 *Quod procedit etiam si in eadem scriptura confessionis, enuncietur præcessisse confessionem dotis, declara num. 29.*

30 *Instrumentum habens relationem ad aliud instrumentum, non dicitur illud probatum, nisi constet de relato.*

31 *De cessionis substantia constare debet, vt valeat ipsa cessio.*

32 *Leg. ab Anastasio, cum leg. seq. C. de mandat. quo casu non intret.*

33 *Creditum, quando est præscriptum non est attendendum.*

34 *Creditum, vt non præbeat vim retentionis, sufficit qualibet turbiditas.*

35 *Sententiæ duæ, si habeant vim trium, iuxta statuti dispositionem debet esse conformes.*

36 *In sententiis, quando non possit considerari difformitas.*

37 *In sententiis difformitas expensarum, non inducit difformitas sententiarum.*

Sententiæ plures vt sint conformes, sufficit quod con-

concordent in negotio principali.n.37.
38 *Sententia in ea parte, quo sunt conformes sunt exequenda.*

DECISIO CXXXXVII.

PRAETENDENS Franciscus Regglus Belabarba per molestias sibi illatas à quodam Moyse Hebræo, cui etiam certam pecuniarum quantitatem soluere coactus fuerat, commissam fuisse stipulationem releuationis indemnitatis sibi à Lanfranco commissæ occasione obligationis pro eo factæ in summa scutorum mille ad fauorem præfati Moysis, proindeque contra illum iudicialiter agere cæpisset, Lanfrancus ad dictum Belabarbam indemnem releuandum assignauit ei fructus medietatis decimæ, quam ipse conduxerat à Comite Galeatio Tassono, ac fructus alterius possessionis, quàm pariter conduxerat ab hæredibus Ioannis Baptistæ Merli, necnon alios fructus ad partem rusticalem spectantes alterius prędij ab ipso conducti à DD. de Flaschis Summ. Luciæ num.1. Et vlterius pro maiori securitate assignauit etiam quandam domũ positam in Ciuitate Ferrariæ, Hanc autem cũ idem Belabarba de anno 1613. obtinuisset per sententiam Vicelegati adiudicari ad effectum se releuandi de damno passo occasione dictæ obligationis, à tali sententia appellauit Lucia Magna hæres Lanfranchi ad Rotam Ferrariẽsem, quæ cum eamdem confirmasset, interposita de nouo appellatione ad hoc Sacr. Tribunal, eaque mihi commissa, cum clausula constito, quod sit locus statuto de duabus conformibus, hodie ad formam dicti rescripti, Dubitaui, An esset locus dicto statuto, & DD. contra Luciam informantem affirmatiuè responderunt.

Quia constito de validitate, & iustitia sententiarum, ac de illarum conformitate, pro-
1 culdubio † intrat statutum de duabus conformibus *Surd.cons.99.num.18. Grat.discept.for. cap. 691.num.27.vers.& quidem negatiuè, Rota in recen. dec.662.num.2.par.1.coram Buratto decis. 567. & ibi Add.num.6.* & in terminis statuti Ciuitatis Ferrariæ *coram eodem Buratto dec.40.n.1.*

Validitas autem pręsumitur donec contra-
2 rium † à parte concludenter probatur, *l.si prætor in princ.ff.de iudic.l.3.ff.de testam.milit.l. quoties de reb.dub.Crauett.cons.2.num.3. vers. confirmatur ista opinio, Rota coram Buratt.decis.316.n.14.vers. institutio.* Neque obstant oppositæ nullitates per Luciam ex prætenso defectu legitimationis personarum, ac mandati procuræ, nam
3 negatiua huiusmodi probationum, quæ † tanquam fundamentum intentionis d. Lucię venit ab ea concludenter probanda *iuxt.recept.doctrinam Bartoli in l.in illa,ff.de verbor.obligat.* non
4 potest dici sufficienter † iustificata priusquam acta integrè transportentur, eaque omnia exhibeantur, *Rot.decis.636.in princ.& num.3.par. 1. diuers.Card.Seraph.decis.290.num.20.& dec.1307. num.3.Buratt.decis.251.num.3.vers. nam huiusmodi negatiua.* Præterea mandatum procuræ expressum, quatenus etiam deficeret, sufficeret
5 præsumptum † ex productione scripturarum, & impensis factis per quendam Franciscum Festiuium Procuratorem in partibus DD. de Belabarbis, *Rota coram Seraph.decis.933.n.2. Adden.ad san.mem.Greg.XV. decis.111.n.7.litt. A. & decis.330.num.5.litt. pariter A. Rota in Camerinen. Legati 20.Iunii 1650.§.1.cor. R.P.D. meo Bichio,* vbi firmatur mandatum sic pręsumptum sufficere pro validitate actûs quamuis exaduerso
6 protestatum † esset neminem exaduerso audiri nisi docto de legitimo mandato procuræ, *Rota in Bononien.fideicommissi de Glauarinis 22.Iunij 1639.coram R.P.D.meo Royas per tot.Greg.XV decis.44.per tot.Rota in Farfen.bonor. 27.Nouemb. 1648.coram R.P.D.meo Cerro, §. mandatum enim, & in Romana cambii 9.Iunii 1649.cor.bon.me. Arguelles §.his tamen.*

Constare etiam visum fuit, de iustitia, quia liberatio à molestijs, & releuatio indemnitatis leguntur in Instrumento expresè promissæ
7 per Lanfrancum, & cum Moyses † creditor pulsauerit Belabarbam occasione crediti pro quo Belabarba se obligauerat factus fuit locus huic promissioni *gloss.& DD.in l.Lucius,§. tres hæredes, vers.mouerit,ff.ad Trebell.l.sed & si lege,§.si ante litem,ff.de petit.hæred. l.non solum, §. si statutum de procurat.Alex.cons.52.numer.2.vers. & quod dicitur molestia inferri lib.2.Rota dec.213.n.2. par.2.recent.& inter impress.post Zacch.de oblig.Camer.decis.262.num.2.* Atque ita rectè deuentum fuit ad traditionem domus in solutum, maxime quia ea specialiter assignata fuerat pro securitate d. Belabarbæ.

Non obstat, quod dicatur Belabarbam non
8 iustificasse allatas sibi fuisse † aliquas molestias à Moyse Hebræo, prout requirebatur ad effectum, vt locus esse posset releuationi indemnitatis, quia contrarium apparet omnino verius, ex quo ipsemet Lanfrancus in Instrumento concordię initæ de anno 1611. assignauit eidem Belabarbæ supradictos redditus, ac domum controuersam, vt à dictis molestijs
9 integraliter † tutus remaneret ex tali namque assignatione resultat tacita confessio, & approbatio dictarum molestiarum, adeout illæ non egeant maiori iustificatione, *l.cum te la 2. C. de non numerat. pecun. cap. per tuas 10. de probat cum aliis in Regien.pensionis 2.Iunii 1636.§. penult. cor. bo. mem. Merlino, & in Meleuitana Mercium 29. Ianuarii 1649. coram bonæ memor. Arguelles, & alibi passim.*

Nec etiam subsistere visa fuit prætensio illa, quod stante assignatione, & cessione dd.
10 reddituum † nil aliud prætendi potuerit, vndè malè insolutum controuersa domus fuerit tradita, obiectum siquidem procederet vbi talis assignatio, & cessio haberet vim veræ delegationis, & contineret actualem cedentis li-
11 berationem; tunc enim ex † tali assignatione extincta remansisset, quæcumque actio, quæ competere potuisset Belabarbæ ad liberationem consequendam, *iuxta terminos l.3. C.de nouat.* At hic versamur in simplici cessione fa-
12 cta ad solum cedentis † commodum, per quam extincta non fuit prior obligatio, ac promissio liberationis à molestiis cum ea simplex

simplex mandatum importet, *iuxta gloss. magnam in l. legari in fin. ff. de liberat. legat. Alex. in l. cum emptore num. 4. post med. vers. vnde teneas, ff. de pact. Imol. in l. facta, §. si hæres num. 4. ff. ad Trebell. Soccin. Sen. cons. 37. per tot. lib. 4. Dec. cons. 105. num. 35. Eugen. cons. 73. num. 16. lib. 1. Cancer. var. resolut lib. 2. cap. 16. num. 168. Grat. discept. forens. c. 64. nu. 30. vsq. in fin. Caualer. decis. 307. num. 3. & 4. Rot. in recent. decis. 13. num. 39. & 40. & decis 392. n. 21 par. 5.* & firmatum fuit *in Bononien. litterarum cambii 8. Aprilis 1647. in princ. coram R. P. D. meo Verospio, confirmata 19. Iunii dicti anni coram eodem,*
13 & per consequens Franciscus non fuit † impeditus quin sui crediti satisfactionem petere posset super parte bonorum sibi magis beneuisa, & signanter super domo ad id specialiter obligata, idque etiam non obstantibus clausulis *cessit, posuit, & Procuratorem irreuocabilem constituit*, appositis in Instrumento assignationis
14 redditum, † quia tanquam accessoriæ principali contractui solam assignationem pro maiori cautela continenti non valent eius na-
15 turam excedere, siue alterare, † sed illi omnino famulantur, *vt per Seraph. decis. 287. num. 11. Rota in Tudertina Tenutæ 20. Februarii 1619. cor. bo. mem. Coccino, & in Romana Dotis, seu Saluiani 10. Iunii 1626. coram Durano.*

Neque refragatur, quod in omnem casum dictus Belabarba debuisset prius rationem
16 reddere de omnibus exactis, antequam adiudicari sibi faceret domum ad formam pacti in Instrumento concordiæ appositi, ibi, *cum conditione &c. quod dictus Franciscus &c. teneatur reddere computum, & rationem &c. de omni, & toto eo, quod ad eius manus peruenerit.* Quia hæc ratio præsumitur reddita tempore quo Vicelegatus Ferrariæ de anno 1613. tradi mandauit insolutum hanc domum Belabarbæ, semper
17 enim, † quod contrarium non probatur præsumptio stat pro Iudice, vt ritè, ac rectè processerit *Imol. cons. 99. num. 6. in fin. Dec. cons. 209. num. 1. & cons. 403. sub num. 12. Alb. cons. 205. n. 25. cons. 226. num. 20. Rota apud Pacific. de Saluian. dec. 227. num. 2. Buratt. decis. 11. num. 2. & 3.* Præterea ponderatum etiam fuit per DD. quod possessio bonorum in Instrumento concordiæ contentorum non fuit tradita Belabarbæ, sed ea remansit penes Lanfrancum, qui tantum fructus pro maiori securitate creditoris sui obli-
18 gauit, † vnde onus probandi, quod Belabarba perceperit dictos fructus spectat ad Luciā Magnam causam habentem à Lanfranco, *Natt. cons. 569. num. 2. & 3. Rot. decis. 362. n. 1. par. 1 recent. & in Romana census 14. Decembris 1648. cor R. P. D. meo Bichio,* & antequam dicta fructuum
19 perceptio † iustificetur non potest Belabarba conueniri ad reddendam aliquam illorum rationem, *Soccin. Sen. cons. 24. num. 35. lib. 1. Aym. cons. 231. n. 14. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præs. 79. num. 10.*

Applicabilis nec visa fuit conclusio illa, quod in corporalibus per cessionem subsequu
20 ta acceptatione † dicatur facta traditio, *l. licet, §. 2. ff. de iur. dot.* & cessio habeatur pro traditione ex allegat per *Becch. cons. 168. num. 24. & seqq. lib. 2.* Nam id procedit in merè corporalibus,
21 prout sunt iura, † actionis, & nomina debitorum, non autem in cessione facta iuris percipiendi redditus, aliosque fructus, quod licet incorporale sit adhæret tamen rei corporali,
22 sicque † cessio in tali casu non habetur pro traditione, sed requiritur actualis perceptio, vt respondit *Alex. cons. 184. num. 8. lib. 6. Tiraq. de retract. lignag. §. 6. gloss. 1. num. 9. vers. ex quo nonnulli.*

Minusque visæ fuerunt iniustæ sententiæ ex eo, quod dictæ Luciæ competeret retentio controuersę domus tam pro credito anteriori dotis Guarneriæ vxoris Lanfranchi, quam
23 ex alio, † occasione residui pretii eiusdem domus debito à Lanfranco Siluestris venditoribus, & per eosdem Siluestros cesso dictę Luciæ. Nam cum dicta Lucia sit hæres Violantis hæredis Margharitæ, quæ ex possessione bonorum paternorum, de qua deponunt Testes præsumitur fuisse hæres Lanfranci patr is
24 vtique non † docto de legitima confectione inuentarij, tenetur de proprio, & consequenter non valet impedire creditorem posteriorem quo minùs satisfactionem consequatur
25 super † bonis communis debitoris, vt pluribus congestis probatum fuit in *Bituntina census 27. Nouembris 1645. §. quia præter quod, & 24. Maij 1647. §. quia cum pariter, coram R. P. D. meo Corrado,* Quin imò quatenus etiam doceretur de legitima confectione Inuentarij, & sic
26 Margharitam fuisse † hæredem beneficiatum adhuc vt Luciæ ex eius persona competere posset talis retentio, ostendendum esset de bonis inuentariatis legitimam rationem fuisse redditam, vt in puncto firmatum fuit per *Rot. in Romana census 6. Martii 1645. coram R. P. D. meo Peutingerio, §. dantur etiam in Tiburtina redditionis rationis 3. Iunii 1647. coram me. §. tamen cum appareat, & in Bononien. fideicommissi de Rubeis 11. Martii 1648. coram Reuerendiss. D. meo Decano sub §. quin imò,* Preterea consideratum quoque fuit. quod respectu crediti dotis Guarneriæ non
27 probatur illius solutio, † nisi ex confessione de recepto per Lanfrancum maritum emissa constante matrimonio, quæ non probat ex doctrina *Menoch. cons. 154. num. 17. Alex. cons. 155. per tot. Gregor. XV. decis. 67. num. 2. Buratt. decis. 108. num. 2. & seqq.* & hoc procedit etiamsi
28 in eadem † scriptura enunciatum fuerit præcessisse promissionem dotis, quæ regulariter confessioni robur tribuit ex tradit. per *Ruin. cons. 183. in fin. lib. 1. Afflict. decis. 402. num. 4. Rota decis. 485. num. 1. vers. secunda sit limitatio lib. 3. p. 3. diuers. coram Gregor. XV. decis. 491. num. 7. & 12.* Nam ad istum effectum debuisset inferri tenor, instrumenti publici continentis talem
29 promissionem, † vel si facta fuisset per scripturam priuatam tenor dictę scripturæ priuatæ, cum alias instrumentum habens relationē
30 ad aliud † non dicatur probatum, nisi constet de relato *Gratian. discept. forens. cap. 693. nu 1. Rota in Anconitana bonorum 1. Iulii 1543. §. & licet, coram R. P. D. meo Bichio.*

Pariter respectu crediti pretij domus cessi dictę Luciæ dubitatum fuit de subsistentia ta-
31 lis cessionis † ex quo, & ipsa emanauit per confessionem de recepto, & ita contra formam

mam, leg. per diuersas, & seq. ab Anastasio C. mandat. quæ leges quamuis limitentur, vt non
32 procedant † in casu cessionis factæ de credito claro, & liquido per Instrumētum publicum *vt per Angelum nu. 3. Salicet. num. 8. & 9. ad dd. leges*, & tradit *Gabr. consil. 67. num. 7. & 8. lib. 2.* limitatio visa fuit nō benè applicari huic că-
33 sui in quo agitur de credito † creato vsque de anno 1607. & sic de eo, quod remanet sublatū, ex prescriptione, *l. sicut, C. de praescript. 30. vers. 40. annorum, Rot. decis. 426. num. 5. part. 1. rec.*
34 *Afflict. decis. 139. num. 5. & seqq.* vt enim † creditum non præbeat vim retentionis sufficit quælibet turbiditas, *Rot. in Romana, seù Iannen. locorum Montium 31. Maij 1638. coram bon: mem: Buccabella, & 15. Iunij 1640. coram bon: memoria Pirouano.*

Neque demum Statuto de duabus conformibus visa fuit obstare difformitas sententiarum ex eo deducta, quod in prima sententia
35 Lucia † simpliciter in expensis condemnatur, in secunda verò partes ab huiusmodi expensis absoluantur, ac vlterius eidem Luciæ preseruentur iura melius iustificandi suas preten-
36 siones, quia exindè nullam resultare † difformitatem, quæ valeat impedire executionem dictarum sententiarū existimatum fuit, difformitas enim quoad expensas non est conside-
37 rabilis, quādo prout hic sententię † sunt conformes quoad negocium principale, *Thesaur. decis. Pedemont. 122. num. 2.* Sic etiam reseruatio iurium contenta in secunda sententia ex quo
38 apposita fuit per Capitulum separatum † nō inducit difformitatem, quæ sit apta ad impediendam executionem in ea parte in qua sententia leguntur concordes, vt tenet *Gabr. consil. 56. num. 6. lib. 1.* cum aliis plenè adduct. per *Adden. ad Buratt. decis. 567. num. 8. & 9. cum seqq.*

Et ita contrà Luciam solam informantem resolutum fuit, &c.

R. P. D. MELTIO,

Posteà Episcopo PAPIEN,

Bononień nullitatis Concordiæ.

Mercurij 17. Maij 1651.

ARGVMENTVM.

Fratre vna cum ex alio fratre Nepotibus institutis, si ille ante Testatorē prædecedat, eius portio, vtpotè caducata, nepotibus ex alio fratre dicuntur accrescere, & propterea diuisio cum hincindè nepotibus desuper inita nullius est roboris, & momenti; neque ad probandum Testatorem omnes nepotes insimul vocare voluisse duo testes sufficiunt.

SVMMARIVM.

1 *Institutio in personam cohæredis ante Testatricem prædefuncti, caducatur, eaque tota alteri cohæredi acquiritur. Amplia, vt num. seq.*
2 *Transmissio, siuè repræsentatio non admittuntur in institutionibus, sed requiritur explicita nominatio personæ vocatæ.*
3 *Diuisio erronea nullius est roboris, & efficaciæ. Amplia, vt num. seqq.*
5 *Iuramentum, & solemnitates non impediunt rescissionem transactionis, seù diuisionis erroneæ.*
6 *Statutum Bononiæ sub rubr. de dot. rest. §. & si decesserit seruari debet.*
7 *Testes duo non sufficiunt in declaratione, quod testator post institutionem factam de fratre, & nepote vocauerit æqualiter nepotes, sed septem requiruntur.*
8 *Testes septem requiruntur pro inducēda noua dispositione circà iam disposita. & sup. num. 7.*
9 *Concordia inita post cessionem non præiudicat cessionario.*
10 *Cessione vni facta, eadem iura alteri cedi non possunt.*
11 *Satisfactio præsumitur stante cursu annorum triginta.*

DECISIO CXLVIII.

In Testamento sub quo decessit Francisca Gandulpha instituit sibi hæredes vniuersales Annibalem fratrem, & Ioannem Franciscum ex Alphonso alio fratre nepotem; Prædecedente autem Annibale Testatrici, obijt postea eadem Testatrix, vndè Io: Franciscus vnus ex Institutis, & Io: Ludouicus filius prædefuncti Annibalis purè adiuerunt hæreditatem, eamque inter se æqualiter diuiserunt; At animaduertens postmodum Ioannes Franciscus dictā diuisionem erroneæ fuisse factam, & ex falso supposito, nempe quod Ioannes Ludouicus esset cohæres, prout re vera non erat, eo quia vt supra dicebatur in Testamento instituti tantum fuerant Annibal, & Ioannes Franciscus, & portio Annibalis per eius prędecessū antè mortem Testatricis caducata accreuerat portioni ipsius Ioannis Francisci, Ideò institutum fuit ab eo Iudicium super restitutione medietatis bonorum per errorem dicto Ioanni Ludouico in diuisione assignatorum, quoad instantiam Monasterij S. Iacobi Ordinis Sancti Augustini tanquam cessionarij Ioānis Francisci in medietate dictorū bonorum prosecuto lata fuit sententia ab Eminentissimo Legato, per quam declaratum fuit diuisionem fuisse erroneam, indèque restituendam medietatem dictorum bonorum, quæ sententia fuit deindè in secunda instantia per Vicelegatum reformata; In tertia autem commissa mihi causa, Dubitaui, An, & pro qua rata census, qui hæreditarij esse prætenduntur prefatæ Franciscæ spectent ad Monasterium, & Domini pro quinque ex duodecim vnciis spectare responderunt. Quia licèt certi Iuris sit, quod ob prędecessum Annibalis, eius institutio caducata fuerit, illiusque portio accre-
1 uerit Ioanni Francisco, † qui propterea solus in tota hæreditate successisse dicitur. perindè, ac si solus in hereditate institutus fuisset, *l. vnic. §. cum autem, C. de caduc. tollen. l. cum ex filio 39. §. quidem, ff. de vulg. l. Lutius Titius, §. filiam, ff. de leg. secundo, Castr. in l. si inter virum num. 5. & in l. quod pariter num. 4. ff. de reb. dub. Soccin. in l. sed, & in illo, num. 2. vers. Tertiò voto, & num. 5. versic. Quar-*

sic. Quartò noto, ff. eod. Ciriac. contr. 352. num. 11. Osasch. decis. 108. num. 5. & seqq. Rotæ in Bononien. legati vsusfructus 5. Decembris 1650. §. eamque, coram R. P. D. meo Bichio, non attento, quod dictus Annibal reliquerit post se Ioannem Ludouicum filium, quia in Institutionibus
2 non admittitur transmissio,† neque repræsentatio. sed requiritur explicita nominatio personæ vocatæ ex latè traditis per *Surd. cons. 463. num. 3. & 4. Noal. de transmiss. cas. 8. numer. 164.* indèque diuisio detegitur euidenter erronea,
3 ac † proindè nullius est roboris, & efficaciæ, *l. cum putarem, ff. famil. hercisc. l. si post diuisionem, C. de iur. & fact. ignor. Castr. in l. fin. §. Item quæsiuit, ff. de cond. indeb.* quod procedit † siue error
4 sit Iuris, *Bald. cons. 386. lib. 1. per tot. Castr. cons. 377 num. 1. ad fin. & 2. lib. 2. Dec. cons. 408. nu. 1. & 5. Ruin. cons. 127. num. 13. & seqq. lib. 3.* siue facti, *Soccin. Iun. cons. 50. num. 27. & seqq. lib. 4. Crauett. consil. 188. num. 10. Menoch. cons. 91. num. 26. cum plur. seqq. vbi allegat concordantes*, idque ampliat
5 etiam si adsit Iuramentum, † & pro solemnitate contractus interuenerit decretum Iudicis, *lib. 5. Rota in Lucana Diuisionis 15. Decembris 1636. coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo.*

Nihilominus Monasterium ex Iuribus sibi à Ioanne Francisco cessis non potest integros census hereditarios Franciscæ recuperare, sed prius ex illis detrahenda est tertia pars, quam
5 Statutum Bononiæ † sub rubric. de dot. restit. §. & si decesserit defert fratri, & nepotibus in bonis sororis, & Amitæ sine filijs defunctæ, quod Statutum seruandum esse, fuit nuper resolutum in *Bononien. Tertiæ 27. Ianuarij proximi præteriti coram me*. Hæc autem tertia, cum duo superfuerint nepotes Franciscæ, scilicet Ioannes Franciscus, & Ioannes Ludouicus, venit inter ipsos æqualiter diuidēda ex dispositione eiusdem Statuti, vt ibidem notat *Monterent. verb. Inter eos*, & sic quatuor vncijs, quæ constituunt tertiam partem assis, duę spectant ad prefatum Ioannem Ludouicum, reliquæ decem vnciæ fuerunt in portione Ioannis Frācisci, ex quibus quinque tantum spectant ad Fratres Sancti Augustini, quia ad eorum fauorem idem Ioannes Franciscus cessit tantum medietatem suorum Iurium.

Non obstat, quod ex dispositionibus duorum Testium prætendatur probatum fuisse Testatricem vocasse æqualiter nepotes; Nam cum Testamentum sit vndique clarum, & in eo nulla facta fuerit mentio de Ioanne Lud-
7 uico, hoc sufficit pro illius exclusione, † neque defectus eius institutionis suppleri potest ex assertione duorum Testium, cum septem requirantur, ad tradita per *Bart. in l. cum proponebatur, ff. de leg. 2. Angel. & Imol. in l. quoties in princip. ff. de hæred. instit. Aldrob. consil. 17. num. 31. lib. 1. Dec. consil. 105. num. 3. vers. quibus tamen non obstan. Honded. consil. 51. numer. 72. & seqq. lib. 2.* & quando non agitur de voluntate simplici-
8 ter declaranda circa disposita, † sed de inducenda noua dispositione, quod pernecesse requiratur numerus septem Testium, firmant *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 12. tit. 16. nu. 10. & seqq. Simon de Prat. lib. 1. interpr. 1. dub. 3. fol. 5. num. 28. Cancer. var. resolut. part. 3. cap. 20. nu. 408. & seqq. Fontanell. de pact. nupt. clau. 6. glos. 3. part. 5. num. 67. Rot. in Fauentina legatorum 27. Ian. 1638. coram Reuerendissimo Terracinen. cum alijs alleg. in Carpentoraten. hæreditatis* 28. *Iunij* 1647. *coram R. P. D. meo Bichio, §. 2. vers. Nam vbi*, & prius *in Romana Dotis 27. Maij eiusdem anni coram me, §. Nec facit.*

Non obstat pariter concordia inita inter prędictū Ioannem Ludouicum, & Virginiam vxorem, atque legatariam dicti Ioannis Francisci, quia cum idem Io: Franciscus medietatem contentorum in diuisione cessisset ad fauorem Fratrum Sancti Augustini, antequam
9 iura sibi competentia legaret vxori, † concordia cum ea inita non potuit prejudicare Monasterio in iuribus antea ei cessis, & perfectè acquisitis, *l. 3. ff. de transact. l. 3. C. res inter alios act.*
10 Cessio enim vni facta operatur, † vt eadem iura in alterum transferri non possint, *Bart. in l. non quocunque 44. §. qui Caium num. 1. ff. de leg. 1.* vbi *Castr. num. 1.*

Prętensa autem retentio huiusmodi censuum pro asserto credito Alphonsi, nec minus refragari visa fuit, quia tale creditum
11 non iustificatur, † & quatenus probaretur stante lapsu triginta annorum intraret præsumptio pro illius satisfactione, *Menoch. consil. 457. num. 1. Surd. decis. 105. nu. 4. Duran. dec. 98. num. 2.* Maximè accedente etiam dispositione Statut. Bonoñ lib. 2. rubr. de pręscript. quod contentatur spacio decem annnorum, vt intraret pręsumptio solutionis.

Et ità informantibus tantum Patribus Sancti Augustini, &c.

REVERENDISSIMO P. D. CERRO,

Sac. Rotæ Romanæ DECANO.

Romana Renunciationis.

Lunæ 22. Maij 1651.

ARGVMENTVM.

Controuersia præstationis alimentorum factæ per Matrem filio, vel filijs Matri, an in dubio censeantur donata, cessat eo in casu quo quis non ex liberalitate, sed ex Testatoris pręcepto alimentare tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Legitima debeatur parentibus in bonis filiorum prædefunctorum, vna cum fructibus à die obitus. & num. 2.*
3 *Renuncians pendente iudicio super illius validitate, non prohibetur petere executionem ibidem promissorum.*
4 *Alimenta præstita per filium, Matri non censentur donata, sed possunt repeti, secùs si per Matrem filio. & num. seqq. vbi vide, & per totam.*
5 *in Matre erga filium præsumitur animus donandi.*
6 *Animus, & votum liberorum erga parentes, & parentum erga liberos non idem est.*
8 *Alimenta præstita iuxtà præsumptum Testatoris non cense-*

censetur donata, sed data adimplendam obligationem.

9 *Obligatio alendi si pracedit cætera corruunt donandi coniecturæ. & num.*10.

11 *Alimentorum taxatio pendet à iudicantis arbitrio.*

12 *Opera compensantur cum alimentis, & quando.*

DECISIO CXLIX.

INTER alia ex quibus D. Valentia de Valentibus mota fuit ad renunciandum legitimæ sibi debitæ in bonis filij expressum fuit scire, quod Philippus Renunciatarius volebat, vt Matri Renuncianti persoluerentur scuta 25. monetæ quolibet mense anticipatè donec ipsa vixerit modis, & formis eidem exponenti communicatis, & in Testamento ipsius exprimendis, prout actualiter in Testamento deindè condito relicta fuerunt: Vndè cum defuncto Renunciatario de mense Iunij 1648 Valentia permanserit in illius domo hęreditaria vsque ad diem 20. Ianuarij proximè prçteriti, & petierit etiam per modum prouisionis menstrua ista scuta 25. medio tempore decursa; ad instantiam Andreæ Angeli filij soluere recusantis, proposui dubium, An præteritæ menstruæ pręstationes pro nunc sint subministrādæ, & an intret compensatio cum alimentis sibi interim pręstitis. Cui per DD. quoad primam partem, fuit affirmatiuè responsum; Siquidem si subsistit renunciatio, pręstationes debentur iure actionis iuxtà promissionē renunciationi correspectiuè factam si verò subsisteret, debentur ex obligatione
1 legali, † & iure naturæ pro fructibus legitimæ parentibus debitæ in bonis filiorum pręde functorum, *l. nam, & si parentibus, ff. de inoffic. testament. l. scripto, ff. vnd. liber. Crass. de success. §. legitima quæst. 5. per tot. Card. Seraphin. dec. 963.*
2 *num. 5.* Et quidem vnà cum † fructibus à die obitus, *l. mulier, §. hæres, ff. ad Trebellian. Rip. in l. in fideicommissariam num. 24. ff. eodem, Marescott. variar. resolution. lib. 2. cap. 73. num. 1. Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 1. quæst. 1. num. 3. Rota in Romana Vsusfructus 14. Iunij 1635. coram Eminentissimo D. Cardinali Panzirolo.*

Non obstante, quod Valentia acriter renunciationem impugnauerit: Quoniam penden-
3 te lite super illius inualiditate; † non prohibetur petere executionem ibidem promissorum, ne interim careat bonis renunciatis, & pręstationibus correspectiuè promissis, iuxtà *doctrin. Felin. in cap. Capitulum num. 9. 13. & 14. de rescript. Franch. dec. 373. nu. 1. & per tot. Cartar. decis. Ianuen. 2. num. 8. Giurb. decis. 55. num. 11. & dec. 100. nu. 24. cum alijs in Romana domus 25. Februarij 1649. coram me, vers. Nec refragatur.*

Maior tamen fuit difficultas circa compensationem propter controuersiam Doctorum, quoad pręstationem alimentorum à filio fa-
4 ctam Matri, † An scilicet pręsumantur donata, vel potius pręstita animo donandi, in qua pro repetitione consuluit, *Corn. consil. 199. sub nu. 4. vers. in dubio autem lib. 3.* ponderans multum differre si alimenta à Matre pręstentur
5 filio, vel è contrà, † in Matre enim regulariter pręsumitur donandi animus, *per text. in leg. ex duobus, §. Titius, & in l. Nesennius, vbi scribentes communiter, ff. de negot. gest.* secus autem
6 in filio, † cum naturaliter non sit idem animus, & votum liberorum erga parentes, ac parentum erga liberos, cuius dictum sequitur *Mascard. de probation. concl. 75. num. 2. versic. è con-*
7 *trà autem lib. 1.* Pro donatione autem † *contrà Corneum, & Mascard. tenet Surd. de aliment. tit. 6. quæst. 9. num. 6. cum seqq.* concludens eamdem pręsumi animum Matris erga filios, & è contrà.

In proposito tamen DD. censuerunt non esse locum huic quęstioni, quæ à Doctoribus disputatur in casu dubio, & simplici; secùs vbi, prout hic, procedit causa obligatoria ex conuentione, & legato, ac pręcepto Philippi Testatoris; Tunc enim alimenta censentur pręstita ad implendam pręcedētem obligatio-
8 nem, † non autem animo donandi, vt declarat *Bald. in dicta l. Nesennius sub num. 4.* ibique *Bartol. pariter num. 5. Dec. cons. 616. num. 4. vers. & ista conclusio, Surd. cons. 119. num. 25. & 26. & consil. 534. num. 30. Menoch. cons. 231. num. 26. & 27. & cons. 771. num. 16. & de arbitr. cas. 88. num. 23. idem Surd. de alim. tit. 6. quæst. 8. num. 46. & 47.*

Indèque nihil releuat, quod agatur inter personas diuites, de quantitate alimentorum admodum modica, quodque Andreas Angelos nunquam fuerit protestatus, quod illa pręstaret animo repetendi, nec ad sui debitū in Codice rationum retulerit; sed immò Philippus viuēs eidem illa pręstiterit absque vlla
9 repetitionis instantia; † Vrgerent enim istæ coniecturæ si nulla pręcederet causa obligatoria, in quibus terminis illas expēdunt *DD. in dicta l. Nesennius. Marchabrun. cons. 110. nu. 44. vsque ad 78. Cyriac. controuers. for. cap. 489. nu. 1. & seqq. cum alijs per Rotam coram Cardin. Caualer. decis. 636. numer. 1. cum tribus sequent.* Secùs vbi
10 pręcedit obligatio, † hæc enim pręsumptio tanquam prępotens, & violenta vincit omnes alias, & tollit necessitatem protestandi, *vt magistraliter admonet Bart. in dicta l. Nesennius num. 5. & alijs comprobat Surd. vbi suprà, d. quæst. 8. num. 7.*

Perpensis tamen facti circumstantiis alimenta Valentiæ pręstita, Domini taxarunt in scutis sex pro quolibet mense, videlicet, pro tempore, quo ipsa permansit in domo Philippi, & pro hac rata dumtaxat minuendas esse menstruas pręstationes scutorum 25. à Philippo relictas, cum in maiori quantitate
11 non probentur pręstita, † & taxatio relinquatur prudentis iudicantis arbitrio, vt dictum fuit in *Anconitanà Alimentorum 14. Iunij 1649. coram Reu. P. D. meo Celso*: Immò si quid plus
12 fuisset pręstitum, † compensandū foret cum operibus, & laboribus maternis ab eadem Valentia pręstitis circa suppellectiles, aliaque muliebria, quousque in dicta domo permansit, *vt monuit Alexan. in l. si paterno num. 2. Cod. de negoc. gest. Aretin. cons. 48. num. 7. Cuman. cons. 87. sub num. 5. vers. ac etiam quia ipsa Puella, Marcabrun. dicto cons. 110. num. 69. & 70. Gaiter. variar. resolut. lib. 1. cap. 16. num. 35.*

Et ita vtraque, &c.

RE-

REVERENDISS. P. D. CERRO Sacræ Rotæ DECANO.

Asculana Renunciationis.

Lunæ 22. Maij 1651.

ARGVMENTVM.

Promissionem de faciendo renunciare vxorem maritus adimplere tenetur, itaut faciendo possibilia non excusetur, quomodo autem huiusmodi exequatur promissio, quæ facti alieni dicitur nos præsens docet decisio.

SVMMARIVM.

1 *Clausula*, si quid exequendum, *præseruat viam executiuam, eiusque vigore nouum potest concedi mandatum.*

2 *Promissio de faciendo renunciare, obligatione camerali, ac iuramento munita, paratam habet executionem.*

3 *Obligatus ad factum, eo non adimplente præuia carceratione, & pignorum captione, promissa adimplere tenetur.*

4 *Maritus obligatus facere renunciare vxorem, si suo conatu renunciationem obtinere non potest, venit excusandus & num. seqq. amplia, & limita.*

8 *Contrahentium voluntas debet in stipulationibus in primis, & antè omnia seruari.*

9 *Clausula*, alias de proprio, *quid operetur.*

10 *Maritus vxoris promittens renunciationem, pro parte sua tenetur adimplere.*

11 *Maritus propter enormissimam Læsionem excusatur à promissa vxoris renunciatione.*

12 *Læsio considerari non valet in iure euentuali, & incerto.*

13 *Mulier dotata non læditur renunciando etiam pingui hæreditati.*

14 *Bona, & hæreditas simul confunduntur, & promiscuè accipiuntur.*

15 *Determinatio vnica inequaliter determinari non debet.*

16 *Verborum dubietas ex quibus excludatur.*

DECISIO CL.

PROMISERAT Laurentius Ferruccius in Instrumento dotali sub iuramento, & obligatione Camerali, quod Anna Maria eius vxor solemniter renunciasset ad fauorem Phebi de Nouis eius fratris omnibus bonis paternis maternis, Auitis, & fraternis, additis his verbis ibi, *Et denique &c. promisit ità, & taliter agere, & curare quod possibilia, & impossibilia fecisse, factumque alienum promisisse nullo modo excusari possit alias de proprio, & ad omnia damna &c.* Verum quia huiusmodi renunciatio actualiter facta non fuit; ideò Phebus iudicialiter illum conuenit coram A.C. qui 11. Maij 1649 contra ipsum relaxauit mandatum executiuũ ad factum, & deindè 3. Augusti sequentis præuio decreto expeditionis dicti mandati aliud relaxauit pro summa florenorum 5000. loco damnorum, & interesse: sed interposita appellatione Causa mihi commissa fuit cum clausula *Si quid exequendum*, vndè proposito dubio ad formam Commissionis Informantes pro Laurentio principaliter opposuerunt mãdatum ad interesse excusari non posse ab euidenti nullitate vt potè relaxatum nulla præcedente illius liquidatione, quo per DD. perpenso ad tollendum omnes ambages placuit ipsis respondere, ex integro relaxandum esse nouum mandatum ad factum, quia dicta

1 clausula *si quid exequendum* † constito de bono iure agentis præseruat viam exequutiuam prò noua mandati relaxatione quatenus præcedẽs patiatur aliquas difficultates circà validitatem *vt respondit Rota coram Card. Mellino decis. 362. numer. 3. in Eugubina pensionis 25. Maij 1618. coram bon. mem. Manzanedo, ac nuperrimè in Romana pecuniaria 27. Maij 1650. coram R. P. D. meo Celso §. verum DD. & §. finali*: Dum igitur promissio Laurentij de faciendo renunciare vxorem

2 munita fuit iuramento, † & obligatione Camerali paratam habet exequutionem, *vt probat Zacch. ad Galles de obligat. Camer. quæst. 2. nu. 1. & 14. cum seqq.* Atque ideò non docto de actuali renunciatione relaxari debet mandatũ

3 ad factum, † vt obligatus præuia carceratione, & pignorum captione promissum factum adimpleat, *vt responsum fuit in Fulginaten. liberationis à molestijs 27. Iunij 1646. coram R.P.D. meo Bichio penes eundem Zacch. decis. 262. num. 9. cum duobus seqq.*

Non obstat quod Laurentius omnes adhibuerit diligentias, vt eius vxor renunciaret, ideoque excusari debeat.

Licèt enim Maritus faciendo quidquid po-

4 test pro habenda renunciatione; † si illam obtinere nõ valet regulariter sit excusandus, nec proindè teneatur ad aliquod interesse, secundum communem sententiam, de qua *per Iason. in l. stipulatio ista sub num. 10. ff. de verb. oblig. Crot. in l. 4. §. Cato in secunda lectura num. 30. ibiq. Galiar. num. 52. & Alciat. num. 130. ff. eodem Ludonic. Alfer. cons. 5. num. 12. cum duobus seqq. Ruyn. consil. 07. num. 1. & per tot lib. 4. Paris. cons. 110. num. 7. lib. 1. Card. Mantic. de tacit. lib. 14. tit. 34. num. 11. & tit. 35. num. 1. cum seqq. Marant in prax. par. 6. disput. 7. num. 20.* referens in puncto hanc opinio-

5 nem esse veram, † dummodo sine fraude fecerit totum conatum *cum alijs per Rotam coram bon. mem. Buratto decis. 64. num. 1. cum seqq. ibique Adden. num. 15.* qui hoc defendit constito, quod non fictè, nec simulatè, sed bona fide diligentias fecerit; Idque etiamsi promissio esset am-

6 plissima, † nempè quod cum effectu curaret promissam renunciationem *Couar. in cap. quamuis par. 2. §. 4. num. 6. ad fin. de pact. in 6. Ferrett. cons. 128. num. 9. Paris. d. cons. 110. nu. 42. & sequen. ac num. 52. & 84.* vbi respondet omnibus obiectis, Et iuramento vallata *Surd. decis. 234. n. 12. cum seqq. vbi plures cumulat auctoritates Buratt. dicta decis. 64. dicto num. 2.* Immò etiam si fuisset pro-

7 missum prout in Casu nostro, quod faciendo possibilia non excusaretur *Paris. dicto cons. 110. sub num. 58. Gabr. cons. 131. num. 5. 6. & 7. lib. 2.* vbi quod hoc potissimè seruari debet in Terris Ecclesiæ vbi proceditur de æquitate.

Nihi-

Nihilominus præfata nō procedunt quando prout hic, ex mente Contrahentium constare potest quod promittenti non sufficeret quātumuis maximam diligentiam adhibere, nisi effectus sequeretur. Hoc enim casu promis-
8 sor sine dubio ad interesse obligatur, † cum voluntas Contrahentium etiam in stipulationibus in primis seruari debeat, *vt limitando præfatam conclusionem probant Dec. cons.324. numer.1. Panciral.cons.45.num.33. Ferret. dicto cons.128.numer.10.Card.Mantic. vbi supra dicto tit.35.num.29* vbi dicit hunc articulum esse valdè ambiguū & controuersum *Gabr. de pact.concl.2.num.9.Seraph. de priuil.iuram.priuil.74.nu.31. Cyriac.contr. for.cap.303.num.13.& 69.Vicent. de Franch.decis. 264.num.12. Ioseph Ludouic.decis.Perus.27.num.8. Rota decis.67.num.3.par.4.recent. cum alijs adductis per Adden. ad Buratt. dicta decis.64.num.18. & 19.* Præfata autem Contrahentium voluntas in proposito satis clara desumitur, Tum ex illis verbis, *quod possibilia, & impossibilia fecisse factum alienum promisisse nullo modo excusari possit &c.* vt in puncto per bellè firmat *Marant. dicta disput.7 num.23.* vbi ponderat hæc præcisa verba; Tum etiam quia addita fuit clausula, *aliàs de proprio*
9 per quam datur intelligi promittentem in omni Casu non sequutæ renunciationis de suo teneri voluisse, *vt admittit Paris. dicto cons. 110. num. 10. & pluribus adductis probat Mantica vbi supra dicto tit.35. num. 32. cum cæteris allegatis per Adden. ad Buratt. dicta decis.64.num.19.*

Præterea ponderatum fuit quod prædicta promissio emanauit correspectiuè ad Constitutionem dotis, vndè cum Laurentius præfatam dotis constitutionem acceptauerit, &
10 consequutus fuerit, † teneatur proinde ex parte sua adimplere propriam obligationem, aliàs Iure optimo conueniri potest ad interesse, *vt in puncto firmauit Rota coram Card.Caualer. decis. 64. num.1. & per tot quam refert, & sequitur Add. ad san.me. Greg.decis.241. sub littera B. vers. hoc certum est.*

Nec refert, quod vxor noluerit renunciare sub prætextu quod enormissimè læderetur, ac
11 proindè † ob hancCausam ipse quoque Laurentius excusari debeat, *vt probat Ioseph Ludouic. dicta decis.27. num.11. & dixit Rota coram Buratto dicta decis.64.num.10.*

Quia cum de tempore promissæ renunciationis illius mater viueret, & sic quoad ipsam non ageretur de iure iam quæsito, sed de iure quærendo, ac de sola spè succedendi omninò incerta, & euentuali vt potè pendente tam à futura eius bonorum acquisitione, & conseruatione, quam ab illius dispositione, nul-
12 la penitus quoad eam probabilis læsio considerari valet *l.1. §.si impuberi ff. de Collat. Bonor. Aldobrand.cons.26.nu.119.lib.1. Fontanell. de pact. nupt.claus.9.gloss.vnic.par.1.num.22.& 23. cum cæteris allegatis in Romana Renunciationis 14. Iunij 1649. coram R. P. D. meo Ottobono, & 23. Martij 1650. coram Me vtrobique sub §.final.* Eoque minus cum Anna Maria congruè esset dotata non solum de bonis Paternis, sed etiam pro summa florenorum 500. de maternis, vt est in Confesso apud Partes, ex quo proindè facilius excluditur allegatæ læsionis exceptio,
13 nam mulier † dotata non læditur renunciando etiam pingui hęreditati Dotantis *Carol. Ant. Put. inter cons. Odd.cons.vnic. sub num.27. vers. renunciatio autem, quem refert, & sequitur Fontanell. vbi supra dicta par.1.num.35. cum seqq.*

Minimè obstat, quod Laurentius promiserit vxorem renunciaturam bonis, non autem hæreditatibus.

Quia bona cum hæreditate confunduntur,
14 ac † promiscuè accipiuntur *l. hæreditas 5.C. de pact.Conuent.Alciat.cons.14.num.8.& 12.lib.5.Cyriac. contr. 88. num. 9.* Præsertim in proposito, Tum quia sub vnica Periodo, & structura verborum etiam promissa fuit renunciatio bonorum paternorum, ideoque sicut ista non possunt intelligi, nisi de hæreditate cum Pater iam esset mortuus, ita etiam idem dicendum
15 est respectu maternorum, † nè vnica determinatio inæqualiter determinet *contra tex. in l. iam hoc iure ff. de vulg.* Tum etiam quia dum Laurentius sequuto obitu Matris vxorem requisiuit, vt illius bonis renunciaret, non nisi de illius hæreditate intellexisse censetur, quod
16 proindè † omnem remouet verborum dubietatem, aliàs fortasse contingentem *argumento tex. in l. ex facto ff. de vulg. & in cap. si Papa de priuil. in 6.*

Et ita vtraque parte informante &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Bononien Indemnitatis.

Lunæ 22. Maij 1651.

ARGVMENTVM.

Minoris obligatio facta pro restituenda dote sororis secundò nubenti dicitur valida si solemnitates statuti fuerunt adhibitæ, intèr quas si requiritur consanguineorum iuramentum illud quoque interuenire debet, ex quo autem illud interuenisse probetur ex decisione videbis.

SVMMARIVM.

1 *Contractus minoris factus cum solemnitatibus statuti dicitur validus & num.seq.*
2 *Decretum iudicis, & iuramentum faciunt omnia ritè, & rectè ac solemniter peracta fuisse præsumi.*
3 *Causa restitutionis dotis sorori ad secundas nuptias conuolantis dicitur sufficiens ad obligationem minoris.*
4 *Causa per iudicem admissa præsumitur talis, qualis à statuto requiritur.*
5 *Insinuatio in contractibus minorum requisita ex constitutione Aegidiana, non exposcitur à statuto Bononiæ.*
6 *Statutum Bononiæ seruare sufficit circa contractus minorum absque quod vlla interueniat insinuatio.*
7 *Insinuatio præsumitur ex cursu annorum triginta. Solemnitas extrinseca diuerso tempore actus, & ab alio Notario fieri potest, & ideò ex cursu annorum 30. præsumitur num.7.*
8 *Iuramentum consanguinei à statuto requisitum non com-*

comprehenditur sub clausulis cæteratis, & verbis relatiuis.
9 *de Iuramenti substantia ex quibus constare dicitur*
10 *Iuramentum consanguineorum iuxtà formam statuti quando in contractu minorum dicatur interuenisse & sup.num.8. cum seqq. vbi vide.*
11 *Relatio facta ad statutum operatur ac si omnia in eo contenta fuissent expressa.*
12 *Instrumentum producens illud posteà impugnare non potest.*
13 *Excussionis beneficium amittitur per promissionem indemnitatis factam clausulis amplissimis.*

DECISIO CLI.

STETERVNT Domini in decisis coram Me sub die 30. Ianuarij proximi præteriti, ex iisdem prorsus fundamentis. De validitate enim obligationis Co.Philippi non fuit dubitatum:
1 quia facta † fuit omnibus adhibitis solemnitatibus statutariis. Cyriac. *contron.216. num.8. Rot.decis.582.num.5.par.4. tom.3. recent.* ac ipsius
2 iuramento, & Iudicis decreto firmata: † ex quibus omnia ritè, & solemniter acta præsumuntur, *l. manumissio ff. de manumiss.vind. Surd. decis.231.num.20.Rot. post Pacific. de Saluian.decis. 26.num.21. in Romana Saluiani 23. Ianuarij 1643. §. & visa fuit, coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Anconitana redditionis rationis 2. Decembris 1647.§. est enim, coram Reuerendissimo Terracinen.*

Non obstat prætensus causæ defectus. Quia præterquam quod de causa nulla fit mentio Statutum, vt fuit in altera decisione ponderatum; obiectum cessat ex lectura Instrumenti, in quo apparet; obligationem Philippi emanasse ad effectum, vt mediante Census impositione dos restitueretur Dorotheæ eius sorori
3 ad secundas nuptias transeunti: † hæc autem causa est à Iure approbata. *Carpan. ad Statut. Mediol.par.1.cap.278.num.178.Rot. in Assisien. repetitionis dotis 21. Iunij 1632. coram bo.me. Pirouano*: & cùm fuerit à Iudice, qui decretum in-
4 terposuit, admissa, † præsumitur talis, qualis per Statutum requiritur. *Rot. post Pacific.de de Saluian.decis.227.num.3.coram Buratt.decis.781 num.1. in fine, in recent.decis.245.num.5.par.2. decis.345.num.9.par.4. decis.11.num.2. par.5.* & fuit dictum *in Romana Saluiani interdicti 15. Decembris 1614. coram Sanctiss.D.N.tunc huius Sac.Tribunalis Auditore, in Romana prætensæ restitutionis dotis 15. Ianuarij §.cuius quidem, & 21. Iunij 1649 §. Sed etiam, coram R.P.D. meo Peutingerio, cum aliis congestis in Romana renunciationis 23. Martij 1650.§. ex his itaque, coram R.P.D. meo Cerro.*

Minus releuant ea, quæ repetuntur de Insinuatione, quæ in huiusmodi contractibus minorum asseritur necessaria ex dispositione Constitutionis Aegidianæ.

Placuit enim Dominis responsio precedentis decisionis,
5 † quòd videlicet cùm Bononię vigeat particulare Statutum certas solemnitates præscribens, earum sufficiat obseruantia absque eo quod aliqua sit opus insinuatione à præfato Statuto minimè requisita, ex allegat per *Gratian. discept.472. num.3. & 4. Rot. coram Seraph.decis.343. coram Buratt.decis.333. ibique adden.litt.C.* Et cessat in præsenti difficultas ob lapsum triginta, & ampliùs annorum, quo
6 illa, † tanquam solemnitas extrinseca præsumitur interuenisse; cùm diuerso tempore, & ab alio etiam Notario fieri possit. *Gabr.de præsumpt.conclus.1.num.56. Rota coram Caualer. decis. 575. num.11. in recent. decis.682. num.18. & seqq. par. 4. tom. 3. in Romana fideicommissi de Cosciarijs 16. Martij 1698.§. Præter quod, coram R.P.D.meo Corrado, & in Beneuentana manutentionis 9. Iunij 1649.§ Nec refert, coram R.P.D. meo Peutingero.*

Habita verò non fuerunt in consideratione, quæ inculcabantur de iuramento agnati, quod
8 sub clausulis cæteratis, & verbis relatiuis non comprehenderetur, ex *decis. Buratti 120. sub nu.4.* Illius enim fundamenta procedunt: quia ibidem nulla aderat enunciatio iuramenti, ideò meritò dictum fuit non sufficere verba generalia: sed in casu nostro iuramentum verbis expressis præstitum legitur, ibi, *Iurarunt, &c. in omnibus, & per omnia iuxta formam*
9 *Statutorum Bononiæ*; † Ex quibus de illius substantia constare dicitur. *Bald. in l. ex his verbis num. 2. vers. item oppono, C. de testam. milit.* vbi distinguit inter iuramentum enunciatum, &
10 non enunciatum, † *Seraphin. de iuram.priu.22. num.119.* ac propterea extendi debet iuxtà formam à Statuto præscriptam, vt in puncto de clausula, *iurauit*, cæterata, tradit *Prob. in add. ad Monach. in c. licet num.2. de iureiur. in 6.Imol. conf.86. num.3.Rot. Bonon. inter Statut. decis.140. num. 15.* Attenta præsertim relatione ad idem
11 Statutum habita, † quæ operatur perinde, ac si omnia in eo contenta essent expressa. *Rota coram Penia decis.288.num.3.decis.380.num.14.*

Et eò faciliùs DD. in hanc sententiam inclinarunt, quia Co. Astorgius eundem contractum approbauit, ne dum per diuturnum silentium, sed per præcisam illius ratificationem, Instrumentum contra Maluetios prin-
12 cipales census debitores producendo, † ità vt ampliùs de eius nullitate dare non possit. *Abb. conf.11.num.19. & 20. Rot.Bonon. inter Statut. decis.64. num. 3.* nec se interim eximere valeat ab ibidē promissis sub prætextu excussionis priùs faciendæ contra eosdem Maluetios; tali enim beneficio gaudere non potest ob clausulas am-
13 plissimas, † quibus per Philippum Herculi fideiussori indemnitas fuit promissa. *Rot.coram bo.me,Cardin,Millin.decis.275.num.2.*cum aliis in præcitata allegatis.

Et ita vtraque &c.

REVERENDISS. P.D. CERRO S. Rot.Rom. DECANO.

Meleuitana Parrochialis.

Veneris 26. Maij 1651.

ARGVMENTVM.

Beneficium, super quo lis pendebat in Rota, si ab alio ex collitigantibus per nouam gratiam fuit à Pontifice impetratum facta tamen litis mentione, licèt impetratio attentata dici non debeat

debeat, illius tamen verificatio coram executore facta à vitio attentatorum saluari non potest.

SVMMARIVM

1 *Prouisus ab Ordinario de Parrochiali in mense reseruato vacata tenetur infrà quatrimestre expedire à Sede Apostolica literas suæ prouisionis.*

2 *Attentata dicuntur omnia gesta post inhibitionem Rotalem, & ideo reuocanda.*

3 *Verificatio nouæ gratiæ super eodem beneficio sub lite in Rota pendente fieri debet in eadem Rota non autem coram executore.*

Executor nouæ gratiæ beneficij de quo pendet lis in Rota ad illius executionem procedere non potest citrà vitium attentatorum num. 3.

4 *Litis mentio facta Pontifici in impetratione eiusdem beneficij tollit obstaculum nè lite pendente liceat Principi supplicare.*

Lite pendente non licet supplicare Principi num. 4.

5 *Pontifex non censetur causæ cognitionem coram Rota pendentis ab ea auocare voluisse, & quando procedat.*

6 *Prouisio Pontificis nunquam dicitur attentata.*

Executor apostolicus procedens in spretum inhibitionis Rotalis attentare dicitur num. 6.

7 *Mandatum speciale requiritur pro allegando suspectum iudicem.*

8 *à Recusatione iudicis censetur recessum per comparitionem deinde coram eo simpliciter factam.*

9 *Exceptio non iuris in beneficio non admittitur nisi probetur, vel per confessionem partis, vel per rem iudicatam.*

10 *Attentatorum reuocatio ex officio iudicis cuius maiestas fuit contempta nunquam, impeditur.*

DECISIO CLII.

DOMINICVS Magrus præuio concursu ab Ordinario prouisus fuit de Parrochiali Ecclesia S. Laurentij Insulæ Melitæ; Verum quia vacatio dictæ Parrochialis contigerat mense Februarij 1648. Sedi Apostolicæ reseruato, &
1 proindè teneretur infrà quatrimestre à die vacationis adire Sedem Apostolicam pro expeditione litterarum suæ prouisionis iuxtà *formam Constitutionis san. mem. Pij Quinti 33. in Bullario sub §. 4. vers. Ac illarum etiam tom. 2.* ideò ex quò illius formam non adimpleuit Ioannes Mattheus Habela 23. *Iulij eiusdem Anni* à Sanctissimo Domino Nostro de ea gratiosè prouisus fuit, & vigore huiusmodi prouisionis expedito Breui de capiendo possessionem nomine Cammeræ illoquè exhibito coram Auditore Cammeræ altero ex Executoribus ibidem insolidum deputato ser. ser. ac citato dicto Dominico sententiam immissionis obtinuit, à quo ipso appellante, Signatura pluries adita, vltimo loco causam mihi cōmisit cum clausula Parito Breui, qua commissione præuia citatione ad dicendum contrà in actis producta, Ioannes Mattheus illius vigore expediuit solitam Inhibitionem, quam *septima Ianuarij* 1650. personaliter eidem Dominico præsentari curauit.

Post hæc ipse Dominicus Sanctissimum adiuit, & sub narratiua, quod Ioannes Mattheus in concursu examinatus, & approbatus non fuerit de eadem Parrochiali certo modò sibi prouideri impetrauit; Vndè Ioannes Mattheus nè ipse vigore huius nouæ prouisionis aliquid innouaret, alteram Inhibitionem expediuit, quæ personaliter præsentata fuit tam hic in Curia eidem Dominico principali 14. *Februarij*, quam in partibus 4. *Aprilis eiusdem Anni* 1650. eius Procuratori, Notario, & Executori in dicta noua Prouisione deputato: Verum quia dictus Executor in spretum præfatæ Inhibitionis, ac pendentiæ litis in Rota coram ipso specialiter allegatæ mandatum de immittendo relaxauit, illumque actualiter in possessionem immisit, & ad alia præiudi-
2 cialia deuenit; † Ideò proposito Dubio, Domini censuerunt omnia supradicta esse notoriè attentata, & sic omnino reuocanda *iuxtà dispositionem cap. non solum de appellat. in 6. cum concordantibus, & fuit resolutum in Ianuen. Attentatorum 2. Decembris 1650. coram me.*

Non obstat, quod lis introducta esset super executione dicti Breuis de capiendo possessionem nomine Cammeræ; In partibus verò actum fuerit vigore alterius Prouisionis ab illo pœnitus distinctæ, & separatæ.

Quia huiusmodi prouisio exhibenda erat in hoc Sacro Tribunali, cum ad ipsum spectet verificatio nouæ gratiæ lite eorum eo pendēte super eodem Beneficio ab Altero ex Colli-
3 tigantibus impetratæ, † ac propterea dictus Executor ad illius executionem procedere non potuit absquè incursu attentatorum, *vt in puncto respondit Rota coram bon. mem. Coccin. decis. 443. nu. 2. & 3. in Terdonen. Iurispatronatus 13. Maij 1616. & 13. Iunij 1618. coram Sanctissimo Domino Nostro in Asculana Iurispatronatus prima Iulij 1620. coram bon. mem. Card. Sacrato, in recen. decis. 242. per totam par. 4. tom. 2. in Lunen. Sarzanen. Iurispatronatus 4. Decembris eiusdem anni coram bon. mem. Remboldo, & in Aquilana Iurispatronatus 18. Iunij 1649. coram R. P. D. me Meltio sub §. Pendentiam autem.*

Nec suffragatur mentio litis in ipsa per Do-
4 minicum facta, † Quia præseruat quidem à vitio subreptionis, & tollit obstaculum, nè lite pendente liceat Principi supplicare, *iuxtà decis. Cassad. 18. num. 6. de Præbend.* sed non efficit, quod executio coram Alio, quam coram Rota peti potuerit, *vt responsum fuit coram bon. mem. Coccin. dicta decis. 443. num. 4. in dicta Asculana Iurispatronatus num. 4. & 5. & in dicta Aquilana Iurispatronatus dicto §. Pendentiam autem, vers. nam talis mentio*: Ea scilicet ratione, quia summus Pontifex ab ipsa huiusmodi cognitionē
5 auocare voluisse non censetur, † nisi ex certa scientia id fecerit, & hoc sanè nunquam fecisse existimari potest nisi de Processu coram ea Fabricato expressa mentio facta fuerit, *Egid. decis. 46. sub num. 1.*

Indequè non releuat, quod præfata prouisio non possit dici attentata, licèt enim verum sit, quod Papa non attentet prouidendo At-
6 tentat tamen Executor procedendo ad † illius exe-

executionem in spretum litis pendentiæ, ac præfatæ Inhibitionis, *vt respondit Rota coram san. mem. Greg. decis. 10. circà medium cum alijs allegatis in Mediolanen. Beneficij 17. Iunij 1644. coram R. P. D. meo Bichio, & in Gerunden. Beneficij 1. Februarij 1645. coram me §. final.*

Nec obstat allegata nullitas Processus Compulsorialis, ex quò Procurator Dominici Iudicem, & Notarium vti suspectos recusauerit.

Quià præter quod non constat de illius spe-
7 ciali mandato † prout requiritur ad istum effectum *Alexand. cons. 78. num. 14. lib. 5. Rolan. à Valle cons. 19. num. 2. vol. 3. Caputaquen. in puncto decis. 168. num. 1. & 2. par. 1. san. mem. Greg. dec. 368. n. 1. et 2.* Cum deindè idem Procurator citatus coram eis comparuerit, ac præsens fuerit collationi eiusdem Processus, & Iurium in eo contentorum, ac non contradixerit, nec reclamauerit, vt constat ex illius lectura *fol. 33. à tergo in fine*, ibi, *Prædictoque R. D. Carolo Magro Procuratore R. D. Dominici Magri exaduerso principalis citato, comparente, præsente, audiente, &*
8 *intelligente &c.* à præcedenti recusatione recessisse præsumitur, *Card. Seraphin. decis. 532. num. 2 decis. 971. num. 2. & decis. 1057. num. 1. san. mem. Gregor. dicta decis. 368. num. 2. Card. Caual. dec. 348. num. 5.*

Postremo nec subsistit obiectio non Iuris Ioannis Matthei ex eo deducta, quod reprobatus fuerit ab Examinatoribus Synodalibus.

Quià vltrà quod non iustificatur, & excep-
9 tio non Iuris † in hoc Iudicio non admittitur nisi probetur per confessionem Patris, vel rem iudicatam, *Greg. decis. 465. num. 9. Andr. decis. 37. num. 5. & decis. 82. num. 13.* Impediri saltem non potest attentatorum reuocatio ex officio Iu-
10 dicis† ob spretum Iurisdictionis, & contemptam Rotæ Inhibitionem, cuius maiestas læsa fuit, *Greg. dicta decis. 465. num. 10. Rota in Messanen. Decanatus 13. Februarij 1645. & in Colonien. optionis 3. Iulij eiusdem Anni coram Reuerendiss. D. Terracinen. & in Luceorien. Attentatorum 26. Iunij 1648. coram me.*

Et ità vtraque &c.

R. P. D. CORRADO.

Posteà S. R. E. CARDINALI.

Marsicen. Iurisdictionis.

Veneris 26. Maij 1651.

ARGVMENTVM.

Episcopus quoad iurisdictionem in locis existentibus intra fines suæ Diœcesis, habet intentionem fundatam, & prætendenti se esse exemptum à tali iurisdictione, incumbit onus id plenè, & concludenter probandi, & huius occasione quæ requirãtur ad probandum immemorabilem, & ex quibus immemorabilis exclusa remanet eruditissimè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *ex Decisionibus in causa factis resultat iustitia sententia Rotalis.*

2 *Restitutio in integrum non datur vbi non constat de grauamine, & læsione.*

3 *in Diœcesi existere aliquam terram ex quibus probetur.*

4 *Appellatio à sententia Vicarij foranei deuoluitur ad Episcopum.*

5 *Ecclesiæ omnes existentes intra fines Diœcesis subiacent Episcopo, & quando secus. num. 6.*

6 *Exemptio à iurisdictione Episcopali cõcludenter probanda est ad elidendam Episcopi intentionem.*

7 *de vna Diœcesi in aliam sese transferentes, efficiuntur illius Diœcesis, in quam transferunt.*

8 *Amplia procedere etiam vna cum Ecclesiis ab ipsis ibidem ædificatis.*

9 *Amplia etiam si alteri territorio ratione dominij temporalis subiecta fuisset.*

10 *Ecclesia censeri debet constructa auctoritate Episcopi Diœcesani.*

11 *Archipresbyter non habet potestatem Episcopalem, nec vllam iurisdictionem exercere potest.*

12 *Ecclesia, seu Ciuitas in alium locum translata, quando retineat primæua priuilegia.*

Episcopus quoad iurisdictionem in locis existentibus intra fines suæ Diœcesis habet intentionem fundatam.

13 *Amplia quando concurrerent plures actus iurisdictionales gesti ante motam litem ab Episcopis pro tempore.*

14 *Immemorabilis vt probata remaneat, quæ requirantur.*

15 *Immemorabilis non dicitur probata si deficiat vnum ex requisitis gloss. in cap. 1. de præscript.*

16 *Immemorabilis non dicitur probata quando in testibus deficit ætas necessaria.*

17 *Immemorabilis ut probata remaneat, requiritur nihil fuisse in contrarium actum, nec auditum ante iudicium institutum.*

18 *Iurisdictio Episcopi ad excludendam immemorabilem in contrarium præseruatur ex actibus iurisdictionalibus.*

19 *Immemorabilis nõ probatur per scripturas quæ præseferunt tempus, ac includunt initium cuiuslibet actus, & quare.*

20 *Actus in dubio illi sunt præferendi, qui iuris dispositioni nituntur.*

21 *Præscriptio impeditur stante mala fide.*

22 *Decretum prouisionale non debet attendi, sed quidquid causa cognita iudicatum fuit seruandum est.*

23 *Restitutio in integrum aduersus rem iudicatam non datur, nisi concludens iniustitiæ, & læsionis probatio concurreret.*

DECISIO CLIII.

CONTROVERSIAM iamdiù excitatam anno 1572. inter Reuerendissimum Episcopum Marsicen. ex vna, & Archipresbyterum Ecclesiæ Collegiatæ S. Antonini Terræ Saponariæ ex altera parte prętendentem locum illum nullius esse Diœcesis; Vel saltem per immemorabile tẽpus à Iurisdictione Episcopi exemptum, ac illius exercitium Archipresbyteris fuisse acquisitum Rotali sententia à bon. mem. Patriarcha Hierosolymitano die 7. Februarij 1614. prolata præuia decisione sub die 26. Aprilis 1609. definitam, & subse-

cura

cura rei iudicatæ executione præcedentibus alijs decisionibus coram bon.mem. Buratto, & successiuè R.P.D.meo Bichio sopitam modernus Archipresbyter instaurare contendit vigore commissionis restitutionis in integrū, prout de iure nuper obtentæ. Ad cuius formam hodie proposito dubio, eoque exactè discusso, Domini responderunt non constare de causis restitutionis in integrum.

1 Quia sententiæ †Rotalis iustitia visa fuit in concussa, pleneque comprobata in eisdem præcedentibus decisionibus tam coram Patriarcha Hierosolymitano *in recent. decis. 248. par. 2.* quàm coram Buratto *decis. 578.* & demum *cor. eod. R.P.D. meo Bichio sub diebus 18. Fe-*
2 *bruarij, 17. Iunij & 11. Decembris 1647.* † Quibus omnino excluditur quæuis adducta pro parte ipsius Archipresbyteri grauaminis, atque læsionis ratio, ac proinde cessat petita in integrum restitutio. *cap. 1. ibiq. gloss. in verb. detrimentum, c. cum ex litteris. & c. constitutus. de in integ. restit. Rot. decis. 1. de restit. in integr. in nou. & penes Card. Seraph. dec. 1238. nu. 1. vers. nam nunquā datur restitutio, Burat. decis. 323. n. 1. uers. & ideo. Duran. decis. 94. num. 2. vers. de causis, & in recent. dec. 427. sub num. 1. vers. cessante autem, & decis. 532. num. 2. vers. hoc tamen, par. 1. & decis. 500. num. 1. ex quibus, ac decis. 590. nu. 6. versic. quo verò ad secundam partem, par. 5. cum vulg.*

3 Nam quod Terra Saponariæ cum Ecclesia prædicta in Ecclesia Marsicen. existant plenè probatur tam ex dispositionibus testium examinatorum anno 1590. mense Septembris coram A.C. relatis in processu præfati bo.me. Patriarchæ, & aliorum plurium coram eodem D. meo Bichio describentium Loca in prædicta Diœcesi existentia, quàm ex confessionibus ipsorum Archipresbyterorum pro tempore etiam in actis publicis ante litem motam, & ex pluribus actibus Diœcesanis, ac iurisdictionalibus ab anno 1478. citrà, & præsertim ex confirmatione Archipresbyteri pro tempore à Capitulo dictæ Collegiatæ electi, *iuxta cap. ex frequentibus, & ibi DD. de instit.* Ex deuolutione appellationum ab eius sententijs, & decretis ad Episcopos Marsicenses, vt
4 deponunt ipsi testes Archipresbyteri † prout fieri solet à sententijs Vicarij foranei, *cap. dilecti il 3. de appellat. gloss. in Clem. 2. in verbo foraneo, & ibi Card. num. 23. versic. vigesimo tertio quæro, cum seq. de rescript. Abb. in repetit. cap. si quis contra, sub numer. 35. versic. & hoc in Vicario principali, de for. competent. Card. Seraph. decis. 615. num. 3. versic. & confirmatur, Iacob. Sbroz. de offic. Vicar. lib. 1. qu. 23. num. 9. vers. secus à sententia Vicarij.* Et ex alijs latè, ac distinctè ponderatis *in d. decis. Buratti 578 & D. mei Bichij sub die 18. Februarij 1646. in §. pro-*
5 *bat inquam, cum seq.* † Ex quibus erronea prorsus conuincitur prætensio Archipresbyteri, atque assertio duorum testium de auditu, & de auditu auditus pro eo deponentium dictam Ecclesiam nullius esse Diœcesis, cum plena hinc resultet, ac euidens contraria probatio, quæ sacrorum etiam Canonum dispositioni apprimè congruit, quibus omnes Ecclesiæ Episcopij subijciuntur, *cap. decretum est, cum seq. 10. quæst. 1. cap. omnes Basilicæ 16. quæst. 7.* Itaut meritò scripserit *Felin. in cap. graue, sub num. 2. prope fin. versic. immo videtur, de rescript.* „*Immo videtur quod non sit dare locum, qui non sit in aliqua Diœ-*
6 *cesi &c.* † Nisi fuerit illi specialiter à Sede Apostolica indultum, separatumque territoriū assignatam, vel præscriptione immemorabili, aut alias legitimè acquisitum. *Hostien. in cap. cum contingat, sub nu. 1. vers. mihi videtur, ubi Butr. sub num. 11. vers. de consuetudine autem, & Abb. sub num. 18. versic. sed quæro, de for. compet.* & respondit *Rota in Fanen. Iurisdictionis 18. Maij 1609. coram Litta sub princip. vers. non enim datur locus &c.* vbi aliæ plures referuntur, *& in Constantien. Iurisdionis 18. Maij 1611. coram Attrebaten. in recen. decis. 324. sub numer. 1. versic. eo enim ipso, cum seq. par. 1.* & in hac eadem causa penès *Buratt. dicta decis. 578. nu. 1. versic. primo quia, cum sequen. & in alia decis. 912. n. 1. vers. cum ad solum Pontificem &c.*

Nec aduersantur scripturæ nuper exhibitæ per Archipresbyterum probare studentem antiquis Inscriptionibus, Historijs, ac Monumentis Terram hanc Saponariæ in eodem loco, in quo Grumentina olim Ciuitas Episcopali Cathedra Apostolico Indulto insignita, & Barbarorum immanitate diruta, fuerat ædificata, vel saltem in illius Territorio, ac Diœcesi fuisse constructam.

Quia nec sunt in forma probanti, nec conferunt ad excitatam difficultatem. Constat enim ex eis quod superstites prædictæ Ciuitatis Incolæ post eius diruptionem ad Castrum Saponariæ eousque tempore ædificatum, & aduersus Hostium inuasiones benè munitum tamquam tutum confugij locum se contulerunt, vt legitur in assertis illis Synodalibus actis anno 953. sub Agapito Secundo Pontifice Maximo in ipsius Grumenti ruinis (vt dicitur) habitis, ac in asserta pariter Historia nuncupata Sancti Laurentij cap. 16. in Summario eiusdem Archipresbyteri sub num. 2, Quibus conuincitur error Pauli Emilij Sanctorij, & aliorum fortè scribentium. Hunc ipsum esse locum in quo dicta Ciuitas olim erat sita, quod tamen non affirmat, sed ex nonnullorum placito refert Fr. Leander Albertus in allegato loco Descriptionis Italiæ sub Lucan. pag. 180. ibi, *Appare Saponara à mano destra di Lago negro anch'esso Castello fra i Monti. Quiui come vogliono alcuni già fù Grumento, i cui habitatori da Plinio sono chiamati Grumentini &c.* Cum ex prædictis appareat dictū Castrum à Ciuitate diuersum, atque remotum, eodemque tempore constructum fuisse.

6 Nec † ideo inferri potest, nec vllibi constat, quod sub Territorio, vel Diœcesi dictæ Grumentinæ Ciuitatis extiterit, vt concludenter probandum erat ad elidendam Episcopi intentionem ex prædictis satis iustificatam; *l. 1. & l. in exceptionibus, ff. de probat. cum concord. Rota decis. 156. sub num. 5. vers. non obstat, part. 1. & decis. 509. sub num. 2. vers. non enim, & infra part. 2. & decis. 234. sub num. 2. vers. & nihilominus, par. 4. re-*
7 *centior.* † Ac proinde Grumentini Ciues proprios lares illuc transferentes in eam transierunt Diœcesim iura cuius limites erat con-

structum, *cap. illa, d. istinst. 2. cap. ubicumque, ad fin.*
8 *13. quæst. 2. ibiq. gloss. & DD.* † Vna cum Ecclesijs ab ipsis ibidem ędificatis, *d. cap. 1. cum seq. 10. quæst. 1. cap. 1. ubi gloss. in uerb. territorio 16.*
9 *quæst. 5.* † Etiamsi alteri Territorio ratione dominii temporalis subiectum fuisset, *cap. sicut Diæcesim 19. quæst. 3. cap. 2. eadem caus. quæst. 1. & utrobiq. not. gloss. & DD.* Neque repugnat, quod Grumentini consilio, & cura cuiusdam Donati Leopardi tunc Archipresbyteri Ecclesiæ Patrochialis Sanctę Mariæ Assumptæ cum ipsa Ciuitate dirutę translati fuerint ad dictũ Castrum, ibique eiusdem opera Ecclesiæ Parochiales fuerint edificatæ, vt narratur in asserta prædicta Historia, ac Inscriptione qua-
10 dam. † Quoniam hęc omnia (si vera sunt, nam Historia illa nec cognita est, nec certum, probatumque Auctorem habet, sicut cęteræ quoque probationum species, siue fragmenta exhibita non sunt legalia) auctoritate Episcopi Diœcesani gesta censeri debent, non
11 autem dicti Archipresbyteri, † qui nec Episcopalem habebat potestatem, nec vllam ibi Iurisdictionem exercere poterat, *d. cap. decretum est, & cap. seq. 10. quæst. 1. d. cap. 2. 16. quæst. 1. cap. sicut ead. caus. quæst. 3. & cap. 1. ibidem quæst. 5. cap. quia Monasterium. de Religios. dom. Rota decis. 552. num. 25. versic. cum Parochi part. 5. recentior & penes Buratt. dicta decis. 912. num. 2. versic. quæ omnia &c.*

12 Hincq; † patet non applicari, quæ obijciuntur de Ciuitate, vel Ecclesia in alium locum translata, quod retineat primęua priuilegia. Quia procedunt quando superioris auctoritate fuit facta translatio, *iuxta gloss. in cap. priuilegium, uers. item si auctoritate Superioris transferatur, de reg. iur. in 6. Innoc. in cap. cum ex iniuncto, sub num. 2. uersic. & idem uidetur. de opar. nou. nunciat. Bald. in l. Ciuitates, § in Decurionibus, sub numer. 3. uers. tamen si posteri, ff. quod cuiusque uniuers. nom. Felin. in cap. cum dilecta, sub num. 21. uersic. quando autem Ecclesia, de rescr. Gail. obseru. 61. sub nu. 10. uersic. secundo limita, lib. 2.* cum alijs relatis per *Gratian. discept. 396. sub num. 22. uers. neque poterit, cum seq.*

12 Quare ex præmissis infertur, † quod Iurisdictio in quibuscumque causis ad forum Ecclesiasticum pertinentibus spectat ad Reuerendissimum Episcopum, in cuius Diœcesi dictum Castrum cum suis pertinentijs existit, non autem ad Archipresbyterum, *cap. constituens, cap. cum uenerabilis, cap. cum dilectus, de Relig. Dom. cap. conquerente, de offic. Iudic. ordinar. cap. cum Episcopus, eod. tit. in 6. S. Conc. Trid. sess. 24. de reformat. cap. 20. Rot. penes Verall. decis. 306. part. 1. Card. Seraph. decis. 633. & decis. 498. uers. quia Reuerendissimus Archiepiscopus, & decis. 1104. Card. Caualer. decis. 306. sub num. 1. uers. unde pro Episcopo, Duran. decis. 226. sub num. 2. uers. unde ex sola iuris assistentia, & decis. 713. num. 1. uers. habet enim Episcopus, par. 4. diuers. ac in recent. decis. 15. sub n. 2. uers. primo quod, & decis. 491. sub num. 1. uersic. uidetur quod D. Archiepiscopus, part. 1. decis. 243. sub num. 1. ac decis. 610. num. 2. uers. unde stante hac resolutione, par. 2. decis. 525. sub num. 1. part. 3. & decis. 126. sub nu. 1. uers. iuncta præsertim, ac decis. 313. sub num. 2. uersic. quia Episcopus, par. 4. & decis. 41.*
13 *num. 6. uers. quia non sufficit, part. 5.* † Eoque magis concurrente illius exercitio ex pluribus actibus iurisdictionalibus ab eisdem Episcopis pro tempore gestis etiam ante litem motam, quibus eorum ius corroboratur. *Innoc. in auditis, sub num. 5. uers. item fit interruptio, de præscript. Rot. decis. 491. num. 3. & præfata eo magis procedunt, par. 1. & decis. 501. num. 2. uers. & cessat omnis difficultas, par. 2. recent. Buratt. d. decis. 912. nu. 8. uers. & nihilominus,* cum alijs relatis in *d. dec. 18. Februarij 1647. coram R. P. D. meo Bichio, §. eand. sententiam, in uersic. ex quibus euertitur prorsus &c.*

Præterea non obstat allegata immemorabilis, cuius vigore ipsis Archipresbyteris Iurisdictione præfatam, siue illius exercitium acquisitum fuisse prætenditur.

Quia nec ista probatur legitima vt necessarium erat ex testibus, minusque ex scripturis productis. Siquidem depositiones testium vigintiquatuor qui asseruntur examinati coram Parisio quondam Vicario Episcopi Marsiceñ de anno 1573. non exhibentur in forma probanti extractæ ab originali processu, sub prætextu quod fuerit amissus, siue occultatus, qui tamen prætextus iam fuit per Rotam reiectus, ac reprobatus in decisionibus emanatis coram eodem D. meo Bichio sub diebus 28. Ianuarij, & 3. Iunij 1644. & 23. Ianuarij 1645.
14 Illæ † verò quę fuerunt exhibitæ ex asserta quadam copia dicti processus transcriptæ in Summario præcedentium positionum Archipresbyteri sub num. 13. & præsentis sub num. 5. deficiunt, vel in probatione famę publicæ vigentis tam ante, quàm post litem motam per verba fuit, & est; Vel in eo quod ipsi testes nihil vnquam contrarium viderint, vel audiuerint, *iuxta gloss. communiter receptam in cap. 1. in uerb. memoria, de præscript. in 6.* Cuius requisita necessario concurrere debent ad perfectam immemorabilis probationem *Rota decis. 557. sub num. 2. uers. quantum ad immemorabi-*
15 *lem &c.* † vbi quod si vnum deficiat non concludit probatio, *part. 4. diuers. Card. Seraph. decis. 1102. sub num. 2. uersic. aut ex testibus, cum seqq. & decis. 1179. Mantic. decis. 289. numer. 2. uersic. neque enim, cum seq. san. mem. Gregor. decis. 252. num. 3. uersic. unde cum hic agatur (ubi Addem. sub numer. 15. uersic. in contrarium tamen &c.* alias referunt cõcordantes) *& decis. 439. numer. 9. uers. nam quoad immemorabilem. Caualer. decis. 140. sub princ. uers. nam quoad dicta, & num. seqq. & decis. 174. num. 1. nam testes, cum seqq. Pen. decis. 508. per tot. Buratt. decis. 163. num. 8. uers. non potest dici,* & sæpè in
16 alijs. † Cæteri autem examinati coram dicto Patriarcha Hierosolymitano fuerunt ex defectu ætatis, & alijs rationibus plenè deductis in *decis. 248. par. 2. recent.* (quæ adhuc visæ fuerunt Dominis inconcussę) iure meritò reiecti, *& coram R. P. D. meo Bichio sub dicta die 18. Februarij 1647. in § uerum omissis testibus &c.*

Porrò concidunt omnes stantibus contrarijs actibus iurisdictionalibus per Episcopos Marsicenses, ac eorum Vicarios pro tempore palam gestis in dicta Terra etiam per edicta publica, & in personas eorumdem Archipresbyte-

byterorum, ac aliarum personarum tam Ecclesiasticarum quàm sæcularium, qui benè iustificantur ab anno 1537. (quin etiam de anno 1478. vsque ad annũ 1576. & successiuè.

17 Quibus† omnino excluditur immemorabilis ad sui essentiam requirens nihil fuisse in contrarium actum, nec auditum ante institutum iudicium, *cap. illud ibique gloss. in uerb. inconcusse, de præscript. Innoc. in cap. auditis, sub num. 4. in fin. uersic. tamen Episcopus probauit interruptionem, & num. 5. eod. tit. Rot. penes Put. decis. 426. num. 3. uersic. primum quia, lib. 2. in correct. Card. Seraph. dec. 454. num. 4. vers. quia immemorabilis. sanct. mem. Gregor. decis. 51. num. 3. vers. & per plures etiam contrario actus, cum seq. usque in fin. Pen. decis. 261. nu. 2. vers. quinimo & seq. & decis. 282. sub num. 1. versic. hinc cessabat. Andr. d. decis. 56. nu. 4. vers. quæ probatio, & in recent. decis. 254. sub num. 3. vers. itaut remaneat solus &c. & decis. 324. num. 13. vers. accedit, ac decis. 491. num. 11. vers. imò potius probatur contrariũ, part. 1. & decis. 373. num. 6. vers. & ex quibus, par. 5.* ac fuit dictum in hac causa *coram bo. mem. Manzanedo d. decis. 248. num. 7. uersic. & ultimo. part. 2.*

18 *recent.* † Et præseruatur Ius Episcopi *ad text. in l. una est uia, ff. de seruit. Rustic. præd. l. stillicidij, §. fin. & l. si in partem, ff. quemadm. seruit. amitt. Rom. cons. 291. sub num. 9. ad fin. uersic. hoc probo. Rot. penes Buratt. d. decis. 912. num. 8. uers. & nihilominus, & in Adrien. Iurisdictionis 22. Iunij 1622. coram bo. me. Pirouano apud Modern. Perusin. de manuten. decis. 310. n. 9. uers. quia inconcussa &c. in pluribus alijs.*

19 Non enim † probatur prætensa huiusmodi immemorabilis ex scripturis pro Archipresbytero exhibitis plures actus iurisdictionales ab ipso, ac eius Antecessoribus gestos denotantibus; non solum quia vel præseferunt atque includunt tempus, ac initium cuiuslibet actus, quod repugnat illius essentiæ, vel contrariam obseruantiam pernecesse (vt requiritur) nõ excludunt *gloss. in cap. 1. in uerb. memoria in d. addit. uers. pondera uerbum (testes) ibiq. Io. Andr. in fin. uers. in gloss. ultima, de præsc. in 6. Oldr. consil. 254. quia tota pars, sub num. 15. uersic. tertio opponitur. Crauett. cons. 111. à num. 21. uers. non obstat dictum Alex. cum seqq. Decian. consil. 51. sub num. 35. uersic. aliquando intendit quis probare, cum seq. lib. 2.* cum alijs relatis *in Nonantulana bonorum 18. & 22. Martij 1591. corã bo. me. Card. Mantica in §. neq. obstat quod aduersus hanc facultatem, cum seqq. usque in fin. san. mem. Gregor. d. decis. 51. num. 4. uersic tum quia ei non probatur per scripturas, & in recent. decis. 405. num. 9. uersic. nec ad istum effectum par. 4. & decis. 126. num. 20. uersic. non obstat centenaria, cum seq. par. 5.* Verum quia colliduntur contrarijs

20 actibus, publicisque scripturis pro Episcopi parte productis, qui sunt vtique præferendi cum iuris dispositione nitantur, ac roborentur. *Innoc. in d. cap. auditis, sub numer. 4. uersic. sed contrarium uidetur, de præscript. Rot. penes Comitul. decis. 26. sub nu. 3. uersic. & præferri debet, cum seqq. per tot. Card. Seraph. decis. 1437. in princ. uersic. nam in tali casu, Card. Caualer. decis. 193. sub numer. 21. uersic. insuper, & sub num. 5. uersic. præterea, cum seq. usque in fin. sanct. mem. Greg. d. decis. 51. num. 2. uers. qui cum habeant pro se, & in recent. decis. 324. nu. 13. in fin. uersic. necnon per testes examinatos, part. 1. ac decis. 382. sub num. 5. uersic. tunc enim, cum seq. par. 2. & decis. 560. sub num. 1. uers. & in omnem euentum par. 3. ac d. decis. 41. sub nu. 6. uersic. quæ non sufficit, & nu. 17. uersic. ac demum, par. 5. & decis. 247. n. 19. uersic. quæ depositiones testium, par. 7. cum alijs rulat. coram R. P. D. meo Bichio [illegible] dicta die 18. Februarij 1647. §. insuper exhibitus fuit processus, magisq; sit standum iuribus ac testibus &c.*

21 Eoque magis, † quia ex eisdem etiam publicis actis per Episcopum exhibitis constat aliquos ex dictis Archipresbyteris fuisse eodem tempore Episcoporum Vicarios, eoque titulo plures actus iurisdictionales in dicta Terra gessisse, ac proinde non potuerunt iurisdictionem ipsam sibi, ac eorum successoribus præscribere, quam pro Episcopo exercebant, seu ex necessitate officij ab eis acceptati exercere debeant, obstante mala fide, *iux. text. in cap. si diligenti, ubi gloss. in uerb. nomine possidetur, & Abb. num. 6. uersic. nota quod detinens nomine alieno, de præscript. Rota penes Buratt. dicta decis. 912. num. 6. uersic. præterea*, & fuit consideratum *coram Patriarcha dicta decis. 248. sub num. 6. uersic. ultra quod ijdem testes, part. 2. recent. & latius coram D. meo Bichio sub dicta die 11. Decembris 1647. in §. eo magis quia dicti actus &c.* & comprobat *Moder. de re benef. lib. 1. q. 24. sub num. 218. vers. neque enim tunc uideretur sic deputatus &c.*

Neque releuant in præsentia relatio Episcopi Salernitani facta Sacr. Congregationi Episcoporum, ac litteræ, seu attestatio Cardinalis Sanseuerini bonæ memoriæ. Et Votum Orani.

Quoniam Episcopus Salernitanus nihil determinat super immemorabili, sed relatis iuribus exhibitis pro Archipresbyero in fine concludit his verbis,, *Et ideo Archipresbyter eam legitimè probauerit sinendus est exercere huiusmodi iurisdictionem &c.* Cardinalis verò Sanseuerinus asserit immemorabilem fuisse probatam pro parte Archipresbyteri per testes prędictos examinatos in d. processu corã Parisio fabricato sufficienter iudicio suo, ibi, *Et à mio giuditio sufficientemente &c.* Idemque sensit Oranus bo. me. in dicto eius Voto in vers. ,, *Quo uero ad illud &c. puto affirmatiuè resoluendum &c.* Quod tamen non approbauit S. Congregatio, sed per modũ prouisionis decreuit, *Che per adesso, & per modo di prouisione, e senza pregiuditio dell'una, e dell'altra parte &c. e che la giurisditione sia essercitata insieme con V. S. cumulatiuè, & non exclusiuè &c.* vt legitur in litteris dat. sub die 9. Februarij 1588. relatis in Summario Archi-

22 presbyteri sub num. 1. † Quare cum causa ad Rotam postea delata, & prædictis omnibus etiam pro vtraque parte subinde deductis maturè consideratis compertum fuerit prętensam per Archipresbyterum immemorabilem non fuisse verè, legitimèque probatam, non amplius allegari, neque attendi debent opinione aliorum, sed quod fuit per Rotam causa cognita definitum ac iudicatum, *l. sed licet, ff. de offic. præsid. l. nemo, C. de sent. & interlocut. omn. iudic. Rota penes Buratt. decis. 166. num. 8. uersic. nec etiam obstat, & in Monopolitana Administrationis 15. Maij 1635. coram bon. mem. Merlino in §. nec obstat*

stat, ac in Oppiden. Processionis 15. Iunii 1648. coram R.P.D. meo Verospio, in §. fin. vers. decreta vero, & in Beneuentana Quarta 24. Ianuarii 1650. coram Reuerendiss. D. meo Decano in §. fin. & fuit pariter responsum *coram D. meo Bichio sub dicta die 18. Februarij 1647. in dicto §. verum omissis testibus &c vers. nec vis fieri potest &c. & sub d. die 11. Decembris 1647. in §. ad votum Orani, & relationem Salernitani Archiepiscopi &c.*

23 Prædicta † verò fortius procedunt dum petitur restitutio in integrum aduersus rem iudicatam Rotalem, nam ad illam obtinendam plena requiritur, & concludens allegatæ iniustitiæ, atque læsionis probatio, *iuxta theor. Innoc. in cap. cum ex literis, sub num. 7. vers. ego non credo, de in integr. restit.* quam latè comprobat *Rota penes Buratt. decis. 323. num. 4. versic. tamen necessariæ sunt probationes, cum seq. & decis. 404. per totam, ac in alijs allegatis in præcedentibus decisionibus &c.*

Et ita fuit conclusum vtraque parte informante &c.

R. P. D. CELSO,

Postea S.R.E. CARDINALI.

Romana Pecuniaria.

Veneris 27. Maij 1651.

ARGVMENTVM.

Mandatum procuræ præsumptum ex quibus probetur. Mandatum, quando ex eisdem possit, vel non possit iustificari.

SVMMARIVM.

1 *Nullitas ex defectu iuramenti Calumniæ non attenditur à Rota, si adsit iustitia mandati.*

2 *Mandatum præsumptum ex quibus probetur. & num. 3.*

4 *Mandatum procuræ factum à Tutrice sufficit.*

5 *Societas plenè acquiritur illi in cuius fauorem fuit contracta.*

6 *Executiones non admittuntur contra obligationem iuratam in forma Cameræ de restituendo ad omne mandatum Domini.*

7 *Mandatum debet iustificari ex eidem, non autem nouis.*
Fallit, vt num. 8. & 10.

9 *Nouæ probationes semper admittuntur ad substinendam priorem probationem.*

10 *Acceptatio donationis resultat si quis virtute illius agat.*

11 *Præscriptio non nocet Pupillis.*

12 *Ius accrescendi habet locum etiam in contractibus, quando plures sunt collatiuè vocati.*
Fortius si offeratur cautio restituendi. num. 13.

14 *Clausula,* si quid exequendum, *non impedit relaxatione noui mandati, si primum sit inualidum.*

DECISIO CLIV.

AD euitandam executionem mandati A.C. relaxati, quod Rota censuit esse exequendum opposuit iterum Catalonus tàm defectum iuramenti calumniæ, quam defectum mandati procuræ, & ex parte ipsius, & ex parte Actorũ, quodque isti comparuerint in iudicio non vti donatarij Dominici de Acchillis, qui verè erat Dominus pecuniarum de quibus agitur, sed tanquam hæredes Camillæ Matris.

Verùm prima nullitas non fuit habita in consideratione non solum, quia iuramentum fuit præstitum à Ioanne Victorio habente ad id speciale mandatum, vt legitur in extractu fol. 14. *Summ. num. 12.* sed etiam quia illa non

1 solet per Rotam attendi † quando constat de iustitia mandati per quã cessat omnis calumnia ex notatis per *Iason. in l. admonendi in 2. lect. num. 81. & 84. ff. de iureiur. Add. ad Vestr. in prax. lib. 5. cap. 2. nu. 13. Rot. recent. decis. 45. nu. 6. part. 1. decis. 441. eod. num. part. 4. & in Romana officij Notariatus 26. Iunij 1641. coram bon. mem. Merlino, & in Maceraten. censuum post Zacch. de oblig. Camer. decis. 254. in fine.*

Irreleuans etiam visa fuit altera nullitas ex defectu mandati procuræ siquidem ex parte Actorum institit pro expeditione mandati Ioannes Victorius qui verè erat Procurator, vt apparet ex Instrumento publico in actis producto die 30. Maij 1645. in extract. fol. 308. *Summ. num.* . . Et licet is semper non com-

2 paruerit, sed Bonifatius de Bonifatijs; Attamen, vel acta per eumdem gesta censentur ratificata mediante comparatione veri Procuratoris, vel tollitur talis defectus ex Iuribus per ipsum productis etiam cum notabili impensa ex quibus probari mandatũ, præsumptum firmauit *Rot. coram Cassad. decis. 1. num. 1. de procur. Seraph. decis. 933. nu. 2. & Farfen. bonorum 26. Nouembris 1648. coram R.P. D. meo Cerro.*

Et eodemmodo responsum fuit circa similem defectum mandati ex parte Io: Pauli Labentij comparentis pro D. Catalono. Nam vltra impẽsas, & actus quam plures iudiciales ab ipso hoc nomine factos defendendo cau-

3 sam acerrimè, & appellando, † ac etiam appellationem prosequendo, *Rot. decis. 440. num. 6. part. 2. recent. & in Auenionen. hæreditatis 17. Martij 1649. coram R.P. D. meo Royas.* Constat etiam per Instrumentum publicum de sufficienti mandato procuræ in eius personam facto à Cinthia Matre, vti Tutrice, & Curatrice

4 eiusdem Cataloni, † quod esse sufficiens, firmauit *Rot. coram Put. decis. 310. lib. 1. & in recent. decis. 330. num. 5. part. 1.* Itaut rectè fuerit citatus, & iudicium cum eo factum, *Vincent. de Franch. decis. 177. numer. 6. Rota coram Buratt. decis. 440. num. 2.*

Quo verò ad aliud obiectum deductum ex eo, quod fratres de Achillis egerint vti hæredes Camillæ cum tamen societas spectaret ad Dominicum ex cuius pecunijs contracta fuit replicabatur pro parte eorumdem illã fuisse

5 initam ad fauorem Camillæ prædictæ, † cui propte-

propterea plenè acquisita fuit, *ad not. per DD. in l. multum interest, C. si quis alt. vel sibi*, & probat *Bald. cons. 67. sub num. 1. vers. primò casu lib. 5. Rot. post secundum volum. cons. Farinacc. decis. 317. num. 2.* & penès *Cenc. de censib. decis. 165. num. 1. & decis. 164. eodem numer. cum alijs in Romana de Marescottis 18. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Verospio.*

Et cessare difficultatem dum prædicti de Acchillis sunt quoque donatarij Dominici, itaut quo se vertat Catalonus semper pecunias restituere teneatur non obstantibus qui-
6 buscunque exceptionibus, † tum attenta clara obligatione ipsius iurata, & in forma Cameræ, tum etiam clausula, & ad omni mandatum Domini, *Rot. decis. 232. numer. 6. part. 4. diuersor.*

Nec obstare, quod talis donatio non fuerit producta A, C. & proindè dum causa reperitur in Rota commissa cum clausula, *si quid exequendum*, mandatum debeat ex ijsdem iusti-
7 ficari, † non autem ex nouis, *Rota decis. 287. num. 6. part. 2. recentior.* Nàm cum huiusmodi exceptio hodie tantum proponatur in Rota licere debet Actoribus nouas probationes,
8 & † donationis titulum iustificare ad elidendam Rei replicationem, vt firmauit *Rota in Romana pretij Fundaci post Pacif. de Salu. decis. 186. num. 10. & 11. & coram Caualer. decis. 173. num. 2. cum alijs per Add. ad san. me. Gregor. decis. 272. in fin. vers. sicuti etiam, & per Add. ad Buratt. decis. 231. nu. 9.* Præsertim cum tendant ad sustinendam
9 probationem iam factam, † ac illius corroborationem quo casu semper nouæ admittuntur probationes, *Marescott. variar. resolut. lib. 2. cap. 121. nu. 20. Rota coram san. me. Greg. decis. 232. num. 6.* ibique *Add. nu. 9. & in Romana fructuum dotis 10. Iunij 1648. coram R. P. D. meo Peutingeroi*

Verùm Domini ad tollendas difficultates, quia huiusmodi exceptio impedit tãtum modo mandati iam obtenti executionem, non
10 autem relaxationem † de nouo faciendam censuerunt propterea iterum esse relaxãdum donatio enim producta in Rota nullam patitur difficultatem, & acceptãtio quatenus non præcessisset satis resultat ex eo, quod donatarij agunt vigore illius, *Socin. Iun. cons. 67. num. 15. vers. Tertiò idem lib. 3. Rota in Camerinen. Pensionis 28. Ianuarij 1591. coram Orano, & post Cenc. de censib. decis. 511. num. 7. vers. Acceptatio autem.*

Præscriptio verò opposita tollitur ex rationibus in præterita decisione deductis, quæ non cessant propter prętensam bonam fidem allegatam à Catalono, quia præscriptio non euitatur ex capite malæ fidei, sed benè ex pri-
11 uilegio competente Pupillis, † quibus, vel præscriptio non nocet, vel datur restitutio in integrum ex capite minoritatis, & probabilis ignorantiæ, *per text. in l. fin. C. quib. ex caus. restit. in integr. non est necess. Rot. coram Buratt. decis. 774. num. 3.* ibique *Add. lit. A. & in Romana fructuum Census 11. Decembris 1645. in fin. coram R. P. D. meo Cerro.*

Nec obstat, quod mandatum relaxatum fuerit pro tota summa ad instantiam quatuor ex filijs Camillæ cum tamen essent sex, qui propterea non poterant agere, nisi pro rata ad ipsos tangente, non autem partem aliorũ petere; Nam vltrà responsiones datas, cum non constet eos, qui non agunt donationem acceptasse intrat ad Agentium fauorem ius
12 accrescendi, † quod etiam in contractibus locum habere inter plures collectiuè vocatos firmat *Bald. cons. 281. nu. 1. vers. quarta ratio lib. 3. Dec. cons. 436. ante numerum primum, vers. hoc tamen fallit, Soccin. Iun. consil. 70. num. 1. vers. tamen quando lib. 1. Bellon. de iure accresc. cap. 6. quæst. 32. num. 35. & seq. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 34. nu. 5.*

Quod eo facilius procedit in pręsenti casu ex quo instantes offerunt cautionem de resti-
13 tuendis eisdē pecunijs † Alijs donatarijs quãdocunque venientibus iuxtà praticam adduct. *per Surd. cons. 359. num. 15. & 16.* quam secuta fuit *Rota coram Duran. decis. 448. numer. 10. & in Perusina Reintegrationis 10. Iunij 1648. coram Reu. P. D. meo Royas.*

Demum non obstat, quod Causa commissa fuerit cum clausula, *si quid exequendum*, & ideò si mandatum sit validũ, & iustum possit quidem exequi non autem aliud de nouo relaxari; Nam ipsa relaxatio mandati est species executionis, & clausula predicta impedit effe-
14 ctum suspensiuum appellationis, † quando constat de bono iure, ac preseruat viam executiuam pro noua relaxatione, vt firmatum fuit *coram Millin. decis. 362. num. 3.* & melius in *Eugubina pensionis 25. Maij 1618. coram bon. mem. Manzanedo.*

Ex quibus, & alijs in prima decisione deductis resolutum fuit mandatum esse relaxañ ad effectum tamen inuestiendi iuxtà formam pręfatæ donationis Partibus hinc indè informantibus, &c.

R. P. D. CORRADO.

Posteà S.R.E. CARDINALI.

Cæsenateñ Canonicatus.

Mercurij 1. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Beneficia Collectoris adhoc, vt cadant sub regula 5. Cancellariæ huiusmodi beneficia reseruante sat est, quod probetur deputatio Collectoris cum Iurisdictione, & si illa vsus non fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Apostolicæ iustificatæ sunt exequendæ.*
2 *Beneficia Collectoris decimarum reseruantur per regulam 5. Cancellariæ. & num. 9.*
3 *Deputatio Collectoris probatur per litteras patentes Cardinalis Camerarij.*
4 *Beneficia Exactoris decimarum, qui nullam habeat Iurisdictionem non cadunt sub regula reseruatoria.*
5 *Iurisdictio per quæ verba dicatur Collectori tradita. & num. 6. & num. 7.*
8 *Collector Apostolicus quis propriè dicatur. & nu. 7.*

Exa

Exactio decimarum debet fieri nomine Cameræ, & illi sunt pecuniæ soluendæ. num.8.
9 *Beneficia cadant sub regula reseruatoria ex sola deputatione cum iurisdictione.*
10 *Collector debet esse vnicus in Ciuitate ad effectum reseruationis beneficiorum.*
11 *Pluralitas non præsumitur si ab allegante non probatur.*
12 *Deputatio Collectoris ad diuersum negotium nō impedit reseruationem beneficiorum.*
13 *Beneficio Collectoris adhoc, vt cadant sub reseruatione sufficit, vt Collector aliquo tempore vnicus fuerit.*
14 *Sufficientia ad victum probatur ex constitutione Patrimonij, & sufficit arbitrio Iudicis.*
Amplia. num.15.
16 *Valor per non excessum leuioribus admittitur.*
17 *Clericatus probatur ex litteris testimonialibus Episcopi.*
18 *Clericatus leuiorlbus, & summarijs probationibus iustificatur.*

DECISIO CLV.

EX nouis probationibus pro parte P. Fran-
cisci exhibitis Domini recesserunt à reso-
lutione facta sub die 10. Iunii 1650. coram me.
1 Quia † litteræ Apostolicæ prouisionis ad eius
fauorem emanatæ videntur modò iustificatę,
ac proindè sunt exequendæ, *cap. si quando de
reser. cap. si capitulo*, ibique *gloss. in verb. exequa-
tur de concess. praben. in 6. Rot. penès san. me. Gregor.
decis. 221. num. 2. vers. de iure autem, &c. Duran.
decis. 59. sub num. 1. vers. quia litteræ Apostolicæ,
& dec. 377. sub nn. 1. vers. ratio resolutionis fuit, &c.
ac in rec. decis. 192. sub nu. 1. vers. quia litteræ, &c.
part. 1. & decis. 605. sub nu. 2. vers. cum tamen, &c.
part. 2. & decis. 348. sub num. 1. vers. cum enim litte-
ra, &c. part. 5. ac decis. 133. sub num. 1. vers. cum
indubitati iuris sit, &c. part. 6. & dec. 258. sub nu. 1.
vers. & consequenter, &c. part. 7.*
Siquidem reseruatio Canonicatus probatur
2 ex Reg. 5. Cancellar. † Quia Petrus Guidus
per cuius obitum vacauit, dum illum obti-
nebat fuit deputatus à Card. Camerario Col-
lector Generalis Apostolicus in Ciuitate, &
Diœcesi Cæsenateñ pro exigendis decimis
Papalibus extraordinariis, vt apparet ex litte-
ris patentibus dat. sub die 19. Iunij 1632. qui-
bus † plenè iustificatur illius deputatio, iuxtà
*text. in l. vnic. C. de mandat. Princip. & in cap. cum
in iure peritus de offic. delegat. Barthol. Bellencin. de
charitatiu. subsid. quæst. 110. per tot. Rot. decis. 715.
sub num. 4. vers. difficultas igitur consistit, &c. part. 1.
& decis. 255. sub num. 1. vers. altera conditio, &c.
& decis. 385. nu. 2. vers. quod verò Hieronymus, &c.
part. 5. & decis. 225. num. 9. vers. huic enim funda-
mento, &c. part. 7. recent. & in Monopolitana Cano-
nicatus coram R. P. D. meo Royas 1. Iulij 1647. in
§. Alterum; & secundum, & 13. Ianuarij 1648.
in §. Nam concluditur probatum fuit.*
Nec obstat, quod fuerit illi collatum sim-
plex exactionis ministerium absque vllo iu-
4 risdictionis exercitio, † vt fuit dictum in præ-
cedenti decisione in *§. Licet enim*.
Quia ex eisdem literis patentibus tunc cō-
cisè, in præsentia verò per extensum parte
citata productis constat ipsi attributam fuisse
pro executione iniuncti muneris plenam iu-
risdictionem spiritualem, ac temporalem,
& exercitium illius contrà morosos, & con-
5 tumaces, vt in eis legitur *in §. Dantes faculta-
tem, &c.* ibi: *Dantes tibi in præmissis plenam facul-
tatem, & auctoritatem, &c. illasque à quibus opus
fuerit, iuxtà prædictarum litterarum Apostolicarum,
compositionisque, & taxæ formam, ac tenorem peten-
di, exigendi, morosos, & soluere recusantes, vel diffe-
rentes pœnas, & censuras prædictas incurrisse decla-
randi, &c. proprietates, res, fructus, & alia ipsorum
bona etiam manu regia prout in rebus fiscalibus fieri
solet apprehendendi, & vsque ad condignam satisfa-
ctionem retinendi, &c. Contradictores, perturbatores,
molestatores, & rebelles quoscumque, &c. prædictis,
alijsque censuris, & pœnis etiā pecuniarijs, cæterisque
iuris, & facti remedijs opportunis cogendi, & com-
pellendi, illosque etiā iteratis vicibus aggrauandi, &c.
dignitatibus, & beneficijs, ac officijs priuandi, &
Interdictumque Ecclesiasticum apponendi, &c. Auxi-
liumque brachij sæcularis quandocumque opus fuerit
inuocandi, &c. Et generaliter omnia, & singula alia
in præmissis, &c. quomodolibet necessaria, & oppor-
tuna, &c. (facultate tamen absoluendi dumtaxat ex-
cepta, &c. quam nobis expresse reseruamus) faciendi,
dicendi, & exequendi, quæ nos ipsi faceremus, & fa-
6 cere possemus, si præsentes essemus, &c.* † Quibus
sanè verbis plena transfertur iurisdictio, vt in
his terminis probat *Bellenc. in d. tract. de charit-
tatiu. subsid. quæst. 94. Mandos. ad reg. 4. quæst. 9. sub
num. 3. ad fin. vers. & constat, &c. & Rot. decis. 261.
nu. 12. vers. quia deputatio part. 5. recent.* & admi-
sit in illa *Bonon. Benefitiorum coram R. P. D. meo
Bichio sub die 25. Maij 1645. in §. similiter ad pro-
bandum, &c. & sub die 24. Maij 1647. in §. adhuc
exindè non resultat, &c.* In quibus aliter fuit re-
solutum, quia Papazonus non fuerat deputa-
tus Subcollector cum huiusmodi iurisdictio-
ne, vt patet ex illarum lectura.
Minùs obstat, quod ille fuerit à Capitulo
electus, & nominatus, eidemque rationes red-
diderit. Quia nominatio quidem Capituli
præcessit ex speciali facultate, & concessione
eiusdem Cardin. Camerarij ratione approba-
tionis personæ, quæ illius periculo deputan-
7 da erat. † Deputatio verò, ac iurisdictionis
collatio ab ipso Cardinali Camerario princi-
paliter emanauit, non autem per modum
confirmationis, vt in eius legitur, ibi: *Te qui
à Capitulo, & Clero d. Ciuitatis Cæsenaten. Nobis
etiā ex nostra cōcessione electus, & nominatus fuisti in
præfata Ciuitate Cæsenaten. illiusque Diœcesi dum-
taxat prælibati Sanctiss. D. N. Papæ. & nostrum,
ac dictæ Cameræ Apostolicæ præfatarum sex Deci-
marum Collectorem Generalem cum honoribus, &c.
facultatibus, &c. ad nostrum, & Cameræ Apostolicæ
beneplacitum harum serie facimus, constituimus, &
deputamus, &c.* Ideòque verè, ac propriè fuit
Collector Apostolicus, & talis censeri debet,
8 (esto † quod Capitulo tanquam pro ipso obli-
gato ratione reddiderit) cum, & exactio no-
mine Cameræ fieri, ac illi pecuniæ soluendæ
essent, vt respondit *Rot. in decis. 255. numer. 7.*
ver-

versic. non obstat, quod stante compositione, &c. cum seqq. & decis. 335. num. 13. versic. & ratio est, &c. cum seqq. part. 5. recent.

Deindè nõ obstat, quod iurisdictionem huiusmodi nõ exercuerit quinimmò foro Episcopalis auctoritate vsus fuit. Tum quia nec id probatur factũ fuisse pro exactione dd. Decimarum Papalium, cum ille plures alias etiã pro Capitulo exactiones facere consueuerit, vt apparet ex publico Instrumento celebrato die 28. Aprilis 1636. *in Summ. P. Francisci relato sub nu. 2.* Nec per modum subiectiuum, quin potius cooperatiuum vtendo executorum illius Curiæ ministerio pro exercitio iurisdictionis sibi commissæ; Tum quia sola sufficit deputatio cum Iurisdictione ad cõstituendum Collectorem, vel Subcollectorem, vt exindè Beneficia ab eo possessa, vel imposterum durante officio obtinenda comprehen-
9 dantur sub reseruatione d. Regul. 5. † iuxta veriorem, ac receptiorem sententiam, quam probat *Mandos. ad d. reg. 4. quæst. 4. nu. 4. vers. contraria opinio, &c. cum seqq. vsque ad fin.* & sequitur *Rot. decis. 15. de præbend. in antiq.* & penès *Verall. decis. 140. & decis. 141. part. 1. ac in recent. dec. 252. nu. 4. vers. non obstat, quod non probetur, &c. part. 2. decis. 335. num. 18. vers. ad soluendum, &c. cum seqq. ac dec. 385. nu. 3. vers. & licet non requiratur par. 5. recent. & d. decis. 225. nu. 10. vers. nec est in hac facti specie disputandum, &c. part. 7. & in d. Monopolitana Canonicatus coram R. P. D. meo Royas, in d. §. Alterum, & secundum, versic. & licet non requiratur, & 13. Ianuarij 1648. in §. quamuis autem.*

Prætereà nonobstat, quod non fuerit vni-
10 cus in dicta Ciuitate, † ac Diœcesi Collector, vel Subcollector.

Quia vnicitas ex iuris præsumptione satis
11 iustificatur, † nisi pluralitas ab allegante probetur, iuxtà *gloss. in l. omnium in verb. comprobetur, C. de testament. Mandos. d. reg. 4. quæst. 1. num. 3. vers. in contrarium, &c. cum seq. vsque ad fin. Garz. de benef. part. 5. cap. 1. sub num. 356. vers. tertiò notandum est, &c. Rota d. decis. 715. sub nu. 5. vers. & licet part. 1. & d. decis. 385. num. 5. vers. quod pariter, &c. & seq. part. 5. & d. decis. 225 sub num. 14. vers. tertiò facit responsum, &c. part. 6. recent. & in dicta Monopolitana Canonicatus coram R. P. D. meo Royas 1. Iulij 1647. in §. nihil obstat si dicatur, &c. & 13. Ianuarij 1648. in §. remanet pariter probatum, &c. & in eadem coram Reuerendiss. D. meo Decano 23. Ianuarij huius anni in §. quia ad probandam vnicitatem, &c.*

Non enim releuat asserta deputatio Christophori Verdoni. Quia ad diuersam negotij speciem exactionis nempè ordinariæ nuncu-
12 patæ, *Delli doi per cento, &c.* † & diuerso tempore scilicet anno 1634. facta dignoscitur ex illius attestatione, *in Summar. P. Francisci relata sub num. 5.* ideòque non excludit vnicitatem Guidi, quoad dd. Decimas Papales, nec pro toto tempore eius officij cepti anno 1632. vt
13 necessarium esset, † cum sufficiat, quod aliquo tempore in officio ipsi commisso vnicus fuerit, vt beneficia per ipsum tunc possessa sub dicta Regula comprehendantur, *Mandos. ad d. reg. 4. quæst. 10. sub num. 1. vers. aut de tempore constitutionis Subcollectorum constat, &c. & seq. Rota decis. 11. de præbend. in antiq.* & in alijs relatis *per Garz. de benefic. d. cap. 1. num. 365. vers. quintò notandum est, &c. cum seqq. ac in recent. decis. 261. sub nu. 10. vers. nam placuit Dominis responsio, &c. cum seq. part. 5. & d. decis. 225. num. 13. vers. secundò fuit resolutum, &c. cum seq. part. 7. & in d. Monopolitana Canonicatus coram R. P. D. meo Royas 1. Iulij 1645. in §. nec d. pluralitas ad fin. cum §. seq. & 13. Ianuarij 1648. in §. potest enim esse cum seq. & sub die 23. Ianuarij proximè lapsi coram Reuerendissimo D. meo Decano in §. quia vltra quod deputatio, vers. cum ad effectum, vt iste Canonicatus, &c. & sequen.*

Aliud pariter, quod non fuerat in præcedenti positione probatum. Scilicet Christophorum Bartholinum, qui resignauit d. Canonicatum P. Francisco aliundè commodè viuere posse, vt fuit in eisdem litteris Apostolicis narratum. Visum fuit hodie Dominis satis iustificari ex constitutione Patrimonij, ad cuius titulum fuit ordinatus in bonis eius proprijs hæreditarijs iuxtà modũ congruum, ac in illa Diœcesi vsu receptum, vt attestatur Reuerendissimus Episcopus Sarsinateñ eius
14 Ordinarius. † Hoc enim sufficit ad hunc etiam effectum arbitrio Iudicis, iuxtà trad. *per Menoch. de arbit. Iudic. lib. 1. cas. 216. sub num. 12. vers. rectè ergo consueuerunt alij, &c. cum seqq.* & in specie sensit *Zeual. PP. quæst. cap. 561. num. 29. vers. verius tamen existimo, &c. Garz. de benef. par. 2 cap. 5. sub nu. 204. vers. sed in præsenti offert se diffi-*
15 *cultas cum seq.* † Præsertim quando ab ipso Resignante non opponitur, nec reuocatur in dubium, vt in his terminis fuit responsum in *Tridentina Parochialis 5. Decembris 1646. coram Reu. P. D. meo Cerro, in §. quia animaduerterunt Domini.*

Alterum quoque de valore in dd. litteris expresso per nõ excessum in summa ducat. vigintiquatuor auri de Camera. Censuerunt modo probari ex concordi attestatione quinque Presbyterorum eiusdem Cathedralis Ecclesiæ iure iurando recognita, iunctis etiam partitis librorum præfati Subcollectoris, *delli*
16 *doi per cento, &c.* nunc exhibitis. † Cum ad hoc sufficiant leuiores probationes, *Rota decis. 610. num. 1. vers. valor autem, &c. part. 4. diuers.* & penès *Card. Caualer. dec. 596. in princ. vers. cum enim, &c. & num. 1. vers. talis autem probatio, &c. ac in alijs.*

Postremò, quod d. P. Franciscus sit Clericus, & ex Ciuitate, vel Diœcesi Cæsenateñ oriundus probatur ex litteris testimonialibus
17 Reuerendissimi Episcopi Cesenateñ, † in quibus tanquam talis prima Tonsura initiatus fuisse legitur, vt respondit *Rota penès Buratt. decis. 640. sub num. 2. vers. secundò quoad Clericatum, & Diœcesim, &c. ac in recent. decis. 349. sub num. 3. vers. & quod ipse sit Ciuis Tarantinus, &c. part. 3.*
18 Nam † huiusmodi qualitates leuioribus, ac summarijs probationibus iustificantur, *Rota penès Aegid. decis. 114. & Burat. decis. 932 sub nu. 3. vers. in prol andis autem huiusmodi qualitatibus, &c.*

Coc-

Coccin. decis. 145. sub num. 2. vers. quod verò Octauius cum seq. ac in recent. decis. 79. sub nu. 1. ad fin. vers. prout etiam, &c. part. 4.

Et ita fuit resolutum vtraque parte informante, &c.

Decisio ista emanata sub die 10. Iunij 1650. in hac eadem causa emanata coram bon. mem. Card. Corrado, erit infrà in Miscellan.

R. P. D. CORRADO

Posteà S. Romanæ Ecclesiæ CARDINALI.

Aretina Vnionis.

Veneris 3. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

De vi effectibus decreti irritantis nonnulla tractantur. Compulsoria concedenda non est quando ex ea, valida & releuans probatio referri non potest, & quando dicatur calumniosè petita: Restitutio in pristinum reponit rem in eo statu, loco, & gradu, in quo antea res illa reperiebatur, ita vt omnia iura, quæ præterea competebat, post d. restitutionem pariter competere dicantur.

SVMMARIVM.

1 *Obseruantia in contrarium abrogata remanet ex decreto irritanti, ac clausula*, sublata, *in litteris Apostolicis positis*.

2 *Decretum irritans adimit facultatem introducendi obseruantiam in contrarium*.

3 *Amplia etiam interpretandi in contrarium*.

4 *Compulsoria concedenda non est, quando ex ea valida, & releuans probatio referri non possit*.

5 *Restitutio in pristinum reponit rem in eo statu, loco, & gradu, in quo antea res illa reperiebatur*.

6 *Amplia vt omnia iura quæ per antea competebant, postmodum quoque pertineant*.

7 *in Vnionis materia maximè attendenda est voluntas Pontificis illam approbantis, & confirmantis*.

8 *Obseruantia interpretatiua quando redderetur penitus absurda, ac inuerisimilis*.

9 *Remissoria petita ad probandam interpretationem à Rota reprobatam, non est concedenda, sed in discussione negotij principalis plenius examinabitur*.

10 *Compulsoria specialis, quando dicatur calumniosè petita*.

DECISIO CLVI.

PENDENTE in hoc sacro Tribunali secundæ appellationis instantia pro parte Canonicorum Cathedralis Ecclesiæ interpositæ à duabus præcedentibus sententijs contra eos ad fauorem Canonicorum Ecclesiæ S. Mariæ Plebis nuncupatæ Ciuitatis Aretinæ prolatis super obseruātia antiquæ Vnionis anno 1250. à bon. mem. Gulielmo Episcopo eiusdem Cathedralis electo factæ, & nunc per sanct. mem. Innocētium IV. ac deinde Clementem VIII. anno 1596. prçuia sententia bon. mem. Cardinalium de Florentia, & Saluiati confirmatæ: Fuerunt pro eisdem Canonicis Cathedralis petitę literæ compulsoriales specialiter ad extrahendum acta, & Instrumenta nonnulla ad causam (vt prætendebatur) conferentia. Quę sanè petitio (contradicente parte.) Hodiè proposita, atque exactè discussa à Dominis non fuit admissa.

Quoniam iura compulsanda visa fuerunt ad effectum, de quo agitur, irreleuantia, cum adducantur ad probandam antiquam illam Vnionem non fuisse successiuis temporibus vsu receptam, præsertim verò post dictam sententiam prolatam, ac subsecutam Apostolicam confirmationem in his specialiter actibus nunc controuersis. Quod equidem repugnat tum verbis expressis eiusdem sententiæ in princip. ibi,

Dicimus, sententiamus, decernimus, & declaramus Vnionem dictæ Ecclesiæ S. Mariæ de Plebe, & eiusdem Capituli factam per dictum q. Guglielmum Episcopum Aretinum, & per Sedem Apostolicam confirmatam, à partibus acceptatam, & effectum sortitam, & executioni demandatam per plures, ac diuersos actus, ac per longa temporum spatia fuisse obseruatam, in pristinamque obseruantiam reuocandam, & restituendam fuisse, ac esse prout (saluis declarationibus infrascriptis) restituimus, & reponimus. Non obstantibus quibuscumque pro parte d. Capituli, & Canonicorum Cathedralis Ecclesiæ prapositis allega-

1 *tis, & exceptis &c.* † tum etiam litteris præfati Summi Pontificis Clementis Octaui sa. me. eam cōfirmantibus motu proprio cum clausula sublata, & decreto irritanti, atque explicita quibuscumque consuetudinibus, cæterisque contrarijs derogatione, vt in eis legitur sub dat. die 8. Iulij 1596. Quibus contrarius (si qui tunc fortè vigebat) vsus, siue obseruantia, fuit penitus abrogatus, & abrogata, *cap. quod super his, in fin. de consang. & affinit. l. 2. ubi gloss. & DD. C. quæ sit long. consuet. l. nauigia, C. de furt. Ruin. consil. 13. num. 13. versic. neque potest allegari stylus, aut consuetudo in contrarium &c. lib. 2. Rimin. iun. cons. 72. num. 124. vers. quarto respondetur &c. cum seqq. Surd. cons. 426. sub num. 45. vers. tertio respondeo &c. & seqq. Rota in recent. decis. 72. nu. 8. vers. non obstat obseruantia &c. par. 1. & decis. 373. sub num 7. vers. ex qua non solum &c. part. 5. & decis. 618. sub nu. 23. vers. quæ gesta prætenduntur &c. cum seq. eadem part. 5. tom. 2. ac decis. 31. sub num. 2.*

2 *versic. unde perinde est, par. 7.* † Atque adempta potestas eam denuò per quoscumque actus contra illarum tenorem subinde gestos validè introducendi. *Felin. in cap. cum accessissent. sub num. 30. vers. quarto limita &c. de const. Rimin. iun. d. consil. 72. num. 130. uersic. postremo &c. Gonzal. ad reg. 8. gloss. 67. à num. 12. uersic. ex quibus iuribus apparet &c. cum seqq. Rota decis. 3. de prob. in antiq. & decis. 149. num. 2. versic. nam decretum irritans &c. cum seq. par. 2. diuers. Card. Caual. decis. 595. num. 5. versic. ultra quod &c. Buratt. decis. 6. n. 3. uers. tū quia repugnat decretum irritans &c. & decis. 704. n. 10. uersic. tertio quia &c. & in recent. decis. 574. nu. 26. uersic. si uero prætendatur &c. & dec. 580. sub n. 23. vers. demum non obstat allegata obseruantia &c. cum seq.*

seq.par.4.tom.2.& decis.302.num.13.uersic.maximè cum littera sint munita &c. ac d.decis.373.sub nu.6.
3 *uers. non etiam &c. cum seq.par.5.* † Imò,& aliter interpretandi, vt probat *Surd.d. consil.426. sub num.47. uersic. secundo &c.* & fuit responsum *in decis.319.nu.7. uers.& non admittitur facultas &c. & supr.ac infr.par.6.recent.*

4 Ac proinde † admittenda non est inutilis specialis Compulsoriæ dilatio, quæ validam, & releuantem probationem referre non potest, *l.ad probationẽ la 2. C.de probat.Vestr.in prax. lib.6. cap.1. sub num.12. uersic. altera specialis &c. Rota decis.129. sub num.1.uersic.instabatur pro compulsorialibus, & decis.550. numer.3. uersic. secundo quia &c. par.3.lib.3.diuers. & apud Pen. decis.597. sub num. 1. uersic. quia cum de stylo &c. & num.2. Duran. decis.376. num.3. uersic. secunda est &c.* & in specie fuit resolutum in *Maioricen. Indultorum 11. Aprilis 1639. coram bon.mem. Merlino, in §. & multo minus &c.*

Nec obstat, quod Vnio præfata non fuerit in pristinam obseruantiam plenariè, atque absolutè, & substantialiter restituta, sed tantùm quoad honorificam Cathedralitatis denominationem, ac prærogatiua dictę Ecclesię S. Mariæ, ac eius Canonicis communicatam, vt ex tenore eiusdem sententiæ multipliciter ponderato, interpretantur informantes pro Canonicis Cathedralis.

Nam huiusmodi interpretatio aduersari prorsus videtur rationi, & verbis, iustoque ac recto illius sensui; Rationi siquidem. Quia certum est, quod Vnio prædicta antiquitus facta fuit pro bono pacis, vt duo Capitula in vnum corpus verè, ac realiter redigerentur ad euitandas contentiones, & scandala, quæ ex eorum diuisione proueniebant, vt legitur in Decreto, ac Instrumento super ea celebrato dicto anno 1250. Non. Maij. Ex eademque causa prodijt commissio Apostolica san. mem. Clementis VIII. præfatis Cardinalibus super differentiis eadem occasione inter partes exortis manu Regia, solaque facti veritate inspecta, ac omni,& quacumque appellatione remota terminandis, vt legitur in alio Breui dat. die 20. Augusti 1592. in cuius executione prolata fuit, & successiuè confirmata dicta sententia. Verbis autem, quia vt patet ex supra relatis dicta Vnio reuocatur, ac restituitur in pristinam obseruantiam verè, realiter, & cum effectu anteactis temporibus longęuo, multiplicique vsu receptam, non autem ad solam prætensam honorificentiam, ac denominationem. Sensui demum sano,
5 recto. Quia cũ antiqua Vnio, cuius vigore antedictę duę Ecclesiæ in vnicã Cathedralẽ, earumq; Capitula in vnũ corpus verè ac realiter redacta erant, vt ex illius lectura cõstat, fuerit per dictam sententiam ad pristinam obseruantiam reuocata, & restituta, censentur vtique præfatæ Ecclesiæ cum eorum Canonicis in eo ipso statu, loco, & gradu integrè repositæ, in quo fuerant prædictæ Vnionis vigore constitutæ (præterquam in solis actibus in eadem sententia exceptis) *iuxta l.quod si minor. §.penultim.* ibi, *restitutio autem ita facienda est, ut vnusquisque integrum ius suum recipiat, &c. ff.de minor.25. ann.l.2. prope finem. §. restituere, ibi, restituere videtur, qui in pristinum statum reducit. Quod fit siue quis tollat id, quod factum est, aut reponat id quod sublatum est &c. ff.ne quid in loc.pub. Rot.penes Cassad.decis.13.sub num.1.vers.nam restituitur &c. de rescr. & Card.Mellin.decis.15.sub num.1.versic. quia hæc est natura restitutionis &c.Tiraq.de retract. lignag. §. 32. gloss.1. sub num. 69. versic. adde. & tu tamen &c.* Itaut iura quæcumque ipsi Cathedralitatis Dignitati annexa, & ex illa Capitulo prouenientia, & competentia (qualia
6 sunt ea, quæ in præsentia † controuertuntur) Vtriusque Ecclesiæ Canonicis tamquam vnicum Cathedrale Capitulum constituentibus pariformiter sint communia, & æqualiter competant: *iuxta gloss.in cap.& temporis,in uerb. uinere &c. versic.uel hoc modo possint uniri &c.16. quæst.1.& in cap.1.in uerb.uniendo, vers.uel sic possint uniri &c. ne Sed. uacant.* & conferunt *tradit. per Abb.in cap.Pastoralis,sub num.7.uers.pone exemplum &c. de rescr.* & Rota *penes Cas. de Graff. decis.1.num.3. uers.cum enim per unionem &c. & seq. de his quæ fiunt à maior. part. Capitul.* Illa verò quæ ad vnum quodque corpus, atque Collegium à Dignitate Cathedralitatis abstractum spectant, peculiaria remaneant cum cæteris in dicta sententia specialiter exceptis; Id enim
7 non censetur absurdum in hac materia † in qua maximè attendi debet tenor Vnionis, ac sententiæ, & voluntas Summorum Pontificum illas approbantium, & confirmantium, *Bald. consil.354. Dominus Papa, sub num.1. uersic. signa uero disiunctiua &c.usque in fin.lib.4.* & benè concludit post *Paul.de Eleazar. & Imol.Io.Bapt. Caccialup.in eius tract.de union.art.4. sub nu.4.uers.*
8 *subdit tamen Paulus &c.* † Siquidem absurdus, ac inuerisimilis omnino videtur intellectus, quo ius Ecclesiæ S. Mariæ, ac eius Capitulo, & Canonicis iam diù realiter, & cum effectu acquisitum eodem verborum contextu innouatur, ac restituitur, simulque substantiali essentia exinanitur, & ad verbalem apparentiam redigitur contra omnes iuris regulas, & propriam verborum significationem, *Alba cons.8.num.23. uers.& facienda est semper interpretatio &c. Crauett. consil.70. sub num.5.uers. & cum isto modo &c. Rota decis.136. num.10. uersic. obseruantia namque interpretatiua &c. par.3.& dec.254. sub num.4.uers.quare cum ista assertio &c. cum seqq. part.4. tom.2. ac decis.319. sub numer.4. uersic. qua propter &c. cum seq. part.6. recentior.* ac sæpe in alijs.

9 Quare cum ex præmissis † alijsque rationibus obiecta huiusmodi interpretatio iam fuerit per Rotam reprobata in duabus decisionibus coram Reuerendissimo D. meo Terracinen. sub die 2. Iunij 1645. & sub die primi Aprilis 1647. quæ in hac contingenti disputatione iuxta stylum reuocari non debent. Non est vtique in pręsentia admittenda, sed discussione negotij principalis pleniùs (si opus erit) examinabitur, *Rota penes san.mem. Gregor. decis.211. num.6. uersic. et eo magis &c. Duran.decis.214.num.8. uersic.unde cum d.articulus &c. cum seq. et in recent.decis.212. sub num.1.part.1. et dicta*

decis.

decis.302. sub num.11. uersic. tum quia tendunt ad probandum &c. et seq. part.5. et decis.31.numer.4. uersic. cum igitur &c. cum seqq. ac decis.217.num.6 uersic. in qua fuit dictum &c. et seq. par.7. et alibi.

Hincque visa etiam est specialis hęc Compulsoriæ petitio post indictam negotij principalis disputationem ad diutiùs eam differendam proposita, cum de anno 1643. & 1644. vigore generalis tunc obtentæ constructus fuerit pro parte dictorum Canonicorum Cathedralis processus,& alia instrumenta in partibus compulsata, vt ex eo constat in actis reproducto, quo tempore hęc quoque penès eos,ac in eorum Archiuio existentia cōgruius poterant compulsari, quam vsque modò huiusmodi instantiam differre, quando difficilius concedi solet vigente suspicione calumniæ, *Rota penes Verall.decis.169.par.1.* vt in his terminis respondit *Rota in Anconitana Census 11.Martij 1633. coram Duran. d.decis.376. nu.7. vers.cum enim &c. et Pen. d.decis.597. num.2. vers. addebant denique.*

Et ita fuit conclusum vtraque parte informante &c.

R. P. D. BICHIO.

Eugubina Hæreditatis.

Veneris 3. Iunii 1651.

ARGVMENTVM.

Sententiæ tres, vt dicantur conformes, ad effectum, vt inducant rem iudicatam, itaut secum trahat executionem, requiritur, quod sint iustæ, validæ,& conformes. Iura realiter non producta non sunt transportanda,& quia si sint trasportata, an ex productione registri talia iura dicantur realiter transportata. Statuta laicorum ex defectu iurisdictionis, non comprehendunt Clericos. Vidua tutrix filiorum an possit petere dotem ante redditionem rationum.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ tres, quod constituant rem iudicatam,quid requiratur.*

2 *Sententiæ tres, vt inducant rem iudicatam tota debent valida, & iustæ, ac conformes esse. & num.3.*

4 *Sententia lapsu temporis transit in rem iudicatam.*

5 *Victor habens pro se rem iudicatam, si patiatur cognosci de meritis causæ, censetur renunciare rei iudicatæ, & num.6.*

7 *Iura realiter non producta, non sunt trasportanda, & quando dicantur, sic producta. numer.8. 10. & 11.*

9 *Actuarij attestatio, quod acta omnia sunt trasportata, probat.*

12 *Acta omnia, quando pars dicatur approbasse, omnia illa transportando.*

13 *Acta trasportata coram Iudice producens, si aliqua ex eis, non erant producta,non erant de actis, an ex tali productione efficiantur de actis. & vide num.14. & 15.*

16 *Productio, quod fuerit realis ex quo arguatur.*

17 *Acta, quando apparet, quod non sunt integra, parum iuuat fides actuarij, illa integra fuisse transportata.*

18 *Forenses,si sint incapaces successionis bonorum loci, sic disponente statuto d. loci, nulliter eis conceditur immissio. & num.19.*

20 *Et quid sit dicendum, si successio transferatur titulo vniuersali. Qua opinio est satis dubia, & anceps.*

21 *Statutum conceptum in rem, comprehendit etiam forenses, quamuis sint Clerici.*

22 *Statutum non potest dici absolute negatiuum, si reseruet licentiam Principis.*

23 *Statuta Laicorum ex defectu iurisdictionis non possunt comprehendere Clericos.*

24 *Libertas Ecclesiastica læderetur, si vnicuique licitum minime esset Ecclesiasticas personas heredes instituere.*

25 *Statuta Laicorum non comprehendunt Clericos, siue loquantur in rem, siue in personam.*

26 *Libertas Ecclesiastica, nec directè, nec indirectè est lædenda.*

27 *Alienationis actus non potest separari ab ipsa persona.*

28 *Statutum ne comprehendat personas subditas, qualem distinctionem in hoc Rota non soleat sequi.*

29 *Confessio de dote recepta, tunc probat dum præcessit publicum instrumentum ipsius promissionis.*

30 *Hæredibus non potest concedi immissio in præiudicium Viduæ bona hæreditaria possidentis, nisi ei restituta dote.*

31 *Vidua, si tamquam tutrix filiorum administrauerit bona viri, donec non reddiderit rationem tutelæ, præsumitur vel de dote satisfacta, vel eius creditum remanet illiquidum. & num.32.*

33 *Dotis speciale priuilegium est, vt exceptio administrationis tutelæ excludat retentionem bonorum viri, ut satisfacta sit de sua dote.*
Quod intellige, nisi concludenter probetur ad minus Viduæ deuenisse tot bona, & effectus hæreditarius ex quibus potuerit satisfieri.

34 *Soccin. sen. in consil.126. numer.1. & seq. lib.1. reprobatur.*

35 *Vidua, quod non fuerit satisfacta de sua dote, ex quo constet.*

36 *Administrator donec redderit rationem suæ administrationis, non potest cognosci, an sit creditor, vel debitor. & num.37. 38. & 39.*

40 *Sententia iniusta non meretur executionem.*

41 *Sententiæ difformes non dicuntur facere numerum, vt inducant rem iudicatam.*

42 *Verba Curialia, & Ciuilia obligationem aliquam non inducunt.*

43 *Promissio facta alicui, de eo nunquam molestando in aliquo actu, intelligi potest, de molestijs extraiudicialibus, non autem iudicialibus.*

DECISIO CLVII.

CONSTET nec ne de tribus conformibus vel alias eorum executioni locus sit, fuit hodie dubitatum, & informantes pro hæredibus q. Victoriæ Cercauillæ, negatiuè in omnibus respondendum asserebat, ob tertiæ †sen-
1 tentiæ nullitatem, & omnium sententiarum iniu-

iniustitiam, ac difformitatem; cum rescriptū
Signaturæ mihi directum de exequendo, con-
stito de tribus conformibus, vel quod alias
2 executioni locus sit; † intelligendum sit de
sententijs validis, & iustis, Rota decis.132. nu.1.
& 2. par.6. decis.38.num.1. & seq. par.7.recent. &
3 saltem in † substantia non difformibus, Socc.
cons.74.num.1.in fin.lib.2. Peregr.cons.73.n.1.lib.1
Rota inter recent.decis.98.numer.3.part.1.decis.292.
num.2.par.6.

Nullitas educebatur ex duplici capite, nēpe
non integrę transportationis actorū; deficienti-
bus instrumētis dotalibus Victorię in prioribus
instantijs productis; ac defectus iurisdictionis,
qua videlicet (quia secunda sententia per la-
4 psum quindecim † annorum transierat in iu-
dicatum) caruit tertius Iudex: Franc. in cap.
dilecta, num.10.de appellat. Scacc.eod tractat. qu.15.
num.202.& seqq. Put.decis.115.num.1.lib.1.in cor.
5 Verum hęc posterior nullitas cessat, quia co-
ram tertio Iudice non fuit oppositum de re
iudicata vt debuit; nam alioquin victor pa-
6 tiendo cognosci † de meritis causæ censetur
rei iudicatæ renunciasse, Felin. in cap. inter Mo-
nasterium, num.20.de re iudicat. Ias.in l.patre furio-
so, num.22. ff. qui sunt sui. vel alien.iur. Put. decis.
213. lib.2.in correct.decis.11.tit.de re iud.

Prior vrgeret si instrumenta dotalia fuissent
7 realiter producta, † non enim transportanda
sunt acta verbo tantum producta, Adden. ad
Gregor. XV. decis. 59. num.10. cum alijs allegatis
in Romana societatis lignorum 22.Iunij 1650.coram
me, & productio dictorum instrumentorum
dotalium, quia deest verbum tenoris; vel fa-
8 cto, † videbatur verbalis non attento an con-
cepta fuerit per verbum exhibuit, vel produ-
xit; Gratian.discept.121.nu.33. Add. ad Greg.XV.
d.decis.59. num.11. & seqq. Rota in Vercellen. De-
cimarum 13.Nouembris 1645. coram R. P. D. meo
Cerro, & in Romana locorum Montiū 13.Iunij 1650
9 coram R.P.D.meo Meltio; quo † magis, quia
acta trāsportata integra esse testatus fuit actua-
rius, cui de hoc adhibetur fides. Rota dec.604.
num.2.par.2.recent. & in Toletana Canonicatus Pœ-
nitentiarij 10. Martij 1645. coram R.P.D. meo Ot-
thobono, in Romana subhastationis 7. Iunij proximi
præteriti coram me.

Plures tamen coniecturæ suadere poterant
productionem fuisse realem; Signanter quia
ex datis in Summario hæredum num.6. appa-
ret contextualiter in termino assignato ad iu-
10 stificandum, & impugnandum fuisse † pro-
ductum corā Iudice appellationis processum
primæ instantiæ; testamentum Capitanei Vi-
gnolę, & instrumentum dotale Victoriæ: si-
cut enim negari non potest, quin dictus pro-
cessus, & testamentum fuerint realiter produ-
11 cta idem asserere de † instrumentis dotalibus
contextualiter productis necesse est; vt ex do-
ctrina Bald.in l.si quis, §.si initium, ff. eden. ratio-
cinatur in his proximis terminis Menoch. de
arbitr.lib.2.cas.64.num.2. Duran. decis.9. num.17.
Rota decis.139.num.14. & 15. part.4.tom.2.recent.
& in puncto fuit dictum in Romana societatis
lignorum 20.Iunij 1650.§.id ipsum, in fin.coram me.
12 Fortius quia successiuè ferè † post mensem
eadem Victoria coram ipso Iudice appellatio-
nis comparuit in termino citationis ad omnes
actus, & ad sententiam, & reproduxit dictum
processum vna cum alijs productis; & sic vna
13 cum dictis instrumentis, † ea enim reprodu-
ctio facta coram Iudice supponit instrumenta
alias producta, dimissa fuisse in actis, & qua-
tenus opus sit vim habet verę productionis;
Felin.in cap.venerabilis, num.12.de indic. Scacc.eod.
tract.lib.2.cap.11.num.398. Rota decis.123. num.4.
par.1. recent. Licet Iudex desuper non interlo-
quatur Bald.in l.omnium, numer.9. C. de testament.
14 Maximè, † quia aduersarij erant præsentes,
nec veritatem, aut existentiam instrumento-
rum in actis negarunt; sed solum eorū vigo-
15 re se † coram alio Iudice conuentos esse alle-
garunt dicto Summario num.7. quod efficit,
ne productio impugnari valeat ex defecto ci-
tationis ad dicendum contra, Castrens.cons.382
sub num.3.circa fin.lib.2. relat.ab Add.Buratt.decis.
134. num.15.in fin.

His accedit, quod in ipsa sententia pręfati
Iudicis oculariter legitur illum hæc instru-
16 menta vidisse, sed reiecisse † tanquam pro-
ducta in calculo ferendæ sententiæ, quod pa-
riter, quia ex supradictis verisimile redditur,
arguit productionem fuisse realem, Buratt. de-
cis.217.num.7.& 8. Adden.ad Gregor.XV.decis.59.
num.14. Cumque ex omnibus simul iunctis
17 appareat † acta transportata non esse integra,
nullius momenti est contraria fides actuarij;
vt fuit dictum in Meleuitana Territorij 3. De-
cembris 1638. coram Eminentissimo D. Cardinali
Panzirolo.

Maior ideo vis fiebat in sententiarum in-
iustitia resultante contra omnes sententias,
18 quia † immissionem concedunt bon.memor.
Cardinali Vbaldo tunc sacrę Rotæ Auditori,
& Reu. Ioanni Francisco Penne vti hęredi-
bus scriptis in testamento Federici Ciuis Eu-
gubini, qui cum essent forenses capaces non
erant successionis obstante statuto Eugubij de
prohibit. alienat. in foren. prohibente trans-
19 feri bona immobilia † absque licentia Prin-
cipis in forensem; quocumque titulo inter
viuos, vel in vltima voluntate; quod statu-
tum resistit ne ex l.fin. hæredibus huiusmodi, detur
immissio. Bald.cons.186.num.8.lib. Ang.de acquir.
possess. quæst.3.num.760. & seq. & licet illud ad
translationem rei alicuius particularis, siue
20 in testamento, siue inter viuos fiat; † vt pro-
inde non prohibeatur alienatio quæ fit titulo
vniuersali in testamento, restringat Gabr. con-
sil.169.num.58.lib.1. eius tamen opinio dubi-
tabilis saltem redditur, per ea quæ dixit. Rota
in Lucana in Maioratus 4. Iulij 1640. §. secundo
non obstat, circa med. vers.quo vero, coram rec.mem.
Coccino, sacræ Rotæ Decano. Bald. consil.476. sub
21 num.1.lib.4. Idemque statutum † (præsertim
quia conceptum in rem) afficere forenses,
etiam si Clerici sint, tradit Bald.cons.174.lib.5.
Cephal. cons.53. num.39. & 42.& cons.54. num.9.
& seq. Surd.cons.521.num.2. ad fin. & seq. Ciriac.
controu.530. numer.64. & seqq. in puncto Gabr. d.
cons.169.num.57. alijque relati à Modern.Eugubin.
contr. forens.41.num.4. & seqq. facilius quia non

22 prohibet † absolute alienationem, sed sine
Principis licentia. *Marcabr, cons.23.numer.232.
& 233. Vulpel.de libert.Eccles.par.2.num.8.& 14.
Carol.de Crass.de effect. Clericat. effect.2.num.245.
& seqq.*

Contraria nihilominus opinio visa est ve-
23 rior, quia † ex defectu potestatis statuta lai-
corũ Clericos non afficiunt, *c.Ecclesia S.Mariæ,*
vbi notant omnes *de const.cap.fin.de Immun. Ec-
cles. in 6.* neque statuentes loquendo genera-
liter de forensibus censentur sensisse de Cleri-
cis, quos etiam si voluissent, non potuissent
24 nominatim excludere, † & lederetur Eccle-
siæ libertas; nisi cuique licitum esset Eccle-
siasticas personas hæredes instituere, vt in ter-
minis *Nauarr. consil.3. in fin. tit. de constit. Abb.
cons.8.num.7. in fin. & seqq. Clar. in praxi §. final.
quæst.82.stat.5.numer.2.* vbi de communi *Bald,
cons.474.num.1.in fin.lib.4. Menoch.cons.377.n.10
& cons.1129.num.1. Marcabrun.cons.91. num.53.
Honded. cons.3.num.22. & seqq.lib.1. Surd.cons.2.
num.34.* vbi quod hæc est magis communis
opinio *Eugen.cons.99.num.21.lib.2. Neguſ.q.278.
num.5. Ciriac.contr.205. num.156. & seqq.* quem
alijs relatis refert, & sequitur *Modern, Carpensis
controuer. forens. cap.23.numer.39. & 40. Modern.
Panormit.resol.moral.par.6.tract.3. resol.3.Modern.
Neapolitan.de Immunit. & iurisdiction. Ecclesiastica
tom.1.cap.8. dub.11. sect.1. num.10. & seqq.* & si-
gnanter *num.15.* refert pro hac opinione quin-
quaginta ferè *Doct. fol.335. & sect.6. per tot. fol.
338.* & vterque respondit omnibus contrarijs.
25 Non attento † an statutum loquatur in per-
sonam vel in rem; vel an simpliciter prohi-
beat, an cum certa solemnitate; nam semper
26 minuitur † libertas Ecclesiæ, & Immunitas;
Clericis concessa, tam circa acquisita, quam
circa acquirenda, & per indirectum Clericis
27 præiudicatur, cum † actus alienationis non
possit separari à personis, vt in terminis ad-
uertit *Ciriac.contr.205.num.58.& 160.* & deter-
minatum in sacra Congregatione Immuni-
tatis, refert *Modern. Neapolitan. de Immunit. Ec-
clesiast.tom.1.cap.8. dicta dubit.11.num.19.fol.336.*
Semperque ad effectum, ne statutum com-
28 prehendat personas statuentibus † non subdi-
tas, distinctionem locutionis in rem, vel in
personam reijcit. *Rota ex allegatis in decis.177.
num.13.& seqq. par.5.recent. & in Romana supple-
menti legitimæ 18. Martij 1640. coram R.P.D. meo
Cerro.*

Aduersus verò primam, & secundam sen-
tentiam obijciebatur signanter, quod non
rectè denegauerint Victoriæ retentionem bo-
norum Siluij viri prædefuncti pro credito do-
tali scutorum bis millè probato ex confessio-
29 ne eiusdem viri, † quæ licet sit de dote rece-
pta, quia præcessit publicum instrumentum
promissionis dotis probat veram illius nume-
rationem *Couarr. var.resolut.lib.1.cap.7.numer.6.
Marescott. variar.resolut.lib.1.cap.8.num.13 Sanch.
de matrim.lib.6.disput.9.num.10. Fontanell.de pact.
nupt.tom.2.claus.fin. gloss.vnica,num.35.& seqq. Se-
raph.decis.795. num.1.* & per consequens non
30 poterat † hæredibus aduersarijs concedi im-
missio in præiudicium Viduæ bona hæredi-
taria possidentis, nisi ei restituta dote, *l.2.l.as-
siduis, §.& imò. C.qui potior. in pignor.habean. Mis-
sing.obseruat.cent.6. obseruat.70. num.5. Rota penes
Pacif.de Saluian.decis.75.num.1.*

Neque retentioni obstat, quod Vidua tan-
quam tutrix filiorum administrauerit bona
31 viri, † atque ideo, donec de bonis admini-
stratis integram rationem reddat, vel præsu-
matur satisfacta de dote, vel eius creditum
32 remaneat † illiquidum, & sic ineptum ad re-
tentionem, vt probat *Soccin.sen.cons.126.num.1
& seqq.lib.1.* Qua particulari priuilegio dotis
excepto administrationis huiusmodi non ex-
33 cludit † retentionem, nisi simul concluden-
ter doceatur, ad manus Viduæ peruenisse tot
bona, ad effectus hereditarios, ex quibus cō-
modè de integra dote potuerit satisfieri, vt
34 reprobata contraria opinione Soccini, sequē-
do doctrinam *Negusan.de pignor. 5.memb. 5.par.
num.36.* perpetuò dixit *Rota decis.1455. num.1.
& seq. apud Seraphin.decis.275.num.4.par.4.recen.
decis.14.num.8. & 9. part.5. & in Fanen.dotis 14.
Martij 1642. coram R. P. D. meo Cerro, & in Ro-
mana census 10.Martij 1649. coram Reuerendiss. D.
meo Decano, & alias sæpe.*

Quod in casu nostro probatum non rema-
net ex tribus quietantijs constituentibus in
totum scuta 2409. exacta à Vidua diuersis
35 temporibus † in computum pretij bonorum
à viro, dum viueret, venditorum pro scutis
6709. Summ. Monaldi num.8. Nam vltima
partita scut.1000.cum fuerit recepta à Vidua,
& simul à Bernardino filio maiore, adscri-
36 benda † est debito Viduæ pro medietate tan-
tum; vt in his terminis fuit dictum *in Anconi-
tana dotis 22. Aprilis 1644. §. detracta, coram me.*
Reliqua autem scuta 1909. ad eiusdem Ber-
nardini manus deuenisse negare non possunt
aduersarij, qui in alio iudicio contra Bernar-
dinum moto fassi fuerant in positionibus eū
ex dicto pretio habuisse scuta 5480.& ad red-
dendum de illis rationem condemnari obti-
nuerunt, Summario responsis hæredum nu-
mer.2. & 3. Cumque Viduam, tam ratione
victus, & vestitus filiorum, quam aliorum
37 onerum, † quæ occasione tutelæ subtinuit
plures impensas fecisse constet Summ. hære-
dum numer.1. quousque rationes tutelæ dis-
38 pungātur dici non valet, quod pecuniarum
vt supra exactarum debitrix remaneat, eaque
cum suo credito compensari debeat, *Anchar.
cons.235. num.1. versic. præterea, Alex. consil.192.
num.2.& 5.lib.7. Escobar.de ratiocin.cap.21.n.12.
& seqq.vsque ad 22. Fontanell, decis.234.num.14.
Buratt. decis.443. num.2.* Vel in omnem euen-
tum etiam compensatis dictis scutis 1909.
superesset creditum dotale pro quo licet par-
39 uæ † summæ competeret ipsi retentio om-
nium bonorum viri, vt notant *Doctores in leg.
quamdiu, C. distract. pignor. l.creditores, ff. eod. tit.
l. monachis, & ibi gloss. verb. possessorem, ff.iur.fisc.
Rota decis.18. num.7. apud Modern. Forolollinien.
de legit.*

Huic iniustitiæ capiti Domini inhærentes,
censuerunt primam, ac tertiam sententiam
vti iniustam, neque computandas in numerū
trium

40 trium, † neque executionem mereri; iuncta maximè primæ ac tertiæ difformitate à secunda, tum in dicto articulo retentionis, tum in quota legitimæ decreta matri defuncti; quam scilicet prima sententia per tertiam confirmata declarauit esse nonam tertiæ partis omnis bonorum Siluij patris: secunda verò tertiam
41 partem ex † quatuor dictorum bonorum ad Federicum deuolutis, nec facit mentionem prout prima de legitima matri debita in bonis Euangelistæ alterius filij primo loco defuncti.

Qua propter licet hæredi bon. mem. Cardinalis Vbaldi non obstet, quod idem Cardinalis viuens in Epistola missa ad Victoriam dixerit se nunquam eam molestari fecisse occasione testamenti Federici eius filij, & assecurasse etiam de non molestando in futurum,
42 quia sunt verba † curialia ac ciuilia, quæ obligationem aliquam non inducunt *Felin. in cap. cum iuramento num. 2. vers. sed hoc de homicid. Seraphin. decis. 136. num. 3. Mart. Andr. decis. 92. num. 8.*
43 & intelligi possunt † de molestijs extraiudicialibus & de facto, non autem iudicialibus ac iustis, *Peregr. de fideicom. art. 35. num. 7. Cardinalis Mant. decis. 183. num. 2.* Maximè cum Cardinalis iam antea constituisset procuratorem ipsum Pennam cohæredem ad agendum summ. addit. Monaldi *num. 3.*

Non constare de tribus conformibus, nec esse locum executioni, vtraque parte informante decisum hodie fuit.

R. P. D. PEVTINGERO.

Romana Redditionis rationis.

Lunæ 5. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Tutor an teneatur rationem reddere de censu per ipsum alteri, cesso, licèt cessio non habuerit effectum primo loco discutitur; Tutori, qui siue durante, siue finita tutela aliquid pro pupillo persoluerit, quommodo ei succurratur, clarè demonstratur; & de bonis pupillis ab ipso venditis, quando dicatur sufficientem reddidisse rationem eruditè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Tutor non tenetur restituere id, quod ad eius manus non peruenit, nec minùs aliquam rationem de eo reddere.*
2 *Amplia etiamsi inter debitorem, & Pupillam emanasset transactio, vel nouatio, quæ postmodum non habuit effectum.*
3 *Tutor non tenetur reddere rationem de fructibus censsus, quos non exegit.*
4 *Venditio presumitur facta iusto pretio.*
5 *Amplia si precesserit æstimatio.*
6 *Tutor quando dicatur sufficientem reddidisse rationem de rebus ab ipso venditis.*
7 *Tutor tenetur tantummodo restituere fructus ab eo descriptos, nisi doceatur maiorem quantitatem percepisse.*
8 *Tutor non tenetur reddere rationem de fructibus bonorum pupilli, quos apparet ad manus creditorum peruenisse.*
9 *Tutori, qui siuè durante, siuè finita tutela aliquid pro pupillo persoluerit, in iudicio redditionis rationis quommodo ei succurratur.*
10 *Et hoc ab eo qui pecunias recepit in dubium reuocari non potest.*
11 *Creditor posterior non potest controuertere solutionem factam creditori anteriori.*
12 *Maximè si creditum fuerit illiquidum.*
13 *Legatarius non potest consequi rem legatam quando creditores Testatoris, ex alys bonis satisfieri non valeant.*

DECISIO CLVIII.

CVM in hac Causa à Perito ab hoc S. Tribunali super partitis inter Partes litigantes cõtrouersis ad referendum deputato, plures fuerint ab ipso Perito Iudicio Dominorum reseruatæ, & die 10. Decembris 1646. 14. Iunij 1649. & 26. Nouembris 1650. coram me resolutum Claudiam de Fortis Tutricem, & pro tempore Curatricem filiorum Francisci Baratelli non teneri pro Partitis, ad quas disputatio tunc fuit restricta, nouam rationem reddere, excepta secunda Partita concernente fructus Casalis Turris nouæ Anni 1618. de qua Domini mandarunt reddi sufficientem rationem, hodieque dubium propositum, An ratio à Claudia de Fortis legitimè fuerit reddita de Partitis 9. 14. 19. & 23. in relatione d. Periti, Domini responderunt rationem esse legitimè redditam à Claudia, exceptis gemmis, & vestibus ipsi legatis à Marito.

1 Quo ad † partitam in relatione Periti in ordine 9. quæ continet Censum scut. 1500. super bonis Bizarri per eundem impositum, venditum Francisco Baratello, vt ex Instrumento desuper sub die 6. Iunij anni 1612. confecto cum non constet ratione fructuum, vel capitalis illius census quod quidquam ad manus Felicis hæredis Baratelli, siuè Claudiæ suæ matris, penes quos hæreditatis d. Baratelli administratio erat, peruenerit, nihil vtique restituere de eo tenetur, nec minùs aliquam rationem reddere *Crauett. cons. 251. num. 14. Rota coram san. mem. Papæ Greg. XV. decis. 220. num. 3. cum allegatis in decisione in hac causa coram me 14. Iunij 1649. §. sed cessat insuper obiectum,*

2 Cui veritati † non obstat Instrumentum inter d. Felicem, & Bizzarrũ sub die 24. Nouem. 1618. stipulatum in Summ. Cappellani nu. 3. relatum, in quo Felix promisit non molestare Bizarrum pro quibusuis summis, habita etiam ratione ad d. Centum scut. 1500. Quia cum illa stipulatio emanauerit intuitu alterius rei, assignationis videlicet, & mandati à Bizarro in personam Felicis facti ad disponendũ & alienandum eius domum in Vrbe, & Vineam in Agro Tusculano pro satisfactione eius debiti, quod tamen non habuit effectum ex defectu non adimplementi conditionis resolutiuæ inter ipsas partes conuentæ, prout ex Instrumento, & Apoca sub eadem die 24. No-

Nouembris 1618. ostenditur in Summ. Claudiæ num. 2. & 3. Ideoque merito idem Census tanquam ad hereditatem Baratelli spectans resoluta præcedenti assignatione, & mandato postea fuit ab ipsa Claudia vti filiorum Felicis, & fratris Tutrice, & Curatrice cessus Baldassari, & Leonardo de Bruscis, vt ex Instrumento publico sub die 8. Ianuarii 1619. in Capellani Sum. num. 4. relato demonstratur; Atque domus eadem in Vrbe, & vinea in Agro Tusculano ab ipso Bizarro, & eius Creditoribus respectiuè fuerunt postea alienatæ, vt ex publicis Instrumentis sub diebus 2. Martii 1621. & 5. Septembris 1624. ac 12. Iunii 1629. demonstratur, relatio in Sum. Claudiæ num. 5. 6. & 7. Proinde Claudia, & filii ad nihil in hac Partita tenentur, ex traditis per *Surd. cons. 359. num. 10. vers. Paria sunt Rota decis. 716. num. 17. part. 4. recent. tom. 3. Buratt. decis. 14. num. 16.*

3 Prout non† releuat quod in Instrumento solidationis Computorum die 24. Nouem. 1618. facto inter d. Felicem, & Bizarrum fuerint comprehensi fructus d. census, vt in Summ. Capellani d. num. 3. Quia cum in eadem solidatione legatur hæreditatem Baratelli remanere creditricem Bizarri vltra sortem principalem dicti census in alia summa, apparet fructus eiusdem Census non fuisse exactos, & propterea de illis non venit reddenda ratio *Bart. in l. 1. num. 9. & seqq. ff. de acquir. poss. Eugen. cons. 19. num. 1. Rot. decis. 380. num. 4. par. 4. rec. tom. 3.*

4 Idem† quoque firmatum fuit à Dominis circa Partitam 14. descriptam a Perito de mobilibus, quia de venditione eorum, & datione in solutum respectiuè, præuia æstimatione Peritorum pro summis in Instrumentis, & scripturis expressis relatis in Summ. Claudiæ num. 9. 10. & 11. computatis, vt dicitur, ad creditum hæreditatis Baratelli, apparet; Vnde cum præsumptio sit pro iustitia pretij *Bald. in l. per diuersas. num. 13. C. mandat. Rota coram sa.*
5 *me. Greg. XV. decis. 524. num. 5. & 553. num. 2.* maximè cum præcesserit æstimatio Peritorum *Rota in Romana legitimæ 8. Februarij 1616. coram*
6 *bon. mem. Card. Verospio*, † sequitur vt dicatur reddita sufficiens ratio, dum pro parte Creditorum Baratelli non docetur maius pretium ex dictis mobilibus peruenisse ad manus Claudiæ siue Felicis *Rota decis. 135. num. 16. par. 6. recentior.*

7 Similiter † nihil est per Claudiam restituendum quoad fructus illius vineæ in Agro Tusculano reseruatos à Perito in 18. Partita suæ relationis in loco nuncupato Giusaleo per supradictum Bizarrum d. Felici assignata ex publico instrumento sub die 24. Nouemb. 1618 confecto ab eo die vsque ad annum 1624. quo fuit in solutum data Claudiæ, vt apparet in eius Sum. num. 6. quia constat dd. fructus ad creditum hæreditatis Baratelli fuisse relatos in Bilancio exhibito per Claudiam in eius Summ. num. 14. neque enim extra docetur maiorem quantitatem à Claudia, & d. Felice eius filio fuisse perceptam quam ibi relatam ex supra allegatis.

8 Pariter † idem fuit dictum esse asserendum de fructibus vineæ Genzani ab anno 1623. vsque ad annum 1628. reseruatis in 19. Partita, cum non constet eos vel ad Claudium, vel ad Felicem peruenisse, sed ex decretis Congregationis Creditorum d. Baratelli, ac Partitis relatis in Sum. eiusdem Claudiæ num. 15. & 16. magis manifestatur dd. fructus peruenisse ad Exactores ab ipsis Creditoribus deputatos *Aym cons. 231. num. 14. Rota allegata decis. 380. num 4. & decis. 734. num. 1. part. 4. recent. tom. 3.*

9 Eodẽ † modo Domini concluserunt quoad pecunias solutas Lambardo in causam dotis, ac fructuum dotalium Angelę eius vxoris supradicti Baratelli filiæ in 23. Partita à Perito descripta, quia siuè durante, siuè finito tutelæ ac curæ officio solutæ fuerint, vtroque casu ad eius creditũ in hoc Iudicio redditionis rationis (circũscripta etiam d. Lãbardi cessione,) sunt eædem pecuniæ reficiendæ, siuè contraria tutelæ actione, ad *text. in l. 1. §. Præterea, & in l. quid ergo §. Contrarium Iudicium ff. de contrar. tutel. & vtil. action. & in l. fin. C. de contrar. iud. tutel.* siue vtili negotiorum gestorum actione *l. nam & seruus §. qui negotia, & l. cum pecuniam ff. de negot. gest. & l. 2. C. eod. tit. cum con-*
10 *cord.* † quod ab ipsomet pecunias recipiente Lambardo in dubium reuocari non potest ad *decis. Franc. 260. ad fin.* & fuit dictum *in Romana officij Notariatus coram bon. mem. Merlino 26. Iunij 1641.* & postea *coram me in eadem causa die 27. Iunij 1646. atque confirmata iterum die 20. Februa-*
11 *rij 1647.* † neque a posterioribus Creditoribus hoc controuerti potest, ad *text. in l. Creditori, & l. potior ff. qui pot. in pign. hab.* minus ab alijs Creditoribus, quorum credita adhuc sunt illiquida iuxta *cons. Alciat. 41. num. 4. & 5. lib. 2.*

12 Non tamen † legitimam fuisse redditam rationem Domini censuerunt per d. Claudiam de Vestibus, & Gemmis eidem Claudiæ à supradicto eius Viro legatis, de quibus in eius Summ. num. 12. & 13. Quia certum est Claudiam illas sibi appropriare minimè potuisse in præiudicium Creditorum Viri, quorum ipsa notitiam habebat, cum ipsi Creditores ex aliis viri sui bonis satisfieri non valeant *l. 1. §. is qui ff. ad Sen. Cons. Trebell. l. successores ff. ad l. falcid. l. si vniuersæ facultatis C. de legat. l. fin. §. Et si præfatam in vers. licentia Creditoribus, vbi explicat glos. in verb. accommodare C. de iur. delib.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

Decisio ista sub die 14. Iunij 1649. coram bon. me. Peutingero, est decisio 321. supra part. 10. recent. reliqua erunt in Miscellaneis.

R. P. D. BICHIO.

Romana Subhastationis.

Mercurij 7. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Quæ actorum transportatio requiratur ad validitatem sententiæ tàm vigore Concilij, quàm vigo-

vigore legum dispositionis hic habes ad notatum, vbi quomodo procedi debeat contra minorem, vel pupillum, ne iudicium reddatur inane.

SVMMARIVM.

1 *Fructus in spolio violenti & attentato debentur, secus in alio.*
2 *Acta facta in causa diuersa, & terminata transportari non debent licèt faciant ad causam.*
3 *Transportatio integra non est de necesse in prophanis secus in Ecclesiasticis iudiciis.*
4 *Lex requirens actorum transportationem non præsumitur intellexisse de superfluis, & inreleuantibus.*
5 *Extractus præsumitur integer, & quandò.*
6 *Iudex secundæ instantiæ vigore clausulæ quam, & quas procedere potest vti in prima, & ideò primam sententiam reuocare necesse non habet.*
7 *Sententiam primam vt iudex secundæ instantiæ reuocare debeat, requiritur ante alteram sententiam oppositio.*
8 *Disputatio super fructibus damnis & interesse non requiritur quoties illi inest à disputatione dubii principalis.*
9 *Constitutiones Apostolicæ non arctant Rotam ad disputandum dubia superflua.*
10 *Disputato dubio super negotio principali poterit in relatione causarum peti expeditio etiam super fructibus.*
11 *Condemnatio fructus intelligitur a die motæ litis.*
12 *Minoribus absentibus à loco iudicii deputari debet curator, & cum curatore procedi & num. 15.*
13 *pro Credito contrà defunctum agi nè possit in solidum contra alterum ex pluribus hæredibus, & num. 19. 20. & 22. cum seqq. & 29.*
14 *Nullitas contrà pupillum reddit processum nullum quoad consortes.*
16 *Defensiones quod possint minoribus competere sufficit vt iudicium sine curatore sit nullum.*
17 *Creditum alicuius, postquam alius fuerit satisfactus peti non potest nisi satisfactione secuta.*
18 *Satisfactio est probanda.*
19 *Exhibitio librorum dicitur quid indiuiduum.*
21 *Obligatio facti potest executioni demandari etiam per capturam pignorum.*
22 *Interesse facti ac petatur accessorie, vel principaliter multum differre dicitur.*
23 *Petitiones plures quando censeantur deductæ æquè principaliter.*
24 *Interesse in quantitate est de sui natura diuiduum.*
Quantitas diuisibilis num. 24.
25 *Natura dictionis, vel, quæ.*
26 *Alternatiua quandò præstet electionem.*
27 *Libellus vel monitorium alternatiuum quando electionem præbeat.*
28 *Exhibitio ab eo est petenda apud quem constat quod exhiberi petitur extare.*
30 *Spolium iudicialem quando admittat retentionem pro vero credito.*

DECISIO CLIX.

DEVOLVTA ad Rotam coram R. P. D. meo Verospio appellatione à sententia A. C. absolutoria Ludouici Braccij à reintegratione petita per Eleonoram de Pisentibus, & litis consortes in loca tresdecim Montium, siue eorum pretium, quæ idem Braccius subhastari, ac deliberari fecerat de anno 1645. emanauit præuia disputatione dubij, super d. subhastationis, validitate, & iustitia sententiæ Rotalis, qua mandatum executiuum, cuius vigore fuit facta subhastatio, eademque subhastatio nulla declaratur cum omnibus indesecutis, & condemnatur Braccius ad restituendum actricibus d. loca Montium, seu illorum iustum pretium, vnà cum fructibus ab eo perceptis, & damnis, & interesse per actrices passis.

Hæc sententia Rotalis confirmanda necnè sit, fuit hodie dubitatum coram me, cui per appellationem à Braccio interpositam causa fuerat commissa, & pro confirmatione respōsum, non obstantibus multis exaduerso obiectis, quorum aliqua in ipsam sententiam precisè à præcedenti lata ab A.C. diriguntur, alia circà sententiæ A. C. iustitiam versantur, vt ex inde contrariæ Rotalis iniustitia detegatur. Primi generis est obiectum non integræ transportationis actorum, non reuocationis primæ sententiæ absolutoriæ ab A. C. latæ, non disputationis particularis dubij super fructibus damnis, & interesse, ad quæ Braccius condemnatur, ac tandem condemnationis ad
1 fructus à die spolij perceptos, † qui tamen citra spolium violentum, vel attentatum non debentur, nisi à die motæ litis iuxta sententiam, quam perpetuo amplexa est *Ro. in pluribus decisionibus relatis in Romana domorum 25. Iunii 1646. coram me, & in Romana domorum in Burgo 12. Nouembris 1649. coram R.P.D. meo Ottbobono.*

Acta enim primæ instantiæ, quæ exaduerso non trasportata dicuntur, quia emanarunt non in hacmet causa, sed in alia diuersa ter-
2 minata, vsque de anno 1618. transportari non debuerunt, quamuis ad hanc causam multum conferrent *Grat. discept. 122. num 16. & 17. cum aliis alleg. in decis. 55. num. 1. coram sa. me. Greg. XV & in Iuuenacen. & Melphiten. bonorum 8. Iunii 1646. coram R.P.D. meo Corrado.* Eoque minus eorum defectus vrget, tum ex eo quod non releuant, cum satis nō sint ad euitandam sententiæ A.C. nullitatem, & iniustitiam, quibus innititur contraria Rotalis; In causis namque profanis, qualis est ista, in quibus iuris-
3 dictio vt firmetur, † integra transportatione actorum opus non est licet secùs sit in Ecclesiasticis, de quibus loquitur Con. Trid. sufficit transportasse dumtaxat, quæ releuant *Grat. discept. 968. num. 10. & seqq. Rot. decis. 561. num. 12. par. 1. recen. decis. 564. sub num. 5. vers. quod & videtur*, vbi dicitur ratio, quia non præsumitur quod lex exposcens actorum transportationē
4 intellexerit de superfluis, † & irreleuantibus *par. 2. in Leodien. dominij de Stenordia 3. Iunij 1623 §. his positis, & seqq. coram clar. me. Caccino impress. post Moder. Bersigellien. ad stat. Vrb. decis. 165. in Verulana fideicommissi 27. Aprilis 1635. §. fin. coram Eminentiss. D. Card. Panzirolo, in Ariminen. fideicommissi*

deicommissi 28. *Iunij* 1641. *coram R.P.D. meo Cerro, in Assisien. bonorum* 9. *Nouembris* 1641. *coram R.P.D. meo Peutingero*. Tum etiam quia acta deficientia fuisse amissa constat ex fide Extratistæ, iuncto ipso extractu, † qui integer præ-
5 sumitur, † cum emanauerit vigore præcepti de extrahendo omnia acta, vt respondit *Rot. decis*.604. *sub num*. 2. *par*. 2. *recen*. & *in Ferrarien. bonorum* 10. *Decembris* 1603. *coram Card. Lancellotto sen*.

Primam sententiam reuocare necesse non fuit, vel quia vigore clausulæ *quam*, & *quas*
6 in Commissione positæ † Rota pronunciauit vt in prima *Gabr.cons*.54.*num*.8.*lib*.1.*Rot.dec*.161 *num*. 2. *in fin. par*.1. *recen. cum alijs allegatis in Nazarena, seu Montis Viridis Beneficij* 19. *Iunij* 1647 *coram R.P.D. meo Meltio*, vel quia non fuit de
7 hoc antè † sententiam oppositum, vt requiri voluit *Gabr.d.cons*.54.*num*.8.*Osasch.decis*.1.*nu*.49. *Rot.d.decis*.161.*num*.2.*decis*.31.*num*.2. *coram Card. Caualerio*, & *in Marsicen. iurisdictionis* 28. *Februarij* 1647.§.1. *coram me*.

Particularis dubij super fructibus, damnis, & interesse disputatio necessaria non fuit, quia
8 inesse videntur † ipsi disputationi negotij principalis à quo dependent *Christoph. de Paz.ad leg. Regias l*.1.*num*.84. & *seqq.Rot. in Bonon. dotis, seu pecuniaria* 26. *Martij* 1645. *coram Reuerendiss. D.*
9 *meo Decano*, † nec Constitutiones Apostolicæ arctant ad disputandum dubia superflua *Rot. decis*.170. *num*.10. *par*.6. *recen*. sed satis est quod in relationibus causarum fuerit demandata
10 expeditio sentētiæ etiam super damnis, & fructibus, vt in fortioribus terminis fuit decisum *in Romana fideicom. de Marianis* 14. *Decemb*.1648. §. *nec refert. coram R.P.D. meo Rojas*.

Condemnatio tandem ad fructus à die spolij perceptos in sententia non legitur, sed simpliciter ad fructus perceptos, *ibi vnà cum fructibus exaduerso perceptis* quod intelligendum est
11 de perceptis à † die motæ litis iuxta iuris dispositionem vt in terminis condemnationis ad fructus *Vinc. de Franch.decis*.527. *sub nu*.12.*vers. nam dicebam Capic.Latr.decis*.25. *sub num*.38. *vers. nam verba sententiæ Rot.decis*.66.*num*.3.*par*.2.*recen*. & *in Bonon. Dotis* 19.*Decembris* 1644.§.*penult.coram me, in Romana fideicommissi de Campagnolis* 8. *Februarij* 1649. §. *non obstat quod sententia, coram R.P.D. meo Peutingero*.

Secundi verò generis obiecta euacuantur ex optime deductis in decisione prioris instantiæ edita 10. Iunij 1650. coram R.P.D. meo Verospio, in qua ostenditur mandatum executiuum pro exhibitione librorum contra has mulieres ad instantiam Braccij relaxatum, cuius vigore subhastatio secuta est, fuisse nullum ex quo non fuit mulieribus tunc minoribus,
12 & absentibus à loco iudicij, ac per edictum citatis deputatus Curator ad lites, & citato Curatore processum, vt requiri in terminis minoris absentis, præter allegatos *in d.decis.tradit Guttier. de tutel.par*.2. *cap*.4. *sub num*.3. *vers. in absentibus autem ex tex. litterali in l*.1.§.*sufficit vers. in absentibus autem, ff.administr.Tutor*. & iniustū, tum quia non fuit liquidatum creditum Braccij in summa contenta in mandato; tum quia pro prætenso credito agi non poterat insolidū
13 contra alterum † ex pluribus hæredibus *l*. 1. *vbi notant omnes C.haredit.act*.

Non vrget contra primum distinctio inter pupillum, & adultum, nam præter quod in-
14 ter has mulieres altera erat pupilla, † & nullitas quoad ipsam reddit processum nullum, quod litis consortes habentes eamdem causam, defensionis ex allegatis *in decis*.319.*num*.1. *ibique Add.num*.7. *coram fa.me.Greg.XV*. & *in Romana, seu Veliterna restitutionis in integrum* 25. *Iunij* 1646. *coram me*. Contraria opinio verior est, & recepta à Rota, quando, vt in casu nostro adultus qui conuenitur abest à loco iudicij, & est penitus ignarus iudicij contra se per
15 edictum intentati, † tunc enim ei imputari non potest, quod Procuratorem non constituerit, & cum legitimo Curatore non comparuerit, vt pluribus comprobat decisio huius causæ §. *hæc tantum, coram R.P.D. meo Verospio*; Maximè quia apparet mulieribus plurescompetijsse defensiones, quas tamen sufficit po-
16 tuisse competere † vt iudicium sine Curatore prosequutum sit nullum *Caputaq.decis*.114.*n*.2. *par*.1.*Grat.discept*.502.*num*.35. *alijque relati à Moder.Perus. de manut.obser*.79.*num*.14.

Circa iustitiam, non vrget respectu liquidationis, quod creditum Braccij in scutis mille iustificetur ex instrumento transactionis, cuius vigore fuit actum, quia cum in eodem Instrumento conuentum fuerit, quod pro his scutis mille residualibus sui capitalis in societate prius contracta, ac finita positi, diuidantur vtilia socialia remanentia satisfacto prius Io. Paulo Pisente consocio, non solum de scut. 4000. ad computum sui capitalis sc.5000 sed etiam de alijs sc.1136.Summ. Mulierum
17 num.1.petere Braccius non poterat d. scuta 1000. nisi prius iustificato Io. Paulum integrè fuisse satisfactum, & facta liquidatione, ac diuisione dd. vtilium, *vt per Buratt.decis*.151. *numer*.1. & 2.*Rot decis*.4. *num*.12. *vers. nec dicatur, inter impress. apud Moder. Auenion. de præuent.to*.2.
18 Et gratis allegatur d. satisfactio † Io. Pauli, quæ esset exaduerso concludenter probanda *Surd.decis*.105.*num*.9. *vbi alleg.concord*.

Respectu pariter solidalis actionis licèt non negetur, quod agi possit in solidum contra
19 vnum ex pluribus hæredibus † promissoris, quando vel agitur ad factum promissum, de sui natura indiuiduum, vt notant *Doct. in l*.4. §. *Cato, ff. de verb.oblig*. latè *Surd.cons*.156.*nu*.15 *in fin.Gomes.var. resol.tom*.2. *cap*.10. *sub nu*.24. & *per tot*. quale est exhibitio librorum à Braccio
20 petita, † vel res, quæ petitur ab hærede connento tantum possidetur, *l. si quis ex argentarys*, §. *cogentur, ff. edan. l*.3. §. *hares, ff. commod. l. actiones* 66. §. *si communis, ff. pro soc. Zasius in d*.§. *cato num*.47.*vers. credo tamen, Card.Mant. de tac.lib*.10.*tit*.8.*num*.4. qui est casus noster, cum libri extiterint penès Antonium, alterum ex hæredibus Io. Pauli.

Neutra tamen ex dd. limitationibus applicatur casui nostro non prima, quia non fuit simpliciter actum ad factum exhibitionis
21 librorum, vt poterat, † deueniendo etiam ad captu-

capturam pignorum, donec debitor tedio affectus factum promissum præstaret, *Fontanell. decis.252.num.4. & 5. Rot.decis.262.num.9. & 10. apud Zacch. de oblig.Cam. secundã vlt.impress.aliq. allegati à Moder.Hispan. de Iudic.tom.2.lib.1.tit.3. num.27. & seqq.* sed simul actum fuit ad interesse, hoc est ad scuta mille, quo casu multum interest, an interesse fuerit petitum per viam executionis, ac accessoriè, & consecu-
22 tiuè ad ipsum factum, † ac verò æquè principaliter, quia primo casu actio solidalis directa ad factum indiuiduum eadem est etiam in executione contra vnum ex hæredibus faciẽda secus secundo casu, vt benè distinguit *Bart. in l.2.§. ex his num.9. & 10. ibique Castr. numer.3. Imol.num.11.ff.verb.oblig. Gomes.var. resol. tom.2. cap.10.num.16.vers. ex quo infert.Grat.discept.323 num.7. & 8. vbi allegat concord.* Et ratio diuersitatis est, quia plures petitiones æque princi-
23 pales deductæ † censentur per viam actionis, nec inuicem confunduntur, sed vnaquæque retinet naturam suam *Laderch.cons.93. sub nu.5. vers. causa tamen Roman.cons.240.nu.1.col.2. vers. tertio quia Paz. ad leg. Regias l.158.sub num.3.* & interesse in quantitate est sui natura diuiduũ;
24 prout ipsa † quantitas *l. 4. §. cato l. stipulationes non diuiduntur in princip.ff.verb.oblig.Rip.in d.§.cato num.12.num.36. & 42. Rota in Anconitana legati 30. Maij 1642. coram me.*

Hic verò fuisse æque principaliter petitam summam scut. 1000. apparet ex verbis monitorij, ibi, *ad exhibendum libros rationis &c. vel præstandum instanti damna, & interesse &c.* ponde-
25 rando alternatiuam, *vel*, † quæ vtrumque alternatum æquè principaliter determinat, tãquam diuersa *l. si stychum, aut Pansilum in princ. ff.verb.oblig.l. stichum aut Pansilum ff.solut.Scac. de iudic.lib.1.cap.45. sub num.2. Mant. de tac. lib.22. tit.8. sub num.9.vers. sed aduerte Buratt. decis.334. num.16.* & præbet reo conuento electionem præstandi alterum ex alternatis solitam com-
26 petere, † quando vtrumque principaliter est in actione, & obligatione *l. plerumque §. fin. ff. iur.dot.Surd.cons.225. sub num.6.Dec.cons.42.nu.1. Natt.cons.650.num.4.Fontanell. de pact.nupt. claus. 5.gloss.8.par.13.num.69.& seqq.Monter.decis.Arag. 48.num.1.& seqq.* & in puncto alternatiuæ po-
27 sitæ † in monitorio, ac libello *Gramat.decis.68 sub num.1.*

Non secunda limitatio quia nullibi probatur libros, quorum exhibitio petita fuit extitisse penes Antonium vnum ex hæredibus Io. Pauli, imò Braccius in protestatione emissa in iudicio anni 1618. fassus fuit libros adesse penes Reuerendissimum Commissarium Cameræ Apostolicæ, seque paratum obtulit ad eos recuperandos, & in omnem euentum sufficit respondere, quod subhastatio facta fuit
28 contra Eleonoram, & Honestam, † apud quas probandum erat eosdem libros deuenisse *l. alio iure, C. in lit.iuran.Buratt.decis.278. sub n.9. & 10.* & alioquin cum adessent etiam alij cohæredes ab Antonio relicti, non poterant in-
29 solidum condemnari, † quamuis Antonius insolidum obligatus fuisset, vt præter allegat. in prima decisione fuit in terminis redditionis rationis decisum *in Tudertina redditionis rationis 28. Iunij 1645. coram R.P.D.meo Otthobono.*

Postremum retentionis refugium cessat, quia nec hodie creditum Bracci est liquidum cum nusquam constet de præcedenti satisfactione Io. Pauli ex effectibus socialibus, & residualium vtilium diuisione, ac liquidatione, necnon quia, stante nullitate citationis contra Mulieres Minores absentes, nullo eis dato Curatore per edictum executæ, aliqua illis imputari non potest contumacia, aut culpa,
30 sine qua aduersus spolium iudiciale, † retentio etiam pro vero credito non competit, vt declarando *decis. Surd. 46. exaduerso alleg. tradit Grat.discept.754. num.47. & 48.* & dixit *Rota decis.539.num.10. coram Card.Caual.decis.117.nu.8. & seqq.par.4.tom.2.recen.decis.54. sub num.5. & 6. apud Modern.Perus. de subast.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

R. P. D. MELTIO,

Posteà Reuerendissimo Episcopo PAPIEN

Comeñ Funeralium.

Mercurij 7. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

In iudicio manutentionis vltimus status possessionis attendi debet, & non anterior, nisi probaretur continuatus vsque ad tempus litis. Si verò concurreret nullitas Tituli propter quod ius resisteret possessori, attamen quando huiusmodi nullitas retardare nõ possit manutentionem, clarè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio danda est possidenti de tempore motæ litis.*

2 *Testis, qui de suo dicto rationem reddit, plenè probat.*

3 *Possessio probata remanet ex cõfessione partis petentis restitutionem in pristinum statum.*

4 *Possessio confessata sufficit ad effectum manutentionis.*

5 *Fides personæ deponentis de re spectante ad eius officium, præbet adminiculum veritatis, & multum confert ad comprobanda dicta Testium.*

6 *Parochus curam Animarum exercens habet assistentiam iuris pro perceptione funeralium.*

7 *in Iudicio summarissimo manutentionis, leuiores probationes pro sufficientibus admittuntur.*

8 *in Iudicio manutentionis vltimus status possessionis attenditur, & non anterior, nisi probetur continuatus vsque ad tempus motæ litis.*

9 *Possessio ciuilis non suffragatur vltrà decennium à die occupationis naturalis ad effectum manutentionis, etiam nomine Ecclesiæ.*

10 *Ecclesiæ interesse considerari non potest, dum lis agitur inter Ministros eiusdem Ecclesiæ super modo diuidendi emolumenta, & quid si ageretur cum extraneis Ecclesiæ Ministeris.*

11 *Transactio inita inter personas eiũ eiusdem Ecclesiæ est nulla, nisi fuerit approbata ab Episcopo.*

12 *Nul-*

12 *Nullitas tituli, etiamsi exindè ius resisteret possessori, attamen quando non impediat, quominùs possessio suos operetur effectus.*
13 *in Iudicio manutentionis mæra facti insistentia attenditur.*
14 *Possessio longæua inducit præsumptionem tituli validi, donec opportuniùs de eo cognoscatur.*
15 *Nullitas tituli, vt retardare valeat manutentionem, qualis esse debeat.*
16 *Consensus totius Capituli, quando sit necessarius, & quãdo sufficiat interuentus maioris partis Canonicorum.*
17 *Necessitas, & Vtilitas quando comparetur.*
18 *Obseruantia subsecuta super transactione facta à maiori parte Canonicorum, inducit ratificatiionem totius Capituli.*
19 *Consensus Episcopi an sit necessarius in transactione inita inter personas eiusdem Ecclesiæ super iuribus ad eandem Ecclesiam spectantibus. & seq. Et an sufficiat licentia data à Vicario. & nu. 21.*
20 *Donatio facta ab Episcopo de rebus pertinentibus ad suam Mensam, ad fauorem Canonicorum substinetur.*
22 *Archidiaconus de iure est Vicarius Episcopi.*
23 *Exceptio iuris dubij longam altercationem requirens, non retardat manutentionem, sed ad merita causæ reijcitur.*
24 *Ad petitorium reijciuntur ea, quæ sunt dubia.*

DECISIO CLX.

LITEM alias diù agitatam inter Præpositum Collegiatæ Ecclesiæ Sancti Fidelis Ciuitatis Comen. ex vna, & Canonicos eiusdem Ecclesiȩ ex alia super iure percipiendi emolumenta funeralia, composuit transactio inita de anno 1629. in qua cõuentum fuit, quod dempta certa rata dictorũ emolumentorum solita præstari Sacristæ reliquorum omnium duæ partes æquales fierent, quarum vna poneretur in massa Capitulari, quæ posteà inter dictum Præpositum, & Canonicos residentes pro ratione residentiæ diuideretur, altera verò in totũ spectaret ad Præpositum intuitu curæ Animarum, & administrationis Sacramentorum, prout constat ex Instrumento Transactionis, *dato in Summario Præpositi nu. 1.* quæ transactio fuit pacificè obseruata vsque ad annum 1638. de quo tempore prætendentes Canonici ex dicta tranfactione se læsos, iudicium super illius rescissione coram Ordinario introduxerunt, quod tamen non fuerunt prosequuti, nisi de anno 1649. tunc autem renouata pro parte Canonicorum eadem instantia Præpositus suspenso petitorio obtinuit maudatum de manutenendo in quasi possessione percipiendi emolumenta funeralia ad formam transactionis, quo in gradu appellationis reuocato A.C. cum Signatura commisisset causam in Rota cum facultate manutenendi, quem de iure, ad dicti rescripti formam dubitatum hodie fuit, cui nam esset dandum mandatum de manutenendo, & Domini illud Præposito dandum esse declararunt.

1 Etenim † manutentio datur possidenti de tempore motæ litis, *vulg. §. retinendæ instit. de interd. l. prædia*, vbi *Bart. ff. de acquiren. possess. Rota in Brundusina bonorum 23. Ianuarij 1649. coram me, §. & ex his cum vulg.*

2 Possessio † autem Præpositi de dicto tempore probatur ex depositionibus quatuor testium, quorum aliqui deponunt de possessione decem annorum, alij vndecim, alij quindecim, & cum suorum dictorum optimam rationem reddant, nempè quia dictæ Ecclesiæ fuerunt ministri, ac ita semper inuiolabiliter obseruari viderunt, benè concludunt ad tradita per *Crauett. consil. 99. num. 6. & cons. 178. num. 7. post med. Gabr. de test. conclus. 4. num. 20. Rota decis. 283. num. 2. & 5. part. 7. recent. & in Bononien. pecuniaria 10. Ianuarij 1650. coram R.P.D. meo Otthobono §. 2. ad med.* præsertim, quia eorum dicta recipiunt robur, & adminiculum ex partitis exactionum antea factarum à Canonicis, *& datis in eodem Summario num. 3.* quæ cum desinant in anno 1629. quo tempore inita fuit transactio exindè apparet exactionẽ post dictũ tempus fuisse diuerso modo, & in minori summa factã, nam aliàs si, & exactiones posterioris temporis aliquid conferre potuissent ad eorum intentionem fundandam illas pariter extraxissent, ac produxissent.

Magis certa redditur possessio Præpositi ex confessione ipsorummet Canonicorum, qui dùm intenterunt, vt rescinderetur transactio tanquam læsiua ex eo, quod post eam reciperent tot libras minus quam recipere solebant ante transactionem, vtque in pristinum statum restituerentur, indè sequitur, vt fassi fuerint transactionem fuisse executioni demandatam, sicque Præpositum possidere, † petens enim restitui in pristinum statum iam fatetur non se, sed alterum in possessione reperiri, per ea, quæ in similibus terminis firmauit *Rota coram san. mem. Gregor. XV. decis. 200. num. 3. coram Buratt. decis. 250. num. 4. decis. 6. nu. 1. & decis. 393. numer. pariter* 1. & fuit etiam resolutum in *Gerunden. beneficij 1. Iulij 1644. §. accedente præsertim*, & in *Alexandrina Canonicatus 9. Decembris 1648. §. etenim probat coram R.P.D. meo Cerro*; † & huiusmodi confessata possessio ad effectum manutentionis sufficit, vt post *Menoch de recuperan. possess. remed. 1. num. 215. cum seqq.* & dictum fuit *coram Durano dec. 23. nu. 12. & decis. 115. num. 1. & in recent. decis. 704. num. 20. part. 1. & in Bonon. Rescissionis contractus 15. Aprilis 1644. coram R.P.D. meo Verospio.*

5 Concurrunt † præterea plures fides publicarum personarum de exactione Prȩpositi ad formam transactionis attestantium, quæ vti de re spectante ad eorum officium, & ipsæ præbent adminiculum veritatis, & multum conferunt ad comprobanda dicta testium, *Rot. in Assisien. Statutorum coram Sanctiss. D.N. quæ est decisio 158. num. 2. post Modern. de manuten.*

Accedit demum quietantia, & diuisio facta inter Præpositũ, & Canonicos de anno 1642. ad formam dictæ concordiæ, *Summario Præpositi num. 4.* † necnon assistentia iuris, quam Præpositus curam Animarum exercens habet

pro

pro perceptione funeralium, *cap.1. & cap.relatum de sepult. Mant.decis.294.nu.5.* quæ omnia exuberare visa fuerunt ad effectum manutentionis, etiam si Testes non fuerunt formiter examinati, quia nihilominus tot concurren-
7 tibus adminiculis plenè probant † præsertim in hoc summarissimo iudicio manutentionis, in quo etiam leuiores probationes pro sufficientibus admittuntur, *Menoch.de retin.remed. vltim. num.39. Boccac.de interd. vti possidetis cap.14.num.22. Seraphin. decis.1154.num.4. Rota decis.269.num.4. apud Modern.de manut.*

8 Neque † fuit habita in aliqua consideratione prætensa possessio Canonicorum ante transactionem, quia ad effectum manutentionis possessio requiritur de tempore motę litis, de quo ex supra deductis constat Canonicos non possidere, nisi ad formam dictæ concordiæ, in iudicio enim manutentionis vltimus status possessionis attenditur, non anterior, nisi ille continuatus vsque ad tempus motæ litis, *Rota decis.27. num.13. & decis.28. num.20. part.1.diuers. Caualer.decis.590.nu.1.& 20. Capic.*
9 *Latr.decis.76.num.14.* † In isto autem casu nedum non constat de continuatione prætensæ prioris possessionis Canonicorum, vt potius manifestè appareat eos ab illa facto proprio cecidisse patiendo Præpositū à die transactionis, & sic per viginti, & amplius annos possidere cum tamen sola possessio decēnalis sufficeret, vt illi dicerentur amisisse omnem possessionem, adeò vt nec nomine Ecclesiæ eis vllo modo competere posset manutentio, vt respondit *Rota in Colimbrien.præstimony post Modern. de manut. decis.327. sub num.9. & 20. & in Bononien. Parochialis 24. Aprilis 1651. coram me, sub §.ponderatum fuit etiam,* vbi aliæ recensentur
10 decisiones, † cum præsertim non posset dici agi de interesse Ecclesiæ, dum est lis tantum inter Ministros eiusdem super modo diuidendi emolumenta funeralia, quicquid dicendum esset si ageretur cum extraneis, seu diuersis Ecclesiæ Ministris, vt in fortioribus *Rota decis.138 num.1.part.1. recent.*

Neque releuat pretensa nullitas transactionis tàm ex defectu omnium Canonicorum,
11 quàm approbationis Episcopi, † quæ necessaria esse pretenditur in huiusmodi transactionibus initis inter personas etiam eiusdem Ecclesiæ, *cap.2. de transact. & cap.fin. de pact. in 6.*
12 quia † exceptio nullitatis tituli etiamsi exindè ius resisteret possessori non impedit, quo minus possessio suos operetur effectus, quando illa est temporis considerabilis, & agitur de rebus præscritibilibus, vt post *Franch.in cap.ad decimas num.8. in 4.limit. de restit.spol. in 6.* tenet *Marescott.var.resol. lib.1. cap.11.num.55. Cancer. var.resol.tom.3.cap.14.nu.45. Rota decis.534.nu.7. vers.& vltrà quod part.1.diuers. decis 207.num.8. apud Modern.de manut.* & fuit resolutum *in Mediolanen. Nominis Capituli 10.Martij 1649. coram*
13 *me, §.quia respondetur,* † & ratio est, quia in iudicio manutentionis mera facti insistentia attenditur, *Castr.in l.Aquilius sub num.5. ff.de donat. Caphal. consil.16. num.1. Seraphin. decis.582.*
14 *num.5.* † & longęua possessio inducit præsumptionem tituli validi, donec opportunius de eo cognoscatur, vt post *Couarr. & alios ibi allegat.* respondit *Rota in dicta Mediolanen. Nominis Capituli §.fin. coram me.*

15 Præterea † exceptio nullitatis tituli, vt retardare valeat manutentionem debet esse indubitabilis etiam si talis nullitas non solum esset contrà præsumptionem iuris, sed contrà ipsum ius, vt in terminis alienationis absque beneplacito Apostolico, firmauit *Rota in Beneuentana Emphytheusis 1. Iulij 1650. coram R.P. D. meo Bichio,* & prius *in Toletana Territorij 30.Martij 1648. coram Reu.P.D. meo Otthobono, & in Curien. Feudi 21.Aprilis eiusdem anni coram R.P.D.meo Bichio.*

16 Prima † autem obiecta nullitas transactionis ex defectu cōsensus Canonicorum admodum turbida visa fuit, quia omisso an in explicandis actibus voluntarijs consensus totius Collegii requiratur certa est limitatio conclusionem non procedere, quando actus est ipsi Collegio vtilis, qualis fuit iste transactionis, cum illa mediante ab illa recessum fuerit, tunc enim actus cum interuētu maioris partis gestus sustinetur, prout expressè tradit *Panormit.in cap.fin. nu.2. vers.sed si compositio concerneret vtilitatem Collegij de maior.& obed.* & ibidem *Imol.num.6. Butr.num.8.* & cæteri omnes,
17 qui † ea mouentur ratione, quod necessitas, & vtilitas in tali casu æquiparentur, *Innoc. in cap.cum omnes de constit. Abb. vbi suprà vers. nam necessitas,* & notabiliter declarat *Felin. in dicto cap. cum omnes sub num.18. vers. sed concludere de cōstio.* quem sequitur *Grat.discept.forens.cap.721 nu.17. Lap.alleg.85.num.2. in fin. Vinc.de Franch. decis.2.num.24. & seq. Rota in Sabinen. Alluuionis 22.Iunij 1646. §.final. coram R.P.D. meo Bichio;*
18 concurrente † etiam pro maiori turbiditate huius pretensæ nullitatis subsecuta obseruantia tàm diuturni temporis, necnon actu Capitulari super diuisione funeralium fact. de anno 1642. ad formam transactionis, *Summario Præpositi numer.6.* ex quibus quatenus opus esset censeretur inducta omnium Canonicorum ratificatio, prout in similibus terminis dictū fuit *in Romana, seu Veliterna Affictus 24.Iunij 1647. §.pariterque coram R.P.D. meo Bichio.*

19 Visa quoque † fuit irreleuans ad effectum impediendi manutentionem alia nullitas deducta ex defectu consensus Episcopi, nam quidquid sit an ex duabus satis controuersis opinionibus verior sit affirmatiua, quod in transactione inita inter personas eiusdem Ecclesiæ super iuribus ad eamdem Ecclesiam spectantibus requiratur consensus Episcopi, quam sequitur *Anfret.ad Capell.Tholos.decis.97. & seq.* & firmasse etiam videtur *Rota in recent. decis.410.part.5.* vel potius recipienda sit negatiua contraria sententia, nempè quod similes transactiones vtpotè nō importantes alienationem extrà Ecclesiam habeant statum validitatis sine alicuius Superioris licentia, prout sensisse videtur, *Host. in cap.nouit num.7. vers.nec obstat de his que fiunt a Prelat. sine Capit. cons.* ibi firmans non dici alienatum id quod
20 in dominio Ecclesiæ retinetur, † atque exindè

dè deducentis donationem factam per Episcopum Canonicis de pertinentibus ad suam mensam sustineri, & idem tenet *Butr. nu. 7. Imol. num. 14. vers. nec obstat etiam, quod Episcopus, Io: Andr. num. 4. vers. non enim dicitur propriè alienari, Bald. in leg. dudum num. 6. vers. quaro quid de Episc. C. de contrah. empt. Bertazzol. de Episc. par. 4. num. 143.* latè *Rodoan. de reb. Eccles. non alien. q. 51. cap. 10. nu. 1. & 2. Rot. decis. 756. nu. 3. & 4. part. 1. diuers.* Vel in omnem casum quatenus aliqua Superioris licentia requiratur ad validitatem
21 huiusmodi transactionum † an illa Vicarij, quæ in modo controuersia transactione interposita legitur sufficiat, *vt per text. in cap. 2. de transact.* ibi: *de asserta Episcopi, vel Archiepiscopi,* quod verbum, *Archiepiscopi,* communiter ex-
22 ponit. idest Archidiaconi, † qui de iure est Vicarius, *cap. 1. de off. Archidiac.* & ita exponendo dictum text. tradit *Monet. de decim. cap. 5. q. 6. num. 120. Rebuff. eod. tractat. quæst. 13. num. 19. cum seqq. Ricc. in prax. part. 1. resol. 60. per tot. Triuis. decis. 36. part. 2. & Barbos. de potest. Episc. alleg. 55. num. 55. & dixit Rota in recent. decis. 402. num. 1. part. 5.* Ipsa opinionum discrepantia in hoc iuris articulo Dominis sufficiens visa fuit, vt obiectæ nullitatis exceptio retardare non va-
23 leat manutentionem: † nam exceptio iuris dubij, in quo adsunt hinc inde opiniones æquiparantur exceptioni factæ requirenti altiorem indaginem, quod sicuti ad petitorium riijcitur, ita, & dicta exceptio iuris longam
24 altercationem requirens† ob varias DD. opiniones ad merita causæ reijcitur, ad tradit. per *Capic. Latr. decis. 10. num. 19. & 28. Seraphin. decis. 281. numer. 6. cum alijs allegatis per Modern. do Saluian. interd. inspect. 2. cap. 2. num. 85. & seqq. & in Romana Census 22. Maij 1648. coram Reuerendiss. Terracinen §. Neque hanc associatione m.*

Et ita vtraque parte, &c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Romana Domus in Burgo.

Luna 12. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Sententia iusta, & valida transit in rem iudicatam ob lapsum temporis, dum fatalia non sunt promulgata. Bona pupilli magni valoris, non sunt alienanda pro soluendis debitis pupilli paruæ summæ.

SVMMARIVM.

1 *Sententia ob lapsum temporis, nisi prorogentur fatalia transit in indicatum.*
2 *Tutor falsus non habet auctoritatem dandi de nullitate.*
3 *Bona pupilli magni valoris non possunt alienari, pro debito paruo pupilli.*
4 *Bona pupilli, quando sunt alienanda, pro soluendis eius debitis, idest faciendum cum minori præiudicio pupilli.*
5 *Lis, quando pendet indiuisa nihil ponit in esse.*
6 *Spolium etiam ad minimum quadrantem, est purgandum.*

DECISIO CLXI.

DOMINI dixerunt constare de re iudicata sententiæ Rotalis à R. P. D. meo Otthobono in hac causa latæ vigore decisionum sub die 18. Maij 1646. * & alia sub die 12. Nouembris 1649. coram eodem emanatis. Quia cum appellatio ab ea per Mauritium de Fabiis non fuerit prosequuta, neque fatalia
1 prorogata † sententia tanquam valida, & iusta transiuit in iudicatum, *cap. personas de appellat. C. de temp. appell.* perindè, ac si non fuisset appellatum, *Clem. sicut de appell. Scacc. de appellat. quæst. 5. num. 2. cum pluribus citatis in Leodien. Dominiorum 25. Iunij 1649. §. 1. coram R. P. D. meo Corrado.*

Non obstat domos, de quibus agitur, fuisse subhastatas præuio Iudicis decreto, quia huic motiuo respondetur in dicta decisione R. P. D. mei Otthoboni §. *nullitas autem, & seqq.* vbi ostenditur dictum iudicium fuisse nullum ex citatione Vincentij Bruni facta Tutoris falsi posteà per Iudicem criminalẽ declarati An-
2 tonij de Guidis tunc † pupilli, & tanquam falsus neque datus, neque confirmatus, non potuit nullitatem alienationis dictarum domorum reddere legitimam, nec pupillo impedire illius recuperationem, vt probat *text. in l. si is qui. ff. de eo qui pro Tutor. se gerit,* ibique *Bald. numer. 1.*

Remanet quoque iusta dicta sententia Rotalis, quia subhastatio harum domorum facta fuit solum pro executione mandati scut. 200. prout fuit ostensum in dicta decisione 18. *Maij 1646. in §. Concurrit præterea euidens iniustitia,* cum aliud mandatum scutorum 600. fuerit
3 decretum esse nullum, & † cum in hæreditate dicti pupilli existerent plura loca Montium, non poterant pro tam parua summa dd. domus longè maioris valoris subhastari ex allegatis in dicto §. *Concurrit,* & in dicta alia decisione *coram eodem sub die 12. Nouembris 1649. §. Ex quibus probatum remanet,* ac comprobatur *in Romana fideicõmissi de Guidis 20. Februar. 1647. coram eodem;* Ex ea ratione, quia poterat cum
4 minori † præiudicio pupilli creditori satisfieri, iuxtà *text. in l. magis puto, §. si pupillus, vers. nam passim, ff. de reb. eor. l. lex quæ Tutoris, C. de admin. Tutor. Rot. decis. 40. numer. 3. versic. modo, part. 3. recentior.*

Tolluntur etiam ex facto, & iure plenissimè ea, quæ exaduerso dicebantur cõtrà iustitiam sententiæ Rotalis ex fideicommisso Antonii senioris de Guidis, ad quod Mauritius de Fabijs se prætendebat esse ex persona sui patris
5 vocatum. Quia cum lis adhuc pendeat † indecisa, & admissi fuerint ad causam Ioannes Baptistà, & alijs de Bernis impediri non potest executio sententiæ pro reintegratione dicti pupilli, eoque defuncto debita hæredi, *Rolan. cons. 6. num. 14. lib. 2. Buratt. decis. 231. nu. 1.* & fuit dictum *coram Papa Gregor. XV. decis. 542.*
6 *num. 2.* Mauritius antiquum † spolium vsque ad vltimum quadrantem purget, *ad text. in cap. Conquerenti de restit. spoliat. cap. final. de ordin. cognit. Cardin. Canaler. decis. 507. num. 3. & seqq.*

Bu-

Buratt. decis. 449. num. 3. & 4. Rota decis. 365. n. 10. par. 1. recent.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

Decisiones istæ emanatæ in hac eadem causa sub diebus 18. Maij 1646. & 12. Nouembris 1649. coram nunc Eminentiss. D. Card. Ottbobono, sunt inter eius impressas decisiones 70. & 193.

R. P. D. MELTIO,

Postea Episcopo PAPIEN,

Aquilana Iurispatronatus.

Lunæ 12. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Agnatio, quando in materia Iurispatronatus dicatur considerata.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus quando dicatur mixtum.*
2 *Iuspatronatus mixtum non transmittur ad masculos ex fœmina, sed accrescit alteri compatrono re, & verbis coniuncto.*
3 *Agnatio in materia Iurispatronatus ex quibus dicatur à fundatore considerata. & numer. 4. & 5. & 7.*
6 *Appellatione domus suæ non veniunt descendentes ex fœminis ex fundatione vnius Cappellaniæ, quando possit inferri ad aliam. num. 5.*
7 *Agnatio dicitur principaliter considerata à testatore in fundatione Iurispatronatus si vocauit illos de domo sua.*
8 *Agnatio in Iurepatronatu ex vocatione fœminarum non dicitur considerata.*
Fallit si fœminæ sint post masculos vocatæ.
10 *Appellatio Iurispatronatus facta ab Ordinario cum relatione ad fundationem censetur facta cum omnibus illius qualitatibus.*
Relatio operatur indiuiduam expressionem omnium contentorum in relato. num. 10.
11 *Causæ cognitio non requiritur in gestis Commissario cuius conscientia fuit in commissione onerata. & num. 12.*
13 *Supplicatio tanquam matrix est attendenda, stante discrepantia scripturarum.*

DECISIO CLXII.

DECISIO in hac causa coram me emanata sub die prima Februarij præteriti * fuit hodie vtraque parte informante, reque denuò discussa per DD. confirmata; Quia visum fuit adhuc subsistere potissimum fundamentum illud, quod Iuspatronatus, de quo
1 agitur, non sit simpliciter hæreditarium, † sed mixtum ratione qualitatis gentilitiæ à fundatore consideratæ, ideoque portio eiusdem Iurispatronatus spectans ad Iosephum, non potuerit transmitti ad Cæsarem, aliosque ex Rosata filia nepotes, ac hæredes eiusdem Iosephi
2 tanquam alterius familiæ, & agnationis, † sed accreuerit Ioanni Baptistæ Compatrono re, & verbis eidem Iosepho ex dispositione fundatoris coniuncto, & post eum transierit ad Catherinam, & Elisabetham sorores & hæredes dicti Ioannis Baptistæ vltimi masculi defuncti tanquam vocatas ab ipso fundatore in defectum masculorum, & tanquam habentes vtramque qualitatem hæreditariam scilicet, & gentilitiam à Testatore requisitam, à quibus cum præsentatus fuerit Cassina, idcirco narratiua præsentationis omnium Patronorum ad fauorem dicti Cassinæ satis iustificata remaneat.

Neque visa fuerunt releuare, quæ pro exclusione qualitatis gentilitiæ ab informãtibus pro Iosepho Riuera considerabantur, & primo, quod in testamento nunquam expressa fuerit ratio conseruandæ agnationis, nec illa dici possit tacitè contemplata ex prælatione masculorum, cum prælati censantur ratione
3 maioris aptitudinis tantum, † non autem ratione agnationis, ex firmatis per *Rotam decis. 350. num. 9. post 2. volum. consil. Farinac.* nam qualitas masculinitatis vltra quod non fuit simpliciter expressa, sed cum dictione taxatiua *tantum*, quæ sicut denotat enixiorem fundatoris voluntatem conseruandi Iuspatronatus
4 inter masculos, † ita fortior ex ea resultat coniectura contemplationis agnationis, *Rocch. de Curt. de iurepatron. in verbo ipse, vel is 33. quæstion. num. 73. versic. sed circa hanc quæstionem, Lambert. eodem. tractat. par. 2. lib. 1. art. 8. quæst. 2. num. 2. & 3. Rota in Cæsaraugustana Beneficij de Linares 10. Februarij 1645. coram R. P. D. meo Bichio §. sed protestante Aduersario*, adhuc contemplatio agnationis satis clara colligitur ex subsequentibus
5 illis verbis in fundatione appositis, ibi: *E che sia medesimamente Iuspatronato di casa sua*. Hęc namque verba licet apposita fuerint in fundatione Cappellaniæ diuersæ ab ea, de qua nunc agitur, ex quo nihilominus hæc quoque fundata fuit eo modo, quo Cappellania de qua nunc controuertitur, prout innuit dictio illa *medesimamente*, inde sequitur, vt in hac quoque fundator intellexerit reseruare Iuspatronatus ad
6 fauorem successorum de domo sua, † quorũ appellatione certum est, quod non veniunt descendentes ex fœminis, *§. 1. instit. de legat. agn. tutel. §. cæterum, versic. ideo nos de legitim. agnat. success. l. pronunciatio, §. familiæ appellatio, in fin. vers. item appellatur, & l. familia, ff. de verb. signif. Surd. cons. 96. num. 29. versi. primo quia, Corn. consil. 42. in princip. & consil. 273. num. 5. volum. 4.* atque ita dum Iuspatronatus relictum fuit illis de domo sua, & sic per nomen collectiuum, inde apparet quod vocatio masculorum non fuit facta ratione predilectionis, & maioris affectionis erga sexum masculinum tanquam
7 idoneiorem, & potentiorem fœminino, † sed habito respectu ad agnationem, quam à fundatore fuisse principaliter contemplatam in his terminis defendunt, *Soccin. iun. in l. cum auus, num. 85. vers. quartus casus, ff. de condit. & demonstr. Intrigl. de substit. centur. 3. quæst. 73. numer. 3. Ruinus consil. 158. numer. 13. lib. 3. Ancharan. consil. 27. col. penult. Surd. d. cons. 96. num. 29. Gozzadin. consil. 79. num. 6.*

num.6. Rota in Romana fideicommissi de Mutis 19. Februarij 1649. coram me §. quarta coniectura; Hęc autem agnationis qualitas cum deficiat in illis familiæ de Riuera, ideo in hoc Patronatu benè excluduntur à iure præsentandi.

Neque ex eo, quod fundator vocauerit
8 etiam fœminas; † inferri potest eum non habuisse rationem conseruandæ agnationis, sicque huiusmodi Iuspatronatus esse simpliciter hæreditarium, ac propterea admittendos fore etiam masculos ex fœminis. Quia quidquid dicendum esset vbi primordialiter vocatæ essent fœminæ, & deinde descendentes masculi, quo casu masculi ex fœminis venire possent, dum in hoc casu fœminę vocatæ leguntur in defectum masculorum tantum, ex tali vocatione magis elicitur, & voluntas fundatoris
9 fuit, † quod extantibus masculis familiæ ipsi tanquam magis apti conseruare agnationem præferrentur fœminis, quæ tamen & ipsæ in defectum masculorum admittuntur, exclusis masculis ex fœminis tanquam de aliena agnatione, prout benè consuluerunt *Gabr. cons. 116 num. 12 lib. 2. Decian. cons. 127. num. 10. 17. & 25. lib. 3. Bellon. iun. cons. 73. num. 4. in fin. vers. vt enim, cum duobus sequen.*

Non obstat, quod Ordinarius in erectione, & approbatione huiusmodi Iurispatronatus nullam gentilitiæ qualitatis, aut masculinitatis mentionem fecerit, sed simpliciter illud pro hęredibus fundatoris, illiusque successoribus in perpetuum confirmauerit, Summario Iosephi Riueræ num. 3. Quia ex inde non valet prætendi alterata voluntas fundatoris, immo cùm approbatio facta fuerit in executionem dotationis, ac fundationis, & cum relatione ad illam dicendum est factam fuisse
10 cum † omnibus qualitatibus in dotatione contentis, & à fundatore requisitis ex natura relationis, quæ operatur indiuiduam, & propriam expressionem omnium contentorum in termino relato, *l. asse toto, ff. de hared. inst. Bart. in l. 1. §. vltimo, circa finem, ff. famil. hercifcun. Dec. cons. 47. num. 1. Cranett. cons. 45. num. 4. Rota in Rauennaten. domus 14. Iuny 1648. coram R. P. D. meo Rojas, §. quoniam concessio.*

Minusque referre visum fuit, quod iustificatum non appareat vt dictus Ioannes Cassina in decimo ætatis suę anno constitutus habilis fuit ad recitandum diuinum Officium; Nam satis hoc iustificatum remanet ex sententia Ordinarij Aquilani exequutoris deputati in litteris Apostolicis cuius conscientiæ commissa fuerit iustificatio habilitatis dicti Ioannis, & ipse declarauerit litteras exequendas, ac eidem Cappellanias esse adiudicandas satis hoc demonstrat cum habitum fuisse pro idoneo etiam ad recitandum diuinum Officiũ, nec aliqua alia fuit necessaria iustificatio
11 extrinseca, † nam vbi committur aliquid fieri Commissario eius conscientiam onerando nõ requiritur causæ cognitio, sed sufficit extraiudicialis informatio, *cap. statutum, §. assessorem, de rescript. in 6. & ibi gloss. in clem. 1. de iurepatron. in verb. oneramus, Lap. alleg. 15. num. 8. in fin. vers. & quamuis*, vbi firmat, quod quando dictum
12 fuit conscientiam tuam oneramus, † omnis exceptio à tali casu excluditur, *Lap. allegat. 60. sub num. 4.*

Non obat, quod à Iosepho Riuera dicatur Cassinam expressisse valorem ambarum Cappellaniarum in ducat. 24. auri de Camera per non excessum, nam ex originali supplicatione oculis DD. subiecta constat quamlibet ex dd. Caepellanijs expressam fuisse in ducatis 24 sicque ex facto obiectum tollitur nulla habita ratione, quod in processu de partibus omissa fuerit dictio illa *cuiuslibet*, quia id contingere potuit ob incuriam Scriptoris, & in omnem euentum in discrepantia scripturarum stan-
13 dum est supplicationi originali tanquam matrici, postquam litteræ semel expeditæ fuerunt, vt firmauit *Rota in Bononien. Canonicatus 10. Februarij 1590. coram recol. memor. Cardinali Hieronymo Pamphilio, Card. Caualer. decis. 255. num. 8. Buratt. decis. 565. num. 11. & 14. & decis. 306. num. 1.*

Et ita vtraque parte informante &c.

☞ *Decisio hac emanata in hac eadem causa sub die 1. Februarij 1651. coram eodem Reuerendissimo Papien. cum non sit impressa erit infra in fin. in Miscellan.*

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Bisuntina Thesaurariæ.

Luna 2. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Beneficium resignans in manibus Sanctissimi, dicitur reseruatum tanquam vacans apud Sedem Apostolicam, & quando literæ Apostolicæ ad hoc dicantur iustificatæ.

SVMMARIVM.

1 *Literæ Apostolicæ super prouisione alicuius beneficij, quando dicantur iustificata.*
2 *Beneficia vacantia in Curia, sunt reseruata.*
3 *Literæ resignationis beneficy non solent per Cancellariam expediri non iustificato prius consensu resignantis.*
4 *Vacationis beneficij probatio resultat concludens ex confessione partis, in eius praiudicium, dum Ordinarius non est in causa.*
5 *ex Resignatione facta in manibus Papa, resultat probatio vacationis apud Sedem.*
6 *Aetas probatur per fidem Baptismi, & iste est modus approbatissimus probandi atatem.*
7 *Clericatus iustificatur ex quo quis fuit admissus per Capitulum ad Canonicatum.*
8 *Beneficij valor, ex quo satis dicatur iustificatus.*
9 *Fidei Officialium Cancellaria est adhibenda fides.*
10 *Beneficium, quod non requirat personalem residentiam, ex quo conuincatur.*
11 *Testes, cum congrua scientia causa deponentes, benè probant.*
12 *in Beneficijs resignantis nulla potest considerari vacatio, vt alijs conferantur.*
13 *in Resignationibus nullũ datur medium inter actualem*

lem resignantis dimissionem, ac successiuam resignatarij prouisionem.

DECISIO LXIII.

FVERAT Ioanni Ignatio Froissard de Broissia, attributa manutentio in possessione Thesaurariæ Cathedralis Ecclesiæ Bisuntinæ, quam à Claudio Froissard patruo, ac possessore in manibus Sanctissimi eiusdem fauore Ioannis Ignatij resignatam ipsi adiudicandam fore hodie DD. decreuerunt, quod
1 litteras Apostolicas † super huius collatione dignitatis pro se expeditas ostendit in omnibus esse iustificatas authoritate, *text. in cap. cum Bertold. de re iudic. & in cap. dilectus, de off. delegat. ibique gloss. in verbo plus iuris, caterique DD. Rota decis. 337. num. 1. par. 2. & in decis. 15. num. 1. par. 5. recent. & in alijs relatis in Gerunden. Canonicatus 15. Martij 1648. coram R.P.D. meo Celso.*

Siquidem in ijs narrauerat controuersam Thesaurariam Apostolicæ Sedis dispositioni
2 reseruatam † ex vacatione in Curia contingenti. Et huius vacationis narratiuam concludit tum ex resignatione in sui met fauo-
3 rem per Cancellariam † expedita, cum ibidem non iustificato prius consensu resignantis illa admitti non soleat, vt ponderauit *Rota in vna Giennen. Canonicatus 28. Nouembris 1605. coram Penia inter eiusdem impressas decis. 1187. n. 8.* tum ex confessione Capituli aduersarij, ob eandem resignationem pro collatione Dignitatis in vim priuilegiorum acriter instantis, vacationis enim probatio resultat inde con-
4 cludens in præiudicium † confitentis, dum Ordinarius non est in causa, vt pluribus comprobat *Garz. de benefic. par. 12. cap. 2. num. 276. cum seqq. Rota coram Mantica decis. 315. num. 1. & 363. num. 8. part. 4. diuers. & in Maioricen. Beneficij 27. Iunij 1643. in §. vacatio, coram R.P.D. meo Bichio.* Ex qua etiam resignatione in manibus Sanctissimi subsecuta resultat probatio vacatio-
5 nis apud Sedem, † eiusque fauore reseruatio successiuè narrata, *cap. 2. de præb. lib. 6.* & notant communiter ibi DD. *Rota coram Put. decis. 38. num. 1. lib. 2. coram Canal. decis. 450. num. 2. & in decis. 34. num. 2. par. 5. & decis. 63. num. 1. & 2. & decis. 100. num. 5. part. 6. recent. & in Montis falisci Capella 30. Ianuarij 1606. coram Lancellotto.*

In ijs pariter litteris expresserat se in vigesimo primo ætatis anno tunc temporis constitutum, seque Clericali militiæ nomen dedisse, & in vtriusque probatione narratiuę non
6 deficit, dum illam † ex Baptismi fide tanquam ex approbatissimo veræ ætatis testimonio cõcludit, vt notat *Alciat. de præsumpt. præsumpt. 24. Mascard. de probat. concl. 672. numer. 1. Mandos. ad reg. 8. Cancell. quæst. 10. num. 3. Ioseph Ludou. dec. 55. num. 7. Rota coram bon. mem. Coccino decis. 334. n. 2. decis. 592. num. 2. par. 1. & decis. 260. num. 14. par. 6. recent.* Alteram vero Clericatus qualitatem
7 probat, ex quo semel admissa fuit per † Capitulum, eundem vti Clericum tonsuratum antea recipiendo in Canonicum, itaut eam non possit amplius in dubium reuocare, ex *tradit. per Abb. in cap. nihil de elect. circa finem. Felin. in cap. illud, num. 7. de præsumpt. Aym. consil. 93. num. 4.* & plures alios adductos per *Mascard. de probat. concl. 304. num. 4. & 5. Rota in his terminis coram Acchil. decis. vnica super reg. de mutat. num. 4.*

Thesaurariæ valorem successiuè deduxerat in ducatis 24. per non excessum, ac alterius pariter Canonicatus per ipsum antea obtenti vna cum Prioratu residentia personali destituto; Quas sanè narratiuas vlteriori iustificatione non indigere DD. responderunt cum
8 ex † stylo earum partium sub hac forma valoris beneficia quocumque exprimi soleant, vt ponderauit *Rota coram Buratto decis. 255. n. 14. & decis. 202. num. 8. part. 4. & 575. num. 6. part. 4. tom. 3. recent. & in Leodien. Canonicatus 30. Ianuarij 1612. coram bon. mem. Pirouano, & in Monasterien. Canonicatus 16. Ianuarij 1645. in vltimo §. coram Reuerendissimo Terracinen.* ac de eodem stylo
9 attestantur plures † Cancellariæ Officiales, quibus sacrum hoc Tribunal alias deferre consueuit, vt testatur *Rota coram Buratto ad d.*
10 *decis. 255. num. 14.* Prioratum † personali residentia destitutum conuincat eiusdem habita retentio in Commendam per Io. Ignatium, vt ponderauit *Rota in Messanen. Prioratus 1. Iulij 1596. coram Litta.*

Alias denique qualitates in ipsismet Apostolicis litteris insertas, quod scilicet Claudius resignans commodè viuere posset aliunde, ac patruus existat Ioannis Ignatij ex altero fratre nepotis; Resignatam quoque per ipsum Thesaurariam dignitatem non esse maiorem in Cathedrali post Pontificalem, nec animarum curam habere annexam, adeoque nulla præcedente dispensatione vna cum Canonicatu consueuisse conferri comprobant testes super
11 ijs qualitatibus † cum consona scientię causa deponentes, vt notat *Bald. in l. labeo, num. 7. ff. de supell. leg. Franciscus Marcus decis. 900. nu. 6. par. 1. Rota decis. 237. num. 7. par. 7. recent.* & alijs recensitis authoritatibus *in Calaguritana Præstimonij 10. Maij 1649. coram R.P.D. meo Ottbobono.*

Non obstant priuilegia Apostolica ex Capituli parte prætensa; Illa enim non inclu-
12 dunt beneficia ad fauorem certæ personæ resignata, quod nulla possit in ijs considerari vacatio, vt alijs conferantur, nullumque me-
13 dium inter actualem resignantis † dimissionem, ac successiuam resignatarij prouisionem assignari, vt notat *Paris. de resignat. benefic. lib. 1. quæst. 4. num. 59. & 60. lib. 6. q. 5. num. 21. Gonzal ad regul. 8. gloss. 6. num. 123. Gabr. consil. 199. num. 1. cum seqq. lib. 2. Rota coram Puteo decis. 177. lib. 3. & decis. 19. de priuileg. & decis. 614. num. 27. par. 4. tom. 3. recent. & in Camerinen. Parochialis 7. Febr. 1649. coram Reuerendissimo Salamantino.*

Et ita altera tantum parte, alia vero pluries expectata, ac pluribus citationibus lacessita informare recusante &c.

Ee R.P.D.

R. P. D. ALBERGATO.

Comen. Iurispatronatus.

Lunæ 12. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus, quando plures sunt præsentati, quis veniat instituendus, Iuspatronatus transit cum vniuersitate bonorum. In translatione Iurispatronatus requiritur consensus Ordinarij.

SVMMARIVM.

1 *ad Iuspatronatus ille est instituendus, qui maioribus suffragijs est honoratus.*

2 *Iuspatronatus transit cum vniuersitate bonorum.*

3 *Cessio facta cum amplissimis verbis, quando resoluatur in singularitates. & num. 4.*

5 *Hæreditas si contineat Iuspatronatus, postquam ea est adita, Iuspatronatus consideratur, vti vnum corpus hæreditarium.*

6 *in Iurispatronatus translatione requiritur consensus Ordinarij.*

7 *Confessio, nedum probat contra confitentem, sed etiam contra habentes causam ab eo.*

8 *Obseruantia aliqua, ex quibus actibus, nullatenus possit deduci.*

9 *Sententia contra aliquem lata ei non præiudicat, dum ille non fuit citatus.*

10 *Compatrono conseruantur iura per alios compatronos facta.*

DECISIO CLXIV.

CONSTARE de bono iure Nicolai Tencallæ eique vti præsentato à patronis maiorem calculum vocum habentibus deberi institutionem censuerunt DD. 7. Februarij 1650. coram bon. mem. Arguelles, & coram me, & in illius locum particulariter suffecto hodie causa super iisdem reproposita, ex eisdem prorsus steterunt in decisis; quia Iuspatronatus, de quo agitur, per dispositionem Petri de Bonitate fundatoris delatum fuit ad Bernardum eius abnepotem, ab isto ad Lazzarottum, & Petrum Martyrem eius filios & heredes. Vox Petri Martyris, deinde ad Thomam deuenit, de Thoma verò ad Franciscum à quo Nicolaus præsentatus fuit. Vox autem Lazzarotti deuenit pro meditate ad Anastasiam, deinde ad Prudentiam, & Mariam, à quibus idem Nicolaus præsentatus fuit; pro alia verò medietate ad Catherinam, ab ista ad Lucretiam, à Lucretia verò ad quinque eius filios, ad Nicolaum nempe præsentatum, ad Cæsarem qui eundem præsentauit, ad Carolum Antonium, Elisabetham, & Catherinam qui ius præsentandi sibi competens donaruut Petro Martyri iuniori à quo Ioanne Baptista Polatta præsentationem habet minimè attendeñ in concursu Nicolai Tencallæ, † qui ma-
1 ioribus suffragijs honoratus institui, & præferri debet, *cap. 3. & ibi gloss. in verbo qui maioribus, de iurepatr. Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 11. num. 132. & seq. Rota coram Mantica decis. 86. n. 14 coram bon. mem. Vrgellen. decis. 94. num. 8. in Pampilonen. Parrochialis de Anorbe 3. Decembris 1646. §. certissima, coram R. P. D. meo Melzio, in Mutinen. Beneficij 17. Martij 1648. §. nec releuat, in Sulmonen. Beneficij 10. Martij 1649. §. de iustitia, coram bon. mem. Arguelles, in Cracouien. Præpositura Sancti Floriani 27. Maij 1650. §. versamur, coram R. P. D. meo Bichio, & in Piscien. Beneficij 29. Nouembris proximè præteriti §. nec refert, coram R. P. D. meo Celso.*

Nec derogatio Sanctissimi pro medietate patronorum (vt in altera decisione ponderatum fuit) dicto Ioanni Baptistæ suffragari potest, quicquid acriter ipse contendat gratiam iustificari ex renunciatione hæreditati paternæ facta per Anastasiam Nicolao Baguto Catharinæ sororis viro, illiusque filijs, apta videlicet
2 comprehendere etiam † Iuspatronatus, quod transit cum vniuersitate bonorum, *cap. ex literis. cap. cum seculum. de iurepatronat. Rota coram Seraphin. decis. 725. in recentior. decis. 98. numer. 8 part. 6.*

Responsum enim fuit, quod adita iam per Anastasiam hæreditate, ibi, *Anastasia filia, & hæres q. Lazzorotti de Bonitate. Rota decis. 359. num. 30. par. 5. decis. 74. num. 6. part. 7. recent.* illius
3 cessio† quamuis amplissimis concepta verbis resoluitur in singularitates, ac propterea non
4 continet Iuspatronatus cuius † respectu vltra vniuersitatem verborum concurrere etiam debet vniuersitas rei, probat *Bald. in l. fin. nu. 40 C. de edict. Diu. Adrian tolten. & cons. 1. num. 4. & 5. vol. 3. Pereg. consil. 11. num. 2. & seqq. vol. 4. Garz. de benef. par. 5. cap. 9. num. 13. & 14. Barbos. de potest. Episc. alleg 71. num. 8. Rota decis. 1152. num. 4.
5 par. 3. lib. 3. diuers.* adeout post † aditam hæreditatem in illius cessione cum Iuspatronatus consideretur tanquam vnum ex iuribus cessis de eo fieri debeat specialis mentio, *Cost. in cap. si pater, verb. Trebellianica, num. 7. de testamen. in 6. Rota in Lucana Iurispatronatus, seu Cappellaniæ 6. Nouembris 1598. coram Litta, penes Garz. vbi sup.
6 num. 12.* & adhiberi etiam † cõsensus Ordinarij *Lambert. de iurepatr. part. 2. lib. 1. quæst. 1. art. 19. per tot. Rota coram. bon. mem. Vrgellen. decis. 463. num. 1. in recent. decis. 555. num. 1. part. 3. & in Cracouien. Præpositura 4. Maij 1646. §. nullitas vero, coram R. P. D. meo Verospio.*

Et hunc intellectum comprobauit ipsiusmet Baguti renunciatarij confessio, qui post prætensam renunciationem de anno videlicet 1623. coram Vicario Comen. instetit Anastasiam declarari patronam huius beneficij
7 pro sua rata, quæ confessio † omnino venit attendenda nedum in præiudicium confitentis, sed omnium ab eo causam habentium, vt his terminis resoluit *Rota coram Buratco decisione 183. num. 6. decis. 79. num. 4. in Aquilana Beneficij 15. Martij coram Reuerendissimo Terracinen. in Sulmonen. Beneficij 25. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Pentingero, & in d. Piscien. Beneficij 26. Nouembris 1650. coram R. P. D. meo Celso confirmata 21. Aprilis proximè præteriti coram R. P. D. meo Rojas.*

Nec vis huiusmodi confessionis elidi visa

est

est ex mandato procuræ de an. 1603. per eundem Bagutum facto in quo instrumentum dictæ cessionis enunciando constituit Procuratorem quendam Ioannem Petrum Gaginum contra Alexandrum Ionium prouisum Apostolicum, quia dictum mandatum non
8 fuit in actis † exhibitum, & Procurator in eo constitutus nunquam in iudicio comparuit neque illo vsus fuit ex quo proinde non potest deduci aliqua obseruantia, *Rota decis. 120. num. 2. par. 2. decis. 154. num. 30. par. 4. tom. 2. recent. & in Recanaten. bonorum 29. Aprilis 1641. §. quæ vero, coram R. P. D. meo Cerro.* Immo constat de obseruantia contraria ex actu confessionis dicti Baguti de anno 1623. supra ponderato.

Non obstat, quod in sententia desuper prolata nulla Anastasiæ habita fuerit mentio,
9 quia † ex illa nulla eidem non citatæ oriri potuit præiudicium, *l. de vnoquoque, ff. de re iudic.* quinimò ex ipsa, sicuti ex præsentatione alio-
10 rum patronorum, † præseruata censentur iura dictæ Anastasiæ, *Abb. cons. 54. num. 3. part. 1. Garz. de benef. par. 5. cap. 5. numer. 115. Rota coram sanctmemor. Gregor. decis. 417. decis. 452. vtrobique num. 9. & decis. 174. num. 10. par. 5. recent.*

Et vtraque &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Romana redditionis rationis.

Veneris 16. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

De quibus teneantur bonis rationem reddere tutores in præsenti decisione discutitur, vbi quod citra dolum, nec admittitur contra illos iuramentum in litem, nec de ad modum rigorosa rationem redditione exiguntur si à testatore liberati fuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Tutor rationem reddere tenetur de bonis in inuentario descriptis.*
2 *Fratres sororem dotare tenentur.*
3 *Tutor rationem reddere non tenetur de eo, quod ad ipsum non peruenit, & num. 6.*
4 *Transactio litibus finem imponit.*
5 *Tutor quando excusetur si non adimpleuit, quod sibi fuit à testatore demandatum.*
7 *Indicatio instrumentorum sufficit in redditione rationis.*
8 *Fructus secundum taxam legalem ascendunt ad scuta quinque pro centenario.*
9 *Bona distracta ab altero ex hæredibus in illius portione sunt referenda.*
10 *de Mobilibus extantibus penes pupillos ratio reddi non debet à tutore.*
11 *Mobilia vsu præsumuntur consumpta.*
12 *Iuramentum in litem vt tutor deferatur requiritur dolus. & num. seq. vbi amplia.*
13 *Dolus concludenter probari debet, præsertim contra hæredes, & seq. num. 12.*
14 *Expensæ verisimiles, & necessaria tutoribus sunt refitienda.*
15 *Ratio per tutores reddi potest etiam sine libro tutelari.*
16 *Tutori sufficit exhibere inuentarium, & super eo rationem reddere.*
17 *Tutor à testatore liberatus citra dolum condemnari non debet, nec ab eo ratio rigorosa exposci.*

DECISIO CLXV.

POSTQVAM conclusum fuit Causeos vti hæredes Francisci eorum patris testamentarij Laurentij, & fratrum de Vallerois teneri nedum de ab eodem gestis, sed etiam de administratis à Serdonato contutore rationem reddere restrictam tamen ad tempus pupillaris ætatis ex rationibus congestis in decisione coram me edita 27. Iunij 1650. fuit hodie ad vlteriora processum in disputatione Dubij super prætensa restitutione rerum pupillarum per Causeos facienda, de quibus ipsi exhibito Inuentario tutelari cum plenam de ibidem descriptis (vt patet ex singularum partitarum discussione) red-
1 dant † rationem ad effectum, de quo agitur sufficientem, *iux. decis. bon. memor. Vrgellen. 241. num. 11.* Domini nihil esse restituendum responderunt.

Quo enim ad loca sex Montium vacabilia primo loco in eodem Inuentario adnotata ex datis in Summario de Causeis num. 1. constat præcedente eorum resignatione pretium conuersum fuisse in causam necessariam solutionis, videlicet dotis Catharinæ actorum
2 sororis, † ad quam isti tam ex præcepto testatoris, quam ex legis dispositione tenebantur. *gloss. in l. cum plures, §. penult. ff. de admin. tut. Gratian. disceptat. 65. numer. 2. Rota coram Coccino decis. 77. num. 2. in recent. decis. 164. num. 24. part. 4. tom. 3. & decis. 145. numer. 3. part. 6. in Camerinen. dotis 10. Decembris 1638. §. nec dubitari, coram Reuerendiss. Terracinen. in Romana domorum de Regardis 28. Ianuarij 1650. §. minus obstat, coram Reuerendiss. D. meo Decano*; fructus verò decursi à die obitus testatoris vsque ad secutam resignationem fuerunt positi (vt decet) ad creditum pupillorum eodem Summ. num. 19.

De officio sigilli Cancellarij secundo loco
3 positi reddenda non est ratio, † quia nihil ad tutores peruenit *Rot. decis. 310. n. 5. par. 5. recent.* ex dicto enim Summario de Causeis num. 2. apparet illud paulò post obitum Andreæ fuisse per recol. mem. Cardinalem Ludouisium Vicecancellarium Theodoro Enriquez collatum, pro quo recuperando lis excitata contra Serenissimum Ducem Parmæ hæredem claræ mem. Cardinalis Farnesij, præuia solutione scut. 200. ostenditur extincta per transactionem cum eodem ab ipsis Laurentio, & fratribus factis maioribus, de anno 1635. ini-
4 tam, † quæ omnibus, quæ hinc inde oriri possent, controuersijs finem imposuit, *iuxt. text. in l. causas. l. fratres. C. de transact. Rot. in Romana rescissionis concordiæ 15. Iunij 1648. §. hac enim, coram R. P. D. meo Conrado, in Bononien. de Tostinis 31. Maij 1649. §. quia cum ipsa, coram R. P. D. meo Cerro.*

Officium autem Scriptoratus litterarum Apostolicarum vacasse per mortem Hieronymi non controuertitur, & patet ex eodem Summario num. 3. vacationis verò damno tutoribus non est adscribendum, licèt enim ipsis venditio officiorum vacabilium esset per testatorem demandata, hoc tamen, de quo agitur, sub huiusmodi præcepto non comprchendebatur ex particulari illius dispositione erga dictum Hieronymum, qua ipsi iniuncta fuit indemnitas hæreditatis respectu scut.800. ad societatem officij pro eodem emendo receptorum, præsertim cum nec etiam aliqua præfatis tutoribus imputari possit negligentia, si ita quatuor menses cum dimidio circiter, quibus secutus fuit Hieronymi obitus, onus ipsi directè impositum non adimpleuerunt, nec illum adimplere coegerunt, *ad text. in l. cum post. §. præterea. & §. sedis. ff. de admin. tut. Rot. decis. 673. numer. 1. par. 4. tom. 3. recent. & in Maceraten. redditionis rationis 5. Iunii 1648. coram R. P. D. meo Meltio.*

Officium Equitis Pij fuit de anno 1626. resignatum à Ludouico, illiusque pretium in dotem præfatæ Catherinæ fuit erogatum, vt constat ex partitis formiter extractis ex Banco Bonani relatis in eodem Sūmario de Causeis num. 4. Fructus verò decursi ante resignationem ponuntur ad creditum pupillorum, vt supra d. Summ. num. 19.

Duo officia Capitolina probantur vendita per Serdonatum tutorem, & Ludouicum alterum ex istis fratribus natu maiorem pro scut. 350. quorum medietatem cum iste receperit, alia medietas ponitur ad creditum pupillorum eodem Summ. num. 19. vbi etiā datur creditum de fructibus pro paucis illis mensibus vsque ad obitum Hieronymi, quia alii orta postmodum lite super dictis officijs remissi apparent per transactionem exhibitam in Summario responsionis de Causeis
6 num. 2. & satis est ad effectum de quo † agitur, vt eos ad manus tutorum peruenisse non constet. *l. vlt. §. fin. C. de admin. tut. Rot. decis. 380. num. 1. par. 4. tom. 2. decis. 586. in princ. par. 4. tom. 3. & decis. 310. num. 5. par. 5. recent.*

Sufficiens quoque de stabilibus, & creditis reddi visa est ratio; nam precium vineæ extra Portam Militum leuis Armaturæ Vecchiarello venditæ, partim versum probatur in soluendo ære alieno pupillorum ex datis
7 in eodem Summ. num. 6. ac ex Instrumentis, quorum sufficit iudicatio. *Rota in Romana separationis bonorum 10. Decembris 1630. coram bo. mem. Pirouano*, partim verò erogatum apparet in dotandis sororibus monialibus actorum, in emenda alia vinea, & locis montium, d. Summ. num. 7. & 8. residuum verò scut. 123. refertur ad creditum eorumdem, vbi supra num. 19. vna cum omnibus fructibus ante venditionem dictæ vineæ recollectis iuxta
8 taxationem legalem † ad rationem quinque pro centenario deductam. *ex gloss. in authent. præterea, C. de sacrosanct. Eccles. Rota coram san. memor. Gregor. XV. decis. 553. num. 8. coram Burat. decis. 65. num. 2. decis. 112. num. 1. coram bon. mem. Vrgellen. decis. 197. num. 1. & 2. decis. 241. num. 18. in Bonomien. prædij 21. Iulij 1649. §. liquidatio, coram R. P. D. meo Corrado.* Creditum autem scut. 1000. cum Annibale Serena in vim concordiæ cum Laurentio tunc sui iuris effectio initę exactum fuit à Ludouico eius fratre dicto Summario num. 14. & fructus recompensatiui ex illo exacti ponuntur ad creditum pupillorum num. 19.

Iocalia verò fuisse distracta à Hieronymo
9 habetur in eodem Summario num. 18. † in illius propterea portionem referenda, *iuxta text. in l. Marcellus, §. res quæ, ff. ad trebell.* scuta autem 35. reperta in hęreditate cum cadis 35. vini ad eiusdem creditum describuntur, ibidem numer. 19. quibus per Dominos addita fuit alia partita scut. 50. quę probatur exacta per Serdonatum contutorem ex litteris cambiis à Balduino Briellio Mercatore; At de cęteris mobilibus nulla est reddenda ratio,
10 cum per testes optimè informatos † probentur extitisse penes pupillos *Bart. cons. 239. lib. 1. Rota coram bon. mem. Vrgellen. decis. 212. num. 6. & in recent. decis. 380. num. 6. par. 4. tom. 2.* & ea vti
11 fragilioris materię † etiam vsu consumpta præsumantur, *Peregr. consil. 70. num. 21. lib. 1. & de fideicommiss. art. 10. num. 40. Rota coram Andrea decis. 69. num. 3. coram sanct. memor. Greg. XV. decis. 285. num. 3. ibiq. Add. num. 4. in recent. decis. 310. num. 11. par. 5. & in Anconitana dotis 4. Iulij 1640. §. secunda vero, coram R. P. D. meo Cerro,* quorum proptèrea respectu peti non potest iuramentum in litem, quia ex prædictis quilibet in
12 istis tutoribus cessat dolus, † qui ad hunc ad effectum esset concludenter probandus, *Farin. in fragm. par. 2. num. 1001. Cyriac. controu. 180. num. 123. Rota in Romana separationis dotis 28. Ianuarij 1641. coram R. P. D. meo Cerro,* præsertim quan-
13 do agitur † contra hęredes, *l. alio iure, C. de in litem iuran. Galganet. de tut. lib. 2. tit. 2. nu. 5. Cyriac. controu. 230. num. 24. Laurent. decis. Auenionen. 45. num. 1. Alex. Randen. decis. 215. num. 89. Rota in Anconitana bonorum 22. Aprilis 1644. coram R. P. D. meo Bichio.*

Ex his igitur constat, quod Causei ad summum d. scut. 1100. rationem reddere tenentur, vt ex calculo in eorum Summario exhibito num. 19. quę compensanda, & ex computanda veniunt in expensis in funeralibus factis, in vestibus lugubribus vxoris, totiusque familiæ, in alendis pupillis, eisque melioribus disciplinis imbuendis, ipsorum iuribus tuendis, ac alijs longè excedentibus dictam summam scut. 1100. recensitis in eodem Summario num. 19. has autem expensas vti verisimi-
14 les, † & necessarias tutoribus reficiendas esse, respondit *Rota in d. Maceraten. redditionis rationis 5. Iunij 1648. coram R. P. D. meo Meltio*, & sæpè in alijs.

Non obstat, quod liber tutelaris exhibitus
15 non fuerit, † quia etiam sine libris ratio reddi potest, ex deductis in *Romana tutelæ de Marso 27. Ianuarij 1586. & 23. Ianuarij 1587. coram Gypsio, in Meliten. reuisionis computorum 14 Maij 1593. coram præcl. memor. Card. Hieronymo Pamphilio, aliisque per Gregor. XV. decis. 199. nu. 5. & ibi*

& ibi *Adden. num.8.* tutoribus enim sufficit exhibere inuentarium de bonis pupilli confectum
16 & de † ibidem descriptis reddere rationem, *Rota coram Caualer.decis.246.num.3. in recent. decis.607.numer.1.part.1. decis.380.in princip.part.4. tom.2.decis.351.num.10.par.5.decis.89.nu.5.par.7. & in Romana redditionis rationis* 10. *Decemb.*1646. *coram R.P.D.Peutingero*, quod maximè procedere debet in nostro casu, attenta probitate, & bona fama horum tutorum, de quibus testator plurimum confidit, adeout eos ab hu-
17 iusmodi rationum redditione liberauerit,† ac propterea ab ipsis rigorosa exigi nequit redditio, nec citra dolum condemnari possunt, *l. Aurelio* 21. *§.Caius, ff.de liberat.legat.Fulgos.consil.*25. *Dec.cons.*192. *sub num.*3. *Crauet. cons.*193. *num.*9. *Munoz.de ratiocinat.cap.*5.*numer.*8. *Cyriac. contr.*412.*num.*21. *Rota decis.*362.*num.*8. *par.*2. *recent. in Romana rescissionis transactionis* 19. *Maij* 1648. *§.nec enim, coram R.P.D. meo Corrado, cum aliis in pracedenti decisione congestis*.

Et ita vtraque &c.

☞ *Decisio ista emanata in hac eadem causa sub die* 27 *Iunii* 1651. *coram eodem Albergato; est supra in hac parte decis.*69.

R. P. D. ALBERGATO.

Cesenaten. Emphiteusis

Veneris 16. *Iunij* 1651.

ARGVMENTVM.

Dispositio facta de emphyteusis à primo acquirente substinetur, etiam quod emphyteusis sit ex pacto & prouidentia & huic dispositioni non resistit alia concessio obtenta à persona in prima inuestitura concessa,cui per huiusmodi dispositionem vtique præiudicatur.

SVMMARIVM.

1 *De Emphyteusi ex pacto, & prouidentia an primus acquirens possit disponere & num.* 6. *cum sequen.*
2 *Bona emphiteotica ex pacto, & prouidentia non dicuntur testatoris, nec veniunt sub nomine suorum bonorum & quando vide num.* 6. *cum sequen.*
3 *In Emphiteusi ex pacto, & prouidentia in defectum masculorum fœmina debetur immissio sub huiusmodi conditione vocata.*
4 *Renouationis promissio facienda solum ad effectum facilioris probationis directi dominij, dum adhuc dura generatio non praiudicat.*
5 *Sententia immissionis, cum subsecuta canonum solutione probat renouationem.*
10 *Renouatio per annos* 60. *non petita operatur deuolutionem ad fauorem concedentis.*
11 *Dominus directus secuta deuolutione potest etiam extraneum inuestire.*
12 *Pactum de renouando non tribuit actionem realem, sed personalem tantum.*
13 *Inuestitura emanata durante prima concessione non seruiunt pro renouatione.*
14 *Clausula* sine præiudicio habentium meliora, & potiora iura, *& preseruat etiam in concessione emphyteusis.*
15 *In Emphyteusi ex pacto, & prouidentia proximiores remotioribus preferuntur.*
16 *Renouatio emphiteusis facta non citato possessore est ipso iure nulla.*
17 *Statutum confirmatum à Papa comprehendit emphiteusim Ecclesiasticam.*
18 *Pactum de renouando emphiteusis de tempore ad tempus quid operetur.*
19 *Renouatio hæreditatis verbis amplissimis facta etiam emphiteusim comprehendit.*

DECISIO CLXVI

VTRVMQVE decisionis sub die 23. Ian. proximi præteriti coram me editę fundamentum impugnabant informantes pro Alegra acriter contendentes Camillum in eiusdem præiudicium non potuisse, nec voluisse de bonis emphyteoticis, de quibus agitur, disponere. Quod enim non potuerit resultare dicebatur ex natura istius emphyteusis ex pacto, & prouidentia, de qua propte-
1 rea nec etiam † primus acquirens valet disponere *iuxta doctr. Bart. in l.si patroni num. 3.ff. ad treb. Rota coram fan.mem. Greg. XV.dec.* 271. *num.*5. *ibique Add. num.*25. ex institutione verò deducebatur defectus voluntatis, quippe quæ per testatorem restricta est ad propria sua bona ibi, *in tutti l'altri suoi beni i mobili proprij emfiteotici*, apta videlicet comprehendere tantummodo emphyteotica hæreditaria, nō
2 autem ex pacto & prouidentia, † quia ista non dicuntur sua *Socc. Iun. cons.* 72. *num.* 25. *lib.* 1.*Surd. decis.*93. *num.*20. in quibus in omnem casum, cum iam defecerint masculi,
3 petebatur immissio per Alegram † huiusmodi sub conditione vocatam *ad trad.per Peregr. de fideicomm. ar.*27. *num.*24.*Rot.decis.*121.*num.*7. *par.*7.*rec.*

Ad lapsum verò 60. annorum petendæ renouationi præfixum (quod erat alterum decisionis fundamentum) respondebatur, quod respectu vnius domus, & cuiusdam vineæ cessabat obiectum ex inuestituris de Anno 1626. ab Episcopo Cæsenæ, & Abbate Sancti Vitalis directis dominis per Alegram reportatis; Et quoad vnam petiam terræ torn. 7. tab. 23. & alteram torn. 3. aliquam non posse prætendi caducitatem dicebatur, ex
4 ex quo † renouatio erat tantum facienda ad effectum facilioris probationis directi dominij, quia concessio erat ad tertiam generationem, *Bero.cons.*116.*num.*19.*vol.*1.*Rot.decis.* 438. *num.*3.*par.*1.*recent.* respectu verò alterius domus, & vinearum, de quibus in Summ. præcedentis positionis *num.*1.dabatur sententia immissionis ab ordinario prolata, cum
5 subsecutæ Canonum solutione † per Alegram facta, *Rimin.Iun.cons.*257.*n.*56.

Quibus tamen minimè obstantibus DD. stete-

ſteterunt in deciſis, iteram eidem Alegræ denegandam eſſe immiſſionem reſpondentes ex inconcuſſo illo, & irrefragabili fundamẽto, quod Camillus potuerit, ſimul & voluerit excluſis fœminis ad huiuſmodi emphyteuſim maſculos tantum admittere; Quod enim potuerit, indubitatum eſt, quia cum
6 eſſet † primus acquirens ex titulo oneroſo liberam habuit facultatem de hiſce bonis, licet ex pacto & prouidentia quæſitis, quomodolibet etiam in præiudicium compræhenſorum diſponendi, vt in terminis reſpõdit *Rota in alia Ceſenaten. emphiteuſis* 14. *Decembris* 1635. *coram bon. mem. Merlino in recent. deciſ.* 741. *num.* 4. *par.* 4. *tom.* 3. & vltrà allegatos in precedenti deciſione firmant *Corraſ. in l. filium quem num.* 94. *C. fam. erciſc. Alex. conſ.* 124. *num.* 8. *lib.* 5. *Hond. conſ.* 14. *num.* 47. *lib.* 2. *Clar. in* §. *emphiteuſis q.* 16. *verſ. contrarium. Craſſ. in* §. *legitima quaſt.* 21. *in fin. in* §. *legatum quaſt.* 14. *num.* 20. *Gratian. diſcept.* 405. *num.* 1. *Rot. coram Seraph. deciſ.* 559. *num.* 19. *coram Caual. deciſ.* 398. *num.* 1. & *in recent. deciſ.* 435. *num.* 13. *deciſ.* 438. *num.* 1. vbi hanc veriorem, & magis communem *par.* 1. & *deciſ.* 366. *num.* 2. *par.* 4. contraria enim procedunt quando acquiſitio prouenit ex liberalitate concedentis, quia tunc primus acquirens non poteſt præiudicare comprehen-
7 ſis ſecus eſt in primo † acquirente ex titulo oneroſo, qui ad fauorem etiam extraneorũ excluſis vocatis diſponere poteſt, vt benè ad propoſitum diſtinguit *Surd. deciſ.* 290. *numer.* 2. *Mareſcot. var. lib.* 1. *cap.* 74. *nu.* 1. & 2. eamdemq; diſtinctionem ſequuntur relati *per Adden. ad ſan. mem. Greg. XV. deciſ.* 529. *num.* 23. *ad Buratt. dec.* 822. *n.* 6. & *in Viterbien. caſtrorum* 14. *Decemb.* 1616. *cor. Card. Sacrato.*

Quod verò in præiudicium fœminarum Camillus voluerit de huiuſmodi bonis diſponere patet ex eiuſdem teſtamento, in quo illis congruè dotatis maſculorum fauore ſu-
8 biecit fideicommiſſo omnia bona ſua, † quorum appellatione in diſpoſitione à primo acquirente facta metiendo voluntatem à poteſtate, venire etiam emphyteotica conſuluerunt *Natta conſ.* 159. *num.* 26. *Menoch. conſ.* 955. *num.* 22. *conſ.* 1115. *num.* 12. *Guidopap. conſ.* 215. *num.* 1. *Curt. Iun. conſ.* 26. *num.* 8. *Surd. conſ.* 73 *num.* 70. & firmauit *Rota coram Caual. dec.* 583. *num.* 12. quod ſine difficultate tranſit, quando
9 prout hic, † per teſtatorem de emphyteoticis habita fuit ſpecialis mentio, vt reſolutum fuit in *d. Ceſenaten. emphiteuſis coram Merlino in recent. dec.* 741. *n.* 24. *par.* 4. *tom.* 3. & probat *Menoch. conſ.* 129. *n.* 16. & 23.

Nec refragatur, quod Alegra deficientibus maſculis vna cum eorum filiabus, & Cornelia ipſius ſorore ex eodem teſtamento ſit vocata, hoc enim motiuum Domini, prout in alia, ad particularem inſpectionem reijcerunt; & ex lapſu 60. annorum petendæ
10 renouationi conſtitutorum † firmarunt iterum bona fuiſſe ad concedentem deuoluta, *iux. tex. in l. Imperator. ff. de poſtul. Dec. conſ.* 328. *in princ. Corbul. de cauſ. priuat. ob temp. finit. num.* 1. *Marius Burg. de laud. par.* 2. *inſpect.* 36. *num.* 3. *Rota coram ſan. mem. Greg. deciſ.* 567. *in princ. ibique*
11 *Add. lit. A.* qui propterea quemlibet † alium, etiam extraneum potuit inueſtire, non obſtãte pacto de renouando, *Bero. conſ.* 119. *num.* 1. & 2. *lib.* 1. *Alciat. conſ.* 146. *ſub num.* 3. *Mantic. de tacit. lib.* 22. *tit.* 23. *num.* 1. & 8. ea ratione, quia huiuſmodi pactum non tribuit actionem rea-
12 lem, † ſed perſonalem dumtaxat ad intereſſe aduerſus Dominum *Angel. conſ.* 184. *ſub n.* 3. *Alex. conſ.* 165. *num.* 3. *lib.* 2. *Corbul. vbi ſup. nu.* 10. *Rota deciſ.* 215. *n.* 2. *par.* 1. *recent.* & *fuit dictum in Ceſenaten. bonor.* 20. *Maij* 1588. *coram Bubalo in Ciuitatis Caſtelli bonorum* 21. *Maij* 1614. *coram bon. mem. Seleucien.* ac in alijs præteritis deciſ. congeſtis.

Nec ſuffragari poſſunt inueſtituræ, quas Alegra de anno 1626. obtinuit de eis enim
13 nulla eſt habenda ratio † tanquam emanatis durante adhuc tempore primę conceſſionis, *Gabr. conſ.* 85. *num.* 14. *lib.* 2. *Mareſcott. var. lib.* 1. *capit.* 39. *num.* 15. *Rota deciſ.* 121. *num.* 16. *par.* 7. *rec.* præſertim quia factę fuerunt ſine pręiudicio
14 habentium meliora, & potiora iura, † quæ proinde Arcanis meliora & potiora iura habentibus obeſſe non potuerunt, *Decian. conſ.* 73. *num.* 49. *lib.* 2. *Honded. conſ.* 31. *num.* 47. *vol.* 2. *Modern. Fulginat. de contract. emph. q.* 39. *per tot. Rot dec.* 231. *n.* 2. *par.* 4. *diuerſ.* & *deciſ.* 290. *num.* 3. *par.* 5. *recentior.*

Quod autem Arcani meliora fouerent iura deducebant Domini, tum ex contiguitate aliorum bonorum ex qua reſultat maior cõmoditas, & affectio ab In nocentiana ad huiuſmodi effectum renouationis conſiderata, tum ex proximitate vltimi poſſeſſoris, quæ
15 in hac † materia attenditur, & operatur, vt illi in concurſu Alegræ remotioris ſint præferendi *Ruin. conſ.* 47. *num.* 6. *lib.* 3. *Gabr. conſ.* 86. *num.* 12. *lib.* 1. *Gabr. de iur. emphyt. concl.* 1. *num.* 27. *Caldas de renouat. lib.* 1. *q.* 7. *num.* 37. & *ſeq. Modern. Fulginat. eo tit. quaſt.* 1, *num.* 51. & *de ſucceſ. in bon. emph. quaſt.* 2. *num.* 9. *Mareſcott. var. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 23. *Rota coram Penia deciſ.* 675. *num.* 1. *coram bon. mem. Vrgellen. deciſ.* 251. *numer.* 1. & 2. *cum alijs relatis in Ceſenaten. bonor.* 29. *Maii* 1623. *coram Pirouano.*

Et ineuitabilis ſemper viget nullitas harũ conceſſionum pręfatæ Alegrę factarum non
16 citatis Arcanis poſſeſſoribus, † vt neceſſarium erat, tam ex diſpoſitione iuris communis, vt tradit *Clar. in* §. *emphyteuſis quaſt.* 11. *Roſſental. de feud. cap.* 6. *concl.* 11. *num.* 7. *Aſin. in prax. iud.* §. 7. *limit.* 48. *verſ. ex quo concludo*, *Modern. Fulginat. de alien. quaſt.* 1. *num.* 8. *Afflict. dec.* 97. *per tot.* quàm ex diſpoſitione ſtatuti Cæſenę ſub rubr. Quod nemo audeat ſe inueſtire facere, &c. quod tamquam à Sede Apoſtolica con-
17 firmatum † emphyteuſim Eccleſiaſticam comprehendit, vt in terminis huius ſtatuti firmarunt *Ancar. conſ.* 89 *num.* 1. *Rimin. Iun. conſ.* 267. *n.* 15. *Rot. in ſæpius citata dec.* 741. *n.* 14. *par.* 4. *tom.* 3. *rec.*

Minus officit quod prætendatur conceſſiones in propoſito caſu fuiſſe in perpetuum, & ſic

& sic quod renouatio de tempore in tempus censeatur adiecta ad faciliorem probationē directi dominij. Quia quinque ex illis sunt temporales cū pacto renouandi de 60. in 60.
18 annos, † qua propter huiusmodi pactum censetur adiectum ad terminandam emphyteusim per lapsum dicti temporis iuxta distinctionem relatam per *Modern. Fulginat. de contract.emph.q.33.num.4.per.Add.ad san. memor. Greg.XV. decis.348.n.6.litt.B.* quam prius secuta fuerat *Rot.dec.438.num.3.par.1.recent.*& in terminis concessionis ad 60. annos cum pacti renouandi tradit *Mant.de tacit.lib.22.titul.5. num.9.* Aliæ verò duę licet factæ sine prętinitione temporis Alegeæ prodesse non possunt cum earum respectu illi obstet paterna superius ponderata dispositio, & propria ipsius renunciatio iuribus paternis, & actionibus
19 quibuscumque facta, † quę prægnantibus verbis concepta etiam bona emphyteotica comprehendit ex quo renuncians hęreditatem, non potest emphyteusim retinere, *Ias. in l.si non sortem,§.libertus sub num.35.C. de cond. indeb.Clar.in §.emphyteusis quæst. 37. vers. ex hac conclusione,Modern.Fulginat.de contr.emp.q.3.n.11 q.4.n.7.& dixit Rota in Anconitana nullitatis concordiæ 4.Decembris 1647. in princ. coram bo.mem. Arguelles.*

Et ita vtraque &c.

Decisio ista in hac eadem causa coram eodem R.P.D. Albergato emanata impressa est supra decisio 111.

R. P. D. CELSO.

Postea S. R. E. Cardinali.

Bononien. Fideicommissi

Veneris 16. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Immissio quia non retardatur fideicommissario per detractiones turbidas, & illiquidas; ideò in præsenti decisione constanter firmatur, quod alienationes factæ ab hærede grauato pręsumantur equare detractiones sibi competentes, vel quod onus probandi contrarium transferat in alienantem, & eius hæredes; quid autem dicendum sit, si quis prætenderet retentionem dictorum bonorum pro dotis restitutione, eruditè resoluitur; Demum identitas bonorum fideicommissariorum ex quibus probata remaneat clarè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Legitima an, & quando debeatur in bonis particulari fideicommisso suppositis.*
2 *Confessio emanata in inuentario præiudicat confitenti, & habenti causam ab eo.*
3 *Confessio facta in instrumento transactionis, & diuisionis præiudicat confitenti. & habenti causam ab eo.*
4 *Contractus qualis fuerit. effectus magis, quam verba sunt inspicienda.*
5 *Bona particulari fideicommisso subiecta non debent detrahi pro soluendo ære alieno fideicommittentis,quando bona libera extarent.*
6 *Fideicommissum, ex quo semel fuerunt distracta bona pro soluendis debitis testatoris, pro eisdem non debet amplius grauari.*
7 *Retentionem in bonis fideicommissariis pro dote prætendens, debet probare vel quod non adsint bona libera,vel quod illam non sufficiant.*
8 *Quietantia facta,*per tutto quello, che haueſse potuto pretendere *comprehendit omnem, & quemcunque titulum.*
9 *Amplia etiamsi summa in quietantia recepta non esset aquiualens, & proportionata, sed longè inferior, ita vt reliquum censeatur remissum. num.10.*
11 *Alienationes factæ ab hærede grauato de bonis fideicommissariis præsumuntur æquare detractiones sibi competentes.*
12 *Et onus probandi contrarium transfert in alienantem, & illius hæredem.*
13 *Immissio non retardatur fideicommissario per detractiones turbidas, & illiquidas.*
14 *Identitas bonorum fideicommissariorum ex quibus probata remaneat.*
15 *Confessio authoris plenè probat contra illius hæredem, & habentes causam ab eo.*
16 *Identitas bonorum particulari fideicommisso suppositorum non remanet exclusa,ex quo fideicommittens posteà alia bona acquisiuerit.*
17 *Sed illis subtractis in reliquis debetur immissio fideicommissario.*
18 *Euictionis actio inter coheredes diuidentes bona fideicommissaria non datur si euictio secuta fuerit ob euentum conditionis fideicommissi in diuisione reseruatum.*
19 *Sed euictio dicitur secuta ex natura rei; imò ex facto transigentis vt n.20.*

DECISIO CLXVII.

HAEREDES Com. Francisci de Pepulis obtinuerunt de nouo audiri aduersus vltimam decisionem, in qua firmatum fuit Com. Ioanni dandam esse immissionem, sed iterum proposito dubio, iterum Domini pro immissione responderunt, quia prætensæ detractiones fuerunt aliàs abundè sublatæ, & alię exceptiones nullo modo videntur subsistere.

1 Etenim † prima detractio prętensa ex causa legitimę debitę Comiti Francisco in bonis Iacobi Patris cessat ex responsione data, quod illa non debetur ex fideicommisso particulari nisi quatenus alia bona non extent, *Aym.cons.19.num.14.Ruin.cons.27.num.10. vers. non tamen poterit lib.1. & docet Castren.cons. 247. num.4.vers. sed quando lib.1. quem sequitur Peregr de fideicommissis ar.4.num.34.Surd.decis.316.n.10 & seqq.Rot.decis.113.num.4.par.2.diuers.& in rec. decis.185.num.14.par.5. & concordantes cumulantur in Romana fideicommissi de Zuccaris 4.Februarii 1650.cor. Reuerendiss. D.meo Decano.*

Huiusmo-

2 Huiusmodi † verò negatiua tantum abest quod exaduerso probetur, quòd immo constet plenè de contrario ex confessione eiusdē Com. Francisci facta in inuentario nuper producto, & in ipso instrumento Transactionis, ibi, *si diuidano tutti li beni mobili, stabili, denari, & Animali trouati alla morte del Co. Giacomo, e parimente tutti l'acquisti in qualsiuoglia tempo fatti sotto nome del Co. Francesco cioè vna Possessione &c.* Som. nouo num. 3. quę propterea confessio præiudicat ipsi confitenti, & habēti ab ec causam, vt in terminis inuentarii dixit *Rot. decis. 96. num. 3. & decis. 262. num. 5. & seqq. par. 7. in recent. cum adductis per Add. ad Buratt. decis. 637. num. 15.*
3 † Et confessionis factę in instrumento transactionis, & diuisionis, tradit *Ruin. cons. 50. nu. 13. libr. 1. & cons. 76. n. 14 lib. 5. Rota coram Coccino dec. 120. n. 2. & cor. sanct. mem. Greg. dec. 172. n. 1.*

Altera verò detractio respectu dotis Com. Gentilis frustra opponitur exaduerso, dum illa ad pręseruandum fideicommissum conuentionale omnia iura transtulit in Com Ioannem immissionem petentem, & replicatio
4 † quod cessio prædicta restricta fuerit ad bona Com. Ioannis sen. non autem Com. Iacobi, non videtur subsistere, dum facta fuit ad hoc, vt Ioannes iun. assequi posset bona sibi competentia vigore cuiuscumque fideicommissi qui effectus non sequeretur nisi quoque iura dotalia super iisdem bonis remisisset; Et ideò effectus prędictus magis, quam verba sunt inspicienda, *l. si stipulatus ff. de vsuris Ias. in l. 1. num. 45. C. de iur. emph. Roman. cons. 509. num. 1. & seq. Rota in rec. dec. 532. num. 3 par. 1. & decis. 191. num. 6. par. 4. tom. 2.*

5 Tertia † de scutis 20. mil. monetę Bonon. quæ prętenduntur soluta per Com. Iacobum occasione debiti ab ipso contracti ante conditum fideicommissum tollitur ex responsione data quod, aut dicta debita fuerunt soluta ex bonis liberis, & non debent detrahi ex hoc fideicommisso particulari, quemadmodum non essent detrahenda, si illa non fuissent soluta, & bona libera extarent, vt aduertit *Magon. dec. Lucens. 85. num. 12. Rota cor. Canal. decis. 246. num. 1. in fine,* & plures cumulat *Fusar. de substitut. q. 543. num. 9. & quæst. 692. num. 21. & seq.*
6 † Vel fuerunt soluta ex bonis fideicommissi, & illud de nouo grauari non debet ad *tex. in l. bona fides, ff. de reg. iur. Rot. penes Post. in tract. de manut. decis. 254. n. 8. & in rec. decis. 484. n. 13. par. 5.*

Et mediante simili responsione excluditur non solum quarta prætensio quoad dotes Elenę, & Vincentię filiarum naturalium eiusdem Com. Iacobi, sed etiam quinta respectu dotis Sor. Innocentiæ filiæ legitimæ, & naturalis, & sexta de dote alterius Elenæ
7 Sororis ipsorum fideicommittētium. † Nam cum dictę dotes reperiantur solutę, debent hęredes Com. Francisci, qui pro eisdem retentionem pręttendunt concludentèr probare, quod vel non adsint bona libera, vel illa non sufficiant pro illarum solutione, *Natt. cons. 199. num. 8. & seqq. & cons. 248. num. 6. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. quæst. 4. num. 15. Gratian. cap. 570. num. 19. & 20. & cap. 743. num. 22. & seqq. Rota decis. 77. num. 2. & 3. par. 5. in rec.* & latè probatur in *Auenion. hæreditatis 17. Martij 1649 coram R. P. D. meo Royas.*

Et vltra prędicta adsunt etiam exceptiones generales excludentes totaliter prætensas de-
8 tractiones; † Concurrit enim primo, quod Com. Franciscus fuit de illis satisfactus mediante receptione lib. 7. mil. pro omni, & toto eo, quod posset pręttendere, vt latius in instrumento transactionis, ibi; *E questo per tutto quello, che hauesse potuto pretendere il detto Co. Francesco per debiti, e legati pagati, non ostante che ascendessero à maggior somma delle lire 7. mill. & il Co. Francesco non possa pretendere altra detrattione per qualsiuoglia capo, o caso, &c.* Quæ verba ita generaliter concepta capiunt omnem, & quemcumque titulum detractionū *ad not. per Socc. cons. 10. num. 9. lib. 1. Roland. cons. 27. num. 15. & seq. lib. 4. Rot. decis. 440. num. 4. vers. hac enim verba par. 1. diuers. & in rec. decis. 36. n. 5.*
9 *& seq. part. 5.* † Etiam si summa non esset ęquiualens, & proportionata, sed longè inferior, *Castr. in l. si cum dotem 22. §. si pater num. 3. & ibi Alex. num. 2. ff. sol. matrim.* & plures cumulat *Ciriac. controu. 351. num. 8. & pluribus sequentibus.*
10 Adeò † vt reliquum censeatur remissum *ad text. in cap. 1. de transactio Alciat. cons. 1. numer. 34. lib. 3. & dixit Rota coram Mantica decisione 241. num. 8.*

11 Concurrūt † etiam alienationes factæ tàm per Com. Iacobum, quàm per Com. Franciscum de bonis fideicommissarijs, quæ vel præsumuntur æquare detractiones prætensas, *Giouagn. cons. 20. sub num. 15. vers. Cæterum lib. 2. Rota in recent. decis. 226. nu. 16. & dec. 339. n. 28. par. 5. cum aliis per Add. ad san. mem. Greg. dec. 266.*
12 *num. 16.* † vel onus probandi contrarium transferunt in alienantem, & illius hæredem *And. dec. 80. num. 4. in rec. dec. 432. num. 5. & duobus seqq. par. 4. decis. 541. num. 18. par. 5. decis. 163. nu. 6. par. 7.* & plures cumulat *Add. ad san. mem. Greg. XV. dec. 185. n. 5.*

Et vlterius adsūt fructus percepti à die motæ litis vsque in præsentem diem, quæ dicta credita magis turbida, & illiquida reddunt,
13 Itaut † attenta illiquiditate non valeant immissionem impedire, *Alciat. cons. 63. num. 14. lib. 9. Rot. coram Canal. decis. 573. num. 3. in rec. dec. 47. num. 13. par. 5. & fuit dictum in Bonon. fideicommissi de Bologninis 4. Maii 1643. coram Reuerendissimo Salamantino, & in Rauennaten. bonorum. 1. Februarii 1647. coram R. P. D. meo Corrado vbi aliæ cumulantur.*

14 Quo verò † ad identitatem bonorum super quibus immissio petitur, Placuerunt Dominis, fundamenta decisionis, quæ reuidētur, maximè cum concurrant confessiones iudiciales eiusdem Com. Francisci, qui expresè in actis protestatus fuit contra Sindicum mensæ Episcopalis Bononiæ, bona prædicta esse supposita fideicommisso purificato ad fauorem Com. Ioannis Iun. necnō sen-

sententia ab eodem acceptata, declarans pariter, eadem bona esse fideicommissaria, quæ probationes, & adminicula benè concludũt illorum identitatem per *tex. in cap. cum causam 13. de probat. Rot. cor. Duran. dec. 458. n. 4. & in rec. dec. 120. n. 18. & seq. par. 6.*

Et quo ad bona existentia in Communi Creualcoris nuncupat. Prachiosso necnon Palatij positi in Ciuitate Bononię res transit sine difficultate attento instrumento assignationis factę per Com. Iacobum de ann. 1612. ad fauorem Com. Ioannis, & Hyppoliti eius filij cum expressa præseruatiua fideicommissi, & esse deuolùta ac pertinere ad Com.

15 Ioannem vigore dicti fideicommissi conuentionalis declarauit, † & fassa fuit Com. Gentilis pariter in instrumento publico, quę propterea declaratio, & confessio plenè probat & contra eumdem Com. Franciscum dictæ Comitissæ hæredem, & contra aduersarios ab ea causa habentes, *Ruin. cons. 128. numer. 16. lib. 2. & cons. 40. num. 4. lib. 4. Aym. cons. 29. num. 1. Rot. cor. Seraph. dec. 553. n. 3. & in rec. decis. 42. nu. 8. part. 5.*

16 Non obstat, † quod in aliquibus locis (vt exprimitur in ipsa transactione) appareat fideicommittentem postmodum alia bona acquisiuisse, quia ex illis non excluditur, quin potius comprobatur identitas, nam si aliæ acquisitiones extarent verisimiliter producerentur, *Rota decis. 254. numer. 54. & sequen.*

17 *par. 4. tom. 2. recentiorum* † Ideoque illis subtractis super reliquis immissio debetur, *Rota decis. 562. num. 5. par. 2. recent. decis. 148. num. 9. part. 4. tom. secundo decisione 47. numer. 10. in fine, & decis. 77. sub num. 5. & sequen. par. 5.*

18 Demum † non obstat exceptio prætensæ euictionis, quia illa non fuit promissa in casum obitus Transigentium sine filiis immò dictus casus fuit expresse in Transactione reseruatus, de quo propterea Com. Ioannes nullo modo tenetur, vt in his terminis probat *Fusar. de substitut. quæst. 599. num. 21. & cons. 160. num. 8. & sequent: Bero. cons. 108. num. 22. lib. 1. Becius cons. 24. à num. 34. lib. 1. Magon. dicta Lucens. 7. sub*

19 *num. 44. vers. & quoad euictionem.* † Etenim euictio dicitur secuta ex natura rei, vt aduertit *Alex. cons. 22. num. 6. lib. 5. Surd. cons. 67. num. 53. & cons. 70. num. 16. & 17. Menoch. de Præsumpt. lib. 3. præsumpt. 118. num. 11. Peregr. de fideicommissis art. 52. num.*

20 *58. & 68.* † Immo ex facto ipsius Transigentis, vt benè per *Rolan. cons. 51. n. 12. & 13. lib. 4. Magon. d. dec. 7. n. 44.*

Ex quibus responsum fuit pro confirmatione decisionis. Partibus hinc inde informantibus &c.

R. P. D. VEROSPIO

Romana fideicommissi de Carpianis.

Veneris 16. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Hæres fideicommissarius, qui & docto de fideicommisso, & iustificata identitate bonorum in illis immissionem petit, prætextu transactionis initæ cum hærede grauato impediri non debet, vbi transactio, & bona fide non fuit facta, & illius validitas altiorem requirit indaginem.

SVMMARIVM.

1 *Immissionem obtinere debet fideicommissarius, qui & casum suæ vocationis, & identitatem bonorum iustificat.*

2 *Immissiones duæ altera in proprietate ratione fideicommissi, altera iure creditoris concessa non sunt inter se diuersæ, sed inuicem compatiuntur.*

4 *Transactio facta cum hærede grauato non præiudicat fideicommissario ex propria persona venienti.*

4 *Transactio inita ab hærede grauato bonam fidem requirit, vt præiudicet fideicommissario.*

5 *Dubietas sola in ciuilibus habetur pro veritate.*

6 *Immissio fideicommissario retardari non potest prætextu transactionis grauati altiorem indaginem requirentis.*

DECISIO CLXVIII.

IMMISSIONEM ex persona sororis Catherinæ de Carpianis Monasterio S. Bernardini de Vrbe alias coram me decretam die videlicet 5. Maii præteriti * eidem hodie DD. confirmarunt. Quia fideicommissum à q. Iacobo de Carpianis ordinatum, & in ipsius Catharinæ fauorem ostendit esse purificatum per obi-

1 tum Oliuerij nullis superstitibus liberis, † ac bona denique ad quæ se contendit immitti, ex Iacobi hæreditate publicis mediantibus documentis prouenisse iustificat, adeoque eorundem immissionem vigore *l. vltima iure merito assequi debet iuxta glos. vlt. in l. pen. C. ad Sen. Cons. Treb. ibique notat Bart. nu. 6. Peregr. de fideic. art. 48. num. 20.* & alijs relatis auctoritatibus respondit *Rota in Bononien. fideicommissi de Blanchis 20. Aprilis 1646. in §. quia coram R. P. D. meo Roias, & in Bononien. fideicommissi de Rubeis 30. Maij 1646. coram R. P. D. meo Corrado in principio, & in Romana fideicommissi de Alicornis 3. Iulij præteriti coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Non obstat iterum obiecta retentio domorum, de quibus agitur per sententiam Rotalem Scarlatto antecedentes attributa dum illa, licet à Monasterio non admittatur modo tamen non reuocatur in dubium, dum immissionem agit iure tantummodo fideicommissi, ac proprietatis sine pręiudicio alterius immis-

2 sionis Scarlatto concessæ iure creditoris, † vtręque enim immissiones tanquam inter se diuersæ non repugnant ad inuicem, sed compatiuntur *ad text. in l. sciendum, §. creditor ff. qui satisd.*

satisd.cogan. Rota in Romana, seu Casenaten. hereditatis 4. Iunij 1635. coram bon. me. Pirouano cum aliis recensitis in præterita in §. *hanc autem immissionem*.

Nec pariter obstare visa fuit repetita transactio per Scarlattum, ac Iuliam de Nutis cum Oliuerio de Carpianis grauato, ac vltimo loco

3 sine filijs prædefuncto stipulata, † cum illa officere non valeat Catharinæ ad fideicommissum modo vocatæ, nec Monasterio ex propria ipsius persona bonorum immissionẽ postulanti, nec transigentis hæredi *ad text. in l. Imperatores ff. de transact. & in l.1.ff. eod. tit.l. si suspecta, §.vlt.ff. de inoffic.testam. l. à sententia, §. si hæres, ff. de appellat.Peregr. de fideic.art.52 n.81. Molin. de primog.lib.4. cap.9. num.10. & 11. Rota in Bonon. fideicommissi de Blanchis 20. Aprilis 1646 coram R.P.D. meo Roias, §. nec visum fuit*, cessante præsertim necessaria causa distrahendi eamdem bonorum proprietatem in creditorem tunc temporis ex remedio saluiani solummodo

4 eadem bona retinentem, † ac deficiente quoque bona fide transigentium, quæ nulla ponderari potest in distracta bonorum proprietate non deducta tunc temporis in litem, ad subsistentiam transactionis pernecesse requisitam, *iuxta text. in l.2.C. de transact.l. qui cum tutoribus, & post rem indicatam, ff.eod. Fusar. consil.139.num.3. cum seqq. Rot. coram Caual.dec.124. num.3. & decis.29.num.4.par.4. & decis.110.nu.2. par.2.recen. & in Bononien.fideicommissi de Blanchis 28. Iulij 1647. coram R.P.D. meo Roias*.

Hinc verò cæterisque deductis ab informãtibus pro Monasterio aliqui ex DD. de veritate etiam ipsius transactionis admodum du-

5 bitarunt, † cum in ciuilibus ipsa dubietas pro veritate admittatur *iuxta textum in l. habemus, C. de probat Surd.cons.56.num.4.*& plures relatis per *Menoch. de præsumpt.quæst.99. num.5. lib.1. Rot. in Calaguritana beneficij de Cornago 10. Decemb.1646 coram me in vltimo §.ideoque resolutum fuit* futuras probationes exaduerso propositas ad cruendã

6 transactionis veritatem tanquam altioris † indaginis retardare non posse petitam à fideicõmissarijs immissionem, prout alias quoque respondit *Rota in adducta Bononien. fideicommissi de Blanchis 20. Aprilis in §. nec pariter releuat, & 14. Decembris 1646. & 28. Iunij sequentis anni coram R.P.D. meo Roias, & antea coram Gregor. decis.194.num.22. & decis.67.num.26.par.6.recen*,

Et ita vtraque parte informante &c.

☞ *Decisio ista in hac eadem causa facta sub die 13. Ianuarij 1651. coram eodem bo.mem. Leone Verospio erit infra in Miscellanea*.

R. P. D. CELSO.

Postea S. R. E. CARDINALI.

Spoletana Successionis.

Lunæ 19. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Feminas agnatas esse vocatas à statuto ad fauorem agnationis disponente; licèt ipsæ non conseruent agnationem in præsenti decisione constanter firmatur Statutum disponens de successione defuncti ab intestato an, & quando comprehendat etiam successionem illius, qui testari non potuit eruditè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana intrat, quandoagitur in possessorio inter personas laicas super bonis merè laicalibus.*

2 *Heredi ab intestato non competit remedium leg. fin. C. de Aedict.Diu.Adr.tollen.*

3 *Et quid si tali remedio vsus fuerit, quandò tamen ex hoc non resultet nullitas processus.*

4 *Statutum omnino seruandum est, etiamsi sit contra ius.*

5 *Statutum præualet iuri communi, & potentius est in loco vbi viget.*

6 *Statutum quod repetitur asseruatum in Archiuio publico, & alligatum in volumine aliorum statutorum, non potest appellari propositio facta in consilio Generali.*

7 *Statutum eo ipso quod reperitur insertum in volumine statutorum dicitur esse in vsu.*

8 *Statuti existentia, & obseruantia probatur ex eo quod super illo scripserit aliquis eximius Iurisconsultus.*

9 *Obseruantia statuti in aliqua parte vnius Capituli arguit obseruantiam etiam in alia.*

10 *Statutum quandò indigeat confirmatione Apostolica in forma specifica, & quando sufficiat in forma communi num.12.*

11 *Statutum conditum fauore agnationis an dicatur æquum & honestum, vel odiosum.*

13 *Feminæ licèt non conseruent agnationem, tamen negari non potest quin sint de agnatione.*

14 *Feminæ agnatæ succedunt in defectum masculorum ad conseruandam agnationem à statuto consideratam.*

15 *Statutum disponens de successione defuncti ab intestato an comprehendat successionem illius qui testari non poterat.*

16 *Statutum disponens de successione defuncti ab intestato, comprehendit quoque successionem intestabilis quando emanauit fauore Agnationis amplia vt num.18.*

17 *Intellige procedere non per viam extensionis, sed comprehensionis, & quare.*

19 *Ratio vbi militat in vtroque casu, in vtroque quoque eadem procedere debet dispositio.*

DECISIO CLXIX.

DEFVNCTA ab intestato in infantili ætate Cæcilia de Paulutijs; & orta controuersia inter Matrem, & Amitam super successione illius, A. C. ad fauorem Hieronymæ Amitæ pronunciauit; Vndè in executionem commissionis mihi directæ proposui dubium; An

1 sit locus Aegidianæ, & Domini attenta validitate, & iustitia sententiæ responderunt affirmatiuè, quia actum fuit in possessorio inter personas laicas super bonis merè laicalibus, quo casu intrare Aegidianam firmauit *Rota coram Coccino decis. 150. num.5. vers. tamen personæ Duran.decis.258.num.1. & in recent. decis.349. eodem*

dem num. par. 4. tom. 2. & in Romana fideicommissi de Campagnolis 26. Iunij 1648. & 8. Februarij 1649. coram R.P.D. meo Pentingerio.

Validitas resultat ex reuolutione ipsius pro-
2 cessus, nec impugnari valet ex eo, quod fuerit actum in remedio *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* quod remedium non competit hæredi ab
3 intestato; † nam cùm in sententia adsit clausula *omni meliori modo &c.* & monitorium contineat alias clausulas salutares deducens omne ius, *& omne remedium, & actionem &c. ac petens relaxari quæcunque mandata necessaria, & opportuna &c.* ex his apparet, quod petitio Hieronymæ non fuit restricta ad simplex remedium *l. fin.* sed comprehendit omnia alia remedia sibi competentia, *vt dixit Rota in recent. dec. 135 num. 5. par. 6. & apud Post de manut. decis. 249. n. 2. & 3. in Romana domuncularum 10. Februarij 1648 coram Reuerendiss. D. meo Decano, in Meleuitana territorij 17. Maij 1649. coram R.P. D. meo Otthobono* cum pluribus adductis per *Pacif. de saluian. insp. 1. cap. 4. num. 70. & seqq.*

4 Iustitia † pariter dictæ sententię manifestè resultat ex dispositione Statuti Hispelli excludentis in defectum masculorum matrem propter agnatas fœminas; Nam cum nullus supersit masculus, & Hieronyma sit agnata, vt est in confesso apud partes, consequenter præferenda venit ex dispositione eiusdem Statuti, quod omninò seruandum venit, etiamsi sit contra ius, vt notat *Paris. cons. 86. in fine vers. si autem statutum lib. 1. & cons. 20. numer. 5. & seqq. lib. 2. Curt. sen. cons. 46. num. 16. in fine, Hondod. consil. 13. num. 31. lib. 1. Roland. cons. 72. num. 4. lib. 3.*

5 Immò iuri communi præualet, † & potentius est in loco, vbi viget *Aym. cons. 137. sub num. 6. Socc. iun. cons. 67. num. 54. lib. 2. Grat. cons. 54. num. 49. lib. 1. Iof. Ludou. decis. Perusin. 9. nu. 30. Rot. in Mediolanen. substentationis libri 26. Iunij 1647. coram Reuerendiss. Terracinen. & in Asculana hæreditatis 7. Iunij 1649. coram R.P.D. meo Roias.*

6 Obiectum verò, † quod idem Statutum Carolena nuncupatum non sit propriè, & verè statutum, sed potius propositio quædam facta in Consilio Generali absquè vlla determinatione, censuerunt Domini cessare ex facto, dum illud non solùm reperitur asseruatum in Archiuio publico, & alligatum in volumine aliorum Statutorum iuxta notata per DD. in *l. cum prolatis 32. ff. de re iudic. Abb. in cap. pastoralis num. 1. in fine, & num. seq. de fid. instrum. Bero cons. 173. num. 54. lib. 1. Roland. cons. 99. nu. 38. lib. 2.*
7 *Rot. decis. 51. num. 12. par. 1. in recen.* † vbi quod eo ipso, quod reperitur insertum in volumine Statutorum, dicitur esse in vsu, & idem firmatum fuit *decis. 398. num. 3. par. 2. & coram Pen. decis. 237. num. 2.*

8 Sed etiam, † quia super dicto statuto scripsit eximius I.C. Vincentius Hondedeus, vt apparet ex eius *cons. 4. lib. 1.* quod manifestè probat illius existentiam, & obseruantiam vt in terminis Statuti Ciuitatis Perusinæ, super quo consuluit Bald. ponderauit *Rot in Perusina reintegrationis 11. Ianuarij, & 7. Iunij 1647. coram R. P.D. meo Roias.*

9 Maximè † cum ad formam dicti consilij fuerit per Iudicem pronunciatum, vt apparet ex fine eiusdem, & ex summ. Hieronymæ *nu. 5.* quod manifestè conuincit illius obseruantiam etiam si casus sit diuersus, nam cum contineatur sub eodem Capitulo, & in eadem rubrica obseruantia, & vsus in vna parte arguit obseruantiam etiam in alia *Put. decis. 308. num. 2 lib. 3. Pen. decis. 607. num. 13. & in recen. decis. 398. num. 2. vers. probatur etiam vsus par. 2.*

10 Nec dicatur, quod Statutum huiusmodi tanquam odiosum, & exorbitans à iure communi indigeat confirmatione Apostolica in
11 forma specifica; † Quia cùm illud fuerit conditum fauore agnationis, dicitur æquum, & honestum, ac respiciens publicam vtilitatem, vel saltem non odiosum odio irrationabili, *Castr. cons. 340. num. 3. lib. 2. Gabr. cons. 14. num. 12. in fine, vers. sequitur item, & num. seqq. lib. 1. Rot. decis. 548. num. 8. par. 1. & decis. 438. num. 64. & plurib. seqq. par. 4. tom. 2. recen. & decis. 177. num. 6.*
12 *& 7. par. 5.* † & proindè sufficiens fuit confirmatio in forma communi, *Duran. decis. 36. numer. 42. Pen. decis. 269. à num. 1. in recen. decis. 51. num. 10. & seqq. par. 1. & dictum fuit in Camerinen. domus 10. Decembris 1635. vers. primo quia in fine coram Merlino.*

13 Et licèt † huiusmodi ratio videatur cessare in Amita, quæ est fœmina, nec conseruat agnationem, nihilominus negari non potest, quod ipsa quoque sit de agnatione, vt probant *Bald. in l. si defunctus num. 2. C. de suis, & legitimis Alex. cons. 59. num. 4. lib. 1. Rota coram san. me. Greg. decis. 464. num. 5. & in recen. decis. 518. sub num. 1. vers. tamen ipsa fœmina par. 4. & decis. 279.*
14 *num. 18. & 349. num. 30. par. 6.* † Ac propterea per Vocationem eiusdem Amitæ in defectum masculorum non cessat fauor, & ratio agnationis considerata à statuto, vt in proposito aduertit *Castr. d. cons. 340. num. 3. vers. nam & fauor publicus lib. 2. Socc. sen. cons. 81. sub num. 12. in in fine lib. 4. Soccin. iun. cons. 23. num. 36. lib. 1. Curt. iun. cons. 113. num. 14. vers. non obstat*, dum dicitur, *& num. seq. Peregr. de fideic. art. 25. nu. 26. Rot. decis. 427. num. 43. & seqq. par. 5. recen.*

15 Minus facit, † quod statutum prædictum disponens de successione defuncti ab intestato non comprehendat successionem Intestabilis, qualis fuit Cæcilia infans, quæ nullo modo testari poterat, nam quicquid sit de prædicta opinione, cuius affirmatiuam tuetur *Bart. in l. 1. num. 2. ff. de suis, & legit.* negatiuam verò *Bald. in cons. 475. vol. 3.* & pro vtraque innumeros cumulat *Gab. de statut. conclus. 1. per tot.* Pla-
16 cuit DD. responsio, † quod cum dictum statutum emanauerit fauore agnationis, locum sibi vindicet in vtroque casu, vt aduertit idem *Gabr. d. conclus. 1. num. 14. Socc. sen. cons. 39. sub nu. 7 vers. secundo potissimum lib. 3. & cons. 81. num. 12. vers. secundo quod, & seq. lib. 4. Dec. cons. 563. sub num. 4. vers. quia ratio principalis, Rot. coram Verall. decis. 212. par. 3.*
17 † Non quidem per viam extensionis, sed per viam inclusionis, & comprehensionis, cum militet eadem ratio iuxta doctrin. *Bald. in l. data opera num. 11. C. qui accus. non poss. Castr. cons. 251. num. 3. lib. 1. Surd. cons. 25. num. 39. Tiraq. in l. si vnquam verbo libertis nu. 45. & seq.*

& seq. C. de reuoc. donat. Gonzal. super reg. 8. §. 7. proem. num. 105. Rota decis. 339. num. 16. par. 5. rec.

18 Quod etiam † clariùs apparet, ex quo statutum expressam mentionem facit de Religiosis qui nullo modo testari possunt, *Auth. ingressi, C. de sac. san. Eccles. Roderic. quæst. Regular. tom. 3. q. 69. art. 2. Sanchez de præcept. Decalog. lib. 7. cap. 8. num. 2. Rot. coram san. mem. Greg. decis. 87. num. 3. & in recent. decis. 623. eodem num. par. 4. tom. 3.*

Demum non subsistit, quod statutum loquatur tantum de matre transeunte ad secundas nuptias, non autem de matre permanente in viduitate; quia verba illa, exclusis matre, ac aliis ascendentibus, & descendentibus ab ea per transitum ad secunda vota, non qualificant exclusionem illius; sed applicantur solùm descendentibus ab ea, quibus immediatè sunt adiecta ad effectum ne bona transeant in alienas familias, vt exprimitur in eodem statuto,
19 † & ideò cum ratio prædicta æquè vigeat in vtroque casu, siuè mater transeat, siuè non transeat, in vtroquè etiam procedere debet dispositio statuti, *l. illud, ff. ad leg. Aquil. l. 1. §. 1. ff. de fonte Alex. cons. 53. num. 3. lib. 4. Rot. decis. 91. num. 23. par. 6. recen. & decis. 40. nu. 18. par. 7.*

Nec applicantur decisiones adductæ coram Comitulo & Pænia; quia non disputant articulum; nec quicquam firmant contrarium, vnde ex his, omissis pluribus exaduerso deductis, quæ non videntur indigere responsione, firmarunt Domini esse locum Aegidianæ vtraque parte informante &c.

R. P. D. BICHTO

Portuen. Affictus.

Lunæ 19. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Conductor, qui contrà formam locationis in vltimo anno fundum seminauit, licèt expressè conuentum fuisset, vt quidquid vltimo satum esset in Terris locatis cederet locatori; an possit repetere expensas factas pro cultura Terrarum, vel potius huiusmodi conuentio pœnalis dicenda sit, itaut restringi debeat ad id, quod locatoris interest, eruditissimè tractatur, & resolutio quoad vtramque partem dubij est negatiua, rationibus, & obiectionibus in contrariũ adductis plenè satisfaciendo.

SVMMARIVM.

1 *Conuentio pœnalis, adiecta facto tenet, secùs si quantitati adijciatur, & quare.*
2 *Amplia procedere etiam de iure Canonico, maximè stante iuramento.*
3 *Pacta, & leges in contractu apposita, naturali æquitati competit, vt custodiantur, & seruentur.*
4 *Stipulatio pœnalis apud suprema Tribunalia restringi solet ad id, quod stipulatoris interest.*
5 *Pœna conuentionalis in contractu iurato apposita seruanda est.*
6 *Solo cedit, quod in eo seritur, vel plantatur.*
7 *Pœna in quibus propriè consistat.*
8 *Lucri futuri iactura, non meretur nomen pœnæ.*
9 *Conuentio adimens conductori facultatem repetendi expensas factas pro cultura Terrarum in vltimo anno, non dicitur pœnalis, & quare.*
10 *Conductor, qui in vltimo anno locationis fundum seminauit contrà formam prohibitionis an possit repetere expensas culturæ.*
11 *Itaut damnum, quod locator pateretur ex tali cultura, censeantur contrahentes liquidare voluisse in ipsa quantitate expensarum.*
12 *Damnum, quod locator pariter in cultura Terrarum in tempore prohibita, non potest dici minus impensarum valore, à Conductore factarum.*
13 *Renunciatio facta medio iuramento legibus, & statutis loquentibus de pœnis conuentionalibus an teneat, itaut conuentio pœnalis in totum exequi debeat.*
14 *Iuramentum omninò seruandum est, quando dispendium salutis æternæ non pariat.*
15 *Pœna conuentionalis apposita in contractu iurato efficitur legalis, ac exigi in totum potest.*
16 *Statutum particulare Agriculturæ magis attendi debet, quàm generale Vrbis dispones de pœnis conuentionalibus appositis in locatione agrorum.*
17 *Casus mixtus non comprehenditur sub Statuto loquente de simplici.*
18 *ex Contrauentione, vt pœna contrahatur, requiritur dolus.*
19 *à Pœna conuentionali qualibet causa excusat.*
20 *in Pœna legali requiritur dolus, secùs in pœna conuentionali. num. 21. & quare num. 22.*
23 *à Pœna conuentionali, quando qualibet causa non excusat.*
24 *Maximè, quando Reus ageret de lucro captando.*
25 *Pactum de non reficiendis expensis seruari debet.*
26 *Idem dic de pacto de non reficiendis melioramentis.*

DECISIO CLXX.

ASSVMPTA hodie fuit disceptatio super reseruatis in vltima decisione, * nempè super deductionibus prætensis ab Affictuariis, quæ in totum reijciendæ visæ sunt stante pacto in Instrumento locationis per hæc verba concepto: *Item conuengono, &c. che per tutto l'vltimo anno della presente locatione, & affitto, detta Tenuta con sue regioni, &c. debba restar soda, e che non sia arata, coltiuata, seminata, nè piantata in luogo alcuno, mà li detti Conduttori per tutto l'vltimo anno debbano seruirsi di essa ad herbe solamente, e non ad altro vso, e se in detto vltimo anno fosse qualche cosa in detta Tenuta d'arato, seminato, lauorato, ò piantato, tutto quello vi sarà, vada in vtilità, e guadagno di detti Signori Locatori, &c. senza defalco d'aratura di terra, e di seminato, e di qualsiuoglia altra spesa, che detti Affittuarij haueranno fatta, renunciando, etiam medio Iuramento tacitis, &c. à qualsiuoglia legge, ò Statuto de pœnis conuentionalibus non exigendis, &c.*

1 Præfefert † enim hoc pactum expressam contrahentium voluntatem Conductoribus omne deductionum genus prohibentem, quæ licitè potuit in conuentionem deduci esto, (quod tamen negatur) pœnam redoleret, quia stipulatio pœnalis adiecta facto tenet, licèt secùs sit vbi adijcitur dationi quantitatis

tis, nè vsuris via aperiatur, *l. stipulatio ista, §. alteri, l. stipulationũ aliæ, §. fin. l. in executione, §. item si ità, ff. verb. oblig. l. traiectitiè, ff. act. & oblig. l. magnam. C. contrah. & committ. stipulat. Molin. de contract. disp. 317. num. 2. Surd.* qui benè vtrumquè casum *decis. 259. sub num. 9. & 10.* cum alijs plena manu congestis *in decis. Bononia 22. num. 6.*
2 *& seqq.* † vbi hoc ampliatur etiam de iure Canonico, & maximè stante iuramento inter compilatas à moderno Salodiense, & in terminis locationis, est *text. in l. quæro, §. inter locatorem, ff. locat,* ac tradit *Neguſ. quæst. 141. num. 5.*
3 *& 6.* † Nihil namquè magis conuenit naturali æquitati, quàm, vt pacta custodiantur, & lex semel dicta contractui seruetur, vt ad rem, ponderat *Soccin. Iun. consil. 26. num 6. & 7. lib. 1. conſ. 23. num. 3. lib. 2. Corn. conſ. 343. in princ. lib. 1. Rebuff. de Arbitr. gloſſ. 5. sub num. 18.*

4 Restringitur † sanè apud suprema Tribunalia stipulationis pœnalis executio ad id, quod stipulatoris interest, tàm ex æquitate Iuris communis, nè ille locupletetur cum aliena iactura, vt docet *Garz. de expens. cap. 9. num. 63. Cancer. var. resol. tom. 3. cap. 11. num. 163. Afflict. decis. 135. num. 3. & seq.* & ibi latè *Vrsill. signanter num. 8. Rot. apud Pen decis. 677. numer. 3.*
5 quàm † ex dispositione Statuti Vrbis lib. 1. cap. 163. quæ cùm sit conformis æquitati Iuris Canonici, seruanda est etiam in contractibus iuratis, vt in specie dixit *Rota coram Seraphin. decis. 794. num. 24. & seq. & decis. 819. numer. 8. & 9.*

Sed casus noster extrà restrictionem est; Primò, quia non versamur in stipulatione pœnali; Prior siquidem supracitatæ conuentionis pars locationem vltimi anni ad vsum herbarum dumtaxat reducens, & quicquid in terris locatis satum fuerit adiudicans locatori, pœnam non continet, cum potuerit locator citrà aliquam rationem pœnæ præfinire conductori certum terrarum vsum vltrà quem locationis titulo non suffragante Conductori; satum in terris locatis acquiritur locatori, non in pœnam contrauenientis, sed
6 ratione dominij soli, † cui cedit, quod in eo seritur, vel plantatur, *§. cum in suo solo, §. si Titius, §. qua ratione instit. de rer. diuiſ. l. adeò, §. fin. cum l. seq. ff. acq. rer. domin. Connan. comment. Iur. lib. 3. cap. 6. nu. vlt. Hotthoman. lib. 1. obser. cap. 10.* Vndè Conductor, qui absquè legitimo titulo seminauit in alieno solo, ac futuram messem locatori acquiri conuenerat, vim alieni dominij agnouisse videtur, conformando se
7 dispositioni dictarum legum; † Cumque amittendo futuram messem iure aliquo quæsito non priuetur, nec proprium patrimoniũ minuat, in quibus propriè pœna consistit, ex allegat. *per Mant. decis. 78. nu. 10. & in Imolen. Bonorum 4. Decembris 1615. coram clar. mem. Coc-*
8 *cino,* † sed solùm iacturam faciat futuri lucri, quod, & incertum erat, & ad nihilum redigibile ob tempestates, inundationes, vel anni sterilitatem, eò minus talis iactura meretur nomen pœnæ. à qua valdè differt lucrum non facere, *Peregrin. consil. 98. numer. 10. versic nàm tunc propriè lib. 1. Card. Mant. de coniect.*

vltim. volunt. lib. 10. tit. 14. sub num. 16. vers. nullum damnum, Rota decis. 22. numer. 3. part. 1. diuersor. Neque contrarium firmatum fuit in decisione 677. Pæniæ, sed solùm ibi refertur opinio aliquorum ex Dominis.

9 Altera † quoquè pars cõuentionis adimens Conductori facultatem repetendi expensas, pœnalis non est, vel quia Conductor eas donare censetur, ex quo sciens, & contrà formam prohibitionis in alieno solo expendit, *§. certè in fin. Instit. de rer. diuiſ. gloſſ. in §. qua ratione, verb. bona fide Instit. eod.*, vel quia expensarum refectio censetur remissa in recompen-
10 sam grauioris damni, † quod locator patitur ex cultura terrarũ in vltimo anno, per quam terræ fatigantur, & sequentium annorum fructus minuuntur, vt præpter allegatos in vltima decisione *§. eoque minus,* notat in terminis locationis *Castr. in l. hac distinctio, §. cùm fundum num. 4.* vbi loquitur iu puncto de conductore, qui in vltimo anno locationis fundum seminauit, *ff. locati,* cumque sequitur *Surd. de-*
11 *cis. 131. sub nu. 6. vers. & idem,* † itaut damnum huiusmodi ad occurrendum difficultati illius liquidationis, contrahentes liquidare ab initio voluerint in ipsa quantitate expensarum iuxtà consilium, quod in similibus casibus præbet, *Vulpian. in l. fin. ff. prætor. stipulat.* atquè hinc esto, quod exegi tantùm posset id, quod
12 locatoris interest, † dici non potest, quod interesse sit minus impensarum valore, vt benè aduertit *Surd. decis. 260. sub nu. 24. infrà med. vers. vltrà quod, Roman. conſ. 510. sub num. 6. versic. aduertendum, & num. 9. in fin. Corn. conſ. 2. sub num. 14. vers. & maximè lib. 3. Rota Bononien. dicta decis. 22. sub num. 16. & 3. seqq.*

13 Secundò, † quamuis conuentio pœnam contineret, exequibilis in totum absquè aliqua restrictione esset, non obstante exaduersò adducta æquitate Iuris communis, vel Statuto Vrbis cap. 163. Nàm vtriquè fuit nominatim renunciatum medio iuramento, vt potuit, cùm principaliter concernant priuatum Conductoris fauorem, *l. pacisci, l. pactum, ff. pact. Salycet. in l. penult. num. 4. C. pact. Bertaz. clauſ. 40. nu. 1. & seqq. Dec. conſ. 452. num. 19.* alijquè plures quos refert, & sequitur *Modern. Nouar. de renunciat. lib. 3. cap. 1. num. 10. & seqq. & num. 69. & seqq.* vbi loquitur in terminis renunciationis iuratæ.

14 Et præterea † æquitas iuris cõmunis cessat propter iuramẽtum, quod seruandum omninò est, quando dispendium salutis æternæ
15 non parit, efficitquè, vt pœna conuentionalis efficiatur legalis, ac exigi in totum possit iuxtà magis communem opinionem, de qua testatur *Guttier. de iuram. part. 1. cap. 36. num. 11.* vbi allegat *Concord. Farinacc. quæst. 30. numer. 75. & seqq. Menoch. de arbitr. caſ. 260. nu. 29. & 3. seqq. Seraph. de priuileg. Iuram. priuileg. 54. num. 2. & 3. Rota decis. 279. num. 5. part. 2. diuersor. decis. 106. num. 12. part. 4. tom. 2. recent. cum alijs allegatis in decis. Bononia 22. num. 20. & num. 41.*

Statuti verò Vrbis generaliter loquentis dispositio tollitur ex alio speciali Statuto Agriculturæ *cap. 77.* mandãte, quod cultura facta à

10 *Obligatio mulieris ex duplici causa copulatiuè emanata, dum vna ex illis subsistere non potest corruit in totum propter indiuitatem decreti desuper interpositi.*

11 *Et quid si causæ fuissent alternatiuè expositæ, & qualibet de per se mouisset obligantem.*

DECISIO CLXXI.

PLACVERVNT DD. fundamenta decisionis in hac causa emanatæ coram me sub die 3. Iunij 1650.*in qua dictũ fuit constare de re iudicata sententiæ A.C. latæ super immissione in possessionem locorum 25. Montium Communitatis secundæ, & tertiæ Erectionis ad fauorem DD. Marij, & Dominici de Columna, eo quia appellatio ab eo interposita non fuit infrà legitimum tempus prosecuta, & iustitia dictæ sententiæ satis constat ex eo, quod dicta loca Montium empta fuerunt ex pretio redacto ex venditione Castri Rubiani suppositi pro quinta parte spectante ad Alphonsum oneri fideicommissi, primogenituræ modo purificatæ ad fauorem Marii Iunioris, cui dicta sententia immissionem concedit.

Nec obstat, quod Alphonsus in donatione dicti Castri facta ad fauorem Marij Senioris eius fratris, & super qua onus primogenituræ ab eo constitutum fuit, integrum vsumfructum, & omnimodam Iurisdictionem sibi reseruauerit, eamque in venditione postmodum secuta de dicto Castro in personam bon: mem: Dñi Caroli Barberini ad eius fauorem transtulerit, hincque prætendatur auctum fuisse pretium, atque ita pro rata dicti vsusfructus, & Iurisdictionis, quæ non remanebat supposita fideicommisso alienationem dictorum locorum Montium sustineri, quia Domini animaduertebant, quod loco vsusfructus, & Iurisdictionis Castri in donatione reseruatorum post dicti Castri venditionem successit vsusfructus pretij ex venditione retracti, conuersi in emptionem locorũ Mon-
1 tium; quod si maius fuit propter iurisdictionis translationem, quæ facit augere æstimationem, ad tradita per *Rot. in Messanen. seù nullius feudi 13. Februarij* 1636. *coram bon: mem: Merlino*, venit in consequentiam, vt maiorem etiam, & pinguiorem vsumfructum Alphonsus habuerit integros enim fructus locorum Montium pro rata ad eum spectante semper ipse percepit, & sic in huiusmodi vsufructus,
2 quam Iurisdictionis Castri, † quia omnia Iura super Castro reseruata translata fuerunt in loca Montium subrogata in locum dicti Castri perindè, ac si ab initio super illis constituta fuissent, *Bart. in l. si quis filium in princip. C. de inoffic. Testament. Ferrett. consil. 91. numer. 1. lib. 1. Tiraquell. de retr. lign. lib. 7. §. 32. gloss. 1. num. 10. Gabr. de regul. iur. conclus. 2. per tot. Gonzal. super reg. Cancell. 8. gloss. 6. num. 228.*

Minusquè visum fuit subsistere, quod alienatio locorum Montium, de quibus agitur pro rata 500. imputari possit in causam quartæ partis dotis Lauræ Auiæ dicti Alphonsi, qui in eodem Instrumento donationis sibi
3 pariter illam reseruauit. † Nam vltrà responsionem in alia decisione datam, quod Castrũ Rubiani tanquam feudale venire nõ potuerit sub generali hypotheca cessat vlterius obiectum alia fortiori ratione, quæ est, quod non iustificetur dictum Castrum, ac alia bona allodialia in venditione cõprehensa hypothecata fuisse pro restitutione dotis ipsius Lauræ, vel saltem extitisse in bonis debitoris de tem-
4 pore obligationis, vel posteà, † licet enim regulariter possessori detur retentio rei possessæ pro aliquo suo credito quamuis non doceat, quod super dicta re habeat pignus, vel hypothecam, vt fuit firmatum in *Fauentina bonorum 27. Iunij* 1566. *coram Plato impress. apud Marches. de Commiss. part. 1. fol. 976. num. 2. cum aliis allegatis per Add. ad sanct. mem. Gregor. XV. decis. 254.*
5 *num. 7.* † limitatur tamen conclusio, vt non procedat, quando prout hic vltrà defectum hypothecæ non probatur rem extitisse in bonis debitoris, vt fuit dictum in *Maceraten. Salujani, seù spolij 12. Martij 1608. coram Manzanedo post Zacch. de oblig. Cam. decis. 130. nu. 7. vers. Quia respondetur.*

Eiusdem irreleuãntiæ pro sustinenda alienatione dictorum locorum Montium visa fuit reseruatio scut. 50. facta in eadem donatione ad effectum testandi. Quia præterquam quod alienatio sustineri non posset nisi pro dicta rata scut. 50. quæ est parui momenti, dum Alphonsus de illis testatus fuit ad fauorem Angeli eius famuli, non potest amplius prætendi illorum detractio.

6 Maior difficultas † videbatur residere in eo, quod cum Iulia Sanctacrucia, cuius hæredes extitisse pro quinta parte DD. Marium Iuniorem, & Dominicum de Columnis Actores in præsenti iudicio non cõtrouertitur de euictione horum locorum Montium, promiserit, contra eos locum habere videatur dispositio, *l. vendicantem, ff. de euiction.* Verum cum DD. assertam Iuliæ obligationem habuerint prorsus pro irreleuanti ex falsitate, & ineptitudine causæ. Ideò, nec obstare immissioni iam concessæ existimarunt.

Falsitas autem, ac ineptitudo causæ resultat ex assertione per eamdem Iuliam facta in Instrumento obligationis, quod ideò se obligabat, quia resignationes dictorum locorum Montium, de quorum euictione promittebat, resultabant in maximum suum commodum, vtilitatẽ, necnon ipsius familiæ omissa
7 enim † resignatione locorum 23. facta ad effectum extinguendi debita contracta per Mutium filium occasione expensarũ factarum in expeditione litterarum Episcopatus, ad quem dictus Mutius euectus fuerat, quarum respectu obligatio Matris tenere potuit, ex quo ipsa stimulo quodam naturali ad solutionem dicti æris alieni impellebatur, itaut proindè ex necessitate potius, quam ex voluntate dicta obligatio facta dicatur, vt aduertit *Castr. l. quoniam nouella num. 5. C. de inoff. Testam. & consil. 109. vers. Matri verò lib. 1. Roland. consil. 44. num. 31. lib. 4. Becc. consil. 20. nu. 30. Surd. decis. 164. num. 16.*

num.16. Certum est, quod respectu resignationis aliorum locorũ 25. factæ per Alphonsum pro extinguendo proprio eius debito, quod habebat cum Andrea Turrio nullum naturale vinculum assistebat, vt Iulia pro dicto Alphonso, qui erat tantum Cognatus se obligaret, ac de euictione dictorum locorum Montium ad fauorem dicti Andreæ promit-
8 teret, † prout nec aliquod Mulieris commodum in tali resignatione considerari poterat, sicquè causa detegitur omninò falsa, & consequenter inefficax ad validè illam obligandum, *l.cum verò, §. subuentum, vers. proindè, ff.de fideicomm.libert, l.magis puto, §.si æs alienum, versic.Proindè, ff.de reb. cor. Alex. cons.39.nu.9. vol.6. Paris.cons.21 num.63.vol.2. Dec. cons.351. num.6. Curt.Iun. cons.170.num.2. Roland. cons.7.num.85. lib.3. Pich.ad Stat.Vrb. gloss.21. nu.35.& gloss.22. num.7.* & dixit *Rota apud eumdem decis.32. & de-*
9 *cis.36.num.6.* † Nihilo adhunc effectum refragāte decreto Iudicis, quia præsumptio ex illo oriens habet tantum locum in dubio, secùs autem, quando prout hic constat, quod causæ expressè sunt inefficaces, vt fuit dictum in *decis.32. num.4. & 6. decis.36. cum alijs post Pich. ad Stat.Vrb.*

Nequè obstat, quod Iulia ad ità se obligandum mota fuerit nedum ex commodo, quod ex tali resignatione sibi suæquè familiæ promanere dicebat, sed etiam pro euitanda executione, quam alias Mutius filius passus fuisset quatenus ipsa renuisset adimplere promissionem per eum factam de faciendo rati-
10 ficare Matrem. † Quia cum vtraque causa fuerit copulatiuè narrata, & ex vtraque simul iuncta Iulia mota fuerit ad promittendum de euictione dum vna ex illis subsistere non potest tota corruit obligatio propter indiuiduitatem decreti desuper interpositi, & voluntatem promittentis. *Bart. & alij in l. si non sortem, §.si centum, ff.de condit. indeb. Alex. in l. iustè possidet, ff.de acquir. possess. Ruin.cons.160.num.27. vol.2. Paris. cons.30.num.60.* cum alijs cumulatis per *Roland.cons.7.nu.86. cum duob.seqq. Ciriac. contr.257.num.15. & seqq. Rota decis.852. num.2. part.4.diuers.decis.229.num.8. & 9. par. 7. recent.*
11 quidquid † dicendum esset in casu quo, causæ fuissent alternatiuè expositæ, & quælibet de per se mouisset promittentem, in quibus terminis loquitur *decisio Caual.482.nu.5.* & ita etiam distinguit *Rota in Romana Domuncularum 10. Februarij 1648. coram Reuerendissimo D. meo Decano §.finali.*

Non obstat deniquè, quod etiam Marius Senior frater Alphonsi, & ad quem quinta pars pretij ex venditione Castri retracti spectabat de euictione promiserit, vndè vigore huiusmodi obligationis pro rata pretij ad eũ spectante, quæ longè superat quantitatem pretij locorum Montium, de quibus agitur competat retentio, quia loca Montium, de quibus agitur non sunt de portione spectante ad Marium, sed empta fuerunt ex pretio partis tangentis Alphonsum, qui postmodum ea vti propria vendidit. Ideóquè non potest in vim dictæ obligationis prætendi illorum retentio, sed tantum competit actio de euictione aduersus portionem spectantem ad Marium.

Et ita vtraque, &c.

Decisio hæc in ista eadem causa emanata sub die 3. Iunij 1650. coram eodem Reuerendiss. D. Papien. est suprà in hac part.11.recent.

R. P. D. CORRADO.

Posteà S.R.E. CARDINALI.

Senogallien. Saluiani.

Lunæ 19. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Solutione eius, quod debetur, tollitur omnis actio, ac hypoteca creditorum, Solutio in quam causam in dubio debeat referri: Sententia quando est concepta vnica verborum structura, non potest pro parte confirmari, aut infirmari. Sententia executa, si sit excessiua, in totum reuocatur, & quare.

SVMMARIVM.

1 *Solutione eius, quod debetur, extinguitur omnis actio & hypoteca.*
2 *Protestatio contraria facta, ac iuris dispositioni repugnans, non attenditur.*
3 *Compensatio, quando intrare valeat.*
4 *Creditorem tanta quantitatis remanere, detractis solutionibus factis, & superesse tantum ex credito exigendo, paria sunt. & num.5.*
5 *Solutio cedere debet, pro summa pro quo vrgebat creditor, & pro qua mandatum imminebat.*
Non autem in vniuersitatem debitorum. & n.6.
7 *Clausula,* saluo iure verioris crediti, *non alterat certitudinem summæ, de qua expressè constat.*
8 *Procurator ad lites non potest confiteri debitum. & 9. & 10.*
11 *Probationes plures, & diuersæ speciei, magis relucere faciunt veritatem rei gestæ.*
12 *Confessionem propriam (nisi probato concludenter errore) quis impugnare non valet.*
13 *Sententia pro parte valida pro ea parte an sit confirmanda.*
14 *Sententia, vnica verborum structura prolata pro parte confirmari non potest, cum sit indiuidua.*
15 *Sententia iam executa, non solet Rota cognito excessu illam pro parte reuocare, & pro parte confirmare, sed in totum reuocare.*
16 *Et hoc, vt præiudicium parti illatum ad iuris normam omnibus in pristinum restitutis, reparetur.*
17 *Sententiæ tenor est attendendus, licet libellus aliter conceptus sit. & num.18. & 19.*
20 *Sententia, quando est iniusta, merito reuocanda venit.*

DECISIO CLXXII.

IMMISSIONEM in iudicio Saluiani vtilis interdicti per Ioannem Franciscum Thomanum

manum creditorem ſcutorum mille quadrin-
gentorum quadraginta pro fructibus cenſus
contra Ioannem Baptiſtam Theſeum poſſeſ-
ſorem prędij hypotecati ex ſententia Locum-
tenentis D.Gubernatoris Marchiæ obtentam,
hodie (appellationis cauſa Rotę commiſſa)
cenſuerunt Domini non fuiſſe concedendam,
ac proinde d. ſententiam in partibus prola-
tam reuocandam.

Quia patens eſt illius exceſſus; Siquidem
expoſitum fuit in libello pro parte actoris
producto ipſum remanere creditorem (detra-
ctis ſolutionibus factis) ſummæ prædictæ
ſcutorum 1440. ratione fructuum decurſo-
rum à die impoſitionis d. cenſus 13.Februarij
1609. vſque ad totam diem 13. eiuſdem mẽ-
ſis 1643. ſaluo ſemper iure verioris calculi,
vt legitur in proceſſu de partibus fol.8. pag.1.
Et Iudex pariter in eius ſententia die 12. Iunij
1646. prolata eidem immiſſionem conceſſit,
*Donec ex fructibus dicti Pradij fuerit ſatisfactus de
ſcutis 1440. petitis pro fructibus cenſus, de quo in
actis decurſis, & non ſolutis per totam diem 13. Fe-
bruarij 1643. &c.* ibidem fol.134. pag.2. Licet
paulò antea nempè ſub die 3. Februarii eiuſ-
dem anni 1646. ſoluti fuerint præfato Tho-
mano, ſeu legitimo eius Procuratori ſpecia-
liter conſtituto expreſsè in extinctionem tan-
tæ partis dicti debiti ſcuti quingenti quinqua-
ginta, & pro ea ſumma debitor abſolutus, vt
conſtat ex publico Inſtrumento. Ac proin-
1 de extincta † remanſerit pro hac parte omnis
actio, & hypoteca creditoris, iuxta *text. in l. ſi
ſtipulatus ſim. §.qui decem, ff.de ſolut. l.quidam exi-
ſtimauerunt, ff.ſi cert.pet. l.ſi ex maiore, C.de except.
Bald. conſ.424. hac verba ſub num.2. verſ. ſi enim
decem debeo, lib.2. Rota in Romana officij Notariatus
prima Decembris 1628. coram bon.me.Card.Vbaldo
apud Poſth.de ſubbaſt.deciſ.13.num.2. verſ.vnde non
ſolum, cum ſeqq.* Etiam ſi dictus Procurator in
eo Inſtrumento fuerit proteſtatus, quod non
intendebat præiudicare iuribus principali cõ-
petentibus ex cauſa dicti cenſus, ac fructuum
prǣſertim ſuper prędio à præfato Theſeo poſ-
ſeſſo, contra quem dictum iudicium fuerat
2 iam inſtitutum; Nam huiuſmodi † proteſta-
tio refertur ad reſiduum prędicti crediti, non
autem ad partem ſolutione mediante extin-
ctam, cuius reſpectu non releuat veluti con-
traria facto, ac iuris diſpoſitioni repugnans,
*l.& ſi quis, §. plerique, ibique gloſſ.in verb. oportet,
ff.de Relig. & ſumpt. funer. l.nemo poteſt. ff.de leg.1
l.non poterit, ff.de furt.L.1.C.eod.tit. Bald.conſ.329.
Acturus petitione hareditatis ſub num.2. verſ. ſequi-
tur quadam proteſtatio, lib.2. Signorol. conſ.85.nu.3.
verſ.praterea proteſtatio, Crauett.conſ.463.num.21.
verſ. caterum, Decian. conſ.19. num.38. verſic. ſed
quando proteſtatio, lib.3. Rota penes Card.Seraphin.
deciſ.756.num.2. verſic.neque releuat, & deciſ.773.
num.9.verſ.& licet, cum ſeqq. Buratt. deciſ.46.n.18.
verſ.nec releuat. proteſtatio Chartar. deciſ. Rot.Gen.
38. nu.13. verſ.nam proteſtatio, Gratian.diſcept.33
nu.16. verſ.& proteſtatio, & diſcept.455. ſub n.27.
verſ.quamuis etiam, cum ſeqq.*

Nec obſtat, quod ſcuti quingenti quin-
3 quaginta pendente iudicio ſoluti † Thomano

compenſari debeant cum toto eius credito
omnium fructum d. Cenſus à die illius im-
poſitionis decurſorum non autem cum re-
ſolum quantitate ſcutorum 1440. in hoc iu-
dicio petita.

Quoniam hæc ſumma petita fuit pro reſi-
duo totius crediti detractis ſolutionibus an-
tea factis, vt patet ex verbis dicti Libelli, ibi,
*Qualiter à die creationis d. Cenſus vſque ad diem 13.
Febr.præſentis anni 1643. &c. fructus aſcendunt ad
ſcutos &c. à qua ſumma detractis ſolutionibus factis tã
dd.D D.de Thomatis, quàm DD.Deputatis dii Cen-
ſus ſpectabat ad dictum Monaſterium, adhuc præno-
minatus ſuus principalis remanet creditor pro fructi-
bus ſiue intereſſe d. Cenſus &c. in ſumma ſcutorum
1440. &c.* Nam idem importat remanere
creditorẽ tantæ quantitatis detractis ſolutio-
nibus factis, quod ſupereſſe adhuc tantundem
4 ex credito exigendum, ſicque reſiduũ crediti
iuxta text. in l. fin. ibi, *nullam remanere actionem,
ff.quod vi aut clam. gloſſ.in l.ſi ex pluribus, in princ.
in verb. reliquum, ff.de ſolut. & ibi Caſtr. ſub nu.2.
verſ.& nota gloſam, & in l.1. ſub num.3. verſic. ſed
quaro, C. de hared. inſtit. Alex. conſ.216. Magiſter
Albertus ſub num.4.verſ.nec obſtat ſi diceretur, cum
ſeq.lib.7. Rot. Gen.diuerſ.deciſ.16.num9.verſ.quan-
do enim,* cum alijs relatis in *Romana pecuniaria
coram me ſub die 18. Iunij 1646. in §.deinde confir-
matur, & ſub die 7. Iunii 1647. in §. quarto quia in
dicto vltimo folio &c.* Ac proinde quantitas po-
ſtea ſoluta cum dicto reſiduo petito, quod
ſolum ſupererat † exigendum neceſſario eſt
5 compenſanda, *Rota penes Card. Caual. dec.149.
num.3. verſ.& cum remanſiſſet debitor, & in recent.
deciſ.35. ſub num.2. verſic. tum quia Io. Domicicus
par.3.& deciſ.592.num.27. verſ. & propterea, cum
ſeq.part.5.* & in alijs adductis in *d. Romana pecu-
niaria 18.Iunii 1646.in §. ſecunda partita.* Præter
quod in ſatisfactionem illius ſummæ pro qua
creditor vrgebat, atque † mandatum immi-
6 nebat, non autem in vniuerſitatem debiti re-
gulariter cedere debet ſolutio, *ad l. in his vero,
in princip. ff.de ſolut.* & bene declarat *Gabr. con-
ſil.48. ſub num.3. verſ.nec obſtat, cum ſequen. lib.2.
Gratian. diſcept.224.num.7. verſ.quia cum creditor,
Rota in d. Romana officii Notariatus 1. Decembris
1628. coram bon.memor.Vbaldo apud Poſth. de ſub-
baſtat. deciſ.13. num.2. verſic. vnde non ſolum, cum
ſequen.*

Minus obſtat clauſula, *ſaluo iure verioris cal-
culo &c.* in dicto Libello appoſita, quia non
7 alterat † certitudinem ſummæ in eo expreſsè
petitę niſi contrarium actor ipſe probauerit,
iuxta *gloſſ.in l.2.in verb.conditionalis, verſ.ſed ſi di-
cat, ff.de diem addict.& theor. Soccin.in l.pecuniam,
num.10.verſ.& ita alias adducebatur, ff. ſi cert. pet.
& in l. quibus diebus, §.quidam Titio, num.10. verſ.
& ex pramiſſis alias dicebam, ff.de cond.& demonſtr.*
& pluribus relatis probat *Bertaz.clauſ.38.gloſ.2.
ſub num.1. verſ. ſed interim, cum ſeqq. Rota penes
Buratt.deciſ.546.num.6.verſ.non obſtat clauſula, &
in Montis faliſci ſupplementi legitima 18.Iunij 1642
in §.valor autem hareditatis paterna &c. & in Ro-
mana, ſeu Velitern. Affictus 24.Iunij 1647. in §.non
obſtat quod Marcellus &c. coram Reu. P. D. meo
Bichio.*

Ff 3 Præ-

Præterea non obstat, quod assertio, seu con-
8 fessio prædicta facta fuerit à † Procuratore
Thomani ad lites constituto, qui nullum po-
tuit ex ea præiudicium inferre principali.

Primo. Quia facta fuit à Procuratore amplis-
9 simum habente mandatũ, † etiã ad confiten-
dũ debita, & iurandum in animã principalis,
vt in eo legitur relato in d. proc. fol. 2. pag. 2.
cum seq. in iudicio contentioso, in quo ne-
cessaria erat expressio crediti actoris in certa
quantitate, *Rolan. cons. 14. num. 13. vers. primo re-
quiritur lib. 1.* & respondit *Rota in Maceraten. do-
mus 17. Iunij 1602. coram bon. mem. Card. Millino
decis. 328. num. 1. vers. & ad dictum effectum, ac seqq.
per tot.* & alijs relatis *Stail. de salu. interd. insp. 1.
cap. 5. num. 2. versic. verum ad effectum, & insp. 5.
cap. vnic. num. 34. vers. sed hæc contrarietas &c.* Ac
10 proinde afficit principalem, qui non probat
contrarium, *Bart. in l. certum, §. sed an, & ipsis,
sub numer. 2. vers. aut confitetur, ff. de confess. Rota
decis. 193. nu. 6. vers. concurrunt etiam, & vers. 460.
sub num. 9. vers. maximè quia, part. 3. recent. Buratt.
decis. 100. num. 16. vers. confessiones enim, & in re-
cent. decis. 652. num. 5. vers. corroborantur prædicta,
par. 2. & decis. 314. sub num. 4. vers. hac enim confes-
sio Procuratoris, par. 4.*

Secundo, quia comprobatur, & corrobo-
ratur ex simili confessione facta in alio iudi-
cio de anno 1628. instituto nomine eiusdem
Thomani contra quosdã de Ricciis, in quo
calculato pariter eius credito in Libello tunc
producto à die impositionis d. census vsque
ad diem 13. Februarij dicti anni declaratum
fuit solutiones in eam causam antea factas tã
ipsis Thomanis, quam Deputatis dicti Mo-
nasterij ascendere ad scutos mille sexcentos
octuaginta septem monetæ illarum partium,
quibus detractis creditum tunc remanebat de
scutis tercentis sexaginta quinque similibus,
hisque reductis ad monetam Romanam, in
qua solutio census conuenta fuit, & additis
decursis ab eo tempore vsque ad dictam diem
13. Februarij benè constituitur dicta summa
scutorum mille quadringentorum quadra-
ginta circiter in hoc posteriori iudicio petita.
Ideoque merito ex huiusmodi scripturarum,
& confessionum sibi inuicem adminiculan-
11 tium consonantia veritas magis † iustificatur
contra ipsum etiam principalem, *gloss. in cap.
dudum il. 2. in verb. de veritate, vers. qui tale, ac ibi
DD. de elect. Rota penes Put. decis. 416. lib. 3. in corr.
& penes Buratt. decis. 678. num. 3. vers. & propterea,
Duran. decis. 433. num. 7. vers. quarto & vltimo, &
in recent. decis. 298. sub num. 3. vers. primo concurrit
confessio procuratoris, par. 1. & in Hispalen. Primi-
tiarum 17. Iunij 1616. coram Sanctiss. D. N. apud
Posth. de manut. decis. 29. num. 5. vers. ista enim con-
fessio, cum seq.*

Tertio, quia vtraque confessio ab eodem
principali fuit re ipsa ratificata dum in illo
primo iudicio de anno 1628. prolata senten-
tia pro immissione eius nomine petita die 17
Iunij 1631. actualem possessionem adeptus
fuit mediante illius nuncio, seu factore die 2.
Februarij 1632. ac subinde illam iudicialiter
defendere procurauit vsquequo ab anteriori-
bus creditoribus fuit auocata. In hoc autem
posteriori executionem pariter sententiæ ob-
tinuit, cuius vigore dictum prędium iam
plures annos retinuit, & ad huc retinere
12 contendit. Quare illam † modo (non pro-
bato concludenter errore) impugnare non
potest, *Rota penes Put. decis. 386. lib. 2. in correct.
& decis. 208. num. 4. vers. nec obstat quod sit confessio
procuratoris, part. 4. diuers. & in Foroliuien. Census
3. Iulij 1589. coram Orano apud Cenc. de censib.
decis. 210. num. 7. vers. & quidquid sit, cum seqq.
Buratt. decis. 566. num. 14. vers. secundo quia, &
decis. 314. sub num. 3. vers. nec potest amplius, par. 4.
recentior.* & latius *in Ciuitat. Castell. Bonorum 23.
Ianuarij 1630. coram bon. memor. Motmanno, apud
Posth. de manut. decis. 271. num. 7. vers. nihilominus,
cum seqq.*

Postremò non subsistit, quod sententia de
13 partibus † pro quantitate saltem verè debita
confirmari debeat.

Quia (pręterquod vnico capitulo summam
ex vna pariter, eademque causa debitam, &
14 actione petitam comprehendit, † ac proinde
indiuidua videtur, iuxta *gloss. in l. fin. in verbo
supra, vers. sed quid si vltra iudicauit, ibique Bart.
& alij DD. ff. de iurisd. omn. Iudic. Rota penes Put.
decis. 315. lib. 1. in correct. & decis. 204. per tot. ac
decis. 205. in princ. & decis. 221. sub num. 1. versic.
quia quando sententia, & seq. par. 2. diuersor. Buratt.
decis. 286. sub num. 5. vers. & propterea sententia,
& sub num. 16. vers. vnde nec etiam potuit prædicta
sententia substineri, ac seq. Gabr. cons. 56. à num. 1.
& plurib. seqq. lib. 1.* cum aliis relatis per *Gratian.
discept. 3. num. 24. vers. vnde cum in sententia &c.*)
Cum fuerit iam executa non solet Rota co-
gnito excessu illam pro parte confirmare,
15 sed penitus reuocare, vt præiudicium † ad-
uersario illatum omnibus in pristinum resti-
tutis ad iuris normam reparetur, & deinde
per legitimos tramites procedatur, iuxta *decis.
Chisanen. 170. sententia nulla &c.* quam sequitur
*Rota penes Gregor. decis. 105. num. 10. vers. nec potuit
ista immissio, Pen. decis. 86. n. 2. versic. id tamen locum
non habet, Duran. decis. 31. sub num. 1. versic. vltra
quod, & seq.* & sæpè in aliis. Non enim releuat
protestatio reseruans veriorem calculum in
16 Libello apposita. Quia † hæc quidem iustifi-
care potest ipsam petitionem, in quibus ter-
minis loquuntur *Rolan. cons. 71. num. 40. vers. se-
cundo dicitur, cum sequen. lib. 1. Crauet. cons. 325. sub
num. 2. vers. sed in casu isto, & alij allegati per Cor-
nazan. decis. Lucen. 2. sub num. 27. in fin. vers. quia
petitio, cum seq.* Non autem sententiam ad cer-
tam summam præcisè condemnantem (vt in
17 hoc casu) quæ † ad hunc effectum attendi
debet licet Libellus aliter conceptus fuisset,
vt benè declarat *Bart. in l. 1. sub num. 1. vers. se-
cundo potest intelligi, C. si plur. vn. sent. Boer. dec. 59
num. 8. vers. sed secundum verba sententiæ, & Canale.
de vsufr. sub num. 208. vers. quod videtur posse limi-
18 tari &c.* Eoque minus executionem † factam
pro tota summa, iuxta trad. *per Rotam penes
Comitul. decis. 16. num. 13. vers. sed respondebatur,
Nicol. Intrigl. decis. Sicil. 46. num. 33. vers. non obstat
clausula &c.*

Prædictis autem non repugnat decisio in

hac

hac causa emanata sub die 3. Junij 1647. coram
me. Quia tunc agebatur de sola manutentio-
16 ne lite pendente, † quam Rota in summarijssimo illo iudicio decreuit Thomano Iudicis auctoritate immissio, *iuxta vulg. decis. in Romana de Bombell. 31. Maij 1631. coram bon. mem. Sacrato, cum alijs ibidem adductis in §. fin.* In præsentia verò agitur de negocio principali in appellationis instantia ad effectum confirmationis,
20 vel reuocationis illius † sententiæ, quæ cum cum ex prædictis appareat iniusta ratione excessus (vt dictum est) iure merito est reuocanda, *l. 1. in princ. ff. de appell. & relat. l. eos, l. 1. C. eod. tit. cap. vt debitus, de appell. Rota decis. 267. sub num. 12. vers. posita autem, & seq. part. 6. recent. & penes Coccin. decis. 159.*

Et ita fuit resolutum vtraque parte informante &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Auximana Dotium.

Luna 19. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Bona fideicommissaria transuersalia licet non cadant sub dispositione Auth. res quæ, Cod. commun. de legat. tamen aliud est dicendum, si frater se obligauerit dotare sorores, quia tunc eas tenetur dotare, licet sint diuites. Obligatio minoris, quando valeat sine solemnitatibus.

SVMMARIVM.

1 *Bona fideicommissaria transuersalium non possunt alienari pro dotanda sorore.*

2 *Frater dum promisit dotare sororem, eius bona tali oneri sunt obnoxia.*

3 *Frater promittens dotare sorores, eas tenetur dotare, quamuis sint diuites, & aliunde habentes.*

4 *Onus innixum bonis, sic transeunt ad possessores.*

5 *Alimenta aliud est, quod debeantur iure actionis, vel officio Iudicis.*

6 *Pater filiam diuitem alimentare non tenetur.*

7 *Pater filiam diuitem dotare tenetur.*

8 *Dos succedit loco legitimæ non autem alimenta succedunt loco legitimæ.*

9 *Legitima debetur filiis etiam ditissimis.*

10 *Obligatio minoris sine debitis solemnitatibus, non valet.*

11 *de Transactionis nullitate quis dare non audit, nisi restituat, quod eiusdem occasione habuit.*

12 *in Minoris contractu non requiruntur solemnitates, quando est effectus locupletior.*

13 *Minor contrahendo sine solemnitatibus, tenet contractus si maior factus, illum approbauerit.*

14 *Contractum initum sine solemnitatibus à minore, valet si per actus positiuos contractum approbauerit.*

Itaut non possit eum impugnare.

DECISIO CLXXIII.

ALEXANDER Gallus possessor bonorum primogenituræ per bon. memor. Cardinalem Gallum institutæ, præueniendo eorum restitutionem, inter cætera ab Equite Bernardino eius filio renunciatario stipulatus fuit dotationem filiarum, & sororum respectiuè; cuius obligationis vigore agente Augustino altero renunciantis filio, & renunciatarij fratre fuit hodie, vtraque parte audita, resolutum Equitem Bernardinum teneri do-
1 tare sorores de proprio; quia licet bona, † de quibus dicebatur, huic oneri non, sint obnoxia, ex quo dispositio *Auth. res quæ, C. commun. de legat.* non habet locum in fideicommisso transuersali, *Honded. cons. 76. num. 12. lib. 1.* cum alis congestis *in Romana hæreditatis 14. Decemb. 1646. coram bon. mem. Arguelles,* clara tamen viget in præsenti ipsius Bernardini obligatio qui
2 ob præuentiuam † eorumdem bonorum restitutionem, intuitu commodi ex eis medio tempore percipiendi patri, ita stipulanti sorores dotare promisit, ex quo propterea onus
3 huic inhærens dotandi filias etiam diuites, † & aliunde habentes *per text. in l. fin. C. de dot. promiss. & ibi Bald. numer. 2. in fin. Soccin. sen. in l. 1. num. 47. solut. matrim. & cons. 109. num. 1. cum seqq. lib. 3. Alex. cons. 7. lib. 2. consil. 169. lib. 7. Curt. sen. cons. 27. num. 35. Menoch. consil. 8. numer. 7. Gratian. discept. 259. num. 5. Coccin. decis. 143. num. 9.* trans-
4 latum † fuit in Bernardinum onerum patris, & in specie huius, accollatarium, *Rot. post Cenc. de censib. decis. 547. num. 1. & in Leodien. pecuniaria 28. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Bichio.*

Non obstat, quod Rota coram Reuerendissimo D. meo Decano alias firmauerit ali-
5 menta † in hac eadem renunciatione promissa censeri debita officio Iudicis, non iure actionis. Quia argumentum de alimentis ad dotem concludit tantum affirmatiuè, non
6 autem negatiuè, † quamus enim pater filiam diuitem alere non teneatur, *l. si quis à liberis, §. sed si filius, ff. de liber. agnosc.* eam tamen do-
7 tare † debet *d. l. fin. C. de dot. promiss.* & ita in terminis obiecto respondent *Alex. in l. 1. nu. 12. ibique Bolognet. num. 94. ff. solut. matrim. Io. Corras. in l. qui liberos, num. 96. in fin. ff. de ritu nupt. idem Alex. d. cons. 7. num. 11. lib. 2. Bardell. cons. 384. n. 25. Tiraq. de primog. quæst. 62. numer. 14. versic. denique Baeca. de non melior. filiab. cap. 8. num. 34. Mant. de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 16. num. 16.* vbi diuer-
8 sitatis † rationem assignant, quia dos succedit loco legitimæ, non autem alimenta, legitima
9 verò filijs etiam ditissimis debetur, † vt ad propositum arguunt, *Ripa in d. l. 1. nu. 54. ibiq. Bolognett. num. 95. Soccin. Iun. 163. ff. solut. matrim. Menoch. d. cons. 8. num. 8.*

Minus obstat, quod obligatio eiusdem Ber-
10 nardini † sit destituta solemnitatibus Statuti Vrbis, & Constitutionis Marchiæ. Omisso
11 enim, quod ille † de huiusmodi solemnium defectu dare non potest ad effectum, de quo agitur, nisi restitutis fructibus 18. & amplius annorum ex causa huius transactionis perceptis, *ad text. in l. si diuersa, C. de transact.* cessare vide-

videtur obiectum, quia cum ex tali contractu
12 eius patre gesto Bernardinus † fuerit factus locupletior, nullæ erant necessariæ solemnitates, *l. cum hi, §. eam, ff. de transact. l. si pupillorum, §. si obligauerit, ff. de rebus eor. l. si prædium §. emptor. C. de prædijs minor. Bald. in l. neque, C. de contrah. & committ. stipul. Rota coram san. memor. Gregor. decis. 31. num. 9. & in recent. decis. 545. nu. 4. part. 1. decis. 47. par. 2. decis. 51. vtrobique numer. 3. par. 6.* quinimmo cum ille factus maior eundem contractum approbauerit nedum per diuturnam patientiam, sed per plurimos actus
14 positiuos per Informantes † recensitos non potest modo eum impugnare, *Abbas consil. 11. num. 19. Rota decis. 81. num. 6. & seqq. par. 6. recen. in Bononien. indemnitatis 22. Maii proximi præteriti §. fin. coram me.*

Et ita conclusum fuit Equitem Bernardinum teneri dotare sorores de proprio, ad quã autem summam, fuit dictum, quod particulariter videatur.

R. P. D. CORRADO.
Posteà S.R.E. CARDINALI.
Anconitana Saluiani.

Luna 19. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Saluianum non retardatur per exceptionem fideicommissi, aliasque turbidas, & illiquidas exceptiones, & quid si in hoc iudicio solummodo citatus fuisset hęres, qui exciperet se possidere simul cum coherede, & tamen creditor immissionem obtinuisset, an d. coheredi danda sit manutentio erudite resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Possessio adepta Iudicii auctoritate est manutenibilis.*
2 *Possessio capta authore prætore elidit atq; excludit anteriorem possessionem, ita vt illa non sit amplius manutenibilis.*
3 *Sententia præsumitur iusta, & valida.*
4 *Validitas sententiæ ex quo resultet.*
5 *Immissio in vim Saluiani tunc competit quando tria copulatiuè concurrunt, & quæ sint.*
6 *Citationis defectus contra coheredem, quando fuit actum remedio Saluiani non inducit nullitatem iudicii, sed sufficit quod solus hæres possessor fuerit conuentus.*
7 *Et quid si hæres exciperet se possidere pro indiuiso cum coherede, & tamen constaret, quod solus ipse hæres possideret.*
8 *Inhibitio non intimata moderari debet.*
9 *Possessio naturalis bonorum hæreditariorum non transfertur in hæredes antequam fuerit actualiter apprehensa.*
10 *Atoplia dum constat alterum ex hæredibus solum bona hæreditaria possidere.*
11 *Solutione eius, quod debetur tollitur quæuis actio, & hypotheca.*
12 *Immissio in vim Saluiani ex quibus exceptionibus retardari non possit.*
13 *Exceptiones illiquidæ non admittuntur in iudicio Saluiani.*
14 *Substitutio facta in casu si decesserit sine filiis expirat si cum filiis decedat.*
15 *Exceptio fideicommissi perpetui ex coniecturis deducta quando non valeat retardare immissionem ex Saluiano.*
16 *Saluianum non retardatur per exceptionem fideicommissi dubii & incerti.*
17 *In Iudicio summarissimo manutentionis non admittuntur exceptiones fideicommissi.*
18 *Saluianum non impeditur per exceptiones detractionum alienationum de bonis fideicommissariis & quare.*
19 *Manutentio contra Iudicis sententiam in quibus casibus concedi soleat; & quando secus.*

DECISIO CLXXIV.

FRATRES de Lanfranchis creditores fructuum censuum quondam Eneę Ferretti in summa scut. 1280. immissi fuerunt vtilis Saluiani remedio ex sententia Locumtenentis Ciuitatis Anconæ in possessionem nonnullorum bonorum debitoris contra Antonium illius filium, & hæredem, qui prętendens nulliter, ac iniustè processum petebat manutentionem. Verùm hæc (hodie causa discussa) visa fuit Dominis concedenda Lanfranchis.

1 Quoniam † illi possessionem adepti fuerunt Iudicis auctoritate, quæ iustam prębet manutentionis causam *l. iustè possidet, ff. de acquir. possess. l. 1. & 2. ff. ne vis fiat ei. Rota penes san. mem. Gregor. decis. 580. nu. 2. vers. tanto magis &c. Card. Caual. decis. 42. sub num. 1. Duran. decis. 141. num. 1. vers. quia cum ille, & in recent. decis. 513. sub num. 2. vers. præsertim accedente decreto Iudicis &c. par. 1. & decis. 148. num. 1. vers. ideoq; &c. par. 4. tom. 2. et decis. 229. sub num. 1. et sequen. par. 5.* cum aliis relatis *in Romana Saluiani 18. Februarii 1647. in princ. coram R.P.D. meo Royas, ac in Lauretana Saluiani 28. Ianuarii 1650. coram Reuerendissimo D. meo Decano in §. siquidem con-*
2 *stat &c.* † Atque aduersarii anteriorem elidit, ac excludit, ita quod illa non est manutenibilis, *l. qui vniuersas, §. item cum prætor, vbi Odofred. Cuman. Angel. Alex. et alii, ff. de acquir. possess. Rota decis. 802. sub num. 6. vers. idem enim operatur immissio etc. cum seqq. par. 1. diuers. & penes sanct. mem. Gregor. dicta decis. 582. sub num. 3. vers. nec obstat &c. cum seq. Card. Caual. dicta decis. 42. num. 2. vers. nec obstat possessio etc. et in recent. decis. 644. sub num. 5. vers. secundo principaliter etc. par. 1. et dicta decis. 148. sub num. 2. vers. et non est habenda in consideratione etc. par. 4. tom. secundo, et sæpè in aliis.*

Neque obstat, quod Iudex præfatus nulliter, ac iniustè processerit.

3 Quia † contrarium probatur non solùm ex iuris præsumptione, quæ pro illius sententia viget *dicta l. iustè possidet, ff. de acquir. possess. l. 2. vbi not. DD. C. de offic. ciuil. Iudic. Rota penes Mantic. decis. 272. num. 3. vers. neque obstat etc. & san.*

san.mem.Gregor.decis.336.num.14.vers. cum possessio etc. Duran.decis.7. num.119. vers. et ratio est etc. ac decis.65.num.1.vers. sententia enim etc. et in recent.decis.94.num.1.vers.sententia enim etc.et decis.564. sub num.6.vers. tam maximè etc.par.1. ac decis.314.sub num.2.vers. nam cum census etc. et decis.646.sub num.5.vers. cum aliàs pro Iudice etc. par.2.et decis.489.sub num.2.vers.etenim regulariter etc.par.3.et dicta decis.148. num.4. vers. attamen Iudex in dubio præsumitur etc.par. 4. tomo 2.

Sed ex ipso processu, in quo fuerunt rectè seruati termini, & cætera omnia iudicij ordinem concernentia *iuxt.decis.Verall,262. p.2.*

4 Et † plenè iustificata quæcumque in hoc interdicto necessaria, scilicet creditum Actorum cum hypotheca omnium bonorum debitoris præsentium, & futurorum ex duobus
5 publicis Instrumentis censuum, Altero sub die 21. Aprilis 1597. & altero sub die 18. eiusdem mensis 1598.celebratis per Aeneam Ferrettum ad fauorem Curtij Lanfranchi, cuius sunt in effectu hæredes Carolus,& Frãciscus fratres prędicti, vt testes plures legitimè recepti deponunt. Quodque res,de quibus agitur, fuerint in bonis præfati Aeneæ post contractam huiusmodi hypothecam, constat ex pluribus Instrumentis, actis, ac etiam confessionibus iudicialibus ipsius Antonii in processu productis. Et quod demum tempore iudicii huius instituti ab ipso Antonio possiderentur apparet ex eodem quoque processu, & specialiter ex publicis Instrumentis locationum cum exactione pensionum, ac censuum respectiuè, longaque litis sustentatione; Quæ ad obtinendam in præsenti iudicio immissionem planè sufficiunt, *Bart.in l.1.sub num.3. vers.quæro quæ est differentia,&c.ff.de salu.interd.& in l.1.sub num.1. vers.quæro quid differt, &c. C.eod. tit. Rol.cons.14. num.13.vers.primo requiritur, &c. lib.1. Negusan. de pignor.par.8.memb.3.sub.numer.10.vers. se prima conclusio est, &c. Menoch. de adipisc. remed. 3. sub num. 160. vers.quæro vigesimo nono.&c. cum seqq. Rota decis.186. in princ. & num. 1.par.4. diuers. & penes san. mem. Greg. decis. 318. & decis. 491. num. 6. vers. iustitia sententiæ &c. & apud Pen. decis.601. num.1.vers.cum enim &c. & decis. 623.per tott.Buratt.decis.728.num.14. vers. quibus concurrentibus,& per tot. Duran.decis.40.numer.1. vers.quia de credito &c. cum seqq. & decis. 401. sub num.1. vers.quibus concurrentibus &c.ac decis. 461 sub num.1.vers.iustitia verò &c. ac in recent. decis.294. sub num.1.vers. quia de credito &c. cum plur.seqq.par.1. & decis. 775. sub num.1.vers.quibus stantibus &c. par.2.& decis.560.sub nu.1.vers. Domini affirmatiuè respondendo &c.par.4. ac decis. 512.& 513.ead.par.4.tom.3.*

Non enim subsistit obiecta nullitas ob defectum citationis D. Francisci Equitis Hierosolymitani fratris Antonii, atque cohæredis Aeneæ communis eorum patris.

Quia non fuit actum personali actione, sed vtilis Saluiani remedio, quod cum sit in rem scriptum sequitur possessorem bonorũ
6 qualis † erat Antonius, ac proinde ille solus iure merito fuit conuentus, & condemnatus, *l.1.vbi gloss. in verbo competit.ff.de Precar.et salu. interd. l.fin. C.si vnus ex pluribus hæred.gloss. in l.1. in verb.non prohiberis, C. de hæred. action. Menoch.de adipisc.dicto rem.3.num.55. vers. quæro septimo &c. cum seq.Surd. decis.174. sub numer. 8 vers.primum est &c. & cons. 191. sub num.9.vers. hoc autem non habeo pro absoluto &c. Peregr. de fideicomm. art.53. num.53. vers.quæ optimè corroborantur &c.* & respondit Rota *decis. 179. sub. num.2.vers. quamuis enim &c. & seqq.ac dec.186. num.5.vers.non obstat quod dicitur &c.& seq.par. 4 diuers.& san. mem. Greg. decis. 491. num. 4. vers. & remedium Saluiani &c. ac decis.252.sub num.5. vers.& sic D. Carolus &c. par. 4. recent.* & fuit dictum *in Aesina Saluiani 18.Iunij 1627.cor.Reuerendiss.D.meo Decano, & in Feretran.Paroch.18 Febr. 1628. coram bon. mem. Card. Viril. apud Modern. Perus. de manuten. decis. 219.num.3.vers. nam respondetur &c.& dec.518.n.16.vers. defectus nullitatis &c.*

7 Nec releuat † assertio eiusdem Antonij in eius scriptura oppositiua libello actorum,ac respondendo positionibus, quod possidere t dicta bona pro indiuiso cum eius fratribus, & specialiter cum dicto Eq. Francisco.

Quia cum ex prædictis, & ex publicis instrumentis tam locationum eorumdem bonorum cum pensionum exactionibus, quàm dispositionis, ac alienationis illorum mediãte asserta donatione facta cæteris eius filijs constet, quod ipse solus ea possidebat, non est attendenda huiusmodi exceptio, nisi iustificetur *l.1. ff. de except.l.2.ff.de probat.Marches.par.2.de commiss.quoad terr.ad caus. admitten. fol.mihi 260. num.54. vers.vnde si aliquis &c.*

Minus releuat protestatio eiusdem Equitis Francisci ad impediendam executionem dictæ sententiæ iam antea prolatæ facta cum
8 Inhibitione A.C. obtenta. † Quia cum illa pariter careret iustificatione assertæ illius possessionis nullius erat momenti ad effectũ impediendi executionem, ideoque iure meritò præfata inhibitio fuit moderata ad *l.1.vbi gloss.in verbo restituantur, C.de priuileg.Fisc. gloss. in l.ob maritorum,in verb.probaueris,C.ne vxor.pro marit.Imol.in l. à Diuo Pio, §. si super rebus sub num.15. vers.& an incumbat ei onus probandi, &c. & infrà vers.sed debebit probare&c.*& benè declarat *ibid. Alberic.num. 1. vers. ex isto, §. colligitur quod nullus potest impedire executionem,&c. & sub num.3.vers.quia dato quod referens controuersiam, &c. ff. de re iudic. Bart.in dicta l.ob maritorum sub num.1.vers.secus si ipsa vxor, & in lect. antiq. sub num.2. vers. secundo quæro &c.& Bald. sub nu. 2. vers. sufficit ergo protestanti &c. C. ne vxor. pro marit. Specul. par.2. sub rubr.de primo, & secundo Decreto, §.Restat 3.sub num.4.vers. quid si apud eum &c. iuncto num.5. vers.sed qualiter probabit, &c.& infra Rot.decis.100.sub num.33. vers. præterea non sufficit &c.cum seq.par.1.& d.decis. 197. sub num.2. vers.quamuis enim &c.par.4.diuers. & penes Card.Seraph.decis.314. num.2.vers.quo stante &c.cum seq.& decis.804.sub num.1.vers.nam ad hunc effectum &c. Caual. decis. 429.num. 1. vers. non enim videbatur &c. Buratt.decis.206. num.3. vers.sicut non retardatur &c.& in recent. dec. 335. par.1.*

9 *par.1.* † Siquidem aditio hæreditatis paternæ à ſingulis fratribus pro eorum portionibus facta non equè in eos tranſtulit naturalem bonorum poſſeſſionem antequam fuerit actualiter apprehenſa, *l.cum hæredes l. qui vniuerſas, §. quod per colonum, ff. de acquir. poſſ. Bald. in l. fin. num. 2. verſ. item ex hoc &c. C. de edict. Diu. Adr. tollen. Crau. conſ. 202. num. 35. verſ. nam do-*
10 *minum.* † Eòque minus dum conſtat alterum ex eis ſolùm, nempè Antonium conuentum, & condemnatum poſſidere, ac de illis ad libitum diſponere, *iux. theor. Cyn. in d. l. ob maritorum ſub num. 1. verſ. aut res in quibus ſit executio ſunt penès conuentum, & condemnatum &c. C. ne vxor. pro marit. Bart. in dicto §. ſi ſuper rebus ſub num. 4. verſ. aut iſtam rem poſſidebat ille &c. & ibi Cuman. ſub num. 3. vers. ſed quando poſſidebatur ab illo &c.* & cæteri ſcribent *Oſaſc. deciſ. 38. per tot. Rota d. deciſ. 100. ſub num. 33. verſic. præterea non ſufficit &c. par. 1. diuerſ. & penès Buratt. dec. 186. ſub n. 14. verſ. tandem viſum fuit non obſtare &c.*

Præterea minùs ſubſiſtit iniuſtitia eiuſdem ſententiæ ex eo deducta, quod Actorum petitio elideretur exceptione anterioris hypothecæ præfato Antonio, ac eius fratribus cõpetentis ratione dotis maternæ, ac iurium cenſuum, ſeu creditorum anteriorum per eos reſpectiuè ſuper bonis Aneeę patris acquiſitorum, pro quibus illis retentionem de iure competiiſſe prætenditur.

Nam dos materna pro ea parte, quæ conſiſtebat in fundo dotali fuit reſtituta. Pro ſumma verò ſcut. 3500. expreſſa in inſtrumento dotali ſub die 27. Nouembris 1588. celebrato fuit ſatisfacta mediante illius inueſtimento in Prædio Montis Torti ex publico inſtrumento ſub die 2. Iulij 1615. quod poſt mortem d. Aeneæ eius viri ab illa fuit
11 alienatum pretio ſcut. 5000. ipſi realiter ſoluto, vt conſtat ex alio publico inſtrumento ſub die 16. Aprilis 1636. Ideoque extinctum fuit prædictum creditum, & quæuis hypotheca pro illo competens *l. item liberatur, ff. quibus mod. pign. vel hypothec. ſolu. & l. ſtichum aut Paraphilum. §. naturalis, & l. pen. ff. de ſolut. & habetur in princ. tit. inſtit. quib. mod. tollit. oblig. Surd. deciſ. 113. ſub num. 1. verſ. ſenatus autem &c. Rot. penes Card. Mantic. deciſ. 146. ſub num. 1. verſ. nam ſolutione &c. Buratt. deciſ. 283. ſub num. 1. verſ. & ſic ſolutione debiti &c. & in Romana Domorum de Regardis 12. Iunij 1651. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, in §. poſt hanc poſtremam reſolutionem &c.*

12 Cenſus autem, † & debita hęreditatis paternæ à pręfatis DD. de Ferrettis ſoluta, & reſpectiuè acquiſita pluribus exceptionibus probabilitèr impugnantur, quibus illorum validitas, ac releuantia in dubium efficacitèr reuocatur, ita vt maiorem diſcuſſionem requirant, quàm admittit ſummarij huius iudicij natura, in quo ea tantum, quæ certa, liquida ſunt, nullamque probabilem recipiunt controuertiam impediunt immiſſionem *l. fin. C. quor. bonor. Natt. conſ. 352. num. 4. verſ. ex prædictis ſequitur &c. Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. d. rem. 3. ſub num. 180. verſ. et eſt huius ſententia ratio &c. Rota dec. 34. ſub num. 11. et 23. par. 2. diuerſ. et in Bonon. dotis 3. Iunij 1605. coram Litta apud Statil. de ſalu. interd. dicta deciſ. 61. per tot. & penes ſan. mem. Gregor. deciſ. 563. num. 15. verſ. licet ſufficeret dicere, & deciſ. 411. num. 24. verſ. neque creditum &c. ac ſeq. par. 5. recentior.* & in aliis adductis per *eund. Statil. de Saluian. interd. inſpect. 2. c. 1 ſub num. 71. verſ. aliud autem ſeruatur in Saluiano, &c. et cap. 2. num. 42. vers. et in iudicio Saluiani etc. cum ſeq. et inſpect. 5. cap. vnic. ſub num. 9. verſ. quod tamen intelligendum eſt &c.* & fuit dictum in *dicta Lauretana Saluiani 28. Ian. 1650. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano in §. ſed omnis ceſſare viſa fuit difficultas etc.* cum aliis relatis in *Peruſina bonorum 18. Iunij 1649. cor. me in §. fin.*

Accedit etiam, quod cum Antonius ſit hæres Aeneæ patris, eoque titulo plura bona hæreditaria ad ipſum peruenerint, vt apparet ex inuentario ab eo confecto, teneaturque ideò in prætenſa eius credita computare
13 quidquid ex hęreditate recepit. † Hinc etiã exceptiones prędictę magis redduntur illiquidæ, ac proinde non erant in dicto iudicio admittendæ, *Rota penès Card. Seraph. deciſ. 1178 et Buratt. deciſ. 420. num. 4. uerſ. et vlterius etc. et deciſ. 852. num. 3. uerſ. et hac exceptio etc. et in rec. dec. 559. ſub num. 3. verſ. ſed ad hoc fuit reſponſum, &c. cum ſeqq. et ſub num. 6. verſ. alia ſunt credita, etc. par. 1. et deciſ. 61. num. 4. uerſ. accedit etc. ac deciſ. 377. num. 7. uerſ. ex quibus etc. par. 2. et deciſ. 704. par. 3. et dec. 381. ſub n. 4. uerſ. ad quem effectum etc. par. 4.*

Eadem ratione concidit exceptio Auiti fideicommiſſi per dictum Antonium oppoſita.

14 Quia † ex lectura teſtamenti non probatur quin potius excluditur. Cum dictus Aeneas eiuſdem teſtatoris filius grauatus ſub hac cõditione, *quod ſi Aeneas decederet, ſeu deceſſerit ſine filiis legitimis, & naturalibus, ſiue in pupiliari ætate, ſiue poſtea quandocumque portio illi obueniens hæreditatis ipſius teſtatoris pleno iure, et ſine aliqua diminutione deueniat ad ſupradictos Iulium, Alexandrum, et M. Antonium eius filios æquis portionibus, etc.* obijerit pluribus ſuperſtitibus filijs legitimis, & naturalibus, *l. ex facto, §. ex facto, ff. ad S. C. Trebell. l. iubemus, §. pen. C. eod. tit. l. 1. et ibi gloſſ. in verbo deficere, C. de cond. inſert. Oldr. in eius vulg. conſ. 21. thema tale eſt num. 1. uerſ. et mihi uidetur cum ſeqq. Craſſ. in §. fideicommiſſum quæſt. 34 Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 6. ſub n. 8. uerſ. hoc amplius etc. Peregr. de fideicomm. art. 28. ſub num. 5. verſ. quod ſi ſecundum iura ſcripta etc. et ſeqq. Ruſtic. ad l. cum auus lib. 6. cap. 6. et cap. 7. Fuſar. conſ. 64. num. 6. verſ. ſecundo facit etc. Rota penes Buratt. deciſ. 280. ſub num. 1. verſ. et ideo*
15 *&c.* † Interpretatio verò ex coniecturis adducta ſubdubia eſt, ac plurimum controuerſa, ita vt conſtans, ac certa dici non poſſit antequam fuerit per rem iudicatam approbata, *Rota deciſ. 477. num. 5. uerſ. quinto diceba-*
16 *tur &c. par. 2. recent.* † Ideoque admittenda non erat in poſſeſſorio, ſummarioque Saluiani iudicio, vt reſpondit *Rota penes Cardin. Seraph. deciſ. 1200. num. 6. uerſ. et fideicommiſſum, etc. et in Romana Saluiani 3. Martii* 1608. *coram*

Pen.

Pen. apud Statil. de Saluian. inter d. decis. 59. num. 1. uers. tum etiam quia etc. et decis. 107. sub numer. 1. vers. non obstabat etc. cum seqq. et in recent. dec. 387. num. 3. vers. quibus non obstat exceptio fideicommissi, &c. & decis. 559. sub num. 7. uers. exceptio autem &c. par. 1. et decis. 456. num. 6. uers. et in omnem euentum par. 2. et decis. 587. num. 5. uers. non obstat exceptio fideicommissi &c. par. 3. ac in Romana census 26. Iunii 1647. in fin. coram R. P. D. meo Bi-
17 *chio.* † Neque in hoc summarissimo manutentionis attendi debet, *Rota penes Buratt. decis. 623. num. 9. vers. qua dicebantur de prætenso fideicommisso &c. & in recent. decis. 396. sub num. 5. uers. cum aliud &c. par. 3. ac in Romana Domus 16 Februarii 1620. coram Reuerendissimo Terracinen. apud Modern. Perus. de manut. decis. 521. numero 12*
18 *uers. nec obstat &c.* † Eòque minùs cum obiectæ detractiones, alienationes, ac alia ex vtraque parte deducta longiorem discussionem exposcant, quàm subiectæ materiæ postulat ratio, *Rota penes Burat. decis. 853. sub num. 3. uersic. nam omissa responsione etc. cum seqq. & dicta dec. 559. sub num. 8. uers. et licet conclusio &c. cum seq. par. 1. recent.* cum alijs relatis *in dicta Romana Domus coram Reuerendiss. Terracinen. et in Romana successionis 24. Ianuarii coram me in §. fin.*

19 Postremò est † aduertendum propositum manutentionis remedium contra Iudicis sententiam, ac eius auctoritate immissum facilè nimium vsurpari; Nam in illis demùm casibus concedi solet, quibus constat Iudicem de facto potius instar priuati, quàm iudicialitèr processisse (quod sanè dici non potest in proposito casu.) Non autem quando legaliter processit, esto quod intellectus errore captus iniustè, vel nullitèr Iudicauerit, tunc enim ordinario appellationis, seu nullitatis, atque alijs competentibus iuris remedijs, quidquid nullitèr, vel iniustè actū fuit reuocatur, ac præiudicium parti illatum repararatur, nec congruus iudiciorum ordo confunditur, vt explicat, *Rota penes Buratt. dec. 185. sub num. 5. ad fin. uers. ex hac tamen &c. cum seq.* & latius *in Romana de Bombel. coram bo. mem. Card. Sacrato apud Modern. Perus. post tract. de manut. decis. 9. à num. 19. uers. super hoc considerarunt Domini etc. cum plur. seqq. et in Bononien. de Gozzadin. 23. Iunii 1624. coram bon. mem. Cardin. Verospio apud eund. Modern. de manut. decis. 465. num. 4. uers. ita multo minus etc. et seq. et in recentior. decis. 674. sub num. 3. uers. interea stante turbiditate etc. par. 1. et decis. 646. num. 2, vers. talis autem iustitia etc. cum seq. par. 2. et decis. 503. num. 17. uersic. quia ad effectum notoria iniustitia etc. ac seq. par. 4. tom. 2.*

Et ita fuit resolutum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Romana Saluiani

Luna 19. Iuny 1651.

ARGVMENTVM.

Quod fructus census post census extinctionem, ex capite euictionis fundi secutam, & scienter percepti, non valeant in sortem imputari, se pluribus in præsenti decisione deducitur, & ex eo signanter, quod ad hunc effectum requiratur declaratio voluntatis ipsiusmet debitoris censum extinguere volentis.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum conceditur habenti creditum cum hypotheca docto de vtriusque possessionis extremo.*
2 *Census non extinguitur per euictionem fundi, vbi consistere potest in melioramentis ab impositore constructis.*
3 *Melioramenta probantur à relatione periti bene distinguentis statum antiquum à meliorato.*
4 *Melioramenta, quæ in sententia non leguntur inclusa, ab ea non dicuntur comprehensa.*
5 *Fructus exacti post extinctionem census non computantur in sortem quoties succedere possunt loco damnorum, & interesse, & quando.*
Debitor census eo extincto quando teneatur ad damna, & interesse n. 5.
6 *Census in extinctione declaratio debitoris requiritur alias numquam imputantur fructus in sortem, et sup. n. 1. pro intelligentia.*
7 *Census extinctionem excludit defectus non impleta forma in deposito sortis.*
8 *Exceptio extinctionis census vbi est turbida in Saluiano non admittitur.*
9 *Conuentio inita super extinctione census specificè debet adimpleri aliter illam inducere non potest.*

DECISIO CLXXV.

IVSTAS iterum Domini censuerunt esse sententias à Venerabili Monasterio Sanctæ Crucis de Vrbe obtentas super immissione domorum de quibus agitur. Quia proprium creditum cum hypotheca in prædictis domibus contractum, ac vtrumque possessionis extremum ex iuribus hactenus æditis iustificasse conuincitur, † cui iure merito fuit pro-
1 indè in hoc Saluiani iudicio decreta immissio ad *trad. per Bart. in l. rem alienam num. 5. ff. de pignorat. act. Contard. in l. vnica, C. si de momen. poss. limit. 14. num. 11. Negusant. de pignor. 1. membr. par. 8. num. 6. & 8. Rota coram Puteo dec. 201. num. 2. lib. 1. coram Buratt. 728. num. 4. cor. Greg. dec. 491. nu. 6 & in Beneuentana domus 10. Maij 1649. cor. R. P. D. meo Otthobono.*

Neque obstare visa fuit repetita exceptio crediti penitus extincti ex fructibus, post fundum scienter euictum à Domino census exactis, & tanquam indebitis, in sortem imputandis; Cum duplici responsione tollatur obie-

3 *Bellamer. decis. 430. reijcitur.*

4 *Appellatio interposita à persona non habente speciale mandatum non tenet.*

5 *Appellatio interposita ab non habente mandatum speciale, perinde est, ac si non esset interposita.*

6 *Iudicis præsentia, quando haberi potest, tunc coram ipso interponi debet.*

7 *Appellationis cedula dimissa penes Notarium, quando non valeat.*

8 *Sententiæ validitas colligitur ex reuolutione actorum.*

9 *Fideicommissum ex quo dicatur probatum.*

10 *Executio sententiæ non potest fieri super rebus alienis.*

11 *Contra tertios possessores non potest executiuè procedi.*

12 *Fideicommissi existentia, & illius purificatio ex quibus iustificetur.*

13 *Executio facta super bonis alterius, quàm debitoris, nullo iure potest subsistere.*

14 *Filio debetur legitima in bonis fideicommissarijs.*

15 *Filius si non confecerit inuentarium bonorum fideicommissariorum, & ea bona alienauerit, præsumitur consumpsisse suas quartas.*

16 *Onus probandi contrarium spectat ad filium.*

17 *Læsione cessante, cessat quoque causa restitutionis in integrum.*

DECISIO CLXXVI.

PROPOSITO per me dubio An constet de re iudicata, vel potius de causis restitutionis in integrum, affirmatiuè quoad primam partem, & negatiuè quoad secundam responsum fuit; Non enim reuocatur in dubium quod sententia R. P. D. mei Cerri lata fuerit sub die decima Februarij præteri-
1 ti; † Appellatio verò interposita sub die 21 & sic post decem dies datos ad appellandum, quo casu sententia semper transit in iudicatum, *cap. quoad consultationem de re iudic. capit. cum dilectus 32. in fine de electio. capit. Romana §. si vero iuncta glosa verbo interlocutoriam de appellat. & in cap. significauerunt verbo infra decem dies de testibus Menoch. præsump. 84. num. 5. lib. 2. Rota in Romana fideicommissi de Marianis 14. Decembris 1648. & 1. Martij 1649. coram R. P. D. meo Rojas, & passim in alijs.*

Nec releuat, quod sententia lata fuerit per contradictas, nam cum Alexander Piccininus Procurator constitutus in causa, & qui semper comparuit producendo iura, & faciendo quamplures actus decesserit de mense Nouembris 1649. rectè processum fuit
2 per † Audientiam contradictarum etiam non intimato contra principalem illius obi-
3 tu, prout † reiecta *decis. Bellam. 495. firmauit Rota in Legionen. Canonicatuum 16. Decembris 1622. coram bo. mem. Manzanedo, & in rec. decis. 191. n. 6. par. 1. & penes Post. de manut. dec. 236. num. 5. cum alijs adductis per Add. ad sa. mem. Greg. decis. 430. num. 8. & per Vestr. in Prax. lib. 4. cap. 5. n. 5.*

Facilius verò respōderunt Domini pro re
4 iudicata, quia appellatio † interposita fuit à persona non habente mandatum procuræ; nec concurrit ratificatio principalis, quo ca-
5 su † perindè est, ac si non fuisset interposita, *ad tex. in l. quoties, ff. qui satisd. cog. l. 1. ff. de appell. recip. Lancellot. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 50. num. 22. & 38. Rota coram Caual. decis. 31. in princ. & in rec. dec. 93. n. 15. in fine par. 1. & decis. 627. eod. num. parte 3.*

6 Immo cum præsentia † Iudicis haberi posset, appellatio debebat coram eo interponi, non autem per dimissionem cedulæ penes Notarium prout factum fuit; nam tali casu
7 appellationem non suffragari disponit † *tex. in cap. vt debitus & in Clem. 1. de appellat. Bald. in l. apertissimi sub num. 4. ff. eodem Cephal. cons. 185. num. 5. Surd. cons. 228. num. 1. Marant. in eius speculo par. 6. verbo, & quandoque numer. 133. Gramm. dec. 36. sub n. 76. Rota in recentior. decis. 722. num. 2 parte 3.*

8 Validitas † autem dictæ sententiæ resultat ex reuolutione processus, in quo apparet fuisse seruata omnia de iure seruanda; Iustitia verò patet ex decisionibus in causa factis coram R. P. D. meo Cerro, nam cum Prædium controuersum super quo fuit facta executio ad instantiam Petrogalli vigore mandati relaxati contra bona hæreditaria Iulii Cæsaris, non esset hæreditarium eiusdem, sed probe-
9 tur † fideicommissarium Aldæ, & vti tale possideretur à fratribus de Podianis, vtique
10 executio super eo fieri non † poterat, & facta retractanda venit *Gab. cons. 31. sub num. 6. vers. secundo quia & num. seq. lib. 2. Rota coram Seraph. decis. 385. num. 1. Penia decis. 673. num. 4. et coram sanct. memor. Gregor. decis. 555. eod. num.*

Et maximè cum ipsi de Podianis essent
11 tertij, contra quos propterea † non poterat executiuè procedi, sed ordinariè erat agendum, *Alex. in l. A. Diuo Pio §. si super rebus num. 28. vers. & pro hoc facit, ff. de re iudic. Ias. in l. quadam §. 1. num. 7. ff. de edend. & in l. 1. §. si hæres nu. 4. ff. ad Trebell. Felin. in cap. cum super nu. 15. vers. amplius dixit de re iudic. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præs. 13. n. 9. & seq. Rota cor. Buratt. dec. 574. nu. 2. & seqq.*

Nec fideicommissum Aldæ fuit vnquam
12 reuocatum in dubium, † prout nec pariter purificatio illius ad fauorem dictorum fratrum; Identitas verò Prædij sufficienter iustificatur ex Testibus vigore Remissoriæ examinatis, & ex alijs iuribus in actis productis, & plenè ponderatis in decisionibus huius causæ, itaut fundamentum supra deductum
13 semper subsistat, † quod executio facta fuerit in bonis alterius, quam debitoris, *Gabr. cons. 52. num. 3. & seq. lib. 1. Asin. in prax. §. 32. limit. 43. n. 1. cum alys supra allegatis.*

Non obstat, quòd ratione legitimæ debi-
14 tæ Iulio Cæsari in bonis † eiusdem Aldæ executio saltem sustineri possit; Nam attenta, omissione inuentarij, & alienationibus pluribus ab ipso factis, intrat præsumptio con-
15 sumptionis, † & satisfactionis iuxta deducta per *Natt. cons. 199. num. 12. Giouagn. cons. 20. sub num. 13. vers. Cæterum lib. 2. Rota in recent. dec. 226. num. 16. & decis. 339. num. 28. part. 5.* & dictum fuit in *Romana fideicomm. de Marianis 4. Iulij, & 10. Decembris 1646. coram R. P. D. meo Rojas* confirma-

firmata die 3. Iulij 1647. & 14. Decembris 1648. coram eodem, & in Romana fideicommissi de Pelatijs 28. Iunij 1647. coram bon. mem. Arguelles. Et onus
16 probandi † contrarium transfertur in Pellicciarios *ad not. per Bald. in l. cum de lege ff. de prob. Rota decis. 163. num. 6. par. 7. recent.* & firmatum fuit in *Bononien. fideicommissi 5. Decembris 1650. coram me.*

Firmata validitate, & iustitia sententiæ, secunda pars dubij transiuit sine difficultate,
17 quia † per illam excluditur læsio, qua cessante cessat restitutio in integrum, *l. nam & postea §. si minor ff. de iureiuran. l. minoribus C. de in integ. restit. Rota decis. 734. num. 4. par. 3. recent. & in Regien. bonorum 13. Maii 1648. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Et ex his constare de re iudicata non autem de causis restitutionis in integrum, Altera tantum parte informante decisum fuit &c.

Decisio ista sub die 10. Februarij 1651. facta in hac eadem causa coram Reuerendiss. P. D. Cerro Decano, cum non sit impressa erit infra in fine in Miscellan.

R. P. D. BICHIO.

Callien. Prioratus

Lunæ 26. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Beneficium quando fuerit impetratum ex quo quis ob patratum homicidium fuerit eo priuatus, pro iustificatione litterarum Apostolicarum an sufficiat sola sententia contumacialis, vel potius requiratur actualis expulsio à dicto beneficio eruditè resoluitur. Et quid si postea prouisus aliquid persoluerit contumaci ad effectum reportandi cessionem beneficij an propter hoc dicatur commissa simonia clarè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ prouisionis Apostolicæ legitimum titulum præbent.*
2 *Et probant ad omnes effectus.*
3 *Sententia præsumitur lata præuijs citationibus, & seruatis omnibus alijs terminis in iudicio seruare solitis.*
4 *Sententia fecit transitum in iudicatum ob non interpositam appellationem intra decennium.*
5 *Vacatio Beneficij quando resultat ex sola sententia priuationis illius, quamuis non fuerit executioni demandata.*
6 *Ad obreptionem euitandam, in dubio omnis interpretatio sumenda est.*
7 *Vacatio beneficij vt censeatur inducta ex sententia priuationis illius, debet esse iusta, & exequibilis.*
8 *Homicidium non probatur commissum ex sola sententia contumaciali.*
9 *Beneficium impetratum ex quo possessor fuerit eo priuatus, pro iustificatione litterarum Apostolicarum, an sufficiat sententia priuationis in contumaciam lata.*
10 *Sententia lata in contumaciam propter delictum, priuat contumacem beneficio.*
11 *Beneficio vacante, ex quo quis per sententiam contumacialem fuerit eo priuatus, quomodo possit alius prouideri.*
12 *Cessio beneficij reportata ab eo, qui de illo per sententiam contumacialem fuit priuatus, importat veritatem priuationis vnius, & canonicam prouisionem alterius.*
13 *Beneficium, quo quis per sententiam contumacialem fuit priuatus, si intra annum reclamauerit, venit illi restituendum.*
15 *Sententia contumacialis, qua quis fuit beneficio priuatus, quando dicatur approbata.*
16 *Resignatio beneficij ad fauorem alterius in cuius manibus fieri non possit?*
17 *Resignatio beneficij non abdicat ius à resignante, quando facta fuit coram non habente ad id potestatem.*
18 *Confessio implicita sufficit in praiudicium confitentis.*
19 *Confessio facta etiam in actu gesto coram non habente sufficientem potestatem praiudicat confitenti.*
20 *Resignatio beneficij facta ab eo, qui per sententiam fuerat illo priuatus nocet resignanti, quamuis facta fuerit absque licentia superioris.*
21 *Simonia non adest dum non probatur præcedens tractatus & conuentio.*
22 *Simonia conuentionalis non probatur per fidem extraiudicialem, vel per testem de auditu.*
23 *Simonia an committatur per actus subsecutos.*
24 *Simonia an & quando censeatur commissa, ex quo prouisus aliquid persoluerit ad effectum reportandi cessionem beneficij & n. 25.*
26 *Metus in resignatione beneficij clarissimis probationibus est conuincendus.*
27 *Metus in resignatione beneficij prorsus excluditur ex pietate Ordinarij coram quo fuit facta resignatio.*
28 *Simonia in resignatione beneficij quando per approbationem Ordinarij dicatur exclusa.*
29 *Beneficij prima vacatio ob delictum impedit secundam prouenientem ex dimissione habitus clericalis.*
30 *Possessor sufficit vincere ex non iure Actoris.*

DECISIO CLXXVII.

PRIMAM huius causæ propositionem super articulo manutentionis sub die 5. Iulij 1649. decisio contra Martinotium Clotium, non quia eius possessio non probaretur, sed quia suffragari non poterat in concursu Laurentij Andreoni antiquioris possessoris, subsecuta fuit altera super eisdem sub die 18. Martij 1650. qua Rota mandauit videri de bono iure, cuius hodie cognitione habita responsum fuit constare de bono iure Marti-
1 notij, † cum de Prioratu controuerso fuerit prouisus à Sede Apostolica, & litteras desuper expediuerit, quæ legitimum titulũ præbent, *Mohed. decis. 13. tit. lit. penden. Canalez decis. 363. num. 4. Rota in Marianen. seu Arrien.* Bene-

ficij

ficij 13. Maij 1650. coram R. P. D. meo Rojas, ac
2 probant † ad omnes effectus *Gabr. conf. 190. n.*
10. lib. 1. conf. 194. num. 3. lib. 2. Rota dec. 356. n. 12.
par. 1. rec.

Earumque iustificatio ad id necessaria non
3 deest; † narratiua enim sententię priuationis
contra Laurentium Prioratus possessorem
latè ser. ser. ac in iudicatum ob non interpo-
sitam appellationem transactæ, iustificata
apparet ex publico documento sententiæ hu
iusmodi præuijs citationibus, seruatisque
omnibus alijs terminis in huiusmodi iudiciis
seruari solitis pro vt etiam præsumitur, *Bu-*
4 *ratt. decis. 334. num. 8. & seqq.* † à qua cum non
fuerit appellatum intra decendium, resultat
ex inde eiusdem transitus in iudicatum ob
appellationem non interpositam, *Auth. hodie*
Cod. appellat. cap. quo ad consultationem de sent. & re
iudic. Rot. dec. 30. de appella. in nou. dec. 734. n. 1. p. 5
recentior.

5 Quod verò Laurentius fuerit per dictam
sententiam realiter amotus, vt in litteris A-
postolicis narratur, non debet referri ad a-
ctualem expulsionem, quę vt facti est ab exe-
cutoris potius facto, quam Iudicis emanat,
sed ad ipsam sententiam, quod scilicèt non
per fictionem, sed re vera Laurentium à be-
neficijs amouendum, & ad eorum amissionē
condemnauerit; maximè quia id narratum
fuit in ordine ad vacationem, quæ saltim de
iure, ex sola sententia huiusmodi dummodo
iusta, & in iudicatum fuerit transacta, resul-
tat etiam ante aliquam executionem facti,
Barbos. de iur. Eccles. vniuers. lib. 3. cap. 14. nu. 64.
& 67. Lotther. de re benef. lib. 3. quæst. 18. num. 64.
& seqq. Paris. de resig. lib. 1. quæst. 4. num. 53. Gonz.
super reg. 8. gloss. 15. §. 2. num. 15. vers. nec non non,
& 2. seqq. Bisign. decis. 5. sub num. 4. ibi, maximè
ex quo secuta fuit sententia *de sent. & re iudic.*
6 & in dubio omnis interpretatio † sumenda
est ad euitandam obreptionem, *Felin. in capit.*
nonnulli sub num. 18. de rescript. Cassad. decis. 12. n. 6
de præben. & decis. 1. de priuil. Rota dec. 38. n. 3. p. 1.
recent. dec. 171. n. 1. in fin. par. 3.

7 Non obstat, † quod dicta sententia vti la-
ta in contumaciam, & non probato formi-
ter delicto homicidij, de quo Laurentius ac-
cusatus fuerat non sit iusta, & exequibilis, vt
ad effectum inducendi vacationem requiri-
8 tur, *Lotther. dicta quæst. 18. num. 65.* † Quia cum
Papæ non fuerit narratum homicidium ab
Andreono commissum, quod sanè per solā
sententiam contumacialem non probaren-
9 tur, † sed tantum, quod ille per Iudicis sen-
tentiam fuerat beneficijs priuatus, satis est ip-
sa sententia contumacialis, non ob non pari-
tionem monitorij, vt in casu *decis. 68. par. 1. di-*
10 *uers.* † Sed ex probationibus, ac testibus pro
informatione Curiæ examinatis lata, quia
etiam tunc cum sit diffinitiua priuationem
inducit, vt benè distinguendo declarat *d. decis.*
11 *68. num. 4. & 5.* ac probat reo intra annum
nō comparente ita vt interim potuerit alius
de beneficio prouideri resolubiliter tamen,
quatenus reus intra annum comparuisset,
Lotther. de re benef. lib. 3. quæst. 18. num. 167. & seq.

Rota in Romana Beneficiatus S. Petri 16. Iun. 1651.
coram Oradino impress. post 1. vol. cons. Farinacc. de-
cis. 3. n. 5. & in Militen. Parochialis 31. Ian. 1650. §.
nec obstat coram me.

13 Iuncta † successiua possessione Martinotij
ex capite dictę priuationis prouisi, nec non
cessione ad eius fauorem facta à Laurentio
condemnato, qui sic cedendo videtur in ne-
cessarium antecedens agnouisse veritatem
suæ priuationis à Martinotio narratæ eum-
demque Martinotium Canonicè fuisse pro-
uisum, vt per *Bald.* & alios, quos refert, & se-
quitur *Rota decis. 219. num. 3. & 4. par. 5. rec. & in*
Tirasonen. Vnionis 26. Iunii 1645. §. alterum, & §.
14 *seq. coram R. P. D. meo Otthobono.* † Vndè tan-
tum abest quod intra annum à sententia re-
clamauerit, quo casu debuisset illi beneficiū
restitui, *Millin. decis. 54. num. 9. Lotther. d. quæst.*
18. numer. 163. quod imo per dictam ces-
15 sionem † approbauit sententiam *l. 1. C. postu-*
lat. cap. quo ad consultationem de re iudic. Aym. cons.
108. num. 3. Rota in Anconitana hæreditatis 11.
Martii 1616. coram bo. mem. Vbaldo seniori.

16 Quę † verò contra dictam cessionem op-
ponuntur, non releuant; nempè quod non
fuerit facta in manibus Papæ, sed coram Emi
nentissimo Domino Cardin. Legato Vrbini,
cui potestas admittendi cessiones ad fauorem
non competit, *Rebuff. in prax. tit. de resignat.*
cond. num. 5. Paris. de resig. lib. 7. q. 13. n. 17. quod
sit simoniaca, & meticulosa.

17 Nam primum obiectum † vrgeret si Mar-
tinotius titulum desumeret ex cessione, quia
ea tanquam facta coram non habente ad id
potestatem non abdicasset ius à cedente, vt
declaratum fuit in *Colonien. Decanatus 15. Maij*
1648. §. ideo Domini coram me. Sed titulus Mar-
18 tinotij æducitur † ex prouisione Apostolica
tanquam de vacante ob priuationem, & ces-
sio allegatur non quia habeat vim resigna-
tionis, sed ad narratæ priuationis veritatem
comprobandam etiam ex ipsa confessione
Laurentij eidem cessioni implicita, quę suf-
ficit in præiudicium confitentis, *Aegid. decis.*
683. ante num. 1. Rota in Marsicen. Iurisdictionis 28.
Ianuarii 1644. §. primum adminiculum in fin. coram
me, quamuis cessio esset nulla, *Abb. in capit. 2*
num. 14. de cappell. Monach. Minad. decis. 37. nu. 11.
19 *& 12. Put. dec. 6. de confess.* † & in proximis ter
minis *Rota dec. 117. num. 2. dec. 171. num. 4.* vbi
loquitur de actu gesto coram non habente
20 sufficientem potestatem *par. prima recentiorum.*
Et in puncto quod noceat cessio facta absque
authoritate Superioris ab eo, qui per senten-
tiam fuerat priuatus tradit *Abb. in cap. nisi n. 5.*
vers. quidam sunt il 2. de renunc. Paris. de resig. lib. 7
q. 2. num. 8.

21 Simonia † non adest dum non probatur
præcedens tractatus, & conuentio *cap. Artal-*
dus 8. q. 3. gloss. in cap. quam pie verb. pactis 1. qu. 2.
Dec. cons. 118. n. 4. Paris. cons. 30. n. 21. lib. 4. Rot. dec
108. n. 4. dec. 234. n. 10. inter impress. post. cons. Fa-
22 *rinac.* † quam non probat fides extraiudicia-
lis, aut testis de auditu, *Rot. dec. 187. n. 2. apud Fa-*
23 *rin. ibid. dec. 377. n. 4. par. 4. rec.* † cumque cessio
facta fuerit longè post ius quæsitum Marti-
notio

notio ex præcedenti prouisione Apostolica tanquam de vacanti per priuationem cedentis, & possessionem à prouiso liberæ captam, & septennio continuatam, nullatenus dici potest commissa simonia, *Caputaq. decis. 239. num. 7. par. 3. Put. decis. 171. num. 9. lib. 2. Rot dec. 301. num. 5. & 6. apud Farinac. loc. cit. vbi allegatur concordantes decis. 93. num. 12. & 13. par. 4. tom.*
24 *2. recent.* † Eo minus quatenus emanasset ad vexationes quas ipse prouisus, & possessor forsan de facto pati potuisset à cedente, *Paris. cons. 135. num. 20. lib. 4. Ferrett. cons. 235. num. 2. Sanch. respon. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 30. num. 9. &*
25 *11. Buratt. decis. 307. num. 5. & 6.* † quicquid sit in alijs casibus, in quibus periculosum esse sub prætextu redimendi vexationes euitare simoniam absque beneplacito Apostolico, dixit *Rota decis. 95. num. 3. vers. nec satisfacit p. 4. recentior.*

26 Metum † tandem clarissimis probationibus ex aduerso conuincendum, *Paris. de resig. lib. 13. quæst. 1. num. 181. Rota decis. 343. num. 3*
27 *par. 6. recent.* † prorsus excludit insignis pietas Eminentissimi Domini Cardinali Cibo, tunc Legati Vrbini coram quo cessio facta fuit, *Cost. cons. 18. num. 44. Seraphin. decis. 773.*
28 *num. 17. Buratt. decis. 783. num. 12.* † Quique laudabiliter publico bono de more intentus, cessionem ad componendas harum partium inimicitias approbauit ad tradita per *Sanchez. cons. moral. lib. 2. c. 3. dub. 28. n. 2. Bonacc. de Simon. disputat. 1. q. 1. §. 1. n. 11.*

29 Et hæc † eo magis Martinotio Prioratus possessori suffragantur aduersus Flaminium qui nouissimè Prioratum impetrauit ex quo Laurentius habitu Clericali non incederet, quia cum prius propter homicidium idem Laurentius fuisset beneficio, vt supra per sententiam priuatus vsque de anno 1640. non potuit ex eiusdem persona ob subsequentem non incessum in habitu beneficium vacare, & obtineri, *cap. susceptum de rescrip. in 6. Sarnen. super reg. de infir. quæst. 15. num. 3. Lotther. de re benefic. lib. 3. quæst. 15. num. 8. Rota decis. 562. num. 3. par. 7. recentior. & in Melenitana beneficii 25. Iunii 1649.* vbi agitur in specie de dimissione habitus clericalis *coram me. Barbos.* in puncto priuati ob delictum *de iur. Ecclesiast.*
30 *lib. 3. cap. 14. num. 67.* † ac ad obtinendam absolutoriam aduersus eumdem Flaminium ex eius non iure vincere sufficit Martinotio possessori, *Cassad. decis. 3. num. 5. de restit. spoliat. & dec. 7. num. 9. super reg. Cancell. Lotther. de re benef. lib. 2. q. 42. n. 25.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

☞ *Decisio ista quæ hic allegatur in hac eadem causa sub die 5. Iulii 1649. coram eodem bo. me. Bichio, quæ est impressa in præcedenti part. 10. recentior. decis. 342.*

R. P. D. CELSO,
Postea S.R.E. CARDINALI.
Burgen. Beneficiorum.
Lunæ 26. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Beneficia Subcollectorum, quæ sunt Pontifici reseruata per Nuncios conferri minimè possunt, quàmuis illi reseruata conferendi facultatem habeant, cum ea facultas ad solam reseruationem ratione mensium extendatur.

SVMMARIVM.

1 *Vacatio beneficij probatur vbi etiam altera pars ex eadem venit vacatione.*
2 *Obitus probatur ex partita extracta è libro, in quo mortui describuntur.*
3 *Reseruatio probatur si possidens beneficium erat Subcollector.*
4 *Subcollector præsumitur vnicus.*
5 *Subcollector, vt intret reseruatio, non requiritur, quod officium exercuerit, & num. seqq.*
6 *Regula Cancellariæ de officio Subcollectoris, quomodo intelligatur, & num. seqq.*
8 *Reseruatio per obitum Subcollectoris, qui officium exercuit, nullam recipit dubitatem.*
9 *Possessio triennalis iustificari debet.*
Tempus concludenter probari debet, vbi quis se fundat in tempore. num. 9.
10 *Tempus vbi est de substantia probationis debet esse completum vsque ad vltimum momentum.*
11 *Regula de triennali possessore requirit titulum ad minus coloratum, vt saltim decennium. num. 12.*
12 *Titulus præsumitur ex annorum decem curriculo.*
13 *Diligentia facta de ordine Rotæ in libris Cancellariæ, & Cameræ Apostolicæ excludunt titulum.*
14 *Præsumptio cedit veritati.*
15 *Facultas Nuncij in conferendis beneficiis reseruatis solum reseruationem mensium comprehendit.*
16 *Impedimenta præsumuntur præstita ab illis, de quorum interesse agitur.*
17 *Citatio in odium impedientis habetur, ac si fuisset executa.*
18 *Mala fides obstat possessioni triennali.*
19 *Possessionem triennalem excludunt controuersiæ etiã extraiudiciales, & de facto.*

DECISIO CLXXVIII.

VACARVNT per obitum Francisci de mense Iunij 1641. tria Beneficia simplicia præstimonia nuncupata, de quibus tanquam de reseruatis fuit à Sede Apostolica prouisus D. Petrus Rodriquez de Pesquera; Vnde cum ipse obtinuisset committi in Rota executionem suæ prouisionis: Proposui dubium, An constet de reseruatione, quę suffragetur, & affirmatiuè responsum fuit.

1 Etenim vacatio per obitum dicti Francisci vltimi possessoris non controuertitur, † cum etiam Aduersarij habentes prouisionem ab Ordinario veniant ex eadem vacatione, *gloss. & DD. in cap. nonnulli de rescript. Seraphin. decis.*

1296.

1296. *num.6. Mantic. decis.132.numer.1. Caualer. decis.55.num.3.in fin. vers.demum probatur, & fuit dictum in Gerunden. Beneficij 4. Iulij 1642. coram R. P. D.meo Bichio*. Et vlterius iustificatur ex
2 partita formiter extracta † ex libro Capitulari in quo mortui describuntur, *Rota in Terulen. Beneficij 7. Iunij 1620. coram Manzanedo, & in Tirasonen. Canonicatus 17. Februarij 1610. coram Sarrato*.

Reseruatio verò probatur ex eo, quod Frãciscus fuit vnicus Subcollector Apostolicus
3 in Diœcesi Burgen. † cum omnimoda iurisdictione, vt patet ex litteris suæ deputationis, ibi, *Te vnicum Subcollectorem &c. Rot.coram Duran. decis.263. num.9.* prout talis in dubio præ-
4 sumitur † nisi contrariũ exaduerso probetur, ex notatis per *Mascard.de probat.concl.317.n.24. Mandos. super reg.4.quæst.1.num.3. & seq. Rota decis.225.num.15.par.7. recent.* & latè firmatum fuit in *Monopolitana Canonicatus 23. Ianuarij proxime præteriti coram Reuerendiss.D.meo Decano*.

Et licet necessarium non sit, quod ipse Frã-
5 ciscus officium prædictum † exercuerit iuxta magis veram, & receptam sententiam, quam tenet *Felin. in cap.nostra, de rescript. Paris.de resignat.lib.2.quæst.16.num.26.Caputaq.decis.141.n.1. & seqq. Duran. d. decis.263.num.3.* & cumulatis concordantibus late firmatum fuit in *Monopolitana Canonicatus 1. Iulii 1647. & 13. Ianuarii 1648. coram R.P.D.meo Rojas*; Quia verba Regulæ, quod suo tempore officia exercuerit
6 non † intelliguntur de exercitio actu, sed potentia, vt tradit *Garz.de benef.par.5.cap.1.n.345. & seq. & præsertim num.351.* vbi per extensum refert decisionem in *Vrgellen. Canonicatus 7. Maii 1593. coram Blanchetto*. Et ideo sufficit,
7 quod sit paratus † ad exercendum, *Rota decis. 252.num.4.par.2.recent. & coram Duran.dec.233. num.14.in fine.*

Nihilominus in præsenti casu constat de exercitio occasione obitus Archiepiscopi de Azeuedo, vt in processu compulsoriali fol. 177. Quibus stantibus intrat clara reseruatio
8 iuxta Regulam Cancellariæ 4. hodie 5. *& not. Gonzal.ad regul.8. glos.51. num.67. Rota in Gaditen. Beneficiorum 11. Martii 1644. coram R.P.D. meo Meltio*.

Possessio verò triennalis alias exaduerso deducta visa fuit DD.non obstare; Nam quamuis illa tueatur possessorem iam in possessorio, quam in petitorio, etiam aduersus prouisionem Apostolicam dummodo non emanauerit ex causa reseruationis in corpore iuris clausa; dicta tamen triennalis omnino erat iustificanda, quod hactenus factum non fuit,
9 nam † quãdo quis se fundat in tempore debet illud concludenter probare, *cap. in præsentia,de probat. Ias. cons.46.num.27. lib.3. Rota decis.677. num.4.par.4.diuers. & in Abulen. portionis 14. Iunii 1647. coram me*. Et quidem quod illud in-
10 tegrè completum † fuerit vsque ad vltimum momentum, *Rebuff.de pacific.possess.numer.302. Rota in recent.decis.551.num.15. par.5. & in Sauonen. Cantoria 6.Martii 1645. coram Reuerendissimo Terracinen.*

Immo ad effectum vt intret Regula de
11 triennali iustificari debuisset † titulus saltem coloratus, iuxta *decisionem Cassador. decis.7.n.2. super regul. Verall. decis.349.num.3.par.3. Cresc. decis.4.de caus.possess.& propriet. Coccin.decis.172. numer.2. & fuit dictum in Volaterana Prioratus 7. Februarij 1635. coram Pirouano*. Vel quod vltra triennium requisitum ad tuendum titu-
12 lum effluxerint † anni decem ad illum præsumendum, *Rota in Boianen. pensionis 15.Ianuarij 1603. coram Penia, in Regien. Iurispatronatus 21.Maii, & 6.Iunii 1625. coram Vbaldo, & coram Coccino decis.475. num.3. & duobus seqq. cum aliis per Lotther.de re benef.lib.2.qu.53.num.31.*

Impossibilis autem est talis probatio attentis diligentijs factis ab anno 1641. per totum annum 1650. per Officiales de ordine Rotæ à me deputatos in Registris Cancellariæ, & Ca-
13 meræ Apostolicæ, † in quibus similes expeditiones adnotari solent, vt in his terminis firmauit *Rota coram sanct.mem.Greg.decis.242.nu.6. & seqq. in Pampilonen. de Ianzi 12.Nouemb.1612. coram Coccino. & in Vrgellen. Decanatus, & Canonicatus 29.Nouembris 1649. coram me.*

Præsumptio verò cessat tum quia ab anno 1641. quo successit vacatio non intercessit tempus sufficiens ad præsumendum titulum, tum quia stantibus diligentijs prædictis in
14 contrarium factis † præsumptio cedit veritati *Felin.in cap.illud,num.7.ad fin.vers.& idem si fortè de præsumpt. Rota coram Verall.decis.45.num.2. & seqq.par.3. & in Braccharen. Parrochialis 8.Martii 1602. coram Iusto*.

Nec dicatur, quod diligentiæ huiusmodi non sufficiant dum prouisio eorundem Beneficiorum potuit spectare ad Nuncium Hispaniarum, nam facultates Nuncij conferen-
15 di beneficia reseruata † non comprehendunt aliam reseruationem, quàm ratione mensiũ, vt apparet ex eius facultatibus registratis per *Rotam decis.805. par.3.lib.3.diuers. & penes Garz. de benef.part.5.cap.3.nu.83.& seq. & tradit Gonz. super reg.8.§.2. proœm.num.55.*

Demum cum D.Petrus fuerit impeditus à Consilio Regio, ne Ioannes, & lites consortes citari potuerint, vt in Summario num.4. Impedimenta verò præsumantur præstita ab illis
16 de † quorum interesse agitur. *san. mem. Greg. decis.96.num.1. Buratt. decis.416.num.3. & in rec.*
17 *decis.309.num.3.par.7.* Citatio † in odium illorum habetur pro executa, *cap. quoniam frequenter, §. porro vt lit. contest. Rota in Agrigentina Beneficii 1.Iulii 1613. coram Sanctiss.D.N.Innocentio X. & in Volaterana Prioratus 5.Maii, & 15.Decembris 1645. coram R.P.D.meo Bichio*. Ex qua
18 propterea resultat mala fides † possidentium obstatiua triennali præscriptioni, *Card.in clem. gratia,num.8. de rescript. Felin.in cap.cum Ioannes, n.32. vers.& adde,de fid. instrum.* cum aljs pluribus relatis in *Salernitana Benef. 15.Aprilis 1644. coram R.P.D. meo Bichio*. Et tamen ad dictum
19 effectum sufficiunt † controuersiæ etiam extra iudiciales, & de facto, *Cassad.decis.6. num.7. super reg. Coccin.decis.172.num.6. Buratt.dec.699. num.1.& 2.* & plures refert *Lotther. de re benefic. lib.2.quæst.53. num.20.*

Et ita altera tantum &c.

REVERENDISSIMO P. D. MELTIO
Posteà Episcopo PAPIEN.
Romana pensionis Palatij.

Lunæ 26. Iunii 1651.

ARGVMENTVM.

Solutionem esse plenè, & concludenter probandam, & coniecturas, ac præsumptiones non sufficere ad illam inducendam constanter firmatur; Assertio solutionis non probat ad fauorem asserentis, neque suffragatur habentibus causam ab eo, & nonnulla adminicula in præsenti decisione pro corroboratione assertionis adducta reiciuntur.

SVMMARIVM

1 *Error calculi non licet.*
2 *Error calculi semper, & quomodocumque opponi potest.*
3 *Error calculi non præiudicat veritati.*
4 *Confessio non probat ad fauorem confitentis, neque suffragatur habentibus causam ab eo.*
5 *Solutio est plenè, & concludenter probanda.*
6 *Ignorantia præsumitur in tertio de rebus respicientibus factum alienum.*
7 *Extensio de vno casu ad alium prorsus diuersum fieri non potest.*
8 *Coniectura, & præsumptiones admittuntur quando agitur de materia difficilis probationis.*
9 *Solutio est plenè & concludenter probanda, nec sufficiunt coniecturæ.*
10 *Enunciatiua emissa ab eo, qui non habet facultatem disponendi nihil valet.*
11 *Pactum de stando dicto alicuius, est personale, ac personæ qualitatem, & fidem respicit.*
12 *Ac proinde eam non egreditur.*
13 *Pactum initum inter partes seruandum est, & ab eo recedi non potest.*
14 *Partita in libro descripta quarum nonnulla verificantur, cætera quoque præsumuntur vera. intellige vt num.15.*
16 *Obseruantia subsecuta optimè declarat præcedentem partium conuentionem.*
17 *Creditor. est inuerisimile, quod per longum tempus suum creditum petere neglexerit.*
18 *Inuerisimilitudo semper est reiicienda, & quare.*
19 *Clausula,* sine præiudicio, *quomodo intelligatur.*

DECISIO CLXXIX.

DOMINI permanserunt in decisis in hac causa coram me sub die 22. Iunij 1648.* ex rationibus tunc deductis: Nam quoad solutiones pensionũ in summa scut. 21685. 62. quæ probari dicebantur ex libro memoriali scripto à bon. mem. Card. Saulio, nulla alia adfuit inter partes controuersia, præterquam in scutis 80. pro quibus erratum fuit in calculando in dicto libro, quare ex meliori, ac veriori facto deinde calculo, in quo error fuit detectus, prædicta summa scutor. 21685. 62. fuit redacta ad minorem pro eadem rata
1 scutorum 80. error enim calculi non nocet, *ex l. vnic. vbi DD. & signanter Ias. sub num.6. & Dec. num.2.* qui alios refert *Cod. de error. calcul. Paris. cons.89. num.18. & 19. & 39. & consil.131. num.26. & seq. lib.1. Rota decis.393. num.3. part.4.*
2 *recent. tom.1.* † & semper, & quandocumque de eo dari potest secũdum *Bald. Alex. & Salyc. in d. l.1. in princip. C. de error. calcul. Ruin. cons.71. num.4. lib.4. Corn. cons.61. num.1. lib.4. Rot. coram*
3 *Duran. decis.259. num.11.* † quia ille facere non potest præiudicium veritati, *Mantic. decis.298. num.3.*

Duæ autem partitæ in decisione firmatæ controuertebantur per Dominos de Manfronis, nempe alia scuta 936. rationem pensionum Palatij inhabitati per ipsum Cardinalem Saulium, quæ debebantur Ioanni Augustino Iustiniano pro rata, quam habebat in dicto Palatio, pro quibus tanquam heredes dicti Cardinalis fuerunt in ea creati debitores Almæ Domus Lauretanæ Nationis Picenæ vti hæredis Marchionissæ Montoriæ, ac alia scutorum 1905. 70. ratione expensarum factarum per ipsum Cardinalem Saulium ex causa reaptationis Palatij, quæ à dictis DD. de Manfronis ascendere prætendebantur ad maiorem summam ad scuta scilicet 2285.

Et quoad primam, pensiones solutæ efferebantur ab anno 1606. vsque ad annum 1614. super quo tempore cadit tota difficultas, dicto Io. Augustino Iustiniano creditori olim Episcopi Aleriensis; ab anno autem 1614. vsque ad diem obitus dicti Cardinalis fœminis de Pallauicinis, ac q. Marchionissæ Montoriæ, à qua causam habet Alma Domus Lauretana.

Verum quia prætensæ solutiones respectu primi temporis aliunde non fuerunt probatę quam ex quibusdam assertionibus ipsiusmet Cardinalis factis in eodem actu, in quo recognouit in dominas Palatij sorores de Pallauicinis de anno 1614. dum declarauit velle haberi pro benè solutis pensiones per antea solutas creditoribus;
4 † Omisso quod huiusmodi assertiones tanquam factæ ad fauorem ipsius Cardinalis confitentis nullam probationem facere videantur, & sic non suffragentur habentibus ab eo causam, *l. qui testamentum, ff. de prob. Bart. & Imol. in l. facta, §. si hæres, ff. ad trebell. Peregr. de fideicomm. art.53. num.61. Rota coram Buratt. decis.470. num.6. & decis.497. num.3.* consideratum fuit etiam, quod tales assertiones intelligi possint de solutionibus factis vsque ad annum 1606. de quibus apparet ex assertione Cardinalis contenta in apoca cum dictis fœminis de Pallauicinis inita de anno 1621. Summario DD. de Manfronis num.4. vbi Cardinalis dixit se soluisse Iustiniano pro tempore antea decurso, quod etiam replicauit in protestatione emissa de anno 1626. contra easdem fœminas dicto Summario num.5.
5 Data † igitur possibilitate, quod assertiones Cardinalis intelligi possint de solutionibus factis vsque ad annum 1606. ista sola sufficit ex excludendam probationem illam concludentem, quam ipsi Domini de Manfronis deducere

ducere tenentur, ac fundant solum in prædictis assertionibus Cardinalis, vt nempe solutiones factæ fuerint pro annis incipientibus à 1606. vsque ad 1614. *Castr. in l. penult. §. docere, num. 3. ff. ne quis eum, Dec. cons. 37. sub numer. 9. vers. præterea*, & firmauit *Rota in Cæsaraugustana Parochialis de Maella 8. Nouembris 1599. coram bo. me. Card. Hieronymo Pamphilio.*

6 Neque† prædictis assertionibus dici potest quod acquieuerunt dictæ fœminæ, quia cum illæ respiciant factum alienum, quod gestum fuit solummodo inter Cardinalem, ac ipsum Iustinianum, in ipsis fœminis præsumitur ignorantia respectu talis actus, *Rota decis. 187.*
7 *num. 3. par. 1. recent.* † neque huiusmodi assertiones aliquam vim recipere possunt ex conuentione facta de stando assertioni Cardinalis, quia cum illa solum loquatur de expensis reaptationis Palatij, nō potest extendi ad alias assertiones, & sic ad casum prorsus diuersum, *Crauett. cons. 96. num. 4. Rimin. iun. cons. 199. n. 187. lib. 2. Honded. cons. 55. num. 36. vol. 1. & consil. 75. n. 22. lib. 2. Rot. dec. 460. n. 8. par. 1. recent. cū vulg.*

Coniecturæ ponderatæ ex parte DD. de Manfronis pro maiori corroboratione assertionum Cardinalis reputatæ fuerunt valdæ friuolæ, & leues, quæ propterea illis non suffragantur, maximè quia cum Iustinianus integrè satisfactus remanserit de suis pensionibus vsque ad annum 1606. ex supra deductis, dictæ coniecturæ applicari possunt solutioni-
8 bus dicti temporis, † vltra quod coniecturæ, & præsumptiones admittunt, ac sufficiunt, quando agitur de materia difficilis probationis, *Bald. in l. 1. num. 22. C. de fruct. & lit. expens. Natt. cons. 510. num. 7.* & fuit in Rota sæpè decisum, & præsertim in vna *Carpen. fructuum 1. Iuny 1602. coram Card. Millino, & in alia Romana liquidationis fructuum 26. Octobris 1562. corā*
9 *Orano*, talis autem dici non potest ista, † in qua agitur de solutionibus pensionum Palatij, quę plenè ac cōcludenter aliunde probari potuissent de tempore controuerso, quàm per coniecturas prout probatæ fuerunt de anteacto, ac subsequenti tempore, & sufficit quod agatur de solutionibus ad effectum, vt illæ concludenter probandæ veniant, *Rota decis. 335. nu. 8. & fin. par. 4. recent. tom. 2.*

Quæ de nouo fuerunt deducta circa præscriptionem siue statutariam, siue iuris communis visa non fuerunt vllius irreleuantiæ, cum sublata iam remaneant ex responsionibus datis in decisione quæ reuidetur sub §. *& sic prorsus destruitur.*

Respectu autem secundæ pertitæ respicientis expensas factas pro reaptatione, seu resarcimento Palatij, quæ in dicta decisione redactæ fuerunt ad summam scut. 1905. 70. prætendebant Domini de Manfronis illas esse augendas ad valdè maiorem summam, ad quē effectum exhibitus fuit liberculus quidam continens omnes expensas factas in dicto Palatio à die 19. Ianuarij 1588. vsque ad diem 23. Iulij 1622. quæ in totum ascendunt ad
10 summā scut. 2076. 81. † Verum tali liberculo nulla fuit præstita fides tanquā scripto manu Secretarij Cardinalis, qui nec enūciauit se illū scripsisse de mādato, & ordine Cardinalis, & quatenus etiā enūciasset, nec propter hoc illi fides præstaretur, nā qui non habet facultatē disponēdi, multo minus illā habet enunciandi & enunciatio nihil valet, *Bald. in l. 1. in fin. C. de Episcop. & Cler. Rota decis. 290. num. 3. par. 2. in recent.* & fuit dictum in *Burgen. iurisdictionis 10. Decembris 1584. coram bon. mem. Card. Hieronymo Pamphilio, Rota Ianuan. decis. 1. num. 18.* & valdè ponderatum fuit per Dominos, quod hoc nō spectabat ad officiū Secretarij, sed Præfecti Domus, nec probatur, vt Cardinalis dum vixit vnquā vsus fuerit tali liberculo Secretarij, vnde nec illo hodie vti possunt illius heredes pa-
11 ctum † autem de stando dicto Cardinalis, nec aduersatur, quia cum sit personale, ac personæ qualitatem, & fidem respiciat, *vt per Crau.*
12 *cons. 203. num. 2. Menoch. cons. 54. num. 15.* † eam non egreditur ex traditis per eumdem *Menoc. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 47. num. 15.*

Quare excomputandæ sunt solum illæ expensæ ad fauorem DD. de Mausronis, de quibus apparet, vel ex quietantijs Artificum, vel ex computo ipsius Cardinalis, quæ in totum ascendunt ad scuta 1605. 70. vt fuit firmatum in decisione sub §. *expensæ prætensæ*. Nec subsistere potest prætensio Almæ Domus Lauretanæ, vt solum illæ expensæ sint detrahendæ, quæ in liberculo Cardinalis apparent descriptæ, & quæ dantur in eius Summario num. 2. Quia illis addendæ sunt etiam expensæ aliæ facta ex causa necessaria, & de quibus apparet ex quietantijs Artificum, cum hoc sit de stylo
13 & consuetudine Vrbis, † immo per illarum retentione fuit expresśe factum pactum in Instrumēto locationis DD. de Manfronis sub num. 4. à quo propterea recedi nō potuit *l. 1. §. si conuenerit, ff. deposit. l. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de const. pecun. cum alys relat. per Rot. dec. 58. n. 18. par. 6. rec.*
14 Nec obstare visum fuit, † vt ex eo quod liberculus Secretarij cōtineat verificationem nonnullarum partitarum, illi propterea sit adhibenda fides etiam quoad cæteras, cum & illæ præsumendæ sint iustificatæ, ac veræ secūdum *Castr. cons. 301. lib. 1. Mant. dec. 144. n. 30. & decis. 363. num. 4. Rota decis. 543. num. 8. part. 4.*
15 *recent. tom. 3.* † nam conclusio optimè procederet si ageretur de libro nullum patiente defectum, ac scripto per aliquam personam ratione officij ad eam spectantis, secus autem est quando, vt in isto casu liber est prorsus informis, nec continet spectantia ad officium eius, qui illum scripsit, ad tradita per *Buratt. decis. 136. n. 13. decis. 156. n. 9. & dec. 199. sub n. 7.*

Quoad scuta 30. annua prætensa per DD. de Manfronis ob non factam restaurationem stabuleti, quæ ascendunt ad scuta 1080. & adcreditum eorumdem de Manfronis apponenda esse firmat eadem decisio sub §. *Remanent nunc*, & §. sequenti, licet de nouo controuertantur ab informantibus pro Alma Domo Lauretana, nihilominus Dominis visum fuit circa hoc irrefragabile fundamentum decisionis, & nihil deduci, quod per eam non tolla-
16 tur, † & præsertim se valdè fundarunt super obser-

obseruantia subsecuta resultante ex eo, quod à locatrice fuerunt semper receptæ pensiones Palatij cum diminutione dictorum annuorũ scutorum 30. quæ in Instrumento locationis inter partes contrahentes conuentum fuit, vt relaxarentur ipsi Cardinali conductori, donec dictum stabuletũ fuisset restauratum, huiusmodi enim sub ecuta obseruantia optimè declarat ex qua causa non fuerit facta solutio dictorum scutorum 30. annuorum, *Rota de-*
17 *cis.434.num.4.part.4.recent.* † & quod stabuletum nunquam fuit reaptatum saltem tali modo, quo Cardinali dicta scuta 30. annua retinere amplius non liceret, quia si verè reaptatum fuisset, vt ab initio locationis partes intellexerãt valdè inuerisimile redderetur, quod locatrix per tam longum cursum annorum permisisset, vt Cardinalis annua scuta 30. retinuisset, ac ipsa suum creditum petere neglexisset, *Crauett.cons.269.numer.7. & 8. Rota coram Card. Mellino decis.189.num.6. cum allegatis in de-*
18 *cisione §. sed circa hoc*, † quæcumquè inuerisimilitudines semper sunt reijciendę, cum imaginem falsitatis præseferant, *Bald. in l.1. C. de seru. fugit. Rota coram Penia decis.346.num.10.*

19 Minus refragatur, † quod in quietantijs adsit clausula, sine præiudicio omnium iurium locatricis; Quia ea solummodo præseruat præiudicium aliunde resultans, quam ab expresso consensu diminutæ solutioni tunc pręstito, cum clausula super intelligatur præter expressa, *Gabr. consil.51. num.38. lib.2. Coccin. decis.196. num.6. Rota in recent. decis.192. num.5. parte 1.*

Et ita decisum fuit vtraque parte informante &c.

Impressa est ista decisio in hac eadem causa emanata sub die 22. Iunij 1648. coram eodem Reuerendiss. Papien. supra in par.10. recent. decis.225.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Romana fideicommissi de Candidis.

Lunæ 26. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Legitima quæ tantum mortuo patre debetur filijs, cum censeatur electa in bonis à filio alienatis, efficit nec valeat fideicommissarius dd. bona vllo modo recuperare; Quid autem in d. legitimam veniat imputandum ex sequentibus videbis.

SVMMARIVM.

1 *Bona alienata à grauato & electa in causam legitimæ recuperari nequeunt à fideicommissarijs.*
2 *Fœmina quoties ad augendam legitimam connumerari debent dos eisdem soluta in calculo hæreditatis venit ponenda.*
3 *Aes alienum detrahi debet informando statu hæreditatis.*
4 *Testes contestes plene probant.*
5 *Duplicatio partitarum euitanda.*
6 *Legitimi est semis vbi filij sint quatuor.*
7 *Officia empta à patre filio cadant ne in computum legitimæ.*
Legitima post patris obitum est tantummodo debita num.8.
9 *Dos in vita patris soluta succedit loco legitimæ.*
10 *Filia dotata facit numerum ad augendam legitimam.*
11 *Statutum Vrbis lib.1. cap.14. cuius fauorem respexisse dicatur.*
12 *Bona alienata computantur in legitimam.*
13 *Fideicommissarius pro rata competentis detractionis bona alienata auocare prohibetur.*
14 *Immissio fideicommissario debetur pro indiuiso, vbi pro certa rata competunt detractiones.*
Fideicommissarius vbi est etiam hæres beneficiatus alienantis, quando ratione consensus alienationi præstiti sibi præiudicet.

DECISIO CLXXX.

FRATRIBVS de Candidis ad domum cum tribus apotecis Ioannis fideicommisso suppositam, & à grauatis ipsius hæredibus in Ceccarellos alienatam agentibus, contra DD. de Stellis modernos prædictorum corporum possessores, fuerat denegata immissio coram me sub die 10. Martij anni 1649. * Quod illa præelecta foret in causam legitimè adeo-
1 que † ab ascendentis fideicommisso dispositione iuris euulsa, à sequentibus in gradu successiuè vocatis recuperari nequeat ad *tex. in l.1.C. ad S.n.Consul. Trebell. Bart. in l. si tertius, ff. de acq.plu.acren.num.3. Ripa in l. in quartum n.4 ff. ad l. falcid. Rot. coram Card. Mellino decis. 310. nu.3. & in Viterbien. fideicommissi 27. Iunij 1614. coram Manzanedo:* Cum verò ijdem fratres prætensam grauatorum hæredum nomine legitimam ex alienationibus, domus venditionem, præcedentibus consumptam fuisse contenderent; super subsistentia decisionis pluries per me reproposito dubio tandem DD. ipsam hodie reformando decreuerunt. Fideicommissariis immissionem pro indiuiso in rata tamen inferius exprimenda.

Quoniam Ioannis Patrimonium ex sequẽtibus constasse corporibus domo scilicet controuersa valoris scut. 10000. cæterisque contiguis in scutis 4000. extimatis duabus præterea vineis, altera scut. 1200. prope Montem Testaceum constituta, altera scut. 350. extra Portam S. Ioannis consistente duabus Officij Societatibus scut.200. duobus censibus altero scut. 500. altero verò scutor. 150. mercibus valoris sc.6000. mobilibus denique pro sc.800 extimatis dignoscitur ex calculo hæreditatis de ordine DD. coram me ab vtraque parte subscripto ibidem tamen comprehensis scutis 3000. bis centum pro dote trium filiarum,
2 patre viuente, persolutis, † quæ reducuntur ad calculum hæreditatis quoties illæ ad augẽdam legitimam connumerari debent, *iuxt.tex. in l. quoniam nouella, C. de inoff.testam. Rip. in l. in quartam num.152.ff. ad l.falcid. Crass. in §. legitima. quæst.23. Gabr.cons.132.nu.4. cum seqq.lib.2. Pereg. de fideicom.art.36.num.131. Thesaur.decis.159.n.4. & 18. Capic. decis. 158. Criuell. decis. Dolana 97. num.8.*

num.8. cum seqq. & plures alij relati per Margil. de imput. quæst.14. num.29. cum seqq. Merlin. de legit. lib.2.tit.2.quæst.20. num.3. cum seqq. Ciriac. contr. 385. num. 6. & 7. Ac inde detractis scutis nonigentis, in dissolutionem alieni æris fideicõmittentis, per emptorem domus erogatis, quæ

3 in hæreditatis Asse, † nonnisi deducto ære alieno firmando, connumerari non possunt, *ad tex. in l. subsignatum, §. bona, ff. de verb. signific. & in l. mulier bona, ff. de iur. dot. cum alijs per Menoch. de præsumpt. lib.4. præsumpt. 109. num.8. & præsumpt.143. num.14. Rota coram Buratt. dec.254. num.2. & coram Vrgell. 348. num. 5.* Tum scutis quoque ter mille, per eosdem grauatos hæredes insumptis in perfectionem domus fideicommissariæ ex capitali mercium scutorum sex millium, in paterna hæreditate remanso, vt benè comprobant testes in Summ. fratrum de Candidis num.7. inter se contestes, ac de

4 facto proprio cum consona scientiæ causa deponentes, secundum *Gabr. de test. concl.5. nu.80. Farin. eod. tract. quæst.46. num.36. & 208. Rot. coram Cas. de Grass. decis.10. de test. num.3. & 4. coram Puteo decis.8. lib. 1. & in Alerien. pensionis 7. Iunij 1634. coram Eminentiss. D. Card. Verospio;* presertim quia ex vrgenti verisimilitudinis ratione fulciuntur, ex instrumentis in causa productis elicita, videlicet quod proprium illi peculium numquam habuerint, quinimò consumpserint alienum, scilicet paternum; Quare hæc quoque summa detrahi debet ex calculo hæreditatis, ne eius duplicatio contingat in præfatis, videlicet, mercibus pro scutis sex mille ibidem calculatis, & in pretio domus in scutis decem millibus successiue descripto, omnibus tamen expensis, atque me-

5 lioramentis ibidem comprehensis, † prout alias duplicationem exinde deduxit *Rota, atque reiecit in vna Romana Computorum 10. Martij 1636. coram Eminentiss. D. Card. Machiauello, & in alijs relatis in Romana supplementi legitimæ 24. Aprilis præteriti coram me,* & ex his præterea conuincitur prædictum Ioannis patrimonium ad scuta duo, ac viginti mille, ac quingenta successiue ascendisse.

Legitima vero septem superstitibus filijs, quatuor scilicet masculis, tribusque fœminis, siue ex naturæ debito, siue de iuri ciuili præ-

7 standa † dimidium Assis videtur æquasse, *iuxt. tex. in auth. nouissima, C. de inoff. testam. & in §.1. auth. de triente, & semisse Pereg. de fideicom. art. 36 num.2. Crass. in §. legitima quæst.7. num.2. Merlin. eod. tract. lib.1. tit.3. quæst.1. num.4. Rot. decis.266. par.1. diuers.* In scutis proinde 11250. sancienda quod neque ex officio Assessoris Magistri Viarum Iosepho alteri, ex filijs à patre adhuc viuente assignato, fuerit diminuta, neque ex dote filiabus fœminis in vita patris pariter at-

8 tributa: † Tum quia non constat prædictum officium consignatum fuisse in causam legitimæ post patris obitum tantummodo debitæ, *ad text. in l.1. §. si puberi, ff. de collat. bonorum ibique Bart. D.D. in l. titia, ff. de verb. oblig. vbi Aret. num.3. Socc. num.31. Auson. num.160. & de communi testatur Becc. cons.34. num.19. lib.1. Crass. in §. legitima quæst.12. num.1.* quinimo contraria potius illud non imputandi voluntas dignoscitur ex testamento paterno eidem quoque Iosepho institutionis iure deferente legitimam: Tum

9 quia dos in vita patris persoluta, † statuti verbis bene perpensis lib.1. cap.141. successit loco legitimæ ex notatis *per Anchar. cons.132. num.1. in fin. Socc. iun. cons.135. num.26. Honded. cons.53. num.10. lib.2. Surd. de alim. tit.3. quæst.1. num.63. Simon de Prat. de interpret. vltim. volunt. interpret.1. dubit.5. solut.4. num.18. Merlin. de legit. lib.3. tit.1. quæst.8. num. 49. & respondit Rot. penes Buratt. decis.215. num.11. & decis.266. num.3. & 4. par. 1. diuers. & decis.128. num.9. par.5. recent.* Nec ipsas

10 proinde filias exclusit, † quin numerum faciant, ac partem in calculo legitimæ faciendo secundum *Castr. in l. huiusmodi 86. §. si titio num.2. in fin. ff. de legat.1. & cons.287. num.4. vers. nam filiæ non totaliter excluduntur. Ang. in l.1. §. in 1. nu.3. in fin. C. de caduc. toll. Iason. in authen. nouissima num.47. in fin. C. de inoff. testam. Decian. respons.46. num.29. & 30. Gabr. de legit. concl.2. n.5 Merlin. eod. tract. lib.1. tit.4. quæst.6. num.14. Peregr. de fideicomm. art.38. num.20.*

Veruntamen supplementum prædictum ex filiarum persona ab hæreditatis Asse detractum fratrum legitimam augere non potuit, sed in vtilitatem potius hæreditatis paternæ remansit fauore Agnatorum, qui in auito testamento fuerant substituti; Siquidem statu-

11 tum ad d. cap. 141. lib. 1. † filiabus, ac neptibus, & ipsarum quoque hæredibus præcipit expresse, ne voluntatem patris, seu auitam audeant impugnare, aliquid præter dotem sibi assignatam, sub prætextu quocumque petendo ab eorum hæredibus de agnatione etiã transuersali; Quod equidem statutum dici nõ posset in fratrum masculorum fauorem, ad augendam ipsorum legitimam, simpliciter inductum fuisse, vel esse referendum, cum agnatos quoque transuersales in verbis comprehendat expresse, quorum etiam institutio earundem fœminarum fratres procul dubio excluderet ab huiusmodi supplemento: è contravero extraneorum vocatio filias fœminas ab eius consecutione non repelleret, fratres licet masculi à patre tamen non scripti hæredes extarent; Adeoque censendum est ad consecrationem hæreditatis in agnatos ex paterna dispositione delatæ potius respexisse, quam ad commodum fratrum fœminarum, vt maturè ad partes articulo discusso bis censuit *Rota in Romana de Lante coram bo. me. Coccino sub die 14. Maij 1635. & 11. Ianuarij sequentis relatis post Fenzon. decis.99. num.100.*

Quare portiones legitimæ ad quatuor fratres masculos spectantes non videntur excedere valorem scut. 6428. & obul. 56. in quas tamen imputari debent sequentes partitę, quę ante domus venditionem distractæ fuerant,

12 & ex eo proinde tempore respectiue cesserant in creditum legitimæ pro concurrenti quantitate dissoluendum, *per tex. in l. Marcell. §. res quæ, ff. ad Trebell. & in authen. res quæ, C. commu. delegat. Gabr. de legit. concl.4. num.8. Pereg. de fideicom. art.39. num.1. Rot. coram Greg. decis. 580. nu.1. & coram Seraph. decis.321. num.16. & 215. num. 2. part. 2.*

part. 2. recent. & in Narnien. fideicommissi 3. Iulij 1622. coram bo. me. Merlino, penes eundem Merlin. de legit. decis. 1. num. 9.

Harum itaque prima probatur esse anterior alienatione domus subsecuta de anno 1608. quod ex duabus societatibus Officij hæreditarijs in summa scutorum bis centum retracta fuerat de anno 1602. tunc temporis per eosdem grauatos hæredes extinctis; Altera scutorum centum ab hæreditario censu prouueniens ex Summ. fratrum de Candidis num. 1. exacta probatur de anno 1604. Tertia scutorum quingentorum præcessisse conuincitur ex Instrumento redempti census in eadem rata sub die 4, Martij 1604. a Confraternitate S. Spiritus Nationis Neapolitanæ dato in fratrum Summ. num. 7. Quarta denique valoris scut. 1418. & obulorum 27. retracta ex capituli mercium in paterna hæreditate remanso, controuerti non potest quin ante alienatam domum consumpta fuerit; siquidem constat ex depositionibus testium in Sum. fratrum num. 5. merces Ioannis hæreditarias valoris extitisse scut. 6000. (prout ad hanc etiam quātitatem eas pars vtraque reduxit in calculo) ex quibus scuta 3000. in meliorem præfatæ domus constructionem cessisse superius ostensum fuit: Aliæ vero valoris scut. 1681. ac obul. 73. assignatæ probantur in computum legitimæ Io Baptistæ alteri ex eisdem fratribus, & à Camilla matre atque tutrice in eandem legitimæ causam iustificantur successiuè receptæ, ex Instrumento ædito 5. Nouembris 1607 in Sum. fratrum num. 1. pro qua rata merces prædictæ conuincuntur extitisse post prælectam in domo ab eisdem frattribus solemniter legitimam ex confessione iudiciali ipsiusmet Io. Baptistæ sub die 14. Iulij 1609. relata in Sum. num. 4. Residuum itaque mercium valoris scut. 1418. ante venditionem domus omnino consumptum remansisse probatur ex confessionibus repetitis, atque declarationibus tam ipsorummet fratrum, quam Camillæ matris, atque tutricis, tum in instrumento exarato 5. Nouembris 1607. tum in cæteris alienationis instrumentis eiusdem domus cum Ceccarello initis 12. die Maij 1608. & 2. Ianuarij 1616. relatis in Summ. num. 2. & 3. Verum etiam ex depositionibus testium in Summ. fratrum exhibitis num. 5.

Hic vero sequitur in legitimam non esse imputanda mobilia, quæ ex prædicto actu iudiciali ædito 4. Iulij 1609. post alienatæ domus instrumentum probantur extitisse, neque pretium in scutis biscentum postmodum numeratum pro rata eiusdem domus de sequenti anno 1609. successiuè distracta, prout etiam inde conuincitur prælectam à grauatis hęredibus in alienata domo legitimam pro rata tantummodo scut. 4210. & obul. 29. posse subsistere, dum reliquam ipsius legitimæ partem antecedentes alienationes absorpserant:

13 Pro qua itaque rata, † necnon pro scutis 900 in dissolutionem æris alieni fideicommittentis per domus emptorem erogatis, substituti hæredes eandem domum à tertijs possessoribus auocare non poterunt *ad tex. in l. fil. fam. §. diui, ff. de legat. 2. & in l. pater filium, ff. de legat. 3. notant DD. communiter in l. cum hæreditas, ff. ad Trebell. cum alijs adduct. per Pereg. de fideicomm. art. 93. num. 2. & in decis. Greg. 299. num. 1. & in decis. Buratt. decis. 290. num. 3. & in decis. præterita in princ. & in Romana fideicommissi de Cartolis 20. Nouembris 1647. in §. cum enim, coram me.* Li-

14 cet pro residuo, videlicet in scutis 4889. obul. 11. iure merito assequi debeant immissionem pro indiuiso, vt alias *Rota decreuit in vna Romana fideicommissi de Spiritibus sub die 12. Decembris 1644. coram R. P. D. meo Bichio, & in vna Romana fideicommissi de Zuccaris 4. Februarij 1650. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Neque huic immissioni repugnat ratificatio alienationis siue Io. Baptistæ alterius ex filijs, siue eorumdemmet fratrum de Candidis ipsius hæredum ex retrouenditione cuiusdam apothecæ, ac successiua pretij exactione deducta. Quoniam hæredes existunt tantummodo beneficiati, nec ideo ex necessario retrouenditionis actu sub titulo quoque beneficiati hæredis gesto aliquod præiudicium eis

15 debet resultare, † præsertim dum nec mentio fideicommissi facta fuit, & expressa fideicommittentis prohibitio alienationi cuicumque resistit *ex trad. per Bart. in l. obser. sub num. 7 ff. de officio proconsul. Bald. in l. mancip. num. 1. C. de reb. alienis non alien.* & alijs relatis auctoritatibus respondit *Rot. in Bononien. fideicommissi de Rubeis 30. Maij 1646. in §. denium, coram R. P. D. meo Corrado.*

Et ita vtraque &c.

Decisio ista, quæ hic allegatur in hac eadem causa facta sub die 10. Iunij 1649. est in præcedenti part. 10. recent. decis. 294.

REVERENDISS. P. D. CERRO
S. Rot. Rom. DECANO.

Romana fideicommissi de Coronis.

Lunæ 26. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Testator si instituerit hæredes suos nepotes, et fratre natos, & in casu deficientiæ lineæ masculinæ substituerit, filias institutorum, magis proximiores, dubitatur, an in casu deficientiæ dictæ lineæ masculinæ dicta substitutio comprehendat fœminas sorores germanas dictorum hæredum institutorum, & resolutio est negatiua, ex rationibus in decisione deductis.

SVMMARIVM.

1 *Sub Descendentium appellatione non veniunt sorores.*

2 *Descendentium appellatione non veniunt sorores, etiam si omnes fœminæ proximiores de gradu in gradu fuerint vocatæ & num. 3.*

4 *Verba continuata, referri debent ad ea, quæ superius*

rius dicta sunt, & non ad diuersa.

6 *Agnationis conseruandæ ratio dicitur habita ex prohibitione alienationis expressa, stante amplitudine verborum.*

7 *Quod tamen intellige, si præfata ratio ad certas personas non sit restricta.*

8 *Agnationis conseruandæ ratio, quando ad certas personas dicatur restricta & num. 12.*

9 *Verba sæpius geminata, apposita in principio in medio, & in fine, qualificant totam dispositionem.*

10 *Verba geminata debent referri ad specialiter expressa, & impediunt extensionem ad non expressa*

11 *Agnationis conseruandæ ratio, licet alias sit apta, extendere fideicommissum, tamen cessat id, quando certæ personæ sunt tantum expressæ, & tantum consideratæ.*

13 *Alienationis prohibitio, quando fuit restricta ad certas personas & in casu alienationis ipsi soli priuantur, quid inde sequatur.*

14 *Priuatio supponit habitum.*

15 *Relaxatio supponit vinculum.*

16 *Testator eos tantum honorare præsumitur, quibus alienationem prohibuit.*

17 *Nepotum, & descendentium specificatio facta post generalem nominationem familiæ impertat vocationem aliorum.*

18 *Quod tamen non procedit, quando familia in parte dispositiua vocata non fuit, sed ad certas solum personas, restricta fuit vocatio.*

19 *Restrictio facienda est ad personas specificatas.*

20 *Dictio, &, posita inter denominationem familiæ, & expressionem hæredum institutorum, illorumque descendentium, non valet importare ampliorem vocationem, & num. 21.*

22 *Dictio, &, posita inter genus, & speciem stat expositiue.*

23 *Familiæ generalis denominatio, quando stet declaratiue, & sic restringatur ad personas expressas.*

24 *Bart. & glos. in leg. cum ita 33. §. in fideicomissis ff. de legat. 2. quando eorum doctrina non intret.*

25 *Pater, non potest transferre in filios ius, quod non habet nec directe, nec indirecte.*

26 *Vocatus non potest dici ille, qui ex clara mente Testatoris est exclusus.*

27 *Fideicommissum, quando viuente fideicommissario non fuit purificatum, nec ab eo cognitum, non potest transmitti ad hæredes.*

28 *Institutio facta filio, sub mentione quod descendat à Patre illa censetur hæreditas relicta contemplatione patris.*

29 *Filio relictum, censetur proprio, non autem patris contemplatione relictum.*

Quod procedit, etiam si adiectum sit nomen patris.

30 *Filius alicuius, quando denominatur sub mentione patris, demonstrationis, & identatis ratione, censetur facta talis mentio.*

31 *Idque sine dubio procedit, si aliquid fuit relictum filio, quod ei relinqui potuit amplia num. 32.*

33 *Legatum factum à consanguineo, filio sui consanguinei, censetur factum contemplatione patris.*

34 *Quod tamen intellige verum dum fuit relictum, id ad quod Pater tenebatur, vel in causam in quam ipse erat obligatus, secus è contra num. 35.*

35 *Filio relictum, censetur ipsius, & non patris contemplatione relictum, si ad ipsius tantum filij commoditatem tendat.*

DECISIO CLXXXI.

FVIT etiam resolutum, prout aliàs decisum fuerat sub die 18. *Ianuarij* 1647. coram Me, non constare * de fideicommisso, ad quod Angelica sit vocata, quia cum Simon de Coronis Testator, deficiente linea masculina Martini, Melchiorris, Pauli, & Francisci eius ex Anastasio Fratre Nepotum, & hæredum institutorum, substituerit filias fœminas magis proximiores, huiusmodi fœminarum substitutio non compræhendit Angeli-
1 cam, quæ † non est filia, sed germana soror hæredum Institutorum, *vt firmatum fuit in hac eadem causa 18. Iunij 1631. coram bon. me. Merlino, in recent. decis. 519. num. 7. & 8. & 24. part. 5. & in decisione edita coram me §. His tamen non obstanti-*
2 *bus*: Idque etiam si omnes fœminas † proximiores vocauerit de gradu in gradum, vsque
3 in infinitum, quia huiusmodi vocatio, est intelligenda de omnibus fœminis, quæ à præfatis institutis descendant; Cum enim in præ-
4 cedenti dispositione nulla pænitus † mentio, facta fuerit filiorum, nec descendentium lineæ masculinæ alterius, quam dictorum qua-
5 tuor Nepotum, vtique sequentia verba continuatiua, fœminas compræhendentia, ad eosdem pariter necessario referri debent *vt probant Soccin. Iun. cons. 69. num. 30. cum seqq. lib. 3. Ruin. cons. 102. num. 11. lib. 2. Paris. cons. 18. num. 21. cum seqq. lib. 2. & cons. 72. sub num. 34. lib. 4. Bursat. consil. 228. sub num. 59. Decian. cons. 7. num. 48. 49. & 74. cum seqq. lib. 2. Surd. cons. 21. nu. 10. & cons. 564. sub num. 7 Molin. de primog. lib. 3. cap. 5. num. 60. Peregr. de fideic. art. 25. sub num. 3. cum alijs allegatis in Bononien. fideicommissi de Barberijs 5. Decembris præteriti coram R. P. D. meo Corrado §. Aduertendum est tamen.*

Nec repugnat ratio conseruandæ agnatio-
6 nis, quam licet in prohibitione alienationis expræssam, ex intentione testatoris, fideicommissum extendere, ob amplitudinem verborum, maximè contendebant scribentes pro Angelica.

Placuit enim responsio Decisionis, quod hoc procederet, si præfata ratio ad certas per-
7 sonas † restricta non fuisset *iuxta doctrinam Bartol. in l. Pater filium 36. §. fundum sub num. 3. ff. de legat. 3. comprobatam in Bononien. fideicommissi de Pancaldis 16. Februarij 1640. coram Card. Panzirolo, & 18. Iunij 1642. coram me*: Secus autem in proposito, quo ex toto contextu dispositionis attente considerato, & signanter ex infra-
8 scriptis verbis clarè detegitur † ad illas fuisse restrictam, ibi, *Et etiam quia mediantibus facultatibus conseruantur familiæ, & agnationes, ac memoria defunctorum, propterea dictus D. Testator pro ipsa familia, & agnatione conseruanda &c. voluit, atque mandauit, vt bona præfata &c. semper, & perpetuo in infinitum de gradu in gradum sint, permaneant, & conseruentur in ipsa familia, & agnatione de Coronis, & penes supradictos eius nepotes hæredes*

redes institutos, vt suprà, & ipsorum nepotum, & hæredum filios, nepotes, & alios descendentes masculos per masculos, ac ibi, *Et hoc pro honore honestate & dignitate Domus, & familia de Coronis, dictorumque eius nepotum, & descendentium; vt supra &c.* Hoc enim casu, quia dicta verba, *& penes supradictos eius nepotes hæredes institutos, vt suprà, dictorumque eius nepotum, & descendentium, vt*
9 *suprà* sæpius geminata, & apposita † in principio medio, & fine totam dispositionem qualificant *l. 3. §. filius inter medius ff. de lib. & posthum. Angel. cons. 28. num. 2. Anchar. cons. 65. num. 2. Decian. cons. 70. nu. 19. lib. 3. Grat. decis. March. 135.*
10 *num. 14.* illamque restringunt † ad personas specialiter expressas, ac impediunt compræhensionem aliarum præter nominatas *ad text. in l. qui liberis §. hac verba ff. de vulg. & pupill. Aym. cons. 98. num. 8. Menoch. cons. 86. num. 43. cum seq. & cons. 610. num. 2. & seqq. Fusar. cons. 89. nu. 4 Surd. cons. 123. num. 13. & decis. 85. num. 3. Rot. decis. 272. num. 6. & 8. ac decis. 283. num. 9. par. 6. recent.*
11 Præfata ratio; † alias apta fideicommissum extendere, & lineam tam effectiuam, quam contentiuam compræhendere, illud non ampliat vltra personas expresse consideratas, nec egreditur descendentes lineæ effectiuæ hęredũ institutorum, ad quos propterea refertur *iuxta celebre cons. Dec. 636. num. 7. & 12. à DD, & à Rota comprobatum, ex auctoritatibus plenè allegatis in dicta decisione §. fuit enim responsum, & præter eas Rota in Vrbeuetana fideicommissi 9. Februarij 1608. coram Ottembergo §. in proemio autem, & nuperrimè in Bononien. fideicommissi de Ruggerijs 14. Iunij 1647. & 1. Aprilis 1650. coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Quæ clariora redduntur ex sequentibus ver-
12 bis alienationis, † prohibitionem, & pœnam alienantium concernentibus, ibi, *Et prohibuit bona prædicta vendi, vel aliàs transferri ad alias quasuis personas, sed semper, & perpetue, ac in infinitum, vt suprà permaneant, & permanere debeant ac sint penes supradictos hæredes eius nepotes, & alios ex ijsdem respectiuè vsque in infinitum descendentes &c. & si contigerit eosdem suos descendentes, & alios vt supra nominatos contrafacere, voluit contrafacere volentem statim priuatum esse &c. & in tantum bona ipsa ad omnes supradictos integraliter deueniant, quod nec momento remaneant, & sint penes alios &c. & taliter quod bona præfata nunquam vendantur ab aliquo suorum nepotum, & hæredum, ac descendentium masculorum*, Hinc enim dum solis institutis, eorumque descendentibus superius explicitè no-
13 minatis † alienatio prohibita fuit, & in casu contrauentionis ipsi solum priuantur, per necesse infertur eosdem tantummodo vocationis titulo honoratos fuisse *ad text. in l. ab eo C. de fideic. quem communiter sequuntur DD. in l. centurio ff. de vulg. & pupill. ac comprobant Ias. cons. 228. num. 10. lib. 2. Ceph. cons. 17. num. 15.* Sicut enim
14 regulariter † priuatio supponit habitum, *l. decem ff. de verb. obligat. DD. in l. non videtur rem*
15 *amittere ff. de reg. Iur.* Et relaxatio † vinculum *cap. ad dissoluendum de sponsal.* Ità etiam in casu nostro, superius ponderata verba, manifestè ostendunt Testatorem eos dumtaxat honora-
16 re voluisse, quibus alienationem † prohibuit, & pœnam priuationis adscripsit.

Minusué refragatur repetita responsio, quod specificatio nepotum, & descendentium post
17 generalem mentionem † familiæ de Coronis importet solum illorum prælationem, non autem exclusionem aliarum personarum, sub illius generica denominatione comprehensarum *ex gloss. & Bart. in l. cum ità 33. §. in fideicommisso ff. de leg. 2. cum alijs ab informantibus latè congestis.*

Quia præter quod non procedit in proposi-
18 sito, quo familia in parte dispositiua vocata non fuit, sed ad certas dumtaxat personas vocatio restricta legitur, ad quas propterea ea-
19 dem pariter specificatio † restrictionem recipere debet, *vt notant Bart. Mol. & Fusar. allegati in dicta decisione §. Obiectum enim*, Existimarunt hodie Domini, eam penitus cessare, animaduertentes, quod attenta subiecta materia, dictoque testamenti contextu, dictio illa, *Et,*
20 posita inter denominationem familiæ, & expressionem hæredum institutorum, illorumque descendentium, ibi, *sint permaneant, & conseruentur in ipsa familia, & agnatione de Coronis, & penes supradictos eius nepotes hæredes institutos, vt supra &c. ibi; & hoc pro honore, honestate, & dignitate Domus, & familiæ de Coronis, dictorumque eius nepotum, & descendentium, vt supra*, importare non potest ampliorem voca-
21 tionem † sed solum designat declarationem, & explicationem perinde ac si testator dixisset, *permaneant, & conseruentur in ipsa familia, & agnatione de Coronis, idest penès supradictos eius nepotes hæredes institutos, vt supra &c.* Cum præfa-
22 ta dictio † posita, prout hic, inter genus, & speciem stet expositiuè, ac declaratiuè, & exponatur pro, *idest, vt declarant Odd. cons. 45. numer. 45. P. Cened. singul. 50. sub num. 12. Gonzal. super reg. 8. Cancell. gloss. 3. num. 9. & alijs relatis optimè respondit Rot. in Regien. Pensionis 5. Maij 1631 coram Reuerendiss. D. meo Decano in recent. decis. 38 num. 12. part. 6. & decis. 173. num. 35. part. 7.* Atquè ideò exindè necessario sequitur quod cum ge-
23 neralis illa † denominatio familiæ declaratiuè restringatur ad personas expressas, non sumus in terminis allegatæ prælationis, & conse-
24 quenter non applicantur † *gloss. Bart. aliique DD. ab altera parte adducti.*

Exclusa igitur Angelica, tàm ex defectu propriæ vocationis, quam ob restrictam rationem conseruandæ agnationis, multo minus admitti potest ex persona Anastasij Patris, quia nullum ius succedendi illi competebat,
25 quod legitimè potuerit ad eius hæredes trãsmittere, non enim directè, ex quo vocatus
26 non fuit; † quinimò ex clara Testatoris voluntate censetur exclusus, dum ipso ad huc viuente, eius soli filij ab eo instituti fuerunt, *vt præter adductos in dicta decisione §. quantum enim facit, text. in l. cum Prætor ff. de Iudic. & in l. cum ita §. in fideicommisso ff. de legat. 2. Rip. in l. 1. sub num. 61. ff. de vulg. & pupill. Decian. cons. 10. nu. 27. lib. 3. Card. Mant. de coniect. lib. 6. tit. 11. num. 11. & lib. 11. tit. 15. sub num. 1.* Neque per fideicommissum, dum est restrictum ad hæredes institutos, illorumque descendentes ex superius probatis:

probatis: Vltra quod cum præfatum fideicō-
27 missum, ipso † viuente, purificatum non fuerit, nec ab eo cognitum, ad eius hæredes transmitti non potuit *Peregr. de fideic. art. 43. sub num. 45. & seq. Fusar. de substit. quæst. 490. num. 1. cum seqq. cum concordantibus congestis in Romana de Mellinis 15. Ianuarij 1644. coram me, §. & hinc est, & in Romana fideicommissi de Marianis 1. Martij 1649. coram R.P.D. meo Roias §. nec dici potest.*

Nec subsistit quod Institutio dd. hæredum
28 facta sub expressione, quod ab † Anastasio descenderent, eius contemplatione facta videatur, eique hæreditas vti profectitia acquisita dicatur.

Quoniam regula est pro filijs, quod eis re-
29 lictum proprio, non autem † Patris contemplatione relictum censeatur, *l. final. in fin. Cod. de vsufruct.* Idque etiam si vocati fuerint
30 adiecto nomine Patris, quia cum † non fuerit facta mentio Patriæ potestatis, eius denominatio, demonstrationis causa tantummodo facta videtur, *Bart. in l. filiosfamilias la seconda num. 1. ff. de donat. caus. mort.* firmans pro indu-
31 bitato hoc † procedere, si agatur de relicto, quod filio quæri possit, *Imol. in l. filio familias num. 2. ff. de condit. & demonstrat. Bero consil. 155. nu. 9. lib. 3. Ruin. cons. 194. nu. 3. lib. 2. Card. Mant. de coniect. lib. 8. tit. 16. numer. 4. Simon. de Prat. de Interpret. vlt. volunt. lib. 1. solut. 6. num. 14. & 15. fol. mihi 66. Cas. de Graff. decis. 2. num. 3. de donat.*

Præsertim, quando prout hic, filij iam nati
32 erant, & proprio † ipsorum nomine vocati leguntur, *vt notant Afflict. in cap. 1. numer. 21. de alienan. feud. Patern.* Et licèt præfata limitentur in relicto facto per consanguineum, ex qua ratione consanguinitatis Testator motus vi-
33 deantur † ad relinquendum filio beneficio, & contemplatione Patris, *vt tradit alys allegati, Simon. de Prat. d. solut. 6. num. 17.* Huiusmodi tamen limitatio recipitur, quando relinqui-
34 tur; id, ad quod † Pater tenebatur, vel in causam, ad quam ipse erat obligatus, *vt declarant Surd. cons. 488. num. 20. & Card Mant. d. tit. 16. num. 8.* Secus autem vbi relictum fuit, prout hic, quod à Patre non erat debitū, hoc enim
35 casu, quia ex tali relicto ipse † subleuatur, nisi aliter constet contraria voluntate (quæ tamen in proposito potius est cōtra Patrem, dum nullibi in Testamento fuit vocatus, vt
36 dictum est) relictum † censetur contemplatione filij, in cuius solam vtilitatem, & commodum tendit, *ex adductis per Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. quæst. 16. num. 16. Hodiern. in annot. ad Surd. decis. 322. num. 20. & 26.*

Et ita vtraque, &c.

☞ *Magistralis hæc decisio in hac eadem causa emanata coram eodem Reuerendiss. P. D. Cerro Decano sub die 28. Ianuarij 1647. retuli supra in præcedenti part. 10. recent. decis. 7.*

R. P. D. BICHIO.

Romana Hæreditatis de Gratianis.

Lunæ 26. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Egregiè, & Magistraliter tractatur, quando res litigiosa possit alienari fauore dotis etiam si non probetur aliorum bonorum non existentia, vel quando non agatur de bonis eius, qui dotare non tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Res litigiosa non potest alienari.*
2 *Vitium litigiosi transit in singularem successorem.*
Executio rei litigiosæ alienatæ recta via potest fieri contrà tertium possessorem. num. 2. & 23.
3 *Res litigiosa fauore dotis, vel dandæ, vel restituendæ potest alienari fallit quando adsunt alia bona. num. 4. & 13. & 14.*
Fallit secundò, quando agitur de bonis eius, qui dotare non tenebatur. num. 5.
Contrà. num. 6. & seqq. & vide num. 9.
6 *Causa dotis est maior causa legati.*
8 *Vitium litigiosi in quo cadat. & num. 17.*
9 *Patruus tenetur dotare Nepotem non extantibus bonis ascendentium.*
10 *Non existentia bonorum non est a possessore probanda.*
12 *Fauor dotis non est considerandus, nisi quando hoc exposcat publica vtilitas.*
15 *Detractio falcidiæ competit hæredi alia bona non habenti.*
16 *Ratio pariformis determinationis non intrat inter dotem, & legatum tanquam diversa.*
18 *Ratio legis est restringenda ad mentem Legislatoris.*
19 *Legislator non præsumitur præiudicare voluisse tertio. & num. 20.*
21 *Fauor dotis non efficit quin bona eius, qui non tenetur ad dotandum possint alienari.*
22 *Bona Paterna, & Materna dicuntur obligata pro dote filiarum.*
24 *Processus faciendus contrà tertium possessorem rei litigiosæ in quo consistat.*
25 *Text. in l. fin. C. litig. declaratur.*
26 *Vitium litigiosi habet locum etiam semota fraud nè deterior fiat conditio litigantis.*

DECISIO CLXXXII.

APERTISSIMA est prohibitio legis ne
1 res letigiosa alienetur, † & alioquin litigiosi vitium transeat in singularem suc-
2 cessorem, † vt habetur in *l. fin. Cod. litigios.* ibique notant Doctores omnes, *Grat. discept. 502. per tot.* vbi signanter *num. 37.* infert posse ideò executionem fieri recta via contrà tertium possessorem, *à Ponte cons. 101. nu. 5. lib. 2. Trentacinq. consil. 1. num. 88. lib. 2. aliique allegati à Modern. Panormitano in consuetud. Panormi cap. 22. numer. 27. & à Moderno Foroliuiensi de Pignor. lib. 1. quæst. 18. num. 24.*

Limitationi autem desumptæ ex vltima parte *d. l. final.* fauore dotis, ibi: *Exceptis huius sanctio-*

3 sanctionis iis, qui vel dotis nomine, &c. † quam locum habere siue agatur de dote restituenda siue constituenda, tradit post alios *Salon. de Pace cons. 35. num. 4.* duas informantes pro Francisco Gratiano actore obiecerunt fallentias.
4 Alteram † quando alienans habeat alia bona, ex quibus dotem soluere posset, vt videtur sensisse. *Sicard. in tad. l. fin. sub num. 21.* ibi fortassis non habet ità multa alia bona, vel non habet alia, *Cod. litigios. Ceph. consil. 64. num. 10. & seqq.* dicit rationem, quia ratio publicæ vtilitatis, vel necessitatis, cui dicta limitatio innititur non millitat, nisi in necessitate præcisa; vndè nec sufficit causatiua, *ex text. in l. alienationes, ff. famil. erciscun. l. 1. post princip. ff. fund. dotal.*

Alteram, quando non agitur de bonis eius
5 qui dotare tenebatur, † vel à quibus alias dos extrhai deberet, nam fauor publicæ vtilitatis ab Imperatore spectatus, applicari solum potest in bonis debitoris, non autem tertij, contrà quem nulla potest actio neque in subsidiũ competere, & nusquam à lege indultum dotibus reperitur, quòd solui possint de bonis alienis in præiudicium veri Domini, vt per *Bald. Nouell. de dot. part. 12. priuileg. 1. numer. 23. inter tract. diuers. tom. 9. fol. 259.*

Aduersus primam fallentiam exaduerso asserebatur decisio 281. *coram bon. mem. Vrgellensi vbi sub num. 9.* reprobata opinione *Ceph. loc. suprà*
6 *allegato*, † vtpotè nullo fundamento nixa firmatur præfatam limitationem, *l. final.* ad dotis fauorem procedere quamuis alia bona suppetant, nàm lex indistinctè loquitur, & sicuti absurdum esset dicere legatum rei litigiosæ, quod pariter in eadem limitatione comprehenditur, ibi: *Vel per legati, &c.* non valere si adsint alia bona executoris, ità idcircò asserere de alienatione ex causa dotis cuius fauor sub eadem legis determinatione comprehenditur, *ad text. in l. iam hoc Iure, ff. vulg. & pupill.* Imò fauore legatis est maior cum Reipublicæ intersit solui dotes, & mulieres facilius nubere, *l. 1. ff. sol. matrim.* & in his terminis *Natt. cons. 401. num. 1.*

Secunda pariter fallentia impugnabatur,
7 quia † exceptio alienationis ex causa dotis, quam Imperator in *d. l. final.* adiiecit post generalem prohibitionem alienationis rei litigiosæ intelligenda est secundum ipsius prohibitionis, ac regulæ latitudinem, *l. sed an viro, ff. neg. gest. Becc. cons. 153. nu. 11. Cir. ac. contr. 207. num. 21. Surd. decis. 124. num. 13.* & sic de bonis solutioni dotis non obnoxijs, & quorum dominium non spectaret ad debitorem alienantem, sed ab alio fuisset in iudicium deductũ,
8 in quibus † iure cadit vitium litigiosi Auth. litigiosa, *C. litigios. Compostell. in cap. cum M. Ferrarien. num. 20. de Constitut. Rot. decis. 173. num. 5. & seqq. part. 7. recent. cum alijs allegatis ab Add. ad Buratt. decis. 927. num. 24.* & in terminis ad effectum non possint alienari, *Capic. Latr. dec. 170. num. 69. lib. 2.* Vltrà, quod in casu nostro è bonis alienatis quamuis proueniet à patruo dos
9 extrhai poterat, † quia etiam patruus dotare neptem tenetur bonis ascendentium non existantibus, *Rot. decis. 30. num. 8. part. 7.* quorum
10 non existentia † probanda non est à possessore, *Rot. coram Mart. Andrea decis. 8. num. 5. & seqq. cum alijs allegatis in Antiquana fideicommissi 31. Ianuarij 1642. §. & ratio est coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Verùm replicando ad primum obiectum, animaduerterunt Domini in casu *decis. 281.*
11 *bon. mem. Vrgellen.* † non constitisse, quod alia bona non litigiosa debitor dotis possideret, quodque idem *Vegellen. nu. 8. & 9.* ex abbundanti, forsan non ex mente Dominorum subdidit attendendum non esse, vt dixit *Rot. decis. 97. num. 78. part. 5. recent.* quia patitur maxi-
12 mam difficultatem, † cum fauor dotis ab Imperatore contemplatus ob necessitatem, vel vtilitatem Reipublicæ, operari non debeat, nisi quatenus exposcit eadem vtilitas, vel necessitas, *l. & si fine, §. 1. ff. minor, Ias. in l. creditor nu. 3. in 3. limit. ff. si cert. pet. Dec. cons. 403. nu. 18. & 21. Decian. cons. 20. nu. 89. lib. 5. Surd. de aliment. tit. 9. quæst. 32. num. 27. Giurb. ad consuetud. Mess. cap. 14. gloss. 6. num. 3. Mastrill. in terminis d. l. final. decis. 308. sub num. 4. ibi pro parua dote, &c.* vndè exceptio dotis ædiecta in *d. l. fin.* post generalem prohibitionem alienationis rei litigiosæ intelligẽda est quatenus alia bona non adsint,
13 vt † de permissione alienationis ex causa do-
14 tis † adiecta ab homine postquam generaliter alianationem prohibuerat, tradit *Castr. consil. 64. num. 4. lib. 2. Alex. Trentacinq. cons. 11. nu. 16. lib. 1. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 7. num. 2. Fusar. cons. 135. nu. 4. cons. 151. nu. 10. & 11. & de substit. quæst. 531. num. 129. Add. ad san. mem. Gregor. XV. decis. 543. num. 5. vbi allegat concord.*

Neque vrget simile de legato contextualiter in *d. l. fin.* exceptuato, quia ratio subsidij illi applicabilis non est cum semper suppo-
15 nat alia bona existere pœnes hæredem, † cui aliàs competeret ex ipso legato detractio falcidiæ, *§. 1. & tot. tit. Institut. de leg. falcid. l. 1. & seqq. ff. ad leg. falcid.* & stante diuersitate ratio-
16 nis inter legatum, † & dotem non intrat regula pariformis determinationis vtriusque determinabilis, *Diaz. de reg. iur. reg. 113. limit. 1. & inter regulas Iur. diuers. to. 1. lib. 4. fol. 320. col. 2. vers. secundò quãdo esset, Rimin. Iun. cons. 50. nu. 23. Fusar. cons. 184. sub num. 85.*

Minùs obstat, quod *d. l. final.* indistinctè loquatur de dote, & de bonis litigiosis, quæ pro-
17 priè dicuntur vbi alterius dominium † est in iudicium deductum, quia adhuc restringenda est quoad fieri potest ad terminos rationis
18 à † Legislatore contemplatæ eiusdemque Legislatoris mentem, *l. scire, §. aliud, vers. sed, etsi, ff. excus. Tutor. l. milites agrum, ff. re milit. Feder. de Sen. cons. 4. num. 9. Oldr. cons. 2. num. 3.* qui non
19 præsumitur voluisse præiudicare † dominio tertij, *l. nec Auus, C. emancip. liber. Liparol. in cap. 1. num. 5. de Vassall. decrep. ætat. Card. Zabarell. consil. 35. num. 7.* vbi quod non præsumitur, quod
20 lex † velit vni fauere cum læsione alterius, alijque allegati à *Modern. Neapolitano Contr. Iur. lib. 1. contr. 2. sub num. 23.* Non obstante fauore dotis, & vtilitate publica exindè resultante, sicut in simili vtilitas huiusmodi quæ fuit ratio

tio motiua, *Auth. res quæ, Cod. comm. de legat.* vt
21 aduertit *Rouit. cons. 54. num. 16. lib. 1.* † non efficit quod pro dote alienari possint bona eius, dotare non tenebatur, *Bart. in d. l. Auth. res quæ num. 3, Ias. ibid. num. 32. vers. 1 limita, Alex. Trentacinq. cons. 35. num. 27. lib. 1. & cons. 1. sub nu. 91. vers. atque tenetur de feudo lib. 2. Marescott. variar. resol. lib. 2. cap. 69. num. 20.* Et gratis dicitur ex his bonis prouenientibus à patruo dotem in subsidium solui potuisse; Cum imò adessent bona hæreditaria patris; ac etiam matris ad
22 dotandam filiam obligatæ † magis quam patruus, *Molin. de primogen. lib. 2. cap. 15. num. 68. Gomes. in l. 40. Thauri sub num. 87. vers. tertiò notabiliter, Rota in Romana Pecuniaria de Querris 26. Iunij 1644, coram clar. mem. Coccino.*

Igitur ex vtraque fallentia simul iuncta Franciscus prosequendo Iudicium immissionis intentatum contrà Lælium ad bona, quæ nusquam fuerunt in dominio ipsius Lelij debitoris dotis, sed Octauij patrui Francisci potest mandatum de immittendo in eo iudicio obtentum exequi contrà Actauantem, in quem litæ pendente Lælius dicta bona alie-
23 nauit, † quo magis Actauante citato, quod, & admittit exaduerso allegata *decis. Vrgell. 281. nu. 3.* ibi: *Ea non citata, & sine nouo processu,* hoc est non probato aliorum bonorum defectu, Actoris dominio, quodque alienatio facta
24 fuerit lite pendente, † in quibus consistit nouus processus faciendus in prosecutione Iudicij executiui contrà tertium possessorem rei litigiosæ, *Gabr. cons. 31. num. 20. lib. 2. Menoch. cons. 319. num. 12. & 13. Homded. cons. 20. num. 48. & seqq. lib. 1. Grat. discept. 502. num. 35.* faciliùs si vera esset opinio *Io: Francisci à Ponte consil. 101. sub num. 7. lib. 2.* vbi ait, quod exceptuatio dotis in *d. l. fin. C. litigios.* si rectè aduertatur non prodest, nisi ad effectum euitandi pœnas in eadem leg. comminatas contrà alienantem rem litigiosam, non autem euadendi vitium litigiosi quin transeat in acquirentem, de quo tamen dubitari contingit, per ea quæ tradit *Natt. consil. 401. nom. 5. Cartar. decis. 35. num. 11.*
25 firmantes, vitium litigiosi non obstare quando alienatio fit ex causa necessaria, ideòque contrà acquirentem agendum esse via ordinaria, & magis in terminis *Mastrill. decis. 308. nu. 3. ait*, substineri alienationem lite pendente factam ex causa dotis, quia in dote non datur vitium litigiosi.

Gratis tandem dicitur Franciscum non habere de quo conqueratur ex quo ab Actauante in actu acquisitionis domus de qua agitur dimissa fuit alia domus ad Babbninum, super qua ipse Franciscus immissionem obtinuit, & possessionem adeptus fuit, quia immissio ei concessa fuit, & possessio acquisita super sola medietate ad Octauium eius patruum spectante, *vt in Summ. Actauanti num. 4.*

Quapropter omisso fundamento fraudis, & simulationis, quæ ex nouiter deductis subla ta videbatur DD. vtraque parte informante
26 steterunt in decisis ex capite litigiosi, † quod suffragatur etiam semota fraude, quia vt ponderit *Capic. Latro decis. 170. num. 70. lib. 2.* alienatio rei litigiosæ, non solum est prohibita ratione fraudis, sed ne effectus rei Iudicatæ, & sententia reddatur elusoria, ne ve deterior efficiatur conditio litigantis.

REVERENDISSIMO P. D. CERRO, Sac. Rotæ Romanæ DECANO.

Romana Renunciationis.

Veneris 26. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Institutio ad familiam restricta, quando omnes de familia comprehendere debent, quando verò electione vnius tantum de familia contenta sit.

SVMMARIVM.

1 *Primogenituræ dicitur introducta pro maiori conseruatione agnationis.*
Familiæ decor magis augetur ex conseruatione bonorum in Primogenitis, quam per distributionem illorum inter plures. num. 1.
2 *Renunciatio facta ad fauorem familiæ omnes æqualiter comprehendit.*
3 *Renunciatione facta fauore certarum personarum, non potest hæres grauatus vnum tantum eligere.*
4 *Hæres grauatus vti sibi hæredem prohibito instituat ad effectum tamen conseruandi bona in familia, potest etiam vnum tantum eligere. & num. seqq.*
6 *Consanguineorum interesse de tempore celebrati Instrumenti in contractibus minorum sufficit non adesse.*
7 *Filius quando possit absque detractione legitimæ de tota hæreditate disponere.*
8 *Citatio ad sententiam omnes defectus præcedentes sanat, & quando.*

DECISIO CLXXXIII.

INFORMANTES pro D. Valentia de Valentibus Renunciationem iterum impugnabant ex defectu implementi causæ finalis, ex quo Philippus non omnes eius fratres superextantes, & tanquam capita integram familiam Constituentes, sed solum Descendentes duorum ex eis instituit, & pluribus legatis magnam pecuniarum summam Constituentibus hæreditatem extenuauit, sed nihilominus placuerunt Dominis fundamenta decisionis æditæ coram me 23. Martij 1650. & sic steterunt in decisis.

Præfata siquidem causa in eo constituta legitur, vt Philippus tota, & integra hæreditate ad eius libitum disponere posset instituendo hæredem pro Conseruatione bonorum in augumentum Decoris familiæ, & Agnationis, ibi: *Ipsaque exponens certior facta de ipsius voluntate circa Institutionem hæredis, & de causa, ex qua mouetur pro bonorum conseruatione in augumentum Decoris familiæ. & Agnationis, &c. Huiusmodi voluntati adhærens, &c. Hanc autem renunciationem, &c.* fecit, &c. *ad effectum, vt dictus Philip-*pus

pus de tota, & integra eius hæreditate ad eius libitum disponere valeat ad fauorem supradictarum personarum, &c. Vndè cum ille hæredem vniuersalem Instituerit Primogenitum masculum legitimum, & naturalem ex Andrea Angelo eius fratre nasciturum cum perpetuò ordine Primogenituræ, eiusque linea deficiente Ioãnem Baptistam, & successiuè Iacobum filios Quintiliani alterius fratris, eorũque Descendentes masculos in infinitum eisdem legibus substituerit, manifestè dignoscitur, pinguius adimpletam fuisse, non autem defecisse causam finalem præfatæ Renuntiationis, quia Primogenituræ introductæ, ac Institutæ dicuntur pro maiori Agnationis conseruatione, ex quo familiarum Decor, & Dignitas
1 magis augetur † ex vnita bonorum Conseruatione in personis Primogenitorum, quàm per illorum distributionem inter plures, vt *præter allegatos in dicta decisione §. secundum penitus tollitur*, respondit *Rota in Ariminen. Castrorum 19. Aprilis 1641. coram bon. mem. Pirouano. §. finali*. deque non subsistit, quod ex Intentione Renunciantis Philippus teneretur omnes eius fratres æqualiter instituere.

Obiectum enim procederet si Renuncians simpliciter, & absolutè, ad fauorem familiæ æqualiter fuisset Ius quæsitum, omnes pari-
2 ter in æquali gradu existentes, † ac cæteri ab eis Descendentes censeretur vocari, iuxta *text. in l. cum ita, §. in fideicommisso, ff. de legat. 1. & in l. final. C. de verb. signif. in quibus terminis loquitur Surd. ab altera parte allegatus cons. 247. per tot. & signanter num. 12. & 15.* Vel si nominatim Renunciatio facta fuisset ad fauorem certarum personarũ, tunc enim non licuisset grauato vnum tantum in aliorum præiudi-
3 cium eligere, † cum illi dumtaxat relinquendo non esset satisfactum voluntati Renunciantis, iuxtà *Theoric. Bart. in l. 1. nu. 1. ff. de opt. legat.* quam sequitur *Card. Seraphin. pariter ab altera parte allegatus decis. 874. sub nu. 2. vers. aliud verò*: Secus autem in proposito, quo Renunciatio facta fuit, vt filius Renunciatarius ad sui libitum hæredem sibi institueret pro con-
4 seruandis bonis in familia, & agnatione, † hoc enim casu non adstringitur, omnes de familia instituere, sed vnum ex eis sibi magis benè visum eligere, & instituere potest, in cuius propterea, eiusque Descendentium personis optimè conseruatur agnatio, *ex clara dispositione text. in l. filiusfamilias 117. §. cum Prætor, ff. de legat. 1. & in l. vnum ex familia, §. si falcidia,* ibique *gloss. verb. vni, ff. de legat. 2. quam sequuti fuerunt Cast. Alciat. Crot. & Ruin. in dicta decisione allegati §. In iure verò, ac specificè admittunt Surd. d. consil. 247. sub num. 14. versic. aliquando Testator, & Card. Seraphin. dicta decis. 874. num. 2. vers. vel grauatus relinquere*; Aliud enim est, quod quis simpliciter renunciet ad fauorem familiæ, aliud verò, quod renunciet, prout hic, ad fauorem certæ personæ, quæ deindè ad eius libitum disponere debeat pro Cõseruandis bonis in familia; Primò enim casu statim quæritur Ius omnibus de familia: Secundò autem præter Renunciatarium, in cuius fauorem similis Renunciatio principaliter facta cense-
5 tur, † nemini dicitur Ius quæsitum antequam ipse ad actualem dispositionẽ deueniat, atque ideò quem malit de familia eligere potest, *vt hac ratione concludit Ruin. cons. 114. sub nu. 10. & cons. 116. num. 12. vers. Ratio ergo lib. 2.*

Nec obstat, quod Andreas Angelus, & Quintilianus (qui iuxtà dispositionem *Statuti Vrbis lib. 1. cap. 151.* interfuerunt celebrationi dictæ Renunciationis, illi auctoritatem præstantes) cum Iuramento affirmauerint nullum in eo negotio habere proprium, vel particulare Interesse, & ideò cum Philippus deinde Instituerit illorum filios, & Descendentes, vel Renunciatio sit nulla tanquam authorizata ab habentibus Interesse, vel saltem verisimiliter argui possit Philippum antè Renunciationem nullatenus Matri exposuisse eius intentionem illos instituendi, & consequenter per subsequutam illorum Institutionem mutata fuerit eius voluntas, & sic defecerit eiusdem Renunciationis causa.

Quoniam manifestauit quidem eius voluntatis esse Instituere hæredem, quo mediante bona, ac Decus familiæ, & agnationis conseruaretur (& hoc est, quod sibi à filio expositum fuisse in principio dicti Instrumẽti Valentia declarauit,) sed personam non nominauit, quia ipso viuente nulli cognitam esse voluit, vt clarè exposuit in principio eius Testamenti decendio postea conditi; Vndè Andreas Angelus, & Quintilianus, verè affirmare potuerunt tunc temporis in eo negotio nul-
6 lum habuisse interesse, † atque ideò exindè deduci non potest asserta nullitas renunciationis, *vt responsum fuit in decisione R. P. D. mei Otthoboni 14. Iunij 1649. versic. Quia licet*; Nec volũtatis mutatio, seù præfatæ causæ defectus dùm in personis institutis, & substitutis pleniùs conseruatur agnatio, *ex Iuribus supra allegatis*.

Prout minus obstat, quod Philippus pluribus legatis magnæ quantitatis hæreditatem extinuauerit.

Quia præter quod ipsa quoquè legata tendunt in honorem, & Conseruationem familiæ, vt benè considerabant informantes pro Andrea Angelo; Verba illa in Instrumento dictæ Renunciationis apposita, ibi: *Vt dictus D. Philippus de tota, & integra Hæreditate ad eius libitum disponere valeat ad fauorem supradictarum personarum, &c.* non excludunt legata, quæ ipsis etiam personis de familia, & agnatione, nempè proprijs fratribus, ac eorum filijs pro maiori parte facta fuerunt, sed respiciunt, ac referuntur ad detractionem legitimę ipsi Valentiæ debitæ, de quo Paulo supra fuerat facta mentio; Cum enim hęc sola ipsum impedimentum tollere illi renunciauit, vt filius de
7 tota, & integra hæreditate, † idest absque detractione legitimæ disponere posset, *ad text. in l. decem, vbi gloss. verb. tota decem, & verb. præstarentur, ff. de fideicommissar. libert.*

Nullitatem deniquè hodiè deductam contrà sententiam Rotalem ex defectu legitimationis personæ Procuratoris, DD. non habuerunt

runt in consideratione, quia tollitur per Comparitionem, & reproductionem citationis ad sententiam factam ab ipso met Andrea Angelo,
8 † quæ cum contineat reiterationem omnium terminorum malè, nullitèr, & inculcatè seruatorum, omnem defectum antecedentium comparitionum sanauit, *vt respondit Rota coram Card. Seraphino decision. 858. num. 1.*

R. P. D. BICHIO.

Cracouień Iuris respondendi

Mercurij 28. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Iurisdictio quando priuatiuè, & quando cumulatiuè censeatur concessa, primo loco discutitur. Conseruatoribus quænam Iurisdictio competat, & vt iudicialiter procedere valeant quę requirantur, & quales sint eorum partes, eruditissimè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ tenor attendi debet, ad dignoscendum contra quem iudicium directum fuerit.*
2 *Præscriptio longissimi temporis quid operetur.*
3 *Præscriptio iurisdictionis contra Episcopum non inducitur absque scientia, & patientia ipsius.*
4 *Scientia ex actuum multiplicitate, ac temporis diuturnitate præsumitur.*
5 *Scientia, & patientia ex quo conuincatur, ita vt approbationem & agnitionem inducat.*
6 *Verbum, omnimoda quid importet.*
7 *Iurisdictio concessa in certis casibus, in reliquis censetur adempta.*
8 *Statutum à Sede Apostolica generaliter confirmatum, præsumitur etiam quoad ius particulare confirmatum concurrente longissimi temporis obseruantia.*
9 *Constitutio Vrb. VIII. super præiudicialibus iurium Ecclesiæ non habet locum in Regno Poloniæ.*
10 *Iurisdictio quando non censeatur priuatiuè concessa & quando secus n. 11.*
12 *Iurisdictio acquisita mediante præscriptione competit priuatiuè quad alios.*
13 *Iurisdictio acquisita priuatiuè in vna specie, non tollitur per actus iurisdictionis ab alijs gestos, quod alteram speciem & quare.*
14 *Iurisdictio præscripta in casu indiuiduo semper præualet.*
15 *Consilium, seu hortamentum valdè differt à potestate.*
16 *Præscriptio semel interrupta, potest alia noua inchoari.*
17 *Præscriptioni iam completæ non nocent actus postea gesti.*
18 *Iurisdictionem in prima istantia non dicitur habere qui per viam appellationis aliquem actum exercuit.*
19 *Examen Scholarium ad eius officium spectet.*
20 *Conseruatori, cui fuit data facultas procedendi contra malefactores, an censeatur etiam concessa iurisdictio contra priuilegiorum transgressores.*
21 *Iurisdictio contra priuilegiorum transgressores, regulariter non competit conseruatoribus.*
22 *Conseruatoribus non fuit sublata iurisdictio per Concil. Trident. aut per constit. Greg. XV.*
23 *Conseruator vt procedere valeat requiritur, vt præcesserit violentia, aut iniuria contra priuilegia.*
24 *Conseruator non potest facere id, quod ad conseruationem priuilegiorum non tendit.*
25 *Conseruatoris partes, quales sint.*
26 *Præceptum factum ad præseruandam iurisdictionem, quæ non erat præseruabilis non sustinetur.*
27 *Præceptum non tenet, quando in eo non fuit expressa causa.*
28 *Disputationes materiales de rebus ad fidem spectantibus, exercitationis ingenij gratia clericis permissæ sunt.*
29 *Conc. Trid. sess. 25. de reform. cap. 2. quando non intret?*
30 *Inhibitio potest impunè contemni, quando deficit potestas in persona inhibentis.*

DECISIO CLXXXIV.

RITE, & rectè non fuisse à Reuerendissimo Dom. Episcopo Cracouiæ latam sententiam, qua Stanislaus Iurkouski pronunciatur nulliter promotus ad respondendum pro loco inter Sacræ Theologiæ Doctores decisum fuit sub die 13. Ianuarii proximi præteriti, & iterum hodie, vrget enim defectus citationis ipsius Stanislai contra
1 quem negari non potest fuisse directum † iudicium dum eius admissionem ad respondendum nullam, eumdemque nulliter promotum declaratum esse apparet ex tenore sententiæ, qui debet attendi, *Corn. cons. 10. n. 3 lib. 4. Dec. cons. 28. n. 2. Seraph. dec. 452. n. 1. Rota in recent. dec. 79. n. 20. par. 5.*

Vrget quoque defectus Iurisdictionis, quæ videlicet circa admissiones, & promotiones huiusmodi non residet penes Episcopum Achademię Cracouiensis Cancellarium, sed penes Rectorem ac professores Vniuersitatis,
2 vt † constat ex quam pluribus admissionibus per bicentum fere annos secutis, & continuatis, quibus priuilegia statuta constitutiones Synodales, Ordinationes exaduerso ponderatas ius hoc admittendi non comprehendere declaratur, vel quatenus opus sit nouus titulus constitutus fuit fauore Rectoris, ac Vniuersitatis idemque ius præscriptum contra Episcopum *ex alleg. in 1. decis. §. prout.*
3 Neque † deest scientia & patientia Episcopi ad hunc effectum necessaria, *Buratt. decis.*
4 *912. num. 7.* Quia ex actuum multiplicitate, ac temporis diuturnitate præsumitur, *Innoc. in cap. bene il secondo num. 1. vers. quæritur de postulat. Prælat. Abb. in cap. cum Ecclesia Sutrina num. 2. de caus. poss. & propr. Seraph. decis. 306. num. 5. & 7. Rot. inter recent. decis. 225. num. 4. par. 5. dec. 139. num. 7. apud Modern. Perusin. de Manutent.* præser-
5 tim quia aliquando † ad ipsius Episcopi preces Rector, & Vniuersitas ad respondendum admisit, & cum admisso dispensauit, vt in

Summ. præteritæ positionis num. 11. litt. E. quod ne dum conuincit Episcopi scientiam, & patientiam, sed vltro importat agnitionem, ac approbationem iuris à Rectore, & Vniuersitate exerciti, *cap. ex ore, vers. per hoc de his qua fiunt à maior. par. cap. Dec. conf. 205. n. 7 vers. vbi exhibens Rota in Treueren. Archidiaconatus 13. Iunii 1644. coram R.P.D. meo Cerro.*

Quo magis attento statuto antiquissimo anni 1422. quo Albertus tunc Cracouiæ Episcopus consensit, vt Rector Vniuersitatis, qui pro tempore fuerit cum tribus Decanis facultatum Theologiæ &c. habeant regimen & ordinationem omnimodam Vniuersitatis; ità quod eorum dispositioni stetur in omnibus, quæ fuerit expedienda.

6 † Et hic ponderandum est, quòd statutum loquitur de regimine, ac iurisdictione priuatiuè ad Episcopum, vt demonstrat tum verbum *omnimoda ex alleg. in prima decis. §. eo minus, quibus additur. Buratt.* loquens in puncto contra

7 Episcopum *decis. 912. num 6.* † Tum subsequēs reseruatio ibidem adiecta recursus ad Episcopum in causis beneficialibus, quoties Rector, ac Decani fuissent discordes, exinde namque resultat clara statuentium voluntas iurisdictionem priuatiuè ad Episcopum concedendi Rectori, quo ad ius admittendi ad responsiones in dicta reseruatione non comprehensum, vt ad propositum ponderauit *Rota decis. 121. num. 3. decis. 189. num. 2. & 669. num. 2. in fin. par. 1. recentior. & in Miranden. Pensionis 23. Maii 1620. coram clar. mem. Card. Verospio seniori.*

8 Et de statuti validitate, † seu quod afficiat Episcopos successores, dubitari non potest; quia adest confirmatio Apostolica expressa generaliter, & in hoc iure admittendi ad responsiones particulariter præsumpta ex supradicta longissimi temporis obseruantia, *Seraphin. decis. 1080. num. 7. Add. ad sanct. memor. Gregor. XV. decis. 354. num. 18.* quæ ad hunc effectum suffragatur non obstante constitutione fel. record. Vrb. VIII.

9 † super præiudicialibus iurium Ecclesiæ, quia eam non habere locum in Regno Poloniæ decisum fuit in *Vladislauien. manutentionis, 5. Iunii 1648. cor. Reuerendiss. D. Terracinensi.*

10 Non obstat, † quod iurisdictio non censeatur inferiori concessa priuatiuè ad concedentem, vel habentem ordinariam qualis est Episcopus, *Ias. in l. quod rerum §. si quis num. 8. ff. leg. primo Felin. in cap. pastoralis num. 2. de offic. ordin. Gramat. decis. 30. num. 1. Buratt decis. 912. n. 4.*

11 Quia † hoc procedit in dubio, secus vbi vt in casu nostro ex tenore concessionis constat de mente concedendi priuatiuè, *Felin. in d. cap. pastoralis col. 3. in prima limit. Roman. conf. 393. vbi Add. litt. A. Ferrett. conf. 142. num. 15. in princ. lib. 1*

12 *Rota dec. 121. num. 3. par. 1. recent.* † Et sufficit Rectori, ac Vniuersitati Iurisdictionem acquisiuisse mediante pręscriptione, vt ea competat priuatiuè, *Felin. in dicto cap. pastoralis n. 5. in octaua limit. Ferrett. dicto conf. 142. num. 13. Menoch. præsumpt. 18. num. 24. lib. 2. relatus à Modern. Auenionen. resolut. Canon. & Ciuil. lib. 1. c. 60. num. 14.*

13 Actus verò † Iurisdictionis ab Episcopo, vt prætenditur, gesti quo ad reformationem studii, vel alii, qui hoc ius admittendi ad respondendum non respiciunt, siue etiam priuilegia, & constitutiones, quid sit an probēt generaliter competere Episcopo Iurisdictionem in hac Vniuersitate, quod quatenus opus fuerit cognosci opportunius poterit, sanè non excludunt quin Rectori, & Vniuersitati quæsita fuerit potestas priuatiuè admittendi ad responsiones cum non repugnet, quod vnus habeat Iurisdictionem in vna specie, & alter in aliis, *Rota decis. 310. num. 10. decis. 321. num. 26. & seqq. dec. 509. num. 7. inter impress. apud Modern. Perus. de manut. relat. ab eodem*

14 *Modern. obseru. 72. num. 18.* † & semper præualeat præscriptio Iurisdictionis probata in casu indiuiduo, de quo agitur, vt debet, *Soccin. sen. conf. 187. num. 21. lib. 2. Aym. conf. 96. num. 4. Natt. conf. 636. num. 130. & 133. Rota apud Modern. de manut. dec. 667. n. 18.*

15 Solum † hoc ius admittendi percutiunt Epistolæ Cardinalis Friderici Episcopi Cracouiensis de anno 1496. & 97. ac duo alii actus gesti ab Episcopo Tyliski, anno 1616. dati in Summario Promotoris fiscalis n. 13. Sed Epistolarum prima præsefert dumtaxat hortamentum, & consilium, quod valdè differt à potestate, vt post *Cuiac. ad l. primam ff. offic. eius in primo lib. quæst. Papiani obseruauit Bellon. de mand. Iurisd. cap. 8. quæst. 4. num. 18.* Altera non probatur effectum sortita, Cumque Cardinalis Fridericus esset filius Regis, & ex illo capite illi Vniuersitas obsequentior, Epistolæ huiusmodi eo minus suffragari possunt

16 Episcopis successoribus; † præsertim quia ante, & post Vniuersitas hanc potestatem exercuit lōgissimo tempore, quo in omnem euentum etiam post dictas Epistolas noua præscriptio inchoata, & completa fuisset, vt per *Didacum in reg. possessor. §. 12. num. 7. Gratia. disceptatione 2. num. 46. & seqq.* vbi allegat concordantes.

17 Quæque † bis gessit Episcopus Tyliski de anno 1616. non nocent præscriptioni longè ante completæ ad fauorem Vniuersitatis, *Abb. in cap. auditis num. 10. in vlt. notab. per illum Tex. de præscript. Felin. in cap. illud num. 13. eod. tit.*

18 *Rota decis. 345. num. 9. par. 1. recent.* † Præter quod tunc Episcopus processit in gradu appellationis, ibi, *appellantium à decreto Rectoris, &c.* Vndè inferri non potest, quod habeat Iurisdictionem in prima instantia, *gloss. in cap. ad reprimendum verb. suspendetur in fine de offic. ordin. Abb. ibid. num. 6. Surd. conf. 223. sub num. 30.* cum aliis allegatis per *Modern. Auenionensem in tract. de præuent. tom. 2. par. 2. cap. 8. num. 2. & 3. & cap. 59. num. 48. & 49.* Et quod plus est, hi actus non habuerunt effectum, & alterius ex illis emanati in causa Matthię Blosii in effectuatio apparet, quia eadem causa fuit postmodū de anno 1625. terminata a Rectore, ac Vniuersitate ipso Episcopo Cracouiæ deprecante, vt legitur in Summario præteritæ positionis pro Stanislao sub n. 12. litt. E.

Tandem non obstat, quod Augustus Cæsar

sar

ſar conſtituerit, quod ipſo tantum authore
Iuriſconſulti reſponderent, vt tradit *Renatus
Coppinus de Demanio Franciæ lib.3.tit.27. qui nu.*
20. refert originem Achademiæ Cracouien-
ſis; Nam in ſecunda parte verbum non facit
de re noſtra, & in prima loquitur de iure in-
terpretandi leges in publicis gymnaſiis de
tempore Cæſaris Auguſti, cuius ſuprema po-
teſtas nullibi apparet tranſlata in Epiſcopum
19 Cracouiæ, † qui imò ex ſtatutis, & ordina-
tionibus Regni habet ſolum poteſtatem cir-
ca examen Scholarium, quod ad officium
Cancellarii ſpectare tradit *poſt Ioann. de Platea
in lege magiſtros C. profeſſ. & medic. lib. 10. Rebuff.
de priuil. Scholar. priuil. 87. Salon de Pace conſil. 47.
num. 13.*

20 Et quamuis † in præcitatis priuilegiis Epi-
ſcopus Cracouiæ illorum Conſeruator per-
petuus conſtituatur cum facultate in rebel-
les, & malefactores procedendi ob quam
cenſetur Conſeruatori conceſſa etiam con-
tentioſa Iuriſdictio contra priuilegiorum
tranſgreſſores *Io: Andr. in cap. 1. num. 6. verſic. Si
ergo, & ibi Hoſtien. num. 14. de offic. deleg. in 6. Rota*
21 *deciſ. 616. num. 4. par. 2. recent.* † quæ regulariter
Conſeruatoribus non competit, *dicto cap. 1.*
22 *de offic. deleg.* † nec per Concilium Tridenti-
num ſeſſ. 14. de reformat. cap. 5. aut per con-
ſtitutionem fel. record. Gregorij XV. fuit
ſublata, vt notat *Barboſ. de poteſtate Epiſc. alleg.
106. num. 17. & dixit Rota deciſ. 49. num. 15. par. 7
recent. & in Colonien. Iuriſdictionis 7. Maij 1646.
coram R. P. D. meo Corrado impreſſ. poſt Moderu.
Auenionen. dec. 1. n. 10. & 11.*

23 In caſu noſtro † nulla adfuit occaſio con-
ſeruandi priuilegia Vniuerſitatis, quia nulla
præceſſit violentia, aut iniuria contra priui-
legia, de qua debuiſſet ante omnia doceri, vt
Conſeruator hoc nomine poſſet procedere,
*Gloſſ. in dicto cap. primo verb. Conſeruatores, & ibi-
dem Monach. num. 3. & 5. Ancharan. num. 5. Azzor.
inſtit. moral. par. 2. lib. 5. cap. 35. quæſt. 7. Molin. de
Iuſt. & iur. tom. 6. diſput. 29. num. 2. Barboſ. de
poſtat. Epiſcop. alleg. 106. num. 18.* & re vera Epi-
ſcopum neque cogitaſſe de priuilegiis con-
ſeruandis, demonſtrant verba præcepti ab
eo editi, cum non præceperit ne admitteretur
Stanislaus, vel certa alia perſona eo quod nõ
haberet qualitates in priuilegijs à ſtatutis re-
quiſitas, quæ in Stanislao non deerant, ſed in-
definitè omnium admiſſionem prohibuerit
certis de cauſis animum ſuum mouentibus,
24 donec à Comitijs rediret, † quod ne dum ad
priuilegiorum Vniuerſitatis cõſeruationem
non tendit, ſed deſtruit ius, ac priuilegium
admittendi ad reſponſiones ex eiſdem Statu-
tis, & longiſſima præſcriptione Vniuerſitati
quæſitum, quod Conſeruatori non licuit, vt
ponderauit *Rota in Toletana iuriſdictionis 26. Fe-
bruarij 1614. coram Cardinali Lancellotto ſeniore
impreſſ. apud Marcheſan. de commiſſ. par. 1. fol. 144*
25 *num. 2. verſic. tanto magis;* † quin potius partes
ipſius erant tueri Vniuerſitatem in hoc iure,
quamuis ex ſola præſcriptione competeret,
Cocchier. de conſeruat. Eccleſ. part. 2. q. 50. num. 2.
26 Ex quibus † nec ſubſtineri poteſt idem
præceptum vti emiſſum ad propriam iuriſ-
dictionem præſeruandam ad *trad. per Lancell.
de attent. par. 2. cap. 20. in præfat. num. 9. verſic. ad
Iuriſdictionem conſeruandam Mandoſ. de inhibition.
quæſt. 51. ſub num. 3. verſic. Ordinarius item Barboſ.
de poteſt. Epiſcop. allegat. 106. ſub num.* 24. Quia
27 non aderat iuriſdictio præſeruabilis; † Cum-
que præceptum emanauerit ex alijs cauſis,
vt ibi legitur, quæ non ſubſiſtunt, ex hac ibi
non expreſſa non tenet, *Cochier. de conſeruat. di-
cta par. 2. quæſt. 127. n. 6.*

28 Vltra nullitates † vrget quoque Senten-
tiarum iniuſtitia, quia materiales diſputatio-
nes de rebus ad fidem ſpectantibus exercita-
tionis ingenij gratia Clericis permiſſæ ſunt
29 ex allegatis *in prima deciſione § iniuſtitia;* Cum-
que quæſtiones pro reſponſione propoſitæ
nihil continerent Sacroſanctæ fidei Catholi-
cæ repugnans non intrat diſpoſitio Sacri
Concilij Tridentini ſeſſione 25. de reform.
cap. 2.

Quæ nullitatis ex defectu Iuriſdictionis, &
iniuſtitiæ capita inficiunt etiam ſententiam
latam contra Gabrielem Ochocki tanquam
tranſgreſſorem ſupra memorati præcepti, &
30 inhibitionis Domini Epiſcopi, † quia po-
tuit impune contemni ob carentiam poteſta-
tis in perſona inhibentis, vt comprobat *prima
Deciſio § finali:* Cum vt ſupra dicebatur om-
nimoda poteſtas circa ius admittendi ad re-
ſponſiones, de quo hodie ſtrictè agitur quic-
quid ſit in reliquis, de quibus poterit ſuo lo-
co videri, ſpectet ad Rectorem, & Vniuerſi-
tatem: Et ad petendam abſolutionem à Cẽ-
ſuris per dictam ſententiam illatis, quibus ar-
tibus idem Gabriel allectus fuerit, & quibus
præſeruatiuis appellationis iam interpoſitæ
conſtat ex datis in Summario Stanislai, & li-
tis conſortum num. 15.

Et ita deciſũ vtraque parte informãte &c.

☞ *Deciſio iſta emanata in hac eadem cauſa coram eo-
dem bonæ memoriæ Bichio ſub die 23. Ian. 1651.
eſt impreſſa ſupra in hac part.* 11. *recent.* decisione
109. *Et infra adeſt altera ſub die* 10. *Decembris
hoc eodem anno* 1651. *cor. pariter eodem bon. mem.
Bichio.*

R. P. D. CELSO.

Poſtea S. R. E. Cardinali.

Bononien. Fideicommiſſi

Mercurij 28. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſario quando ſit concedenda im-
miſſio petita ob alienationes factas contra
prohibitionem Teſtatoris, ita vt retardari nõ
poſſit ſub prætextu detractionum legitimæ,
& Trebellianicæ alienanti competentium,
eruditiſſimè tractatur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissario non est deneganda immissio purificata conditione ad eius fauorem.*

2 *Descendentium deficientia quando remaneat sufficienter iustificata.*

3 *Hæres grauatus, qui iura sua alteri vocato cessit habetur, ac si naturaliter decessisset.*

4 *Hæres grauatus potest fideicommissum iam agnitum alteri vocato cedere.*

5 *Prohibitio alienationis, reddit alienationem nullam ab initio, & aperit ius reuocandi alienata fideicommissario, cuius fauore illa emanauit.*

6 *Transactio non nocet successoribus in fideicommisso, quominus possint immissione petere in bonis, quæ hæres grauatus penes tertios transigendo dimisit.*

7 *Transactio restricta ad certum casum, eo ipso, quod talis casus euenit remansit ieefficax, perinde ac si vnquam celebrata fuisset.*

8 *Trebellianica prohiberi potest etiam filiis primi gradus.*

9 *Vsusfructus legatus an & quando imputari debet in legitimam.*

10 *Legitima detractio quæ competebat matri in bonis filiis, an transmittatur ad hæredes.*

11 *Inuentarium benè probat contra conficientem, & habentes causam ab eo.*

12 *Immissio petita ob alienationes factas contra prohibitionem Testatoris, quando sit concedenda.*

DECISIO CLXXXV.

SVPER dubio per me proposito, An Pompeo Bolognetto sit danda immissio, Domini affirmatiuè responderunt, quia litteralis est illius vocatio, tàm in casu obitus Vincen-
1 tij sine filiis, quàm etiam alienationis, † Vndè cum ex vtroque capite purificata fuerit conditio, meritò immissio concedi debet, vt firmauit *Rota in rec. decis. 244. num. 1. par. 7. in Romana fideicommissi 8. Iunii 1648. coram bon. memor. Arguelles, & in Rauenaten. bonorum 6. Nouembris eiusdem anni coram Reuerendiss. D. meo Decano, cum aliis per Argel. de acquir. poss. quæst. 8. ar. 14. num. 32 & sequen.*

2 Etenim † deficientia descendentium Vincentij remanet sufficienter iustificata, dum exaduerso non probatur illos aliquando natos fuisse, vt probat *text. in l. ex facto 17. §. si quis autem, ibique Castr. num. 2. ff. ad S.C. Trebell. Aldobrand. cons. 80. num. 4. & seq. lib. 1. Surd. cons. 92. num. 16. Couar. var resol. lib. 2. cap. 6. sub nu. 6. vers. quasi non probato, Rota coram Duran. decis. 301. n. 5 in Auximana Pradii 15. Maii 1645. coram Reuerendiss. D. meo Dunozetto Decano, & in Bononien. fideicommissi seu Domus 10. Decemb. 1646. coram R.P.D. meo Bichio.*

3 Ipse verò Vincentius, † cum iura sua Pompeo cesserit, habetur ad hunc effectum, ac si naturaliter decessisset, *l. 2. §. si quid duplici*
4 *ff. de hæred. vel act. vend.* † non enim prohibetur hæres grauatus fideicommissum iam agnitum alteri vocato cedere, ex notat. per *Peregr. de fideicomm. ar. 2. num. 52. in fin. & art. 31. nume. 27. & 34. Fusar. de substit. quæst. 524. num. 5. Gabriel cons. 121. num. 49. lib. 1. Surd. dicto cons. 92. num. 4.*

5 Ex capite † etiam alienationis purificata fuit vocatio Pompei, quia arctissima est prohibitio illius facta à Prospero Testatore, Et ideò cum Vincentius hæres institutus primò, & posteà Ludouicus ab eo causam habens bona eiusdem fideicommissi alienanerint in extraneos, huiusmodi prohibitio reddidit alienationes nullas ab initio, & aperuit ius reuocandi alienata eidem Pompeo, cuius fauore illa emanauit, vt sunt tex. *expressi in l. filius familias 117. §. cum Pater ff. de leg. 1. lege vnum ex familia 69. §. sed si vno l. peto 71. §. Fratre, & l. cum Pater 79. §. libertis de leg. 2. Soccin. sen. cons. 43. sub num. 9. lib. 4. Bursatt. cons. 3. num. 6. lib. 1. Ruin. cons. 23. num. 13. lib. 5. Surd. cons. 116. num. 17. Gabr. cons. 140. num. 8. lib. 1. Peregr. de fideicomm. ar. 14 num. 8. & art. 40. num. 17.* & latè firmatum fuit *in Tudertina fideicommissi 3. Iulij 1606. coram Manzanedo, & in rec. decis. 73 num. 1. & seqq. par. 1. & decis. 147, num. 2. par. 5. & in Mediolanen. bonorum 26. Iuny 1647. coram R.P.D. meo Bichio, & 31. Maii 1649. coram R. P. D. meo Corrado.*

6 Nec † alienatio sustineri valet, ex eo, quod dicta bona liberè peruenerint in Angelam Testatoris sororem vigore transactionis initæ inter ipsam, & præfatum Vincentium, Tum quia talis transactio non nocet successoribus in fideicommisso quo minus possint immissionem petere ad bona, quæ hæres grauatus penes tertios transigendo dimisit *iuxta tex. in l. fin. §. sed quia, & seq. C. com. de leg. Peregrin. de fideicomm. ar. 52. num. 81. & seq. Menoch. consilio 599. à num. 3.* Et pluribus firmatum fuit in *Bononien. fideicommissi de Blanchis 20. Aprilis, & 14. Decembris 1646. coram R.P.D. meo Rojas.*

7 Tum etiam, † quia illa resoluta fuit ex speciali pacto ibidem apposito, quod bona redire debeant ad Vincentium institutum, quatenus Angela, & Ludouicus decederent sine filiis, nam eo ipso, quod apparet hunc casum euenisse, prout etiam de iure præsumitur ex supra deductis, transactio, & renunciatio remansit inefficax, perinde ac si vnquam celebrata fuisset, *Caputaq. decis. 315. vers. Et quia transactio par. 3. Penia dec. 214. num. 2.* & fuit dictum in *Viterbien. Castrorum cor. bo. me. Coccino decis. 194. n. 101. & 102. par. 5. rec.*

8 Immissio † verò impediri non potest prætextu assertarum detractionum, quia Trebellianica reperitur expresè prohibita, prout prohiberi posse etiam filiis primi gradus not. *Ias. in l. Marcellus num. 38. ff. ad Trebell. Rip. in l. nemo potest num. 42. de leg. 1.* & est communis opinio, quam seruat *Rota, vt coram Greg. decis 421 num. 10. ibique Adden. num. 16. Cesenaten. bonorum 27. Martii 1648. coram R.P.D. meo Pentingero, & in Fanen. bonorum 19. Iunii eiusdem anni coram bon. mem. Arguelles,* & nouissimè firmatum fuit in *Bituntina fideicommissi 23. præsentis mensis coram R.P.D. meo Albergato.*

9 Et legitima prætensa ex persona Elisabethæ matris Testatoris fuit consumpta per vsumfructum eidem relictum, cum quo compensari

pensari debuit iuxtà præceptum eiusdem Testatoris ab ipsa acceptatum, etiam faciendo æstimationem, iuxtà *text.in l. hereditatum ff. ad l. falcid. vt benè per Iason. in Auth. nouissima num.45. C.de inoff.testam. Marescott.var.resol.lib.2. cap.86. num.19. ad fin. Gratian.cap.983. num.8. & duobus seqq. Surd.cons.388.num.17. & per tot.lib.3 Rota coram Seraphin.decis.1365. num.6.& seqq. & coram sanct. mem. Gregorio decis.186.num.3.ad fin. in Ciuitatis supplementi legitimæ 11. Martij 1618. coram Manzanedo, & in recent. decis.291. numer.5. & 6. par.7.*

10 Et tamen † dicta legitima, vt debita Vincentio, qui cessit & renũciauit ad fauorem Pompei, ad eumdem spectaret, & non ad alios *l. si à creditore, C.de act.oblig. Surd.consil.22.numer.16. Rot. in Romana fideicommissi de Incoronatis 22.May 1643. coram Reuerendissimo D. meo Dunozetto Decano,* & firmatum fuit in *Bononien. fideicommissi 5. Decembris 1650. & 16. Iunij 1651. coram me.*

Identitas bonorum satis probata remanet
11 ex Inuentario de ordine Testatoris † facto, quod bene probat contra conficientem, & habentes ab eo causam, *Peregr. de fideicommiss. artic. 44. numer.2. Rota coram Caualer. decis.578. num.5. & in recent.decis.96.num.2.& 3. par.7.cum alijs in Meleuitana fideicommissi 20.Iunij 1650. coram R.P.D. meo Ottbobono.*

12 Vnde † cum ex prædictis constet de fideicommisso de illius purificatione ad fauorem Pompei, necnon de identitate bonorum, resolutum fuit immissionem esse cõcedendam siue ex remedio *l. final. C.de Edict.Diu.Adr.tollen.* siue ex Saluiano, iuxta *not.per Gabr.cons.44 num.6. lib.2.* & in terminis de immissione petita ob alienationes factas contra prohibitionem Testatoris, firmauit *Rota coram Caualerio decis.201. numer.4. & in Bononien. fideicommissi de Manzolis 1. Decembris 1625. coram Pirouano, in Bononien. fideicommissi de Blanchis 20. Aprilis, & 14. Decembris 1646. coram R. P. D. meo Rojas, & in Spoletana fideicommissi 27. Martij 1648. coram R.P.D. meo Bichio.*

Et ita altera tantum &c.

R. D. P. BICHIO

Maioricen. celebrationis Missarum.

Mercurij 28. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Quasi possessio manutenibilis non acquiritur ex actibus voluntarijs, & facultatiuis; verum quia sæpè oritur difficultas an materia sit facultatiua, ideo in præsenti decisione latissimè discutitur, quando actus dicantur facultatiui, & quando ex obligatione prouenientes.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio competit, vbi constat de quasi possessione.*
2 *Quasi possessio, vt Ecclesiæ quæsita dicatur, quid sufficiat.*
3 *Quasi possessio non acquiritur ex actibus voluntarijs.*
4 *Actus quando non dicatur facultatiuus, sed ex obligatione prouenieus.*
5 *ad Manutentionem obtinẽdam sufficit dubitari posse an actus fuerint facultatiui, nisi præsumptio valdè vehemens aduersetur.*
6 *Verbum,* fiat, *est perceptiuum.*
7 *Verbum,* dicat, *importat obligationem, & spontaneam voluntatem excludit.*
8 *Verbum,* seruetur, *indefinitè prolatum in re de sui natura tractum successiuum habente, quid importet.*
9 *Canonici per se ipsos canere debent Missas.*
10 *Canonico existenti in Turno, sic in decreto fuerit data facultas non celebrandi, aut canendi si nolit, huiusmodi potestas quomodo sit intelligenda.*
11 *Actus qui respectu Canonici sit voluntarius, potest esse necessarius respectu totius Capituli.*
12 *Turnus inter Canonicos, diuidit in singulos Canonicos oneris exercitium.*
13 *Deficere in adimplemento non dicitur, qui non debet.*
14 *Capitulo ab onere acceptato recedere non valet.*
15 *Testis verisimiliter informatus includit negatiuam coarctatam licet, non remoueat sensum ab actu dicendo quando aliter esse non possit, quin ipse sciuisset.*
16 *Testis deponens de obseruantia longi temporis in re diuinum Cultum respiciente, obligationẽ plenè probat, & ex integro parit quatenus opus sit, fauore Ecclesiæ.*
17 *ad Obseruantiam probandam in re diuinum Cultum respiciente, sufficit continua præstatio decem annorum.*
18 *Actus quando non præsumatur facultatiuus.*
19 *Actus qui dedit causam liti non meretur attendi.*
20 *Canonici tenentur per se ipsos canere Euangelium Missæ solemnis.*
21 *Et si ita factum non fuit credendum est ob aliquod legitimum impedimentum euenisse.*
22 *in Iudicio summarijssimi possessorij leuiores probationes admittuntur.*

DECISIO CLXXXVI.

CELEBRAT Cathedralis Ecclesia Maioricen. duplicis generis festiuitatis dictas de Aloy, alias nuncupatas capitulares, alias fidelium deuotione fundatas ac dotatas. De primis non est quæstio, sed in secundis recusantibus Canonicis canere per se ipsos Euangelium Missæ solemnis: Reuerendissimus Episcopus decreuit Ecclesiæ manutentionem in quasi possessione, recipiendi ab illis seruitium cantus Missæ, & Euangelij. Deuolutoque per appellationem Canonicorum negotio ad hoc sacrum Tribunal, & mihi commisso, decidendum hodiè proposui. An Promotori Ecclesiæ sit danda manutentio, in quasi possessione cani faciendi Euangelium à Canonicis in solemnitatibus prædictis: Et
1 affirmatiua sententia placuit. † Nam quasi possessio recipiendi seruitium huiusmodi cũ sit penes Ecclesiam ipsi, (siue eius nomine Promotori) competit manutentio, vt fere in his

in his terminis respondit *Rota in Salamantina stipendiorum 16. Ianuarij 1606. & 3. Decembris 1607. coram Cardinali Lancellotto iuniori, impressa apud Moder. Perus. de manutentione decis. 96. num. 2. & 3. & decis. 97.*

2 Neque Canonici † negant idem seruitium, in præteritum præstitisse pluries; quod etiam affirmant testes deponentes de visu per longissimum tempus dat. in Summario Promotoris num. 4. & 5. & satis esset aliquando ita fuisse seruatum: vt quasi possessio diceretur Ecclesiæ quæsita, iuxta *theor. Bart. in cap. cum Ecclesia Sutrina, num. 91. de caus. possess. & propriet. Roman. cons. 311. num. 7. Oldrad. cons. 312. num. 2. Dec. cons. 117. sub num. 2. vers. quod autem, Garz. de benef. par. 5. cap. 5. num. 59. Rota decis. 337. par. 2 apud Caputaquen.* & alias sæpissimè: sed asserentes id spontè fecisse, † ac proinde actus
3 fuisse voluntarios: eos prætendunt adduci non posse ad probandam assertam quasi possessionem, quippe quæ ex actibus facultatiuis non acquiritur, *l. Proculus, ff. de damn. infect. Decian. cons. 144. num. 133. lib. 4. Rota decis. 473. nu. 1. par. 3. recent. cum reliquis allegat. à Moder. Perus. de manut. obseru. 53. num. 2. & seqq.*

4 Verum Promotoris † replicationes infra adducendæ visæ sunt obligationem canendi spontaneo, & facultatiuo cantui contrariam, *Ripa in cap. cum Ecclesia Sutrina, num. 55. de caus. possess. & propriet. Menoch. præsumpt. 67. numer. 1. & seqq. lib. 6. Adden. ad san. mem. Gregor. XV. decis. 162. sub litt. B. vers. primo sciendum, Rota apud Peniam decis. 135. numer. 9. & in Pampilonen. Iuris nominandi Vicarium 15. Maij 1644. §. quia hoc, coram R.P.D. meo Pentingero*, suadere posse, vt
5 saltem † dubium sit: an actus canendi fuerint facultatiui; quod sufficit ab obtinendam desuper manutentionem, nisi præsumptio valdè vehemens aduersetur, *Add. ad sa. mem. Greg. XV. decis. 162. num. 15. in fin. relat. à Modern. Auenion. quæst. & resolut. lib. 1. cap. 15. num. 17. & à Moder. Perus. de manutent. dicta obseruat. 53. num. 16. Rota Bonon. diuers. decis. 138. num. 58. & 59. Seraphin. decis. 325. num. 3.*

Adest siquidem Capitulare decretum editum die 5. Septembris anno 1603. disponens quod festa, de quibus agitur: fiant à Canoni-
6 cis per Turnum; † verbum enim *fiant*: cum sit præceptiuum, *Clem. exiui de Paradiso, vers. item ordo, de verb. signific. Paris. con. 19. num. 132.*
7 *lib. 2.* † prout & subsequens verbum dicat ibi: *dicat Euangelium*, importare videtur præcisam obligationem, & spontaneam excludere, vt in puncto celebrationis Missæ; aduertit *Moder. Carpensis controu. foren. cap. 38. num. 22. & seqq.* Consonat aliud decretum Capitulare sub die 17. Septembris eiusdem anni; Mandans, quod
8 in hisce festis seruetur Turnus, † ponderando verbum *seruetur*, quod indefinitè prolatum in re de sui natura tractum successiuum habente iniungit onus: sic perpetuo faciendi, *Felin. in cap. 2. num. 5. fall. 2. & 5. de tregua & pace Cyn. in l. si quis hæredem, num. 2. vers. nam quidem, C. de instit. & substit. Iason. in l. si ab arbitrio, sub num. 13. vers. secundo, & fortius, ff. qui satis d. cog. Ang. cons. 34. num. 9. Rota decis. 677. num. 2. part. 1.*
9 *diuers.* † Turnus autem ex Ecclesiæ instituto non cadit nisi inter Canonicos, qui proinde per se ipsos canere debent, *Garz. de benef. par. 3. cap. 2. num. 495.*

10 Non obstat, † quod in vtroque decreto detur Canonico existenti in Turno potestas nō celebrandi, aut canendi, si nolit, nam præter quod vnus ex Dominis animaduertit. Intelligendum hoc esse de voluntate legali iuxta boni viri arbitrium: hoc est, si legitimo impedimento detineatur, vt in fortior. terminis *Cuttier. cons. 1. num. 11. vers. & prædicta, Barbat. cons. 33. num. 8. versic. quia ad hoc respondeo, lib. 2. Garz. de benefic. part. 3. cap. 2. numer. 504.* & alii quos ad rem nostram allegat *Modern. Carpen. dicto cap. 38. sub num. 27. vers. verum, & num. 28.* non rectè à libertate concessa Turnario infertur, quod omnes Canonici possint recusare; dum vltro disponitur, quod eo recusante,
11 Turnus ad alios transeat: † quia stant simul quod actus respectu Canonici Turnarij sit voluntarius, necessarius vero respectu totius Capituli; in quo residet formale onus canen-
12 di: † so umque Turnus diuidit in singulos Canonicos eiusdem oneris exercitium; vt ex *doctr. Bart. in l. inter tutores, numer. 16. ff. de admin. tut.* tradit in terminis Turni inter Canonicos, *Lotther. de re benefic. lib. 2. quæst. 21. & 29. & dixit Rot. penes Seraph. decis. 980. num. 10. & 11. in Montis alti Beneficij 15. Decembris 1645. §. & additur coram me.*

Eo magis quia decreta; arbitrium nolendi tribuunt quidem existenti in Turno, sed in in hac parte non loquuntur de alijs Canonicis immediatè sequentibus; imò explicitè mandant, quod ad illos Turnus transeat, ibi: *Canonicum ad quem spectat Turnus, & eo non acceptante transeat Turnus ad alium immediatè sequentem*. Summar. Promot. num. 6. necnon quia emanarunt non ad minuendam Capituli obligationem, sed augendum, diffundendumque illius emolumentum, ac exercitium in omnes Canonicos cum prius illi solum participarēt; quos fundatores festorum inuitassent: vt deponit, quartus testis dicto Summario num. 4. quam obligationem Capitulum agnouit etiā in alio decreto anni 1650. vbi inhærendo decretis anni 1603. vt facilius obseruentur neque ex parte Capitularium deficiat seruitium, ibi: *per facilitare, che non ci sia mancamento de Signori Capitulari, che officiano in detti giorni*. Constituit vt vltra ordinariam distributionem alia extraordinaria celebranti Missam, & canenti Euangelium soluatur à mensa Capituli Summario num. 7. Neque enim Capitulum propriam mensam extraordinaria distributione grauasset, pro adimplemento huius seruitij nisi ad illud teneretur, & verbum illud, *mancamento*, supponit præexistentiam debiti, cum
13 deficere in adimplendo non dicatur qui non debet, *l. non intelligitur 3. §. multa, ff. iur. fisc. leg. amissione 5. §. 1. ff. capit. Demin. l. Caius 11. in fin. ff. vsur. l. si extraneus 34. in principio, ff. iur. doc. l. non videntur 84. l. non potest videri 100. l. non potest videri 209. ff. reg. iur.*

Quod etiam demonstrant tum fundationes harum

harum festiuitatum, in quarum aliquibus assignatur certum emolumentum Canonico canenti Euangelium, Summario Promotoris num. 2. aliæ fuerunt à Capitulo acceptatæ cũ onere solitæ solemnitatis: quod pernecesse intelligitur cum cantu Canonici, vt explicãt testes, Summario ibidem num. 4. in fine, vt
14 propterea † Capitulum ab onere acceptato recedere non valeat, vt in proximis terminis ratiocinatur *Rota apud Peniam decis. 146. num. 1. & 2.* Tum subsequens obseruantia probata
15 ex pluribus testibus, † quorum signanter quintus examinatus ad instantiam Promotoris, Summario num. 4. est ætatis 80. annorum & deponit quod spatio 66. annorum, in quibus beneficiatus est Ecclesiæ huius Cathedralis, semper vidit Euangelium in his festiuitatibus cani à Canonico, nec vnquam vidit, quod alius non Canonicus cecinerit, id quod in teste verisimiliter informato, quia Beneficiatus est, includit negatiuam coarctatam, licet non subdat aliter fieri non potuisse, quin sciuerit, *Aretin. in cap. cum causam, num. 37. de test. Paris. cons. 162. num. 14. lib. 4. Farin. cons. 151. n. 18. Add. ad sanct. mem. Gregor. XV. decis. 325. num. 27.*
16 Cumque † omnes testes Promotoris deponant de obseruantia longi temporis hæc ipsa in re diuinum Cultum respiciente obligationem Capituli nedum probat, sed quatenus opus sit ex integro parit fauore Ecclesiæ, *Felin. in cap. ad Apostolicam num. 3. de Simon. port. Abbas in c. suam n. 9. eod. tit. Guttier. Can. quæst. lib. 2. q. 21. num. 144. Cassad. decis. vnic. num. 2. & 5. de consuet. Rota decis. 360. sub num. 7. vers. vltra quod, part. 1. recent. decis. 143. num. 5. decis. 1135. numer. 2. & 3.*
17 *coram Penta,* † vbi subditur omnes affirmare quod sufficiat continua præstatio decem an-
18 norum: † eo facilius ad obscurandam qualitatem voluntarii, seu facultatiui, quæ ob actuum multiplicitatem non præsumitur, *Add. ad Greg. XV. decis. 162. num. 15. ante fin. vers. 2 excluditur & vers. 3. vbi agitur, Cæsar de Graff. decis. 1. num. 3. de caus. possess. & propriet. Seraph. decis. 212. num. 2. decis. 323. num. 4. cum alijs relatis à Modern. Perusin. de manutent. obseruat. 53. num. 20. & seq.* vbi infert quod exinde acquiritur possessio manutenibilis.

Hanc ipsam obseruantiam probant testes Capituli non attento quod deponant de duo-
19 bus actibus contrarijs, † qui cum dederint causam liti, non merentur attendi, *Gionagnon. cons. 28. num. 38. lib. 2. Lancell. de attent. par. 2. cap. 4 limit. 1. num. 111. & seqq. Rota coram sanct. memor.*
20 *Gregor. XV. decis. 4. num. 2.* † prout attendi non meretur, quod semel aut bis canente Missam Canonico, cecinerit Euangelium non Canonicus: quia existunt declarationes sacræ Congregationis Rituum relatæ à *Barbos. de Canon.*
21 *& dignit. cap. 34. sub numer. 7.* † idque factum credere pium est ob legitimum aliquod impedimentum, vt in proximis terminis ponderat *Modern. Carpen. controu. cap. 38. num. 47.*

Quæ omnia vt supra dicebatur Domini nõ attulerunt ad effectum aliquid decernendi in petitorio, sed solius summarijssimi posseso-
22 rij, † quod leuiores probationes admittit ex allegat. in *decis. 396. num. 1. decis. 547. numer. 2. decis. 626. num. 2. inter impress. post tract. Modern. Perus. de manut.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

R. P. D. MELTIO,

Postea Reuerendissimo Episcopo PAPIEN.

Hipporegien. Pensionis.

Mercurij 28. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Sententia, quando transiuit in rem iudicatam ob lapsum temporis, quia fatalia non fuerunt prorogata; & constat sententiam iustam, & validam esse, & tunc eius executioni locus est, & plura deducuntur circa inualiditatem, pensionis reseruatæ super Ecclesia Parochiali cum clausula, *Dummodo remeneat centum pro Rectore.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia transit in rem iudicatam, dum non prorogantur fatalia.*
2 *Appellationis causa dum non fuit prosecuta, perinde est, ac si non fuisset appellatum.*
pro Re iudicata ex quibus circumstantijs, Rota respondeat num. 2.
3 *Sententia stante lapsu temporis sine difficultate transit in rem iudicatam.*
4 *pro Sententiæ validitate semper stat præsumptio.*
5 *ex Processus reuolutione constat de validitate sententiæ.*
6 *Iudex, quando est constitutus in summarijssimo possessorio, non potest cognoscere in petitorio. limita vt amplia num. 7.*
8 *in Iurisdictione Iudicis, quando quis dicatur consensisse, etiam quoad petitorium.*
de Iurisdictionis defectu, quando quis frustra opponat, num. 8.
9 *Clausula,* Dummodo remaneant centum pro Rectore, *qualificet totam gratiam, itaut id sit verificandum.*
10 *Clausula,* Dummodo remaneant centum pro centenario, *illa non verificata, corruit reseruatio pensionis.*
11 *Gratia conditionalis, ea non purificata, corruit, & num. 12.*
13 *ex Confessione benè iustificatur clausula,* Dummodo &c.
14 *Antecessor beneficij non potest præiudicare successori.*
Beneficij possessore mortuo, omne ius eius remanet extinctum, num. 14.
15 *Articulos producens sibi in aliquo non præiudicat, stante clausula,* se non astringens.
16 *Reus vincere potest per non ius actoris.*
17 *Testes quando probant quantitatem fructuum beneficij, amplia num. 19.*
20 *Ordinario attestanti de qualitate beneficiorum suæ Diœcesis, multum est deferendum.*
21 *Testes, si debeant probare aliquid de aliquo tempore præciso, dum primus de eo deponit.*

22 Tunc

22 *Tunc si alij testes deponant in genere, dicuntur tamen contestes cum primo.*
Testes congrua interpretatione debent iudicari contestes, num. 23.
23 *Dictum testis in genere deponentis, declaratur ab alio teste deponente in specie.*
24 *Clausula,* Dummodo remaneant centum pro Rectore, *habet causam successiuam congruæ substentationis Rectoris.*
25 *Clausula,* Dummodo remaneant centum pro Rectore, *non solum verificanda est de tempore gratiæ, sed etiam continuè durare.*
Itaut si dicti fructus postea diminuantur, pensio in totum corruit.
26 *Clausula,* Dummodo remaneant centum pro Rectore, *intelligenda est de fructibus certis, & non de incertis, & num. 25.*
28 *Venter non patitur dilationem, nec pendere debet ab incerto.*
29 *Oppositiones, quæ non subsistunt in facto, non debent attendi.*
30 *Citationis defectus ad videndum iurare testes, suppletur ex monitione Iudicis, quod certo die, & hora, testes examinabuntur, amplia num. 31.*
32 *pro Validitate examinis testium in dubio iudicandum est.*
33 *Testium oppositiones quando sunt leues, supplentur ex numero.*
34 *Pensio, quando prætenditur, quod sit excessiua, non agendum per viam annullationis, sed per viam reductionis.*
35 *Pensio reseruata cum clausula,* Dummodo remaneant centum pro Rectore, *si illi liberè non remaneant ei, pensio remanet nulla.*
36 *Pensionarius quando teneatur plenè, & concludenter probare, quod remaneant centum pro Rectore, & num. 37. & 38.*
39 *Restitutioni in integrum non est locus, quando constat de validitate, & iustitia sententiæ.*
40 *aduersus Rem iudicatam, quando detur restitutio in integrum.*

DECISIO CLXXXVII.

SVPER Parrochiali Ecclesia Sancti Oderici Ciuitatis Hipporegieñ, quam Franciscus Auda iam obtinebat fuit de anno 1619. de eiusdem Francisci Titularis consensu auctoritate Apostolica reseruata annua pensio ducatorum 70. auri de Camera ad fauorem Marchionis Philiberti Ceuæ expressis fructibus certis per ascensum ad ducatos 160. incertis ad 40. & cum solita clausula, *Dummodo ex fructibus dictæ Ecclesiæ illius Rectori pro tempore existenti centum ducati liberi remaneant*, Summario Stephani num. 1. Defuncto præfato Francisco, Stephanus Dominicus Arondellus in dicta Parrochiali successor cœpit controuertere solutionem pensionis sub prætextu, quod fructus ascenderent tantum ad ducatos 70. quare introducto contra eum iudicio ad instantiam Marchionis coram Vicario Hipporegieñ super solutione dictæ pensionis, obtinuit pensionarius manutentionem in quasi possessione illam exigendi, quam Nuncius Taurineñ in gradu appellationis confirmauit, sed deuoluta deinde ab A. C. causa, fuit per ipsum de anno 1644. sententia promulgata in petitorio, per quam fuit declarata dicta pensio nulla & inualida; Ab hac sententia interposita, sed nunquam prosecuta pro parte Marchionis appellatione. Dubitaui an constaret de re iudicata, vel potius de causis restitutionis in integrum, & Domini quoad primam partem affirmatiuè, quo verò ad secundam negatiuè responderunt.

Constat enim de re iudicata, quia cum causa appellationis à sententia ad fauorem moderni Titularis commissa fuerit in Rota
1 vsque de anno 1644. & ab inde citra † nihil vnquam in causa actum fuerit absque vlla fatalium prorogatione appellatio effecta fuit deserta, & sententia fecit transitum in iudicatum, perinde ac si ab ea appellatum non fuisset, *cap. cum sit Romana extra de appell. Clem. si appellationem, eodem tit. l. 2. & l. fin. & Authen. ei qui, C. de tempor. & repar. appell. Rota coram Put. decis. 28. lib. 2. & in recent. decis. 414. num. 3. par. 5.*
2 & ex similibus circumstantijs † Rota pro re iudicata respondit in *Romana locorum montium 15. Februarij 1641. coram Reuerendissimo D. meo Decano, confirmata 3. Iunij 1650. coram me, & in Aquilana Iurispatronatus 4. Iunij 1646. coram R.P. D. meo Corrado, §. quia cum ab eo tempore, & in Melevitana antianitatis 14. Decembris 1648. coram eodem Reuerendissimo D. meo Decano*, idque sine
3 difficultate † procedit stante validitate, & iustitia dictæ sententiæ.

Validitas autem omissio quod pro ea stat
4 semper † præsumptio, *gloss. in l. si post, C. de iur. & fact. ignor. Menoch. cons. 110. num. 6. lib. 2. & de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 67. num. 1. & seq. lib. 2.* vbi latè satis clara resultat ex reuolutione processus, ex quo apparet seruata fuisse de iu-
5 re † seruanda, iuxta requisita per *Caputaq. decis. 260. par. 2. in recent. & coram sanct. mem. Greg. XV. decis. 218. num. 1. versic. quia de validitate, Buratt. decis. 126. nu. 2. vers. nam de iurisdictione, & dec. 601 n. 3. vers. validitas autem sententiæ, par. 4. tom. 3. rec.*

Neque illa impugnari valet prætextu defectus iurisdictionis ex eo deducti, quod coram A. C. Iudice possessorii summarissimi non
6 potuerit agi † in petitorio, quia obiectum nō applicatur, quando cum Iudex habet iurisdictionem pronunciandi etiam in petitorio, prout habet A. C. ex facultatibus impressis post *Salust. Tib. in prax. fol. 524. num. 8.* & quan-
7 do † vterque litigans est eidem foro subiectus, vt conciliando *Text. qui videntur contrarij in c. 1. de caus. possess. & propr. & in cap. vlt. de iudic. notat Barbos. in d. cap. 1. num. 4. & 5.* vbi allegat concordantes, & fuit dictum *in Pisauren. pensionis 29. Aprilis 1648. coram R.P.D. meo Bichio.* Vltra quod dum pensionarius deuenit ad plures actus positiuos, & signanter dedit interroga-
8 toria super articulis respicientibus † petitorium satis exinde consensisse videtur, quod coram A.C. etiam petitorum cognosceretur, & ita frustra hodie excedit de defectu iurisdictionis, *ad trad. per Modern. Hispan. de iudic. tom. 2 lib. 1. tit. 2. disput. 2. num. 8. & seqq. Rota decis. 306. num. 8. & seqq. par. 7. recent.*

Iusti

Iustitia quoque satis euidens ex eo reddi-
tur, nam pensio, de qua hic agitur reseruata
fuit sub clausula, *Dummodo remaneant centum du-*
9 *cati pro Rectore*, per quam ita qualificatur † tota
gratia, vt siue importet modum, siue condi-
tionem nihil actum censeatur nisi dicta clau-
sula prius iustificata, *Loter. de re benefic. lib. 1.
quaest. 38. à num. 40. cum seqq. Rota coram Seraph.
decis. 1017. num. 4. & coram sanct. mem. Gregor. XV.
decis. 57. num. 2. & ibi Adden. num. 22.* & cum
pensionarius illam minimè iustificauerit, vti-
10 que dicendum est † iuste processisse A. C.
dum pronunciauit per sententiam dictam pē-
sionem esse nullam, onus namque iustifican-
di dictam clausulam spectabat ad pensiona-
rium etiamsi solutioni pensionis consenserit
11 Titularis, † quia talis consensus intelligitur
praestitus sub eadem conditione, quam habet
12 gratia, cui accedit, ideoque non † purificata
tali cōditione consensus nihil operatur, *Garz.
de benef. part. 1. cap. 5. num. 464. vers. quia ille con-
sensus, Lotter. de re benef. lib. 1. quaest. 38. numer. 45.
Rota decis. 519. num. 4. part. 2. recent. Add. ad sanct.
mem. Gregor. XV. decis. 57. numer. 12. versic. declara
hoc procedere*, cum alijs allegatis in *Monopolita-
na Pensionis 2. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Bichio,
§. quae conclusio.*

Neque subsistit, quod cum Titularis con-
senserit pensioni exprimendo vlterius, valo-
rem beneficij in ea quantitate, quae excedit
dictam congruam ducat. 100. ex hac confes-
13 sione † resultet sufficiens iustificatio clausu-
le, *Dummodo, ad tradit. per Loter. de re benef. lib. 1.
quaest. 38. num. 49.* Quia si respicimus consen-
sum Stephani moderni Titularis ille fuit sim-
pliciter praestitus solutioni pensionis absque
vlla expressione valoris beneficij, prout con-
stat ex tenore instrumenti relati in Summa-
rio pensionarij num. 3. Respectu vero consen-
sus Titularis praedecessoris licet fuerit cum ex-
14 pressione valoris illa non valet † praeiudicare
successori causam non ab eo, sed à Summo
Pontifice habenti à quo fuit prouisus de hu-
iusmodi beneficio vacante per obitum, quo
tempore omne ius antecessoris remanserat
penitus extinctum, vt fuit resolutum coram
*Seraph. decis. 1122. num. 1. vers. tam ex eo, decis. 511.
num. 2. vers. tanto magis, par. 4. recent. & decis. 144.
num. 16. versic. demum non obstat, cum seqq. part. 4.
tom. 2.* & fuit dictum in *Concchen. Pensionis 21.
Maij 1649. coram R. P. D. meo Corrado.*

Neque releuat si dicatur, quod Titularis
reus conuentus petendo remissionem videa-
tur assumpsisse in se onus probandi, quod nō
remaneant centum pro Rectore, nam cum ar-
15 ticulos produxerit cum clausula, *non se astrin-
gens*, & sic reus adhuc retinet praerogatiuam,
qua rei gaudere solent obtinendi scilicet in
16 iudicio ob non probationes † ab actore factas
*glos. in l. circa, ff. de prob. & in l. 2. C. de probat. Dec.
cons. 517. num. 7. Herculan. de negat. num. 46. Paris.
cons. 66. num. 8. lib. 1. Magon. decis. Lucen. 11. nu. 13.*
vbi allegat concordantes, & Rota firmauit in
*Firmana pecuniaria 14. Martij 1642. coram R. P. D.
meo Bichio, §. & quamuis.*

Sed ex abundanti, quod nōn remaneant cē-
tum pro Rectore probant etiam Testes exa-
minati, ad instantiā Stephani Dominici Aron-
17 delli moderni Rectoris, qui † omnes depo-
nunt fructus dictae Ecclesiae non excedere du-
catos 70. & suorum dictorum optimam ra-
tionem reddituum dictae Ecclesiae per aliquos
ex testibus exercita, ac ex visione librorum
in quibus ipsi redditus annotantur ita verum
esse reperierunt, necnon quia cum vnus ex
dictis testibus fuisset in concursu ad dictam
Parrochialem praelectus habita notitia tenui-
tatis reddituum non exceden. dictos ducatos
70. atque plurium, ac notabilium aliorum
18 onerū, quae Parochus dictae † Ecclesiae subi-
re tenetur liberè praelectioni de se factae ces-
sit vnde ex illis resultat concludens probatio,
*Rota in recent. decis. 243. num. 12. par. 6. & dec. 270
num. 1. & 2. & decis. 263. num. 2. par. 7. recent.* ma-
ximè cum dicta testium recipiant robur, &
19 adminiculum † ex attestatione Ordinarij Hip-
poregieñ super tenuitate reddituum dicti be-
neficij prout constat ex eius epistola scripta
Sanctiss. D. N. de tempore quo Cardinalis
erat, Summario Stephani num. 7. cui vt val-
dè sit deferendum tanquam benè informato
20 de qualitatibus beneficiorum † proprio Dioe-
cesis declarauit *Rota coram Mantica decis. 87. n. 2.
Gregor. decis. 407. num. 6. in fine, vbi Adden. in recent.
decis. 143. num. 6. par. 7.*

Non obstat, quod dicti testes non percutiāt
21 tempus gratiae reseruationis pensionis, † nam
cum primus deponat de tempore ante, & post
reseruationem hoc sufficit, vt alij testes gene-
ricè de valore deponentes cum eo in tempore
22 contestes † praesumantur, semper enim quod
congrua interpretatione fieri potest, testes cō-
testes praesumuntur, *Castren. cons. 126. in fine, &
cons. 342. in causa Frataleae domus col. 3. lib. 2. Aret.
cons. 36. col. 2. vers. nec potest dici*, & in terminis,
23 quod dictum testis † non deponentis de certo
tempore declaretur ex alio teste, qui de illo
deponit firmat *Innocen. in cap. qualiter, & quando
col. 2. de accusat. Bald. in l. de quibus col. ante penult.
ff. de legibus, Alex. cons. 109. in fine lib. 1. & cons. 503
num. 2. eodem lib. 1. Crauet. cons. 78. num. 9. versic.
ideo quando testes, Gratian. discept. forens. cap. 505.
nu. 8. vers. & quamuis non iustificetur*, vltra quod
satis est pro annullanda dicta pensione, quod
hodie probetur attento valore per decennium
non remanere centum pro Rectore, nam
24 clausula illa, *Dummodo* habet † causam succes-
siuam congruae sustentationis Rectoris, & ita
verificanda venit non solum de tempore gra-
tiae, sed etiam quod continuo duret, itaut si
fructus beneficij adeo fuerint diminuti, vt am-
25 plius centum † non remaneant pro dicto Re-
ctore pensio in totum corruat, *Garz. de benefic.
par. 1. cap. 5. num. 399. & seqq. Seraph. decis. 951. n. 4
Rota in Romana pensionis 25. Maij 1646. §. vnde,
coram R. P. D. meo Bichio.*

Nec etiam releuat, quod testes non depo-
nant de fructis incertis super quibus praesup-
ponitur, quod etiam reseruata fuerit pensio,
26 quia pro † iustificatione clausulae *Dummodo*,
probandum est, quod ex fructibus certis cen-
tum remaneant, scilicet de illis, qui licet finit

incerti ratione summæ habent tamen quandam certitudinem, vt sunt decimæ frumenti
27 vini &c. † non autem de illis, qui sunt omnino incerti, prout sunt funeralia, & similia, quæ non imputantur in congruam, ad tradita per *Bebuff. de congrua num.83. & 86. Mantica decis.269. num.6. Rota decis.5. num.3. par.2. diuers. & in recent. decis.230. num.2. cum seqq. part.6. Barbos. de iur. Eccles. lib.6. cap.3. nu.44.* & ratio est quia
28 venter non patitur † dilationem nec pendere debet ab incerto, *Rota decis.230. num.5. part.6. recent.* & fuit dictum in *Romana pensionis sub §. deficit, coram R.P.D. meo Bichio.* Minusque obstare visæ fuerunt prætensæ nullitates examinis dictorum testium, nam illa ex defectu iu-
29 ramenti non † subsistit in facto cum appareat testes ad delationem Iudicis iurasse de veritate dicēda prout constat ex iuribus datis in Summario responsionis Stephani num.2. Aliæ ex defectu citationis ad videndum examinari tollitur per monitionem à Iudice factam procu-
30 ratori ibi præsenti † ad interessendum examini, & dandum interrogatoria pro certis diebus, & horis, eodem Summario responsionis num.3. quæ monitio supplet defectum citationis, eoque magis dum procurator sic mo-
31 nitus † postea comparuit, ac dedit interrogatoria, & interfuit examini, ac testibus pro Marchione interrogatis, Summario responsionis Stephani num.4. & sic apparet eum fecisse totum id, quod facere poterat, vnde examen
32 optimum † suffragatur nulla habita ratione prætensarum nullitatum, ptout in his terminis respondit sæpius Rota, & signanter *coram Cæsar de Graffis decis.11. numer.18. de probat. Put. decis.305. lib.3. in antiq. Caputaq. decis.149. nu.1. par.1. Gregor. XV. decis.466. num.1. & ibi Adden. num.11.* & fuit etiam resolutum in *Cæsaraugustana Distributionum tertia Decembris 1640. coram Eminentissimo D. Cardinali Panzirolo §. vltra quod testis.*

Eiusdem irreleuantiæ visæ fuerunt exceptiones datæ contra personas testium, nam
33 præter † quod sunt parui momenti adhuc illæ supplentur ex numero quinque testium, *gloss. in l.3. verb. numerus, ff. de test. Alex. cons.149 num.6. lib.5. latè Gabr. de test. concl.5. per totam, Cæsar de Graffis decis.5. nu.8. de sponsal. Greg. XV. decis.351. num.4.* & fuit dictum in *Signina census 12. Maij 1645. coram Reuerendissimo Terracinen. Spoletana bonorum 7. Februarii 1648. coram R. P. D. meo Rojas, Meleuitana domus 15. Ianuarii 1649 & in Bononien. pecuniaria 10. Ianuarii 1650. coram R.P.D. meo Otthobono §. eadem vero, in fine.*

Neque confessio facta à moderno Rectore de anno 1641. quod fructus huius beneficij non excederent ducatos 108. de qua in Summario Marchionis numer.8. dici potest contraria testibus deponeñ de ducatis 70. quia ducati 70. de Camera, de quibus deponunt testes redacti ad ducatos de partibus, de quibus Titularis intellexit constituunt eandem summam ducat.108.

Denique non obstat, quod in omnem casum procedi debuisset per per viam redu-
34 ctionis non autem † annullationis in totum quia cum detractis pluribus oneribus ordinariis, & necessariis, ad quæ Rector tenetur, & quæ in iustificatione clausulæ *Dummodo*, deduci debent, ad tradita per *Gigas de pens. quæst. 96. num.2. Cassador. decis.19. num.1. & 2. de prab.* cum plur. relatis per *Add. ad Greg. XV. dec.249*
35 *num.12.* non † remaneant centum liberi pro Rectore pensio benè annullata fuit.

Præterea animaduertebant DD. quod pensio, de qua agitur reseruata fuit sub expressione valoris ducat. 200. per ascensum quo casu
36 Pensionarius tenetur † plenè, & concludenter illam iustificare tanquam fundamentum suæ gratiæ, *Rota in Rauennaten. pensionis 28. Iunii 1596. coram Litta num. 3. vers. sed etiam inter impressas apud Marchess. de commiss. par.1. fol.615.* & fuit latè probatum *in Hispalen pensionis 22 Martii 1613. coram bon. mem. Pirouano, in recent. decis.444. per tot. confirmata decis.526. part.3. cum aliis allegat. in Conchen. pensionis 21. Martii 1649. coram R.P.D. meo Corrado*, alias pensio in to-
36 tum annullatur etiam si clausula † *Dummodò*, iustificata remaneat, quia hæc alio tendit, ac longè distat à iustificatione narratiuæ valoris, quæ verificanda venit tanquam fundamentū gratiæ; & sufficit iustificatio de tempore sup-
37 plicationis, clausula † verò prædicta vt supra dicebatur respicit continuationem, & progressum pensionis, nec est sufficiens iustificatio de tempore gratiæ, sed requiritur succes-
38 siua adeout semper probandum † sit centum remanere pro Rectore, atque ita ex huiusmodi clausulis vti respicien. diuersa tempora, & effectus vtraque venit iustificanda, prout in his terminis resolutum fuit *in d. Concen. Pensionis 21. Maii 1649. coram R.P.D. meo Corrado, §. hac enim alio tradit.*

Quare ex prædictis satis constet de validitate, & iustitia sententiæ A. C. sequitur reso-
39 lutio secundæ partis, † quod non constet de causis restitutionis in integrum, quæ tantum datur constito de læsione resultante ex inua-
40 liditate, † vel iniustitia sententiæ, *Caputaq. decis.94. par.3. Cæsar de Graffis decis.10. num.12. de sent. & re iudicat. Rota decis.492. num.1. part.1. & decis.307. num.1. part.2. recent.* & fuit resolutum in *Sarsinaten. feudi 22. Iunii 1645. coram Reuerendissimo D. meo Decano §. causa.*

Et ita vtraque parte informante &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO

Cracouieñ Præposituræ S. Floriani.

Mercurij 28. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Præsentatus ad Iuspatronatus à maiori parte patronorum, & habens omnes qualitates à Fundatore requisitas, omnino debet institui, excluso eo qui est præsentatus à minori parte Patronorum, & multo magis si non habeat qualitates à fundatore requisitas.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Sententia validitas colligitur ex reuolutione actorū.*
2 *Præsentatus, quando veniat instituendus.*
3 *Præsentatus à minori parte Patronorum, non potest institui.*
4 *Amplia multò magis id procedere; si non habeat qualitates à Fundatore requisitas.*
5 *Præsentatus an debeat habere qualitates à fundatore requisitas de tempore præsentationis.*
6 *Vel an sufficiat adesse de tempore institutionis.*
7 *Præsentari, qui non potest, nec potest institui.*
8 *Præsentatus, quando dicatur probasse qualitates pro institutione obtinenda, necessarias, & num.9.*
10 *Bona aliqua, quod spectent ad iuspatronatus, ex quo iustificetur.*
11 *Patroni Laici habent tempus quadrimestre ad præsentandum.*

DECISIO CLXXXVIII.

SENTENTIAM Rotalem Præpositura, de qua agitur institutione Stanislao Iurkouski adiudicantem ex vtroque validitatis, ac iustitiæ fundamento hodie D D. confirmarunt: Ipsius enim validitatem acta ipsa pluries reuo-
1 luta † demonstrant iuxta praxim *Veralli relatam in decis.260. par.2.* semper in hoc Tribunali receptam; Iustitiam verò conuincit qualitatum omnium concursus pro assequenda institutione requisitus, & ab ipso met Stanislao in antecedenti instantia plene iustificatus, cui
2 proinde iure † merito in sententiā decreta fuit institutio ex disposit. *text. in cap. Monasterium 16 quæst.7. & in cap. cum Bertoldus de re iu d. Lambert. de iure patron. lib.2. par.2. quæst.8. art.14. & 15. Viuian. eod. tract. par.2. lib.11. cap.2. num.9. Rot. in Piscien. beneficij 26. Nouembris praeteriti coram R. P. D. meo Celso.*

In concursu Sigismundi Grigierouiz Aduersarij minoribus Patronorum suffragijs no-
3 minati, ac merito † proinde posthabiti ad *text. in cap.3. ibique glos. in verbo, qui maioribus de iure patron. Lambert. de iure patron. par.3. lib.2. quaest.4. art.1. Rocch. eod. tract. in verbo honorificum num.91. Garz. de benef. par.9. cap.2. nu.257. Rot in Cremon. Altaris 9. Decemb.1616. coram Manzanedo, & in Gienen. Cappellaniae 23. Martij 1620. coram Sanctissimo D. N. cum alijs adductis in Aquilana iurisp. 24. Ianuarij 1646. in §. Quare cum Ioannes, confirmata 4. Iulij eiusdem anni coram R.P.D. meo Corrado,* Dum etiam destitutus esse dignoscitur
4 qualitatibus † ex lege fundationis, vel alias legitime requisitis, nec de tempore præsentationis ab ipso verificatis tunc tantum tem-
5 poris † iustificandis ad *text. in cap. dudum il 2. de elect. & in cap. si eo tempore de rescr. vbi post glos. notant communiter DD. Peregr. de fid. art.19. num.9. & art.22. num.72. Rot. decis.100. nu.2. par.2. diuers.* Non enim se Academiæ Professorem actu laborantem, neque de gremio Canonicorum S. Floriani de tempore præsentationis se pro-
6 bat assumptum, adeoque ipsius † præsentatio, seu nominatio censetur omnino corruere, vt respondit *Rot. coram Seraph.1270. numer.2. & in alijs relatis in decis. R.P.D. mei Bichij in §. non obstat*, cum aliàs ob vtriusque defectum quali-
tatis in ipsa fundatione præscriptæ, nec po-
7 tuisset presentari, † nec successiuè institui, maiora quamuis Patronorum suffragia obtinuisset, iuxta theoric. *Abb. in cap. cum in cunctis, §. inferiora num.10. cum seqq. de elect. Bellon. iun. cons. 56. num.4. Garz. de benef. par.7. cap.15. num.6. Rot. coram Seraph. decis.1270. num.1. & coram bo: mem. Vrgell. decis. 8. & decis.23. vtrobique num, 3. & in alijs relatis in Fesulana beneficij 14. Martij 1650. in §. siquidem constat coram R.P.D. meo Corrado.* In
8 quarum tantum qualitatum † probatione non deficit Stanislaus dum ex confessione partis aduersę, tum in ipsa appellatione, tùm pluries iudicialiter repetita vtraque se prędirum esse concludit ad *text. in l. cum praecum C. de liber. caus. Surd. decis.104. num.5. Rot. coram Verall. decis.208. num.3. par.2. & decis.98. numer.2. par.2. diuers.*

Alias quoque qualitates pro assequenda institutione necessarias eundem Stanislaum iustificasse comprobat decisio R.P.D. mei Bichij edita in prima instantia, & iura denuo in summario repetita demōstrant. Vacatio enim Prępositurę per obitum Iacobi vltimi posses-
9 soris exinde arguitur, † quod aduersarius ex eadem vacatione proprium ius metitur, vt alias dixit *Rot. coram Bellamera decis. 496. coram Mantic. decis.132. num.1. coram Caual. decis.55. n.3. & coram Buratt. decis.931. num.1. & in Suessana beneficij 13. Februarij 1632. coram Motmanno in princ.* Hanc verò Pręposituram Vniuersitatis, & Academię patronatui suppositam fuisse conuincitur ex publico Regię donationis Instrumē-
10 to, legitimę Apostolicę videlicet † Sedis robore, confirmato, ex trad. per *Lambert. de iurepatron. par.2. lib.1. art.2. quaest.2. principali nu.3. Rot. coram Greg. decis.420. num.2. & decis.555. n.1. par.3. recent. & in Fesulana beneficij 31. Ian.1648. coram R.P.D. meo Bichio.* Se quoque intra legitima tempora maioribus Academię suffragijs pręsentatum concludit Stanislaus publicis documentis, quibus pręsentationem suam
11 intra quadrimestre laicis † patronis à Iure præscriptum successisse dignoscitur relato in *cap. vnico §. Verum de iure patron. lib.6. & in cap. quoniam, & in cap. cum propter eod. tit. & in alijs per Viuian. de iur. patron. par.2. lib.5. cap.1. num.34.*

Et ita altera tantum, alia verò pluribus licet citationibus pulsata tamen informare recusante &c.

R. P. D. BICHIO.

Perusina Suffragiorum.

Mercurij 28. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Compulsoria scripturarum, specialis, vt possit haberi, trina copulatiue riquiruntur, nempe, vt constet de existentia scripturę compulsandę, eiusque releuantia, & quod omnis absit malitię, & doli pręsumptio.

SVMMARIVM.

1 *pro Compulsoria speciali obtinenda quid requiratur.*
2 *ad Scripturarum existentiam, & releuantiam probandam, quid sit iustificandum.*
3 *Compulsoriae petitio differt à petitione exhibitionis scripturarum.*
4 *in Petitione exhibitionis Scripturae, sufficit qualibet probatio interesse, & praesumptio existentiae scripturae penes reum conuentum.*
5 *Petitio compulsoriae scripturarum, & petitio exhibitionis scripturarum, sunt inter se diuersa.*
6 *Scripturarum irreleuantia stante, non datur compulsoria, & num. 7.*
8 *Decisiones in causa facta, supponuntur in alijs disputationibus.*
9 *Petitorium ea, quæ respiciunt, non retardant possessorium.*
10 *Scripturarum compulsatio, quando dicatur superflua.*
11 *Compulsoria specialis scripturæ deneganda venit, si suspicietur eam peti animo differendi imminentem causæ exspeditionem.*
12 *Possessorij terminatio est res parui præiudicij, cum hodie detur mihi, & cras tibi.*
13 *Possessorij terminatio est res celeris expeditionis. Negotium ne damnum aliquod patiatur denegatur remissoria num. 13.*
14 *Compulsoria specialis pari passu ambulat, cum remissoria.*

DECISIO CLXXXIX.

TRIA copulatiuè requiri pro obtinenda cõpulsoria speciali, nempe quod constet de existentia scripturæ compulsandæ, eiusque
1 releuantia, † quodque omnis absit calumniæ suspicio, tradit *Vestr. in praxi lib. 6. cap. 1. num. 12 Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 11. num. 840. & seqq.* & dixit *Rot. decis. 555. num. 1. coram bon. me. Buratto decis. 597. per tot coram bon. me. Penia, decis. 376. n. 1 coram bo. me. Vrgellensi, & in Romana successionis 4. Iuly 1642. coram Reuerendiss. Salamantino.*

In quibus decisionibus vltro firmatur quod ad probandam existentiam, ac releuantiam
2 scripturæ, eius exemplum † extraiudicialiter extractum coram Iudice, à quo compulsoria petitur, produci necesse est. Et in hoc differt
3 petitio compulsoriæ à petitione† exhibitionis in qua sufficit quælibet probatio interesse, & præsumptio existentiæ scripturæ penes reum
4 conuentum, qui eam custodire † tenebatur *gloss. in clem. 1. §. Caeterum verbo compellen. de vsur. Imol. ibid. num. 21. Menoch. præsumpt. 61. nu. 10. lib. 6 add. ad Greg. XV. decis. 129. num. 8. cum alijs allegatis per add. ad Buratt. decis. 278. num. 13.* Esseque
5 has petitiones† inter se diuersas apparet ex traditis per *modern. Casenatensem de citat. tom. 3. c. 13. num. 244.*

In casu vero nostro Informantes pro Domino Priore Claustrali, cuius nomine compulsoria specialis petitur, exhibuerunt dumtaxat
6 fides extraiudiciales † de solito conficiendi scripturas super electionibus Rectoris Sapientiæ Nouæ singulis annis, vel biennis fieri cõsuetis, easdemque scripturas asseruandi in Archiuio subiecto potestati Dominorum Consulum Mercaturæ; vnde quia hodie non est quæstio, an electiones sint faciendæ, sed circa modum suffragandi, an scilicet per capita, de
7 quo exaduerso † nullus datur fumus, vt ex prædictis necesse est educi non valet earumdẽ scripturarum releuantia, vt in proximis terminis respondit *Rot. decis. 216. num. 1. & 3. apud Mant.* Imo pro Consulibus militare quasi possessionem votandi in capita constat ex actibus ponderatis in decisione huius causæ super manutentione votandi in capita sub die 13. Iunij
8 1650. quæ iuxta stylum huius Sacri † Tribunalis supponenda est *Buratt. decis. 596. num. 1. decis. 357. num. 4. Rot. decis. 604. num. 4. par. 5. recent.* & fuit dictum in *Valentina Rectoria 17. Martij præteriti coram me.*

Nil facit decretum anni 1529. disponens in Rectorem eligi vnum ex RR. Canonnicis Ecclesiæ Perusinæ: ita vt soli Consules Canonicum creandum nominent. Prior decretum interponat, ipseque inuicem vnum ex Collegio Mercatorum in Vicerectorem Consulibus proponat, qui à Consulibus confirmetur
9 Summ. Prioris num. 3. Nam præter † quod hoc respicit petitorium, & multa adducuntur ad probandam eiusdem decreti inobseruantiam opportunius suo loco discutienda.

Superflua est eiusdem decreti compulsatio,
10 quia illud Domini † Consules admittunt; cũque idem decretum, nec non aliæ scripturæ electionum asseruatæ iuxta sensum partis aduersæ in præfato Archiuio, ad quod aditum habere non minus Priorem, quam Consules ex fide Notarij data in Sum. Consulum nu. 1. & ex alijs electionibus hactenus ex eodem Archiuio extractis, & in hoc iudicio exaduerso productis apparet, possint extrahi mediantibus compulsatorijs generalibus, valdè suspi-
11 cari contingit † quod compulsoria specialis petatur animo solum differendi imminentem expeditionem mandati de manutenendo Cõsulibus debiti, vt in terminis ponderauit *Rot. d. decis. 376. coram bon. mem. Vrgellensi num. 7. & in dicta Romana successionis 4. Iulii 1642. §. propterea coram Reuerendissimo Salamantino.*

Qua propter disputato hodie particulari dubio, an sit concedenda compulsoria specialis, negatiuè responsum fuit vtraque parte informante; præsertim quia agitur de terminando
12 Summarissimo possessorio, † quod est leuis præiudicij, cum hodie detur mihi, cras tibi, pro vt quisque probauerit, & quoniam est
13 celeris expeditionis, etiam † ne interim gubernium, ac regimen sapientiæ nouæ ob carentiam Rectoris, detrimentum patiatur, re-
14 tardandum non est per compulsoriam † specialem, non secus ac per remissoriam, *Rot. decis. 250. num. 4. par. 5. recent.* Cum qua paripassu ambulat compulsoria specialis *Buratt. dec. 555. num. 4. & 5. aliique allegati in Vercellen. Decimarum 1. Iulii 1647. coram me.*

R. P. D.

REVERENDISSIMO P. D. CERRO,

Sacræ Rotæ Romanæ DECANO.

Auximana fideicommissi de Tibaldinis.

Lunæ 5. Iulii 1651.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum nomine collectiuo factum ad fauorem stirpis, Agnationis, familiæ &c. non concurrentibus verbis, vel alijs legitimis coniecturis tractum temporis, & perpetuitatem importantibus, regulatur ad similitudinem successionis ab intestato, ideoque vltra decimum gradum regulariter non extenditur: vnde qui ad illud succedere prætendit, non simpliciter consanguinitatem, sed illius certum gradum iustificare tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum relictum familiae, agnationi &c. quando non concurrunt verba perpetuitatem denotantia non protrahitur vltra decimum gradum.*

2 *ad Fideicommissum relictum agnationi, familiae &c. succedere volens, non debet probare nullum alium proximiorem extare, qui ipsum praecedat.*

3 *Sed quid iustificare teneatur.*

4 *Fideicommissarius agens ad fideicommissum agnationi, vel familiae relictum, simplex probatio consanguinitatis non sufficit, & quae nam sit necessaria.*

5 *Consanguinitatis probatio intra decimum gradum nō resultat ex eo quod quis auctoritatem tamquam consanguineum præstitit in contractu minoris, etiam si eiusdem familiae agnomine vtatur.*

6 *Consanguinitatis probatio intra decimum gradum excluditur ex eo, quod aliquis proximior perantea remanserit exclusus.*

7 *Fideicommissum an & quandò dicatur perpetuum, et successiuum ex eo, quòd fuerint substituti stirps, et proximiores de Domo, & familia.*

8 *Vocati nomine collectiuo, quando per vulgarem tantummodo substituti dicantur, ita vt fideicommissum in primo adeunte expirasse censeatur.*

9 *Cessio, seù renunciatio hereditatis importat illius aditionem.*

10 *Cessio hereditatis in continenti facta, non facit cedentem heredem, vt ad onera hereditaria teneatur*

11 *Cessio hereditatis constituit in cedente sufficientem agnitionem d. hereditatis pro validitate cessionis.*

DECISIO CXC.

IOANNES de Tibaldinis quatuor habens filios, duos scilicet masculos Bartholomęum & Cosmum, ac duas fœminas Catherinam, & Margaritam nuncupatas condidit Testamētum in quo relicta ijsdem certa pecuniarum quantitate pro earum dotibus, sub prohibitione nihil aliud petendi, masculos instituit hæredes vniuersales sub fideicommisso per hæc verba litteraliter constituto, ibi, *in omnibus autem aliis, & singulis suis bonis &c. suos haeredes generales, & vniuersales fecit, & nominauit Cosmum, & Barthelomæum eius filios &c. æquis portionibus &c. cū hac tamen conditione quod decedente aliquo ex dictis suis filiis, & haeredibus quandocumque sine filiis, vel filiabus legitimis, & naturalibus in pupillari aetate, vel postea vnus succedat alteri, & decedentibus ambobus substituit stirpem, & proximiores, de Domo, & Familia de Tibaldinis vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum &c.*

Defuncto Testatore vterque ex præfatis heredibus sine filijs decessit superstitibus Catherina, altera ex supradictis filiabus, & Ioanne Baptista filio Hippolyti de Tibaldinis germani fratris eiusdem Testatoris, qui sub die 4. *Septembris* 1625. solemniter renunciauit ad fauorem eiusdem Catherinæ omnibus iuribus occasione præfati fideicommissi super bonis hæreditarijs sibi competentibus; Verùm quia defuncta vltimo loco eadem Catherina institutis hæredibus DD. Iulio, & octauio fratribus de Sinibaldis, alter Io:Baptista de Tibaldidinis filius q. Hortensij prętenderet se comprehensum sub dicta vocatione stirpis, & proximiorum Domus, & Familię de Tibaldinis, ideò proposui dubiū An constet de fideicommisso, & ad cuius fauorem, *ac Non Constare de fideicommisso ad fauorem dicti D. Ioannis Baptistae q. Hortentii* Domini responderunt.

1 Ratio resolutionis fuit, † quia concludenter non iustificauit, vt tenebatur se infra decimū gradum Testatori esse coniunctum; Cum enim huiusmodi dispositiones ad fauorem Stirpis, Agnationis, Domus, & Familię collectiuo nomine factæ regulentur ad similitudinem successionis ab intestato, & sic non concurrentibus, prout hic, verbis perpetuitatem denotantibus, vlterius regulariter non protrahantur *ad notat. in §. penult. instit. de success. agnat. glos. & DD. in l. final. C. vnd. legit. Paris. cons. 51. num. 8. lib. 2. Socc. iun. cons. 140. nu. 14. lib. 3. Decian. cons. 1. num. 340. lib. 1. Peregr. cons. 44. numer. 5. lib. 4. & cons. 42. num. 6. lib. 5. ac in tract. de fideic. art. 30. num. 3. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. num. 23. & 24. Crass. de success. §. fideicommissum quaest. 19. nu. 3. Card. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 12. num. 37. Petr. de fideic. quaest. 8. nu. 33. & 34. Fusar. cons. 107. num. 11. & de substit. qu. 381. n. 5.*

2 licet ipse † probare non debeat se esse proximiorem, ita quod nullus alius supersit, qui ipsum pręcedat *Peregr. vbi sup. art. 43. sub n. 63.*

3 *Card. Seraph. decis. 1219. num. 1.* † Attamen non sufficit generalis probatio agnationis, & consanguinitatis, sed certum quoque gradum iustificare tenetur, *vt in puncto aliis allegatis probant Dec. cons. 320. num. 1. sub vers. sed his non obstan. & sub num. 9. vers. vltimo non obstat, Peregr. d. art. 43. d. num. 63. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 12. num. 27. & 28.*

4 † Cum enim includi, & non includi possit intra prędictos gradus simplex probatio, consanguinitatis remanet dubia & incerta, ac propterea non concludit *Pacian. d. cap. 12. num. 29. & conferunt tradita per Grat. cons. 68. num. 8. lib. 1. Natt. cons. 200. nu. 8. lib. 1. Hond. cons. 78. num. 12. lib. 1. & cons. 51. nu. 59. lib. 2 Menoch. cons. 522. num. 3. Caephal. cons. 430. num. 17. cum seqq. aliique congesti per Fusar. vbi supra q. 615 num. 5.*

5 Ideoque irrelevantia † ad hunc effectum visa fuerunt duo Instrumēta relata in eius Sum. *num.* 5. in quibus legitur Hortensium eius patrem interuenisse in contractibus celebratis inter prędictos Cosmum, & Bartholomęum tunc minores ad pręstandum illis auctoritatē tanquam ipsorum consanguineum; Quia cum nec Statutum Auximanum *lib.* 3. *rub.* 42. *relatum in summario illorum de Sinibaldis numer.* 7. Nec Constitutio Aegidiana *lib.* 5. *cap.* 25. in huiusmodi contractibus certum requirant consanguinitatis gradum, nulla ex eis deduci potest legitima gradus probatio, quę intra decimum eum esse concludat prout requiritur etiam si eiusdem Familię, ac stirpis agnomine vtatur, *vt probat Peregr. d. art.* 43. *sub d. n.* 63 *cum caeteris supra adductis*.

6 Pręterea considerabant DD. † quod cum de tempore mortis Cosmi alterius ex hęredibus institutis vltimo loco defuncti superesset dictus Ioannes Baptista filius Hippolyti, qui ex eodem Testatoris Columnello & illi, atque grauato longè proximior erat, ipse remansit exclusus *ex regula l. cum Praetor, ff. de indic. quam procedere etiam in hac materia per text. in l. cum ita* §. *in fideicommisso ff. de lagat.* 2. *tradit Rip. in l.* 1. *sub num.* 61. *ff. de vulg. & pupill. Decian. consi.* 10. *numer.* 28. *&* 29. *lib.* 3.

7 Nec obstat, † quod supradicta substitutio stirpis, & proximiorum perpetuum fideicommissum pręseferat successiuis temporibus duraturum inter omnes de Domo, ac Familia de Tibaldinis.

Quia contraria sententia est verior & receptior, quando ex verbis, vel alijs legitimis coniecturis, quę in proposito desiderantur, non apparet Testatorem voluisse successiuum inter eos ordinare fideicommissum hoc enim casu extinguitur in persona illius, qui successit tempore extantis conditionis, nisi specialiter defunctus extenderit ad vlteriores voluntatem suam: † quia cessantibus verbis, vel

8 coniecturis tractum futuri, & successiui temporis importantibus vocati nomine collectiuo per vulgarem tantummodo substituti dicuntur, quæ in primo adeunte expirat, & euanescit, iuxta distinctionem *Cumani communiter receptam in d. l. cum ita d.* §. *in fideicommisso num.* 4. *ff. de legat.* 2. *& in l. Gallus* §. *quidam ante num.* 8. *vers. item cum Testator. ff. de liber. & posth. Soccin. sen. in l. si cognatis sub num.* 35. *ff. de reb. dub. & consil.* 104. *num.* 10. *lib.* 3. *Castren. cons.* 434. *in fin. part.* 2 *Alex. cons.* 24. *num.* 5. *circa med. vers. & idem voluit lib.* 3. *Ruin. cons.* 19. *num.* 10. *lib.* 3. *Simon. de Prat. de interpret. vlt. vol. lib.* 3. *solut.* 9. *num.* 4. *fol. mihi* 280. *aliysque pleno calamo adducti per Fusar. vbi supra q.* 382. *num.* 1. *cum seqq. vbi num.* 19. *firmat hanc esse veriorem, & sequendam eamque probauit Rota coram san. mem. Greg. decis.* 207. *num.* 1. *ibique Add. num.* 9. *vbi testatur quod Rota passim sequitur dictam doctrinam Cumani, in recent. decis.* 357. *num.* 2. *& decis.* 486. *nu.* 5. *par.* 1. *in Ferrarien. fideicommissi* 15. *Decembris* 1628. *coram Card. Virili, & in Florentina de Guidacijs* 5. *Decembris* 1629. *coram Reuerendiss. D. meo Decano pariter in recent. decis.* 221. *numer.* 6. *& decis.* 326. *num.* 5. *&* 6. *par.* 5.

9 Quod autem † dictus Ioannes Baptista filius Hippolyti huiusmodi fideicommissum agnouerit, in dubium reuocari non potest dum actualiter illius iura cessit, & renunciauit eidē Catherinæ iuxta dispositionem *text. in l. Auia, C. de iur. deliber. Bart. in l. gerit num.* 20. *cum seqq. ff. de acquir. hæred. Surd. cons.* 244. *num.* 19. *& cons.* 523. *num.* 8. *Put. decis.* 437. *per tot. lib.* 1. *in correct.*

10 Licet enim actus præfatæ † cessionis tanquam momentaneus non fecerit illum hæredem quoad effectus hæreditarios passiuos, vt scilicet non teneretur ad onera hæreditaria, *Surd. d. cons.* 244. *sub d. num.* 19. sufficientem tamen agnitionem constituit pro validitate præfatæ cessionis, *vt respondit Rota decis.* 649. *num.* 3. *&* 4. *par.* 3. *recent. cum alijs allegatis in Romana fideicommissi de Mutis* 2. *Iunij* 1650. *coram R. P. D. meo Meltio sub* §. 1.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BICHIO.

Valentina Rectoriæ.

Luna 31. *Iulij* 1651.

ARGVMENTVM.

Beneficium, qui ex obreptitijs literis consecutus fuit, cum non prohibeatur alias, & quidem legitimus expedire, ex huiusmodi possibilitate sat est, vt illi dicatur manutentio, quoties de cœteris constabit requisitis.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij prouisio vitiatur ex falsa expressione nominis defuncti, secùs autem acceptatio.*

2 *Obreptio ex confessione probata retardat executionem subrogationis gratiosæ, ac quodcumque iudicium executiuum.*

3 *Persona defuncti ex oppositione cognominis alysque qualitatibus satis redditur certa, etiam si fuerit in nomine erratum.*

4 *Beneficium qui asserit non excedere maiorem summam affirmare, etiam potest non excedere minorem.*

5 *Confessionem non esse omnino claram sufficit nè noceat confitenti.*

6 *Onera Ecclesiæ deduci debent ex probatione valoris.*

7 *Valor probari debet de tempore gratiæ.*

8 *Licentia subrogationis gratiosæ concedi potest etiam sine productione literarum prouisionis principalis.*

9 *Gratia subrogationis gratiosæ, est gratia de per se.*

10 *Expeditio non secuta litterarum Apostolicarum ab allegante probari debet.*

11 *Productio facta in verò iudicio non nocet in alio diuerso.*

12 *binas Litteras super eodem beneficio quis expedire potest.*

13 *Possibilitas sufficit ad excludendum negatiuam.*

14 *Assertio Pontificis super expeditione litterarū multum facit. & num. seq.*

16 *Exceptio obreptionis turbida non retardat executionem subrogationis gratiosæ.*

17 *Manutentio non datur gratiosè subrogato ex possessione defuncti.*

18 *Manutentio datur subrogato gratiosè, qui actualiter cœpit possessionem.*
19 *Manutentio conceditur possidenti, etiam ex titulo subreptitio, & quando.*
20 *Manutentio cōceditur etiam vbi agitur iudicio executiuo litterarum subrogationis gratiosæ.*

DECISIO CXCI.

MORDICVS inhærentibus informantibus pro Astiria exceptioni obreptionis ob falsam expressionem nominis defuncti, & valoris, ex quarum prima licèt non vitietur acce-
1 ptatio: † vitiari prouisionem videtur sensisse, *Rot. decis.19. num.1. de concess. præben. in antiq. & decis.43. de rescript. in non.* ex secunda gratiam annullat in verbis Reg.55. Cancell. suspensa fuit expeditio causæ petita à Lauditio in vltima Rota memorialium habita sub die 5. cur-
2 rentis; cum enim in vtroque capite † obreptio assereretur probata ex confessione ipsius Lauditij emissa in secunda supplicatione, apta videbatur ad retardandam executionem subrogationis gratiosę, & quodcumque aliud iudicium executiuum, *Giouagn. cons.8. nu.114. lib.1. Seraph. decis.810. nu.4. Rot. coram sanct. mem. Gregor. XV. dec.425. num.3. & 4. & apud Modern. Perusin. de manuten. decis.642. num.2.*

Verùm hodie in relationibus causarum vtraque parte informante, re melius perpensa, Domini mandarunt mihi, vt ad expeditionem petitam procedam reiectà obreptione quæ euanescit, tum respectu erroris in nomine, quia ex oppositione cognominis, & altera qualitate adiecta vacationis huius beneficij per obitum personæ nominatæ, iuncto maximè quod defunctus quādoque duobus nominibus quorum alterum fuit in prima supplicatione expressum nuncupabatur,
3 satis † redditur certa persona defuncti, quod sufficit, iuxtà *theor. Bart. in l. demonstratio nu.14. ff. cond. & demonstr.* quam in his terminis sequitur *Paris. cons.15. sub num.8. vers. tamen, & versic. eo magis lib.4. Lotther. de re benef. lib.3. quæst.34. num.10. & 11. Rot. decis.16. in princ. de rescr. in nou. & facit decis.124. num.8. part.1. recent.* Quo magis quia vtrumque nomen fuit deinde expositum in secunda supplicatione, quam suffragari dicam infrà.

Tum respectu valoris. Primò, quia mala illius expressio non benè conuincitur ex quo Lauditius in prima supplicatione valorem narrauerit in scutis 175. in secunda verò in scutis 460. nam obiectum procederet si narrasset per ascensum; cum verò vtrobique narrauerit per non excessum, non resultat pernecesse ex secunda narratiua, quod valor excedat scut.175. narrata in prima supplicatione;
4 nam qui dicit non excedere scut.460. † affirmare etiam potest non excedere 175. vt ad propositum ponderauit *Rot. coram clar. me. Coccino decis.145. num.1. decis.164. num.2. coram bon: me: Buratt. decis.931. num.1. & in Bonen. Abbatiæ 3. Iulij 1647. §. valor coram bo: mem. Arguelles in Bonon. Archipresbyteratus 23. Martij 1648. §. valor coram R.P.D. meo Corrado*, & sufficit confes-
5 sionem non esse omninò claram † nè noceat confitenti, *Mohed. decis.2. de rest. spoliat. Buratt. decis.183. nu.19. Rot. decis.443. nu.8. part.1. recent.*

Quatenus verò ad probandum maiorem valorem affertur testis, vel locatio, respondetur, quod testis vnicus est, & vnica locatio, & ambo inter se valdè discordes, cum locatio
6 loquatur de pensione librarum 600. † dumtaxat è quibus onera Ecclesiæ deducenda sunt *Seraphin. decis.1030. num.1, cum alijs allegatis in Romana pensionis 15. Maij 1646. coram me*, & neutra probatio percutit tempus gratiæ, de
7 qua agitur obtenta de anno 1645. † vt oportet ad conuincendam obreptionem, *Buratt. decis.18. num.9. decis.383. num.3. decis.409. num.8.*

Secunda, quia subrogatio gratiosa de cuius executione agitur desumpta fuit ex clausulis secundæ supplicationis, vt constat ex oculari lectura, & etiam pars aduersa admittit, negat tamen fuisse super secunda supplicatione expeditas litteras gratiæ principalis; indèque infert obstare Constitutionem Iulij III. prohibentem dari executionem gratię litteris desuper expeditis. Quod nullatenus applicatur casui nostro, quia hodie non agitur de executione gratiæ principalis, sed ipsius subrogationis gratiosæ super qua literæ fuerunt expe-
8 ditæ, & ad cuius executionem procedi potest etiam sine productione litterarum prouisionis principalis, vt in puncto fuit decisum in *Conchen. Parochialis 3. Decembris 1601. coram bo: me: Penia inter eius impress. decis.470. nu.11. part.2.* vbi dicitur ratio, quia gratia subrogationis, licèt desumatur ex clausulis gratiæ principa-
9 lis, † est tamen gratia de per se, & confert *decis. eiusdem Penia 669. num.7. part.1.*

Præsertim, quia negatiua expeditionis litterarum gratiæ principalis super secunda
10 supplicatione, † non probatur exaduerso plenè, & concludenter, vt debet *Lotther. de re benefic. lib.3. quæst.19. num.33. Rot. in Virdunen. Parochialis 23. Iunij 1586. coram Gipsio in Hispalen. Iurisdictionis 26. Iunij 1591. coram Orano impress. post consil. Farinac. lib.1. decis.32. num.1. & 2.* ad quem effectum satis non est probare fuisse expeditas litteras super prima supplicatione easque ab actore productas, quia cum productio facta non fuerit in hoc iudicio executione ipsius gratiæ principalis, assertæ negatiuæ probationem in hodierno iudicio non facit; nam productio facta in vno iudicio non
11 nocet † in alio diuerso etiam inter easdem personas, *Ceph. cons.377. num.86. Rimin. Iun. consil.213. nu.20. Acchill. decis.2. de confess. Rot. coram san: me: Gregor. decis.432. num.5. & in Lucana Cappellaniæ 4. Aprilis 1650. §. non obstat, coram me*, & potuit actor post expeditionem litterarum
12 super prima supplicatione, † expedire alias etiam super secunda, *Rot. decis.59. in princip. & decis.63. de rescript. in antiq. decis.514. nu.4. part.3. lib.3. diuers. decis.302. num.11. part.4. tom.2. recent. & in Colonien. Canonicatus, seu fereuli 16. Decembris 1647. coram R.P.D. meo Meltio*, sufficitque hæc possibilitas, ne ex dicta productione pro-
13 betur negatiua, † quod aliæ litteræ expeditæ non fuerint sub eadem data, *Rot. d. decis.82. nu.2.* apud

apud Farinacc. post consil. lib. 1. cum alijs mox allegatis.

Fortiùs, quia in ipsis litteris subrogationis gratiæ expeditæ super secunda supplicatione Papa asseruit alias litteras prouisionis principalis super eadem supplicatione fuisse expedi-
14 tas, † quæ assertio multum facit, *ad text. in Clem. 1. de probat. Oldr. cons. 258. sub nu. 2. Feder. de Senis cons. 117. nu. 2. Rot. in Meleuitana Optionis 7. May 1640. coram bon: mem: Merlino*, quæ lo-
15 quitur de assertione Papæ † in gratia emanata ad instantiam partis, *& in Monopolitana pensionis 3. Iunij 1645. coram me*, saltem ad effectum vt ex ea alijsque omnibus supra deductis simul iunctis turbida aliquo modo reddatur
16 allegata exceptio obreptionis, † ac propterea ad retardandam executionem subrogationis gratiosæ non releuet, *Mant. decis. 71. num. 9. cum alijs allegatis ab Argel. de acq. possess. quæst. 18. nu. 31. & in Firmana Cappellania 28. Aprilis prox. præt. coram me.*

Multò minus releuat aduersus manutentionē à Lauditio petitam, quæ licet subrogato non
17 detur ex possessione defuncti † iuxta opinionem quam amplexa est, *Rota S. Marci Pensionis 30. Ianuarij 1612. coram Card. Sacrato impress. apud Marches. tom. 2. fol. 486. num. 1. & 2. & in decis. 177. num. 9. apud Modern. Perusin. de manuten. & alijs sæpè*, datur vtique ex propria subrogati possessione, quando scilicet eam actualiter
18 ter cœpit, † non secus, ac datur cuicunque successori, vt legitur *in d. S. Marci Pensionis nu. 1.* ibi nisi doceatur de actualiter apprehensione & dixit *Rot. decis. 200. num. 19. part. 4. tom. 2. recentior.*

Qui est casus noster, quia ex deductis in duabus decisionibus huius possessionem cœpit eiusque vitium purgatā fuit per subsequentem subrogationem. Neque vrget, quod cœperit vigore litterarum expeditarum super prima supplicatione, vt asseritur subreptitia, quia vt supra dicebā non probatur subreptio. Et in omnem euentum quamuis tunc in actu ingressus in possessionem exhibitæ fuissent literæ subreptitiæ, nihilominus propter possibilitatem, quod alius titulus superuenerit, & litteræ super secunda quoque supplicatione
19 expeditæ fuerint, † danda est interim manutentio, vt in puncto fuit decisum *in Cæsaraugustana Parochialis de Maella 8. Nouembris 1599. coram clar. mem. Card. Hieronymo Pamphilio, & in supracitata Lucana Cappellania coram me.*

Hinc Rota censuit expediendam esse causam tàm per viam decreti in summarijssimo possessorio manutentionis, quàm sententiæ diffinitiuæ per cedulam in iudicio executiuo
20 litterarum subrogationis gratiosæ, † quarum vigore concedi potest manutentio loco immissionis ad confirmandā priorem possessionem à subrogato, vt supra captam, vt in his terminis fuit decisum *in Compostellana Parrochialis 25. Iunij 1649. §. nec multum interest, coram R.P.D. Ottbobono*, & etiam per viam immissionis cumulari possessio possessioni, quādo contextualiter petitur manutentio, & immissio ex allegatis *in decis. 57. num. 14. apud Modern. Perusin. de manuten. & in Perusina bonorum de Baptistis 12. Nouembris 1625. §. quia quantum. coram bon. mem. Pirouano, & ab Adden. ad Buratt. decis. 115. num. 14.*

Et ita, &c. vtraque, &c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Toletana Decimarum.

Lunæ 13 Nouembris 1651.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo cuinam sit concedendum, quando concurreret quasi possessio exigendi decimas in Parocho, & possessio exemptionis in persoluendis decimis per priuilegium Apostolicum, in præsenti decisione eruditè resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de manutenendo conceditur, quando constat de quasi possessione vsque ad tempus iudicij instituti.*

2 *Decima an debeantur Parocho existenti in quasi possessione illas exigendi, superueniente priuilegio exemptionis.*

3 *Decima, quæ debentur Parocho ex præscripto iuris diuini, quando in priuilegio exemptionis, non dicantur comprehensæ.*

4 *Priuilegium exemptionis Decimarum, vt afficiat, debet derogare,* cap. nuper de decim.

5 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem non admittuntur in iudicio possessorio, sed ad petitorium reijciuntur.*

6 *Quasi possessio exemptionis in persoluendis decimis, vt dicatur alicui quæsita, quæ requirantur.*

7 *Quasi possessio non soluendi decimas non acquiritur absque patientia Parochi.*

8 *Testibus in dubio illis deferendum est, qui de facto verisimili, & iuris dispositioni congruo deponunt.*

9 *Possessio non soluendi decimas quoad aliqua bona, non extenditur ad alia.*

10 *Sententia iniusta non transit in iudicatum.*

DECISIO CXCII.

COMMISSA mihi causa appellationis à sententia lata contrà Gundisaluum Muñoz Equite de Calatraua pro solutione Decimarum Mensæ Archiepiscopali Toletanæ, & hodie proposito dubio cui sit dandum
1 mandatum de manuteneñ, † Domini responderunt illud dādum esse Eminentiss. D. Card. Sandoual Archiepiscopo Toletano in quasi possessione percipiendi decimas ex bonis patrimonialibus dicti Equitis, quia ex depositionibus testium pro dicta mensa examinatorum *in Summ. Archiepisc. num. 4. & Equitis nu. 5.* plenè constat, mensam ex prædictis bonis in quasi possessione eas percipiendi extitisse vsque ad tempus iudicij instituti, *leg. 1. ff. vti*
2 *possidetis, §. retinendæ instit. de interdict.* † cui quasi possessioni nullum fuit illatum præiudicium ex

ex eo, quod dictus Gundisaluus habitu Calatrauæ susceperit, vt in ipsis terminis *Rota resoluit in Hispalen. Decimarum* 15. *Februarij* 1647. *§.fin. coram R. P. D. meo Meltio, & in Toletana Decimarum* 14. *Iunij* 1648. *§. etenim possessio cum seq. coram R.P.D.meo Celso*.

3 Non obstat† allegata ab informantibus pro Equite priuilegia Pontificia à solutione decimarum Equites de Calatraua excipientia, & præsertim illud Pij Papæ II. relatum in *Summ. Equitis num.*6. Quia non facit mentionem de hisce Decimis realibus spiritualibus debitis ex præscripto iuris diuini, sed de alijs propter diuersas extraordinarias occasiones, & contingentes casus indici solitis, vt patet ex lectura in *vers. dilectum filium Magistrum modernum, necnon Commendatores, &c.* adeò quod nec decimæ spirituales, nec de bonis patrimonialibus, de quibus hic agitur in dicto priuilegio, & similibus comprehendatur, prout optimè pridem etiam *Rota coram Card.Seraph.* respondit *decis.*605. & plenè firmatur in decisione huius causæ 21.*Iunij* 1649. *coram R.P.D.*

4 *meo Ottbobono §.seù, cum duabus seqq.*† Vbi etiam perpenditur defectus derogationis,*cap.nuper de decim.* omninò necessariæ in huiusmodi priui-

5 legijs exemptiuis, † aut saltem dicta priuilegia magis exactam interpretationem requirunt,quam summarijssimi huius iudicij natura patiatur in quo huiusmodi exceptio de priuilegijs attendi minimè debet, sed hæc sunt in ordinario petitorio iudicio cognoscenda, vt semper tenuit *Rota dec.*562.*part.*1. *decis.*189. *& decis.*205. *part.*2.*diuers. ac in Dertusen. decimarum* 1. *Iuly* 1620. *coram bo: mem: Cardin. Sacrato impress.apud Modern.Perus.tract.de manut.dec.*157. *per tot. cum pluribus relatis in Hispalen.decimarum* 27.*Iunij* 1644. *in §.secùs verò, cum seqq. coram R.P.D.meo Corrado.*

6 Nec † dicto Equite suffragatur allegata quasi possessio in qua se præsumit existere, non soluendi Mensæ Archiepiscopali decimas de suis bonis patrimonialibus, quia neque hoc probant testes pro ipso examinati in *Summ. illius num.*5. dum in eorum depositionibus non reddunt rationes per quas negatiua non soluen̄ dd. decimas necessariò inferatur, nec scientiam Eminentiss. Archiepiscopi concludunt, prout necessarium esset ad effectum acquiren̄ in eius præiudicium prætensam quasi possessionem decimas non soluendi, cum taciturnitas, seù negligentia suorum antecessorum, licet aliquando contigisset illi nocere nequaquam potuerit, *Rot. dec.*42.*nu.*7. *vers. & ministri part.*7. *recent.* sic etiam dictum fuit in supradicta *Hispalen. in §.nec visa fuerunt subsistere coram R.P.D. meo Corrado*, ibi nam ex ipsa ratione scientiæ, ac in supra allegat. *decis. Hispalen.* 15.*February* 1647. *§.quia natura immemorabilis coram R. P. D. meo Meltio, atque in alia Toletana decimarum* 15.*Iuny* 1648. *in §.non obstat quod fratres,& in §. præsertim in præiudicium coram R.P.D.meo Celso.*

7 Sed † ex testibus pro Mensa Archiepiscopali examinatis signanter primò,& tertiò relatis in eius *Summ.num.*4. & in *Summar.Equitis numer.*5. tollitur omnis difficultas dum affirmant, quod ex ipso tempore quo Eques decimas de dd. suis bonis soluere recusauit, fuerit illicò iudicium contrà ipsum institutum, vndè Eminentissimi Archiepiscopi, ac eius Ministrorum patientia totaliter excluditur sine qua in huiusmodi iuribus incorporalibus nulla potuit acquiri quasi possessio non soluendi, *ad l. quoties, §.fin. ff. de seruit. Buratt. decis.*572. *num.*13. *cum pluribus alijs allegatis cumulatis in supradicta Hispalen.coram R.P.D.meo Corrado in §. primò quia non constat, & fuit responsum in supra allegata Toletana Decimarum in §.vno non solum coram R.P.D.meo Celso.*

Pariter nihil officit ab informantibus pro Equite adducta obseruātia, seù quasi possessio aliorum Equitum ordinis de Calatraua non soluendi decimas, etiam quoad bona patrimonialia.

Quia talis obseruantia concludenter, & legitimè non iustificatur, immò ex testibus pro Mensa Archiepiscopali contrarium deponen̄ eius *Summar.num.*9. & ex dispositione sexti testis pro ipso Equiti examinati ibidem *num.*10. prorsus eliditur.

8 Quibus † eò magis deferendum est, quia de facto verisimili, & iuris dispositioni congruo deponunt, prout in terminis dixit *Rota decis.*42.*num.*4. *vers. fuit responsum part.*7. *recent. & in supradicta Hispalen. in §. quorum quidem testium depositiones,ac in §. final. coram R. P. D. meo*

9 *Corrado*, & in omnem casum † etiamsi talis probaretur obseruantia in alijs, non tamen præiudicaret iuribus decimandi Mensæ Archiepiscopalis in bonis Equ.Gundisalui, de quibus agitur particulariter conseruatis, & competentibus, vt *Rot. respondit coram Cardin. Seraph. decis.*1380.*nu.*1. *vers.his tamen non obstantibus Card. Caualer. decis.*487.*num.*4. *atque in alijs relat.in supradicta Toletana decimarum in §.possessio verò, coram R.P.D.meo Celso.*

10 Quibus † omnibus ita se habentibus cum iniustitia decreti in Hispania lati ad fauorem supradicti Equitis emanati contrà expressa, & clara Eminentissimi Archiepiscopi iura, deprehendatur frustra ex eodem inferri potest res iudicata, *Rot.ad decis.*251. *& decis.*711.*nu.*1. *coram Card. Seraphin. Rot.decis.*151. *num.*2. *atque decis.*260.*nu.*7. *part.*1. *& decis.*191.*nu.*3.*dec.*594. *num.*4.*part.*2. *recent.* & sic in præsenti decisum fuit ad fauorem Eminentissimi Archiepiscopi mandatum de manuten̄ in supradictis bonis illi conceden̄, &c.

Vtraque, &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO

Sacræ Rotæ Romanæ DECANO.

Calaguritana Beneficij Sancti Ioannis de Molinar.

Veneris 17. *Nouembris* 1651.

ARGVMENTVM

Beneficia quæ dignioribus sunt conferenda, si quis à Sede Apostolica obtinuit nulla facta men-

mentione litis, & qualitatum collitigantis, talis prouisio ei suffragari non potest, cum nunquam censeatur Pontificem tertio præiudicare voluisse.

SVMMARIVM.

1 *Relatio in beneficiis habenti maiores qualitates conceditur aduersus eisdem euentum, & ab examinatoribus exclusum.*

2 *Digniores sunt præferendi.*

3 *Prouisio Apostolica non suffragatur, vbi & lites & qualitates collitigantis non fuerunt narratæ.*

4 *Clausula* litis statum, *præseruat gratiam à subreptione & n. seq. vbi vide.*

5 *Pontifex sub inuolucro verborum non censetur tertio præiudicare voluisse.*

6 *Clausula,* Dummodo tempore datæ præsentium non fuerit alteri ius quęsitum, *quid operetur & n. seq.*

8 *Oppositio simplex nullum ius tribuit, neque in re, neque ad rem.*

9 *Ex oppositione etiam simplici, quando ius quæratur.*

10 *Ius antecedenter quæsitum non aufertur ex subsequentis attentatis.*

11 *Præsentatus à maiori parte patronorum institui debet.*

12 *Res iudicata in Rota non attenditur, vbi amplius fortius procedere, si constat de bono iure succumbentis.*

DECISIO CXCII.

RECOL. mem. Ioannes Baptista Coccinus Sacræ Rotæ Decanus per sententiam diffinitiuam pronunciauit quartam portionem Beneficij Sancti Ioannis de Molinar controuersam adiudicandam esse Iosepho de Vrtusaugestui Prouiso Apostolico, Bartholomæo vero de Castanizza nullum ius competere, ac ad illius fauorem mandatum de immitten do decreuit, & relaxauit subsequuta possessione; Verum commissa mihi causa restitutionis in integrum, prout de iure cum Bartholomeus prætendere posset nullitatem dictę sententię ex defectu legitimæ citationis ad terminos substantiales, & ad sententiam, adeò cautè Ioseph præuidens forsan illius ineuitabilęm defectum habuit recursum ad Signaturam Sanctissimi pro illius sanatione, qui mihi rescripsit, vt procederem in causa reiecta dicta nullitate arbitrio Rotę, quare proposui dubium 26. Iunij præteriti, An intraret arbitrium, sed quia non ex hoc tantum concludebatur bonum ius Iosephi, ideo Domini mandarunt, vt videretur de bono iure, super quo causa hodie discussa resolutum fuit constare de bono iure Bartholomei, quia non solum pluries approbatus fuit ad simplicia Beneficia, & à Capitulo præsentatus, ac ab Ordinario institutus ab formam Breuis san. mem. Clementis VIII. in Diœcesi Calaguritana vigentis, sed etiam pluribus, ac potioribus præpollet qualitatibus, nēpè maiori ætatis, Bacchaleureatus, & antiquioris Præsbyteratus eius Summ. num. 6. & 7. ex quibus propterea ipse venit præferendus Iosepho collitiganti, qui caret huiusmodi qualitatibus, & ab examinatoribus Synodalibus fuerat reprobatus,

1 † vt in huiusmodi causis Calaguritanis sępissimè responsum fuit, & signanter *in Calaguritana Beneficii 27. Nouembris 1648. coram R. P. D. meo Bichio,* vbi in specie firmatur, quod ex præcisa forma di-

2 cti Breuis † digniores semper sunt præferendi, *& in Calaguritana Beneficii de Logrono 11. Februarij 1650. coram R. P. D. meo Verospio*: Idque etiamsi in gradu restitutionis in integrum coram Archidiacono de Lara dictus Ioseph nouo examini ex integro subiectus renunciatus fuerit idoneus ad simplicia, quia nihilominus Bartholomeus præferri debet dum vltra parem approbationem iam antea bis reportatam potiores habet qualitates, ex quibus redditur dignior, & sic præferendus, vt plenè firmatur in prædictis decisionibus.

Non obstat, quod idem Ioseph Apostolicam prouisionem obtinuerit. Quia cum in ea non solum non expresserit litem inter ipsos coram Rota tunc vertentem, sed etiam tacuerit omnes prædictas qualitates Bartholomei collitigantis, dicta Apostolica prouisio

3 ipsi suffragari non potest, † quia si præfata Summo Pōtifici exposita fuissent, certum vtique est, quod illam non concessisset, vel saltem difficilius, *cap. super litteris de rescript. Egid. decis. 102. num. 3. Pen. decis. 163. numer. 3. & seq. cum cæteris allegatis in Calaguritana beneficii de Cornago 27. Maii 1647. cor. R. P. D. meo Bichio sub §. Neque obstat prouisio.*

Nec releuat generalis mentio cuiuscumque litis ibi facta cum clausula *cuius litis statum &c.*

Quoniam ista pręseruat quidem gratiam

4 à vitio † subreptionis alias resultantis ex non facta litis mentione, *vt deducitur in decisione huius causæ coram eodem recol. mem. Coccino sub die 22. Maii 1637. §. penult.* non autem illam extendit in præiudicium tertij, & abrogationem iuris collitiganti competentis, cui non

5 censetur † Summus Pontifex explicitè non informatus sub inuolucro verborum præiudicare voluisse, vt tradit *Bellam. cons. 34. ante num. 22. vers. secundo ad hoc mouet Sarnen. super regul. de non tollen. iur. quæsit. quæst. 1. num. 9. vers. quæ omnia. Rota coram Pen. decis. 410. num. 11. in recent. decis. 97. num. 4. par. 1. & in dicta Calaguritana Beneficii de Logrono coram R. P. D. meo Verospio §. neque eidem*; Stante pręsertim clausula,

6 *Dummodo tempore datæ præsentium non fuerit alteris ius quæsitum*, ibidem adiecta, quæ Pontifi-

7 cis intentionem magis declarat, † & ostendit, quod cuipiam præiudicium inferre non intellexit, vt ponderatum fuit in eadem *Calaguritana Beneficii de Logrono, & prius in Clusina Beneficii 5. Iulii 1649. cor. R. P. D. meo Bichio §. 3. quod in litteris.*

Minusuè subsistit, quod ex simplici oppositione nullum ius Bartholomæo quęsitum

8 fuerit, † cum hæc nec ad rem, neque in re aliquod ius tribuat *ex Cassad. decis. 18. de præbend.*

bend. allegato in praecedenti decisione,§. & quantum attinet. Hoc enim non procedit duobus concurrentibus, vbi scilicet ex fundatione consuetudine,vel Constitutione cauetur Beneficium deberi habenti certas qualitates, & vbi post rem in iudicium deductam iustificantur in Oppositore qualitates necessariæ pro adiudicatione,his enim concurrentibus ius quæ-
9 ritur ex oppositione, † quod ex prædicta clausula censetur præseruatum, *Put. dec.252. sub nu.2.vers.sed fuit dictum lib.3. in correctis Rota dicta decis.97.sub num.2. & 4. ac melius distinguendo decis.597. num.2.par.3. recent. cum cæteris allegatis in d.Calaguritana Beneficii de Logrono §. neque eidem in fin.*

Ex dicto autem Breue sanct.mem.Clemẽtis VIII. cauetur huiusmodi Beneficia conferri debere habenti maiores qualitates, & Bartholomeus vltrà oppositionem deduxit rem in iudicium, & iustificauit prępondertiam suarum qualitatum. Ideo ex oppositione acquisiuerat ius considerabile ex supra deductis; Non obstante quod pręsentatio, collatio, & possessio postmodum declaratæ
10 fuerint attentatę, † quia ius ex antecedenti oppositione quæsitum non potuit ex subsequutis attentatis auferri, vt respondit *Rota dicta decis.579.num.3.par. 3. rec. & in Calaguritana Beneficii 5.Maii 1638.coram Reuerendissimo Domino Salamantino §.vltimo prope finem.*

Et licet *in præfata decisione clar.mem.Coccino,§ nam fuit responsum,* dictum fuerit hoc procedere, vbi vnicus est Oppositor, & probauit qualitates necessarias, secus vbi plures se opposuerunt, quasi tunc in concursu nemini ius acquiratur: Hæc enim responsio procedit in suis terminis,in quibus loquitur decisio,& doctrinæ ibidem allegatæ, vbi nempè plures essent pręsentati in paritate vocum, vel vbi plures Oppositores haberent æqualia merita, in pari enim casu nemo præualet; secus vbi licet plures sint Oppositores vnus tantum habet qualitates expetitas, nec in meritis sunt pares,sed vnus alium pręcellit, vt hoc casu, & ex constitutione Beneficium debetur habenti maiores qualitates,tũc enim pluralitas Oppositorum non pręiudicat, sed habetur perinde,ac si vnus tantum se opposuisset,cum paria sint non adesse competitorem,vel adesse inhabilem, vt non recedendo ab exemplo pręsentatorum in dicta decisione relato, licet plures sint præsentati,si tamẽ
11 vnus præsentatus sit à maiori parte, † ipse solus debet institui reiectis alijs præsentatis à minori parte, quorum concursus sibi non pręiudicat, dixit *Rota decis.379.num.21. & 22. par.8.recent.* Ideò in his terminis habetur pro vnico Oppositore ad effectum,vt ex oppositione cum subsequutis probationibus ius sibi quęratur ex deductis.

Cęterum allegata res iudicata non releuat,quia de stylo huius Sacri Tribunalis non
12 attenditur † quando pręsertim,prout hic cõstat de bono iure succumbentis, ex quo resultat probatio euidentis lęsionis, *Buratt. dec. 452.num.7.Rota decis.540.num.17.par. 8. recent.*

Regula verò de triennali non applicatur stante, vt supponitur, litis, & molestiarum continuatione; sed quatenus opus erit particulariter discuti poterit.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. ZARATE

Piscien Beneficij

Lunæ 20. Nouembris 1651.

ARGVMENTVM.

Sententiæ, quando dicantur conformes, licet in prima non fuerit expressum id, quod in secunda fuit explicitè appositum eruditè demonstratur; & quid si in secunda fuerit aliquid superadditum per caput separatum? Iuris pertinentiam optimè demonstrat subsecuta obseruantia in pręsentationibus factis, cum in hac materia,non attendendum esse numerum patronorum, qui habent facultatem pręsentandi, sed tantum illorum, qui actualiter præsentarunt, constanter firmatur. Iurispatronatus portio extincta per mortem vnius Patroni, an accrescat alijs compatronis pro rata, vel pro virili, eruditè resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum denegatur cessante læsione.*
2 *Validitas processus apparet ex reuolutione actorum.*
3 *Sententiæ dicuntur conformes, quando vna confirmat aliam.*
4 *Sententiæ quando dicantur conformes, licèt in prima, non fuerit expressum id,quod in secunda fuit explicitè appositum.*
5 *Sententiæ dicuntur conformes, quando vna confirmat aliam, licèt in secunda aliquid fuerit superadditum per caput separatum,quod in prima non fuit appositum.*
6 *Præsentatus à maiori parte patronorum debet aliis praeferri.*
7 *Obseruantia subsecuta in præsentationibus, optimè demonstrat pertinentiam iurispatronatus.*
8 *Confessio facta ab Authore illius, qui donauit optimè probat contra donatarium, & habentes causam ab eo.*
9 *In iurispatronatus materia non attenditur numerus Patronorum, qui habent facultatem præsentandi, sed tantum illorum, qui actualitèr præsentarunt.*
10 *Iurispatronat. vox extincta per mortem vnius Patroni quando accrescat alteri ex compatronis.*
11 *Iurispat. portio deficiens per mortem vnius Patroni,accrescit pro rata aliis compatronis.*
12 *Iuris accrescendi natura est, vt portio deficiens non accrescat pro virili, sed pro rata portionum, & quare.*
13 *Præsentatus ad Iusp. vt eius institutio sustineatur quid docere debeat.*

DECI-

DECISIO CXCIV.

POSTQVAM Franciscus de Carolis aduersus Franciscum de Tholomæis super præsentatione ad eius fauorem facta de Beneficio controuerso tres reportauerat sententias, quarum in prima de partibus prędicto de Carolis adiudicatum fuit beneficium tanquam à maiori parte Patronorum præsentato, & in duabus vltimis Rotalibus præuiis decisionibus coram R.P.D. meo Celso 26. Nouembris 1650. & coram R. P. D. meo Rojas 21. Aprilis 1651. declaratum sit dictum de Carolis instituendum esse tanquam prȩsentatum à familia de Carolis duas ex quatuor vocibus habente, cum Franciscus de Tholomeis prȩsentatus fuisset à familia de Tholomeis, cui vna tantum ex quatuor vocibus competit. Demum causa in gradu restitutionis cum clausula Parito mihi commissa, proposui dubium, An constet de causis restitutionis in integrum, & quidem non constare quoad præscutatos responsum fuit ex sequentibus.

1 Nam † quando sententiæ sunt validæ, & iustæ cessat læsio, quæ est fundamentum restitutionis in integrum, *cap. de integr. restitut. l. si ex causa 10. l. quod si minor. 25. ff. de minor. Rota decis. 1. de restitut. in integr. in nouis, & in Romana de Marescottis 18. Maii 1646. & 21. Maii 1647. coram Reuerendiss. Terracinen. & in Bononiens. Transactionis 30. Maii 1648. coram R.P. D. meo Celso.*

2 Validitas † enim resultat ex reuolutione processus, in quo apparet fuisse seruata omnia de iure seruanda quoad ipsos præsentatos 3 iuxta *decis. Caputaq. 260. 2. par.* † & conformitas in dubium reuocari non debet, cum vna confirmet aliam, *Clem. 1. verbo alicuius de re iudic. Rota coram Caualer. decis. 387. num. 1. Duran. decis. 365. num. 3. & fuit dictum in Romana Domus 11. Aprilis 1644. coram Reuerendissimo Terracinen.*

4 Neque obstat, † quod in sententiis Rotalibus fuerit expressum duas ex quatuor vocibus spectare ad familiam de Carolis, vnicā verò ad familiam de Tholomeis, quod tamē non explicatur in sententia de Partibus: nam dum in dicta sententia exprimitur Franciscū fuisse præsentatum à maiori parte Patronorum implicitè continet id, quod magis explicitè dicitur in sententiis Rotalibus, & sic in substantia sunt semper conformes, *Ruin. cons. 114. num. 2. lib. 5. Soccin. iun. cons. 74. num. 2. lib. 2. Gabriel. de execut. rei iudic. concl. 1. num. 34. Couar. pract. cap. 25. num. 6. Thesaur. decis. 228. num. 2. Rota decis. 98. num. 4. par. 1. recent. & decis. 292. n. 6. cum pluribus adductis per Add. ad Buratt. dec. 267. num. 10.*

5 Vlterius † nam sententia Rotalis in prima parte confirmat simpliciter primam sententiam, & sic conformatas est clara; Deinde verò procedit per caput separatum, quod nō excludit conformitatem, cum tot dicantur sententiæ, quot capita, *Bart. in l. 1. num. 7. versic quando, C. si aduers. rem iudic. Alberic. in l. fin. n. 15. vers. item quando, ff. de iurisd. omn. iud. Mant. de tacit. lib. 26. tit. 9. num. 44. Rota cor. sa. mem. Greg. decis. 552. n. 1. & ibi Adden. n. 6.*

6 Iustitia autem dignoscitur ex decisionibus in hac causa emanatis coram R. P. D. meo Celso, & coram R.P.D. meo Rojas, † in quibus firmatum fuit Franciscum de Carolis vti præsentatum à maiori parte Patronorum, nempè à DD. de Carolis habentibus duas ex quatuor vocibus esse præferendum Francisco de Tholomeis prȩsentato ab illis de Tholomeis habentibus vnicam tantum iuxta *tex. in cap. 3. & ibi gloss. verb. qui maioribus de iur. patr. Lambert. eodem. tractat. 3. par. lib. 2. quæst. 4. ar. 1. Roccus verbo honorificum num. 91. & seqq. Paul. de Cittadin. pariter de iur. patr. par. 6. ar. 3. num. 45. Rota in Cremonen. Altaris 9. Decembris 1616. cor. bon. mem. Manzanedo, & in Genuen. Cappellaniæ 23. Martii 1620. coram Sanctiss. D. N. cum aliis allegatis in dicta decis. coram R. P. D. meo Celso, in §. nec refert.*

Quod verò Iuspatronatus pro dictis duabus partibus spectet ad familiam de Carolis, & pro quarta parte tantum ad DD. de Tholomeis Donatarios illorum de Masseis nullā recipit dubitationem; siquidem adueniente vacatione, & præsentatione beneficii de ann. 1507. & 1525. & 1579. illi de Carolis præsentarunt pro duabus ex quatuor vocibus, 7 Massei verò pro vnica, vt constat ex Summario impresso num. 4. 5. & 6. † quæ obseruantia optime demonstrat huiusmodi pertinentiam, vt dixit *Rota in Salmonen. Beneficii 25. Iunii 1646. coram R. P. D. meo Peutingero, & in Terdonen. Iurispatronatus 22. Iunii eiusdem anni coram R.P.D. meo Rojas, & 17. Iunii cor. R. P. D.* 8 *Celso, & in recent. decis. 96. num. 14. par. 6.* † Iuncta etiam confessione facta ab Authore illius, qui donauit dictum Iuspatronatus, quæ propterea optimè probat contra Donatarium, & præsentatum ab eo, vt dixit *Rota coram Buratto decis. 183. num. 6. & seqq. & firmatum fuit in Comen. Cappellæ 27. Aprilis 1648. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

9 Non obstat, † quod in sententiis Rotalibus fiat mentio tantummodò de duabus ex quatuor vocibus spectantibus ad familiam de Carolis, & de altera spectante ad illos de Tholomeis, non autem de alia quarta, quia dum Tholomei non docent dictam aliam vocem fuisse ad eorum fauorem purificatā, sufficit quod Franciscus de Carolis habeat duas; Tholomeus verò vnam, vt primus veniat instituendus; siquidem in hac materia non attenditur numerus Patronorum, qui habent facultatem præsentandi, sed tantum illorum, qui actualiter præsentarunt, vt inquit *Dec. cons. 27. num. 4. Rota coram Duran. decis. 199. n. 10. & decis. 230. n. 5.*

10 Neque ex eo, quod dicta quarta vox fuerit extincta possunt Tholomei prætendere illam acquisiuisse, vel iure successionis, vel iure accrescendi, dum non probatur Tholomeos fuisse ab vltimo de linea hæredes institutos, aut ab intestato succedere potuisse, quibus cessantibus excluditur titulus successionis, vt 11 in puncto *Rota decis. 96. num. 8. par. 6. recent.* † Et quate-

quatenus intraret ius accrescendi portio deficiens etiam accresceret pro rata DD. de Carolis Compatronis, vt per *Bellon. de iur. accresc. cap. 6. quaest. 48. num. 12. & seqq. Rot. in terminis de iurepatronatus gentilitio in Caesaraugustana Beneficii de Linares 10. Februarii 1645. §. secundo quod*
12 *coram R.P.D. meo Bichio,* † nam de natura iuris accrescendi est, vt portio deficiens non accrescat pro virili, sed pro rata portionum, cum portio portioni accrescat non personae, *Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 23. num. 24. Grat. discep. 347. n. 12. Crass. in §. ius accrescendi q. 30. Rot. d. dec. 96. n. 7. par. 6. rec.*

Denique cessat omnis difficultas, nam cũ
13 hodie † agatur de substinenda institutione facta ad fauorem Francisci de Carolis praesentati ab illis de dicta familia, sufficit ad hũc effectum, quod ipse doceat praesentantes existere in quasi possessione praesentandi pro dictis duabus vocibus, & sic pro maiori parte cum Tholomei pro vnica tantum voce fuerint in possessione, & Pardinos, Geminianos, & Nuccorinos non constet vllam vnquam possessionem habuisse iuxta *tex. in cap. consultationibus de iur. patr. Mantic. decis. 88. num. 1. & in Cremonen. Praepositurae 23. Maii 1644. coram R. P. D. meo Corrado, & in Terdonen. Iurispatronatus 17. Iunii 1647. coram R. P. D. meo Celso. & in decisione in hac causa emanata 21. Aprilis hoc anno coram R. P. D. meo Roias §. alia verò, & in alia praecedenti 26. Nouembris 1650. coram R. P. D. meo Celso. §. eo facilius.*

Et ita quod praesentatos altera tantum parte informante fuit resolutum.

☞ *Decisio ista in hac eadem causa sub die 26. Nouembris 1650. coram Eminentiss. D. Card. Celso, est supra decis. 88.*

☞ *Altera verò pariter supra allegata coram Reuerendiss. Terraconen. 21. Aprilis 1651. in eadem causa est inter eius impress. decis. 456.*

REVERENDISS. P. D. CERRO, Sacrae Rotae Romanae DECANO.

Hispaleñ Decimarum

Lunae 20. Nouembris 1651.

ARGVMENTVM.

Priuilegia exemptionis à solutione decimarũ concessa à diuersis Summis Pontificibus Monasterii S. Clarae, non est generalis, sed in quibusdam casibus, ideoque nisi illi verificentur cessare dicuntur talia priuilegia.

SVMMARIVM.

1 *in Decimarum quasi possessione, quando quis veniat manutenendus.*
2 *Moniales S. Clarae Ordinis S. Francisci, sunt exemptae à decimarum solutione.*
3 *Sed talis exemptio non est generaliter concessa, sed cum sua modificatione.*

4 *Priuilegium concessum sub conditione, non intrat nisi iustificata conditione. & n. 5.*
5 *Exemptio à solutione Decimarum concessa alicui Monasterio ob inopiam, ipsa est iustificatio.*
6 *Priuilegia quando sunt clara non est opus interpretatione.*
7 *Decretum irritum inficit titulum, & possessionem.*
8 *Decretum irritans non operatur suum effectum, donec principalis dispositio declaratum fuerit intrare.*
9 *Decretum irritans, quando manutentionem impedire non valeat.*
10 *Testes non reddentes causam suae scientiae, prout requiritur, non releuant.*
11 *Probatio vna non excludit aliam.*
12 *Exceptio incontinenti non probata, non impedit manutentionem.*
13 *Iudicium possessorium non impeditur, nisi per probationes incontrouertibiles veluti per confessionem partis, vel publicum instrumentum.*
14 *Recursus ad Iudices Laicos probatio, vt iustificetur, quid requiratur.*
15 *Obiectio recursus ad Iudices Laicos, vt obstet, debet probari mandatum partis.*

DECISIO CXCV.

MANDATVM de manutenendo in quasi possessione exigendi Decimas ex bonis Monasterii, & Monialium S. Clarae Hispaleñ censuerunt Domini concedendũ esse DD. Decano, & Capitulo Ecclesiae Hispalen. cum pro ipsis vigeat non solum assistentia Iuris communis ratione generalis, & perpetuae administrationis redditũum, & Decimarum, quam exercent in ea Dioecesi vice Archiepiscopi, sed etiam plena probatio qua-
1 si possessionis illas † exigendi continuatae vsq; ad tempus motę litis ex concordibus depositionibus plurium testium relatis in ipsorum Summ. num. 2. in qua propterea manuteneri debet, vt in his terminis pluries respondit *Rota, & signanter in Hispalen. Decimarum 2. Martii 1635. coram Eminentiss. D. Card. Hieronymo Verospio in recent. decis. 22. sub num. 1. cum. seqq. par. 7. in Hispalen. Decimarum 27 Iunii 1644. coram R. P. D. meo Corrado in Hispalen. Decimarum 15. Februarii 1647. coram R. P. D. meo Meltio, & prius in alia Hispalen. Decimarum de Baraona 12. Ian. 1646. cor. me.*

Non obstant priuilegia fel. record. Pauli
2 III. † Gregorii XIII. & Vrbani VIII. quorum vigore d. Moniales praetendunt ab illarum solutione esse exemptas.

Quia cum non fuerint concessa simpliciter omnibus Monasteriis Ordinis Sanctae Clarae, sed illis dumtaxat, quorum redditus non sufficerent pro congrua Monialium substen-
3 tatione ad rationem ducatorum vigintiquinque auri de Camera pro singulis Monialibus, illarum Summ. num. 1. vt eis suffragentur ante omnia ab ipsis iustificari debet huiusmodi earum Monasterii inopia, quae illarum congruae substentationi prouidere non
4 valeat iuxta formam, & quantitatem † in illis praescriptam, vt seruatum fuit super his

met priuilegiis in *Concheu. exemptionis Decimarum coram Orano, quæ est decis. 240. par. 4. diuersor. coram Card. Seraph. decis. 951. & coram Buratto decis. 704.* Aliàs autem ipsi suffragari non possunt *ad regulam gloss. in l. mancipia C. de seru. fugitiu. quam ad propositum expendit Rota coram eodem Card. Seraph. decis. 670. num. 1. & dec. 738. num. 8. & coram Buratt. decis. 417. num. 1.* Nec im-
5 pedire manutentionem† possidentibus *Buratt. decis. 659. sub num. 2. cum pluribus alijs allegatis in d. Hispalen. Decimarum coram R.P.D. meo Corrado §. Quia fuit responsum, in d. Hispalen. Decimarum coram R.P.D. meo Meltio sub §. Quia cum non appareat, & in d. Hispalen. Decimarum de Baraona coram me §. Quia permutationem circa finem,* in quibus subditur contrarias authoritates; & Deci-
6 siones procedere† quando priuilegia sunt clara, nullaque indigeant iustificatione, vel declaratione, *vt etiam aduertit Rota decis. 508. n. 13. par. 5. & decis. 44. num. 5. par. 7. recent.*
7 Idque † etiam si minuta fuerint decreto irritanti, quod regulariter inficit titulum, & pos-
8 sessionem, nam quousque præfata qualitas illis adiecta concludenter iustificata fuerit huiusmodi decretum irritans nihil operatur, *Rota decis. 341. num. 5. & decis. 476. num. 4. par. 3. rec. coram bon. mem. Coccino decis. 124. num. 4. & decis. 354. sub num. 7. in Calaguritana Beneficij 17. Maij 1645. coram R.P.D. meo Bichio, & in Barchinonen. Canonicatus 11. Decembris eiusdem anni coram R.
9 P.D. meo Roias,* minuitue † prædictam manutentionem retardat *Gonzal. super reg. 8. Cancell. gloss. 31. num. 14. & gloss. 67. num. 39. Seraphin. decis. 1471. num. 5. Rota decis. 516. num. 4. par. 1. recent. coram Caualer. decis. 8. num. 3. & 4. & decis. 522. nu. 4. coram Buratto decis. 131. num 6. & 7. ibique Add. littera D. & d. decis. 659. d. num. 2. & coram bo. me. Coccino d. decis. 354. num. 8.*

Nec releuant calculus annorum redditu*ū*, & expensarum, ac depositiones Testium relata in d. ipsarum *Summ. num. 4. & 5.*

Quia præter quod satis non coarctant nec conuincunt negatiuam aliorum reddituum,
10 nullamque reddunt † sufficientem causam scientiæ, prout requiritur *ex traditis per Rotam coram Greg. decis. 42. num. 3. cum seqq. & decis. 325. pariter num. 3. ac coram Buratto decis. 41. nu. 2.* Cum pro parte Decani, & Capituli in hoc Iudicio contentioso inter ipsas partes vertente
11 acriter controuertantur, † & impugnentur, non excludunt probationes in contrarium, *vt responsum fuit in d. Hispalen. Decimarum 26. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Corrado §. Nec refert quod Capitulum:* Et consequenter interim super eis nullum fundamentum constitui potest pro impedienda præfata manutentione, cum ad
12 istum † effectum similis exceptio in continēti iustificari debeat per probationes incontrouertibiles: nempè per confessionem Partis,
13 aut rem iudicatam, † aut publicum Instrumentum aliàs non retardat iudicium possessorium, *vt dixit Rota decis. 3. sub num. 1. de restit. spoliat. in nou. coram Card. Seraph. decis. 376. nu. 2. coram Andrea decis. 81. numer. 4. in Iuuenaten. & Melfiten. bonorum 8. Iunij 1646. coram R.P.D. meo Corrado, in Calaguritana beneficij de Cornago 13. Maij 1647. & in Hispalen. decimarum 25. Iunij 1649. coram R.P.D. meo Bichio §. Cum itaque.*
14 Præterea non obstant † obiecti recursus ad Iudices laicos, quia non probantur habiti de mandato, vel scientia Capituli, nec ab illo
15 approbati, seu ratificati, † prout necessarium est ad effectum, de quo agitur, *vt plenè dictum fuit in Cæsaraugustana beneficii de Linares 15. Nouembris 1644. coram R. P. D. meo Bichio, sub §. sed hodie re proposita causa.*

Et ita vtraque parte &c.

R. P. D. BICHIO.

Bononien. fideicommissi de Bargellinis.

Veneris 24. Nouembris 1651.

ARGVMENTVM.

Magistraliter discutitur quando intret, vel non Ægidiana in casu, quod Clericus vna cum Laicis sit in eodem Monitorio citatus, & postea per diuiduas sententias sint condemnati. Substitutio compendiosa quando non dicatur comprehendere vulgarem Nepotes quando non veniant appellatione filiorum.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana est constitutio laicalis.*

2 *Aegidiana excluditur si inter condemnatos adsit Clericus, & excluditur quoad omnes etiam distincta Sententia condemnatos quando omnium ius est connexum, & num. 5. 6. & seqq.*

Et quando dicatur ius esse connexum numer. 3. & seqq.

4 *Bona à Clerico cum laicis pro indiuiso possessa non subiacent constitutioni laicali etiam quoad portionem laicorum laici cum Clerico.*

6 *per idem Monitorium vocati, & si sententia per capitula separata emanet gaudent priuilegio Clerici quoad appellationem.*

7 *Sententia contra vnum de pluribus simul citatis potest ferri, & contra alium differri.*

Quod procedit, quando vnum tantum ex reis conuentis compareat secus autem quando omnes compareant, & eadem pro omnibus militet ratio, num. 8. & 9. & 10.

11 *Sententiæ plures contra plures compossessores si in qualibet non sint omnes compossessores citati sunt nullæ.*

12 *Aegidiana ad hoc ut habeat locum in portione non priuilegiata sufficit diuiduitas sententiæ.*

13 *Immissio in uim fideicommissi quibus probatis conceda tur.*

14 *Substitutio facta post lineam extinctam non censetur facta nisi linea inceperit, & postea defecerit. Declara num. 13.*

Et procedere intelligas quando testator uel per coniecturas uel per uerba taxatiua suam uoluntatem declaret, & num. 19.

16 *Substitutio facta Posthumo decedenti in pupillari etate locum habet etiam eo non nato.*

17 *Substitutio facta alicui post uocationem filiorum quādo purificetur, & si filii non nascantur num. 15. & seqq.*

Et

Et ubi fuit contemplata agnatio num. 18. & seqq.
20 *Voluntas testatoris ex toto contextu testamenti est eli-cienda.*
21 *Immissio ad bona fideicommisso antoriori supposita non conceditur in uim fideicommissi posterioris.*
22 *Substitutio caducatur per mortem substituti ante institutum, & num. 24. et num. 28.*
Fallit in substitutione compendiosa continente uulgarem num. 23. et de ratione num. 29.
24 *Compendiosa substitutio quando confertur post acquisitam hæreditatem gradui antecedenti non continet uulgarem.*
Et quando dicatur post acquisitam hæreditatem collata, num. 25. et 26.
27 *Verba in casu prædicto substitutioni apposita repetunt euentum et qualitatem omnes præcedentis substitutionis.*
30 *Nepotes non ueniunt appellatione filiorum in fideicommissis.*
Fortius in Fideicommissis transuersalibus num. 31.
Item fortius si fuit expressum nomen Patris et Filii iam essent nati num. 32.
Quod procedit, et si in numero plurali essent filii uocati num. 33.
Item procedit et si ad plures substitutionum gradus testator processerit. num. 34.
Nec releuant si fuerint uocati filii masculi n. 35.
Item procedit et si fuerint uocati filii nascituri quando fideicommissum est transuersale num. 36.
Quod fortius procedit si non adsit digressus ad plures substitutiones, uoluntas testatoris conseruandi bona in ulterioribus agnotis num. 37.
38 *Decisiones Rotæ sunt attendendae in eo quod principaliter firmant non autem in eo quod perfunctoriè et materia non examinata enunciant.*
49 *Exceptio iuris dubii aequiparatur exceptioni facti ultiorem indaginem requirentis ideo non retardat immissionem ex fideicommisso petitam.*
40 *Descendentia non probatur ex libro historiae Authoris ignoti, et approbati.*
Fallit si liber proferatur tamquam adminiculum alicuius antiquissimae scripturae num. 41.

DECISIO CXCVI.

PER separatas cedulas in Interdicto adipiscendæ duas A.C. tulit sententias pro D. Comite Odoardo de Bargellinis agente ex fideicommisso Horitij ad sui fauorem purificato, alteram contra D. Petrum Canonicum in Ecclesia Metropolitana Bononiæ, alteram contra Dominus Astorgium, Hermetem, Iacobum Philippum, & Albertum de Bargellinis bonorum fideicommissi detentores, A quibus sententijs commissa mihi causa appellationis cum clausula constito, quod sit locus Aegidianæ, decidendum hodie proposui An sit locus Aegidianæ, vel potius Comiti Odoardo sit danda immissio, & negatiuè quoad primam partem, affirmatiuè quoad secundam Rota censuit respondendum.

Aegidianam enim quia Constitutio laica-
1 calis est † excludit qualitas clericalis Petri alterius ex reis conuentis etiam respectu aliorũ
2 litis consortium, † quamuis laici sint, ac distincta sententia condemnati cum magis dignus trahat ad se minus dignum, eique proprium priuilegium communicet quãdo omnium ius est connexum *l. si cõmunem ff. quem ad seruit. amitt. l. si is qui duos ff. liberat. legat. Hipol. de Marsil. sing. 180. nu. 1. et seqq. Afflict. decis. 213. n. 1. Rot. in Vsterbien. fideicommissi 19. Ianuarii 1605. coram clar. mem. Coccino impress. apud Marches. de commiss. tom. 2. fol. 122. num. 16. coram san. mem. Greg. XV.*

Quale esse in casu nostro constat, tum ratione rei petitæ hoc est bonorum fideicom-
3 missi, † quæ cum ab omnibus communiter, & pro indiuiso possideantur, scissionem respectu iurisdictionis donec diuisio fiat nõ admittunt; & sicuti pro portione tangente Clericum Constitutioni laicali non subiacent eorumque cognitio ad Iudicem Ecclesiasticum
4 spectat, † ita & pro portionibus laicorum, *Seraph. decis. 957. num. 11. Grat. discep. 641. num. 1. et 2. num. 7. et seqq. ubi allegat concord. Afflict. decis. 213. in fin. Vrsill. ibid. num. 2. Odd. de restit. in integ. par. 1. quaest. 46. num. 20. uers. limitando,* & in puncto Aegidianæ *Rot. decis. 72. num. 2. et 3. inter impress. apud modern. Forolinien. de pignor.* Tum ratione probationis, & indiuiduæ omnium defensionis cum ex eodem iure omnes conueniantur, & eisdem exceptionibus vtantur ad exclusionem actoris, vnde resultare connexionem ad effectum vt omnibus cõpetat fa-
5 cultas appellandi, † & suffragetur appellatio quamuis condemnati sint diuersis sententiis tradit *Bart. in l. si quis separatim 10. infra med. princip. uers. sed pone de appell att.* quem in puncto Aegidianę secuta est *Rota in Vrbeuetana successionis 25. Iunii 1635. §. non obstat in fin. coram bon. mem. Motmanno.* Tum ratione petitionis,
6 quia scilicet eodem monitorio, & sub vnico Capitulo Clericus, & alij simul, & semel ad Iudicum vocati fuerunt quod in puncto non obstante, quod sententia esset concepta per capitula separata ponderauit *Rot. in Romana salmiani 17. Maii 1649. §. nec refert coram R. P. D. meo Otthobono.*

Neque vrget quod in prosecutione iudicij Clericus, & laici distinctis citationum sche-
7 dulis citati fuerint, quodque † & si plures simul cõueniantur possit Iudex respectu vnius sententiam ferre, & respectu alterius differre *l. non idcirco in princ.* vbi notant omnes *ff. Iudic. Dec. cons. 295. num. 1. Rot. coram san. mem. Greg. XV. decis. 488. num. 7.* Nam quicquid sit quando
8 vnus tantum ex reis conuentis † comparuit in quibus terminis mox allegati loquuntur; sanè quando omnes comparent, eademque est quoad omnes ratio agendi, & excipiẽdi, quodque plus est omnes pro indiuiso bona petita possident causam vigore connexionis vt supra probatæ appellabilem, inappellabilem,
9 & summariam reddere † nec potuit actor iudicium simul cœptum prosequendo separatis citationibus *Card. in clem. saepe num. 13. q. 12. de uerb. signif. Maran. in praxi par. 4. distinct. 9. n. 213 Rot. decis. 622. sub num. 4. uers. neque possunt par. 2. recent.*
10 † nec Iudex distinctas sententias ferendo vt benè in terminis Aegidianæ aduertit

Rot. in Bononien. fideicommissi de Rubeis 23. Maii 1644. §. quia satis coram R.P.D. meo Corrado, vbi subditur quod alias adinuenta esset via quatum æqualitatis, tum iustitiæ, & æquitatis ratio facillimè euerti, & collitigantibus præiudicium inferri posset. Quin in casu nostro ad euitandam nullitatem sententiarum admittere necesse est quod citationes Clerici, & laicorum vtriquæ sententiæ promiscuè inseruiant; nam alioque instante communione possessionis pro indiuiso vnaquæque senten-
11 tia † ex defectu citationis cuiuslibet possessoris nulla esset etiam quoad citatum iuxta *theor. Bald. in l.1. num.6. vers. aut continet, Cod. error. calc.* quam in specie secuta est *Rot. decis. 594 num.2. par.4. recent. decis.37. num.9. coram bon. mem. Vrgellen.* & in alijs relatis *ab add. ad Greg. XV decis. 319. sub num. 7. & in Romana seu Veliterna restitutionis in integrum 17. Decembris 1646. §. talis autem coram me.*

Ex his patet non applicari casui nostro decisionis *in Viterbien. fideicommissi seu attentatorum 3. Maii* 1644. *coram R.P.D. meo Cerro, in Romana successionis de Ametis 16. Nouemb. 1646. coram me, in Ferrarien. de Pendasiis 27. Iunii 1637. co-*
12 *ram R.P.D. meo Roias,* & quotquot aliæ exaduerso allegantur firmantes sufficere diuiduitatem sententiæ vt Aegidianæ in portione non priuilegiata sit locus, quia neutra loquitur in casu quo aliunde connexio iuris, & iudicii ex alijs supra ponderatis, ac simul iunctis resultaret.

Quo vero ad immissionem Comitis Odoar-
13 di ratio decidendi fuit † fideicommissi Horatij per publicum instrumentum probati (ac de quo non dubitatur, prout nec de bonorum identitate) purificatio ad fauorem Comitis vocati in casum totalis extinctionis lineæ, ac descendentiæ Vincentii ac Scipionis, quam extinctionem contigisse est in confesso. Nec obstat quod præfati Vincentius, & Scipio decesserint nullis susceptis liberis; testator vero quippè qui prius vocauerat vtriusque filios natos & nascituros, cōtemplasse videatur initium, medium, & finem lineæ, & propterea
14 substituere noluisse censeatur, † nisi filij nati fuerint, & postea decesserint vt voluit *Oldr. cons.177. num.4. Paris. cons.74. num.1.2. & 3. lib.3. Alciat. cons.46. per tot* & signanter *num. 23. lib.9. Ruin. cons.4. num.1. cum seqq. lib.3. cum aliis alleg. à moder. Neapolitano de success. legal. par.3. qu.1. art.2. num.65.*

Quia opinio Oldradi, & sequacium semper reiecta fuit, nisi testator voluntatem suam per verba taxatiua declarauerit, aut illa ex coniecturis benè concludentibus desumi possit cū alioquin lineæ defectus ab eo contemplatus æquè verificetur siue filij non nascantur siue
15 nati decedant, † licet ex diuersa causa proueniat, & vtroque casu militet ratio conseruandi agnationem à testatore contemplata; *Rot. coram Buratt. decis.379. num.1. & seqq.* vbi in fortioribus terminis firmatur quod substitutio facta posthumo decedenti in pupillari ætate
16 locum habet etiam eo non nato *decis.222. numer.10. & 4. seqq. par.5. recent.* & plenè *in Rauennaten. bonorum 1. Februarii 1647. §. ea tamen, & §. seq. coram R.P.D. meo Corrado,* vbi quod hoc procedit siue versemur in vulgari siue in fidei
17 commissaria, † nam ea quoque ex verisimili mente testatoris iusta ratione probata extenditur quando opus est etiam de casu ad casum verbis ipsis non comprehensum, & allegan-
18 tur innumeri concordantes, † quorum opinio recipienda libentius est in casu nostro quo enixa voluntas conseruandi bonā in agnatione apparet tam ex digressu ad plures gradus substitutionum, quam ex prohibitione facta omnibus vocatis cuiuscunque detractionis, & clarius ex verbis expressis principaliter in fine substitutionum adiectis, ibi, *volendo che tutta la sua heredità si conserui perpetuamente nelle sopradette famiglie de Bargellini,* vt in specie ponderauit *Rot. penes Buratt. d. decis.379. num.3.*

Vt propterea vim non faciant verba *nati, e*
19 *da nascere* directa ad filios vocatos † quæ operari vt filiorum deficientia intelligi debeat in proprio, & reali significatu scilicet post actualem natiuitatem, & existentiam, non autem fictè, & extensiuè in casu videlicet non natiuitatis sensit *Menoch. cons.326. num.4. nu.5. & 11. cons.364. num.1. cum seqq. Fusar. de subst. quæst.435. num.1.* quia semper militat identitas rationis expressæ, & verisimilis voluntas in omnem casum deficientiæ elicita ex toto contextu te-
20 stamenti, vt debet *l. Mevia 44. ff. manumiss. testam. l. licet Imperator 74. ff. legat.3.* cum concordantibus penes *Mant. de coniect. lib.6. tit.13. sub num.1. & seqq.*

Non obstat quòd dempta portione Alphōsi cœtera alia prædia super quibus petitur immissio sint subiecta antiquiori fideicommisso q. Pirri de Bargellinis ad fauorem Petri, & collitigantium vt prætenditur purificato, quod
21 efficit † ne detur immissio ex fideicommisso posteriori Horatij, vt in puncto dixit *Rot. decis.249. n.18. & seqq. par.6. recent.* Negatur enim quod nihil remaneat demptis portionibus Alphonsi & Pirri, quodque fideicommissum Pirri fuerit ad aduersarios delatum. Primo quia substitutio filiorum Vincentij Mariæ sub qua se comprehensus prætendunt concepta in casum quo Bartholomæus, & Lactantius
22 patrui testatoris decederent sine filijs † caducata fuit per eorumdem patruorum prędecessum viuente Horatio vno ex hæredibus grauatis cui fuerant substituti, cum proindè defecerit eiusdem substitutionis conditio, ani-
23 maduertendo quod non versamur in compēdiosa continente vulgarem cuius vigore caducato per prædecessum gradu antecedenti, gradus sequens in eius locum subintrat, non secus ac si hæredi grauato immediatè substitutus fuisset, non attenta conditione ipsi gradui sequenti adiecta, vt voluit *Bart. in l. quamdiu, ff. acq. hæred.* quem communiter sequuntur *Doct. allegat. in decis.403. num.11. & seq. p.2. recent. decis.339. num.74. coram bon. mem. Vrgellensi, & in Sabinen. seu Farsen. fideicommissi 2. Maij 1640. coram me, ac in supracitata Rauennaten. bonorum, §. quare, & 2. sequent. coram R. P. D. meo Corrado.*

Nam

Nam vulgarem non continet compendio-
24 sa † quando confertur post acquisitam hæreditatem gradui antecedenti, *vt ex tex. in l. post aditam, & l. precibus post princ. Cod. impuber. & aliis subst. tradit Alexan.cons.1.num.15.lib.1.Hond. cons.49.num.37. & 2. seqq.lib.2.Peregr.cons.36.numer.26. & seqq.lib.3.Fusar.cons.26. sub numer.16,* Qui est casus noster quia testator post substitutos patruos hæredibus grauatos sine filijs decedentibus substituit filios Vincentij Mariæ casu quo dicti eius patrui in casu prædicto de-
25 cederent sine filijs, ibi, † *& casu de quo dicti eius patrui in casu prædicto decederent sine filijs eisdem, & vltimo morienti substituit &c.* cum enim testator filios Vincentij Mariæ nõ substituerit simpliciter in casu quo patrui decederent sine filijs, sed vltro adiecerit verba *in casu prædicto* eaque non sint apposita substitutioni in quibus terminis loquuntur in contrarium allegati, sed conditioni purificandæ antequam eueniat casus substitutionis de filijs Vincētij Ma-
26 riæ, † perinde est, ac si filios Vincentij Mariæ substituisset patruis sub cõditione, quod prius ad patruorum fauorem purificatio fuisset præcedens substitutio de illis facta hæredibus grauatis; hic namque euentus habetur pro expresso per viam conditionis in sequenti sub-
27 stitutione vigore clausulæ † *in casu prædicto*, quæ repetit euentum, & qualitates omnes præcedentis substitutionis, *Natt.cons.204.n.11. & 12.Paris.cons.21.num.37. lib.3. Surd. cons.546. num.9.Decian.cons.17.num.10.cons.51.num.5.lib.1 Rot.decis.194.num.7.par,2. recent.* & ferè in puncto *Hond.d.cons.49. num.20. & 21.lib.2.* & alloquin cessent superflua cum satis fuisset prima clausula, ibi, *& casu quo &c.*

Vnde cum filij Vincentij Mariæ substituti fuerint patruis per fideicommissariam tantũ sub conditione quod prius purificata fuisset substitutio ad fauorem patruorum, & conditio hæc per eorum prædecessum defecerit,
28 defecit pariter † substitutio filiorum; nam in fideicommissaria attenditur, & impleri debet conditio sub qua sequens gradus est vocatus,
29 & ratio diuersitatis inter vulgarem, & fideicommissariam est quia in vulgari cogitauit testator quod præcedens gradus posset deficere ex capite noluntatis, aut impotentiæ, sed in fideicommissaria testator non intendit vocare vltimum substitutum nisi sub conditione ipsa apposita, quia cogitauit quod præcedens gradus admitteretur cum non grauetur restituere qui prius non habuit, vt bene explicat *Rot. decis.339.num.74. & 2. seqq. coram bon. mem. Vrgellen.* ac tradit *Grat.discept.747.num.22. & seqq.* vbi ita conciliat decisiones, ac doctrinas contrarias *Fusar.cons.26.num.26.Hond. dicto cons.49. num.35. & seq.Cabr.cons.95. sub nu.21.lib.1.Aym. cons.283. num.1. vers. sed dicet aliquis, Sesse decis. Aragonia 50.num.20.*

Secundo negatur fideicommissum Pirri cõpræhendere aduersarios quia vocat filios Vincentij Mariæ, aduersarij verò sunt nepotes,
30 qui appellatione filiorum in fideicommissis non veniunt *l. quod si nepotes ff.testam.tutel. Alex. Aym. Decian. Bellon. Imo.* & alij plures quos secuta est *Rota in Romana fideicommissi de Incoronatis 27. Maij 1641. coram Reuerendiss. Terracinensi in Interamnen. fideicom,* 10. Februarij 1642. *coram Reuerendissimo Dominó Decano in Bononien. fideicõ-*
31 *missi de Sanctis 15. Maij 1647. coram me.* † Eo minus in fideicommisso trasuersali *Alex.cons.1 num.16.lib.1.cons.26. num.7. lib.3. Corn. cons.199. num.34. post med lib.4. Mant. de coniect.lib.8. tit.8. num.11.Surd. de Alim. tit.9. quæst.36. num. 28.* &
32 quando vt hic fuit à testatore expressum nomen patris ac de tempore testamenti aderant filij nati *Paul. de Monte Pico cons.78.num.2. alijque allegati à Fusar. de subst. quæst.321. num.27. & 51.*

Neque contrarium suadent coniecturæ
33 exaduerso adductę. † Primum enim desumptam ex vocatione filiorum in numero plurari reicit *Socc.sen.cons.104.num.1.lib.3. Dec.consil. 636.num.4.Aym.cons.283.col.1. circa med. vers. in quibus Menoch.cons.215.num.110. qui numer.* 108. dixerat facilius id procedere nisi probata fuerit existentia filiorum, & nepotum de tempore
34 testamenti. † Secundam ex digressu ad plures gradus substitutionum, & vocatione filiorum in remotissimum tempus non esse momenti nisi aliæ coniecturæ, & quidem efficaces concurrant dixit *Rot.decis.6.num.12.& seqq. decis.21.num.5. & 6.par.5.recen.decis.279. sub nu-*
35 *mer. 16. & num. 20.* † vbi quod ad hunc effectum non releuat quod vocati fuerint filij masculi *par.6.recent. & in dicta Interamnen. fideicommissi §. tertia vero coram Reuerendiss. D.meo Deca-*
36 *no*. Alteram ex quo vocati fuerunt etiam filij nascituri non suffragari trasuersalibus, sed descendentibus tradit alijs relatis *Mant.d. tit.8. num.16.Surd.cons.403.num.23. Fusar. de subst. qu. 320. sub num. 27. vers. declaratur secundo Ciriac. contr.8. num.38. num.69. & seqq. & num.94.* præsertim quia post hanc substitutionem filiorũ Vincentij Mariæ testator ad alias substitutio-
37 nes progressus non est, † nec protulit verbum denotans voluntatem conseruandi bona in vlterioribus agnatis erga quos cũ debilior præsumatur illius dilectio, non mirum si propter eos noluit grauare proximiores in præcedentibus substitutionibus vocatos, vt bene in terminis ponderat *Gabr.cons.95. sub nu.13. vers. primo quia lib.1.*

Non obstat quod *Rota in decis.249.par.6. rec.* dixerit Pirrum fecisse fideicommissum ad fauorem Vincentij, quia hodie non agitur cum Vincentio, & Rota ibi incidenter, ac perfun-
38 ctorie hoc dixit; † decisiones autem attenduntur in eo quod principaliter firmant, non quod perfunctorie, ac materia non examinata enunciant *Rot. penes Seraph.decis.299.num.13. decis.17.num.9.par.7.recent. & in Mutinen. Emphiteusis 28. Maii 1638. coram Reuerendiss. D. meo Decano*. Negarique saltem non potest quin allegata exceptio fideicommissi Pirri sit iuris
39 dubij, & intricatis, † ac ideo non secus, ac exceptio facti altiorem indaginem requirens, apta non sit ad retardandam immissionem Comitis Odoardi ex fideicommisso Horatij ex adductis in *dicta Bononien.fideicommissi de Sanctis 17. Maii 1647.§. tandem coram me.*

Cui Comiti debetur etiam immissio super

portione Palatij ex fideicommisso Virgilij tãquam illius proximiori, qualem se probat ne dum ex libro historiæ Bononiensis quo si au-
40 thor ignotus, & non approbatus sit,† descendentiam non probari in proximis terminis dictum fuit in *Auximana Sepultura de Cimis 28. Maii 1646. coram bon. mem. Arguelles*, sed etiam ex antiquissimo instrumento centum, & am-
45 plius annorum, quod adminiculatum † dicto libro Historiarum sufficere dixit *Rota coram Penia decis. 498. per tot. & in Florentina de Barbadoris 25. Iunii 1640. cor. recol. mem. Coccino Sac. Rot. Decano.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

R. P. D. VEROSPIO

Cracouień Præposituræ

Veneris 24. Nouembris 1651.

ARGVMENTVM.

In electione facienda à Collegialibus, quando admittendi Collegij Professores, qui titulo Collegialitatis beneficiorum institutiones nõ recipiunt, in præsenti decisione eruditè resoluitur. Vnio beneficii ex quibus exclusa remaneat, clare demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas præscripta, nisi fuerit iustificata, laboratur in cassum.*
2 *Ordinarii iudicio, regulariter deferendum est.*
3 *in electione facienda à Collegialibus, an & quando admittenda sint vota Professorum Collegii non habentium institutionem titulo Collegialitatis.*
4 *Præbendæ non respondentes titulis quæ sint. Canonicatuum, non censentur Canonicæ vnitæ.*
5 *Beneficij vnius dimissio per acquisitionem alterius beneficii, ex quo probata remaneat.*
6 *Substantia potissimum attendenda est posthabito verborum cortice.*
7 *Beneficia duorum ab vna eademque persona quando retineri possint.*
8 *Vnio beneficii ex quibus exclusa remaneat.*
9 *Iuria informia nullam merentur fidem.*

DECISIO CXCVII.

RESOLVTVM fuerat coram me, 28. Iunij præteriti, ex vtroque validitatis, ac Iustitiæ fundamento, confirmandam esse sententiam Rotalem, deferentem Stanislao Iurkouski Præposituram Sãcti Floriani, quod ipsi maiora eligentium vota suffragentur, ac merita, nec non qualitates ambo in regiis donationibus patronatus huius Præposituræ præscriptæ, vt scilicet de gremio Canonicorum Sãcti Floriani eligendus assumatur, actuque in Academia laboret quas idemmet exaduersæ partis confessione iustificat, prout cœteras qualitates ad essequendam institutionem necessarias. Cum verò Sigismundus se pluribus suffultum esse suffragiis, seque prædictum vtraque qualitate contenderet, ac Stanislao maioribus præcellere meritis, ad formam donationis Stephani Regis in decernenda alteri prælatione spectandis, ac proindè immerito fuisse posthabitum, Reproposito hodie per
1 me dubio DD. steterunt in decisis. † Quoniam Sigismundus in vtroque defecit, pluriũ scilicet iustificatione votorum, ac qualitatum præscriptarum in regiis donationibus, quibus cessantibus meritorum discussio pœnitus reputatur inanis, vt notat *Abb. in cap. cum in cunctis §. inferiora num. 10. cum seqq. de elect. Garz. de benef. par. 7. cap. 15. num. 6. Rota coram bon. memor. Vrgellen. decis. 8. num. 3. & in aliis relatis iuribus in Fesulana Beneficii 14. Martii 1650. in §. si quidem coram R. P. D. meo Corrado.*

Paucioribus autem eligentium suffragiis, Sigismundum fuisse expetitum, non videtur
2 in dubium posse reuocari: † dum ipse tredecim pro se refert tantummodo voces, Stanislaus verò septemdecim vota connumerat, ex ipsa comprobat Ordinarij sententia minoribus eligentium votis, Sigismundum nominatum extitisse, cuius sanè Iudicio solet, ac debet regulariter deferri per *text. in cap. 3. de renunciat. Gonz. super reg. 8. glos. 4. num. 17. & 132. Rota decis. 537. num. 14. in fine par. 1. & dec. 36. n. 1. par. 2. recent. & in aliis relatis in Maioricen. Parrochialis 13. Iunii 1646. & 28. Iunii sequentis anni coram R. P. D. meo Celso.*

Ex his verò Stanislai suffragiis, septem nu-
3 mero voces perperam detrahuntur: † licet enim promanauerint à professoribus Collegii minoris nullam à Decano Ecclesiæ S. Floriani seu Custode, obtinentibus beneficiorum institutionem, titulo collegialitatis, vt exaduerso prætenditur annexam, & ad substantiã electionis, ex asserto vniuersitatis statuto requisitam, debent nihilominus in numero cõputari, ac suffragari Stanislao, dum iidem professores inter Collegiales solemniter antea cooptati, & ad omnes Collegiales actus successiuè admissi in huius quoque Præposituræ electione conuocati fuerant legitimè (vt in sententia attestatur ordinarius) *Io. Andr. in cap. scriptum est num. 8. de elect. ibique Abb. num. 3. & in cap. Ecc. cum num. 14. vers. pro clariori intelligentia eodem tit. idem Ioannes Andr. in cap. ex eo num. 4. de elect. Imol. in cap. cum vinctionensis nu. 4. de elect. Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina §. nos igitur num. 91. de caus. possess. ac propriet. Barb. de Canon. & dignit. cap. 37. num. 27. cum seqq.* Præsertim cum assertum statutum negetur vsu receptum, neque iustificetur ex iuribus productis præfata institutionis necessitas ad substantiam electionis quin potius ex ijs conuincatur inducta institutio ad vberiorem professorum minoris Collegij sustentationem quorum potissimè tenuitas prouentuum in eorumdem beneficiorum assignatione spectatur, neque etiam allegata Beneficiorum annexio titulis collegialium exaduerso; concludatur, quin potius ex eorumdem numero excludatur; Non enim existunt correspectiua professoribus in huius electione Præposituræ præbentibus vota, sed ijs tantummodo ex lege institutionis conferuntur, qui cœteris doctrina, ac

4 ac eruditione præpolleant. † Hinc enim cessat vnio, vt in similibus terminis, de præbendis non respondentibus titulis Canonicatuũ, vt Canoniæ proindè non censeantur vnitæ, nec spirituales reputentur, sed temporales, notat *Abb. in cap. maioribus num. 4. de præbend. & in cap. dilecto num. 6. eod. tit. Lottber. alios referens de re benef. lib. 1. quæst. 19. num. 5. cum seqq. Rot. in Mediolanen. Canonicatus* 28 *Maii* 1628. *cor. Reuerendiss. D. meo Decano.*

5 Eumdem † quoque Sigismundum, tunc temporis, quo controuersæ Præposituræ nominationem obtinuit de gremio Capituli egressum comprobat Instrumentum electionis ipsius in præpositum Sancti Nicolai, cum dimissione Canonicatus Sancti Floriani egressuque ab Ecclesia prædicta ad *tex. in cap. de multa de præb. & in Clem. gratia de rescript. & notant vtrobique dd. glos. in cap. inter cæteros in verbo assignari de præbend. ac plures alii adducti in decis. R. P. D. mei Bichii edita in hac causa sub die* 28. *Nouembris* 1650. *in §. quod vero*.

Excludi neque valet egressus à Capitulo, ex Titulo Cancellariæ Siradiensis, quem Sigismundus inter cœteras eiusdem Capituli dignitates recenset, ac contendit vnitum Parrochiali Paiecinensi in cuius possessionè se nunc probat existere: siquidem, vel præfata dignitas suppressa fuit ab anno 1400. quo ex redditibus ipsius, nouus Canonicatus cum præbenda probatur erectus ex Instrumento erectionis per Stanislaum exhibito, vel certè non constat ad Sigismuudum pertinere in vim vnionis. litteræ enim Vladislai Regis ad hunc effectum productæ, enumerant quidem sub Regio Patronatu Cancellarias, dignitates, Canonicatus, ac beneficia conferenda vniuersitati Cracouiensi, eadem tamen recensent, vti plura corpora, inter se omnino distincta per modum singulorum non tamen vnita per modum vnius, vt ex eorumdem lectura di-
6 gnoscitur; † Partitæ verò librorum continentes Beneficia Diœcesis Cracouiensis sunt æquiuocæ, nec vnionem præseferunt in substantia, quàm post habito verborum cortice potissimè attendendam tradit *Soccin. in l. ambiguo num. 7. ff. de reb. dub. Paris. cons. 44. num. 5. lib. 1. Aym. cons. 149. num. 11. Rota coram Andr. decis. 11. num. 1. & coram Seraph. dec. 1304. num. 3. in Elboven. vnionis 12. Iunii 1632. coram Vbaldo.* Addu-
7 cta † quoque possessio, vtriusque beneficii, in vna eademque persona semel subsecuta, probationem præbet æquiuocam, ac pœnitus irreleuantem, quia ex titulis omninò diuersis consolidari potuerit vtriusque possessio, vt notat *Abb. in cap. de Monachis de præbend. in fine post gloss. magnam* ibidem quos sequitur *Rota coram Buratto decis. 303. n. 11. cum seqq.*

Et hæc denique vnio pœnitus excluditur ex eo, quod Sigismundus assecutus fuit hanc Parrochialem, vti vacantem per obitum Zac-
8 cariç immediati ipsius prædecessoris, † non enim potuisset eiusdem vacatio contingere, si vnita foret, ac membrum Cancellariæ, quam nullibi constat à præfato Zaccaria, dum viueret, fuisse obtentam, ex notatis in *cap. cum accessisset de constit. Vital. in Clem. vnica de offic. Vicarii Gonz. ad regul. 8. glos. 5. §. 7. Garz. de benef. par. 12 cap. 2. num. 15. & 16. Rota coram Verall. decis. 349. num. 2. & 3. coram Greg. decis. 77. nu. 2. & 112. n. 1. coram Seraphin. 1011. num. 1. 668. num. 3. part. 2. recent.*

Altera pariter qualitas, quod Sigismundus de tempore assecutæ nominationis actu laboraret i in Academia, non benè concluditur ex
9 iuribus productis, † illa enim tanquam informia, nullam merentur fidem secundum *Felyn. in cap. 1. num. 13. de test. Bart. in rubr. de nou. oper. nunciat. num. 8. ibique Bologn. num. 152. Rot. in Romana Cottimi 10. Martii 1603. coram Sacrato,* neque percutiant tempus vacationis, vt foret necesse, ac electionis, in ipsius Sigismundi persona subsecutę.

Et ita vtraque.

☞ *Allegata hac decisio in hac eadem causa emanata coram eodem Reuerendiss. P. D. Cerro Decano sub die* 28. *Iunii* 1651. *est supra in hac eadem part.* 11. *rec. dec.* 188.

R. P. D. BICHIO.

Romana seu Ianuen. Cambij

Lunæ 27. *Nouembris* 1651.

ARGVMENTVM.

Litteræ di auuiso quando habeant vel non habeant viam executiuam magistraliter discutitur, & quando dicantur probare. Quæ cambia requirant verificationem, & quę cambia dicantur reprobata, & quale propriè sit cambium con la ricorsa.

SVMMARIVM.

1 *Liber nuncupatus Scartafaccio di fiera licet non probet durantibus Nundinis plene tamen probat nundinis completis & n. 2.*
3 *Nundinæ non dicuntur completæ nisi facto generali bilancio.*
4 *Mercator de stylo potest sibi met soluere & n. seqq.*
5 *Persona vna & eodem non potest representare vices duarum.*
Fallit si consideratur persona ratione officii n. 6.
7 *Mandatum procuræ probatur ex litteris tam di spaccio, quam di auuiso & n. 9.*
8 *Litteræ di auuiso non probant creditum.*
Tractatus non probat perfectionem negotii n. 8.
11 *Litteræ di Auuiso non habent viam executiuam etiam coram A. C. & nu. 12. & vide n. 18. & 23.*
12 *Auditor Cameræ executiuè procedit in litteris cambii, non autem in aliis cedulis mercantilibus.*
In quibus licet manu regia procedat, attamen datur appellatio ad vtrumque effectum n. 13.
14 *Cambium proueniens ex interesse multiplicato cambiorum, & illicitum cessantibus requisitis.*
15 *Cambia contracta solum propter moram solutionis sunt omnino reprobata.*
Item cambia regularia pro secundis, & vlterioribus nundinis & n. 16.
17 *Cambia tam nundinalia quam irregularia seu intercalaria*

calaris requirunt iustificationem.

19 *Auditor Cameræ procedit inter mercatores pro quacumque summa summariè, & sola facti veritate inspecta.*

21 *Cambia nundinalia, & debita in nundinis contracta habent viam executiuam.*

22 *Litteræ di auiso quando dicantur effectuatæ.*

23 *Litteræ di auiso effectuatæ, & confessatæ habent viam executiuam sicut litteræ cambii & à n. 20.*

24 *Testamentum minus solemne confessatum à parte habet viam executiuam, ac si esset solemne.*

25 *Scriptura si vere appareat habet vim publici instrumenti, & si est adminiculis fulcita operatur vt publicum instrumentum & n. 26.*

27 *Via executiua competit mercatori contra mandantem, qui in mandato apposuit verba e ponete à nostro conto, & n. 28.*

29 *Cambium con la ricorsa quid propriè sit. Et n. 30. & 31. & 32.*

33 *Cambium dicitur liberum & nouum, si solutio fuerit facta in vim litterarum non coherentium formulis cambii con la ricorsa & n. 34.*

34 *Procurator potest agere contra mandantem, si docet mandatum adimpleuisse.*

35 *Connexitas & dependentia est probanda.*

36 *Negocia diuersa diuersam debent habere executionē.*

37 *Verba* Vi riualerete del mancamento nella seguente fiera *non denotant connexionem cum negocijs antecedentibus.*

38 *Reimbursatio est probanda ab eo, qui solutionem ordinauit.*

39 *Exceptio requirens altiorem indaginem non impedit executionem mandati executiui.*

DECISIO CXCVIII.

RELAXAVIT A.C. ad instantiam Francisci Mariæ Balbi contra Ioãnem Baptistam & Alexandrum de Siris mandatum executiuum pro scutis 5448. auri marcarum occasione totidem quæ idem Balbus mandantibus Siris soluit in nundinis Terræ Noui in vim litterarum Cambij sub die 3. Septemb. 1649. ipsi directarum è Ciuitate Mediolani à Ioanne Baptista Flisco. A quo mandato commissa mihi per Signaturam Iustitiæ causa appellationis, cum clausula, si quid exequendum, dubitatum hodie fuit, an illud sit exequendum, & affirmatiuè responsum.

Solutio enim facta à Balbo in vim dictarũ litterarum Flici probatur, nedum ex libro nuncupato Scartafaccio di fiera, qui licet fidem non faciat
1 † durantibus nundinis, eo quod adhuc partitæ ibi descriptæ possunt variari, & contrascribi. *Bellon. decis. Ianuen. prima num. 10. num. 19. & 20.* plena fide completis nũdinis dignus asseritur *à Modern. Ianuen. de camb. disput. 2. quæst. 1. num. 16. & 17. & clarius quæst. 17.*
2 *num. 14.* ea ratione, quia † amplius dictę partitæ variari non possunt, & quia tam respectu debiti, quam crediti relatiuæ sunt ad alia Scartafascia, & bilancia aliorum Bancheriorum, quibus nisi adamussim correspondérent, fieri non potuisset generale bilancium fine
3 quo nundinæ non dicuntur completæ, † vt propterea idem sit dicere nundinas esse completas, ac scartafascia, & bilancia singulorum Bancheriorum ritè processisse, sed etiam ex quietantia ipsius Balbi, qui iuxta præfatas litteras Mediolani sibimet soluit,
4 † vt potuit ex inueterato stylo Mercatorum, de quo testatur idem *Modern. Ianuen. de camb. disputat. prima, quæst. 15. per tot. post Azor. institut. moral. par. 3. libro 10. de camb. cap. 9. quæst. 2.* nec abhorret à iure
5 communi, quo licet eadem persona † non possit representare vices duarum, quando habetur respectus personæ ad personam, potest tamen quando consideratur persona ratione officii, quia cum possit plura officia exercere,
6 nihil prohibet quin hoc nomine † plures personas representet, *l. stichum 95. §. aditio, ff. solut. l. prima, §. final. ff. deposit. l. fistulas, §. fundum, ff. contrahen. empt. Surd. cons. 7. num. 32. & 33. Put. dec. 270. sub num. 2. lib. 1. in correct.* Et hic est casus præsens, quia Balbus soluit tamquam Procurator Dominorum de Siris, & recepit tanquam Procurator Flisci scribentis.

Quod verò Balbus soluerit tanquam pro-
7 curator, & mandantibus Siris, † apparet euidenter ex illorum litteris, ibi, *vi sarà tratto in Milano sotto vostro nome scudi 5448. &c. vi piacerà compirgli, e valerui del mancamento nella seguente Fiera d'aperitione &c.* Summario Balbi num. 1. siue dictæ litteræ sint *di spaccio*, siue *di auiso*, & quia & si in hac secunda specie litterarum fieri non possit ius ad fundandum creditum,
8 cum sint tanquam tractatus, & † multa tractentur quę non perficiuntur, vt tradunt *Doctores in l. si voluntate, Cod. rescind. vend. Alexan. cons. 28. num. 3. lib. 1. in puncto Gamma decis. 336. num. 4. Rota decis. 26. num. 12. & 13. par. 5. recentior.* fieri nihilominus potest ad probandum mandatum, cum hoc respectu contineant determinatam dispositionem, illudque etiam per
9 epistolas dari, † & probari valeat, *l. prima, l. si procuratorem absentem, ff. procurat. clementin. prima eodem titul. Capitaquie. decis. 185. per tot. par. 2. Burattı decis. 190. num. 1 & ibi Adden. littera B. cum allegatis à Modern. Patauino de script. priuat. lib. 3. quæst. 14. num. 1. & num. 7. & seqq. fol.* 129. iunctis præsertim adminiculis, & signanter approbatione Dominorum de Siris solutionis, vt supra factæ à Domino Balbo dicto Summario num. 6. Et gratis dicitur dictas litteras conscriptas fuisse sub die 21. Ianuarii 1650. ac loqui de solutione facienda in nundinis apparitionis, ac proinde referri non posse ad præcedentes litteras Mediolani, solutionemque factam de anno 1649. in nundinis Sanctorum.
10 Nam † duę sunt litteræ à Siris missæ eiusdem summæ, primæ sub die 23. Octobris 1649. effectuatæ vt supra per successiuam solutionem posteriores allegatæ in obiecto, in quibus Siri approbata solutione eorum tractę in dictis scutis 5448. sequuta in præcedentibus nundinis Sanctorum, fecerunt nouam tractam totidem summæ pro subsequentibus nundinis apparitionis, & hanc Balbus adimplere recusauit, eo quod Siri non acceptarunt similes litteras soluibiles Gherardo quas illis direxerat, vt se reimbursaret de summa, vt supra soluta.

His

His positis duplex adhuc superest difficultas, altera nempè circa validitatem mandati executiui A.C. vt potè fundati in Siriorum
11 litteris † *di auuiso*, quę viam executiuam non habent *Monac.decis. Florentin.70.num.10. & seqq. Giurb. obseruat.105. num.13.par.1.* non obstantibus facultatibus A. C. quibus locus est in lit-
12 teris *d'auiso*, & similibus mandatis de soluendo *Salust.Tiber. in prax. A.C. lib. 2. num. 3.* vbi quod præter litteras cambij in alijs cedulis etiam quod super re mercantili agatur, & licet in illis A.C. vigore suarum facultatum manu Regia procedat admittitur appellatio ad vtrũ-
13 que † effectum, quæ efficit ne mandatum sit exequendum, *Rota decis. 61.num.10.apud Pic.ad Statut.Vrb.& in Romana dotis 11.Februarii 1647. coram me.*

Altera circa iustitiam cambij prętendentibus Siris illud non esse purum, ac nouum, sed *con la ricorsa*, vt aiunt, & prouenire ex interesse multiplicato cambiorum, & recambiorum præcedentium, contractorum pro secundis,
14 & vlterioribus nundinis, quod cessante † facultate cambiandi, & recambiandi, ac cęteris requisitis illicitum omnino esse, tradit *Camil. Medic. cons.155. num.1. Filliucc. oper.morat.par.2. tract.35.cap.7. num.410. & seqq. Modern. Forolinien. de camb.nundin.cap.2.num.18.& cap.3. nu.82.* Cum omninò reprobentur cambia contracta
15 solum † propter moram solutionis, *Rota cor. Cardinali Millino decis.12. & 16. num.1. deci.775. per tot.par.4. diuersorum*, & regulariæ pro se-
16 cundis, ac vlterioribus nundinis *Azor. institut. moral.tom.3.lib.10.tit.de camb.cap.8.in fin.versicul. quinta conditio, & cap.10.versic. septimo, Filliucc. d. cap.7.num.424. Scacc. de camb.§.primo,quæst. 7. limitat. 2.num.1.& limitat.14.nu.1. Modern. Ianuen. eodem tract. disput.1. quæst.13.num.81.& 82.* sem-
17 perque tam in cambijs† nundinalibus, quàm in irregularibus seu inter calaribus requiratur iustificatio, *Azor.d.c.8.vers. dicendum est,& seqq. Filliucc.d.c.7.n.411.*

Quo ad primam: quicquid sit an litteræ *d'auiso*, etiam in casibus, quibus probant, ha-
18 beant, nec ne viam executiuam, † cessare videtur difficultas in casu nostro ponderando simul tum facultates A. C. dantes potestatem procedenti inter, & contra Mercatores Cu-
19 rię † vsque ad quamcumque summam summariè, simpliciter, & de plano, sola facti veritate inspecta, & manu regia, vt ponderauit, *Rota.decis.170.num. 2.& 3. seqq. inter impress. apud Zacch. de obligat. Cameral.* Tum quod Siri in
20 litteris dederunt † Balbo expressam facultatem se reualendi ab ipsis in sequentibus nundinis, ibi, *e valerui del mancamento nella seguente fiera d'apparitione*. & sic executiuè prout in
21 cambijs nundinarijs, † & in nundinis pro debito ibi contracto proceditur, vt post *Bald. Salicet. Fulgos. & alios tradit Peckius de iur. sisten. cap.10.num.6.inter tractat.diuers. tom.3.par. 2. fol. 165.aliique relati à Moderno Aquilano de caus. execut. ampliat. 1. num. 20.* Tum quod etiam in litteris cambii Mediolani disponitur, quod Baldus debitores creet Siros, & ab illis se reualeat, prout fecit creando illos in nundinis noui debitores summę solutę; Cumque postmodum Siri id totum approbauerint, & con-
22 fessi fuerint Summario Balbi num.5. † non versamur in simplicibus terminis litterarum *d'auiso*, sed vltro concurrit earum effectuatio, ac aduersariorum approbatio, & confessio, quæ illis, & si litterarum cambij vim non haberent, vim tribuit, vt executionem mereantur non secus, ac litteræ cambij sicut in simili
23 viam † executiuam, quæ *ex remed.l.fin.C.edict. Diu. Adr. tollen.* competit vbi exhibetur publicum instrumentum testamenti locum ha-
24 bere † etiam in instrumento minus solemni à parte confessato, & effectuato, dixit *Rota in Bonien. fideicommissi de Amorinis 18. Maij 1643. §. non obstant decisiones coram R.P.D.meo Meltio,* vbi allegantur concordantes facit, *Menoch. de adipiscen. remed.4.num.103.& seqq. Bald. cons. 198.*
25 *num.5.* vbi quod scriptura priuata † si vera appareat vim habet publici instrumenti *lib. 1. & cons.279. sub num.1.* vbi quod scriptura priuata adminiculis fulcita idem operatur, quod
26 publicum instrumentum *lib.4. Ciriac. controu. 252.num.13. Rota Bonien.diuers. decis.15.numer.8.* Et alioquin nusquam pro sui releuatione cõpeteret contra mandantem via executiua Mercatori, qui de mandato responsalis per simplices litteras dato soluit litteras ab alio Mercatore sibi directas sub explicita conuen-
27 tione † se reualendi à mandante, quia isto casu mandans non conficit litteras cambii, sed solum in mandato apponit verba, *e ponete à nostro conto*, vel similia quæ non essent ociosa,
28 & † efficacius obligare mandantem, aduertit *Scacc. de camb.§.2. gloss. 9. num. 3. & 4.* vbi loquitur in specie de via executiua, *Bursatt.cons. 39.n.4.lib.1. Mantic.decis.72.n.6. Giurb. obser.105. n.12.par.1.*

Altera cessat ex facto, quia non agitur de pecunijs à Balbo numeratis Siris, vt eas in
29 nundinis, † vel alio loco illi soluerent, & ob earum non solutionem recursu ad responsalem Balbi in alio loco existentem, vt ipse Balbo cambium soluat, qui est propriè casus cãbij *con la ricorsa*, iuxta tradita *per Modern. Ianuensem de camb.disputat.3.quæst.13.num.48.& 51 Modern. Forolinien. de camb.nundin. cap.2. num.4. & per tot.* vel de secundo cambio rogantibus Siris contracto à Balbo pro obtinenda satisfa-
30 ctione primi, † quod in loco destinatæ solutionis effectum habere non potuerat ex quo illius litteras nemo acceptare voluisset, quod
31 verè esse cambium cum † recursa, tradit *Scacc. de camb.§.1.quæst.5.num.89.* vel tandem de secundo cambio, quo minister, seu procurator Balbi existens in loco destinatę solutionis primi contraxerit cum Siris, vt se reualeret de
32 pecunijs pro eodem † primo cambio solutis Balbo, quod dici cambium cum recursa, tradit *Azzor.instit.moral, par.3.lib.10.cap.9. quæst. 2.* Neque etiam agitur de fructibus cambij, aut recambij præcedentium cambiorum.

Sed de repetenda sorte principali cambii liberi, ac noui scut. 5448. quæ mandantibus Siris Balbus animo ab eis se reualendi soluit in nundinis Noui in executionem litterarum

Medio-

33 Mediolani à Fisco conscriptarum † non cohærentium formulis cambij, *con la ricorsa*, relatis *à Scace. dicta quæst. 5. num. 38. & seqq. & à Modern. Forolinienst dicto cap. 2. num. 1. in fin.* aut formulæ litterarum cambij relat. *in dicto cap. 2. sub num.* 15. Vnde satis est iustificasse, quod Balbus iuxta formam mandati Siriorum di-
34 ctas pecunias soluerit, † prout satis est cuilibet procuratori ad effectum agendi contra mandantem contraria actione mandati docere se mandatum adimpleuisse, *l. si verò non remunerandi 12. §. si mihi mandaueris, l. si mandato meo, 45. ibique Bald. in princip. ff. mand. Mozz. de mand. tit. de natural. mand. num. 31. Cald. de empt. & vendit. cap. 33. num. 25. & seqq. Monach. decis. Lucen. 35. num. 19. & 20.*

Nec obstat, quod alia negocia & cambia
35 inter Siros, & Balbum præcesserit † dum hoc illius connexum, & ab illis dependens non probatur, docet enim quotidiana praxis, quod in dies inter Mercatores noua negocia, & cã-
36 bia contrahuntur non complicata † prioribus quæque ideo habent suam particularem executionem, *Soccin. in l. pecuniam quam nu. 10. ff. si cert. petat. Grammat. decis. 58. num. 11. Vincent. de Franc. decis. 292. num. 2. Rota in Aquitanien. Prioratus 19. Aprilis 1644. coram bon. mem. Pirouano.*

Et quamuis in supra memoratis litteris man-
37 dati à Siris dicatur, † quod Balbus se releuat, *del mancamento nella seguente fiera d'apparitione*; hæc verba non denotant connexionem cum alijs negocijs antecedentibus, sed relata vt debet ad ipsam summam scutorum 5448. quam à Balbo solui Siri mandarunt, habent hunc sensum, vt scilicet Balbus se releuat totidem quæ sibi deficiunt, quia ea soluit in executionem mandati, vel quod quatenus Siri ante nundinas apparitionis eum reimbursare deficerent, possit ille se in dictis nundinis reualere, quem casum euenisse constat cum Siri
38 aliter Balbum reimbursasse non probant, † vt debent, *l. quinquaginta, ff. probat. Natt. cons. 569. num. 1. & seqq. Surd. decis. 105. num. 9. Rot. dec. 725 num. 8. par. 4. tom. 3. recent.*

Et in omnem euentum negari non potest, quin ex prædictis, & alijs adductis ab informantibus pro Balbo exceptio opposita à Siris
39 altiorem indaginem requirat; † ac propterea retardare non valeat executionem mandati ab A. C. relaxati, *Buratt. decis. 803. num. 9. cum aliis allegatis in decisione 253. num. 5. inter impress. apud Zacch. de oblig. Camer. iuxta vltimam impressionem.*

Quod exequendum esse decisum fuit causa bis proposita, & vtraque parte hodie informante.

Infra in eadem causa habetur altera decisio sub die 18. Martii 1652.

REVERENDISS. P. D. CERRO
S. Rotæ Romanæ DECANO.

Romana fideicommissi de Mutis.

Veneris 1. Decembris 1651.

ARGVMENTVM.

Alienata per grauatum possunt à fideicommissario recuperari, maximè si fideicommissum pro agnationis conseruatione fuerit constitutum, & quando hoc procedat.

SVMMARIVM.

1 *Titulus possessoris ab hærede grauato causam habentis per mortem ipsius grauati extinguitur.*
2 *Fideicommissarius quando teneatur agere contra hæredes venditores pro consecutione pretij, non autem contra tertium, & num. seq.*
4 *Emens ab hærede grauato nam sit tutus, ne à fideicommissario possit molestari, & quando supra num. 2. & seqq.*
5 *Fideicommissarius bona per grauatum alienata auocare potest, quoties fideicommissum continet fauorem agnationis.*
6 *Legitima non impedit immissionem fideicommissario.*
7 *Immissio fideicommissario non retardatur per detractiones illiquidas.*
8 *Solutio imaginaria solum conceditur pro creditis, quæ cum defuncto hæres ante aditionem habebat, non autem pro postea quæsitis.*
9 *Fideicommissarius, quando possit debita in pecunia soluere, & bona vendicare.*
10 *Prædia rustica regulariter commodam, patiuntur diuisionem.*

DECISIO CXCIX.

DECISIO ædita coram me sub die 10. Martij præteriti, * in qua dictum fuit sententiam Rotalem esse confirmandam, præterquam in detractione medietatis residui dotis Philippæ; impugnabatur non solum à Violante, & Flaminia de Mutis, sed etiam à Horatio Falconerio possessore Casalis controuersi, & ab Eminentissimo D. Cardinale Montalto eius authore; Verum causa bis proposita, Domini steterunt in decisis: Cum enim pro parte DD. Octauij, & fratrum de Mutis actorum probata fuerit existentia fideicommissi super possessione Casalis, de quo agitur, à Valeriano seniore constituti, illiusque purificatio ad ipsorum fauorem, ac identitas eiusdem Casalis per exhibitionem Testamenti, aliorumque Instrumentorum, quæ modo non possunt amplius in dubium reuocari, vtique petita immissio, *l. final. C. de edict. Diu. Adrian. tollen.* ipsis omnino concedenda videtur non solùm contra hæredes grauati, sed etiam contra tertios possessores ab illo immediatè, seu mediatè causam habentes, quorum
1 titulus † per mortem eiusdem grauati alienantis extinctus fuit, *iuxta text. in l. final. §. sin autem*

autem, in fine, ibi, *nullo obstaculo ei à debitoribus opponendo, C.commun.delegat. Rota in recent.dec.*301. *num.*5. *&* 6. *par.*6. *decis.*135.*num.*22.*part.*7.*coram claræ mem. Coccino decis.*167.*num.*2.3. *&* 4. ac in aliis relatis in *Bononien. fideicommissi de Rubeis* 30. *Maij* 1646. *coram R. P. D. meo Corrado sub* §. *primo*.

Non obstat, quod D. Horatius vti tertius possessor, qui emit à D.Cardinale huiusmodi fideicommissi ignaro molestari non possit, sed per fideicommissarios agendum sit contra hæredes Alexandri venditoris pro consequutione pretij iam in censibus inuestiti.

Quia obiectum procedit, quando tam gra-
2 uatus, qui † primo alienat, quàm tertius qui ab eo emit sunt ignari fideicommisso à prædefuncto Testatore super bonis alienatis constito, vt litteraliter probat *text. in l. fin.* §. *final. circa fin.* ibi, *Respondit propter iustam ignorantiam tam mulieris, quàm emptoris hæredem mulieris, vt fundus apud emptorem remaneat, fideicommissario pretium dare debere. ff. delegat.*2. quem sequuntur *Alex.cons.*3. *sub num.*4. *vers. & ita generaliter, lib.*3. *Curt.iun.cons.*88.*num.*5.*lib.*1.*Neuiz.cons.*32 *sub num.*10. *Ioseph Ludouic. decis. Perus.*29.*nu.*30. *Osasch.decis.Pedemont.*73.*num.*1.2. *&* 7. secus autem quando (prout hic) uterque, vel alter
3 ipsorum habet scientiam de † fideicommisso, tunc enim indistinctè fideicõmissario competere actionem ad bona penes tertium existentia ex prædictis verbis *d.*§. *fin. probant Socc. iun.cons.*129.*num.*19.*lib.*1. *Curt.iun.d.cons.*88. *sub d. num.*5. *vers. quia ad illud, Neuizan. d. consil.*32. *d.num.*10. *vers.nec obstat, quod dicta venditio, aliq; adducti per Mascard.de probat.concl.*779. *num.*4.

In proposito autem, scientia supradicti fideicommissi, tam in Alexandro grauato, qui primo loco alienauit, quàm in Camilla Peretta bon: mem: quæ ab eo dictum Casale emit concludenter iustificari videtur; Alexander enim eiusdem Casalis, cæterorumque bonorum possessionem, prius apprehenderat 9. Martij 1568. etiam tanquam fideicommissarius Valeriani, vt legitur in Instrumento relato in Summario D.Card sub num.1.in fin. Camilla verò insimul cum venditoribus in Instrumento venditionis celebrato 19. Iulij 1588. explicitam mentionem fecit licet sub inuolucro verborum, de fideicommissis, quibus illud esset subiectum ad effectum obtinendi illorum derogationem, quæ postea non fuit obtenta, Sũmario actorum num.6. Probata autem scientia vtriusque primi contrahentis, vel saltem exclusa iusta illorum ignoran-
4 tia per supradictum textum requisita emptor, † eiusque successores excusari non possunt, quin ex fideicommisso teneantur restituere bona per illum empta, & eidem fideicommisso subiecta, vt in puncto respondit *Rota in Bononien. fideicommissi de Formagliarijs* 4. *Nouembris* 1569. *coram Oradino apud Giouag. consil.*22.*num.*18. *lib.*2.

Præterea ponderatum fuit, quod cum agatur de fideicommisso contemplatione agnationis ordinato ad effectum, vt bona remaneant in famlia, vt plenè firmatur in decisionibus æditis *coram R. P. D. meo Meltio* 19. *Februarij* 1646. § *coniecturæ, vsque in fine, &* 15. *Ianuarij* 1648. §. *prima enim cum sequen.* Quamuis cessaret prædicta scientia, & sic alienatio facta
5 esset ab ignorante, ignoranti, † nihilominus non prohiberentur fideicommissarij directo agere contra possidentem pro recuperatione bonorum, vt declarande supradictum textum probant *Alciat.in eadem l. final. num.*7. *ff.deleg.*2. *Bolognett. in l. filius familias.* §. *Diui, nu.*81. *ff.eod. Rand. cons.*24. *num.*137. *lib.* 2. *relati per Fusar. de substit. quæst.*556.*num.*25.

Nec subsistit, quod immissio dictis fratribus concessa videatur in certa ratione loci, & quotę; Quia licet quantitas expressa in sententia designata non fuerit potius in vna, quã in altera parte portionis Casalis, de quo agitur tamen incertitudo cessat, dum immissio concessa fuit pro indiuiso, atque ideò tam in genere, quàm in specie singulorum rubrorum illa est certa ratione locij, & quotæ, prout dicitur de legitima, quæ tanquam debita ex singulis corporibus pro indiuiso semper est cer-
6 ta, † & sic non impedit immissionem fideicommissario, *Rota decis.*578. *sub num.*7. *versic. legitima vera, par.*4. *recent.* cum aliis plenè allegatis *in Romana fideicommissi de Zuccaris* 4. *Februarij* 1650. *coram Reuerendissimo D. meo Decano* §. *finali*.

Repetita demum prætensio, quod dictis mulieribus, siue D. Horatio tertio possessori competant aliæ detractiones vltra expressas in sententia, iterum visa fuit non releuare, quia præter quod singulæ tolluntur ex rationibus adductis ab informantibus plenè comprobatis in pręcedentibus decisionibus vnica respõsione omnes absolutè excluduntur: Cum enim controuerti non possit, quod saltem incertæ, & illiquidæ reddantur ex alienationibus factis per successiuè vocatos tam de stabilibus, quàm de mobilibus, & semouentibus, de quibus non sufficiens ratio ex hactenus de-
7 ductis reddita fuit, † sunt prorsus inefficaces ad effectum impediendi pręfatam immissionem, vt responsum fuit in alia decisione ædita *corã R.P.D. meo Meltio* 2. *Iunij* 1650. §. *de aliis autem & in decisionę coram me*, §. *cætera verò*.

Nec subsistit, quod dotes Philippæ, Deliæ, & Sigismundæ vxoris, & respectiuè filiarum Cæsaris primi hæredis grauati per immaginariam solutionem satisfactæ videantur in corporibus Casalis, aliorumque bonorum fideicommissariorum; ideoque in sententia demandari non potuęrit, quod restituerentur in pecunia.

Quia cum de tempore mortis Valeriani fideicommittentis, & aditionis eius hæreditatis factę per Cæsarem, & Britium eius filios, Cęsar non esset creditor ex præfatis causis in sententia expressis, sed longè postea eius filij effecti fuerint illorum creditores, non applicatur allegata immaginaria solutio, quæ solùm admittitur pro creditis, in quibus hæres reperi-
8 tur creditor Testatoris ante aditionem, † non autem pro creditis acquisitis post aditam hæreditatem, vt optimè respondit *Rota corã Card. Caualer.*

Cavaler. decis. 367. num. 1. 2. & per totam comprobata in Interamnen. Vsufructus 19. Iunij 1649. coram mo, §. quia præter quod, circa medium, sed necessarium erat, quod illi præuia Iudicis authoritate, & citatis alijs fideicommissarijs successiuè vocatis, bona fideicommissi, cæteris deficientibus, ipsi sibi assignari peterent, &
9 obtinerent, alias autem adueniente casu fideicommissi licitum est præfatis fideicommissarijs debitas quantitates in pecunia exsoluere, & bona vindicare, vt in terminis dixit *Rota in Bononien. fideicommissi de Sancto Petro 29. Aprilis & 27. Nouembris 1587. coram Cardin. Blanchetto, penès Giouagn. cons. 73. n. 69. cum quatuor seqq. lib. 1.*

Cæterum partes acriter hinc inde altercarunt super quantitate totius Casalis Polidori, de quo agitur, & super quantitate intrante super medietate sextæ partis, quæ est duodecima pars totius Casalis, super qua DD. Octauio, & fratribus dicta immissio concessa fuit: Informantes enim pro reis conuentis asserebant d. Casale non excedere quantitatem rubrorum 450. iuxta mensuram vltimo loco factam à Peperello Agrimensore; sed informantes pro Actoribus constanter affirmabant illud esse rubrorum 900. circiter, & hoc potissime deducebant ex ipsomet Instrumento venditionis factæ d. die 19. Iulij 1583. prædictæ bon. mem. Camillæ Perettæ, quia licet ibi distincta non fuerint rubra, nec expressa quãtitas valoris cuiuslibet rubri, sed vnico pretio integrum Casale venditum fuerint pro scutis 80. mil. Nihilominus quia inter venditores adfuit etiam Faustina Muta condomina pro indiuiso rubrorum 40. cui pro huiusmodi rubris 48. persoluta fuerunt scuta 4261. 40. exinde clarè conuincitur, quod venditio facta fuit ad rationem scut. 88. ba. 80. pro quolibet rubro, & si calculando integrum pretium totius Casalis ad istam rationem scut. 88. 80. pro quolibet oculariter patet d. Casale esse rubr. 900. circiter, vt ex calculo ad partes dato.

Verum hoc etiam admisso medietas sextæ partis, seu duodecima pars totius Casalis in prædicta immissione comprehensa non excedit rubra 75. Nam duodecimæ partes rubrorum 75. pro qualibet constituunt dictã quantitatem rubrorum 900. Quod insuper iustificari videtur ex serie facti per eosdem de Mutis allegata: Cum enim antiqui possessores istius Casalis fuerint Carolus, & Io: Franciscus fratres ad quos propterea spectabant rubra 450. pro quolibet. Ioannes Franciscus verò habuerit tres filios, nempè Valerianum seniorem, Iacobum, & Nicolaum, tertia pars vnuscuiusque istorum æqualiter illi succedentium erat rubrorum 150. & consequẽter cum dictus Valerianus reliquerit duos filios, nempè Cæsarẽ, & Britium pars istorum non excedit rubra 75. pro quolibet, ideoque dum hodie non petitur, nisi pars Cæsaris, vtique controuerti non potest eam tanquam duodecimam esse dictorum rubrorum 75. à quibus detractis rubris 30. assignatis pro dotibus duarum filiarum Cæsaris, nempe Lucretiæ, & Liuiæ dicta duodecima pars remanet in rubris 45. quorum dimidia spectans ad Alexandrum, alterum ex filijs præfati Cæsaris, & in sententia comprehensã, non excedit rubra 22. cum dimidio, vel circiter, super quibus propterea, licet sint modicæ quantitatis, concedi debet immissio, dum non agitur de prędijs vrbanis cõmodam diuisionem
10 non patientibus, sed prædijs rusticis, † quæ commodè regulariter diuidi solent, vt admisit *Rota in Spoletana fideicommissi 15. Iunij 1635. coram bon. mem. Merlino, sub §. non obstat quod potuerit*, ac benè firmauit *in dicta Romana fideicommissi de Zuccaris coram Reuerendissimo D. meo Decano, §. vnde infertur.*

Et licet ex parte eorumdem Octauij, & fratrum subdatur, quod ad Valerianum non solum spectaret dicta integra sexta pars rubrorum 150. sed etiam altera sexta pars aliorum rubrorum 150. illi in Testamento relicta per dictum Iacobum eius fratrem in totum constituentium rubra 300. circiter, atque ideò ad dictum Cæsarem illius filium, & hęredem pro medietate cum Britio altero filio absolutè spectarent rubra 150. Nihilominus hæc prætensio non est pręsentis inspectionis, dum sententia non concedit immissionem, nisi limitate super duodecima parte, quæ solum constituit dicta rubra 75. Erit enim discutienda ad partes in particulari iudicio vbi videndum erit, An dicta sexta pars Iacobi, relicta fuerit eidem Valeriano simpliciter, vel sub fidecommisso, & quatenus fideicommissum adsit, An comprehendat dictos fratres Actores, vel potius expirauerit per aditionem factam à Cæsare, & hoc posito, An detractiones ex persona eiusdem Cæsaris competentes fieri debeant super ista portione Iacobi, quàm ipse liberè consequutus fuerit, vel potius super controuersa pręfato fideicommisso Valeriani subiecta.

Et ita omnibus informantibus &c.

☞ *Decisio hæc in hac eadem causa amanata sub die 10. Martij 1651. est supra in ista parte decis. 121.*

R. P. D. BICHIO.

Macerateñ Census.

Veneris 1. Decembris 1651.

ARGVMENTVM.

In confectione Inuentarij sunt per citationem particularem citandi creditores certi, nec sufficit citatio generalis per proclama, nec ab ista particulari citatione excusantur ob credulitatem, quod debitum possit esse extinctum. Ratio reddita legitimè non dicitur, si non fuit de omnibus fructibus reddita.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio insolidum facta in instrumento à duobus correis, non inficitur à recognitione bonæ fidei inter ipsos correos facta.*

Recognitio bonæ fidei facta inter correos obligatos insolidum

insolidum, procedit tantummodo inter ipsos, non autem respectu eius, ad cuius fauorem obligatio insolidum emanauit. num.1.

2 *Creditores siue sint principali, siue fideiussorio nomine sunt semper citandi in confectione inuentarij.*

Qui sunt citandi per citationes particulares, non per proclama generale, quando heredes certo sciunt obligationem. num.3.

4 *Extinctio debiti, tanquam quid facti non præsumitur.*

5 *Credulitas extinctionis debiti tanquam inanis non excusat heredes à particulari citatione facienda in confectione inuentarij. & numer. anteced. & seqq.*

Quia sola suspicio, quod quis possit esse creditor sufficit. num.6.

7 *Inuentarij beneficium non prodest hæredi, erga certum creditorem nominatim non citatum, & nu.8. & 9.*

8 *Citatio generalis per proclama, non exprimit certam diem, & locum inuentarij conficiendi. & nu.10.*

9 *Creditores citandi in confectione inuentarij, debent certificari de loco & tempore.*

11 *Ratio non dicitur legitime ab hærede reddita, quando non fuit reddita de fructibus perceptis præcipuè post citationem.*

Item non dicitur legitimè reddita, quando constat hæredes esse debitores hæreditatis. num.12.

13 *In redditione rationis ab hærede facienda, debent detrahi solutiones facta creditoribus.*

14 *Hæres in præiudicium creditoris anterioris, de quo certam notitiam habet, non potest soluere posteriori, saltem non reportata cautione de restituendo prioribus & posterioribus.*

DECISIO CCI.

CVM in relationibus causarum sub die 31. Iulij proximè præteriti Rota ad instantiam Hieronymi, & fratrum de Anticis decisionem æditã die 12. Iunij præcedentis* reuideri mandauerit, fecit examen vnius testis postea exhibitum deponentis sortem principalem census de anno 1623. à dicto Hieronymo nomine Pompei patris, & Fabritij Lepretti impositi, ac venditi Compagnono cessisse in vtilitatem solius Lepretti, quod præterea nuper comprobatum asseritur ex alio Instrumento ex interuallo inter dictos impositores celebrato, in quo Leprettus id agnoscendo eumdem Pompeum indemnem releuare promisit.

Sed hodie causa super decisis proposita, hęc non obstare visa sunt. Quicquid enim de pecuniis censualibus egerint impositores Census, vel inuicem ex interuallo conuenerint non nocet Compagnono quo minus vtrumque impositorem æquè principaliter obligatum habeat insolidum, vt in instrumento census continetur, cum ipsius respe-
1 ctu debeat attendi tenor obligationis, † cuius distinctio in fideiussoriam, & principalem desumpta à versione pecuniarum in commodum vnius, vel alterius & à recognitione bonæ fidei facta absente creditore, procedit solum inter ipsos coobligatos non autẽ quoad creditorem erga quem omnes obligati ęquè principaliter habentur, vt benè declarat *Surd. cons.150.num.57. vers. quod verum, & decis.308. num.8.& seqq. Natt.cons.52.num.6. Aretin.cons.33 num.8. Aymon cons.77.num.3. vers.hoc ita præsupposito, Adden. ad Gregor.XV. decis.167. sub nu.10. vers.hoc autem. Rota decis.153.num.7.in fin.& n.8. par.2. diuers.& in d.decis.167. nu.7. coram sa. me. Gregor. XV.*

Et ad effectum, vt Compagnonus citari debuerit ab hæredibus Pompei in confectione inuentarij hęreditarij satis est, quod ille sit Pompei creditor, siue principali, siue fideius-
2 sorio nomine, † quia semper eius interest interuenire confectioni inuentarij; quæ est ratio ob quam creditores omnes citandi sunt, *vt notat glos.in §.hinc nobis, verb. fideicommissarios, Authen.de hæred. & falcid.* quam sequitur *Iason. in l. final. sub num. 3. infra med. versic. sed bene,*
3 *C.de iur. deliber.* † nec sufficit citatio generalis per proclama cum hęredes certo scirent obligationem à patre contractam fauore Compagnoni ex allegatis in prima decisione §. *inuentarium.*

Gratis autem dicitur potuisse hęredes cogitare debitum fuisse extinctum à Lepretto, qui principalis erat: quia iuxta prædicta respectu Compagnoni etiam Pompeius erat principalis debitor; cumque initium obliga-
4 tionis sit certum, † & extinctio tãquam quid facti non præsumatur, *l.quinquaginta, ff.de prob. Aym.cons.313.num.1. Natt.consil.569.numer.1.& seqq. Rota apud Cinc. de censib. decis.225.numer.2.* nec aliqua afferatur coniectura, quæ huiusmodi cogitatum hæredibus præbere potuerit,
5 manet vndique clara certitudo crediti, † eiusque scientia apud hęredes, quos inanis credulitas non excusat, *l.1. §.1. ff.de eo per quem fact. erit, Felin.in cap.cum contingat, sub num.4. limit.2. de rescript.* eo minus; quia facilè poterant inquirere, & certificari an debitum esset extin-
6 ctum, & satis est de hoc suspicari potuisse, † vt creditorem alioquin certum citare tenerentur iuxta theoricam *Ancharan.in cap.fin.de elect.in 6* quam in his terminis sequitur *Ias. in l. fin. sub num.3. ante fin. vers. intellige, C. de iure deliberat. Dec.cons.250. sub num.4. vers. & quando, Decian. respons.59. sub numer. 28. versic. sed & qui, lib.2. Phanucc. de inuent. pag.3. num.12. & 13. Michael Crass. in §. inuentarium, quæst.9. sub num.1. versic. nisi de facili.*

Quare aduersus Compagnonum hæredes
7 iuuari non possunt beneficio inuentarij † eo nominatim non citato confecti, *Rota decis.59. num.6. inter impress. apud Modernum Perusinum de*
8 *subhastat.* Præsertim, † quia ipsa generalis citatio per proclama non exprimit certam diem,
9 & locum inuentarij conficiendi † vt oportere ad hoc, vt creditores interesse valeant confectioni inuentarij, notant in *d. l. fin. Bart.num.3. Angel. num.10. Ias. num.3. vers. quinto requiritur, Abb.cons.73. num.7. par.2.* sed indefinitè monet citatos pro diebus, & horis specificandis à Iudice, quem tamen nusquam specificasse pro-
10 batur in die cadentis citationis † postquam citatio

citatio illa tamquam nimis vaga, & speciem quamdam seruitutis continens non afficit, *Caputaquen. decis. 108. num. 1. par. 1. Cresc. decis. 10. num. 5. de dol. & contum. Put. decis. 252. lib. 1. in corr. Rota in Cassanen. Beneficij 24. Nouembris 1600. coram Litta, impress. apud Marches. de commiss. par. 3 fol. 85. num. 2.*

Preterea inconcussum remanet fundamentum non redditæ legitimè rationis bonorum
11 hæreditariorum, † tum quia nulla redditur ratio de fructibus per hæredes, hucusque perceptis de quibus ob explicitam scientiam existentiæ creditoris certi, & maximè post annũ 1641. quo citati fuerunt ad soluendum integra ratio reddi debet ex allegatis in prima decisione §. *praetereasin fin.* tum etiam quia ex ip-
12 so calculo per hæredes exhibito † conuincitur illos adhuc esse debitores hereditatis in summa longè excedente creditum Compa-
13 gnoni si ex eodem calculo deleantur,† vt debet solutiones factæ creditoribus ex causa canonum, vel fructuum censuum, & signanter partita scut. 3500. quæ soluerunt Lucre-
14 tiæ sorori, † nec soluere poterant in præiudicium Compagnoni, quam esse creditorem anteriorem certo sciebant, saltem non reportata cautione de restituendo prioribus, & potioribus vt articulo plenè discusso firmatum fuit *in Romana residui dotis 15. Iunii 1648. coram R.P.D. meo Cerro*, & in alijs relatis in prima decisione.

Quam ideo confirmandam esse Domini censuerunt informante solum Campagnono, hæredibus nedum citatis decies, sed etiam sub promissione informandi pro hac die expectatis frustra.

Decisio ista facta in hac eadem causa sub die 12. Iunij 1651. erit in fine in Miscellanea.

R.P.D. LEONE VEROSPIO.

Romana Fideicommissi de Candidis.

Veneris 1. Decembris 1651.

ARGVMENTVM.

Bona per defunctum alienata auocari possunt ab illius hærede beneficiato, quoties alio titulo, quam hæreditario aspirat ad illa, nec ei obstat interim rationis redditio.

SVMMARIVM.

1 *Testis deponens extrà articulos, quando faciat probationem. & num. seq.*
3 *Confessio præfertur relationi peritorum.*
4 *Quantitas per filium impensa in reparationem, seu ampliationem domus fideicommissariæ non minuit ipsius legitimam.*
5 *Hæres cum beneficio legis, & Inuentarij non prohibetur ex proprio iure vendicare bona per defunctum alienata.*
6 *Inuentarij tempore, quã certi creditores non erant, personaliter citari non debuerant, sed citatio per proclama dicitur sufficere.*
7 *Inuentarij beneficium sine fraude, & dolo non amittitur.*
8 *Consensus præstitus alienationi sub qualitate hæreditaria cum beneficio tamen legis, & inuentarij non operatur renunciationem fideicommissi.*
9 *Hæredi beneficiato alio iure bona per defunctum alienata vendicanti non obstat exceptio redditionis rationis.*
10 *Calculus factus cum legitimis defensoribus alijs etiã præiudicat.*
11 *Calculus initus cum fideicommissario afficit quoque substitutum.*
Defensor legitimus quis dicatur, sub num. 10.
12 *Tempus proximum detractioni legitimæ attendi debet.*

DECISIO CCII.

RESOLVTVM fuerat coram me 26. Iunij præteriti * concedendam esse immissionem fratribus de Candidis in domo fideicommissaria Ioannis pro rata tamen scutorum 4589. ac obulis 11. quia ex calculo, ipsis quoque Dominis de Stellis citatis ædito constat As fideicommissarium eiusdem Ioannis ad scuta duo, ac viginti mille quingenta tantummodo ascendisse, legitimam verò à grauatis hæredibus detrahendam ex præcedentibus alienationibus pro parte consumptam, adeòque in domo fideicommissaria pro scutis quatuor mille bis centum, ac decem, & obulis 29. posse solummodo detrahi, ac consequenter pro eadem rata, necnon pro scutis 900. in dissolutionem æris alieni Testatoris insumptis domus alienationem substineri; Cum verò exaduerso impugnaretur decisio, vel quia Ioanni Baptistæ alteri fideicommittentis filio ibidem adscribatur pro legitima rata scutorum 1581. ex mercium capitali retracta, eidemque Camilla Matre atque Tutrice in eam legitimæ causam assignata, quæ tamen ab ipso acceptata non fuerat; Vel quia scuta ter mille ex mercium venditione redacta in perfectionem fideicommissariæ domus magnæ (prout in præterita firmatur) negentur insumpta; Vel quia denique Vincentius, ac fratres de Candidis in hoc præsenti iudicio Actores sub auiti fideicommissi pretextu domum iam antea distractam auocare non valeant, cum sint alienantis hæredes, & postquam per actum retrouenditionis cuiusdam apothecæ domus fideicommissariæ, ac successiuam pretij consequutionem, suum præfatæ alienationi præstiterant assensum; Ad disputationis proindè trutinam reuocata decisio ex eisdemmet fundamentis hodie confirmata fuit, cum obiecta supradeducta non subsistant, & ex facto videantur quoquè corruere.

Prima siquidem obiectio, vt rata mercium à Camilla Matre assignata in Ioannis Baptistæ legitimam imputetur, ex decisionis lectura destruitur. Quamuis enim ibidem mentio fiat assignationis, & quantitatis, vtraque tamen enunciatur ad effectum distinguẽdi partem capitalis earundem mercium in ampliorem domus constructionem insumptam, ab alte-

altera, quæ pœnes ipsosmet fratres remanserat, vt constat ex §.*harum itaque prima in vers. siquidem*; non autem, vt legitimæ calculo adscribatur, vt conuincitur ex §.*quare portionem legitimæ cum seqq.*

Altera quoque corruit obiectio, quod scuta ter mille ex mercium venditione redacta in reparationem controuersæ domus erogata non fuerint; Eorum quippè versionem comprobant testes pro Vincentij parte producti,
1 quorum depositiones perperam † reijciuntur ex eo, quod huius versio quantitatis specificè in articulis deducta non foret, quasi testium iuramento destituta depositio, fidem non mereatur, secundum *Vestr. in praxi lib.6. cap.2. num.9.* Quoniam præstitum ab eisdem testibus iuramentum dicendæ veritatis, ad deducta eisdem articulis non legitur restrictum,
2 nec † proindè excludit, quæ ad causam conferre, & articulatæ materiæ quoquo modo connecti poterant, ac conuenire secundum *Alberic. in l. si duo patroni, §. idem Iulian. numer.9. Iason. num.30. Alex. num.17.* vbi de veriori opinione testatur *ff. de iur. iurand. Felin. in cap. de testibus num.13. Butr. & Anchar. num.5. Anan. nu.3. extrà de testibus,* idem *Vestr. in praxi lib.6. cap.2. num.10.* Insumptam verò quantitatem, valorem æquasse scutorum ter mille comprobat Instrumentũ venditionis æditũ 12. Maij 1608. ac alterum quoque cessionis pacti redimendi stipulatum sub die 2. Iunij 1616. quæ specificam eorumdem fratrum confessionem præ-
3 seferentia, † præferri debent relationi Periti; ad scuta tantummodo 1832. & obulos 27. reducentis impensam, vt notant *DD. in l.2. §. creditum, ff. de reb. cred. Bald. in l. generaliter in 2. oppositione, C. de non numer. pec. Aym. cons.171. nu.10. Gabriel de test. concl.4. num.77. Rot. coram Verall. decis.283. num.6. part.3. & coram Seraphin. 1423. num.7. & 1318. num.1.* Quin immò, nec ipsa relatio periti videtur ab hac taxatione difformis, sed potius ei congrue, si ratio habeatur scutorum mille, ac centum, quæ in emptionem contiguæ domus pro amplianda fideicommissaria ab ipsismet fratribus, eorumque Tutrice fuerant erogata post obitum Patris, pront constat ex Instrumento relato in *Summ. Cecchareli numer.6.* Præterea, vel in perfectionem domus fuit præfata quantitas erogata, & iure merito (ad euitandam duplicationem) fuit in decisione detracta in §. 1. *propè finem*;
4 Vel † in eam causam non cessit eadem summa, & filiorum legitimam debet omninò minuere, licet Iacobus alter ex eis solummodo administrauerit, vt eleganter in his terminis probat *Bald. in Auth. contra rogatus sub numer.8. propè finem, C. ad S. Consult. Trebell.*

Obesse quoque non poterit Vincentio, ac fratribus de Candidis hæreditaria qualitas Ioannis Baptistæ alienantis, dum cum beneficio legis, ac inuentarij ipsius se adijsse hæreditatem ex publico comprobant instrumento;
5 Non † enim ex proprio iure tunc agere prohibentur, ac ex propria persona ad auitum fideicommissum aspirare, *l. vlt. §. & si præfatam, C. de Iur. delib. Gabr. con.125. num.9. Laderch. cons.138. num.4. Menoch.203. nu.27. Surdi cons.7. num.31. Osasch. decis.180. num.11. Rot. decis.724. num.2. part.3. & in decis.298. num.6. & 8. & in Bononien. fideicommissi de Boatterijs 8. Aprilis 1644. coram Reuerendiss. Salamantino, & in Bononien. fideicomm. de Rubeis 30. Maij 1646. in §. nec obstat, quod ille sit hæres, coram Reu. P. D. meo Corrado*; Neque potuerunt ab hac instantia repelli sub prætextu nullitatis Inuentarj, ob non citatos specialiter Ceccharellos huius occasione fideicõmissi ab eisdem fratribus de Candidis tunc vsque conuentos; Quoniam illi pendente adhuc iudicio, & nondum euictione sequuta,
6 certi † non poterant creditores reputari; adhoc vt specialis pro actus validitate ipsorum citatio præcedere debuisset, sed eam generale proclama suppleuit, vt notat *Gionagnon. cons.20 num.1. cum seqq. lib.2. Rot. in Bononien. fideicõmissi de Formaglianis 28. Ian.1591. coram recol. me. Card. Pamphilio penès eundem Gionagn. ad d. cons.20. numer.16. lib.2. & in alia Bononien. Bonorum Emphyteoticorum 4. Iulij 1597. corã eodem.* Dum maximè agebatur de præseruando hæredi beneficio
7 inuentarij, † quod sine fraude, ac dolo regulariter ammitti non solet iuxtà æquiorem sententiam, quam probat *Angel. in l.1. §. hæc stipulatio circa finem, ff. si cui plusquam per legem falc. Bell. cons.30. num.6. Surd. decis.216. nu.13. & 222. num.7. cum seqq. cum alijs per Modern. Rom. discept. for. cap.797. num.15. cum seqq. & 998. num.3. Rot. penès Accbill. decis.3. de testam. ac coram bon. mem. Vrgellen. decis.387. num.17. & 18.*

Non etiam poterit obstare vocatis consensus alienationi ex apothecæ retrouenditione præsumptus, siquidem à Io: Baptista denegari non poterat ex lege venditioni adiecta, sub qua eidem apotheca distracta fuerat à Ceccharellis, præstitus præterea conuincitur ab ipsius hæredibus consensus sub expræssa
8 mentione beneficij Inuentarij, † adeòque vti tendens ad alium effectum importare non valet approbationem alienationis, ac operari renunciationem fideicommissi, cuius nulla mentio præcesserat, contrà expræssam testatoris prohibitionem non solum primò vocatis, sed etiam descendentibus quibuscumque, ac successiuè substitutis iniunctam, cuius virtute omnibus prædictis licet forent alienantis hæredes, censetur attributa facultas auocandi Iure proprio alienata, vt notat *Castren. in l. fil. fam. §. diui, ff. de legat.1. Dec. consil.185. num.7.* & plures alij, quos sequitur *Fusar. quæst.557. num.8. & quæst.717. num.7. & in cons.149. num.6. Marzar. in epit. fideicomm. quæst.46. §. postremò, Rot. decis.110. num.4. cum seqq. part.2. diuers.*

Ipsis quoque fratribus de Candidis obesse non poterit ratio hucusque non reddita de
9 bonis in patrui hæreditate remansit; † Hinc enim ab exercitio proprii iuris non arcentur; tum inspecta prædicta alienationis prohibitione eisdem iniuncta; tum quia remedijs opportunis ad hoc possunt quandocumque compelli, vt respondit *Laderch. cons.138. num.4.* cæterisque relati in *Bonon. fideicommissi de Boatterijs 8. Aprilis 1644. in vltimo §. coram Reuerẽdissimo Salamantino per R. P. D. meum Corradum extensa.*

Rot. in Bononien. fideicommissi de Rubeis 23. Maii 1644. §. quia satis coram R.P.D. meo Corrado, vbi subditur quod alias adinuenta esset via quantum æqualitatis, tum iustitiæ, & æquitatis ratio facillimè euerti, & collitigantibus præiudicium inferri posset. Quin in casu nostro ad euitandam nullitatem sententiarum admittere necesse est quod citationes Clerici, & laicorum vtriquæ sententiæ promiscuè inseruiant; nam alioque instante communione possessionis pro indiuiso vnaquæque senten-
11 tia † ex defectu citationis cuiuslibet possessoris nulla esset etiam quoad citatum iuxta *theor. Bald. in l.1. num.6. vers. aut continet, Cod. error. calc.* quam in specie secuta est *Rot. decis. 594 num.2. par.4. recent. decis. 37. num.9. coram bon. mem. Vrgellen.* & in alijs relatis *ab add. ad Greg. XV. decis. 319. sub num. 7. & in Romana seu Veliterna restitutionis in integrum 17. Decembris 1646. §. talis autem coram me.*

Ex his patet non applicari casui nostro decisionis *in Viterbien. fideicommissi seu attentatorum 3. Maii 1644. coram R.P.D. meo Cerro, in Romana successionis de Ametis 16. Nouemb. 1646. coram me, in Ferrarien. de Pendasiis 27. Iunii 1637. co-*
12 *ram R.P.D. meo Roias*, & quotquot aliæ exaduerso allegantur firmantes sufficere diuiduitatem sententiæ vt Aegidianæ in portione non priuilegiata sit locus, quia neutra loquitur in casu quo aliunde connexio iuris, & iudicii ex alijs supra ponderatis, ac simul iunctis resultaret.

Quo vero ad immissionem Comitis Odoar-
13 di ratio decidendi fuit † fideicommissi Horatij per publicum instrumentum probati (ac de quo non dubitatur, prout nec de bonorum identitate) purificatio ad fauorem Comitis vocati in casum totalis extinctionis lineæ, ac descendentiæ Vincentii ac Scipionis, quam extinctionem contigisse est in confesso. Nec obstat quod præfati Vincentius, & Scipio decesserint nullis susceptis liberis; testator vero quippè qui prius vocauerat vtriusque filios natos & nascituros, cōtemplasse videatur initium, medium, & finem lineæ, & propterea
14 substituere noluisse censeatur, † nisi filij nati fuerint, & postea decesserint vt voluit *Oldr. cons. 177. num.4. Paris. cons. 74. num.1.2. & 3. lib.3. Alciat. cons.46. per tot* & signanter *num. 23. lib.9. Ruin. cons.4. num.1. cum seqq. lib.3. cum aliis alleg. à moder. Neapolitano de success. legal. par.3. qu.1. art.2. num.65.*

Quia opinio Oldradi, & sequacium semper reiecta fuit, nisi testator voluntatem suam per verba taxatiua declarauerit, aut illa ex coniecturis benè concludentibus desumi possit cū alioquin lineæ defectus ab eo contemplatus æquè verificetur siue filij non nascantur siue
15 nati decedant, † licet ex diuersa causa proueniat, & vtroque casu militet ratio conseruandi agnationem à testatore contemplata; *Rot. coram Buratt. decis. 379. num.1. & seqq.* vbi in fortioribus terminis firmatur quod substitutio facta posthumo decedenti in pupillari ætate
16 locum habet etiam eo non nato *decis. 222. numer. 10. & 4. seqq. par.5. recent.* & plenè *in Rauennaten. bonorum 1. Februarii 1647. §. ea tamen, & §. seq. coram R.P.D. meo Corrado*, vbi quod hoc procedit siue versemur in vulgari siue in fidei
17 commissaria, † nam ea quoque ex verisimili mente testatoris iusta ratione probata extenditur quando opus est etiam de casu ad casum verbis ipsis non comprehensum, & allegan-
18 tur innumeri concordantes, † quorum opinio recipienda libentius est in casu nostro quo enixa voluntas conseruandi bona in agnatione apparet tam ex digressu ad plures gradus substitutionum, quam ex prohibitione facta omnibus vocatis cuiuscunque detractionis, & clarius ex verbis expressis principaliter in fine substitutionum adiectis, ibi, *volendo che tutta la sua heredità si conserui perpetuamente nelle sopradette famiglie de Bargellini*, vt in specie ponderauit *Rot. penes Buratt. d. decis. 379. num.3.*

Vt propterea vim non faciant verba *nati, e*
19 *da nascere* directa ad filios vocatos † quæ operari vt filiorum deficientia intelligi debeat in proprio, & reali significatu scilicet post actualem natiuitatem, & existentiam, non autem fictè, & extensiuè in casu videlicet non natiuitatis sensit *Menoch. cons. 326. num.4. nu.5. & 11. cons. 864. num.1. cum seqq. Fusar. de subst. quæst. 435. num.1.* quia semper militat identitas rationis expressæ, & verisimilis voluntas in omnem casum deficientiæ elicita ex toto contextu te-
20 stamenti, vt debet *l. Menia 44. ff. manumiss. testam. l. licet Imperator 74. ff. legat. 3.* cum concordantibus penes *Mant. de coniect. lib.6. tit.13. sub num.1. & seqq.*

Non obstat quòd dempta portione Alphōsi cœtera alia prædia super quibus petitur immissio sint subiecta antiquiori fideicommisso q. Pirri de Bargellinis ad fauorem Petri, & collitigantium vt prætenditur purificato, quod
21 efficit † ne detur immissio ex fideicommisso posteriori Horatij, vt in puncto dixit *Rot. decis. 249. n.18. & seqq. par.6. recent.* Negatur enim quod nihil remaneat demptis portionibus Alphonsi & Pirri, quodque fideicommissum Pirri fuerit ad aduersarios delatum. Primo quia substitutio filiorum Vincentij Mariæ sub qua se comprehensus prætendunt concepta in casum quo Bartholomæus, & Lactantius
22 patrui testatoris decederent sine filijs † caducata fuit per eorumdem patruorum prędecessum viuente Horatio vno ex hæredibus grauatis cui fuerant substituti, cum proinde defecerit eiusdem substitutionis conditio, ani-
23 maduertendo quod non versamur in compēdiosa continente vulgarem cuius vigore caducato per prædecessum gradu antecedenti, gradus sequens in eius locum subintrat, non secus ac si hæredi grauato immediatè substitutus fuisset, non attenta conditione ipsi gradui sequenti adiecta, vt voluit *Bart. in l. quamdiu, ff. acq. hæred.* quem communiter sequuntur *Doct. allegat. in decis. 403. num.11. & seq. p.2. recent. decis. 339. num.74. coram bon. mem. Vrgellensi, & in Sabinen. seu Farsen. fideicommissi 2. Maij 1640. coram me, ac in supracitata Rauennaten. bonorum, §. quare, & 2. sequent. coram R. P. D. meo Corrado.*

Nam

Nam vulgarem non continet compendio-
24 sa † quando confertur post acquisitam hæreditatem gradui antecedenti, *vt ex tex. in l. post aditam, & l. precibus post princ. Cod. impuber. & aliis subst. tradit Alexan.cons.1.num.15.lib.1.Hond. cons.49.num.37. & 2. seqq.lib.2.Peregr.cons.36.numer.26. & seqq.lib.3.Fusar.cons.26. sub numer.16.* Qui est casus noster quia testator post substitutos patruos hæredibus grauatos sine filijs decedentibus substituit filios Vincentij Mariæ casu quo dicti eius patrui in casu prædicto de-
25 cederent sine filijs, ibi, † *& casu de quo dicti eius patrui in casu prædicto decederent sine filijs eisdem, & vltimo morienti substituit &c.* cum enim testator filios Vincentij Mariæ nō substituerit simpliciter in casu quo patrui decederent sine filijs, sed vltro adiecerit verba *in casu prædicto* eaque non sint apposita substitutioni in quibus terminis loquuntur in contrarium allegati, sed conditioni purificandæ antequam eueniat casus substitutionis de filijs Vincētij Ma-
26 riæ, † perinde est, ac si filios Vincentij Mariæ substituisset patruis sub cōditione, quod prius ad patruorum fauorem purificatio fuisset præcedens substitutio de illis facta hæredibus grauatis; hic namque euentus habetur pro expresso per viam conditionis in sequenti sub-
27 stitutione vigore clausulæ † *in casu prædicto*, quæ repetit euentum, & qualitates omnes præcedentis substitutionis, *Natt.cons.204.n.11. & 12.Paris.cons.21.num.37. lib.3. Surd. cons.546. num.9.Decian.cons.17.num.10.cons.51.num.5.lib.1 Rot.decis.194.num.7.par.2. recent.* & ferè in puncto *Hond.d.cons.49. num.20. & 21.lib.2.* & alloquin cessent superflua cum satis fuisset prima clausula, ibi, *& casu quo &c.*

Vnde cum filij Vincentij Mariæ substituti fuerint patruis per fideicommissariam tantū sub conditione quod prius purificata fuisset substitutio ad fauorem patruorum, & conditio hæc per eorum prædecessum defecerit,
28 defecit pariter † substitutio filiorum; nam in fideicommissaria attenditur, & impleri debet conditio sub qua sequens gradus est vocatus,
29 & ratio diuersitatis inter vulgarem, & fideicommissariam est quia in vulgari cogitauit testator quod præcedens gradus posset deficere ex capite noluntatis, aut impotentiæ, sed in fideicommissaria testator non intendit vocare vltimum substitutum nisi sub conditione ipsa apposita, quia cogitauit quod præcedens gradus admitteretur cum non grauetur restituere qui prius non habuit, vt bene explicat *Rot. decis.339.num.74. & 2. seqq. coram bon. mem. Vrgellen.* ac tradit *Grat.discept.747.num.22. & seqq.* vbi ita conciliat decisiones, ac doctrinas contrarias *Fusar.cons.26.num.26.Hond. dicto cons.49. num.35. & seq.Cabr.cons.95. sub nu.21.lib.1.Aym. cons.283. num.1. vers. sed dicet aliquis, Sesse decis. Aragonia 50.num.20.*

Secundo negatur fideicommissum Pirri cōpræhendere aduersarios quia vocat filios Vincentij Mariæ, aduersarij verò sunt nepotes,
30 qui appellatione filiorum in fideicommissis non veniunt *l. quod si nepotes ff.testam.tutel. Alex. Aym. Decian. Bellon. Iun.* & alij plures quos secuta est *Rota in Romana fideicommissi de Incoronatis 27. Maij 1641. coram Reuerendiss. Terracinensi in Interamnen. fideicom, 10. Februarij 1642. coram Reuerendissimo Domino Decano in Bononien. fideicō-*
31 *missi de Sanctis 15. Maij 1647. coram me.* † Eo minus in fideicommisso trasuersali *Alex.cons.1 num.16.lib.1.cons.26. num.7. lib.3. Corn. cons.199. num.34. post med lib.4. Mant. de coniect.lib.8. tit.8. num.11.Surd. de Alim. tit.9. quæst.36. num. 28.* &
32 quando vt hic fuit à testatore expressum nomen patris ac de tempore testamenti aderant filij nati *Paul. de Monte Pico cons.78.num.2. alijque allegati à Fusar. de subst. quæst.321. num.27. & 51.*

Neque contrarium suadent coniecturæ
33 exaduerso adductę. † Primum enim desumptam ex vocatione filiorum in numero plurari reicit *Socc.sen.cons.104.num.1.lib.3. Dec.consil. 636.num.4.Aym.cons.283.col.1. circa med. vers. in quibus Menoch.cons.215.num.110. qui numer. 108.* dixerat facilius id procedere nisi probata fuerit existentia filiorum, & nepotum de tempore
34 testamenti. † Secundam ex digressu ad plures gradus substitutionum, & vocatione filiorum in remotissimum tempus non esse momenti nisi aliæ coniecturæ, & quidem efficaces concurrant dixit *Rot.decis.6.num.12.& seqq. decis.21.num.5. & 6.par.5.recen.decis.279. sub nu-*
35 *mer. 16. & num. 20.* † vbi quod ad hunc effectum non releuat quod vocati fuerint filij masculi *par.6.recent. & in dicta Interamnen. fideicommissi §. tertia vero coram Reuerendiss.D.meo Deca-*
36 *no.* Alteram ex quo vocati fuerunt etiam filij nasciturì non suffragari trasuersalibus, sed descendentibus tradit alijs relatis *Mant.d. tit.8. num.16.Surd.cons.403.num.23. Fusar. de subst. qu. 320. sub num. 27. vers. declaratur secundo Ciriac. contr.8. num.38. num.69. & seqq. & num.94.* præsertim quia post hanc substitutionem filiorū Vincentij Mariæ testator ad alias substitutio-
37 nes progressus non est, † nec protulit verbum denotans voluntatem conseruandi bona in vlterioribus agnatis erga quos cū debilior præsumatur illius dilectio, non mirum si propter eos noluit grauare proximiores in præcedentibus substitutionibus vocatos, vt bene in terminis ponderat *Gabr.cons.95. sub nu.13. vers. primo quia lib.1.*

Non obstat quod *Rota in decis.249.par.6. rec.* dixerit Pirrum fecisse fideicommissum ad fauorem Vincentij, quia hodie non agitur cum Vincentio, & Rota ibi incidenter, ac perfun-
38 torie hoc dixit; † decisiones autem attenduntur in eo quod principaliter firmant, non quod perfunctorie, ac materia non examinata enunciant *Rot. penes Seraph.decis.299.num.13. decis.17.num.9.par.7.recent. & in Mutinen. Emphitheusis 28. Maii 1638. coram Reuerendiss. D. meo Decano.* Negarique saltem non potest quin allegata exceptio fideicommissi Pirri sit iuris
39 dubii, & intricatis, † ac ideo non secus, ac exceptio facti altiorem indaginem requirens, apta non sit ad retardandam immissionem Comitis Odoardi ex fideicommisso Horatij ex adductis in *dicta Bononien. fideicommissi de Sanctis 17. Maii 1647. §. tandem coram me.*

Cui Comiti debetur etiam immissio super por-

portione Palatij ex fideicommisso Virgilij tāquam illius proximiori, qualem se probat nedum ex libro historiæ Bononiensis quo si author ignotus, & non approbatus sit,† descendentiam non probari in proximis terminis dictum fuit in *Auximana Sepultura de Cimis 28. Maii 1646. coram bon. mem. Arguelles*, sed etiam ex antiquissimo instrumento centum, & amplius annorum, quod adminiculatum † dicto libro Historiarum sufficere dixit *Rota coram Penia decis. 498. per tot. & in Florentina de Barbadoris 25. Iunii 1640. cor. recol. mem. Coccino Sac. Rot. Decano.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

R. P. D. VEROSPIO

Cracouieñ Præpositurae

Veneris 24. Nouembris 1651.

ARGVMENTVM.

In electione facienda à Collegialibus, quando admittendi Collegij Professores, qui titulo Collegialitatis beneficiorum institutiones nō recipiunt, in præsenti decisione eruditè resoluitur. Vnio beneficii ex quibus exclusa remaneat, clare demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas præscripta, nisi fuerit iustificata, laboratur in cassum.*
2 *Ordinarii iudicio, regulariter deferendum est.*
3 *in electione facienda à Collegialibus, an & quando admittenda sint vota Professorum Collegii non habentium institutionem titulo Collegialitatis.*
4 *Præbendæ non respondentes titulis quæ sint. Canonicatuum, non censentur Canonicæ vnita.*
5 *Beneficy vnius dimissio per acquisitionem alterius beneficii, ex quo probata remaneat.*
6 *Substantia potissimum attendenda est posthabito verborum cortice.*
7 *Beneficia duorum ab vna eademque persona quando retineri possint.*
8 *Vnio beneficii ex quibus exclusa remaneat.*
9 *Iuria informia nullam merentur fidem.*

DECISIO CXCVII.

RESOLVTVM fuerat coram me, 28. Iunii præteriti, ex vtroque validitatis, ac Iustitiæ fundamento, confirmandam esse sententiam Rotalem, deferentem Stanislao Iurkouski Præposituram Sācti Floriani, quod ipsi maiora eligentium vota suffragentur, ac merita, nec non qualitates ambo in regiis donationibus patronatus huius Præpositurae præscriptæ, vt scilicet de gremio Canonicorum Sācti Floriani eligendus assumatur, actuque in Academia laboret quas idemmet exaduersæ partis confessione iustificat, prout cæteras qualitates ad essequendam institutionem necessarias. Cum verò Sigismundus se pluribus suffultum esse suffragiis, seque prædictum vtraque qualitate contenderet, ac Stanislao maioribus præcellere meritis, ad formam donationis Stephani Regis in decernenda alteri prælatione spectandis, ac proindè immerito fuisse posthabitum, Repropósito hodie per
1 me dubio DD. steterunt in decisis. † Quoniam Sigismundus in vtroque defecit, pluriū scilicet iustificatione votorum, ac qualitatum præscriptarum in regiis donationibus, quibus cessantibus meritorum discussio pœnitus reputatur inanis, vt notat *Abb. in cap. cum in cunctis §. inferiora num. 10. cum seqq. de elect. Garz. de benef. par. 7. cap. 15. num. 6. Rota coram bon. memor. Vrgellen. decis. 8. num. 3. & in aliis relatis iuribus in Fesulana Beneficii 14. Martii 1650. in §. si quidem coram R. P. D. meo Corrado.*

Paucioribus autem eligentium suffragiis, Sigismundum fuisse expetitum, non videtur
2 in dubium posse reuocari: † dum ipse tresdecim pro se refert tantummodo voces, Stanislaus verò septemdecim vota connumerat, ex ipsa comprobat Ordinarij sententia minoribus eligentium votis, Sigismundum nominatum extitisse, cuius sanè Iudicio solet, ac debet regulariter deferri per *text. in cap. 3. de renunciat. Gonz. super reg. 8. glos. 4. num. 17. & 132. Rota decis. 537. num. 14. in fine par. 1. & dec. 36. n. 1. par. 2. recent. & in aliis relatis in Maioricen. Parrochialis 13. Iunii 1646. & 28. Iunii sequentis anni coram R. P. D. meo Celso.*

Ex his verò Stanislai suffragiis, septem nu-
3 mero voces perperam detrahuntur: † licet enim promanauerint à professoribus Collegii minoris nullam à Decano Ecclesiæ S. Floriani seu Custode, obtinentibus beneficiorum institutionem, titulo collegialitatis, vt exaduerso prætenditur annexam, & ad substantiā electionis, ex asserto vniuersitatis statuto requisitam, debent nihilominus in numero cōputari, ac suffragari Stanislao, dum ijdem professores inter Collegiales solemniter antea cooptati, & ad omnes Collegiales actus successiuè admissi in huius quoque Præpositurae electione conuocati fuerant legitimè (vt in sententia attestatur ordinarius) *Io. Andr. in cap. scriptum est num. 8. de elect. ibique Abb. num. 3. & in cap. Ecc. cum num. 14. vers. pro clariori intelligentia eodem tit. idem Ioannes Andr. in cap. ex eo num. 4. de elect. Imol. in cap. cum vinctionensis nu. 4. de elect. Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina §. nos igitur num. 91. de caus. possess. ac propriet. Barb. de Canon. & dignit. cap. 37. num. 27. cum seqq.* Præsertim cum assertum statutum negetur vsu receptum, neque iustificetur ex iuribus producctis præfata institutionis necessitas ad substantiam electionis quin potius ex ijs conuincatur inducta institutio ad vberiorem professorum minoris Collegij sustentationem quorum potissimè tenuitas prouentuum in eorumdem beneficiorum assignatione spectatur, neque etiam allegata Beneficiorum annexio titulis collegialium exaduerso, concludatur, quinpotius ex eorumdem numero excludatur; Non enim existunt correspectiua professoribus in huius electione Præpositurae præbentibus vota, sed ijs tantummodo ex lege institutionis conferuntur, qui cœteris doctrina, ac

4 ac eruditione præpolleant. † Hinc enim cessat vnio, vt in similibus terminis, de præbendis non respondentibus titulis Canonicatuũ, vt Canoniæ proindè non censeantur vnitæ, nec spirituales reputentur, sed temporales, notat *Abb. in cap. maioribus num. 4. de præbend. & in cap. dilecto num. 6. eod. tit. Lotther. alios referens de re benef. lib. 1. quæst. 19. num. 5. cum seqq. Rot. in Mediolanen. Canonicatus 28. Maii 1628. cor. Reuerendiss. D. meo Decano.*

5 Eumdem † quoque Sigismundum, tunc temporis, quo controuersæ Præposituræ nominationem obtinuit de gremio Capituli egressum comprobat Instrumentum electionis ipsius in præpositum Sancti Nicolai, cum dimissione Canonicatus Sancti Floriani egressuque ab Ecclesia prædicta ad *tex. in cap. de multa de præb. & in Clem. gratia de rescript. & notant vtrobique dd. glos. in cap. inter cæteros in verbo assignari de præbend. ac plures alii adducti in decis. R. P. D. mei Bichii edita in hac causa sub die 28. Nouembris 1650. in §. quod vero.*

Excludi neque valet egressus à Capitulo, ex Titulo Cancellariæ Siradiensis, quem Sigismundus inter cœteras eiusdem Capituli dignitates recenset, ac contendit vnitum Parrochiali Paiecinensi in cuius possessionè se nunc probat existere: siquidem, vel præfata dignitas suppressa fuit ab anno 1400. quo ex redditibus ipsius, nouus Canonicatus cum præbenda probatur erectus ex Instrumento erectionis per Stanislaum exhibito, vel certè non constat ad Sigismuudum pertinere in vim vnionis. litteræ enim Vladislai Regis ad hunc effectum productæ, enumerant quidem sub Regio Patronatu Cancellarias, dignitates, Canonicatus, ac beneficia conferenda vniuersitati, Cracouiensi, eadem tamen recensent, vti plura corpora, inter se omnino distincta per modum singulorum non tamen vnita per modum vnius, vt ex eorumdem lectura di-
6 gnoscitur; † Partitæ verò librorum continentes Beneficia Diœcesis Cracouiensis sunt æquiuocæ, nec vnionem præseferunt in substantia, quàm post habito verborum cortice potissimè attendendam tradit *Soccin. in l. ambiguo num. 7. ff. de reb. dub. Paris. cons. 44. num. 5. lib. 1. Aym. cons. 149. num. 11. Rota coram Andr. decis. 11. num. 1. & coram Seraph. dec. 1304. num. 3. in Elboren. vnionis 12. Iunii 1632. coram Vbaldo.* Addu-
7 cta † quoque possessio, vtriusque beneficii, in vna eademque persona semel subsecuta, probationem præbet æquiuocam, ac pœnitus irrelevantem, quia ex titulis omninò diuersis consolidari potuerit vtriusque possessio, vt notat *Abb. in cap. de Monachis de præbend. in fine post gloss. magnam* ibidem quos sequitur *Rota coram Buratto decis. 303. n. 11. cum seqq.*

Et hæc denique vnio pœnitus excluditur ex eo, quod Sigismundus assecutus fuit hanc Parrochialem, vti vacantem per obitum Zac-
8 cariæ immediati ipsius prædecessoris, † non enim potuisset eiusdem vacatio contingere, si vnita foret, ac membrum Cancellariæ, quam nullibi constat à præfato Zaccaria, dum viueret, fuisse obtentam, ex notatis in *cap. cum accessisset de constit. Vital. in Clem. vnica de offic. Vicarii Gonz. ad regul. 8. glos. 5. §. 7. Garz. de benef. par. 12 cap. 2. num. 15. & 16. Rota coram Verall. decis. 349. num. 2. & 3. coram Greg. decis. 77. nu. 2. & 112. n. 1. coram Seraphin. 1031. num. 1. 668. num. 3. part. 2. recent.*

Altera pariter qualitas, quod Sigismundus de tempore assecutæ nominationis actu laboraret in Academia, non benè concluditur ex
9 iuribus productis, † illa enim tanquam informia, nullam merentur fidem secundum *Felyn. in cap. 1. num. 13. de test. Bart. in rubr. de nou. oper. nunciat. num. 8. ibique Bologn. num. 152. Rot. in Romana Cottimi 10. Martii 1603. coram Sacrato,* neque percutiant tempus vacationis, vt foret necesse, ac electionis, in ipsius Sigismundi persona subsecutę.

Et ita vtraque.

☞ *Allegata hæc decisio in hac eadem causa emanata coram eodem Reuerendiss. P. D. Cerro Decano sub die 28. Iunii 1651. est supra in hac eadem part. 11. rec. dec. 188.*

R. P. D. BICHIO.

Romana seu Ianuen. Cambij

Lunæ 27. Nouembris 1651.

ARGVMENTVM.

Litteræ di auuiso quando habeant vel non habeant viam executiuam magistraliter discutitur, & quando dicantur probare. Quæ cambia requirant verificationem, & quę cambia dicantur reprobata, & quale propriè sit cambium con la ricorsa.

SVMMARIVM.

1 *Liber nuncupatus Scartafaccio di fiera licet non probet durantibus Nundinis plene tamen probat nundinis completis & n. 2.*

3 *Nundinæ non dicuntur completæ nisi facto generali bilancio.*

4 *Mercator de stylo potest sibi met soluere & n. seqq.*

5 *Persona vna & eodem non potest repræsentare vices duarum.*

Fallit si consideratur persona ratione officii n. 6.

7 *Mandatum procura probatur ex litteris tam di spaccio, quam di auuiso & n. 9.*

8 *Litteræ di auuiso non probant creditum.*

Tractatus non probat perfectionem negotii n. 8.

11 *Litteræ di Auuiso non habent viam executiuam etiam coram A.C. & nu. 12. & vide n. 18. & 23.*

12 *Auditor Cameræ executiuè procedit in litteris cambii, non autem in aliis cedulis mercantilibus.*

In quibus licet manu regia procedat, attamen datur appellatio ad vtrumque effectum. n. 13.

14 *Cambium proueniens ex interesse multiplicato cambiorum, & illicitum cessantibus requisitis.*

15 *Cambia contracta solum propter moram solutionis sunt omnino reprobata.*

Item cambia regularia pro secundis, & vlterioribus nundinis & n. 16.

17 *Cambia tam nundinalia quam irregularia seu intercalaria*

calaria requirunt iustificationem.
19 *Auditor Cameræ procedit inter mercatores pro quacumque summa summariè, & sola facti veritate inspecta.*
21 *Cambia nundinalia, & dèbita in nundinis contracta habent viam executiuam.*
22 *Littera di auiso quando dicantur effectuata.*
23 *Littera di auiso effectuata, & confessatæ habent viam executiuam sicut litteræ cambii & à n. 20.*
24 *Testamentum minus solemne confessatum à parte habet viam executiuam, ac si esset solemne.*
25 *Scriptura si vere appareat habet vim publici instrumenti, & si est adminiculis fulcita operatur vt publicum instrumentum & n. 26.*
27 *Via executiua competit mercatori contra mandantem, qui in mandato apposuit verba e ponete à nostro conto, & n. 28.*
29 *Cambium con la ricorsa quid propriè sit. Et n. 30. & 31. & 32.*
33 *Cambium dicitur liberum & nouum, si solutio fuerit facta in vim litterarum non coherentium formulis cambii con la ricorsa & n. 34.*
34 *Procurator potest agere contra mandantem, si dòcet mandatum adimpleuisse.*
35 *Connexitas & dependentia est probanda.*
36 *Negocia diuersa diuersam debent habere executionē.*
37 *Verba* Vi riualerete del mancamento nella seguente fiera *non denotant connexionem cum negociis antecedentibus.*
38 *Reimbursatio est probanda ab eo, qui solutionem ordinauit.*
39 *Exceptio requirens altiorem indaginem non impedit executionem mandati executiui.*

DECISIO CXCVIII.

RELAXAVIT A.C. ad instantiam Francisci Mariæ Balbi contra Ioannem Baptistam & Alexandrum de Siris mandatum executiuum pro scutis 5448. auri marcarum occasione totidem quæ idem Balbus mandantibus Siris soluit in nundinis Terræ Noui in vim litterarum Cambij sub die 3. Septemb. 1649. ipsi directarum è Ciuitate Mediolani à Ioanne Baptista Flisco. A quo mandato commissa mihi per Signaturam Iustitiæ causa appellationis, cum clausula, si quid exequendum, dubitatum hodie fuit, an illud sit exequendum, & affirmatiuè responsum.

Solutio enim facta à Balbo in vim dictarū litterarum Flici probatur, nedum ex libro nuncupato Scartafaccio di fiera, qui licet fi-
1 dem non faciat † durantibus nundinis, eo quod adhuc partitæ ibi descriptæ possunt variari, & contrascribi. *Bellon. decis. Ianuen. prima num. 10. num. 19. & 20.* plena fide completis nūdinis dignus asseritur *à Modern. Ianuen. de camb. disput. 2. quæst. 1. num. 16. & 17. & clarius quæs. 17.*
2 *num. 14.* ea ratione, quia † amplius dictę partitæ variari non possunt, & quia tam respectu debiti, quam crediti relatiuæ sunt ad alia Scartafascia, & bilancia aliorum Bancheriorum, quibus nisi adamussim correspondeerent, fieri non potuisset generale bilancium fine
3 quo nundinæ non dicuntur completæ, † vt propterea idem sit dicere nundinas esse completas, ac scartafascia, & bilancia singulorum Bancheriorum ritè processisse, sed etiam ex quietantia ipsius Balbi, qui iuxta præfatas litteras Mediolani sibimet soluit, † vt potuit ex
4 inueterato stylo Mercatorum, de quo testatur idem *Modern. Ianuen. de camb. disputat. prima, quæst. 15. per tot. post Azor. institut. moral. par. 3. libro 10. de camb. cap. 9. quæst. 2.* nec abhorret à iure
5 communi, quo licet eadem persona † non possit representare vices duarum, quando habetur respectus personæ ad personam, potest tamen quando consideratur persona ratione officii, quia cum possit plura officia exercere,
6 nihil prohibet quin hoc nomine † plures personas representet, *l. stichum 95. §. aditio, ff. solut. l. prima, §. final. ff. deposit. l. fistulas, §. fundum, ff. contrahen. empt. Surd. cons. 7. num. 32. & 33. Put. dec. 270. sub num. 2. lib. 1. in correct.* Et hic est casus præsens, quia Balbus soluit tamquam Procurator Dominorum de Siris, & recepit tanquam Procurator Flisci scribentis.

Quod verò Balbus soluerit tanquam pro-
7 curator, & mandantibus Siris, † apparet euidenter ex illorum litteris, ibi, *vi sarà tratto in Milano sotto vostro nome scudi 5448. &c. vi piacerà compirgli, e valerui del mancamento nella seguente Fiera d'aperitione &c.* Summario Balbi num. 1. siue dictæ litteræ sint *di spaccio*, siue *di auiso*, & quia & si in hac secunda specie litterarum fieri non possit ius ad fundandum creditum,
8 cum sint tanquam tractatus, & † multa tractentur quę non perficiuntur, vt tradunt *Doctores in l. si voluntate, Cod. rescind. vend. Alexan. cons. 28. num. 3. lib. 1. in puncto Gamma decis. 326. num. 4. Rota decis. 26. num. 12. & 13. par. 5. recentior.* fieri nihilominus potest ad probandum mandatum, cum hoc respectu contineant determinatam dispositionem, illudque etiam per
9 epistolas dari, † & probari valeat, *l. prima, l. si procuratorem absentem, ff. procurat. clementin. prima eodem titul. Capitaque. decis. 185. per tot. par. 2. Buratt. decis. 190. num. 1 & ibi Adden. littera B. cum allegatis à Modern. Patauino de script. priuat. lib. 3. quæst. 14. num. 1. & num. 7. & seqq. fol.* 129. iunctis præsertim adminiculis, & signanter approbatione Dominorum de Siris solutionis, vt supra factæ à Domino Balbo dicto Summario num. 6. Et gratis dicitur dictas litteras conscriptas fuisse sub die 21. Ianuarii 1650. ac loqui de solutione facienda in nundinis apparitionis, ac proinde referri non posse ad præcedentes litteras Mediolani, solutionemque factam de anno 1649. in nundinis Sanctorum.
10 Nam † duę sunt litteræ à Siris missæ eiusdem summæ, primæ sub die 23. Octobris 1649. effectuatæ vt supra per successiuam solutionem posteriores allegatæ in obiecto, in quibus Siri approbata solutione eorum tractę in dictis scutis 5448. sequuta in præcedentibus nundinis Sanctorum, fecerunt nouam tractam totidem summæ pro subsequentibus nundinis apparitionis, & hanc Balbus adimplere recusauit, eo quod Siri non acceptarunt similes litteras soluibiles Gherardo quas illis direxerat, vt se reimbursaret de summa, vt supra soluta.

His

His positis duplex adhuc superest difficultas,altera nempè circa validitatem mandati executiui A.C. vt potè fundati in Siriorum
11 litteris † *di auuiso*, quę viam executiuam non habent *Monac.decis. Florentin.70.num.10. & seqq. Giurb. obseruat.105. num.13.par.1.* non obstantibus facultatibus A. C. quibus locus est in lit-
12 teris *d'auiso*, & similibus mandatis de soluendo *Salust.Tiber. in prax. A.C. lib. 2. num. 3.* vbi quod præter litteras cambij in alijs cedulis etiam quod super re mercantili agatur, & licet in illis A.C.vigore suarum facultatum manu Regia procedat admittitur appellatio ad vtrū-
13 que † effectum, quæ efficit ne mandatum sit exequendum, *Rota decis. 61.num.10.apud Pic.ad Statut.Vrb.& in Romana dotis 11.Februarii 1647. coram me.*

Altera circa iustitiam cambij prętendentibus Siris illud non esse purum,ac nouum, sed *con la ricorsa*, vt aiunt, & prouenire ex interesse multiplicato cambiorum,& recambiorum præcedentium, contractorum pro secundis,
14 & vlterioribus nundinis, quod cessante † facultate cambiandi, & recambiandi, ac cęteris requisitis illicitum omnino esse, tradit *Camil. Medic. cons.155. num.1.Filliucc. oper.morat.par.2. tract.35.cap.7. num.410. & seqq. Modern. Foroliuien. de camb.nundin.cap.2.num.18.& cap.3. nu.82.* Cum omninò reprobentur cambia contracta
15 solum † propter moram solutionis, *Rota cor. Cardinali Millino decis.12. & 16. num.1.deci.775. per tot.par.4. diuersorum*, & regulariæ pro se-
16 cundis, ac vlterioribus nundinis *Azor. institut. moral.tom.3.lib.10.tit.de camb.cap.8.in fin.versicul. quinta conditio, & cap.10.versic.septimo,Filliucc. d. cap.7.num.424. Scacc. de camb.§.primo,quæst. 7. limitat. 2.num.1.& limitat.14.nu.1. Modern. Ianuen. eodem tract. disput.1. quæst.13.num.81.& 82.* sem-
17 perque tam in cambijs† nundinalibus,quàm in irregularibus seu inter calaribus requiratur iustificatio, *Azor.d.c.8.vers. dicendum est,& seqq. Filliuc.d.c.7.n.411.*

Quo ad primam: quicquid sit an litteræ *d'auiso*, etiam in casibus, quibus probant, ha-
18 beant, nec ne viam executiuam, † cessare videtur difficultas in casu nostro ponderando simul tum facultates A. C. dantes potestatem procedenti inter, & contra Mercatores Cu-
19 rię † vsque ad quamcumque summam summariè, simpliciter, & de plano, sola facti veritate inspecta, & manu regia, vt ponderauit, *Rota.decis.170.num. 2.& 3. seqq. inter impress. apud Zacch. de obligat. Cameral.* Tum quod Siri in
20 litteris dederunt † Balbo expressam facultatem se reualendi ab ipsis in sequentibus nundinis, ibi, *e valerui del mancamento nella seguente fiera d'apparitione*. & sic executiuè prout in
21 cambiis nundinarijs, † & in nundinis pro debito ibi contracto proceditur, vt post *Bald. Salicet. Fulgos. & alios tradit Peckius de iur. sisten. cap.10.num.6.inter tractat.diuers. tom.3.par. 2. fol. 165.aliique relati à Moderno Aquilano de caus. execut. ampliat. 1. num. 20.* Tum quod etiam in litteris cambii Mediolani disponitur, quod Baldus debitores creet Siros,& ab illis se reualeat,prout fecit creando illos in nundinis noui debitores summę solutę; Cumque postmodum Siri id totum approbauerint,& con-
22 fessi fuerint Summario Balbi num.5. † non versamur in simplicibus terminis litterarum *d'auiso*, sed vltro concurrit earum effectuatio, ac aduersariorum approbatio, & confessio, quæ illis,& si litterarum cambij vim non haberent, vim tribuit,vt executionem mereantur non secus, ac litteræ cambij sicut in simili
23 viam † executiuam, quæ *ex remed.l.fin.C.edict. Diu. Adr. tollen.* competit vbi exhibetur publicum instrumentum testamenti locum ha-
24 bere † etiam in instrumento minus solemni à parte confessato, & effectuato, dixit *Rota in Bonien. fideicommissi de Amorinis 18. Maij 1648. §. non obstant decisiones coram R.P.D.meo Meltio*, vbi allegantur concordantes facit, *Menoch. de adipiscen. remed.4.num.103.& seqq. Bald. cons. 198.*
25 *num.5.* vbi quod scriptura priuata † si vera appareat vim habet publici instrumenti *lib. 1. & cons.279. sub num.1.* vbi quod scriptura priuata adminiculis fulcita idem operatur, quod
26 publicum instrumentum *lib.4. Ciriac. controu. 252.num.13. Rota Bonien.diuers. decis.15.numer.8.* Et alioquin nusquam pro sui releuatione cōpeteret contra mandantem via executiua Mercatori, qui de mandato responsalis per simplicees litteras dato soluit litteras ab alio Mercatore sibi directas sub explicita conuen-
27 tione † se reualendi à mandante,quia isto casu mandans non conficit litteras cambii, sed solum in mandato apponit verba, *e ponete à nostro conto*, vel similia quæ non essent ociosa,
28 & † efficacius obligare mandantem, aduertit *Scacc. de camb.§.2. gloss. 9. num. 3. & 4.* vbi loquitur in specie de via executiua, *Bursat.cons. 39.n.4.lib.1. Manen.decis.72.n.6.Giurb. obser.105. n.12.par.1.*

Altera cessat ex facto, quia non agitur de pecunijs à Balbo numeratis Siris, vt eas in
29 nundinis, † vel alio loco illi soluerent, & ob earum non solutionem recursu ad responsalem Balbi in alio loco existentem,vt ipse Balbo cambium soluat, qui est propriè casus cābij *con la ricorsa*, iuxta tradita *per Modern. Ianuensem de camb.disputat.3.quæst.13.num.48.& 51 Modern. Foroliuien. de camb.nundin. cap.2. num.4. & per tot.* vel de secundo cambio rogantibus Siris contracto à Balbo pro obtinenda satisfa-
30 ctione primi, † quod in loco destinatæ solutionis effectum haberę non potuerat ex quo illius litteras nemo acceptare voluisset, quod
31 verè esse cambium cum † recursa, tradit *Scac. de camb.§.1.quæst.5.num.85.* vel tandem de secundo cambio,quo minister, seu procurator Balbi existens in loco destinatę solutionis primi contraxerit cum Siris, vt se reualeret de
32 pecunijs pro eodem † primo cambio solutis Balbo, quod dici cambium cum recursa, tradit *Azzor.instit.moral, par.3.lib.10.cap.9. quæst. 2.* Neque etiam agitur de fructibus cambii, aut recambij præcedentium cambiorum.

Sed de repetenda sorte principali cambii liberi, ac noui scut. 5448. quæ mandantibus Siris Balbus animo ab eis se reualendi soluit in nundinis Noui in executionem litterarum

Medio-

33 Mediolani à Fisco conscriptarum † non cohærentium formulis cambij, *con la ricorsa*, relatis *à Scacc. dicta quæst. 5. num. 88. & seqq. & à Modern. Foroliuiensi dicto cap. 2. num. 1. in fin.* aut formulæ litterarum cambij relat. *in dicto cap. 2. sub num. 15.* Vnde satis est iustificasse, quod Balbus iuxta formam mandati Siriorum di-
34 ctas pecunias soluerit, † prout satis est cuilibet procuratori ad effectum agendi contra mandantem contraria actione mandati docere se mandatum adimpleuisse, *l. si verò non remunerandi 12. §. si mihi mandaueris, l. si mandato meo, 45. ibique Bald. in princip. ff. mand. Mozz. de mand. tit. de natural. mand. num. 31. Cald. de empt. & vendit. cap. 33. num. 25. & seqq. Monach. decis. Lucen. 35. num. 19. & 20.*

Nec obstat, quod alia negocia & cambia
35 inter Siros, & Balbum præcesserit † dum hoc illius connexum, & ab illis dependens non probatur, docet enim quotidiana praxis, quod in dies inter Mercatores noua negocia, & cã-
36 bia contrahuntur non complicata † prioribus quæque ideo habent suam particularem executionem, *Soccin. in l. pecuniam quam nu. 10. ff. si cert. petat. Grammat. decis. 58. num. 11. Vincent. de Franc. decis. 292. num. 2. Rota in Aquitanien. Prioratus 19. Aprilis 1644. coram bon. mem. Pirouano.*

Et quamuis in supra memoratis litteris man-
37 dati à Siris dicatur, † quod Balbus se releuat, *del mancamento nella seguente fiera d'apparitione*; hæc verba non denotant connexionem cum alijs negocijs antecedentibus, sed relata vt debet ad ipsam summam scutorum 5448. quam à Balbo solui Siri mandarunt, habent hunc sensum, vt scilicet Balbus se releuat totidem quæ sibi deficiunt, quia ea soluit in executionem mandati, vel quod quatenus Siri ante nundinas apparitionis eum reimbursare deficerent, possit ille se in dictis nundinis reualere, quem casum euenisse constat cum Siri
38 aliter Balbum reimbursasse non probant, † vt debent, *l. quinquaginta, ff. probat. Natt. cons. 569. num. 1. & seqq. Surd. decis. 105. num. 9. Rot. dec. 725 num. 8. par. 4. tom. 3. recent.*

Et in omnem euentum negari non potest, quin ex prædictis, & alijs adductis ab informantibus pro Balbo exceptio opposita à Siris
39 altiorem indaginem requirat; † ac propterea retardare non valeat executionem mandati ab A. C. relaxati, *Buratt. decis. 803. num. 9. cum aliis allegatis in decisione 253. num. 5. inter impress. apud Zacch. de oblig. Camer. iuxta vltimam impressionem.*

Quod exequendum esse decisum fuit causa bis proposita, & vtraque parte hodie informante.

Infra in eadem causa habetur altera decisio sub die 18. Martii 1652.

REVERENDISS. P. D. CERRO
S. Rotæ Romanæ DECANO.

Romana fideicommissi de Mutis.

Veneris 1. Decembris 1651.

ARGVMENTVM.

Alienata per grauatum possunt à fideicommissario recuperari, maximè si fideicommissum pro agnationis conseruatione fuerit constitutum, & quando hoc procedat.

SVMMARIVM.

1 *Titulus possessoris ab hærede grauato causam habentis per mortem ipsius grauati extinguitur.*
2 *Fideicommissarius quando teneatur agere contra hæredes venditores pro consecutione pretij, non autem contra tertium, & num. seq.*
4 *Emens ab hærede grauato nam sit tutus, ne à fideicommissario possit molestari, & quando supra num. 2. & seqq.*
5 *Fideicommissarius bona per grauatum alienata auocare potest, quoties fideicommissum continet fauorem agnationis.*
6 *Legitima non impedit immissionem fideicommissario.*
7 *Immissio fideicommissario non retardatur per detractiones illiquidas.*
8 *Solutio imaginaria solum conceditur pro creditis, quæ cum defuncto hæres ante aditionem habebat, non autem pro postea quæsitis.*
9 *Fideicommissarius, quando possit debita in pecunia soluere, & bona vendicare.*
10 *Prædia rustica regulariter commodam, patiuntur diuisionem.*

DECISIO CXCIX.

DECISIO ædita coram me sub die 10. Martij præteriti, * in qua dictum fuit sententiam Rotalem esse confirmandam, præterquam in detractione medietatis residui dotis Philippæ; impugnabatur non solum à Violante, & Flaminia de Mutis, sed etiam à Horatio Falconerio possessore Casalis controuersi, & ab Eminentissimo D. Cardinale Montalto eius authore; Verum causa bis proposita, Domini steterunt in decisis: Cum enim pro, parte DD. Octauij, & fratrum de Mutis actorum probata fuerit existentia fideicommissi super possessione Casalis, de quo agitur, à Valeriano seniore constituti, illiusque purificatio ad ipsorum fauorem, ac identitas eiusdem Casalis per exhibitionem Testamenti, aliorumque Instrumentorum, quæ modo non possunt amplius in dubium reuocari, vtique petita immissio, *l. final. C. de edict. Diu. Adrian. tollen.* ipsis omnino concedenda videtur non solùm contra hæredes grauati, sed etiam contra tertios possessores ab illo immediatè, seu mediatè causam habentes, quorum
1 titulus † per mortem eiusdem grauati alienantis extinctus fuit, *iuxta text. in l. final. §. sin autem*

autem, in fine, ibi, *nullo obstaculo ei à debitoribus opponendo, C. commun. delegat. Rota in recent. dec.* 301. *num.* 5. *&* 6. *par.* 6. *decis.* 135. *num.* 22. *part.* 7. *coram claræ mem. Coccino decis.* 167. *num.* 2. 3. *&* 4. ac in alijs relatis in *Bononien. fideicommissi de Rubeis* 30. *Maij* 1646. *coram R. P. D. meo Corrado sub §. primo.*

Non obstat, quod D. Horatius vti tertius possessor, qui emit à D. Cardinale huiusmodi fideicommissi ignaro molestari non possit, sed per fideicommissarios agendum sit contra hæredes Alexandri venditoris pro consequutione pretij iam in censibus inuestiti.

Quia obiectum procedit, quando tam gra-
2 uatus, qui † primo alienat, quàm tertius qui ab eo emit sunt ignari fideicommisso à prædefuncto Testatore super bonis alienatis constito, vt litteraliter probat *text. in l. fin. §. final. circa fin.* ibi, *Respondit propter iustam ignorantiam tam mulieris, quàm emptoris hæredem mulieris, vt fundus apud emptorem remaneat, fideicommissario pretium dare debere. ff. delegat.* 2. quem sequuntur *Alex. cons.* 3. *sub num.* 4. *vers. & ita generaliter, lib.* 3. *Curt. iun. cons.* 88. *num.* 5. *lib.* 1. *Neuiz. cons.* 32 *sub num.* 10. *Ioseph Ludouic. decis. Perus.* 29. *nu.* 30. *Osasch. decis. Pedemont.* 73. *num.* 1. 2. *&* 7. secus autem quando (prout hic) uterque, vel alter
3 ipsorum habet scientiam de † fideicommisso, tunc enim indistinctè fideicõmissario competere actionem ad bona penès tertium existentia ex prædictis verbis *d. §. fin. probant Socc. iun. cons.* 129. *num.* 19. *lib.* 1. *Curt. iun. d. cons.* 88. *sub d. num.* 5. *vers. quia ad illud, Neuizan. d. consil.* 32. *d. num.* 10. *vers. nec obstat, quod dicta venditio, aliq; adducti per Mascard. de probat. concl.* 779. *num.* 4.

In proposito autem, scientia supradicti fideicommissi, tam in Alexandro grauato, qui primo loco alienauit, quàm in Camilla Peretta bon: mem: quæ ab eo dictum Casale emit concludenter iustificari videtur; Alexander enim eiusdem Casalis, cæterorumque bonorum possessionem, prius apprehenderat 9. Martij 1568. etiam tanquam fideicommissarius Valeriani, vt legitur in Instrumento relato in Summario D. Card sub num. 1. in fin. Camilla verò insimul cum venditoribus in Instrumento venditionis celebrato 19. Iulii 1588. explicitam mentionem fecit licet sub inuolucro verborum, de fideicommissis, quibus illud esset subiectum ad effectum obtinendi illorum derogationem, quæ postea non fuit obtenta, Sũmario actorum num. 6. Probata autem scientia vtriusque primi contrahentis, vel saltem exclusa iusta illorum ignorantia per supradictum textum requisita em-
4 ptor, † eiusque successores excusari non possunt, quin ex fideicommisso teneantur restituere bona per illum empta, & eidem fideicommisso subiecta, vt in puncto respondit *Rota in Bononien. fideicommissi de Formagliarijs* 4. *Nouembris* 1569. *coram Oradino apud Giouag. consil.* 22. *num.* 18. *lib.* 2.

Præterea ponderatum fuit, quod cum agatur de fideicommisso contemplatione agnationis ordinato ad effectum, vt bona remaneant in famlia, vt plenè firmatur in decisionibus æditis *coram R. P. D. meo Meltio* 19. *Februarij* 1646. *§. coniecturæ, vsque in fin. &* 15. *Ianuarij* 1648. *§. prima enim cum sequen.* Quamuis cessaret prædicta scientia, & sic alienatio facta
5 esset ab ignorante, ignoranti, † nihilominus non prohiberentur fideicommissarij directo agere contra possidentem pro recuperatione bonorum, vt declarandc supradictum textum probant *Alciat. in eadem l. final. num.* 7. *ff. deleg.* 2. *Bolognett. in l. filius familias. §. Diui, nu.* 81. *ff. eod. Rand. cons.* 24. *num.* 137. *lib.* 2. *relati per Fusar. de substit. quæst.* 556. *num.* 25.

Nec subsistit, quod immissio dictis fratribus concessa videatur in certa ratione loci, & quotę; Quia licet quantitas expressa in sententia designata non fuerit potius in vna, quã in altera parte portionis Casalis, de quo agitur tamen incertitudo cessat, dum immissio concessa fuit pro indiuiso, atque ideò tam in genere, quàm in specie singulorum rubrorum illa est certa ratione loci, & quotæ, prout dicitur de legitima, quæ tanquam debita ex singulis corporibus pro indiuiso semper est cer-
6 ta, † & sic non impedit im missionem fideicommissario, *Rota decis.* 578. *sub num.* 7. *versic. legitima vera, par.* 4. *recent.* cum alijs plenè allegatis *in Romana fideicommissi de Zuccaris* 4. *Februarij* 1650. *coram Reuerendissimo D. meo Decano §. finali.*

Repetita demum prætensio, quod dictis mulieribus, siue D. Horatio tertio possessori competant aliæ detractiones vltra expressas in sententia, iterum visa fuit non releuare, quia præter quod singulæ tolluntur ex rationibus adductis ab informantibus plenè comprobatis in pręcedentibus decisionibus vnica respõsione omnes absolutè excluduntur: Cum enim controuerti non possit, quod saltem incertæ, & illiquidæ reddantur ex alienationibus factis per successiuè vocatos tam de stabilibus, quàm de mobilibus, & semouentibus, de quibus non sufficiens ratio ex hactenus de-
7 ductis reddita fuit, † sunt prorsus inefficaces ad effectum impediendi pręfatam immissionem, vt responsum fuit in alia decisione ædita *corã R. P. D. meo Meltio* 2. *Iunij* 1650. *§. de alijs autem & in decisionę coram me, §. cætera verò.*

Nec subsistit, quod dotes Philippæ, Deliæ, & Sigismundæ vxoris, & respectiuè filiarum Cæsaris primi hæredis grauati per immaginariam solutionem satisfactæ videantur in corporibus Casalis, aliorumque bonorum fideicommissariorum; ideoque in sententia demandari non potuerit, quod restituerentur in pecunia.

Quia cum de tempore mortis Valeriani fideicommittentis, & aditionis eius hæreditatis factę per Cæsarem, & Britium eius filios, Cęsar non esset creditor ex præfatis causis in sententia expressis, sed longè postea eius filij effecti fuerint illorum creditores, non applicatur allegata immaginaria solutio; quæ solùm admittitur pro creditis, in quibus hæres reperi-
8 tur creditor Testatoris ante aditionem, † non autem pro creditis acquisitis post aditam hæreditatem, vt optimè respondit *Rota corã Card. Caualer.*

Caualer.decis.367. num.1. 2. & per totam comprobata in Interamnen. Vsusfructus 19. Iunij 1649. coram me, §.quia præter quod, circa medium, sed necessarium erat, quod illi præuia Iudicis authoritate, & citatis alijs fideicommissarijs successiuè vocatis, bona fideicommissi, cæteris deficientibus, ipsi sibi assignari peterent, &
9 obtinerent, alias autem adueniente casu fideicommissi licitum est præfatis fideicommissarijs debitas quantitates in pecunia exsoluere, & bona vindicare, vt in terminis dixit *Rota in Bononien. fideicommissi de Sancto Petro 29. Aprilis & 27. Nouembris 1587. coram Cardin. Blanchetto, penes Gioua gn.cons.73.n.69. cum quatuor seqq.lib.1.*

Cæterum partes acriter hinc inde altercarunt super quantitate totius Casalis Polidori, de quo agitur, & super quantitate intrante super medietate sextæ partis, quæ est duodecima pars totius Casalis, super qua DD.Octauio, & fratribus dicta immissio concessa fuit: Informantes enim pro reis conuentis asserebant d.Casale non excedere quantitatem rubrorum 450. iuxta mensuram vltimo loco factam à Peperello Agrimensore; sed informantes pro Actoribus constanter affirmabant illud esse rubrorum 900. circiter, & hoc potissime deducebant ex ipsomet Instrumento venditionis factæ d. die 19. Iulij 1583. prædictæ bon.mem. Camillæ Perettæ, quia licet ibi distincta non fuerint rubra, nec expressa quãtitas valoris cuiuslibet rubri, sed vnico pretio integrum Casale venditum fuerint pro scutis 80. mil. Nihilominus quia inter venditores adfuit etiam Faustina Muta condomina pro indiuiso rubrorum 40. cui pro huiusmodi rubris 48. persoluta fuerunt scuta 4261.40. exinde clarè conuincitur, quod venditio facta fuit ad rationem scut. 88. ba. 80. pro quolibet rubro, & si calculando integrum pretium totius Casalis ad istam rationem scut. 88.80. pro quolibet oculariter patet d. Casale esse rubr. 900. circiter, vt ex calculo ad partes dato.

Verum hoc etiam admisso medietas sextæ partis, seu duodecima pars totius Casalis in prædicta immissione comprehensa non excedit rubra 75. Nam duodecimæ partes rubrorum 75. pro qualibet constituunt dictã quantitatem rubrorum 900. Quod insuper iustificari videtur ex serie facti per eosdem de Mutis allegata: Cum enim antiqui possessores istius Casalis fuerint Carolus, & Io: Franciscus fratres ad quos propterea spectabant rubra 450. pro quolibet. Ioannes Franciscus verò habuerit tres filios, nempè Valerianum seniorem, Iacobum, & Nicolaum, tertia pars vnuscuiusque istorum æqualiter illi succedentium erat rubrorum 150. & consequẽter cum dictus Valerianus reliquerit duos filios, nempè Cæsarẽ, & Britium pars istorum non excedit rubra 75. pro quolibet, ideoque dum hodie non petitur, nisi pars Cæsaris, vtique controuerti non potest eam tanquam duodecimam esse dictorum rubrorum 75. à quibus detractis rubris 30. assignatis pro dotibus duarum filiarum Cæsaris, nempe Lucretiæ, & Liuiæ dicta duodecima pars remanet in rubris 45. quorum dimidia spectans ad Alexandrum, alterum ex filiis præfati Cæsaris, & in sententia comprehensa, non excedit rubra 22. cum dimidio, vel circiter, super quibus propterea, licet sint modicæ quantitatis, concedi debet immissio, dum non agitur de prędijs vrbanis cõmodam diuisionem
10 non patientibus, sed prædijs rusticis, † quæ commodè regulariter diuidi solent, vt admisit *Rota in Spoletana fideicommissi 15. Iunij 1635. coram bon.mem. Merlino, sub §.non obstat quod potuerit*, ac benè firmauit *in dicta Romana fideicommissi de Zuccaris coram Reuerendissimo D.meo Decano, §. vnde infertur.*

Et licet ex parte eorumdem Octauij, & fratrum subdatur, quod ad Valerianum non solum spectaret dicta integra sexta pars rubrorum 150. sed etiam altera sexta pars aliorum rubrorum 150. sibi in Testamento relicta per dictum Iacobum eius fratrem in totum constituentium rubra 300. circiter, atque ideò ad dictum Cæsarem illius filium, & hęredem pro medietate cum Britio altero filio absolutè spectarent rubra 150. Nihilominus hæc prætensio non est pręsentis inspectionis, dum sententia non concedit immissionem, nisi limitate super duodecima parte, quæ solum constituit dicta rubra 75. Erit enim discutienda ad partes in particulari iudicio vbi videndum erit, An dicta sexta pars Iacobi, relicta fuerit eidem Valeriano simpliciter, vel sub fidecommisso, & quatenus fideicommissum adsit, An comprehendat dictos fratres Actores, vel potius expirauerit per aditionem factam à Cæsare, & hoc posito, An detractiones ex persona eiusdem Cæsaris competentes fieri debeant super ista portione Iacobi, quàm ipse liberè consequutus fuerit, vel potius super controuersa pręfato fideicommisso Valęriani subiecta.

Et ita omnibus informantibus &c.

☞ *Decisio hæc in hac eadem causa emanata sub die 10.Martij 1651. est supra in ista parte decis. 121.*

R. P. D. BICHIO.

Maceraten. Census.

Veneris 1. Decembris 1651.

ARGVMENTVM.

In confectione Inuentarij sunt per citationem particularem citandi creditores certi, nec sufficit citatio generalis per proclama, nec ab ista particulari citatione excusantur ob credulitatem, quod debitum possit esse extinctum. Ratio reddita legitimè non dicitur, si non fuit de omnibus fructibus reddita.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio insolidum facta in instrumento à duobus correis, non inficitur à recognitione bonæ fidei inter ipsos correos facta.*

Recognitio bonæ fidei facta inter correos obligatos insolidum

insolidum, procedit tantummodo inter ipsos, non autem respectu eius, ad cuius fauorem obligatio insolidum emanauit. num. 1.

2 *Creditores siue sint principali, siue fideiussorio nomine sunt semper citandi in confectione inuentarij.*

Qui sunt citandi per citationes particulares, non per proclama generale, quando hæredes certo sciunt obligationem. num. 3.

4 *Extinctio debiti, tanquam quid facti non præsumitur.*

5 *Credulitas extinctionis debiti tanquam inanis non excusat hæredes à particulari citatione facienda in confectione inuentarij. & numer. anteced. & seqq.*

Quia sola suspicio, quod quis possit esse creditor sufficit. num. 6.

7 *Inuentarij beneficium non prodest hæredi, erga certum creditorem nominatim non citatum, & nu. 8. & 9.*

8 *Citatio generalis per proclama, non exprimit certam diem, & locum inuentarij conficiendi. & nu. 10.*

9 *Creditores citandi in confectione inuentarij, debent certificari de loco & tempore.*

11 *Ratio non dicitur legitime ab hærede reddita, quando non fuit reddita de fructibus perceptis præcipuè post citationem.*

Item non dicitur legitimè reddita, quando constat hæredes esse debitores hæreditatis. num. 12.

13 *In redditione rationis ab hærede facienda, debent detrahi solutiones factæ creditoribus.*

14 *Hæres in præiudicium creditoris anterioris, de quo certam notitiam habet, non potest soluere posteriori, saltem non reportata cautione de restituendo prioribus & posterioribus.*

DECISIO CCI.

CVM in relationibus causarum sub die 31. Iulij proximè præteriti Rota ad instantiam Hieronymi, & fratrum de Anticis decisionem æditã die 12. Iunii præcedentis* reuideri mandauerit, fecit examen vnius testis postea exhibitum deponentis sortem principalem census de anno 1623. à dicto Hieronymo nomine Pompei patris, & Fabritij Lepretti impositi, ac venditi Compagnono cessisse in vtilitatem solius Lepretti, quod præterea nuper comprobatum asseritur ex alio Instrumento ex interuallo inter dictos impositores celebrato, in quo Leprettus id agnoscendo eumdem Pompeum indemnem releuare promisit.

Sed hodie causa super decisis proposita, hęc non obstare visa sunt. Quicquid enim de pecunijs censualibus egerint impositores Census, vel inuicem ex interuallo conuenerint non nocet Compagnono quo minus vtrumque impositorem æquè principaliter obligatum habeat insolidum, vt in instrumento census continetur, cum ipsius respe-
1 ctu debeat attendi tenor obligationis, † cuius distinctio in fideiussoriam, & principalem desumpta à versione pecuniarum in commodum vnius, vel alterius & à recognitione bonæ fidei facta absente creditore, procedit solum inter ipsos coobligatos non autẽ quoad creditorem erga quem omnes obligati ęquè principaliter habentur, vt benè declarat *Surd. cons. 150. num. 57. vers. quod verum, & decis. 308. num. 8. & seqq. Natt. cons. 52. num. 6. Aretin. cons. 33 num. 8. Aymon cons. 77. num. 3. vers. hoc ita præsupposito, Adden. ad Gregor. XV. decis. 167. sub nu. 10. vers. hoc autem. Rota decis. 153. num. 7. in fin. & n. 8. par. 2. diuers. & in d. decis. 167. nu. 7. coram sa. me. Gregor. XV.*

Et ad effectum, vt Compagnonus citari debuerit ab hæredibus Pompei in confectione inuentarij hęreditarij satis est, quod ille sit Pompei creditor, siue principali, siue fideius-
2 sorio nomine, † quia semper eius interest interuenire confectioni inuentarij; quæ est ratio ob quam creditores omnes citandi sunt, *vt notat glos. in §. hinc nobis, verb. fideicommissarios, Authen. de hæred. & falcid.* quam sequitur *Iason. in l. final. sub num. 3. infra med. versic. sed bene,*
3 *C. de iur. deliber.* † nec sufficit citatio generalis per proclama cum hęredes certo scirent obligationem à patre contractam fauore Compagnoni ex allegatis in prima decisione *§. inuentarium.*

Gratis autem dicitur potuisse hęredes cogitare debitum fuisse extinctum à Lepretto, qui principalis erat: quia iuxta prædicta respectu Compagnoni etiam Pompeius erat principalis debitor; cumque initium obliga-
4 tionis sit certum, † & extinctio tãquam quid facti non præsumatur, *l. quinquaginta, ff. de prob. Aym. cons. 313. num. 1. Natt. consil. 569. numer. 1. & seqq. Rota apud Cinc. de censib. decis. 225. numer. 2.* nec aliqua afferatur coniectura, quæ huiusmodi cogitatum hæredibus præbere potuerit,
5 manet vndique clara certitudo crediti, † eiusque scientia apud hęredes, quos inanis credulitas non excusat, *l. 1. §. 1. ff. de eo per quem fact. erit, Felin. in cap. cum contingat, sub num. 4. limit. 2. de rescript.* eo minus; quia facilè poterant inquirere, & certificari an debitum esset extin-
6 ctum, & satis est de hoc suspicari potuisse, † vt creditorem alioquin certum citare tenerentur iuxta theoricam *Ancharan. in cap. fin. de elect. in 6* quam in his terminis sequitur *Ias. in l. fin. sub num. 3. ante fin. vers. intellige, C. de iure deliberat. Dec. cons. 250. sub num. 4. vers. & quando, Decian. respons. 59. sub numer. 28. versic. sed & qui, lib. 2. Phanucc. de inuent. pag. 3. num. 12. & 13. Michael Crass. in §. inuentarium, quæst. 9. sub num. 1. versic. nisi de facili.*

Quare aduersus Compagnonum hæredes
7 iuuari non possunt beneficio inuentarij † eo nominatim non citato confecti, *Rota decis. 59. num. 6. inter impress. apud Modernum Perusinum de*
8 *subhastat.* Præsertim, † quia ipsa generalis citatio per proclama non exprimit certam diem,
9 & locum inuentarij conficiendi † vt oportere ad hoc, vt creditores interesse valeant confectioni inuentarii, notant in *d. l. fin. Bart. num. 3. Angel. num. 10. Ias. num. 3. vers. quinto requiritur, Abb. cons. 73. num. 7. par. 2.* sed indefinitè monet citatos pro diebus, & horis specificandis à Iudice, quem tamen nusquam specificasse pro-
10 batur in die cadentis citationis † postquam citatio

altera, quæ pœnes ipsosmet fratres remanserat, vt constat ex §. *harum itaque prima in vers. siquidem*, non autem, vt legitimæ calculo adscribatur, vt conuincitur ex §. *quare portionem legitimæ cum seqq.*

Altera quoque corruit obiectio, quod scuta ter mille ex mercium venditione redacta in reparationem controuersæ domus erogata non fuerint; Eorum quippè versionem comprobant testes pro Vincentij parte producti,
1 quorum depositiones perperam † reijciuntur ex eo, quod huius versio quantitatis specificè in articulis deducta non foret, quasi testium iuramento destituta depositio, fidem non mereatur, secundum *Vestr. in praxi lib. 6. cap. 2. num. 9.* Quoniam præstitum ab eisdem testistibus iuramentum dicendæ veritatis, ad deducta eisdem articulis non legitur restrictum,
2 nec † proindè excludit, quæ ad causam conferre, & articulatæ materiæ quoquo modo connecti poterant, ac conuenire secundum *Alberic. in l. si duo patroni, §. idem Iulian. numer. 9. Iason. num. 30. Alex. num. 17.* vbi de veriori opinione testatur *ff. de iur. iurand. Felin. in cap. de testibus num. 13. Butr. & Anchar. num. 5. Anan. nu. 3. extrà de testibus*, idem *Vestr. in praxi lib. 6. cap. 2. num. 10.* Insumptam verò quantitatem, valorem æquasse scutorum ter mille comprobat Instrumentū venditionis æditū 12. Maij 1608. ac alterum quoque cessionis pacti redimendi stipulatum sub die 2. Iunij 1616. quæ specificam eorumdem fratrum confessionem præ-
3 seferentia, † præferri debent relationi Periti, ad scuta tantummodo 1832. & obulos 27. reducentis impensam, vt notant *DD. in l. 2. §. creditum, ff. de reb. cred. Bald. in l. generaliter in 2. oppositione, C. de non numer. pec. Aym. cons. 171. nu. 10. Gabriel de test. concl. 4. num. 77. Rot. coram Verall. decis. 283. num. 6. part. 3. & coram Seraphin. 1423. num. 7. & 1318. num. 1.* Quin immò, nec ipsa relatio periti videtur ab hac taxatione difformis, sed potius ei congrue, si ratio habeatur scutorum mille, ac centum, quæ in emptionem contiguæ domus pro amplianda fideicommissaria ab ipsismet fratribus, eorumque Tutrice fuerant erogata post obitum Patris, pront constat ex Instrumento relato in *Summ. Ceccharelli numer. 6.* Prætereà, vel in perfectionem domus fuit præfata quantitas erogata, & iure merito (ad euitandam duplicationem) fuit in decisione detracta in §. 1. *propè finem*;
4 Vel † in eam causam non cessit eadem summa, & filiorum legitimam debet omninò minuere, licet Iacobus alter ex eis solummodo administrauerit, vt eleganter in his terminis probat *Bald. in Auth: contra rogatus sub numer. 8. propè finem, C. ad S. Consult. Trebell.*

Obesse quoque non poterit Vincentio, ac fratribus de Candidis hæreditaria qualitas Ioannis Baptistæ alienantis, dum cum beneficio legis, ac inuentarij ipsius se adijsse hæreditatem ex publico comprobant instrumento;
5 Non † enim ex proprio iure tunc agere prohibentur, ac ex propria persona ad auitum fideicommissum aspirare, *l. vlt. §. & si præfatam, C. de Iur. delib. Gabr. con. 125. num. 9. Laderch. cons. 138. num. 4. Menoch. 203. nu. 27. Surd. cons. 7. num. 31. Osasch. decis. 180. num. 11. Rot. decis. 7. num. 2. part. 3. & in decis. 298. num. 6. & 8. & in Bononien. fideicommissi de Boatterijs 8. Aprilis 1644 coram Reuerendiss. Salamantino, & in Bononien. fideicomm. de Rubeis 30. Maij 1646. in §. nec obstat, quod ille sit hæres, coram Reu. P. D. meo Corrado*; Neque potuerunt ab hac instantia repelli sub prætextu nullitatis Inuentarj, ob non citatos specialiter Ceccharellos huius occasione fideicōmissi ab eisdem fratribus de Candidis tunc vsque conuentos; Quoniam illi pendente adhuc iudicio, & nondum euictione sequuta,
6 certi † non poterant creditores reputari; adhoc vt specialis pro actus validitate ipsorum citatio præcedere debuisset, sed eam generale proclama suppleuit, vt notat *Gionagnon. cons. 20 num. 1. cum seqq. lib. 2. Rot. in Bononien. fideicōmissi de Formaglianis 28. Ian. 1591. coram recol. me. Card. Pamphilio penès eundem Giouagn: ad d. cons. 20. numer. 16. lib. 2. & in alia Bononien. Bonorum Emphyteoticorum 4. Iulij 1597. corā eodem.* Dum maximè agebatur de præseruando hæredi beneficio
7 inuentarij, † quod sine fraude, ac dolo regulariter ammitti non solet iuxtà æquiorem sententiam, quam probat *Angel. in l. 1. §. hæc stipulatio circa finem, ff. si cui plusquam per legem falc. Bell. cons. 30. num. 6. Surd. decis. 216. nu. 13. & 222. num. 7. cum seqq. cum alijs per Modern. Rom. discept. for. cap. 797. num. 15. cum seqq. & 998. num. 3. Rot. penès Acchill. decis. 3. de testam. ac coram bon. mem. Vrgellen. decis. 387. num. 17. & 18.*

Non etiam poterit obstare vocatis consensus alienationi ex apothecæ retrouenditione præsumptus, siquidem à Io: Baptista denegari non poterat ex lege venditioni adiecta, sub qua eidem apotheca distracta fuerat à Ceccharellis, præstitus prætereà conuincitur ab ipsius hæredibus consensus sub expressa
8 mentione beneficij Inuentarij, † adeòque vti tendens ad alium effectum importare non valet approbationem alienationis, ac operari renunciationem fideicommissi, cuius nulla mentio præcesserat, contrà expressam testatoris prohibitionem non solum primò vocatis, sed etiam descendentibus quibuscumque, ac successiuè substitutis iniunctam, cuius virtute omnibus prædictis licet forent alienantis hædedes, censetur attributa facultas auocandi Iure proprio alienata, vt notat *Castren. in l. filium. §. diui, ff. de legat. 1. Dec. consil. 185. num. 7.* & plures alij, quos sequitur *Fusar. quæst. 557. num. 8. & quæst. 717. num. 7. & in cons. 149. num. 6. Marzar. in epit. fideicomm. quæst. 46. §. postremò, Rot. decis. 110. num. 4. cum seqq. part. 2. diuers.*

Ipsis quoque fratribus de Candidis obesse non poterit ratio hucusque non reddita de
9 bonis in patrui hæreditate remansit; † Hinc enim ab exercitio proprii iuris non arcentur; tum inspecta prædicta alienationis prohibitione eisdem iniuncta; tum quia remedijs opportunis ad hoc possunt quandocumque compelli, vt respondit *Laderch. cons. 138. num. 4.* cæterisque relati in *Bonon. fideicommissi de Boaterijs 8. Aprilis 1644. in vltimo §. coram Reuerēdissimo Salamantino per R. P. D. meum Corradum extensa.*

Denique petitam immissionem non poterit impedire alienatæ domus æstimatio in scutis decem mille, cum tamen pretio scutorum sex mille, ac ter centum in modernos illa distracta fuerat possessores. Cum enim ex pluribus citationibus hos quoque appareat in calculi confectione vocatos extitisse, eos proindè afficere debet idemmet calculus,
10 cum Ceccharellis tanquam legitimis defensoribus confectus. iuxtà notat. per *DD. in l. de vnoquoque, ff. de re iudicat. post gloss. in verb. quos causa. Iason. in l. decem num. 38. ff. de verbor. obligat. Peregr. de fideicommissis artic. 53. num. 52. in fin. cum seqq.* cæterique relati in vna *Romana Saluiani 15. Ianuarij 1644. coram me, in §. cum enim ex instantys;* Vbi præterea firmatur defensorem legitimum illum esse censendum, cui defensio causæ principaliter incumbit; Et in terminis calculi à creditore fideicommissi inito cum
11 ipsomet fideicommissario, † vt substitutum quoque afficiat, quamuis non citatũ respondit *Rot. in vna Romana Dotis 24. Martij 1651. corã me*. Dum maximè valor firmatus in calculo congruit pretio venditæ Domus à grauatis hæredibus ipsismet Ceccharellis anno 1608.
12 & 1616. † quod sanè tempus proximum detractioni legitimæ inspici debet, *ad tex. in l. fundum cornelianũ, ff. de nouat. & in l. si voluntate in fin. C. de retrouend. vendit. & no t. DD. in l. 2. C. eodem tit. Peregrin. de fideicommissis artic. 36. num. 29. Rot. decis. 475. num. 1. part. 4. recent. & post Merlin. de legitim. decis. 90. num. 3.*

Et ita vtraque, &c.

Decisio ista emanata sub die 26. Iunij 1651. coram eodem bon: memoriæ Leone Verospio est suprà decisio 180.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Imoleñ Decanatus.

Veneris 1. Decembris 1651.

ARGVMENTVM.

In beneficio, quod de Iurepatronatus fuisse probatur ex litteris Apostolicis, si quis fuerit præsentatus ab existente in quasi possessione præsentandi, maior probatio descendentiæ non requiritur.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Apostolicæ sunt exequendæ vbi sunt iustificatæ.*
2 *Pertinẽtia iuris patronatus probatur ex literis Apostolicis.*
3 *Præsentationes plures effectum sortitæ probant pertinentiam Iurispatronatus.*
4 *Iuspatronatus quando mixti naturam assumat.*
5 *Iurispatronatus portio compatroni defuncti, quando ad superstites, & successores deuoluatur.*
6 *Præsentatus ab existente in quasi possessione præsentandi vlteriorem descendentiam probare non tenetur.*
7 *sinè Filijs decessisse præsumitur, qui non probatur liberos suscepisse.*
8 *Hæres extraneus non succedit in Iurepatronatus mixto.*
9 *Fides obitus probat vacationem.*
10 *Vocatio remanet probata à veniente ex vacatione consimili.*
11 *Valor per non excessus probatur ex confessione partis.*
12 *Valor probatur ex quali, quali probatione.*
23 *Beneficium præsumitur sine cura, & sine residentia.*
14 *Residentiam non requirit onus Missam celebrandi, quod potest expleri per alium.*
Missa celebrandi obligatio, quoties, qui se ipsum non fuit iniuncta, potest à quocumque suppleri, num. 14.

DECISIO CCIII.

LITTERAS Apostolicas, quas Bernardinus pro Decanatu Imolensi obtinuerat, & ex defectu iustificationis sub die 20. Decembris 1650. Rota reijecerat, hodie exequendas esse decreuit, eique immissionem concedendam;
1 Quia ex iuribus nouiter productis † iustificatæ probantur, *cap. si capitulo de concess. præb. lib. 6.* vbi post *gloss. in verb. exequatur,* notant communiter *DD. in cap. litteris de rescript. Rot. coram Gregor. decis. 335. num. 15. coram Buratt. 435. nu. 1. & in decis. 775. num. 1. part. 2. recent.*

Siquidem Decanatum ad familiam de Sellis tanquam ex fundatione, vel dotatione patronam pertinere narrauerat, seque à maiori eiusdem parte, seù dimidia saltem fuisse præsentatum: Hanc verò pertinentiam Patrona-
2 tus benè concludit † tum ex litteris Apostolicis san: mem: Iulij II. pro eadem Familia illum reseruantibus; vt alias firmauit *Rot. in vna Abulen. Iurispatronatus 22. Iunij 1637. coram Reuerẽdiss. Salamantino impressa par. 5. rec. dec. 614. numer. 2.* Tum ex pluribus præsentationum
3 Instrumentis in personis ipsius Familiæ † spatio annorum centum, & vltrà effectum plenè sortitis, iuxtà *cons. Federic. de Senis 344. nu. 3.* sæpius in hoc Tribunali receptum, *vt in decis. 541. num. 2. part. 2. recent. & coram Seraphin. decis. 1141. num. 1. & in Sulmen. Beneficij 11. Martij 1648. coram R. P. D. meo Celso, & in Piscien. Beneficij 21. Aprilis 1651. coram R. P. D. meo Rojas confirmata sub die 20. Nouembris eiusdem anni coram R. P. D. meo Zarate,* se quoque à maiori patronorum parte, seù dimidia saltem præsentatum fuisse comprobat, tum ex præsentatione reportata ab Ascanio Iacobi filio, qui mitam vltimo loco prædefunctum pro vocum medietate præsentauerat, seù verius prouisioni Apostolicæ in eiusdem fauorem expeditæ suum assensum cum Panthasilea sorore præstiterat: Tum ex altera præsentatione habita à Iacobo Philippo, Lauræ filio, cui Patronatum cõtrouersum pro decem vncijs ex iuribus à Bernardino productis constat fuisse delatum. Conuincitur enim ex ijs, Patronatum Iacobo de Sellis, & Alexandro eiusdem filio, atque Cassiano ex huius persona nepoti reseruatum fuisse ab initio pro se, ac successoribus

ribus

4 ribus suis, † & propterea mixti naturā assumpsisse secundum *decis. Acchilles 9. de Iurepatron. Rot. coram Buratt. decis.647.num.2.& 679. num.2. cum seqq. coram Vrgell.decis.438.num.2.& 6. & in decis.47.nu.5. part.4.tom.2.& decis.217. cum seqq. part.6. recent.* mortuo verò Iacobo eiusdem
5 Portio † in Cassianum, ac Alexandrum successores, atque superstites æqualiter delata fuit ex disposit. *l.vlt.C.de suis, & leg.hæred. Ias. in l. re coniuncti num.272. ff. de leg.3.* ibique *Rip. num.125. & 158. Bocch.de Iurepatron.in verb. Ius nu.11. Lambert. eodem tract. lib.1. 2.parte quæst.4. art.5. num.2. Paris.cons.48.num.20.lib.4. Rot. coram Caualer. decis.571.num.2.* Altera verò spectans ad Alexandrum, post ipsius obitum, in tres filios æqualiter diuisa, pro duabus vncijs contingit Aurelio, qui alias octo in donationis Instrumento à Cassiano fratre recepit, & Auctor existit Iacobi Philippi, mediante persona Ioannis Patris Lauræ, à qua ipse descendit. Hinc verò resultat veritas narratiuæ, quòd scilicet Bernardinus à maiori Patronorum parte sit præsentatus, cum ex persona Iacobi Philippi decem connumeret voces, ex persona verò Ascanij filij Iacobi vnicam vnciam recenseat: Vel verificata remanet altera narratiua, quod Patronorum voces pro dimidia saltem parte Bernardinus ipse recenseat, dum præsentatus quoque fuit ab Ascanio, ex antecedenti præsentatione mitæ vltimo loco prædefuncti, constituto in quasi possessione præsentandi, quæ Bernardino suffragatur, † ac eumdem reddit immu-
6 nem ab vlteriori verificatione descendentiæ à fundatore, seù ab antiquioribus patronis, vt respondit *Rot. coram Seraphin. decis.1334.num.8. coram Gregor.decis.349.num.1. coram bon: memoriæ Vrgell.decis.100.nu.4. & in decis.146.nu.2.part.2. recent.* & in alijs relatis in *Horeana Iurispatronatus 15. Ianuarij 1649. in §. cum enim Franciscus, coram me.*

Neque vrget, quod Lucretia ex linea Aurelij Senioris neptis Ioannis ex Aurelio Iuniore, olim præsentauerit Ascanium, cuius proindè partem dimidiam ab hoc patronatu videtur excludere, si ratio quoque habeatur Panthasileæ sorori, alias cum eodem Ascanio in vltima vacatione ad præsentandū admissæ. Quia eadem Lucretia ab anno 1609. diem suum clausit extremum, nec vllibi constat li-
7 beros suscepisse, † adeòque non præsumitur eos reliquisse superstites, vt probat *text.in l.ex facto, §.si quis autem,* ibique *Castr.nu.2. ff. ad Senat. Consul. Trebell.* notat *Cuman. in leg.is potest ff.de acquir.hæred.* ibique *Alex. nu.15. Ias.nu.58. Surd. cons.1.num.6. Rot. coram bon.mem. Vrgellen. decis.438.num.4.*& in alijs adductis in *Bononien. fideicommissi 28.Iunij 1651. in §.etenim coram Reu. P.D.meo Celso.* Ipsius verò maritus (esto quòd fuerit hæres ab ea institutus) in huiusmodi patronatu mixto, † vti sanguinis qualitate destitutus, ius successionis obtinere non po-
8 tuit, vt notat *Ioannes Andr. in addit.ad Specul. in rubr.de feudis col.2. vers.propter hoc,Paris.cons.48. num.18. lib.4. Rot. in Aretina Capppellania 1. Iunij 1584. coram Bubalo, & in Florentina Parochialis à Sala 10.Iunij 1633. coram bon.me.Card.Panzirolo in §.quibus sic firmatis.*

Expresserat quoque in litteris vacationem per obitum Iacobi successisse, eamque iusti-
9 ficat non solum ex fide obitus, † alias pro probatione legitima in hoc Tribunali recepta in vna scilicet *Terulen.Beneficij 7.Iunij 1620. coram bon.mem.Manzanedo,* & in alijs pluribus relatis in *Burgen. Beneficiorum 26.Iunij præteriti coram R.P.D.meo Celso,* sed etiam ex confessio-
10 ne partis aduersæ eodem† iure vacationis ad Decanatū aspirantis, vt dixit *Rot. coram Aegid. decis.268. & 596. coram Puteo decis.17.nu.1.lib.3. coram Mantic.decis.132.num.1.* & in alijs relatis *in Maioricen. Beneficij 4.Aprilis 1650. coram Reu. P.D.meo Albergato.*

Ex qua pariter aduersæ partis confessione probatur valor fructuum Decanatus in sum-
11 ma ducatorum 60.auri de Camera† per non excessum à Bernardino narratus, *Garz. de benefic. part.5.cap.3.num.208. Rot. coram Buratt. decis.300.num.7. coram bon.mem.Vrgell.237.num.6. & in decis.101.num.7.part.1. recent.*

Denique valor Beneficij prius obtenti in summa duc.24. auri de Cameræ pariformiter expressus in litteris, ex testium depositione
12 benè concluditur, † dum qualis qualis probatio adhunc effectum sufficiens reputatur, iuxtà *decis. Aegid.683. circa finem, Greg.78.nu.4.* & in alijs relatis in *Placentina Beneficij 11. Decembris 1647. coram bon. mem. Arguelles;* Idem pariter beneficium obtentum, neque animarum curam habere annexam, nec residentiam
13 requirere personalem, † non solum ex iuris præsumptione concluditur, de qua *Rot. penes Aegid.decis.676.& in decis.17.num.1.part.1.diuers. & coram Gregor. decis.89.nu.1. & decis.108.nu.2.* & latè probat *Gonzal. ad reg.8. Cancell. gloss. 6. num.91.* sed ex actu quoque visitationis, quo recensetur tantummodo onus celebrādi Mis-
14 sam singulis hebdomadis, † personalem regulariter residentiam non inducens, cum per alium valeat adimpleri, si obligatio specialis iniuncta nō fuerit celebrandi per semetipsum vt respondit *Rot.in Tridentina Canonicatus 21.Aprilis 1608. coram Iusto, & in Romana Cappellania 19.Martij 1586. & 23. Ianuarij 1589. coram recol.mem.Card. Pamphilio,* & in alijs relatis in *vna Maceraten.Cappellania 1.Iulij 1647.coram me.*

Et ita altera tantum, &c.

R. P. D. CELSO,
Posteà S. R. E. CARDINALI.
Romana Iurium Parochialium.

Luna 4.Decembris 1651.

ARGVMENTVM.

Archipresbyter licèt in Ecclesia Collegiata administret curam Animarum, non potest tamen omnia emolumēta curæ sibi appropriare, quando apparet quod sola Animarum cura actualis resideat penès ipsum Archipresbyterū, habitualis verò, quòd penès capitulum

ſemper permanſerit, ex quibus autem hoc colligere poſſit, clarè demonſtratur.

SVMMARIVM.

1 *Priuatio præſupponit habitum.*

2 *Obſeruantia ſubſecuta, benè demonſtrat ſtatum præcedentem.*

3 *Cura Animarum, quæ prius reſidebat penès Collegiatam, & poſteà fuit à ſolo Archipresbytero exercitata, dicitur habitualiter penès Capitulum actualiter verò penès Archipresbyterũ reſidere.*

4 *in Eccleſia Collegiata licèt ſolus Archipresbyter adminiſtret curam Animarum, quando non poſſit omnia emolumenta curæ ſibi appropriare.*

5 *Teſtes, qui reddunt optimam cauſam ſcientiæ plenè probant.*

6 *Libri Capitulares benè probant contra eos, qui ſunt de Capitulo.*

7 *Emolumenta curæ Animarũ penès Collegiatam exiſtentis dicuntur ſpectare ad Capitulum ſi eorum adminiſtratio demandata fuerit Officialibus ab eo deputatis.*

8 *Amplia Parochus paſſus fuiſſet fieri huiuſmodi deputationem.*

9 *Teſtium depoſitiones extraiudiciales, quando plurimùm operentur.*

10 *Curam Animarum penès Collegiatam exiſtentem de Iure Communi ſpectat ad Archipresbyterum, & quando ſecùs.*

11 *Actus geſtus ab eo, qui plura officia gerebat, quo nomine feciſſe cenſeatur.*

12 *Prouiſus Apoſtolicus de Canonicatu cum aſſertione, quod illi immineat cura Animarum, quomodo ſit intelligenda promiſsio.*

DECISIO CCIV.

DOMINI non reuocarunt in dubium, quod curam habitualis Eccleſiæ SS. Celſi, & Iuliani ſit pœnes Canonicos, & Capitulum, actualis verò penès Archipresbyterum, idque deducebant tum ex Bulla Innocentij VIII. ædita de anno 1486. per quam cura Animarũ Eccleſiæ Sancti Saluatoris in Lauro transfertur in dictã Eccleſiam, & iniungitur Executori, vt Archipresbyterum, & Canonicos cogat ad illam ſuſcipiendam, quæ coactio reſpectu Capituli fruſtratoria fuiſſet ſi cura in Archipresbyterum ſolum eſſet translata, & conſonant verba ſententiæ eiuſdem Executoris in *Summar. Capituli num.* 11. Tum etiam ex alia Bulla Leonis X. de anno 1519. in qua Papa abdicando ab Eccleſia Sancti Celſi curam Animarũ Nationis Florentinæ, eamque applicando Eccleſiæ S. Ioannis Baptiſtæ prohibet nominatim, quod dicti Canonici, & Capitulum S. Celſi non ſe ingerant in cura Animarum prædictæ Nationis non obſtantibus quibuſcumque conuentionibus diſponentibus, quod homines eiuſdem Nationis ſint ſub cura, & regimine Eccleſiæ S. Celſi, & illius
1 Capituli, *Summ. nu.* 12. † Ex huiuſmodi enim diſmembratione manifeſtè apparet, quod dicta cura pœnes Capitulum reſidebat, non autem pœnes Archipresbyterum, iuxtà regulam, quod priuatio præſupponit habitum, *ad text. in l. decem* 106. *ff. de verb. obligat. & in l. Titio vſusfructus* 95. *de cond. & demon. Rot. coram Buratt. deciſ.* 245. *num.* 14. *& deciſ.* 912. *num.* 2. *in fin. & in recent. deciſ.* 119. *num.* 4. *part.* 1. *& deciſ.* 110. *num.* 1. *part.* 4. *tom.* 2. *cum pluribus in Comen. diſmembrationis* 22. *Iunij* 1648. *coram R. P. D. meo Corrado.*

2 Concurrit † etiam obſeruantia ſubſecuta; Nam orta lite ſuper cura dictę Nationis cum Eccleſia S. Io: Baptiſtæ in ea Archipresbyter nunquam nominatus fuit, ſed ſententia, & omnia acta emanarunt cum Caditulo, quæ obſeruantia benè demonſtrat, quod pœnes ipſum cura reſidebat, non autem pœnes Archipresbyterum. *ad text. in l. ſi de interpretatione, & l. ſeq. ff. de legib. Pariſ. conſ.* 50. *numer.* 19. *lib.* 4. *Rot. coram Buratt. deciſ.* 390. *num.* 3. *& in recentior. deciſ.* 419. *num.* 5. *&* 6. *part.* 1.

3 Et euidentius apparet † ex Inſtrumento cõcordiæ anni 1565. vbi in excuſſionem Bullæ Pianæ præcipientis curam Animarum exerceri in Collegiatis per proprios Parochos, non autem per Cappellanos ad nutum amouibiles Capitulum, & Canonici S. Celſi aſſignarunt quaſdam manſiones pro habitatione Archipresbyteri vna cum mercede menſtrua iuliorum 25. de maſſa communi pro ſubſtentatione Subſtituti, ſeù Cappellani; & viceuerſa Archipresbyter curam Animarum totius Parochiæ acceptauit, & in ſe ſuſcepit ſignum euidens, quod illa reſidebat antea pœnes Capitulũ, & quod licet actualis in Archipresbyterum translata fuerit, habitualis tamen pœnes ipſum remanſit, vt firmatum fuit in *deciſ.* 316. *per tot. part.* 4. *to.* 2. *recent.* & tradit *Lotther. de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 14. *num.* 101. *& ſeqq.*

4 Hoc poſito non poteſt † Archipresbyter omnia emolumenta curæ ſibi appropriare, ſed tantum ſolita, & conſueta; Nam cum Eccleſia ſit Collegiata, quamuis ſolus Archipresbyter adminiſtret curam. Tamen Canonici cætera munera exequuntur recitando horas Diuinas, celebrando Miſſas, & Canendo, in quorum compenſationem dicta emolumenta dantur, *per text. in cap. ex parte, & in cap. cum ſuper de ſeruit.* & in puncto tradit *Gabr. conſil.* 190. *num.* 6. *& ſeq. lib.* 4. cuius doctrinam ſequuta fuit *Rot. in Romana Funeralium* 14. *Decembris* 1620. *coram Coccino*, licet contrarium ibi firmatũ fuerit attento motu proprio ſan. mem. Pij V.

Conſtat autem Archipresbyterum vltra habitationem non conſueuiſſe percipere niſi emolumenta prouenientia ex Fidibus mortuorum, Baptizatorum, Matrimoniorum, & ex Cera quæ apponitur pœnes cadauera in domo exiſtentia, necnon emolumenta Baptiſmatum, & Mulierum parturientium; Cætera verò ſpectare ad Capitulum, & Canonicos à quibus ſemper fuerunt percepta, vt depo-
5 nunt tres teſtes formiter examinati, † qui cum fuerint Miniſtri, & officiales dictæ Collegiatæ, ac reddant optimam cauſam ſcientiæ, quia ita viderunt practicari, & obſeruari, ac ita obſeruatum fuiſſe ab eorum maioribus, plenè probant *Gabr. de teſtib. concluſ.* 4. *num.* 64. *Rota coram*

ram Buratt. decis. 193. num. 5. & 6. in S. Angeli in Vado Canonicatus, seu distributionum 27. Ianuarij 1648. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Comen. funeralium 7. Iunij currentis anni coram R. P. D. meo Meltio.

6 Maximè cum† illorum depositiones sint adminiculatæ ex pluribus, & signanter ex partitis exactionum eorumdem emolumentorum positis ad creditum Sacristiæ, quæ licet extractæ ex libris Capitularibus, tamen probant cõtra eos qui sunt de Capitulo, prout est Archipresbyter, *vt not. Anchar. cons. 44. num. 6. Menoch. cons. 512. num. 11. Rot. coram Buratt. decis. 539. nu. 3. & decis. 598. sub num. 16.* & melius *decis. 491. in fin. part. 4. tom. 2. recent. & in d. Comen. funeralium coram R. P. D. meo Meltio.*

7 Prout etiam ex decreto † Capitulari de anno 1567. in quo præsente Archipresbytero statuitur, quod emolumenta certa, & incerta Ecclesiæ recipiantur tantummodo per Camerarium Capituli, & non per alium, qui Camerarius in executionem eiusdem decreti deputauit illico ministrum ad dictum effectum ex quibus conuincitur emolumenta prædicta ad Capitulum spectasse cum eorum administratio demandata fuerit officialibus ab eodem deputatis, vt dixit *Rot. coram Seraph. decis. 524. num. 2. & 3.* & faciunt adducta *in decis. 434. n. 13. coram sa. me. Gregor.*

8 † Non enim Archipresbyter passus fuisset ad similem exactionem alium deputari, si emolumenta ipsi fuissent debita, vt aduertit *Innoc. in cap. 1. num. 4. & ibi Abb. n. 3. de his quæ fiunt à maior. par. cap. Rot. coram Seraph. decis. 708. num. 4. & coram Duran. decis. 265. nu. 46.*

9 Iunctis etiam † attestationibus factis à Paulo Allalcona, & aliis affirmantibus emolumenta Ceræ, Mazzetorum, Depositorum, Benedictionis, Sepulturæ, & similium pertinere ad Sacristiam, quæ attestationes quamuis extraiudiciales; Nihilominus vti emanatæ à Viris notæ, & insignis probitatis de tempore quo non erant amplius Canonici d. Collegiatæ, ac per plures annos ante motam litem plurimum operantur ad hunc effectum, vt dictum fuit *in decis. 594. num. 17. par. 5. recent. & decis. 11. num. 9. par. 7. & in allegata Comen. funeralium 7. Iunij anni currentis corã R. P. D. meo Meltio.*

10 Non obstat, † quod cura animarum spectet ad Archipresbyterum, quia id procedit de iure communi, secus vero quando ex aliis probationibus apparet de contrario, illamque ad Capitulum pertinere, vt in proximis terminis firmauit *Rot. coram Seraph. decis. 839. num. 4.*

11 Minus releuat, † quod Archipresbyter Baldauus de anno 1620. & 1620. egerit contra nonnullos Parochianos pro solutione dictorũ emolumentorum, quia cum de eo tempore esset etiam Minister, & Sacrista maior Capituli censetur, id fecisse nomine eiusdem Capituli, non autem tanquam Archipresbyteri prout ipsemet declarauit adnotando similes exactiones in libris introitus Sacristiæ *Castr. cons. 347. num. 4. lib. 3. Surd. cons. 224. num. 3. Rot. in Romana pratensi Canonis post Modern. Peruss. de censib. decis. 279. num. 4.*

12 Demum non vrget, † quod idem Archipresbyter in litteris Apostolicis fuerit prouisus de Archipresbyteratu cum assertione, quod illi immineat cura animarum, quia hoc est intelligendum de cura actuali, remanente semper habituali pœnès Capitulum, *Rota coram Buratt. decis. 214 num. 5. & seqq. & in recent. decis. 316. num. 9. par. 4. tom. 2. & decis. 445. num. 9, & 10. par. 5.*

Et ita vtraque parte informante decisum fuit.

R. P. D. ZARATE.

Hieracen. Parochialis.

Lunæ 4. Decembris 1651.

ARGVMENTVM.

Remissoria semper concedenda est, quandò constat de releuantia articulorum cum sufficienti fumo, qui satis superque resultare videtur ex quacumque probatione etiam per fides, & examen testium nullitèr examinatorum. Ad Beneficium liberè dimissum propter prouisionem alterius beneficij, an quis reuerti possit, quamuis fuerit alteri collatum, ex quo possessionem istius secundi beneficij assequi non potuerit, eruditè resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria concedi debet, quando constat de releuantia articulorum.*

2 *Error facti excludit consensum.*

3 *ad Beneficium liberè dimissum, & alteri collatum propter prouisionem alterius beneficii, an quis reuerti possit, ex quo, hoc secundum assequi non potuerit.*

4 *Beneficii dimissio corruit ex defectu consensus, dolo, vel vi, aut falso supposito interuenienti.*

5 *Possessioni de facto, & realiter inherens, licèt perdiderit dominium saltem de iure, adhuc est manutenendus, imò & reintegrandus si spolietur.*

6 *Possessionem quis accipere non potuit si alter in ea semper permanserit.*

7 *Beneficium vt quis dimittere teneatur per assecutionem alterius beneficii, quid requiratur.*

8 *Manutentio, semper concedenda est antiquo possessori*

9 *Executor Litterarum Apostolicarum, non priuat possessorem eius possessione, si processerit eo non citato.*

10 *Possessor semper citari debet.*

11 *Amplia, etiam si ignoraretur ab Actore.*

12 *Remissoria concedenda venit, quando materia articulata confert ad victoriam causæ.*

13 *Remissoria vt concedi possit in beneficialibus, sufficit releuantia vnius articuli.*

14 *Remissoria, vt concedatur, non attenditur, quid probabitur, sed quid probare prætenditur.*

15 *Fumus materiæ articulatæ, vt concedatur remissoria, sufficientèr resultat ex quacumque probatione etiam per testes nulliter examinatos.*

16 *Remissoria, cessante suspicione calumniæ, concedi solet etiam ad probandum, per testes, quod per scripturas probari poterat.*

17 *Am-*

17 *Ampliâ quando non omnes articuli per scripturas probari possint.*

DECISIO CCV.

CVM Virgilius Galluccius Beneficium Parochiale Sanctæ Mariæ Veteris, seu Sancti Blasij Hieracen. possideret, die 17. Kalendas Martii 1648. de Beneficio etiam Parochialis Sanctæ Catherinæ à Sede Apostolica fuit prouisus cum Decreto de dimittendo primam Parochialem in casu assecutionis secundæ, & quòd alias vtraque vacaret, vt ex litteris in Summario Galluccij *num.* 2. cuius decreti dispositioni Galluccij obtemperans primum Beneficium dimisit de mense Ianuarij 1649. de quo pariter ab Apostolica Sede Carolus Cæsareus prouisus fuit, cum expressione in litteris prædicti decreti, & quòd vacaret per dimissionem Galluccij, vt in Summario Caroli *num.* 1. *&* 2. Post quod Gallucius intendens, quòd cum supposito captæ possessionis secundi beneficij, primum dimiserit; & quod talis possessio non habuisset effectum, quia vetus possessor Parochialis Sanctę Catherinæ in eius possessione se defendebat; atque ideo se continuasse in possessione primi beneficij per totum mensem Iunij, & partem Iulij 1650. ad id probandum, vt remedijs possessorijs tueretur pro remissoria institit, & articulos edidit; quare proposui dubium: An esset concedenda? & DD. affirmatiuè responderunt.

1 Nàm † de releuantia articulorum cum sufficienti fumo constat, quibus concurrentibus remissoria concedi debet ex notatis per *Vestr. in praxi lib.6. cap. vlt. num.2. Seuerol. de remissor. cap.23. Rot. coram Buratto decis.28.num.1.*

Releuantia enim apparet ex 1. & 2. articulo, in quibus dicitur, quòd Galluccius Parochialem controuersam resignauit, in quantum illi suppositum fuerat iam suo nomine pacificè captam fuisse possessionem alterius; quod aliter accidit; cum Michael vetus possessor adhuc possessionem in prima Ecclesia continuaret:

2 † Vnde cum falsum esset suppositum dicto Galluccio ignoranti non debet nocere; nàm dimissio iuxta mentem Dimittentis est correspectiua ad acquisitionem possessionis secundi beneficij; qua falsa, & erronea existente corruit ex defectu consensus, quem error excludit *Buratt. decis.19. num.10.* & in puncto *text. in cap. si beneficia 20. de prabendis lib.6.*

3 † vbi in casu liberæ dimissionis, & in quo beneficium dimissum alteri iam fuerat collatum, sic Pontifex statuit, *collatione quibuscumque personis facta, nequaquam obstante:* vbi *gloss. verbo sine culpa, Ancharan. num.2. Nauarr. in cap. accepta in 7. oppositione num. 39. de restitut. spoliat. & cons. 16. num.2. circa finem de prabendis Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss.46. numer. 146. Flamin. de resignat. lib.1. quæst.3. num.29. & seqq. Rot. decis.7. de restitut. spoliat. antiquiss.*

4 † Seclusa namque dicta falsitate suppositi non videbatur necessaria dimissio, quæ de facili non præsumitur, vt in terminis defectus consensus dolo, vel vi interueniente probatur *in cap. super hoc de renunciat.* ibi, *quod nulla ratio hoc verisimile reddit, vt quispiam beneficium multis fortè expensis, & laboribus acquisitum, quo sustentari debet, facilè, sine magna causa, sua sponte, resignet:* vbi *Panormit. n.12. Io. Andr. col.5. Paris. cons.10. num.64. Flamin. de resignat. lib.8. quæst. fin. num.59. Surd. decis.2. num.16. Nicol. Garz. de benefic. par.11. cap.3. num.143.* concludit *Lotther. lib.2. quæst.20. num.13. & lib.3. qu. 14. num.12.*

5 Deinde † valdè releuat allegatio continuatæ possessionis Gallucij post dimissionem, quia etiam liberè cedens, & renuncians, licèt perdat dominium, & possessionem saltim de iure, attamen si postea incumbat de facto, & realiter inheret possessioni, adhuc est manutenendus, imò, & reintegrandus si spolietur, vt post *Innocen. Calderin. & alios sibi allegatos*, tenet *Rota decis.97. num.13. & 14. & decis. 108. sub numer.7. vers. & quatenus par.5. recent.* latè *Modernus Lusitan. de iur. Ecclesiastico lib.3. cap. 15. & Perusin. in tractat. de manut. obseru.57. num.9. Lotther. dicto lib.3. quæst.14. à num.12.*

6 Vlterius constat † de releuantia tertij articuli dum in eo dicitur Rectorem antiquum Sanctæ Catherinæ semper mansisse in possessione suæ Parochiæ signum euidens quod Galluccius, nunquam de ea possessionem accepit, dum alter in illa semper permansit, *ex l. sicut certo, §. si duobus, ff. commodati*, & certum est,

7 quod requiritur possessio pacifica secundi beneficii, vt quis teneatur dimittere *cap. si Episcopus de prabendis in 6. Rot. diuers. decis.676. num.4. par.3. lib.3. Straphin. decis. 977. num.1. cum adden. ad Buratt. decis. 19. litt. A.*

8 Nec obstat † quod possessio Parochialis dimissæ successiuè capta fuerit à Cæsareo in vim nouæ prouisionis, tanquam de vacanti ob dictam dimissionem deportata de manu executoris litterarum Apostolicarum, quia semper antiquus possessor manutenendus est. *Felin. in cap. licet causam num.8. & 9. de probat. Surd. consil.163. num.12. Rota decis.225. num.13. part.1. recentior.*

9 quem dictus † executor sua possessione non priuauit, cum processit, eo non citato *dicto cap. licet Episcopus de praben. in 6.* semper

10 enim citandus est possessor, † vt in puncto *Horeda de incompat. benef. par.1. cap.4. num.7. & 8.*

11 quamuis ignoraretur † ab Actore *Rot. dec. 284 num.17. par.5. recent. & in Callien. Prioratus 5. Iulij 1649. & in Melenitana Commenda 15. Iunij 1650 coram R.P.D. meo Bichio.*

12 Hæc autem † omnia quin valdè conferant ad victoriam causæ, negari non potest, quo casu remissoria concedenda venit *ex cap. cum contingat de offic. deleg. Gregor. decis.403. num.5. & in Spoletana bonorum 1. Februarij 1647. & in Auenionen. pecuniaria 25. Iunij 1649. coram R. P. D. meo Rojas*

13 † Et sufficeret vnius articuli releuantia, in beneficialibus, maximè dato fumo & præstito consensu de stando vnicæ *Rota coram bon. mem. Coccino decis.165. num.6. Buratt. decis.23. num.4. Rota in Vercellen. Præpositura 11. Decembris 1647. coram R.P.D. meo Bichio.* Neque

14 ad hunc effectum attenditur † quid probabitur, sed quid probari prætenditur, vt in pluribus decisionibus relatis *in decis.415. num.5. coram san. me. Gregor. XV.*

Nec

15 Nec deficit † fumus materię articulatæ, quia datur fides subscripta à decem hominibus Ciuitatis Hieracen. attestantibus de possessione Gallucij per totum tempus articulatum, quę fides sufficit ad hunc effectum, cum sufficiat qualiscumque probatio, etiam per testes nulliter examinatos *Cassador. decis. 7. num. 2. de dilat. Rot. coram bon. mem. Manzanedo in Rauennaten. Censuum 8. Iunij 1618. & in Melenitana Commenda de Vaours 14. Februarii 1650. coram R. P. D. meo Cerro.*

16 Denique non obstat, † quod probari posset per scripturas, quod per testes probari intenditur, nam cessante suspicione calumniæ ex releuantia, remissoria solet concedi ad probandum per testes, etiam id quod poterat probari per scripturas *Rot. decis. 196. part. 6. recent.*

17 *Add. ad Gregor. decis. 233.* † maximè cum omnes articuli non possent probari per scripturas *vt in d. Melenitana Commenda de Vaours in fine.*

Atque ita vtraque parte informante &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Romana Officij Notariatus.

Lunæ 4. Decembris 1651.

ARGVMENTVM.

Dominium rerum, quando quis habet potest de eis rebus disponere quomodo vult. Titulo resoluto, resoluitur omne. In emptione Officiorum Curiæ Capitulinæ, præferendus est hæres Notarii demortui, iuxta Bullam Sixti V. & qualiter intelligatur.

SVMMARIVM.

1 *Rei dominium apud quem est, ipse de ea re potest disponere.*

2 *Titulus, quando est resolutus omnia euanescunt, & num. 3.*

4 *Officium aliquod dum est de regalibus Principis, quando dicatur vacabile.*

5 *Titulo rei resoluto, resoluitur omne ius.*

6 *Gratia concessa sub aliqua conditione, sub dicta conditione est sumenda.*

7 *Regulæ de Iure quæsito non derogando, quando non sit derogandum.*

8 *Officia, quæ sunt de regalibus Principis, ea alicui conferendo vtitur proprio iure.*

9 *Dispositio, quando est facta cum amplissimis clausulis, non venit restringenda.*

10 *Constitutio Sixti V. tribuens hæredibus Notarij Capitulini prælationem in emptione eius Officii, qualiter sit intelligenda, & num. 11.*

12 *Hæredem alicuius se esse asserens, debet id iustificare.*

13 *ad Diuersa non est facienda illatio, & num. 14.*

DECISIO CCVI.

POST denegatam Astulpho manutentionem atque reintegrationẽ super Notariatu Agriculturæ Vrbis, cum hic bonum ius fouere contenderet in eodem officio, super hoc de ordinæ Rotæ per me proposito dubio responsum hodie fuit, non ipsi, sed Benedicto Aduersario ius assistere; quoniam officij resignationem obtinuit à Ghislerio, & Rubertesco, quibus fuerat in antecedente concessione Astulphi reseruatum Apostolica auctoritate decretum, vt de eodem officio possent quandocumque disponere inuito quamuis Astulpho: Hinc enim dominium officij ad ipsos

1 spectare dignoscitur, † quòd ideò liberè potuerunt in Benedictum distrahere, atque transferre, vt dixit *Rot. coram Buratt. decis. 850. num. 2 & in decis. 262. in princip. par. 1. diuers. & in decis. 305. num. 2. par. 2. recent. & in Romana legitimæ 29. Nouembris 1599. coram Iusto post Pacif. de salu. decis. 149. num. 5.* Ac malum ius Astulphi suc-

2 cessiuè concluditur, dum titulus, † quem super hoc officio vacabili obtinebat, post admissam ab Apostolica Sede resignationem fa-

3 uore Pagani Aduersarii, resolutus † omnino fuit, neque valet in superioris præiudicium allegari, vt notat *Lucas de Penna in l. quicumque nu. 2. C. de fund. Limetrof. lib. 11. Molin. de Magistr. lib. 1. cap. 11. Rot. decis. 605. num. 14. & decis. 615. num. 5. par. 6. recent. & in Romana officij aquarum 16 Iunii 1631. coram Eminentiss. D. Card. Hieronymo Verospio in princip.*

Hinc ius ipsius Astulphi videtur omnino corruere, siuè ex persona sui patris deducatur, siue ex propria concessione ab Apostolica Se-

4 de obtenta. Dum enim † officium de regalibus Principis existit, ac proinde vacabile, siue inspecta Constitutione Sixtina, siue obseruantia resignationis subsecuta, per obitum itaque Prisciani titularis ius quodcumque à patre

5 Astulphi prætensum expirauit, † ac resolutum omnino remansit, *vt tradit Bald. in l. fin. §. sed & si quis nu. 8. in princ. C. communia de legat. Alex. in l. diem functo num. 3. ff. de off. assess. Gabr. cons. 63. num. 15. & 17. lib. 2. Zacch. de societ. off. num. 272. Franciscus Marchus decis. 617. in fine, & 626. nu. 8 par. 1. Rot. coram Seraph. decis. 1294. num. 3. & 7.* Apostolica verò concessio fuit expedita sub decreto reseruante dispositionem officij Ghis-

6 lerio, ac Rubertesco, nec proinde scindi potest, sed cum eadem reseruationis qualitate recipi, ac acceptari *ad text. in l. si filiusfam. ff. ad Macedon. Surd. cons. 50. num. 13. Ciriac. controu. 441. num. 36. Rot. penes Buratt. decis. 447. nu. 2. & in decis. 56. num. 3. par. 6. recent.*

7 Non vrget, quòd derogatum non fuerit regulæ de iure quæsito alteri non tollendo, in resignatione officij ad Benedicti fauorem admissa. Quoniam vel nullum ius competebat Astulpho, vel saltem derogatio aliqua necessaria non fuit in huius concessione officij vacabilis, & de regalibus Principis existentis,

8 cum † in collatione ipsius Summus Pontifex proprio iure vti censeatur, vt dixit *Rota in add. Romana officii aquarum 16. Iunii 1631. coram Eminentiss. D. Card. Hieronymo Verospio, & coram Seraphino decis. 1294. num. 7. & 8. vers. vnde fit,* vbi præterea auctoritates contrarias intelligendas esse declarat in officijs non vacabilibus, seu in

iis,

ijs, quæ allodialium naturam assumpserint.

Non etiam obstare visa fuit resignationis
admissio intra sex menses, dum facultas am-
9 plissimis verbis concepta fuit sub dictione vi-
delicet quandocumque, cuiuscumque tem-
poris compræhensiua, per *text. in cap. solitæ de
maiorit. & obedien. notant DD. in l. centurio ff. de
vulgar. & in l. precibus ff. de impuber. Gratus dict.
101. nu. 3. cum aliis per Menoch. de præsumpt. lib. 4.
praesumpt. 51. num. 6.*

Cessare quoque visa fuit altera obiectio,
10 deducta ex Constitutione Sixtina † prælatio-
nem hæredibus prędecessoris tribuēte in em-
ptionem officij, ac admissionem cæteris de-
negante ante persolutam pretij medietatem
hæredibus antecessoris. Quoniam Astulphus
11 non se probat hæredem † Prisciani titularis,
per cuius obitum vacauit officium nec talis
pręterea prohibitio impedit acquisitionem ti-
12 tuli, sed solum respicit admissionem ad of-
ficium, eiusque executionem, vt notant mo-
dern. *Roman. discept. forens. cap. 730. num. 56. Rot. co-
ram Seraph. decis. 389. num. 3. & 8. & in Romana
Notariatus Capitolii 10. Iunii 1620. coram Rembol-
do, post Fenzon. ad stat. Vrbis decis. 14. in §. non
obstat.*

Denique non vrgent ea, quæ deducuntur
super interesse bursali, ac computis initis in-
ter Astulphum, ac Paganum Aduersarium;
13 Quia non sunt præsentis indaginis, † restri-
ctæ ad titulum officij, omnino diuersum, ac
separatum à prætio, ipsius, seu commodo
bursali, vt dixit *Rot. coram Seraph. decis. 1294.
num. 3. & in decis. 660. num. 15. par. 8. recent. & in
Romana legati 26. Iunii 1641. in §. nec ex eo coram
R.P.D. meo Cerro*: quæ ideo DD. in alia dispu-
tatione reseruarunt, ac alia pariter actione
14 prosequi posse responderunt.

Et ita vtraque parte &c.

R.P.D. LEONE VEROSPIO

Fauentina Iurispatronatus.

Lunæ 10. Decembris 1651.

ARGVMEMTVM.

Præsentatio dicitur corruere, si non data vaca-
tione beneficii, fuerit facta, & sic non potest
dari casus institutionis. Beneficij resignatio
dicitur nulla, si fuerit facta ad fauorem certæ
personæ, dum pro ea non fuit admissa & tol-
luntur nonnullæ obiectiones.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus, quando non sit instituendus.*
2 *Præsentatio, quando non est valida, non est locus in-
stitutioni.*
3 *Beneficij vacatio non intrat per resignationem con-
ceptam in fauorem certæ persona, pro qua nisi ad-
missa fuerit excluditur vacatio.*
4 *Litteræ Apostolicæ expeditæ sub conditione, consen-
sus alicuius, nisi ille iustificetur, corrunt.*
5 *Resignatio beneficii Iurispatronus admissa cum clau-
sula, accedente consensu Patroni, nisi ille probe-
tur, resignatio non sortitur suum effectum.*
6 *Beneficij resignatio, si corruat, non tamen ab dica-
tur ius à resignante.*
7 *Quod multo magis procedit, si in casu nullitatis, ad-
sit protestatio conseruatiua.*
8 *Resignatio beneficij Iurispatronatus facta à benefi-
ciato si consensu patroni, quid operetur.*
9 *Patroni contemptus in resignatione beneficij, quando
dari de illo, non valeat, & num. 10.*

DECISIO CCVII.

AD Beneficium controuersum de Iurepatro-
natus familiæ Benciuennæ in manibus Sā-
ctissimi à Ioanne eiusdem possessore legitimo
Antonij fauore resignatum, Alexander de
Benciuennis vti Patronus Ordinario Franci-
scum filium præsentauerat instituendum, su-
1 per cuius proinde institutione commissa mi-
hi causa, ac dubio hodie proposito fuit nega-
tiuè responsum ex defectu vacationis non-
dum ab ipso iustificatæ, sine qua corruit præ-
2 sentatio, ac † successiua ipsius institutio non
poterit sustineri per *text. in cap. illud de Iurepa-
tron. & in cap. vltimo de concess. præben. & notant
vtrobique DD. cap. cum Bertoldus in fin. de re iud.
Rot. coram Greg. decis. 420. num. 3. & decis. 257. n. 2.
& in decis. 691. num. 5. par. 2. & decis. 532. numer. 5.
par. 5. recent.*

In proposita verò facti specie deficit vaca-
tio Beneficij propter naturam resignationis,
3 conceptæ in fauorem certæ personæ, pro qua
nisi admissa fuerit, excluditur vacatio, vt no-
tat *Paris. de resignat. Benef. lib. 6. quæst. 5. numer. 21.
Gonzal. ad reg. 8. glos. 14. num. 6. Mandos. in tract. de
Signatura Gratiæ vers. nec Papa consueuit Rot. in
Legionen. Canonicatus 23. Ian. 1640. coram R.P.D.
meo Royas.*

Hinc obesse non poterit, quod gratia resi-
gnationis ab Apostolica Sede expedita fuerit
sub conditione præstiti assensus pro medieta-
te Patronorum, adeoque irrita censeatur; ac
4 nulla † ob non præstitum ab Alexandro con-
sensum ad resignationis validitatē tantummo-
do requisitum, dum in quasi possessione prę-
5 sentandi solus † ipse exstitit, vt notat *Felin.*
quando litteræ Apostolicæ noceant Patronis
*n. 11. in 9. limit. Lother. de re benef. lib. 2. qu. 8. n. 106
Rot. in Pistorien. Plebaniæ 24. Martii 1623. coram
Nauar. post Viuian. de Iurepatr. decis. 84. numer. 15.
& in Sulmon. Beneficii 10. Martii 1649. coram bo.
mem. Arguelles.* Quoniam licet resignatio cor-
6 rueret, ius † tamen Beneficij non abdicatur à
resignante si alteri, quam Antonio (in cuius
fauorem resignatio concepta fuerat) confera-
tur, vt notat *Butr. in cap. nemo num. 10. de elect.
lib. 6. Abb. in cap. cum pridem de pactis Paris. de re-
sign. benef. lib. 1. quæst. 3. num. 96. & quæst. 4. num. 23.
Lother. de re benef. lib. 2. quæst. 14. num. 85. Rot. de-
cis. 4. num. 2. par. 2. recen. & coram Penia 249. num. 7
& in Lucana Canonicatus 14. Maii 1590. coram Bu-
balo, post Viuian. de Iurepatron. decis. 35. numer. 2.*
præsertim quoties, prout in casu proposito,
7 adest expressa protestatio † resignantis annul-
latiua resignationis in casu, quo alteri perso-
næ, quam resignatario beneficium deferri

con-

contingat, vt notat *Parif. de resign. benef. lib. 2. q. 4. num. 23. cum seq. Rot. in Mediolan. Canonicatus 7. Iunij 1641. coram bon. mem. Card. Panzirolo in §. nec obstare visum fuit, & in Nicien. Canonicatus 14. Nouembris 1650. coram Reuerendiss. D. meo Decano in §. quia cum Iosephus vers. & propterea nullam vacationem.*

Neque vacatio poterit exinde desumi, quod Patroni consensus non fuerit requisitus, quasi
8 contemptus inde resultet, † ac spretus, præcludens resignari regressum, ac Patrono deferens ius nouiter præsentandi, *Gemin. in cap. nemo deinceps num. 11. de elect. lib. 6. Lotther. de re benef. lib. 2. q. 14. num. 84. Rota decis. 190. num. 5. par. 5. recent.* Hic quippe contemptus excluditur in proposita facti specie, siue ex tenore mandati ad resignandum, expressam Patronatus mentionem præseferentis, ac declarationem insu-
9 per resignatis, † vt sub omnibus solemnitatibus, tum ex dispositione iuris, tum de consuetudine, ac stilo Curiæ requisitis deberet resignatio expediri, siue ex Apostolicis litteris, sub expressa Patronatus narratiua editis, ac cum derogatione vocum pro medietate, postquam altera Patronorum medietas suum præ
10 stitisset † assensum, vt notat *Archid. in c. hortamur dist. 71. Parif. conf. 47. num. 17. & numer. 24. vol. 4. & de resign. benef. lib. 2. quæst. 4. num. 31.* vbi attestatur de communi *Dec. cons. 126. numer. 4. Ludouicus Morotius cons. 33. num. 1. in fine Mandos. in tract. de Signatura Gratiæ in tit. derogationes Iurispatronatus 3. col. §. aliquando derogatur cum alijs per Lotther. de re benef. lib. 2. q. 14. n. 79.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BICHIO

Cracouien. Iuris respondendi

Lunæ 10. Decembris 1651.

ARGVMENTVM.

Quasi possessio in incorporalibus potissimum acquiritur per multiplicitatem actuum, qui an & quando sit necessarium, vt fuerint gesti cum scientia, & patientia partis aduersæ, quæ boni iuris assistentiam pro se habere prætendat, in præsenti decisione, eruditè resoluitur.

SVMMARIVM

1 *Ius, inter incorporalia computatur.*

2 *Quasi possessio manutenibilis in incorporalibus acquiritur etiam per vnicum actum.*

3 *Possessio ad effectum reportandi manutentionem oportet, vt continuata fuerit vsque ad tempus motæ litis.*

4 *Possessio præsumitur continuata, dum ab alio postmodum interuersa non appareat.*

5 *Quasi possessio vt alicui quæratur in eo, in quo quis haberet iuris assistentiam, requiritur illius scientia, & patientia.*

6 *& huiusmodi scientia & patientia, quando non sit probanda in iudicio possessorio, quamuis alias bonum ius exaduerso habere prætendatur.*

7 *Quasi possessio acquiritur absque scientia, & patientia partis, quando ille, qui facit actus possessorios haberet etiam titulum.*

8 *Quasi possessio probata remanet ex actuum multiplicitate, ac temporis diuturnitate.*

9 *Manutentio libentius concedenda est illi possessori, qui titulum haberet.*

DECISIO CCVIII.

VENTVM fuit hodierna die ad manutentionem Insignis Academiæ, ac Professorum Cracouiensium in quasi possessione priuatiuè ad Episcopum admittendi ad respondendum quæstionibus propositis pro obtinendo loco inter Sacræ Theologiæ, & aliarum scientiarum, & Arctium Doctores.

Eadem enim quasi possessio probatur ex admissionibus huiusmodi secutis per bis cētum ferè annos, & nuperrimè de anno 1646. &
1 1649. † cum tamen in incorporalibus quale est hoc ius *l. quidam ff. rer. diuis. §. primo inst. de reb.*
2 *corporal. & incorpor.* † vnicus actus sufficeret ad acquirendam quasi possessionem manutenibilem, *Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina num. 91. de caus. poss. & propr. Roman. cons. 311. num. 7. Oldr. ad. cons. 312. num. 2. Dec. cons. 117. sub num. 2. Garz. de benefic. par. 5. c. 5. n. 59. Rot. decis. 129. num. 1. par. 3. recentior.*

3 Quæ † dubitari non potest quin continuata fuerit vsque ad tempus motæ litis, vt ad hunc effectum oportet, *Neuiz. cons. 81. num. 16. & 17. Seraph. decis. 1213. num. 5. Caualer. dec. 579 num. 1. & 2.* Quia vt dicebam exhibitę fuerunt
4 admissiones factæ etiam de anno 1649. † & vlterius pręsumitur continuatio antiquæ possessionis dum ab alio postea interuersa non apparet *l. siue possidetis, & ibi gloss. & Doct. C. probat. Abb. in cap. cum ad sedem num. 15. de rest. spoliat. Menoch. de retinen. rem. 3. par. 1. diuers. d. dec. 129. nu. 4. par. 3. rec.*

5 Scientia verò, † & patientia Episcoporum, pro tempore necessaria, vt in eorum præiudicium quasi possessio quæreretur, si ipsi hoc idem ius positiuè quasi possedissent, vel desuper haberent iuris assistentiam, *l. quamuis. ff. acq. poss. Lotther. de re benef. lib. 1. quæst. 24. numer. 211. & 221. Buratt. dec. 912. num. 6. Rota dec. 248. sub num. 6. par. 2. recent. & dec. 667. num. 14. inter*
6 *impress. apud Modern. Perus. de manut.* † probanda non videtur in hoc Summario possessorio, dum, de Episcoporum quasi possessione vel dominio non constat, quamuis alias bonum ius habere prætendant *Gonz. super reg. 8. Cancel. glos. 45. §. 2. num. 32. Garz. de benef. par. 5. cap. 5. nu. 121. & seqq. Add. ad Greg. XV. dec. 249. num. 8. Rota decis. 533. num. 5. par. 1. rec. & in aliis pluribus relatis à dicto Moderno Perusino obser. 40. numer. 21.*
7 eo minus titulo, † quem iuxta deducta in vltima decisione huius causę edita die 28. Iunij proximè præteriti * tribuunt Academię statuta & longissima pręscriptio, concurrente *Rebuff. in const. Galliæ tom. 3. tit. de mater. possess. in præfat. num. 145. & seqq. & num. 153. Balb. de præscr. par. 2. par. 5. princip. quæst. 7. num. 4. Grat. discept. 870. num. 33. Rota dicta decis. 533. num. 3. part. 1. recent.*

Sed

8 Sed ex † abundanti probata remanet ex actuum multiplicitate, ipso quandoque Episcopo deprecante, vt expendit dicta vltima decisio, ac temporis diuturnitate, *Innoc. in cap. bonæ il 2. num. 1. vers. quæritur de postul. Prælat. Abb. in cap. cum Ecclesia Sutrina num. 2. de caus. poss. & prop. Seraph. dec. 306. n. 5. & 7. Rot. in rec. dec. 225. n. 4. par. 5.*

9 Vnde etiam resultat † quasi possessio Academię priuatiuè ad Episcopum, quia sola Academia est in quasi possessione admittendi attenta præsertim longissima præscriptione, ac statutis priuatiuam hanc potestatem importantibus, vt firmatum fuit in duabus præcedentibus Sacri Tribunalis in præsenti disputatione supponendis, quæ licet respiciant titulum, præstant vt eo libentius concedenda sit manutentio possessori, *Maluas. cons. 122. num. 13. Natt. cons. 459. num. 9. Menoch. de retinen. remed. 3. num. 7. 33. Grat. discept. 402. num. 1. & 2. Add. ad Greg. XV. dec. 323. num. 5. & fuit dictum in Leodien. personatus 16. May. 1650. coram R. P. D. meo Cerro.*

Et ita fuit decisum informante tantum Academia &c.

☞ *Decisio ista emanata in hac eadem causa sub die 28 Iunij 1651. est supra in ista part. 11. recent. decis. 184. vbi etiam annotaui alteram Decisionem in ista causa factam coram eodem bo. me. Bichio.*

REVERENDISS. P. D. CERRO
S. Rot. Rom. DECANO.
Leodien. Canonicatus S. Martini
Lunæ 15. Ianuarij 1652.

ARGVMENTVM.

Pensionem super Canonicatu impositam persoluendam esse à Capitulo, quando illius fructus propter absentiam, obitum, vel aliam causam percepit, in præsenti decisione constanter firmatur; pensio enim est onus fructuum, & ipsis fructibus inhæret, vnde ab eo persolui debet, qui fructus percepit, & quid si vigeret consuetudo in contrarium, an & quando attendenda sit, clarè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Clausula*, sine præiudicio litterarum Apostolicarum, *apposita in prima commissione, censetur in alijs sequentibus repetita.*
2 *Clausula*, sine præiudicio litterarum Apostolicarum, *operatur, vt vlterior illarum executio retardari non possit.*
3 *Consuetudo non afficit, nisi iustificetur legitimè præscripta.*
4 *Consuetudo debet probari in specie casus, de quo agitur.*
5 *Pensionem illi tenentur persoluere, qui fructus percipiunt.*
6 *Pensionem super Canonicatu impositam, tenetur persoluere Capitulum, quando illius fructus propter absentiam, obitum &c. perceperit.*
7 *Pensio est onus fructuum, & ipsis fructibus inhæret.*
8 *Impedimentum excusat, quando prouenit ex facto Aduersarij.*
9 *Executio litterarum Apostolicarum per signaturam specialiter reseruata, non potest deinde retardari.*

DECISIO CCIX.

CAPITVLVM Collegiatæ Ecclesiæ Sancti Martini Leodien. Diœcesis ad impediendam vlteriorem executionem litterarum Apostolicarum, quas Lambertus Theodoricus obtinuerat de Canocicatu, & Prębenda, de quibus agitur, vti vacantibus per resignationem factam à Iacobo Dauuia in manibus Sāctissimi, reseruata pensione scutorum sexaginta auri Solis, Tres exceptiones in præsenti disputatione pręcipuè opponebat, quod Lābertus recusauerit præstare iuramentum Statutis, & consuetudinibus huius Ecclesiæ, vt præstare tenebatur iuxta formam earumdem litterarum ad eius fauorem emanatarum, quod renuerit præstare cautionem de releuādo indemnem fabricam dictæ Ecclesiæ, ipsumque Capitulum, & Canonicos à solutione dictæ pensionis iuxta prętensam consuetudinem, vt asserebatur, perpetuò obseruatam; Et demum, quod per annum continuum suā primam residentiam peragere neglexerit in domo Claustrali eiusdem Ecclesiæ, prout mandat statutum Capitulare. Quare proposito à me dubio, an vlteriori executioni litterarum Apostolicarum obstent prædictæ exceptiones, Domini negatiuè responderunt; Quia

1 cum executor in iisdem litteris † deputatus, reiectis huiusmodi exceptionibus, eas vti in omnibus iustificatas exequendas esse pronunciauerit, & Signatura Iustitię causam appellationis alteri commiserit cum clausula, sine pręiudicio executionis litterarum Apostolicarum, quæ in subsequenti commissione Rotali repetita censetur *Card. Caualer. dec. 11. nu. 4. & alijs relatis Rota in Pacen. Canonicatus 18. Martij 1611. coram Penia, apud Marches. de commiss. par. 2. fol. 427. num. 2. & 3. & per Marescott. variar.*

2 *resolut. cap. 137. num. 3. & 4. lib. 2.* † Non potest vtique contra rescripti formam vlterior illarum executio impediri vsque ad completam illius consumationem per ea, quæ dixit *Rota coram Card. Seraph. decis. 1484. num. 2. & 3. coram Pen. decis. 80. num. 8. coram bon. mem. Coccino decis. 144. num. 7. ac conferunt adducta in Romana Palatij 4. Maij 1648. coram me, §. penult.*

Eoque magis cum huiusmodi exceptiones visæ fuerint irreleuantes prima siquidem de omisso Iuramento obseruandi Statuta, & consuetudines, remouetur ex facto, quia iustificatum fuit ex propria confessione ipsius met Capituli, & Canonicorum, illud à Lamberto actualiter præstitum fuisse, vt in eius Summario responsionis num. 3. Quòd verò ipse omiserit iurare, Præbendam non esse grauatam aliqua pensione, tollitur ob dispensationem Apostolicam desuper impetratam.

Secunda ob non pręstitam cautionem releuan-

Ieiunandi indemnem, exposcit altiorem indaginem; † Tum quia allegata consuetudo non
3 iustificatur legitimè præscripta *iuxta dispositionem cap. final. vbi gloss. verbo legitimè de consuetud.*
4 Neque probatur in specie casus, de quo agitur, scilicet, contra Prouisos, & Pensionarios Apostolica authoritate suffultos, vt necessarium esset per *tex. in cap. fin. eodem tit. in* 6. Tum etiam quia non satis liquet, An, probata, releuaret, vel quia in præfatis litteris Apostolicis substãtialiter abrogata fuerit, vel quia, vt prętenditur, repugnat iuris communis dispositioni,
5 qua attenta † illi tenentur pensionem, qui fructus percipiunt, *Dec. cons.* 155. *num.* 1. *Gig. de Pension. quæst.* 39. *num.* 6. *&* 7. *inter tract. magn. tom.* 15. *par.* 1. *fol. mihi* 344. *optimè Gonzal. super regul.* 8
6 *glos.* 5. *§.* 5. *num.* 44. vbi, † quod quando Capitulum propter absentiam, obitum, vel aliam causam recipit fructus, aut distributiones, super quibus Apostolica authoritate pensio imposita fuerat, illam soluere tenetur, *idemque firmant Garz. de benef. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 215. *Lotther. de re benef. lib.* 1. *quæst.* 39. *num.* 31. *& seqq. Barbos. in praxi exigen. pension. lib.* 1. *vot.* 5. *num.* 13.
7 reddens rationem, quia scilicet; † Pensio est onus fructuum, & ipsis fructibus inhęret, *Rot. coram Crescent. decis.* 3. *num.* 2. *cum seqq. de solut. in Romana pensionis* 4. *Iunii* 1593. *coram Litta, relata per Garz. vbi supra dicto cap.* 5. *num.* 214. *cor. Card. Mantic. decis.* 339. *num.* 3. *coram Card. Mellin. decis.* 448. *sub num.* 2. *cum seq. repetit. in recent. decis.* 133. *part.* 2. *& decis.* 407. *num.* 2. *pariter cum sequent. part.* 3.

Tertia denique ob non electam residentiã in Domo Canonicali eliditur pariter ex actu electionis domus sitę intrà Claustrum dictæ Ecclesię factę per Lambertum, & Capitulo notificatę Summario illius num. 2. Quę quidem electio eò magis illi suffragari debet,
8 quia † cum Capitulum recusauerit ipsum ad primam residentiam admittere, & sic Domũ Canonicalem assignare, in illa vtique eligi non poterat. Ideoque impedimentum à Capitulo pręstitum ipsi nocere non debet, *l. si cum ipse, vbi Bart. ff. de excusat. Tutor. & Curat. Rota coram sanct. mem. Greg. decis.* 341. *num.* 2. *cor. Pen. decis.* 123. *num.* 4. *coram Buratt. decis.* 396. *num.* 3. *& in Melexitana Antianitatis* 1. *Iulii* 1643. *cor. R. P. D. meo Verospio §.* 1. *cum seqq.*
9 Tandem sufficit, † quod his omnibus reiectis fuerit decreta executio litterarum, ac per Signaturam specialiter prę̄seruata, vt in hoc Iudicio retardari non possit, vt fuit dictum in *Eugubina pensionis coram Patriarcha Manzanedo, & post. Modern. Perus. de manut. decis.* 309. *num.* 3. *cum seqq. Marescott. var. resol. c.* 86. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 1.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BICHIO

Calaguritana Beneficii

Lunæ 15. *Ianuarii* 1652.

ARGVMENTVM.

Ordinarius vbi plures ad Beneficium Curatum approbati fuerunt, an possit instituere quem maluerit, vel debeat digniorem eligere clarè demonstratur; Sacerdos ex quibus efficiatur dignior, itaut in concursu cœteris veniat pręferendus latissimè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos, qui ætate & Sacerdotio est antiquior, & curam animarum aliàs exercuit in concursu cum alijs, præferendus est.*
2 *Maximè in concursu cum eo, qui in examine prima vice fuerit reprobatus, quamuis deinde approbationem reportauerit.*
3 *Sacerdos qui semper in concursu fuit approbatus censetur dignior illo, qui fuit aliquando reprobatus.*
4 *Ordinarius quando præsumatur digniorem elegisse in conferendis beneficijs maximè curatis, & quando secus.*
5 *Præsentatio, seu institutio ad aliquod beneficium, quæ fuit declarata attentata, attendi non debet.*
6 *Præsentatio attentata est, ac si non emanasset.*
7 *Ordinarius ex pluribus approbatis ad curam instituere debet digniorem, & eius arbitrium liberum, & solum est, vbi de aliorum præeminentia non constat & n.* 9.
8 *Ordinarius in casu plurium approbatorum ad simplex beneficium, quod licet bonus vir obtinere possit, tamen debet eligere digniorem.*
10 *Prouisio Apostolica restringitur ad limites supplicationis.*
11 *& non nocet illi, qui in dicta supplicatione non fuit nominatus.*
12 *Clausula,* dummodo de tempore datæ præsentium, non sit alteri ius quæsitum, *non præseruat ius quæsitum ex sola oppositione, & quando secus n.* 14.
13 *Ordinarius vbi plures ad beneficium curatum approbati fuerunt instituere potest quam maluerit, data tamen æqualitate meritorum.*
15 *Præsentatio assimilatur illi, qui tanquam dignior præsentari debuit.*
16 *Papa non censetur alicuius iuri in litem deducto voluisse præiudicare, nisi illius mentionem fecerit.*
17 *Appellatio interposita à die scientiæ sustinetur, quando citatio non fuit personaliter executa.*
18 *Appellationem ab vno ex socijs interpositam, potest alter socius prosequi.*
19 *Sacerdos doctoratus laurea decoratus, in concursu præferri debet illi, qui ea dignitate caret.*
20 *Sacerdos originarius ex loco beneficij debet in concursu cum alijs præferri.*
21 *Sacerdos, qui in eadem Ecclesia curam animarum exercuit in concursu præferendus est.*
22 *Beneficium non habens præferendus est habenti.*
23 *Beneficium non habens an præferendus sit habenti, quando beneficium esset insufficiens & n.* 24.
25 *Beneficiatus maioribus qualitatibus præditus præferendus est non beneficiato.*

DECISIO CCX.

OPPOSITORES inter admissos per sen-
tentiam Ordinarij latam de mense
Maij 1647. ad integrum beneficium morte
Petri la Questa vacans in Ecclesiis Parrochia-
libus Sanctorum Iacobi, & Andreæ Ciuitatis
Calaguritanæ, idonei etiam ad Curam ani-
marum ab examinatoribus Synodalibus re-
nunciati fuerunt plures, vt in Summar. An-
tonij num. 2. sed Antonius Gualite non ob-
stante quod alij à dicta relatione appellassent,
fuit à Beneficiatis præsentatus, & ab Ordina-
1 rio institutus. † Nunc in gradu appellationis
de prælatione contendunt idem Antonius
Gualite, Michael Gurrea, Stephanus Palatios,
& Ioannes Gonzales quorum meritis, & qua-
litatibus hodie discussis præcellere Antonio,
& Michaeli visi sunt Stephanus, & Ioannes,
quia sunt ætate, ac sacerdotio antiquiores, al-
ter ex illis, vt infrà dicetur est Baccalaureus,
& ambo curam animarum alias exercuerunt,
quod in his terminis ponderauit Rota in plu-
ribus decisionibus relatis in *Calaguritana Bene-
ficii della Casa della Reina 27. Martij 1648. §. quod
autem, coram Reuerendiss. Terracinen. & in Calagu-
ritana Beneficij de Logrono 11. Februarij 1650. sub
2 §. 1. coram R.P.D. meo Verospio*, † facilius con-
tra Michaelem, qui in examine habito in par-
tibus, & iterum prima vice in Curia fuit re-
probatus, quamuis in tertio approbationem
reportauerit; nam vt responsum fuit in *Cala-
guritana beneficiorum 26. Iunij 1648. §. quo magis,
3 coram me*, † tertium examen non præiudicat
coopositoribus non citatis, qui præterea eo
quod ab omnibus fuerunt approbati censen-
tur digniores Michaele bis reprobato, *Buratt.
decis. 362. num. 9. in fin. & num. 10. Rot. in Calaguri-
tana beneficij de Logrono 27. Aprilis 1646. §. quod
vero, versicul. cum tamen, coram R. P. D. meo
Rojas*.

4 Neque † Antonium iuuat supra memorata
institutio Ordinarij siue prouisio Apostolica
ex causa concordiæ cum Michaele initæ ob-
tenta; nam institutio Ordinarii tunc demum
præsumptionē dignioritatis, cum ab Ordina-
rij iudicio præelectionem, videlicet habentis
pendet, secus in casu nostro, quo cadit super
præsentationem beneficiatorum, eamque se-
qui Ordinarius debuit, & sic ipsorum benefi-
ciatorum dumtaxat iudicium præualet, quod
ex præfatis aliorum coopositorum meritis er-
roneum dignoscitur, vt in puncto respondit
*Rota in Calaguritana beneficij 27. Nouembris 1648.
5 §. fin. coram me*. † Eoque minus eidem præ-
sentationi, & institutioni deferri debet, cum
fuerit declarata attentata, vt fuit ponderatum
*in dicto §. fin. & in decis. 572. num. 9. par. 1. recent. in
Calaguritana beneficii del Ziego 6. Februarij 1651.
coram R.P.D. meo Verospio, in Calaguritana benefi-
cij de Nieua 20. Aprilis eiusdem anni coram R.P.D.
meo Otthobono.*

Vnde nil refert, quod ex Constitutione
Clem. VIII. quia plures oppositores declarati
fuerunt sufficientes ad Curata Beneficiati prę-
sentare potuerint quem maluerint, & sic An-
6 tonium non attento an alij sint † digniores,
quia præsentatio attentata est, ac si non ema-
nasset *Rot. coram Buratt. dec. 642. n. 6. & dec. 16. n. 3.
7 apud Modern. Perusin. de manut.* † & verius est,
quod etiam ex pluribus approbatis ad curam
præsentandus est dignior, itaut arbitrium be-
neficiatis concessum liberum quidem sit, vbi
de alterius ex approbatis præeminentia non
constat, in quibus terminis loquitur *decis. 572.
8 num. 8. par. 1. recent.* † at è conuerso digniori sit
debitum, prout eadem constitutio disponit in
casu plurium approbatorum ad simplicia, &
bonum virum decet, vt declarauit *Rot. in dicta
Calaguritana beneficij §. & hic coram me*, quæ iux-
ta inueteratum stylum huius sacri Tribunalis
non potest incidenter in dubium reuocari, &
9 solidissimis nititur fundamentis † idemque
in terminis plurium approbatorum ad curata
decisum prius fuerat in *Calaguritana beneficii de
Lumbreras 4. Iunij 1646. §. penul. coram R.P.D. meo
Otthobono*.

10 Prouisio † autem Apostolica cum emana-
uerit pro confirmarione concordiæ, ideoque
ad eius limites restringatur *l. Aurelius 29. §. te-
stamento, ff. liber, legat. cap. 1. & 2. de confirm. vtil.
vel inutil. Surd. cons. 349. num. 7. Rot. dec. 301. nu. 1.
11 par. 1. recent.* † non nocet Ioanni, & Stephano
in ipsa concordia non nominaris, *Bald. in l. 3.
num. 3. vers. sed quid si iste, C. si aduersus rem iudic.
Corn. cons. 9. num. 5. vers. quia confirmatio lib. 3. Gab.
cons. 129. num. 18. & 19. lib. 1. Mohed. decis. 7. nu. 4.
12 de restit. spoliat. Burat. dec. 170. num. 5.* † Præser-
tim stante clausula ibidem apposita dummo-
do tempore datę præsentium non sit alteri ius
quæsitum, qua & si non præseruari ius quæ-
situm ex sola oppositione iuncta etiam exa-
minatorum approbatione dixerit *Rot. dicta de-
13 cis. 572. num. 6. & 7. par. 1. recent.* † ea ratione,
quia tale ius non est considerabile, & validum
cum possent Beneficiati præsentare quem
maluissent, quod vt supra dicebatur intelli-
gendum est data in coopositoribus æqualita-
te meritornm, vt etiam decisum fuit in *Cala-
guritana beneficii S. Martini 10. Maij 1649. §. &
14 quidem coram R.P.D. meo Corrado*, † præserua-
tur sanè quando alter ex illis est dignior, &
res fuit in iudicium deducta, vt respondit *Ro-
ta coram Put. decis. 252. num. 2. lib. 3. in corr. dec. 97.
num. 2. par. 3. recent. & in dicta Calaguritana benefi-
cij de Logrono 11. Februarij 1650. §. fin. in fin. coram
R.P.D. meo Verospio, & prius in alia Calaguritana
beneficij 7. Maii 1638. §. 1. & seqq. cor. Reuerendiss.
Salamantino.*

15 Nimirum † dignior quippe qui iuxta con-
stitutionem Clementinam præsentari debuit
assimilatur præsentato *Lotther. de re benef. lib. 2.
quæst. 38. num. 26. & seqq. Put. decis. 252. sub num. 2.
& 3. lib. 3. in corr. Rot. d. decis. 97. num. 3. par. 3. rec.
in Tarraconen. beneficij 10. Ianuarij 1639. cor. Re-
uerendiss. Salamantino, & in Gerunden. beneficij 27.
16 Iunij 1644. coram me*, † ipsa litis introductio
addit ius, cui Papa nisi illius mentionem fa-
ciat non censetur voluisse præiudicare *cap. fin.
vt lit. penden. & in cap. fin. de const. notat. Card. q. 6.
Imol. sub num. 10. vers. & sic ex prædictis, Aretin.
num. 7. vers. per textum, Cassad. dec. 18. num. 6. de præ-
bend.*

bend. Burait.dec.779. num. 10. Et gratis dicitur litem quoad Stephanum, & Ioannem tunc temporis fuisse extinctam eo quod à sententia
17 institutionis non appellauerant; † dum enim non probatur illos fuisse personaliter citatos appellare potuerunt à die scientiæ *Ang. in l. 1. vers. & ideo, C. tempor. appell. Capic. dec. 139. in fin. Rot.dec.16.num.2.de dol.& contum.in nou. decis. 46. num.1.de appell.in antiq. dec.55.num.2. par. 1. diuers. & in Volaterana Prioratus 5.Maij 1645. §.*
18 *neq; res iudic.coram me*, † & appellationem nedum à Michaele, sed etiam ab alijs coopositoribus interpositam prosequi *Scacc. de appell. quæst.12.num.74. & seq. post Salyc. & alios ibi allegatos*, & in his terminis fuit dictum in *Calaguritana beneficij de Logrono 20. Nouembris proximè præteriti coram R.P.D. meo Verospio.*

19 Inter † ipsos verò Stephanum, & Ioannem, hic dignior, & præferendus visus est, tum ob gradum Baccalaureatus, quo caret Stephanus quemque Rota in his terminis semper magni fecit, vt dictum fuit in supracitata *Calaguritana beneficij della Nieua coram R. P. D. meo Otthobono, & in Calaguritana beneficij de Logrono 20. Nouembris proximè præteriti coram R. P. D. meo Verospio, in Calaguritana beneficij de Ziego 6. Febr. 1651. cor. eodem.*

20 Tum † quia nedum est filius naturalis, sed originarius Ciuitatis Calaguritanæ, atque descendens ab auis, & matre Parrochianis Ecclesiæ Sancti Andreæ, in qua situm est beneficium controuersum, vt probant testes dati in eius Summario num.1. quæ qualitas originis in loco beneficij ponderatur ad effectum prælationis in *Calaguritana beneficij de Logrono 27. Aprilis 1646.§.quod vero, coram R. P. D. meo*
21 *Rojas.* † Tum tertio quia curam animarum in eadem Ecclesia, de qua agitur exercuit, quod ponderauit *Rota in sepius citata Calaguritana Beneficij de Logrono 11. Februarij 1650.§.1.vers in eadem, coram R.P.D. meo Verospio, facit dec.373. num.1.& 2.par.4.tom.2.recent.ac text.in cap.nullus c.obitum 61.dist.c.cum inter Canonicos, ibiq.glos.verb aliam de elect.*

22 Non obstat, † quòd Ioannes possideat aliud integrum beneficium, ac propterea præferendus sit Stephanus nullum aliud beneficium habens, *iuxt.tex.in c.bis cui de præben. in 6. Garz. de benef.par.7.cap.9.nu.12.& 13. Seraph.dec. 767. num.1. Penia in his terminis dec.388. num. 3. & 4.* Quia hoc non probatur nisi ex fidibus extraiudicialibus datis in Summario Stephani numer. 6. & 7. cum tamen tanquam fundamẽtum intentionis plenè, & concludenter probari debuisset, tum paupertas Stephani, qui imo ad titulum alterius beneficij sacris Ordinibus insignitus asseritur, tum pacifica possessio Ioannis asserti beneficij, quodque illud
23 sufficiat ad eius honestam † substentationem, nam extra terminos regulæ Cancellariæ 17. de concurrentibus in data, quæ beneficium etiam minus sufficiens satis esse, vt non be-
24 neficiatus præferatur, tradit *ibid. Mandos.& Io. à Cokier.relati in Lucana Cappellania 7. Iunij proximè præteriti §.posita verò, coram me,* certum est de iure communi, quod nisi beneficia alias sint incompatibilia assecutioni secundi etiam in concursu non habentis beneficium, non obest primus honestæ substentationi non idoneum, ad tradita per *Innoc.in cap.fin.num.1 de Cler.non resid. & in cap.cum iam dudum num. 2. & 4. de præben. Garz.de benef.par.11.cap.5.n. 264. & 307. & in puncto Rota in dicta Calaguritana beneficij della casa della Reina §.minus facit, coram Reuerendissimo Terracinen.* vbi vlterius ponde-
25 ratur, † quod beneficiatus maioribus qualitatibus præditus præferendus est non beneficiato, vt etiam dixit *Rota decis.61.num.4.part.3. recent. & in dicta Lucana Cappellania §. non obstat, coram me, & nuperrimè in Calaguritana beneficij de Bannares 11. Decembris proximè præteriti cor. R.P.D. meo Otthobono.*

Et ita decisum omnibus informantibus.

R. P. D. ZARATE

Romana bonorum, seu Vsusfructus

Veneris 19. Ianuarij 1652.

ARGVMENTVM.

Alimenta, & sumptus litis ad hoc, vt peti possint necessarium est, quod concurrat bonum ius, vel ex sententia, vel ex Decisionibus ortũ, Et paupertas, quę excluditur si quis Domum possideat, & artificium exerceat cum quo possit viuere. Declaratio voluntatis testatoris potest fieri ab habente facultatem, & à testibus etiam singularibus.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta, & sumptus litis ad hoc, vt peti possint debet concurrere bonum ius, & paupertas.n.4.*
2 *Pauper non dicitur, qui possidet domum, & habet artificium ex quo viuere possit.*
3 *Paupertas ad effectum consequendi alimenta non dicitur iustificata quando quis operando potest aliquid lucrare.*
4 *Bonum ius ad effectum consequendi alimenta debet iustificari, vel ex sententia fauorabili vel ex decisionibus Rotæ & n.5.*
5 *Decisiones Rotales inducunt præsumptionem boni iuris.*
6 *Declaratio facta lite pendente, & sine iuramento ab eo, cui à testatore fuerat commissa non meretur fidem fallit si dicta declaratio roboretur ex decisionibus testium n. 8.*
7 *Declaratio voluntatis testatoris facta ab eo, cui fuerat commissa si sumitur tamquam declaratio testis indiget iuramento, secus si sumatur tamquam arbitratoris.*
9 *Voluntas testatoris per duos testes declaratur, sed non pobatur.*
Maximè si sint contestes dummodo etiam si essent singulare declararetur n.10.& 11.
12 *Commendatio generalis à testatore facta de suis consanguineis non debet intelligi de illis, qui sibi erant odiosi.*
13 *Testatoris mens & intentio non debent frustari.*

DECISIO CCXI.

EDITA decisione in hac causa die 4. Maij 1646. coram bon. mem. Arguelles, quæ declarationem Patris Probi in Testamento Adriani commissam ad mentem, & voluntatem Testatoris reduxit, exprimendo dimidiam partem vsusfructus relicti Patri Probo assignari debere pro collocandis Virginibus familiæ, cum in sua dispositione suum sanguinem commendasset. Nunc Franciscus Coppa Testatoris frater Patruelis, Catherinã suam filiam tanquam de familia, & sanguine sub hoc legato comprehensam contendit:sub prætextu verò, quod ægestate, & inopia laboret. & quod ipsi bonum ius suffragetur interim pro alimentis,& litis expensis insistit quare præinsertum dubium proposui. An, & ad quam summam debeantur alimenta, & sumptus litis,& neutrũ deberi Domini respõderũt

Deficiunt siquidem duo necessaria requisita, vt alimenta, & sumptus litis præstentur,
1 paupertas scilicet, † & bonum ius,quæ simul ad hunc effectum concurrere debent iuxta text.in l.si Instituta 27.§. de inofficioso, vbi glos. & Faber ff.de inoff. test. l.fin. §.Si et. & §.cum si tales C.de ordin.cognat. l.penult.ff.vt in poss.leg. Rota cor. Seraph.decis.426. num.1.decis.617. n.6.par.4.tom.3 rec.in Anconitana alimentorum 4.Iunij 1646.in prin cor.bo.mem.Arguelles.

Paupertas etenim Francisci non satis iustificatur, cum è conuerso dicatur domum
2 possidere, & sutorem esse Calceorum, † quare pauper dici non potest, cum ex dictæ domus redditu, & artificio secundum suam conditionem viuere possit, gloss. in l. si quis argentum C.de donat. Add.ad Bart. in l. spadonem §. est autem num. 1.ff. de excus. tut. Leoncill. de priuileg. paup. par.1.quæst. 3.num.45. Ad effectum enim consequendi alimenta non censetur paupertas
3 tas sufficienter iustificata, † quando quis potest operando aliquid lucrari, Leoncil. vbi proximè num.62.Surd.de alim.tit.7.quæst.6.num.2.cum seqq. Rota coram Buratt. decis.41.num. 7. & in annotat.ad d.decis.617.n.112.par.4.tom.3.rec.

Neque enim sufficeret paupertas quando-
4 quidem † nec bonum ius ex parte Francisci, & eius filiæ iustificatur vel ex sententia fauorabili, iuxta tradita per Couar.pract.quæst.cap. 6. num.6.Rot.decis.250.num.2.par.1.& in allegata decis.617.num.8. par.4.tom.3.rec. vbi latè in annotat. num.123. vel etiam ex decisionibus, quas pro
5 se habeant, † quæ boni iuris præsumptionem inducerent. Rota decis.34.num.3.par.7. recent. & cor.san.mem.Greg.XV.dec. 524. num.3.& in d.Anconitana alimentorum 4. Iunij 1646. §. præsumptio etiam cor.bo.mem.Arguelles.

Ex dispositione verò Testatoris suum sanguinem commendantis,talis præsumptio desumi non potest,nam illa ex declaratione Pa-
6 tris Probi interpretationem recepit, † quæ licet pendente absque iuramento facta fuerit, prout alias requiritur, ex traditis per DD. in l.Theopompus ff.de dote prælег. Et omissa distinctione, quod Pater Probus assumptus fuerit tanquam Testis voluntatis Testatoris,vel tan-
7 quàm arbitrator, † quo casu non est necessarium iuramentum,vt distinxit Bart.in d.l.Theopompus num.7.Afflict.decis.371.n.6.& 7.Rot.in Romana legatorum 27.Maij 1639.cor.clar.mem. Card.
8 Verospio. † Certum est, quod in præsenti hæc declaratio Patris Probi fidem mœretur vti roborata ex depositione duorum Testium pro Antonio examinatorum,vt in eius Sum.n.3. & 4. Ex quibus constat Testatorem in actu testandi nusquam fecisse mentionem de alijs consanguineis,quàm de Antonio,eiusq; sororibus, quodque proximus morti dictas sorores Margaritam, & Agnetem nuncupatas cõmendauit Patri Probo. Ex istis enim depositionibus voluntas Testatoris declaratur,atque illa verba Patri Probo directa, Raccomandandoli sempre il suo sangue, referri debere ad sorores Antonii, ad quam voluntatem declarandam benè sufficiunt duo Testes, qui fuerunt præ-
9 sentes, † licet satis non essent ad probandam ex integro voluntatem Surd.cons. 129.num. 29. Honded.cons.51.n.76. & seq.lib.2. Ioan. Franc. de Ponte cons.63.n.9.& seq.lib.1.Cancer.var.resol.par. 3.cap.20.n.408.& seq. Rot.dec.761.n.13.par.1.rec. Carpentorat. hæredit.28.Iunij 1647.§. secundo quia coram R.P.D. meo Bichio, & in Pisauren. iocalium 22.Iunij 1648.§. Et prædictis Testibus, vers. & in fortioribus terminis cor.bo.mem.Arguelles. Maximè cum sint contestes,& deponant de eisdem verbis à Testatore prolatis, eaque fuisse emissa
10 pluribus personis præsentibus, † quamuis se ad inuicem non nominent Grat.disc.for.c.948.
11 num.13. † Et quamuis singulares essent, nihilominus probarent ex doctr. Castr.cons.395.n.1 vers.isti quidem Testes post med.lib.1.Rot.cor. Card. Seraph. dec.1302.n.1.& dec.765.n.7.par. 2. rec. in allegata Pisauren.iocalium eodem §. & prædictis cor. bo.mem. Arguelles.

Vnde non solum prædilectum Antonium, & eius sorores apparet, verum etiam alios consanguineos non ita acceptos,atque aliquo
12 modo odiosos Testatori fuisse, † vt ijdem Testes deponunt,quare non præsumitur,quod sub illa commendatione generali sui sanguinis voluisset Testator cœteros consanguineos comprehendere,vt probauit Soccin.sen.in l.vtrũ §.cum quidam col.3.ff. de reb.dub.Fusar.de subst. q. 317.num.10.Molin.lib.1.de primog.cap.9. num. 13. Surd.dec.41.n.1. Et consequenter, quamuis facultas eligendi ex consanguineis Patri Probo relicta fuisset, non possit eligere Franciscum; qui Testatoris erat odiosus.

Stante verò decis. bonæ memoriæ Arguelles assignante dimidiam partem vsusfructus Patri Probo pro suffragio Animæ Testatoris, & pro collocandis Virginibus, nullo iure Franciscus in alimenta sui, & familiæ ipsius conuertendam partem vsusfructus tanquam
13 in alienam causam prætendere potest, † nam mens, & intentio Testatoris frustraretur contra tex.in §.disponat. Auth.de nupt.Rota. decis. 17. n.6.par.7.rec.

Atque ita vtraque parte &c.

Decisio ista edita in hac ead. causa sub die 4. Maij 1646.cor.eod.bo.me. Arguelles,cum non sit impressa erit infra in fin.in Miscellan.

R.D.P.

R. P. D. M E L T I O,
Postea Episcopo PAPIEN.
Calaguritana Beneficii.

Veneris 26. Ianuarij 1652.

ARGVMENTVM.

Iudicialiter, quando fuit processum datur appellatio ad vtrumque effectum, tàm à relatione examinatorum, quàm ab institutione ad beneficium. Possessio attentata est reuocanda, ne attentans gaudeat beneficio vitiosæ possessionis.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio datur à relatione examinatorum, & quando.*
2 *Appellatio datur ab institutione ad beneficium, & quando.*
3 *Institutionis ad beneficium actus, quando mere sit interlocutorius, & quando non.*
4 *in Actu institutionis beneficij, quando dicatur fuisse processum iudicialiter. & num. 5.*
6 *Relatio examinatorum, quando ad vtrumque effectū recipiat appellationem.*
7 *Attentata omnia sunt gesta pendente termino dato ad appellandum.*
8 *post Appellationem interpositam omnia gesta non possunt excusari à vitio attentatorum.*
9 *Attentans commodo vitiosæ possessionis, non debet gaudere.*
10 *Beneficij possessio dum est vacua, sequestranda venit ne interim beneficij fructus, & bona dilapidentur.*

DECISIO CCXII.

VACANTE dimidio Beneficio in Ecclesia Parochiali Oppidi de Lumbreras Calaguritanæ Diœcesis per ascensum, quem ad integrum fecerat Petrus Garzias illius vltimus possessor, prēmissis de more solitis ædictis ad formam Indulti sanct:mem: Clementis VIII. Prouisor declarauit per eius sententiam latam sub die 26. Augusti 1650. legitimos contradictores omnes, qui ad dictum Beneficium sese opposuerant, *Summar. Presbyteri Marci Saluador num. 2.* & deindè ijdem remissi fuerunt ad examinatores Synodales, qui æqualiter omnes pro idoneis renunciarunt, *eodem Summ. num. 3.* Ab hac autem relatione dictus Marcus Saluador vnus ex dictus oppositoribus, qui ex prērogatiua qualitatis Sacerdotalis, ac maioris ætatis se alijs prēferendum esse prētendebat appellauit ad Sanctissimum sub die 27. eiusdem mensis Augusti, qua appellatione non obstante, cum dictus Prouisor dederit mandatum de præsentando directum Beneficiatis dictæ Ecclesiæ Parochialis Oppidi de Lumbreras, & ipsi in executionem dicti mandati præsentauerint Didacum Martinez, Morenum, qui sic præsentatus ab Ordinario collationem, siue institutionem; etiā obtinuit; Idcircò ab his omnibus interposita denuò per dictū Presbyterum Marcum Saluador appellatione, ac mihi commissa causa Dubitaui an constaret de attentatis, & affirmatiuè per Dominos responsum fuit.

Siquidem certum est, quod à relatione
1 examinatorum, † prout etiam ab institutione appellatio admittitur, quando fuit iudicialiter processum, prout in huiusmodi causis Calaguritanis firmauit sæpiùs Rota, & signanter *in Calaguritana Beneficiorum 17. Februarij 1648. coram R. P. D. meo Bichio §. 1. & §. sequen. vers. motus autem proprius, in Calaguritan. Beneficij de Brinas 13. Maij 1648. coram R. P. D. meo Pentingerto §. quia rectè, in Calaguritan. Beneficij S. Martini 10. Maij 1649. coram R. P. D. meo Corrado §. quoniam illius dispositio*; & ita etiam in terminis
2 appellationis interpositę † ab institutione decisum fuit post *Gemin. Franc. Calderinum, & alios ibi allegatos in Cracouien. Præpositura Sancti Floriani 27. Maij 1650. coram R. P. D. meo Bichio in princ. & §. recipit verò appellationem*; vbi etiam redditur ratio, quod institutio, quamuis de
3 sui natura non comparente † contradictore sit merè interlocutoria ex oppositione tamen contradictorum sortitur naturam diffinitiuæ à qua proindè appellare licet. *Garz. de benef. part. 9. cap. 4. nu. 16. Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 13. numer. 80. Rot. decis. 6. num. 2. part. 2. diuersor.*

Fuisse autem iudicialiter processum in proposito casu indicat, cum tenor sententiæ latæ per Prouisorem, tum plures alii præcedentes actus, scilicet affixio ædictorum, comparitio plurium oppositorum, declaratio super
5 eorum † patrimonialitate aliaque incumbentia facta quæ proculdubio iudicialem processum, & recognitionem præseferrunt, iuxta *notat. in cap. forus, §. in omni quoque negotio de verbor. significat.* & in his terminis respondit *Rot. decis. 266. nu. 4. vers. quia ex oppositione, & appellatione, &c. cum seqq. part. 3. lib. 3. diuers. & penès san. mem. Gregor. XV. decis. 515. num. 1. vers. quia ex appositione adictorum, & in alia Calaguritana Beneficij de Lumbreras 20. Aprilis 1626. coram R. P. D. meo Ottbobono, Calaguritan. Beneficij de Logrogno 19. Februarij 1649. coram R. P. D. meo Verospio in princip. vers. quia ex appositione adictorum*, necnon *Calaguritan. Beneficij de Nieua 14. Februarij 1650. coram bon. mem. Arguelles §. 1.*

Hinc cum appareat relationem examinatorum, ac institutionem fuisse ad vtrumque
6 effectum † appellabilem, sequitur, quod tam mandatum de prēsentando decretum sub die 27. Augusti, quàm ipsa prēsentatio facta sub eadem die, & collatio sub die 29. eiusdem sint
7 attentata, non solum † quia emanarunt pendente tempore ad appellandum à dicta rela-
8 tione, sed, † & fortius post ipsam interpositam appellationem, quo casu attenta excusari nunqnam possunt *cap. non solum de appellat. in 6. l. vnica, ff. nil nou. appell. pendent. Franc. in cap. ad audientiam in fin. eod. tit. de appellat. Lap. allegat. 1. num. 11. Lancell. de attent. part. 2. cap. 11. num. 17. cum seqq. Rota in Calaguritan. Beneficij 6. Nouembris 1648. coram R. P. D. meo Pentingero in princip.* &

& in Cremen. seù Ianuen. Pecuniaria super attentatis 1. Iulij 1648. coram R.P.D. meo Rojas §. 1.

His igitur stantibus attentatis possessio huius controuersi beneficij quatenus capta fuerit ponenda est sub sequestro ex laudabili stylo huius Sacri Tribunalis,
9 †ne attentans commodo vitiosæ possessionis fruatur, *Rota in Calaguritana Beneficij de Logrogno 19. February 1649 coram R.P.D. meo Verospio, & in Aquilana iurispatronatus 18. Iunij 1649. §. pendentia autem litis coram me, & in Calaguritana Beneficij de Erdorian 7. Maij 1649. corã R.P.D. meo Peutingerto §. fin. & in Meleuitana Cõmenda de Vaours 13. Maij 1650. coram R. P. D. meo Cerro §. firmatis attentatis*, si verò capta non fuerit, nihilominus, & tan-
10 quam vacans † sequestranda venit, ne interim fructus, & bona dilapidentur, iuxtà *text. in cap. olim de rescript.* vbi *Felin. nu. 1. Abb. in cap. 2. num. 14. de sequestr. poss. & fruct. Archid. in cap. quia res num. 11. vers. quod si duo 11. quæst. 1. Buratt. decis. 900. num. 1.*

Et ita informante tantum Marco Saluador resolutum fuit, &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Romana Dotis.

Luna 29. Ianuarij 1652.

ARGVMENTVM.

Dos quando dicatur congruè constituta, itaut excessiua dici non possit, primò loco tractatur; Deindè an Sixtinæ Cõstitutioni Papa derogasse censeatur, si de ea specialem mentionem non fecerit, sed simpliciter dotem in longè maiori quantitate constitutam confirmauit, maximè si dicta confirmatio de obreptionis vitio redargui posset, clarè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Dos congrua præsumitur illa, quæ fuit à Patre constituta, neque potest redargui de excessu.*
2 *Dos an possit dici congrua, vel excessiua ex quibus desumatur.*
3 *Dos, vt dicatur congrua, debet esse correspectiua legitimæ.*
4 *Filius iustis de causis potest exhæredari.*
5 *Constitutio Piana de congruitate dotis non est in vsu recepta, sed fuit abrogata ex Bulla Greg. XIII., & reformata à Sixto V.*
6 *Constitutioni Sixtinæ super congruitate dotis, quando censeatur à Papa derogatum, quamuis specialis mentio de ea non præcesserit.*
7 *Narratiua litterarum Apostolicarũ si falsitatis vitio redargui potest, numquid gratia remaneat nulla.*
8 *Dos quando non possit dici excessiua, licèt fuerit in maiori quantitate constituta, quàm alteri fœminæ eiusdem conditionis.*
9 *Dos constitui potest ex bonis Primogenituræ, quando non possit aliundè dotari.*
Amplia procedere, etiam stante prohibitione Testatoris. num. 12.
10 *Dos quando fuit constituta in bonis Primogenituræ præsumitur non extitisse alia bona libera, donec contrarium ab allegante probetur.*
13 *Negligentia Mariti constante matrimonio, non debet obesse Vxori, sed Viro est imputanda.*

DECISIO CCXIII.

DOTEM in scutis 13. mil. Victoriæ filiæ à Lęlio constitutam, cum post huius obitum eiusdem filij, ac fratres respectiuè Victoriæ redarguerent de excessu, neque ex Primogenituræ bonis detrahi posse contenderent, super vtroque per me hodie proposito dubio, in contrariam Domini iuere sententiam.
1 Quoniam † condecentia dotis in casu proposito visa fuit posse desumi non solum ex Patris eam constituentis iudicio, cui plurimum in hoc solet à iure deferri, vt in *l. furioso puberi in fin. ff. de curat. furios. l. nec in e. s. §. vlt. ff. de adulter. l. quidam cum filium, ff. de hæred. instit. Dec. in l. pactum quod dotale num. 19. C. de collat. Aym. cons. 236. num. 4. & alij plures relati per Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 149. num. 5. & per Ioseph. Ludouic. decis. 21. num. 52. Rota coram Mant. decis. 229. nu. 2. & decis. 131. nu. 3. part. 4. diuers. & decis. 195. nu. 3.*
2 *part. 2. recent.* † sed etiam tum ex nobilitate vtriusque Familię Historicorum monumentis, ac testibus iustificata, Tum ex vsu Ciuitatis, ac speciali huius domus consuetudine in fœminarum dotatione adhibita, ac pluriũ depositione testium comprobata, tum ex coniugis vtriusque facultatibus, ac pręcipuè Lęlij Patris, valorem excedentibus scutorum centum millium de tempore dotis constitutæ, vt constat ex legitimo calculo Iudicis auctoritate confecto, & ab vtraque parte subscripto. Ex quibus dotis condecentiam siuè excessum regulariter elici posse, probat *Text in l. quaro 61. l. cum post 70. §. gener. & §. nuptijs ff. de iur. dot.* notat. *Brunus de statut. fœminarum exclus. art. 9. quæst. 1. num. 32. Rota coram Caualer. decis. 260. num. 3. & coram bon. mem. Vrgell. decis. 26. num. 15. & in decis. 41. part. 4. tom. 2. & decis. 88.*
3 *num. 9. cum seqq. part. 5. recent.* † Et quia denique condecentia dotis congruerè debet quãtitati legitimæ, vt notant *Doct. in auth. res, quæ, C. commun. de leg. Dec. in cons. 106. num. 2. in fin. Decian. cons. 17. nu. 19. lib. 2. Aym. cons. 346. num. 5. Ioseph. Ludouic. decis. 21. num. 38. Bartius decis. 122. num. 6.* cuius tameu valori correspondet dos assigna-
4 ta Victoriæ: † Siquidem, licet ipsemet Lęlius septem superstitibus liberis decessisset, sex videlicet masculis, & altera fœmina, sorore Victoriæ, hæc tamen monasticam vitam elegit, ex masculis verò tres ipsius hæreditatem adiuisse non constat, cęteros iustis de causis ab eodem exheredatos ad ipsius patrimonium non potuisse aspirare, *per text. in l. Lucius, ff. de iure fisc. l. cum ratio, & l. sororem, ff. quibus, vt indign. Peregr. de iur. fisc. lib. 2. tit. 3 num. 1. cum alijs per Merlin. de legitima lib. 4. titul. 1. quæst. 18. numer. 1. & 2.*

5 Neque † dotis congruitatem excludit constitutio Piana, ædita de anno 1567. in ordine 39. Bullarij part. 2. ex cuius dispositione ad summam longè minorem reducitur competen-

petentia dotis: Cum enim hæc vsu recepta non fuerit, quinimò siue ex Bulla Gregorii XIII. abrogata, vt ponderauit *Rota coram Gregor.decis.267. & in Romana Casalis Auguzzani 27. Iunij 1640. coram R. P. D. meo Rojas*; siue reformata per alteram Sixti Quinti æditam
6 anno 1587. in ordine 52.eadem par.2. † huic postmodum constitutioni Sixtinæ in specie derogatum fuit à Clemente VIII. Pontifice in Breui super confirmatione Constitutionis dotis prędictæ,& quibuscumque insuper alijs Statutis,& Apostolicis Constitutionibus contrarijs, cuius virtute derogationis elisa censetur vis Constitutionis Sixtinæ, atque Pianæ, ac cæterarum omnium, quæ obesse posent, licet specialis earumdem mentio non pręcesserit, vt not. *Doct.in l.vlt. C.contr.iur.vel vtil. pub.* vbi *Cyn.num.2. Bart.num.4. in fin. Alex.consil.122.num.8.lib.4. Gonzal. ad reg.8. gloss.36. numer.66.* cęterique relati in vna *Meleutana Antianitatis 1.Iunij 1643. coram me in vltim.* §.

7 Hoc † verò Breue Clementis pro huius dotis confirmatione expeditum, obreptionis vitio redargui non poterit, quod ibi enuncietur, maiorem pro legitima summam competisse Victoriæ. Preterquam enim ipsa tantummodo remanserat hæres Lęlij Patris, vt fuit superiùs ostensum,adeòque ex facto corruit obiectio; dum gratia Summi Pontificis non huiusmodi enunciatiuè innititur,sed fundatur in eo, quod Constitutio vsu recepta non foret, siue vsu contrario abrogata, ne ve huiusmodi oppositionis prætextu voluntas contrahentium, ac fides, & iuramenta eluderentur, vt legitur expresè in §.*Nos considerantes*; Enunciatio illa licet iustificata non foret, quinimò posset falsitatis vitio redargui non tamen gratiæ nullitatem operatur ex noe tatis in *cap.ex parte,& in cap.cũ olim,& in cap.inter cæteras de rescript. Felin.in cap.2.nu.23. eod.tit.* vbi etiam *Rip. num.58. Rota decis.7. de rescript. nou.& coram Bellamer.decis.280.coram Puteo 193. lib.1. & decis.69. lib.2.*

8 Neque † hæc dos Victoriæ ex eo poterit excessiua pręsumi, quod eam alias in sc.7000. *Rota taxauerit coram Sacrato in vna Romana Dotis 18. Martij 1619.* Quoniam ibidem As hæreditarium promissoris dotis, valorem sc.55. mil. non excessisse supponitur. Dum itaque in proposito casuu ex calculo ędito inter partes, ad valorem scutorum centum millium, & vltrà ascendise probatur patrimonium Lęlij dos consequenter in scut.13.mil. taxata Victoriæ eius quoque decisionis tenore perspecto non poterit excessiua pręsumi.

9 Altera pars dubij, † quod ex Primogenituræ bonis dos persolui possit robur asumit ex testibus pro parte Victorię formiter examinatis ac aliam bonorũ existentiam excludentibus, & Patris inopiam, cęterorum respectu bonorum iustificantibus, ex quibus nequeat illa persolui, vt respondit *Rot. in vna Romana Census 26. Iunij 1647. in §.qui est casus noster coram R. P. D. meo Bichio, & in Romana Dotis 13. Februarij 1640. in §.neque obstarent coram bon. mem. Card. Panzirolo, & in Romana hæreditatis 14. Decembris 1646. in §.& licet coram bon.me. Arguelles,*

10 dum † maximè coadiuuatur depositio ex pręsumptione iuris, cęterorum existentiam bonorum excludente in casu dotis iam constitutæ, donec contrarium ab allegante probetur,vt not. *Curt.Sen. cons.519. propè finem, Cancer. var. resol.lib.1. cap.9. num.174.* & plures alij relati per *Peregrin. de fideicomm. art.42. num.73. Rota coram Mant. decis.142. num.5. & coram bon. mem.Vegellen.decis.241.nu.4.* Ac iudicialis pręterea interpellatio Marchionis aduersarij pręcessit ad indicanda bona libera Lęlij, ex quibus eadem dos siue residuum illius consequi posset; Hinc enim satis probata censetur non existentia adhoc, vt contra Primogenituræ bona possit ad vlteriora procedi:

12 Hinc obesse † non poterit prohibitio Lucę Testatoris,qui primogenituram instituit,cum legis dispositionem, quoad detractionem cõgruæ dotis (qualis in proposito casu ex supra deductis hæc fuisse dignoscitur) impedire non valet, *l. nemo potest, ff.de leg.1. §.quamobrem, Auth.de restit. & ea*, quæ parit, *Rot. coram Gregor.decis.266.num.11.* & alias resolutum fuit in hac eadem causam *sub die 30.Maij 1618. coram bon.mem.Card. Fabritio Verospio,& sub die 20.Iunij 1619. coram Remboldo,& 29.Nouembris 1641. coram bon.mem.Merlino.*

Hanc quoque dotis detractionem ex Primogenituræ bonis impedire non poterit negligentia eiusdem Victoriæ obiecta in curanda satisfactione propriæ dotis ex pretio Castri Rocchæ Sicchæ,siue ex dote Hieronymæ Ma
13 tris: † Nulla enim constante matrimonio negligentia eidem obijci potest,sed idsius debet Viro imputari, non autem obesse Vxori, vt respondit *Rot.in Spoletana Salu. 3.Iunij 1639. coram bon. mem.Merlino*; Pręterquam prétium ex vẽditione Castri redactum anteriores exegerant creditores; Dos verò materna Hieronymæ scut. 10. mil. proportionabiliter restituta fuit filijs eiusdem Castri, eaque ad fauorem Dominorum de Maximis deducta pariter fuit in calculo in §.*Sextò pariter*,vt responsum fuit in dècisione præterita.

Denique obstare non poterunt, quæ super detractione fideicommissi Dominici repetuntur hunc enim articulum, nec in decisione bo:mem: Remboldi deductum responderunt Domini præsentis non esse indaginis, & in antecedenti præterea decisione fuisse sublata.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. ZARATE.

Romana Legati.

Lunæ 29. Ianuarij 1652.

ARGVMENTVM.

Manutentio non denegatur quando constat de possessione, possessio verò in hoc summarijssimo possessorio, leuioribus probationibus iustificata remanet ad effectũ obtinendi manutentionem, quam impediri non posse per sen-

sententiam latam in petitorio, neque per possessionem posteriorem, quando ille, de cuius possessione constat, non habuit se pro spoliato, constanter firmatur.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio denegari non potest probata possessione ante litem, & de tempore motæ litis.*

2 *Possessio ad effectum manutentionis non requiritur, vt fuerit acquisita cũ scientia, & patientia illius de cuius iure, & possessione non constat.*

3 *Quasi possessio deputandi Cappellanum probatur ex adnotatione Missarum in libro illius, qui Cappellanum deputauit concurrentibus adminiculis.*

4 *Scripturæ adhibetur fides iuxtà qualitatem scribentis.*

5 *Scriptura semel approbata, non potest deindè impugnari.*

6 *Scriptura approbata censetur, quando quis aliquo modo ea vsus fuit.*

7 *Mandatum procuræ præsumitur ex productione iurium.*

8 *in Iudicio possessorio sufficiunt leuiores, & semiplenæ probationes.*

9 *Possessio posterior non est manutenibilis quando possessor anterior non habet se pro spoliato.*

10 *Actus, qui dedit causam liti non tribuit aliquod ius considerabile, nec constituit quempiam in quasi possessione.*

11 *Manutentio impediri non potest per sententiam latam in petitorio, maximè si fuerit ab ea interposita appellatio.*

DECISIO CCXIV.

IN vltimo Elogio, quod condiderat Ducissa Cornelia Cæsarina cautum fuit: *Che il suo herede sia obligato perpetuamẽte doppo morte di S. E. far celebrare nella Chiesa di Santa Caterina di Siena vna Messa il giorno, e per detto effetto ordina che debbia dare alla Madre Camerlenga pro tempore duoi giulij per Messa ogn' anno anticipatamente.*

Statim sequuto obitu Testatricis, Moniales eius dispositionem adimplentes, Missas commendare cœperunt diuersis Sacerdotibus die 1. Augusti 1649. *vt ex Summario nu. 2.* & ad eorum eleemosynæ solutionem R.P.D. Cæsarinum dictæ Ducissæ filium, & hæredem coram R.P.D. Baranzono cõpulerunt, *Summ. num. 3.* Verùm dictus hæres prætendens ad se spectare deputationem Sacerdotis die 4. Decembris 1650. nominauit Reu. Ludouicum Marcuccium, vt dictas Missas celebraret, qui pro eius admissione coram Eminentissimo Card. Protectore Cappellæ S. D. N. institit, & posteà vna cum dicto R. P. D. Cæsarino coram R.P.D.V. Gerente super eius admissione, & pertinentia, nominationis sententiam reportauit, à qua appellationis causa ad Rotam deuoluta, proposui dubium, An, & cui dandum sit mandatum de manutenendo in possessione eligendi Sacerdotem; & Domini dandum esse Monialibus decreuerunt. Quia istæ per deputationem Sacerdotum, & solutiones illis factas constitutæ fuerunt in pos-

1 sessione dictum Sacerdotem deputandi. † Ex quibus actibus, cum resultet earumdem Monialium possessio, & ante litem, & de tempore motæ litis, non potest eis denegari manutentio, *vulg. §. retinendæ inst. de interdict.* vbi *Pichard. num. 7. l. 1. in princ. §. perpetuò, ff. vti possid. Rot. coram Caual. decis. 282. num. 1. in Aquilana Canonicatus 2. Iunij 1651. coram R. P. D. meo Celso,* & in his terminis penès *Vrgell. decis. 23. num. 1.*

2 *& decis. 74. num. pariter 1.* † Et hoc absque alia probatione scientiæ, & patientiæ dicti R.P.D. Cæsarini, quæ in hoc Summarissimo possessorio non est necessaria, dum de eius iure, & possessione non constat, *Gonzal. ad regul. 9. Cancell. gloss. 45. §. 2. num. 32. Modern. Perusin. de manut. obseru. 40. num. 21.* qui quam plures decisiones allegat, *Rota coram san. mem. Greg. XV. decis. 249. num. 8. & in Cracouien. Iuris respondendi 11. Decembris 1651. coram R.P.D. meo Bichio.*

Probatur insuper dictarum Monialium possessio ex libro Monasterij in quo scripta reperiuntur nomina Sacerdotum, qui Missas

3 pro anima Ducissæ celebrarunt. † Hic enim liber cum sit benè tentus, diligenter scriptus, & adminiculatus ex quietantijs, & receptis eorumdem Sacerdotum, cum expressione, quod celebrarunt Missas de ordine Monialium, *Summario num. 2.* facit sufficientem probationem ad effectum manutentionis, *Aymon. cons. 154. nu. 6. & 11. Rota coram Caualer. decis. 75. nu. 2. recent. in Signina Saluiani 14. Martij 1638. §. quia cum, coram Reuerendissimo Salamantino, in Recanaten. Manutentionis 12. Martij 1649. coram R.P.D. meo Verospio.*

4 Coadiuuatur † huiusmodi libri probatio, ex eo, quod scriptus reperitur à Reuerenda Cameraria muliere Religiosa, Nobili, vitæ morumque integritate præclara; ex qualitate enim scribentis fides scripturæ insurgit, *leg. si quis ex argentarijs 6. §. 2. ff. de eden. Surd. cons. 563. nu. 1. & decis. 199. num. 1.* Et remouetur omnis suspicio, *Rota decis. 547. numer. 12. part. 4. tom. 3. recent. & in Bononien. fideicommissi de Nascentorijs 15. Ianuarij 1649. §. de calumnia, vers. præcipuè, coram bon. mem. Arguelles.*

5 Et quod tollit omnem difficultatem † circa probationem ex dicto libro desumptam est, quod idem liber fuit à R.P.D. Cæsarino approbatus, dum illo vsus fuit in Congregatione Reuerendæ Fabricę ad effectum docendi de adimplemento legati dictarum Missarum. Ideò hodie illi contradicere non potest,

6 ex generali regula, † quod approbare videtur scripturam, quicumque ea aliquo modo vtitur, *l. cum precibus, C. de probat. cap. cum olim de cens. Surd. cons. 60. num. 13. & dicta decis. 199. num. 6. Rota coram Buratt. decis. 301. num. 1. & 3. & decis. 447. nu. 1. in Ariminen. Pecuniaria 22. Iunij 1646. §. vndè cessant, vers. & quod qui producit, & §. tertiò quia ex productione, coram bon. memoriæ Arguelles, in Meleuitana Canonicatum 13. Nouembris 1647. coram R.P.D. meo Otthobono.*

7 Nec facit, † quod hoc fuerit factum à Procuratore non habente mandatum, qui proptereà non potuit præiudicare Domino. Quia mandatum præsumptum resultat ex compari-

titio-

ritione, & productione testamenti, aditionis hæreditatis, instrumentorum crediti contra Ducem Cæsarinum fratrem, & aliorum iurium ab eodem Procuratore facta, *Cassad. decis.10.num.2.de proc. & coram Seraphin.decis.933.nu.2.& decis.350.num.3. part.4.diuers. in Maceraten.Magazzini,seù manutentionis 24.Ianuarij 1642. §.non obstat,coram Reuerendissimo Episcopo Patauino,& in Maceraten.Censuum 22.Iunij 1646. §. sed tamen, vers.quodque sufficiens probatio, coram bon. mem. Arguelles*.

8 Et hæc † omnia faciliùs procedunt in hoc summarissimo possessorio,quod leuioribus, imò semiplenis probationibus contentatur, *Nenizan. consil.400.num.11. Paz. de tenuta cap.7. numer.7. & 10. vers. & in contrarium. Menoch. de retinen. remed. vlt. num.34. Rota decis.375.num.2 lib.3. part.3. diuers. coram Mantic. decis.172.nu.2.* & fuit dictum *in Pisauren. manutentionis 4. Iulij 1646. in princip. & in Elboren. Beneficij 18, Februarij 1647. §. præsertim, coram bonæ memoriæ Arguelles*.

Minus habitus fuit in consideratione actus
9 possessorius, † nempè deputatio Cappellani ab eodem R. P. D. Cæsarino facta; quia istè actus tanquam posterior, turbatiuus,& clandestinus non est manutenibilis in præiudicium Monialium de sua anteriori possessione docentium se pro spoliatis non habētium, sed manuteneri petentium, *l.3. §.ex contrario, & §. seq. ff.de acqu. possess.cap.licet causam, §.ex præmissis de probat.Menoch.de retin.remed.3.n.740. vers.non verò loquitur, Rota decis.612.nu.4.part.1. diuers. & decis.99. num.5. vers. vltrà quod part.4. recentior. in Imolen. Beneficij 23.Iunij 1645. coram R. P. D. meo Corrado, in Pisauren. manutentionis 1.Februarij 1647. §.denique, coram bon.mem. Arguelles,& in Salernitana beneficij 1.Februarij 1651 coram R.P.D.meo Celso*.

10 Vltrà quod † illa deputatio dedit causam liti, sicque non constituit in quasi possessione, nec tribuit aliquod ius considerabile, *Rota decis.30.num.1. part.2. recent. coram sanct.mem. Gregor.XV. decis.4.num.2.& apud Canal.dec.634. num.10. & 650. num.2.*

11 Denique † nil releuat sententia Reu. P. D. V.Gerentis, quia concernit petitoriū, nec proindè apta impedire manutentionē, maximè cum fuerit interposita appellatio,quæ iudicatum suspendit, *l.furti 6. §.1.ff.de his qui not. infam. l.si quis 11. C.de reb. cred.* vbi communiter scribentes *Rota in Fanen. Præcedentiæ 1. Iulij 1648. §. quapropter, coram bon.mem. Arguelles*.

Reliqua verò hincindè deducta cum respiciant merita causæ ad aliud iudicium fuerunt reiecta.

Et ita fuit resolutum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. CORRADO.
Posteà S.R.E. CARDINALI.
Senogallien. Successionis.

Lunæ 29. Ianuarii 1652.

ARGVMENTVM.

Modus testandi per testamentum clausum receptus, atque approbatus est; verùm quia maximoperè dubitari contingit de identitate schedulæ, ideo ex quibus d. identitas iustificata remaneat, & quandò huiusmodi testamentum robur assumat clarè demonstratur; Si verò per statutum disponatur vt in aperitione d. testamenti citandi sint hæredes venientes ab intestato, an vitiet, si id fuerit omissum maximè si fuisset à testatore remissum, eruditè resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Immissio in possessionem bonorum defuncti concedenda est heredi scripto in testamento non cancellato.*
2 *Testamentum, quod dicitur in scriptis, est nullum si non fuerit seruata forma præscripta* in l.hac cōsultissima C. de Testam.
3 *Testamentum nuncupatiuum est nullum, si hæres non fuerit coram testibus palam nuncupatus.*
4 *per Testamentum clausum receptus, atque approbatus est modus testandi.*
5 *Testamentum non potest esse sine hæredis institutione*
6 *Testes deponentes pro affirmatiua præferri debent testibus super negatiua maximè vi possibilitatem non excludant.*
7 *Testamentum clausum adhuc potest dici nuncupatiuum, & non in scriptis amplia vt num.9.*
8 *Testamentum clausum debet à Notario in eius prothocollis registrari.*
10 *Testamentum clausum recipit robur ab eius traditione, & consignatione facta Notario, non autem à subscriptionibus.*
11 *in Testamento clauso non est necesse apponere diem, & locum, sed sufficit quòd per Notarium in instrumento super eo confecto fuerint apposita.*
12 *Testamenti clausi identitas ex quibus verificetur, & num.13.*
14 *Testator debet ipse rogare Testes & Notarium dum eius vult condere testamento.*
15 *Et huiusmodi requisitum quando remaneat iustificatum.*
16 *Testator an possit remittere, vt in aperitione eius testamenti clausi non citentur hæredes venientes ab intestato stante statuto id disponente.*
Et quid si statutum in solis testamentis id requireret, & Testator voluisset eius dispositionem valere vigore vltimæ voluntatis &c.
17 *Testamentum conditum in scriptis, quandò aperiendum est, citandi sunt hæredes venientes ab intestato.*
18 *in Testamenti aperitione, an & quando citandi sint hæredes venientes ab intestato.*
20 *Immissio vigore leg.fin.C. de Aedict.diu. Adr.tollen. non retardatur hæredi scripto per sententiam latam super nullitate Testamenti.*

21 *Testa-*

21 *Testamentum excludit venientes ab intestato.*
22 *Fideicommissarius licèt propria auctoritate possessionem acceperit non est legitimus contradictor cum hærede scripto.*
23 *Immissio hæredi scripto impediri non potest per exceptiones requirentes altiorem indaginem.*
24 *Immissionem hæredi scripto an possit mulier impedire ratione eius crediti dotalis.*
25 *Creditor anterior potest remoueri à possessione, facta restitutione seu deposito debitæ quantitatis.*

DECISIO CLXXX.

1 IMMISSIONEM † in possessionem bonorum hæreditatis q. Francisci Mariæ de Amatis censuerunt Domini concedendam esse Brunoro hæredi scripto in eius Testamēto non abolito, nec cancellato iuxta dispositionem *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollend. Menoch. adipisc. remed. 4. sub num. 56. vers. Quaro septimo*, & in his terminis respondit *Rot. penes Duran. decis. 178. 180. & 206. confirmata coram Reuerendiss. D. meo Terracinen. in Narnien. Hæreditatis sub die 16. Nouembris 1629. & 11. Ianuarii 1630. & in Roman. hæreditat. 19. Nouembris 1635. & 7. Aprilis 1636. coram bo. me. Coccino.*

2 Neque † visa fuit subsistens obiecta nullitatis eiusdem Testamenti exceptio, siue illud censeatur in scriptis, cum non fuerit seruata forma præscripta in *l. hac consultissima C. de te-*
3 *stam.* † siuè nuncupatiuum, cum hæres non fuerit corā testibus palam nuncupatus, prout cauetur in eadem *l. in §. per nuncupationem iuncta l. in testamentis C. eod. tit.*

Nam est quidem nuncupatiuum, sed implicitum, cum Testator conuocatis septem Testibus, ac Notario illi schedulam consignauerit, in qua d. Brunorus hæres fuit institutus, dicens in ea scriptum esse eius vltimum nuncupatiuum Testamentum, quod valere voluit iure Testamenti, Codicillorum, Donationis causa mortis, & alterius vltimæ voluntatis, vt constat ex ipso publico Instrumēto superinde confecto per Camillum Spaccalossium publicum Notarium, cuius originale fuit ad Vrbem transmissum de mādato Do-
4 minorum. † Qui sanè testandi modus per relationem ad scripturam certam receptus, atque approbatus est, nec aliam exposcit magis explicitam hæredis nominationem, quam scriptura relata demonstret, *ad l. Asse toto ff. de hæred. instit. l. institutio talis in verbo cuius nomen ff. de condit. instit. l. nominatim ff. de manumiss. testam. Bart. in l. si ita scripsero sub num. 1. vers. Ego dico ff. de condit. & demonst. & in l. qua hæredi sub num. 1. vers. Ego determino ff. de reb. dub. Bald. in d. l. Asse toto sub nu. 3. vers. item est argumentum hæc lex &c. ff. de hæred. instit. & pulchr. explicat Castr. in l. hæredes palam sub num. 2. vers. in textu & seq. ff. de testam. Alex. cons. 176. Viso Processu sub num. 6. vers. nec ad hoc obstat cum seq. lib. 5. Gozzadin. cons. 3. per tot Soccin. cons. 142. sub num. 5. vers. ex quibus omnibus cum seqq. lib. 1. Decian. cons. 74. per tot lib. 5. Crass. in §. Institutio quæst. 16. num. 3. vers. Ideoque &c. & seq. Clar. in §. Testamentum quæst. 4. sub numer. 3. vers. sed maior est difficultas, & quæst. 36. sub num. 2. vers. sed quid si testator. Magdalen. de numer. testium in testam. requisit. cap. 27. sub num. 9. vers. ex qua lectura cum plur. seqq. Mantic. de coniectur. lib. 1. tit. 7. sub num. 7. vers. Quartus, & vltimus casus est, Gutierez. Pract. qu. lib. 2. qu. 41. sub numer. 4. vers. ex quibus infertur cum seqq. Rot. penes Duran. d. dec. 206 per tot & in recen. decis. 263. numer. 6. vers. & modus testandi ac seqq. par. 4. tom. 2. & decis. 570. numer. 5. vers. neque visum fuit obstare cum seqq. ac dec. 581. numer. 5. & seqq. ead. par. 4. tom. 3. & in d. Narnien. hæreditat. coram Reuerendiss. D. meo Terracinen. 16. Nouembris 1629. in §. nihil facit cum seqq. & 11. Ianuarij 1630. in §. Ratio solutionis, & seq. & in d. Rom. hæreditat. coram bon. mem. Coccin. & Roman. Testamenti 14. Iunij 1649. coram R. P. D. meo Otthobon. in §. 1. & seq. cum alijs relatis per M. Ant. Thomat. decis. Rot. Macerat. 82. num. 19. vers. ita firmandum est, cum seqq.*

5 Nec est † necessarium (vt nonnulli DD. existimarunt) quod Testator in actu consignationis illius schedula formaliter exponat testibus, ac Notario hæredem in ea fuisse institutum. Verum dixisse sufficit, illud esse eius testamentum, cum his verbis hæredis institutio, (sine qua testamentum esse non potest, *l. 1. in fin. ff. de vulg. & pupill. §. Ante hæredis Inst. de legat. Mantic. decis. 225. num. 5. vers. & cum specialiter loquatur de testamento &c.*) comprehendatur, ac proinde implicitam præseferant illius nuncupationem, *Castr. in d. l. hæredes palam sub num. 2. vers. vt si coram septem testibus ff. de testam. & explicat Alex. d. cons. 176. num. 6. vers. Quia responderi potest, lib. 5. Decian. d. cons. 74. sub n. 14. vers. secundo, & infr. lib. 5. Sim. de Prat. de interpret. vlt. vol. fol. mihi 115. sub numer. 13. vers. vnde magis expeditum, & securum est*, & sensit *Rot. in dd. decis. Narnien. Hæredit. coram Reuerendiss. D. meo Terracinen. & in d. Roman. Hæredit. coram bo. mem. Coccino 19. Nouembris 1635. in §. nec in istis terminis obstat, & 7. Aprilis 1636. in §. neque obstat, quod Modestinus vers. Quia sufficit, quod Testator, & in d. Roman. Testament. coram R. P. D. meo Otthobono in §. continet enim Testamentum &c. cum cum seqq. atque alijs relatis probant Mar. Med. decis. Rot. Sen. 97. sub num. 24. vers. Responsio enim est clara cum seqq. & M. Anton. Thomat. d. decis. Macerat. 82. num. 27. vers. minus obstat cum seqq.*

Verum hoc etiam abūdat in proposito casu, in quo tàm ipse Notarius examinatus, quam tertius, & quartus testis testamentarii iuxta vigesimum secundum interrogatorium, & super tertio articulo deponunt præfati hæredis nomen fuisse à Testatore palàm expressum, quod non satis excludunt alij testes pro Amatis inducti nempe P. N. Ordinis Minorū Conu. iuxta primum interrogatorium additionale, ibi, *Et il Sig. Francesco Maria quando diede il foglio al Notaro disse, questo è il mio testamento, e voglio che sia il mio vltimo testamento, & mia vltima volontà, & non sentij che dicesse altro &c. & potrebbe essere, che il d. Sig. Francesco Maria nel tempo che consegnò il testamento dicesse altre parole, che io non le sentissi &c.* Et alius iuxta sextum in fine, ibi, *Mà le sentij dire le sudette parole, & non altro, & parlaua più tosto con voce sommessa, & bassa, che alta &c.* Et iuxta primum additiona-

na-

nale, ibi, *& può essere che il Sig. Francesco Maria prima del mio arriuo habbia detto altre parole, mà non lo sò per essere stato presente, se non à quanto hò detto di sopra &c.* Et alter pariter iuxta sextum, ibi, *Io non sentij dir altro al Sig. Francesco Maria, quando che consegnò al Notaro il d. testamẽto, se nõ che li disse, tenete questa è la mia volõtà ò vltim avolonta ò altre parole simili &c.* & iuxta primũ additionale, ibi, *Et può essere, che nel tempo auanti io andassi di sopra, che vi erano presenti d. Notaro, & altri testimonij, il Sig. Francesco Maria dicesse altre parole, & anco non le dicesse, perche di questo io non ne sono in-*
6 *formato &c.* † potest enim esse, quoad ea verba fuerint à Testatore prolata (vt alij prædicti attestantur) ipsis non astantibus, vel non audientibus, seu non aduertentibus, ideoque cæteri testes affirmantes præferri debent *iuxt. theor. Bartol. in l. diem proferre §. si plures sub n. 3. vers. Aut testis deponit non cognitionem ff. de recept. arbitr. Eugen. cons. 90. sub num. 70. vers. secundo respondetur lib. 1. Surd. cons. 414. sub num. 39. vers. ex quibus tollitur &c. & sub num. 48. vers. Romagnus &c. ac num. 76. & seqq. Rot. decis. 335. sub num. 1. in fin. vers. & quamuis duo dicant, & seq. par. 1. diuers. & penes sa. me. Greg. decis. 449. num. 3. vers. Primo quia, & in his terminis fuit resolutum in Regien. hæredit. 24. Aprilis 1637. coram b. m. Coccin. per tot & in d. decis. 581. sub num. 10. vers. Vltramontanus vero cum seq. & sub num. 32. vers. nec facit dispositio cum seqq. par. 4. tom. 3 recen. ac in alijs.*

7 Minus repugnat, † quod testator voluerit eius dispositionem donec vitam ageret esse secretam, ideoque dictam schedulam claudi, ac testium sigillis obsignari.

Quia non inde necessaria illatio deducitur, quod intenderit testari in scriptis, cum per nuncupationem implicitam mediante relatione ad certam schedulam idem facilius fieri potuerit, quod vt cautius assequeretur eam claudi, ac obsignari voluit vsus cautola *Castr. in l. 1. sub num. 9. vers. & si dicatur C. de testam. Fulgos. cons. 56. sub num. 2. vers. Aduertendum tamen & infra vers. & ne in dubium reuocetur &c. Durand. de art. testandi tit. 2. de testam. ordinand. cautel. 1. num. 3. vers. Remedium est &c. Clar. in §. Testamentum d. qu. 4. sub num. 3. vers. Consulo tamen &c. Mantic. de Coniect. lib. 1. d. tit. 7. sub num. 7. vers. vnde etiam Mascard. de probat. d. concl. 1352. sub n. 73 vers. vbi tamen, quam probauit Rot. penes Duran. d. decis. 178. sub num. 5. uers. minus releuat, & decis. 180. sub num. 4. uers. & ulterius cum seqq. & penes Fenzon, ad stat. Vrb. decis. 3. in §. eoque magis cum Notarius, ac in recen. d. decis. 581. num. 11. uers. Quæ etiam dispositiones par. 4. tom. 3. & in d. Roman. hæredit. coram b. m. Coccin. 7. Aprilis 1636. in §. quan-*
8 *tum attinet ad secundum cum seqq.* Neque dispositionis secretum excludit notitiam illorum, quibus ea fuit à Testatore insinuata, sed publicam extraneorum, & præsertim necessitatem eam registrandi in Prothocollis ipsi Notario incumbentem ex dispositione statuti Terræ Corinalti *lib. 1. cap. 48. sub Rubr. de Offic. Notar publicorum &c. vt probat text. in l. scripturas, ibi, quæ sapè assolent à quibusdam secretè fieri interuenientibus amicis &c. C. qui pot. in pign. hab. et in cap. 1.* ibi, *Non publico examine, sed coram te, & aliquantis reuerendissimis Præsbyteris, & Diaconis tua Ecclesia secreto iuramento se purificet &c. 15. q. 5. Bald. cons. 447. Ad euidentiam num. 4. vers. nam secretum est &c. lib. 5.*

9 Eo autem † magis cessat huiusmodi difficultas, dũ ipse testator declarauit expressè, quod intendebat testamentum condere nuncupatiuum, & non in scriptis, illudque valere iure testamenti, codicillorum, Donationis causa mortis, & alterius cuiuscumque vltimæ voluntatis vigore, quæ verba enixam demõstrant eius voluntatem, & clausulam, *omni meliori modo* præseferunt ad *l. quoties la 2. ff. de reb. dub. & not. Bald. in l. cum pater §. filius matrem vers. nota ex isto §. & Imol. sub num. 9. vers. & sic facit ff. de leg. 2. Alex. d. cons. 176. num. 5. vers. nam vbicumque quis fecit testamentum, & infr. lib. 5. Cor. cons. 62. sub num. 11. vers. Pro quo faciunt, & seqq. lib. 2. Gozzadin. d. cons. 5. sub num. 11. vers. pro quo dico, quod valebit &c. & seqq. Soccin. sen. à cons. 142 sub num. 3. vers. sed tamen ex alio capite cum seqq. lib. 1. Afflict. decis. 144. per tot Sim. de Prat. de interpret. vlt. vol. fol. 116. sub num. 21. vers. confirmantur prædicta &c. & seqq. Rot. penes Card. Seraph. decis. 749. num. 13. vers. sed, & testatorem &c. Mantic. de coniect. lib. 1. d. tit. 7. sub num. 6. vers. Tertius est casus &c.*

Præterea ex prædictis eliditur aliud obiectũ quod institutio hæredis scripta legatur post subscriptiones P. Camilli Borelli, qui testatoris iussu testamentum scripsit, ac subscripsit, & R. Iulij Mirti, qui præsens fuit, pariterque subscripsit, & absque diei, ac loci expressione.

10 Quia † testamentum nullum recipit à subscriptionibus illis vigorem, sed à voluntate ipsius Testatoris, qui tradendo, & consignando schedulam prædictam Notario cum declatione, quod erat eius Testamentum (vt testes omnes testamentarij conueniunt) omnia in eo scripta approbauit, confirmauit, atque disposuit. *Rot. in d. Roman. hæreditat. coram bon. me. Card. Vrili 21. Ianuarij 1627. apud Fezen. ad stat. Vrb. decis. 3. in §. Quia cum ipsemet Card. testator &c, & penes Duran. d. decis. 178. num. 6. vers. Minus releuat, & d. decis. 189. num. 3. vers. Quia cum dictum testamentum, & in d. Narnien. Hæredit. coram Reuerendiss. Terracinen. 11. Ianuarij 1630. in §. non obstant decisiones, & in d. Roman. Testamenti coram R. P. D. meo Otthobono 14. Iunij 1649. in*
11 *§. nec vlla prorsus dubitatio &c.* † & sufficit, quod dies, & locus in Instrumento per Notarium super eo confecto fuerint appositi. *Crass. in §. Testamentum d. q. 10. alias sub num. 8. vers. secundus casus est &c.*

Non etiam consistit obiecta incertitudo, seu non satis perspicua identitas folij, quod cum fuerit circumclusum septem fibulis cartæ, seu nizis, quarum singulæ singulorum testium sigillis superimpressis, ac subscriptione obsignatæ apparent, poterat his amotis facilè mutari, atque aliud suppositum folium eisdem includi, ac obsignari.

Tum quia nec illæ fibulæ absque earum,
12 seu eiusdem schedulæ laceratione, ac ipsius sigilli læsione amoueri, nec amotæ censeri possunt, cum ex oculari earum inspectione pri-

prima sigilli impressio in ipsa schedula viuida adhuc appareat & illæsa: Tum quia superest inconcussa certitudo ex characteribus P. Camilli, & Iulij Mitti, à quibus scriptum, ac respectiuè subscriptum fuit, & ex depositionibus testium institutionem Brunori contestantium, & ex rogitu ipsius Notarij à tergo eiusdem folij propria manu conscripto, vnde certior resultat identitatis verificatio, vt benè probant *Castr. Fulgos. Clar. & alij supracitati in §. minus repugnat &c. quibus addo Decian. d. cons. 74. sub num. 20. vers. & in terminis cum seqq. & sub numer. 23. vers. quarto quod sit eadem scriptura cũ seqq. lib. 5. Rot. in d. Roman. hereditat. coram Coccin. 7. Aprilis 1636. in §. neque obstat Modestinus, vers. &*

13 *prædicta corroborantur*. † Tum quia publica Notarij fides, atque legalitas pluribus testibus comprobata omnino præualet excogitatæ huiusmodi suppositionis, & fraudis possibilitati, ac eius præsumptionem excludit *Bart. in d. l. 2. sub num. 1. vers. si enim creditur Notario, ff. quemadmod. testam. aperian.* & latè probat *Decian. d. cons. 74. num. 18. vers. tertio probatur ista identitas cũ seqq. lib. 5.* & respondit *Rot. in d. Roman. hereditat. coram bon. mem. Card. Virili apud Fenzon. dec. 3. in §. nec obstat, quod rogitus Notarij sit scriptus cum seq. & penes Duran. d. decis. 180. sub num. 6. vers. identitas vero &c. & in recent. decis. 263. sub nu. 31. vers. quibus accedat par. 4. tom. 2. & d. decis. 581. numer. 39. vers. non obstant suspiciones cum seqq. & numer. 49. vers. & demum, eadem par. 4. tom. 3. & in d. Narnien. hereditat. coram Reuerendiss. D. meo Terracinen. 10. Nouembris 1629. in §. neque obstat &c. & 11. Ianuarii 1630. in §. non obstant decisiones, & in d. Roman. hereditat. coram Coccin. 16. Nouembris 1635. in §. nec potest dubitari, & 7. Aprilis 1636. in §. quantum attinet ad secundum, & seq. vsque in fin. & in d. Rom. testam. coram R. P. D. meo Ottbobono in §. neque obstat, quod rogitus Notarii cum seq.*

14 Deinde non obstat, † quod Notarius non fuerit à Testatore rogatus, nec testes nominatim vocati, ac specialiter rogati, vt disponit Statutum prædictæ Terræ Corinalti *lib. 2. cap. 41. sub rubr. de testam. & ultim. volunt.*

15 Quoniam † contrarium apparet ex publico Instrumento à tergo dictæ schedulæ Testamenti descripto, in quo Notarij, ac testium rogitus ab ipso Testatore factus legitur, ex quo plenè resultat huius requisiti probatio, *Innot. in cap. 1. sub num. 7. vers. item nota utile esse de fid. instr. Bald. in l. hac consultissima num. 2. vers. item Notarius, C. de testam. Specul. par. 2. in tit. de instrum. edition. sub num. 13. vers. & nota, quod Tabellio, Mantic. de Coniectur. lib. 2. tit. 12. sub num. 4. vers. unde quaro, & n. 6. vers. verum hæc communis sententia Aldouin. cons. 31. num. 20. vers. siquidem, & cons. 69. num. 26. vers. nimirum Rot. penes Coccin. decis. 467. num. 6. vers. creditur autem Notario, & decis. 262. la 2. num. 2. vers. & quando par. 4. diuers. & decis. 496. nu. 10. vers. minus obstat, cum seqq. par. 4. tom. 2. recent. & decis. 698. sub num. 5. vers. non obstat exceptio cum seqq. eadem par. 4. tom. 3. & in d. Roman. hæredit. 23. Ianuarij 1617. coram bon. mem. Card. Virili apud Fenzon. ad Stat. Vrb. d. decis. 3. in §. nec facit, quod Notarius.*

Eademque ratione colliditur, quod in aperitione dicti Testamenti non fuerint citati hæredes Testatoris legitimi, siue ab intestato succedentes iuxta eiusdem statuti dispositionem.

16 Quia † solemnitas hæc, vt in eodem Instrumento legitur, specialiter fuit ab ipso Testatore remissa, cui cum non fuerit à statuentibus vetitum, liberum erat ita disponere iuxta *text. in §. disponat in auth. de nupt. l. 3. in verb. vetuit C. quemadmod. testam. aper. Angel. in l. testamenti num. 3. vers. vltimo habes, C. eod. tit. Mantic. de coniect. lib. 1. tit. 6. in fin.* & in his terminis respondit *Rot. in d. Romana testamenti coram R. P. D. meo Ottbobono 14. Iunij 1649. in §. nec releuat, quod in aperitione testamenti &c. vers. præsertim cum Philippus Testator &c.*

17 Præter † quod statutum illud videtur disponere de testamento coram testibus condito in scriptis, ac in publicam formam post mortem defuncti redigendo, vt constat ex illis verbis, *nec per testes possint releuari nisi in cõtinenti fiat examen citatis venientibus ab intestato, ne ipsi indebitè hæreditate priuentur &c. iuxta text. in cap. significa-*

18 *uit, & in cap. Albericus de testibus*, † atque ideo non videtur applicari, nec comprehendere hunc casum, in quo Testamentum iussu Testatoris scriptum, & ab ipso consignatum fuit Notario, qui publicum ex tunc Instrumentum confecit, ac super eo conscripsit eisdem testibus præsentibus, subscribentibus, ac proprijs sigillis roborantibus, quo casu non requiritur huiusmodi testamenti publicatio, neque citatio venientium ab intestato in aperitione illius, quæ nemini interesse habenti negatur, *l. 1. vbi Bart. in princ.* vtrumque casum bene distinguit, *& sub num. 4. vers. & si petantur tabula aperiri, & in §. si quis neget sub num. 3. vers. pro declaratione materia, & Imol. sub num. 3, vers. circa testium, ff. quemadmod. testam. aperian.* & rursus idem *Bart. in l. publicati sub num. 1. vers. quando aperitur, vbi Bald. sub num. 10. vers. decimo quaro, & Ias. sub num. 2. vers. & in ista apertura, C. de testam.* & iterum *Bald. in l. 2. sub num. 4. vers. item quaro, C. quemadmod. testam. aperian. Roland. cons. 36. sub num. 6. vers. quo autem ad secundum articulum cum seqq. lib. 1.* & ita respondit *Gozzad. in d. cons. 3. sub num. 25. in fine, vers. & ita patet responsum ad secundum fundamentum Lud. Lan. de testament. formul. in cons. 1. sub num. 107. vers. nec obstat decimumquartum cum seqq.* & comprobat *Duran. de art. testand. tit. 2. caut. 1. num. 3. vers. remedium est Magdalen. de num. test. in testamen. requisit. cap. 29 num. 6. vers. & procedit Sim. de Prat. de interpret. ultim. volunt. fol. mihi 115. sub num. 13. in fin. vers. & tale testamentum cum seq. Gratian. discept. 429. n. 3. vers. quare ad hoc, & seq. cum alijs relatis per Thomat. d. decis. 82. sub num. 33. vers. pariter non obstat, ac seq. & fuit dictum coram bon. me. Card. Virili in cit. Roman. hæredit. 23. Ianuarij 1627. apud Fenzon. ad Stat. Vrb. decis. 3. §. nec facit, quod in aperitione testamenti, & in d. Roman. testamen. coram R. P. D. meo Ottbobono in §. nec releuat, quod in aperitione*

19 *testamenti &c.* † Quinimmo forma prædicta non videtur à statuentibus præscripta in alijs vltimis voluntatibus, præter testamenta, vt colligitur ex sequenti vers. *In alia uero quauis ultima uoluntate &c.* Quo sanè titulo sustinetur

præsa-

præfata dispositio, nam ita voluit, ac specialiter declarauit Testator, vt supra dictum est in §. *Eo autem magis cessat huiusmodi difficultas &c.* & in specie probat *Decian.d.cons.74.num.3. vers. nam constat, ac seq. & sub num.12. uers. primo quia cum seq.lib.5.*

20 Amplius † impedire non valet immissionē hæredis sententia diffinitiua in præcedenti instantia coram A.C. prolata super nullitate dicti testamenti. Quia pendente appellationis ab ea per Brunorum interpositæ causa suspensus remanet vigor, ac effectus illius, ideoque præiudicare non potest summario immissionis remedio eidem competenti, cuius beneficio interea priuari nō debet *l.2.C. de edict.Diu. Adr.toll.l.1.C. de bonor.possess.secund.tabul.l.3.C.de appell.l. si quis filio, §. hi autem omnes, ff. de inius. rupt. & irrito fact. testam. Rota penes Card. Seraph. decis. 616. sub numre.10. uers. quantum ad dilemma Thomat.d.decis.82.num.10.uers. quamobrem dictum fuit, & seqq.Statil. de Saluian.interd.inspect.1. c.4. num.54.uers. tamen cogita, & seqq.*

Postremo non obstant iura successionis ab intestato, vel ex fideicommisso Mutij patris præfati Francisci Mariæ Testatoris pro parte P. Leonis, & Iacobi de Amatis adducta.

21 Nam † (prætermissis modo alijs) testamētum excludit venientes ab intestato *l. quamdiu ff. de acquir.hered.l. quamdiu, ff. de reg.iur. l. antequam C. commun. de success. l. ex testamento C. unde liberi, Barz.decis.89.num.21.uers. & propterea,* & in specie respondit *Gazzadin. d. cons. 3. num.10. vers. quibus tamen non obstantibus cum seqq, Decian. d.cons.74.nu.6.vers.sed ad primum,& seqq.lib.5.Rot. penes Comitul. decis. 45. sub num. 7. vers. & minus prodest, & in recent.decis.216.num.4. vers. quia testamento existente par. 4. tom. 2. & in Ferrarien. de Pendas 7. Iunij 1645. coram R.P.D. meo Royas,* cū alijs adductis per *Thomat.d. decis.82. sub num.1.*

22 Fideicommissi verò † exceptio impedire non potest immissionem hæredis, qui ex persona eiusdem Francisci Mariæ legitimam, Trebellianicam, dotes maternas, expensas funebres, & alia forsan detrahere potest, adeout fideicommissarii possessio post mortem grauati auctoritate propria, vel aliter non citato legitimè illius hærede, seu curatore hæreditatis iacentis, censeatur vitiosa, & nullius momenti, nec eum constituat ad hunc effectum legitimum contradictorem *ad l.1.ff.quor. legat. Cast. in l.fin. sub num.13.vers. certè si hares, C. de edict.Diu.Adr.toll. Menoch. de adipisc. remed.4. sub num. 635. vers. declaratur hic casus cum seqq. Surd. decis.337. sub num. 7. uers.exaduerso autem seq. Ioseph.Ludouic.decis.Perus.47.nu.15.uers. ad hoc enim latè Peregrin. de fideicom. art.47. sub num.64. uers. restat ut uideamus, & seqq.Rot.decis.520. par.1. diuers. & penes Card.Seraph.decis.271.& decis. 850. sub num.1. ac san: mem: Greg.decis.206. sub num.4. uers. non obstat, quod Laura possideat, & seq. & in recent.decis.116.par.1. & decis.115.per tot par.3.& decis. 236. sub num. 10. uers. quo uero ad secundum cum seq.par.5. & in Bonon. bonor.31. Ianuar.1646. coram Reuerendiss.D. meo Decano, & in alia Bononien. de Tostin.31. Maij 1649. coram R. P. D. meo Cerro in §. fin.* ac in his terminis *penes Duran. d. decis.180. sub num.8.uers. quo uero ad secundum & c. cum seq.*

Non enim releuat prætensa detractionum consumptio, vel illiquiditas stante inuentarij omissione, atque alienationibus à dicto Francisco Maria factis.

23 Quoniam † hęc maturius discuti debent post immissionem hæredis, qui contrarij probationibus illas elidere, vel in diuersas causas referre, atque alias etiam detractiones ipsi competentes deducere poterit. Ac proinde certa, & indubitata interea dici non potest illarum incompetentia, vt hæredem institutum ab immissione excludere valeat, prout respondit *Rot. in d.decis.115. sub num.12.uers. non obstat p. 1. & decis. 94. sub numer.11. uers. nec obstat. cum seq. par.5.recent.* & alijs relatis probat *Marescott. resol.1. sub nu.35. uers. quinimo cum seq. lib.1. Argel. de acquir. possess. quæst.8. sub num.964. uers. quarto quia &c.*

Nec demum suffragatur cessio iurium lite pendente per dd. de Amatis obtenta à Cornelia d. Francisci Mariæ vxore possessionem seu insistentiam bonorum mariti ratione dotalis crediti habente.

24 Quia † non impedit immissionem hæredis, quæ creditoris iuribus, ac insistentiæ nullum affert præiudicium, sed cum ea bene conuenit diuersis respectibus, atque concurrit *iux. l.3. §. ex pluribus, ff. de acquiren. possess. & fuit resolutum in Ianuen.fideicommiss.4. May 1590. coram bon:mem: Card. Platto apud Fenzon. ad Stat. Vrbis decis. 123. & in Roman. bonor. de S. Cruce 6. Iunij 1610. coram bon:mem: Card. Sacrato apud Statil. de Saluian. interd. decis. 157. sub num. 1. & seq. & in S.Seuerini bonor.10.Decemb.eiusdem anni coram eodem in recent. decis.315. sub num. 2. uers. & est regulare, ac infr. par. 3. et in Roman. seu Casenaten. hæreditat.4. Iunij 1635. coram bo:me:Pirouan. decis. 48. sub num. 16. uers. quarto, et ultimo cum seqq. par.7.Rot.* & nuper *in Roman.fideicom. de Carpianis 5. Maij 1651. coram R.P.D. meo Verospio in §. hanc autem immissionem etc,* & comprobat *Decian. d.cons.74. num.8. uers. ad secundum uero lib.5.* Eo-

25 que minus † impedire potest facta restitutione, quam Brunorus exhibuit, seu (quatenus recusetur) legitima oblatione cum deposito debitæ quantitatis. Nam hoc pacto extinguitur pignus, ac proinde cessat possessio, & insistentia creditoris *l. pignoris causa, C. de pignorat.act.l. cum tibi, C. qui pot. in pign.hab.l.fin.C.de leuition.pign. Castr. in l.1. §. per seruum sub num.2. uers. ratio secundi dicti est etc. ff. de acquir. possess. Rot. penes Card.Caualer.decis.652.num.3. uers. unde etiam cum seq. et in Perusin. pecun.1. Iulij 1622. coram bo:me:Merlin. in §. quandoquidem, uers.imo et ipsas etiam sorores etc.*

Cætera, quæ repetuntur, ac incule antu pro illis de Amatis visa fuerunt Dominis leuiora, minusque validis facti, seu iuris medijs subnixa, & ex prædictis, ac alijs per informantes pro Brunoro deductis prorsus elisa.

Et ita fuit resolutum vtraque parte informante &c.

R. P. D. PEVTINGERO.

Meleuitana Census.

Luna 29. Ianuarij 1652.

ARGVMENTVM.

Census non potest imponi super bonis fideicommissi nisi durante vita hæredis grauati, nec potest impositio substineri cum supposito quod ex illo fuerint debita fideicommittentis extincta si dies debiti adhuc non cesserit. Nec minus potest substineri impositio tanquam facta ad euitandas vsuras, si vsuræ census fuerint maiores, quæ omnia indubitatè procedunt, si aderant mobilia, et pecuniæ in hæreditate cum quibus erat facienda solutio.

SVMMARIVM.

1 *Census non potest imponi super bonis fideicommissi nisi durante vita hæredis grauati post cuius mortem resoluitur.*

2 *Pactum factum occasione matrimonij, quod bona coniugum reseruentur filijs, qua bona comprehendat.*

3 *Bona tanquam fideicommissaria in inuentario descripta præsumuntur talia donec contrarium probetur.*

4 *Hæres veniens tamquam hæres non potest impugnare factum defuncti.*

5 *Bona subiecta fideicommisso siue donationi in casu deficientiæ aliorum bonorum, non dicuntur fideicommisso supposita nisi probata illorum deficientia.*

6 *Census non potest imponi super bonis fideicommissi cum præsupposito soluendi debitum testatoris, cuius dies non adhuc cesserat & n.7.*

7 *Debita Testatoris cuius dies non adhuc cessit non possunt solui in præiudicium fideicommissariorū.*

8 *Census potest imponi super rebus fideicommissi ad euitandas vsuras.*

Quod non procedit si vsuræ census sint maiores vsurarum euitandarum n.9.

10 *Bona particulari fideicommisso subiecta non possunt alienari pro extinguendis debitis testatoris, quando alia bona existunt.*

11 *Bona patris non spectant ad filios, nisi ære alieno distracto.*

12 *Soluens debita fideicommittentis de proprio non potest agere contra stabilia, si ad eius manus peruenerunt mobilia, & pecunia quam debebat vel cum illis soluere vel de illis sibi satisfieri.*

DECISIO CCXVI.

CONCESSA Cumulo Charitatis noua audientia Domini hodie resolutione sub die 5. Decembris anno 1650. in hac causa emanata, iterum discussa in decisis permanserunt, quia visa sunt subsistere illius fundamenta cum certum sit Prędium siue Tenutam Tauenetia, pro vna medietate, de qua agitur fuisse per Io: Paulum particulari fideicommisso subiectam ad fauorem masculorum ex familia Manduca descendentium cum expressa prohibitione alienationis, pignorationis, ac hypothecationis, seù subiugationis, vt in eius testamento, condito sub die 30. Aprilis 1589. ac dato sub die decisionis, quæ reuidetur num.2. Vndè sequitur non licuisse Petro Paulo, & Mauritio filijs super eadem Tenutæ medietate censum validè imponere nisi durante vita, † adeout post eorum obitum census remanserit resolutus ad *text. in l. fin. §. sin autem sub conditione C. com. de leg.* & in terminis respondit *Rot. cor. Card. Serap. decis. 757. cum alijs in decisione, quæ reuidetur in principio allegatis.*

1

Non obstat fundamentum pro cumulo hodie deductum, quod quarta pars dictæ Tenutæ fuerit à Ioanne Paulo post contractum matrimonium acquisita, cuius matrimonij occasione cum Catherina vxore conuentum fuerit, quod omnia, & singula bona per coniuges constante matrimonio acquirenda intelligantur, & sint acquisita filijs vtriusque sexus procreandis, vt legitur in instrumento matrimoniali in *Summ. Cumuli num.1.* Vndè hæc quarta pars per huiusmodi pactum ad filios spectans aliquo fideicommissi onere grauari non potuerit. Quia animaduersum fuit, quod hoc pactum matrimoniale comprehendit solummodo bona, quæ coniuges ex eorum industria acquirerent, † non autem illa, quæ alijs titulis ad eos peruenirent, vt optimè declarat *Fontaneli. de pact. nupt. claus. 2. glos. vnica num.7. ibi dic breuiter, cum seq. Giurb. ad consuet. Messanen. cap.16. glos.3. par.1. num.4. & seq.* Ità quod donec per Cumulum concludenter probetur acquisitionem d. quartæ partis processisse ex industria Io: Pauli, remanet firma confessio Auctorum ipsius cumuli comprehendens integram medietatē, & inconcussa probatio resultans ex inuentario, † vbi fuit illa inter alia fideicommissaria bona descripta facit *tex. in l. fin. §. licentia C. de iur. delib. Rot. decis. 89. num.5. par.7. recent.* Neque hoc fideicommissum à filijs Io: Pauli fideicommittentis, minusque à Cumulo ab eis causam habente impugnari potest, † cum titulo hæreditatis paternæ bona consecuti fuerint tanquam hæredes instituti, prout apparet ex ipso testamento, & inuentario dato in preterita positione num.2. & 3. *l. cum à matre C. de rei vind. Greg. XV. decis.667. n.11. & 12.*

2

3

4

Nec subsistit, quod census impositus fuerit ob soluendum æs alienum à Testatore contractum mediante donatione facta occasione matrimonij Angelo eius filio, vt ex instrumento sub die 24. Octobris 1598. *Summ. Cumuli num.2.* Quia dicta donatio non fuit generaliter concepta, sed restrictiuè de bonis proprijs Angeli, & in defectum illorum de bonis proprijs eiusdem Io: Pauli, † & sic oneri census supponi supradicta Tenutæ medietas Io: Pauli non potuit nisi deficientibus bonis Angeli per *tex. in l. Omissis C. de fideiussor. Buratt. decis.141. num.1. & 2. Fontanell. de pact. nupt. claus.4. glos.9. par.5. num.57.* & in facto patet, quod Angelus propria bona haberet vltra quod ad ipsum pro æquali portione fratrum,

5

trum, & sororum, bona parentum industria, & labore quæsita ex prædicto pacto matrimoniali deferebantur; ipseque fuit etiam à patre institutus, & hæreditatis paternæ quotam assecutus, vt in Testamento Io: Pauli patris, & Inuentario supradictis legitur; quando eidem Angelo in solutum data fuit supradicta Tenutæ medietas die 1. Maij 1600. ac deinde sub die 12. Nouembris anni sequentis census, de quo agitur, impositus, vt patet ex Instrumentis relatis in *Summ. Cumuli num.* 6. 7. *&* 8.

6 Accedit etiam aliud motiuum; † quòd nempe census fuerat impositus antequam cesserat dies solutioni prætensi crediti præscriptus, cuius vigore expectanda erat mors Catharinæ matris de anno 1628. patet defunctæ: Et licet conuentum fuerit per Instrumentum cum dictis Petro Paulo, & Mauritio fratribus sub die 12. Ianuarij 1610. quod pro residuo dicti crediti persolui deberent scuta 4125. infra terminum quadriennij à die stipulationis decurren. vt in dicto *Summ. Cumuli num.* 7. Tamen terminus iste adhuc pendebat, quia census die 12. Nouembris 1611. fuit impositus, vt in dicto *Summ.*
7 *num.* 8. † & sic nullo pacto licuit solutionis diem conuentum in fideicommissariorum expressum præiudicium præuenire, *l. ait Prætor* §. *sic cum in die, l. omnes, quæ in fraud. cred. l. Pater*, §. *à filia, ff. de leg.* 2. *l. vxorem*, §. *Seium. ff. de leg.* 3. *Decian. cons.* 31 *num.* 24. *& seq.*

Neque in facto suffragatur replicatio,
8 quod † impositio ad euitandas vsuras fieri potuit. Quia scuta 5. mil. ex 12. mil. donatis Angelo, soluenda tempore desponsationis, quæ erant sub vsuris ad rationem quinque pro centenario, *Summ. Cumuli num.* 2. erant iam soluta ante impositionem huius census, quod patet ex eo, quia vsque de anno 1610. dictus Angelus remanserat solum creditor in scutis 4125. ex prædictis 12. mil. eodem *Summ. Cumuli dicto num.* 7. Residuum verò in quo eadem scuta 4125. includebantur non erat vllo modo sub vsuris, siuè inspecto instrumento donationis, de quo *dicto num.* 2. siuè etiam inspecto Instrumento retrocessionis medietatis prædictæ Tenutæ in quo fit mentio de dictis scutis 4125. vt dicto *num.* 7.

Et quetenus etiam pro istis scutis 4125. debuissent persolui vsuræ, vt ex aduerso prætenditur (quod in facto non iustificatur) ad-
9 huc tamen non licuisset impositio † huius census cum grauioribus vsuris ad rationem octo pro centenario *Summ. Cumuli num.* 8. ad euitandas prætensas vsuras ad rationem quinque *d. num.* 2.

Minus verum esset, si allegaretur pro Cumulo, quod per impositionem dicti census nullum fuit fideicommissarijs damnum illatum, quia contrarium satis euidenter apparet ex eo, quod vix elapso dicto quadriennio terminauit societas cum dicto Io: Paulo, cum quodam Calcerano Fighera, ex cuius societate, capitali, & lucris) præter cæteros effectus hæreditarios) supradicto credito potuisset optimè satisfieri, vt ostenditur ex Instrumento cum dicto Fighera stipulato die 4. Nouembris 1614. in præcedenti *Summ. nu.* 8.

Obseruarunt etiam Domini, quòd in hæreditate prædicti Io: Pauli fideicommittentis aderant plura alia bona vltra pecuniam numeratam, vt probatur ex Inuentario dicto *Summ. num.* 2. *&* 3. & ex confessione Petri Pauli auctoris Cumuli, emanata in Instrumento conuentionis supradictæ initæ cum Angelo eius fratre dicta die 14. Ianuar. 1610. quæ denuò datur hodie in *Summ. Angeli Hie-*
10 *ronymi num.* 3. † Et ex hoc manifesta resultat conclusio, quod pro extinguendo dicto credito prætenso medietas Tenutæ, de qua agitur tanquam particulari subiecta fideicommisso non poterat validè alienari, neque alicui census oneri subiugari, *l. Cum Pater*, §. *libertis glos. in verbo nè id alienarent ff. de leg.* 2. *cum alijs relatis in Rom: fideicommissi de Zuccharis cor. R. P. D. meo Decano sub die* 14. *Febr.* 1650. *postea confirmata.*

Nihil etiam releuare dictum fuit, quod cætera bona prædicta, vel ad filios vigore supradictæ conuentionis spectarent, vel eadem bona in causam dotium aliarum filiarum Io: Pauli fideicommittentis distracta fuerint. Quia filij dicti Io: Pauli Testatoris, neque vigore dictæ conuentionis, seù donationis poterant solutionem æris alieni à proprio parente bona fide contracti aliquo modo re-
11 cusare, cum dicta bona à genitoribus constante matrimonio acquisita distracto demū ære alieno, & non aliàs ad ipsos spectarent, vt egregiè probat *Fontanell. de pact. dotal. claus.* 11. *num.* 18. *& seqq.* vltrà quòd dicta bona per ipsum Io: Paulum fideicommittentem, quæ tempore matrimonij cum Catharina possessa fuerunt, vna cum rata dotis eiusdem Catherinæ pro satisfactione Angeli sufficiebāt. Neque pro dotibus aliarum sororum distrahi poterant, dum antea supradictus contractus cum Angelo initus, erat iam adimpletus.

Non demum releuat allegata pro Cumulo solutio sc. 1200. seù alteriùs summæ facta à supradictis fratribus de proprijs eorum pecunijs, ad computum ratæ dicti crediti Angeli tempore impositionis census iam maturatæ. Nam respondetur, quod existentibus in hæreditate pluribus mobilibus, pecunijs, & alijs diuersis effectibus prædictam ratam excedentibus, quæ ad eos peruenerunt, vtique tenebantur vel cum eis soluere, vel saltem inde sibi satisfecisse ex allegatis per. *Peregrin. de fideicomm. art.* 33 *num.* 23. *& alijs pluribus relatis per Fusar. de substit. quæst.* 667. *n.* 14.

Et ita DD. vtraque parte denuò informante in decisis permanserunt.

R. D. P. BICHIO

Romana Dotis.

Mercurij 31. Ianuarij 1652.

ARGVMENTVM.

Confessio Viri de dote recepta quando probet veram, & realem solutionem, etiamsi emanasset post decoctionem, primo loco discutitur, quid autem dicendum sit, quando in capitulis matrimonialibus conuentum fuit, quod dos inuestiri deberet, & tamen inuestimentum non fuit factum, eruditè resoluitur. Consensus præstitus alienationi bonorum cōmunis debitoris, operatur solùm remissionem iuris competentis de tempore præstiti consensus, & non importare remissionem crediti cuius dies nondum cesserat, etiamsi in instrumento, clausulæ vniuersales, & amplissimæ appositæ forent, constanter firmatur, & in contrarium adductis plenè respondetur.

SVMMARIVM.

1 *Confessio viri de dote recepta facta post decoctionem non probat numerationem, quamuis dotis promissio præcessisset, & quando secus num. 5.*
2 *Consentiens alienationi non sibi præiudicat in pretio.*
3 *Mulier cōsentiens alienationi, & quod pretium creditoribus persoluatur, censetur remisisse hypotecā dotalem super eodem pretio.*
4 *Obligatus restituere prioribus & potioribus, non tenetur restituere nisi probata vtraque qualitate prioritatis & potioritatis.*
5 *Confessio viri de dote recepta, probat solutionem, etiamsi post decoctionem emanasset concurrentibus coniecturis.*
6 *Nempe præcedenti promissione dotis.*
7 *Item ex diuturna alimentorum præstatione, & iuramento in confessione adiecto.*
8 *Item ex solutione residui dotis post emanatam confessionem.*
9 *Item si emanasset sententia absolutoria ad fauorem promissoris dotis non obstante obiectione confessionis de recepto.*
10 *Sententia absolutoria ad fauorem promissoris dotis, an probet veritatem solutionis, nisi per confessionem de recepto, iustificatur recepta.*
11 *Confessio de dote recepta, quæ probatur simulata ex aliqua coniectura, eliditur huiusmodi simulatio ex alijs contrariis coniecturis.*
12 *Inuestimentum promissum, & non factum, non liberat virum à restitutione dotis receptæ.*
13 *Inuestimentum in capitulis matrimonialibus conuentum, ad cuius fauorem factum esse dicatur.*
14 *Inuestimentum ex quo non fuerit factum, facultas dandi de nullitate solutionis dotis, non spectat ad creditores viri, & quare, & ad quos spectet.*
15 *Inuestimentum ex quo factum non fuit, non repellit vxorem, eiusque filius à receptione dotis contra virum, qui recepit, & quare.*
16 *Dotem quando vir restituere teneatur, etiamsi eam non exegerit, vel non inuestiuerit.*
17 *Repræsentans duplicem personam, si vno nomine contrahit, non censetur sibi præiudicare quoad aliud.*
18 *à Proœmio tota dispositio regulatur, ac restringitur.*
19 *Transactio regulatur à controuersia, quæ causam dedit transactioni.*
20 *Amplia etiamsi in transactione adsint clausulæ vniuersales pro omni & toto eo, & ex quacumque causa.*
21 *Verba*, in executionem præmissorum, *quid importent.*
22 *Dictio*, prædicti, *restringit orationem ad supra nominata.*
23 *Discretiuus modus loquendi, magis est momenti ad elitiendam voluntatem contrahentis.*
24 *Consensus præstitus alienationi bonorum communis debitoris, operatur solum remissionem competentis de tempore præstiti consensus.*
25 *Et non operatur remissionem crediti, cuius dies nondum cesserat.*
26 *Dotis priuilegium, quod competit mulieri viro vergente ad inopiam, vt dos ponatur in tuto, personalissimum est, nec transit ad filios.*
27 *Ius agendi, quod competit creditori ante diem, si debitor conditionem deteriorauit, exercibile non est ad effectum exigendi.*
28 *Donatio filij ad fauorem patris, est prohibita.*
29 *Subscriptio requisita in donatione, habet etiam locum in remissione, donationem importante, etiam inter patrem & filium.*
30 *Conductor non possidet sibi, sed locatori.*
31 *Alimenta non debentur parentibus diuitibus.*
32 *Clausulæ vniuersales apposita in transactione, quando restringantur ad causam in transactione expressam.*
33 *Et non comprehendunt ius, quod de tempore transactionis exigi non poterat.*
34 *Clausulæ in fine instrumenti in executiuis apposita, non alterant contractum.*
35 *Clausulæ, quæ apponi solent de stylo Notariorum, non extendunt contractum.*

DECISIO CCXVII.

CREDITORES Gasparis Martholi, qui pecunias eis debitas receperunt ex pretio Casalis nuncupati Centocelle data cautione de restituendo prioribus, & potioribus, & contra quos Franciscus Gasparis filius tamquam creditor anterior occasione dotis Cleriæ matris petijt in vim dictæ cautionis relaxari mandatum executiuum duo obiecerunt. Primo, quod pro rata scut. bis mille, siue 1333. de quibus hodie agitur, Gaspar eoque defuncto, illius hæreditas dotis debitrix non
1 sit, † cum non probetur à Gaspare recepta, nisi ex confessionibus de recepto emissis, postquam decoxerat, quæ propterea in præiudicium creditorum fidem non faciunt, quamuis dotis promissio præcessisset, *Menoch. præsump. 13 num. 24. vers. est hic distinguendum, lib. 3. Gratian. discept. 439. num. 22. Rota decis. 239. nu. 9. & n. 15. par. 4. tom. 2. recent. decis. 306. nu. 42. par. 7. decis. 23 num. 5. & seqq. inter impressas apud Modern. Foroliuiens. de pignor.*

2 Secundo, † quod Franciscus in concordia de anno 1611. inita cum Gaspare patre consentiendo, quod nedum præfatum Casale pater venderet, quo casu saiua sibi actio foret super pretio ex traditis ad fauorem fideicommissarij à *Laderch.cons.73. sub num.11. Fusar. de substit.quæst.560.num.31. Ciriac. controu.15. nu.1. & per tot. contr.495.num.28. Rota decis.788.n.11*
3 *par.1.diuers.* † sed etiam quod pretium exinde redigendum creditoribus patris solueretur super eodem pretio, remiserit hypothecam dotalem fauore creditorum, *ad textum in l. sicut, §. sed si permiserit, ff.quib.mod.pign.vel hypoth. sol. l.2. C. quod remiss. pign. Caualer. decis.528.num.3.*
4 & † propterea pecunias ipsis solutas vindicare non possit, quia & si adhuc remaneat creditor anterior patris, tamen ob præiudicium remissionis hypothecæ concreditoribus hypothecarijs potior non est, vt ad hunc effectum requiritur, *Caual.decis.492.num.1.*

His non obstantibus contra illos relaxandum esse mandatum pro scutis 1333. Rota censuit, quia clara est obligatio Gasparis patris de restituendo dotem Cleriæ vxoris, &
5 respectiuè matris Francisci, † quodque illam etiam pro hac rata receperit supra memoratæ confessiones, esto post decoctionem emanassent, probant quoque in præiudicium creditorum concurrentibus cõiecturis, *Surd. cons.489. numer.4. Marescott. var.resolut. lib.1. cap.8.num.9.& 10. Coccin.decis.499.num.3. Rota inter recent.decis.335.num.2.part.6.decis.24.nu.19.*
6 *par.7.* † resultantibus in casu nostro tum ex præcedenti promissione dotis, *Seraph.dec.795. num.1. Gregor.XV.62.num.6. Rota inter recent.decis. 533.num.1.par.4.tom.3.decis.335.num.5.par.6. & in Romana dotis 14. Februarii 1642. coram Reuerendissimo D. meo Decano, in Ariminen dotis 4. Maii, & 27 Iunii 1642.coram R.P.D.meo Verosp. in Romana Saluiani 27. Martii 1649. coram R. P. D. meo Rojas.*

7 Tum † ex diuturna alimentorum præstatione, & iuramento confessionibus adiecto, *Surd.d.cons.289. sub num.16. vers.quinto concurrit, Ioseph Ludouic.decis.Perusina 66. num.11. Rota decis.24.num.8.part.7. recent. & in Anconitana bonorum 1.Iulii 1643. coram me, in Anconitana dotis 17.Iunii 1647. coram bon.mem.Arguelles*, tum ex
8 successiuis † solutionibus residui dotis, quas pars aduersa non negat, & ad hunc effectum ponderauit *Rota decis.593. num.7.& 8. part.4. tom.3. recent. decis.62.num.6. coram sancta memor. Gregor.XV.* & in alijs relatis in *dicta Anconitana dotis §. 2. coniectura, coram bon. memor. Arguelles.*
9 Tum † tandem ex sententia absolutoria anno 1635. lata ab A. C. ad fauorem *promissoris* dotis, non obstante quod Franciscus etiam tunc actor allegasset confessiones de recepto à patre decocto factas fidem non mereri, vt nouo Summario Francisci num.1. hęc enim sentẽtia in iudicatum lapsa, vel os claudit creditoribus patris, vt easdem confessiones hodie impugnare non valeant, quatenus illorum procurator in illo iudicio citatus fuisset, & comparuisset, *l. sæpe, vbi Castr.num.1 & seqq. Alex.num.16. & in ff.re iudic. cap.quamuis*

& ibi gloss.verb.res inter alios, eodem tit. Rimin. sen. cons.144.num.10. Rota decis.230.num.4.par.1.rec.
10 vel † saltem præbet veritatis adminiculum, *Surd. decis.325. num.11. Rota decis.333. numer.6. par.1. recent.*
11 Non obstat, † quod Gaspar pecunias dotales à socero soluendas non inuestiuerit pro rata, de qua agitur in locis Montium, vel stabilibus, vt ex forma instrumenti dotalis tenebatur, vtque de reliqua dote fecit. Quia vel exinde educitur coniectura simulationis confessionum, & ea eliditur ex tot contrariis supra ponderatis, vt respondit *Rota dicta decis.62. num.11. coram Gregor. XV. d.decis.24. numer.20.*
12 *par.7. recent.* † vel exinde infertur, quod dos fuerit malè soluta viro ob non factum inuestimentum promissum, & hoc non liberat
13 virũ, qui vere recepit à restitutione: † cumque inuestimentum in capitulis matrimonialibus conuentum nõ fuerit fauore ipsius viri, sed ob securitatem soceri soluentis, ac sponsę, eiusque filiorum, *Rota decis.49.nu.6.par.4.tom.2*
14 *recent.* † illis solum competit facultas dandi de nullitate solutionis ex capite non facti inuestimenti, non autem creditoribus viri, quibus non suffragatur stipulatio pro omnibus, quorum interest contenta in obligatione Camerali, cum non habeant causam ab illis, quorum commodo inuestimentum promissum fuit, vt oportere declarauit *Rota decis.27. num.13. coram bon.mem.Vrgellen.decis.267.nu.13. apud Zacch.de obligat.Camer. & in Ciuitatis Plebis Saluiani 9.Iulii 1647. coram me.*
15 Alioquin si vxor, † eiusque filij repellerentur ex hoc capite à repetitione dotis contra virum, qui recepit, retorqueretur in eorum odium, quod pro ipsis conuentum fuit, & viro propria culpa in non inuestiendo suffragaretur, quod ferendum non esse, dixit *Rota decis.210.num.15. decis.312.num.41.part.6.recent.* & in terminis *in Romana fructuum dotis 21. Aprilis 1651. §. quoniam in fin. corã R.P.D.meo Cerro,*
16 quin † potius quia dos nõ fuit promissa à muliere, sed à patre, culpa, & negligentia viri, vel non inuestiendo, vel etiam in non exigendo dotem mulieri præiudicare non potest, & vir siue non inuestiuerit, siue etiam non exegerit, restituere dotem tenetur, *l. si extraneus, 33. cum ibi notat. ff. iur. dot. l.ob res, ff. pact.dotal. Fontanell.pact.nupt. claus.6.gloss.1. part.2.num.77. Ciriac.contr.110.num.5. Rota decis.203.nu.6. apud Zacch. de obligat.Camer. & in Ciuitatis Vetula dotis 27.Februarii 1643. §.1. vers. vel in omnem, coram R.P.D.meo Cerro.* Eo magis, quia ex eius facto, hoc est confessione de recepto Franciscus Cleriæ filius, & hæres per sententiam A.C. reiectus vt supra fuit ab exactione dotis contra auum maternum illius promissorem.
17 Alterum † obiectum cessat, quia Franciscus duplicem personam repræsentabat, vnam debitoris tanquam fideicommissarius Scipionis aui obligatus hoc nomine restituere Gaspari hæredi grauato legitimam illi debitam in bonis fideicommittentis, alteram creditoris eiusdem Gasparis vti filius, & hæres suæ matris cuius iura dotalia per transactionem fidei-

fideicommissario tantum nomine, nec ex vo-
luntate, sed ex mera necessitate, vt infra di-
cam factam sublata non censentur, Aug. Aret.
cons. 71. sub num. 10. Rimin. cons. 71. num. 26. lib. 1.
Bursatt. cons. 32. num. 38. Surd. cons. 365. num. 21. in
fin. & nu. seqq. Rota decis. 235. num. 6. & seqq. par. 6.
recent. facit Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 9.
num. 141. Gabr. de rer. alienat. concl. 2. num. 1. & seqq.
idem Surd. decis. 153. num. 17.

18 Factam † verò fuisse transactionem ex ne-
cessitate, & fideicommissario nomine tantum
constat, ex toto tenore transactionis ponde-
rando, primo quod sola lis occasione legiti-
mæ Gaspari debitę super bonis fideicommissi
pendens inter illius creditores ex vna, & Fran-
ciscum fideicommissarium ex altera causam
dedit transactioni, vt narratur in eius proœ-
mio, à quo tota transactio regulatur, ac re-
stringitur, Bart. in l. fin. num. 2. de hered. instit. De-
cian. cons. 72. num. 49. lib. 2. Buratt. decis. 543. nu. 11
Gregor. XV. in his terminis decis. 158. numer. 2.
19 necnon † à controuersia, quæ causam dedit
transactioni, l. si de certa, C. transact. Menoch. con-
sil. 319. num. 20. Surd. cons. 418. nu. 14. Rota dec. 29.
nu. 4. par. 1. recent. & in Recanaten. prædii 14. Apri-
20 lis 1614. coram Sanctiss. D. N. vbi † quod hoc
procedit, etiamsi in transactione adsint clau-
sulæ vniuersales pro omni, & toto eo; & ex
quacumque causa, Mant. decis. 235. num. 3. Add.
ad fa. me. Greg. XV. decis. 158. num. 8.

Secundo, quod nusquam in transactione
fit verbum de dote materna Francisci, nisi ad
effectum calculandi integrum valorem fidei-
commissi, & per consequens tertiam partem
pro legitima filij, non obstante prohibitione
fideicommittentis detrahendam, cumque
præuia narratiua, quod Gaspar in vim Com-
missionis Sanctissimi obtinuerat ab A.C. sen-
tentiam super detractione legitimæ, ac eius
separatione à bonis fideicommissi ad effectũ
aliqua corpora vendendi, & ex pretio soluen-
di creditoribus suis, ac pariter obtinuerat à
Sanctissimo, quod facto deposito scutorum
4. mill. & assignatis creditoribus suis alijs an-
nuis scutis 300. à creditoribus amplius non
molestaretur, nec dictum depositum se facere
posse, nisi per venditionem alicuius membri
fideicommissi: ideoque cum Francisco filio
ad fideicommissum vocato intendere conue-
nire; cum inquam prçuia narratiua huiusmo-
di Franciscus ad faciendam rem gratam patri,
& in executionem præmissorum consenserit
venditioni prædij nuncupati Centocellæ, cui-
dens exinde fit eius voluntas restricta dumta-
xat ad titulum fideicommissi, quod solum
21 narratum fuerat obstare alienationi, † atten-
tis præsertim tum verbis, in executionem præmis-
sorum, quæ subsequentes transactionis clausu-
las quantumuis alias vniuersales coarctant ad
præmissum titulum fideicommissi, & legiti-
mæ; Rota decis. 114. num. 4. par. 1. recent. & in Ro-
mana legati de Marescottis 22. Maii 1627. coram
bon. mem. Merlino, & in terminis transactionis
Franc. Aretin. cons. 161. num. 4. Surd. cons. 418. sub
num. 14. Ciriac. controu. 213. num. 7. Rota decis. 428.
sub num. 6. par. 5. recent. Tum subsequentibus,
ibi, Hanc autem assignationem, & omnia alia in præ-
senti instrumento contenta idem Franciscus facere de-
clarauit in fauorem Gasparis eius patris pro residuo
legitimæ dictum Gasparem tangen. & pro omni &
toto eo quod quomodolibet prætendere posset &c. super
22 hereditate, & bonis, & iuribus prædictis, † & sic
super bonis fideicommissi superius nominati,
& per dictionem illam, prædictis, repetiti Aym.
cons. 929. num. 8. Barbos. dict. 276. num. 20. & hic
aduertendum est, quod licet Franciscus assi-
gnationem facere declarauit pro omni, & to-
to eo, quod Gaspar prætendere posset, non
tamen dixit se eam facere pro omni, & toto
eo, quod ipsemet Franciscus posset præten-
23 dere; † magnique est momenti ad eliciendam
voluntatẽ agentis discretiuus modus loquen-
di, ex alleg. in Romana fideicommissi, seu Saluiani
28. Aprilis 1651. coram R.P.D. meo Celso.

Tertio, quod stante statuto Vrbis deferente
marito vxore mortua lucrum totius dotis,
quam tamen liberis communis matrimonij
reseruare tenetur, non habebat Franciscus de
tempore transactionis, quo viuebat Gaspar
actionem aliquam contra ipsum exercibilem
24 pro restitutione dotis; † consensus autem
alienationis bonorum communis debitoris
præstitus ad fauorem aliorum creditorum
operatur quidem remissionem proprij iuris
competentis tempore præstiti consensus, non
autem iuris, quod tunc temporis non com-
petebat, & exercibile non erat, Castr. cons. 375.
num. 5. vol. 1. Gabr. consil. 72. num. 5. lib. 1. Laderch.
cons. 73. nu. 7. vers. secundo respondeo, Surd. cons. 70.
25 num. 4. & seqq. Decian. cons. 105. num. 14. lib. 3. † &
in puncto, quod non operetur remissionem
crediti, cuius dies nondum cesserat Gomes. var.
resolut. tom. 1. cap. 12. num. 82. vers. idem adde, il 3.
Vinc. de Franch. decis. 80. num. 24. post Bald. in l. si ita
scripsisset in 2. notab. ff. leg. 2.

26 Et gratis † dicitur actionem dotis fuisse
tunc exercibilem propter decoctionem patris
quia priuilegium mulieri competens viro
vergenti ad inopiam agendi, vt ponatur in
tuto pro alimonijs suis, & familiæ persona-
lissimum est, & nec ad filios transit, Curt. sen.
cons. 57. num. 2. Anchar. Region. par. 1. quæst. fami-
liar. quæst. 22. num. 4. & seqq. Gras. disceptat. 427.
num. 15. & 16. aliique relati à Moderno Panormitano
var. resolut. tom. 2. resol. 86. num. 9. Rota decis. 607.
num. 53. & 54. part. 4. tom. 3. recent. & in Ciuitatis
Castellana Bonorum 7. Iunij 1651. coram Reueren-
27 dissimo D. meo Decano; † Quod verò ius cui-
cumque creditori competit agendi ante diem
si debitor conditionem deteriorauerit exer-
cibile non est ad effectum exigendi, Ias. in leg.
pecuniam num. 10. ff. si cert. petat. Stracc. de decoct.
par. 3. num. 56. & 57. Ioseph Ludouic. conclus. vnica
de solut. limit. 3. Canal. decis. 653. num. 5. & 6. Rota
in Romana spolii domus 29. Ianuarii 1629. coram
bon. mem. Merlino.

Quarto, quod contrahentes adeò enixè cu-
rarunt, vt contractus esset validus vt ob id
adhibuerint solemnitates ex parte Francisci
tunc pupilli à statuto Vrbis 151. lib. 1. requi-
28 sitas: † nullatenus ergo verisimile est voluisse
comprehendi iura dotalia, quorum compre-

hen-

hensione contractus esset prorsus nullus, eo quod cum nihil ex eo Franciscus lucraretur, sed ius suum remitteret, resolueretur contractus in merâm donationem ad fauorem patris prohibitam ex dispositione *text. in l. sicut, §. an pacisci, ff. quib. mod. pign. vel hypothec. solu.* vt in terminis remissionis hypothecæ notat *Negus. de pignor. par. 6. membr. 3. num. 29. relatus à Modern. Forolinienſi de pignor. lib. 4. tit. 3. quæst. 109.*
29 *num. 92.* † necnon absque subscriptione donationis (quæ hic non adest) à Statut. Vrb. lib. 1. cap. 144. quod habere locum etiam in remissionibus donationem importantibus, ac inter patrem & filium, dixit Rota in decisionibus allegatis *à Moderno Bersigellensi in annotat. ad dictum Statutum num. 10. & seqq.*

Suppositum namque partis aduersæ quod Franciscus mediante hoc contractu acquisiuerit bonam fideicommissi, quæ illi ex tunc pater cessit, cum tamen cedere non teneretur, nisi post mortem erroneum detegitur, quia cessio huiusmodi operata solum fuit extinctionem iurium competentium Gaspari cedenti ad diminutionem fideicommissi puta occasione legitimæ, dotis Hieronymæ vxoris fideicommittentis, melioramentorum à Gaspare factorum, de quibus supra facta fuerat mentio, & similium, non autem translationem bonorum fideicommissi ex tunc in Frāciscum, vt ipsa obseruantia successiua demonstrauit; nam etiam post hunc contractū creditores Gaspari remanserunt, vt prius in possessione bonorum fideicommissi ad effectum sibi ex eius fructibus, donec Gaspar viueret satisfaciendi, & desuper manutentio-
30 nem obtinuerunt ab A. C. † quin & ea bona locarunt ipsi Francisco, qui sic, non se, sed creditores possidere agnouit, *Bart. in l. quadam mulier, num. 1. ff. rei vendic. Gabr. de locat. conclus. 4. nu. 14. Caual. decis. 446. n. 1.* Et hæc locatio, ac manutentio referri nō potest ad effectum exigendi annua scuta 300. quæ in eodem contractu Gaspar assignauerat creditoribus, quia manutentio respicit possessionē omniū bonorū, ac fructuū indefinitè à creditoribus captā ante contractum, & ipsa locatio non est restricta ad ratam annuorum scutorum 300. sed facta fuit pro pensione scut. 370. † & quod
31 plus est ex hac annua pensione fuerunt assignata ipsi Francisco annua scut. 200. pro eius alimentis, quæ sanè si aliorum bonorum fideicommissi cessionem translatiuam à patre reportasset, eaque vt exaduerso asseritur ingentis esset redditus illi debita non fuisset, *l. si quis à liberis, §. 1. vers. sed si filius, ff. lib. agnos. Molin. de primog. lib. 2. cap. 15. num. 6. Peregr. de iur. fisc. lib. 3. tit. 18. num. 74. aliique relati à Modern. Foroliu. de legit. lib. 2. tit. 2. quæst. 30. num. 15. Ioseph Sesse decis. Aragon. 45. num. 10. Rota coram bon. me. Vrgellen. decis. 76. num. 37. decis. 274. num. 5. in fin. par. 2. recent.*

32 Quibus † positis non obstant clausulæ vniuersales in fine contractus positæ, ibi, *quam dationem &c. Franciscus promisit seruare &c. & contra eam non facere &c. quouis prætextu, titulo, ingenio, vel causa etiam enormis, vel enormissimæ læsionis &c. nec alio quouis prætextu hic non expresso & de necessitate exprimendo.* Quia quicquid sit in aliis casibus, de quibus agunt exaduerso allegati, & alii cumulati in *Romana rescissionis contractus 15. Iunii 1648. coram R. P. D. meo Cordo*, restringuntur ad causam in trānsactione expressam concurrentibus superius adductis;
33 itaut † ius dotis, quæ tunc exigi non poterat nullatenus comprehendant, *Surd. consil. 418. num. 22. & seqq. Cancer. var. resolut. tom. 3. cap. 15.*
34 *num. 271. & seqq.* † præsertim quia appositæ sunt in fine testamenti, & sic in executiuis, vt benè ad propositum *Rota decis. 624. num. 8.* vbi
35 vltro ponderatur, † quod sunt clausulæ solitæ apponi de stylo Notariorum, ideoque contractum non extendunt *par. 2. recent.*

Tandem non obstat, quod Franciscus præsumatur satisfactus de dote ex fructibus bonorum fideicommissi viuente Gaspare decursis, vel ex quo habuit ratam bonorum, quæ ad Gasparem occasione legitimæ spectasset, si in calculanda legitima fuisset indebitum fideicommittentis relata dos Cleriæ solum in scutis 4000. non autem in scutis 6000. vt factum fuit. Quia iam fuit supra demonstratum non adfuisse fructus, quibus Franciscus posset satisfieri, & ad euitandum secundum obiectum non relaxatur mandatum pro tota summa scutorum 2000. quæ hæreditas Gasparis ex causa dotis Cleriæ debet, sed solum pro scutis 1333.

Et ita decisum vtraque parte informate.

R. P. D. BICHIO.

Bononieñ fideicommissi de Barberijs.

Luna 19. Februarii 1652.

ARGVMENTVM.

In primogenituris, & fideicommissis, quando masculus descendens ex fœmina veniat sub appellatione masculorum, & quando secùs non minùs latè, quàm clarè tractatur; & huius occasione, quando Testator dicatur considerasse conseruationem agnationis simpliciter, & quando simul etiam contemplasse lineam masculinam, eruditè discutitur.

SVMMARIVM.

1 *In Primogenituris quando appellatione masculi, veniat etiam masculus descendens fœmina.*
2 *Masculus descendens ex fœmina in fideicōmissis venit sub appellatione masculorum, quando primordialiter fuit directa vocatio ad masculum ex fœmina, & quare num. 3.*
4 *Intellige conclusionem procedere, quando Testator considerauit conseruationem agnationis simpliciter, secùs si simul etiam considerasset lineam masculinam, & quare.*
5 *Quando verò Testator sensisse dicatur de linea masculina, vide num. 14.*
Amplia procedere siue fuerit contemplata linea Agnatorum, siue Cognatorum.
6 *Fœmina orta ex masculo an veniat sub vocatione Descendentium per lineam masculinam.*

7 Li-

7 *Linea masculina, quando accipiatur pro sexu masculino, & quando secùs num. 28.*

9 *Masculi descendentes ex fœmina an cõprehendantur sub appellatione masculorum, si Testator habuit rationem conseruandæ agnationis.*

10 *Et quid si Testator vocatis iniunxisset onus assumendi ipsius nomen, & arma.*

11 *Primogenitus alicuius quando fuit vocatus, intelligitur de illius primogenito immediatè procreato, hoc est de illius filio.*

12 *Non autem de illius primogenito mediatè procreato, hoc est de illius nepote.*

13 *Maximè quando linea d. primogeniti fuisset immediatè vocata.*

14 *Verbum,* alium, *denotat eamdem qualitatem antecedenter expressam.*

15 *Masculinitas, quando simpliciter requiratur in progressu lineæ, non autem in ingressu, & quando secùs.*

16 *Proximior potest excludi à remotiore, quando agitur de successione ex testamento.*

17 *Masculi ex vna tantum fœmina attenentes, censentur magis à Testatore dilecti, quàm attinentes per duas fœminas.*

18 *in Fideicommissis conditionalibus admittuntur non solum nati, sed etiam nasciturì.*

DECISIO CCXVIII.

Duarum præcedentium sententiarũ sententiam Rotalem confirmatoriam ab Eminentiss. D. Card. Corrado latam, & à qua mihi Signatura cõmisit causam appellationis cum clausula sine præiudicio trium conformium censuerunt Dñi esse confirmandam ex rationibus egregiè adductis à decisione ædita in priori instantia sub die 5. Decembris 1650. coram eodem D. Cardinali Corrado. *

Quibus non obstat, quod etiam in pri-
1 mogeniturìs † appellatione masculi veniat etiam masculus descendens ex fœmina, quando, vt in casu nostro vocatus fuit primordialiter masculus ex aliqua fœmina, vt in terminis primogenituræ, tradit *Moliv. de primogenit. lib. 3. cap. 5. nu. 48. Menoch. cons. 802. nu. 35. & 36. Mart. consil. 61. num. 21. Latr. decis. 34. nummer. 43.*
2 & † generaliter in terminis fideicommissi distinguendo inter vocationem primordialitèr directam ad masculum ex masculo, & ad masculum ex fœmina, tradit *Bello. Iun. consil. 73. num. 5. & num. 19. post Soccin. in l. Gallus, §. nunc de lege, nu. 8. ff. lib. & posth. Rubeum Alex. cons. 22. num. 11. & 12. Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 18. sub nu. 17. Corn. in l. 1. nu. 19. vers. sed aduerte, C. condit. insert. & cons. 246. num. 10. lib. 2.* assignantes ra-
3 tionem diuersitatis, † quia secundò casu cum vocatio incipiat à Cognatis, dici non potest habita ratio conseruandi agnationem, sed solius masculinitatis applicabilis æquè masculo ex masculo, vel ex fœmina, quamuis testator masculis iniunxisset onus assumendi nomen, & arma ipsius, cum hoc demonstret quidem voluntatem conseruandi agnationem ciuili, quodam, & artificiali modo, sed æquè sit præstabile à masculo ex masculo, vel ex fœmina: *Menoch. d. cons. 802. num. 35. & 36. Mart. d. cons. 61. num. 21. Rota decis. 6. sub num. 1. vers. confirmatur part. 1. diuers.*

4 Nam respondetur primò, † distinctionem hanc adhiberi a Doctoribus mox allegatis ad eliciendam volutatem Testatoris conseruandi necne agnationem mediante successione sanguinis agnatitij, & in terminis simplicis vocationis primogeniti masculi, vel descendentium masculorum. Secùs verò quando simul considerata fuit linea masculina, & ratio est, quia linea masculina non incipit à fœmina, quæ imò est finis lineæ masculinæ, & principium fœminæ, sed à masculo, & per consequens oportet succedere volentem esse masculũ, & ortum ex masculo, vt benè declarat *Peregr. de fideicom. art. 26. sub nu. 4. vers. hanc tamen, Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 12. nu. 9. Graff. in §. si fideicõmissum q. 15. n. 3. Fusar. de subst. q. 404. nu. 24. Menoch. in puncto Primogenituræ cons. 1229. nu. 25. & seq.* alijque relati à *Modern. Neapolit. de success. legali part. 1. q. 1. art. 4. nu. 8.* & est originalis opinio *Castr. in l. si maritus, C. procurat,* quam tanquam veriorem, & magis approbatam, & in iudicando, & consulendo recipiendam reprobatis contrarijs tuetur, *Grat. discept. 901. nu. 21. & seqq.* & amplexa est *Rota decis. 203. sub nu. 5. part. 2. recentior. decis. 300. num. 5. & 2. seqq. coram bo: mem: Vrgellen.* † non attento, an contempla-
5 ta fuerit linea masculina agnatorum, vel cognatorum, quia etiam in cognatis linea masculina incipit à primò masculo, eiusquè descendentes per lineam masculinam, idest per masculos, licet non sint agnati, verificaturq; linea masculina in fœmina in sensu naturali, quatenus videlicet masculos procreando lineam, efficit, atque producit masculinam, vt benè explicat *Castr. cons. 91. sub nu. 4. vers. sed nunc ego, vers. & sic. in fin. vers. & iste verus sensus lib. 2. Soccin in l. Gallus, §. nunc de lege sub num. 6. vers. quibus etiam adde, ff. liber. & posth. Menoch. cons. 205. num. 19. & seqq. & signanter nu. 26. & 27.* vbi distinguit, an contemplata fuerit linea masculina ipsius Testatoris, an verò hæredis.

6 Neque † contrarium sensit *Rota in Bononien. deuolutionis bonorum 14. Ianuarij 1602. coram bonæ mem: Iusto,* quia ibi opinio Castrensis dicitur non tuta, quatenus exindè inferebatur, quod vocatis descendentibus per lineam masculinam non veniret fœmina agnata orta ex filio masculo Testatoris, vel primi acquirentis, cum verum sit, quod talis filia descendit per lineam masculinam, vt explicat decisio in eadem causa edita penès *Mant. decis. 227.* & anteà *Soccin. in l. Gallus, §. nunc de lege sub num. 4.*
7 *vers. aliud est dicere, ff. lib. & posth.* † exponere verò lineam masculinam pro sexu masculino admitti forsan posset, vbi testator mentionem fecisset lineæ masculinæ, & lineæ fœmininæ, in quibus terminis loquitur *Ruin. consil. 149. nu. 11. lib. 2.* vel quando ex alijs partibus testamenti appareret Testatorem semper accepisse lineam masculinam pro ipsismet masculis, prout loquitur *Menoch. cons. 205. num. 30.* quem sequitur *Bello Iun. cons. 73. num. 33. vers. secundò respondeo,* vel si ageretur de hæreditate fœminæ, & nusquam facta fuisset mentio de masculis,

lis, vt per *Soccin. Sen. in d. §. nunc de lege sub nu. 4.*
8 *circà fin. verf. quibus adde*. † Quæ cessant in casu nostro, cum imò ex tota serie testamenti appareat à Testatore fuisse contemplatam ipsam descendẽtiam masculinam per masculos, mentionem sæpè sæpius faciendo, & de primogenitis cum qualitate masculinitatis, & sufficit aliqua coniectura, ne linea accipiatur pro sexu, ac ne masculi descendentes ex fœminis lineæ masculinæ, aut masculorum appellatione contineantur, *Gabr. conf. 116. sub num. 4. verf. vel aliqua lib. 2.* quem sequitur *Bellon. Iun. d. conf. 73. num. 3. in fin. verf. seu coniectura. Rota in Ariminen. fideicommissi 16. Martij 1632. §. Quibus accedunt, coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Aucnionen. fideicommissi 7. Maij 1638. §. prætereà in fin. coram bo: mem: Pirouano.*

9 Secundò respondetur, † quod omnes exaduerso allegati, & qui ad idem allegari possent admittunt indistinctè masculos ex fœminis non comprehendi, si Testator conseruandæ agnationis habuit rationem, quam si aliundè necessariò resultet, non excludit vocatio descendentium à filialibus, quia potuit Testator velle conseruare agnationem in agnatis filiarum, quales sunt masculi descendentes ab earum masculis, *Paris. conf. 19. nu. 35. lib. 2. Cephal. conf. 251. num. 51. Menoch. conf. 1036. nu. 15. Fusar. de substit. quæst. 404. num. 21, Seraphin. in puncto decis. 1329. num. 3. Rota decis. 319. num. 3. & 4. part. 1. recent.* Habitam autem fuisse in casu nostro rationem agnationis demonstrant verba expressa Testatoris, ac septem coniecturæ, simul iunctæ adductæ in *decis. D. Card. Corradi, §. 2.*
10 *quia, & seqq.* † vt propterea conditio à Testatore adiecta primogenitis vocatis assumendi ipsius nomen, & arma adimpleri ab alijs non valeat, quàm à masculis descendentibus ex masculis, *Soccin. Iun. conf. 69. sub nu. 23. verf. nec obstat si Hercules, lib. 3. Rauden. resol. 22. num. 29. & 30. resolut. 37. num. 15.*

Tertiò respondetur, quod esto fuisset à testatore cõtemplata sola qualitas masculinitatis, eam tamen requiri in primogenito Iudith (de quo hodie est quæstio) apparet ex verbis testamenti, ibi: *ad primogenitum filiorum D. Iudith filiæ dicti Magnif. D. Testatoris;* quo loci duo
11 ponderanda sunt. † Primò, quod Testator locutus fuit de primogenito immediatè procreato à Iudith, ac si dixisset de primogenito inter filios, quia statim subdidit, & post illius mortem ad primogenitum talis filij dictæ D. Iudit, & ità etiam in dubio præsumitur, *Capr. consil. 180. numer. 10. Menoch. consil. 172.*
12 *num. 22. & conf. 878. num. 21.* † Cumquè mentionem fecerit tàm de primogenito Iudith, quàm de nepote ex eo, hoc est de filio dicti primogeniti, eò minus appellatione primogeniti filiorum venire potest primogenitus mediatus hoc est nepos natus ex filio, vel filia Iudith, *Ruin. conf. 164. num. 10. lib. 3. Dec. conf. 44. num. 32. lib. 3. Peregr. conf. 65. num. 21. lib. 1. Fusar.*
13 *de substit. quæst. 404. num. 26. & 27.* † Iunctis præsertim subsequentibus verbis, ibi: *donec aderit linea masculina, &c. dicti primogeniti, &c.* quæ clariora esse non possunt; quia si vocatur linea primogeniti, ergo non linea nepotum, cum linea primogeniti incipiat ab ipso primogenito non ab eius filijs, *Menoch. conf. 205. num. 39. Celsus Vgo conf. 128. sub num. 4. Bursatt.*
14 *conf. 228. sub nu. 26.* † Secundò, quod testator sensit de primogenito masculo; Tum quia semper ad masculinitatẽ respexit, tum etiam quia in vocatione secundogeniti eiusdẽ D. Iudith in casum extinctionis lineæ masculinæ primogeniti collata expressit, quod ille debeat esse masculus, ibi: *qui extincta voluit eius bona peruenire ad alium filium masculum natum de legitimo matrimonio dictæ D. Iudith maiorem natu, &c.* ponderando verbum illud, *alium*, quod cum sit significatiuum, similium, denotat eamdem qualitatem masculinitatis mox expressam requisitam à Testatore fuisse in primogenito anteà vocato, vt in terminis *Socc. Iun. conf. 168. num. 52. lib. 2. Surd. conf. 21. num. 15. Menoch. consil: 565. num. 1. & seq. & præsumpt. 84. nu. 13. & 14. lib. 4. Fusar. de substit. quæst. 311. num. 12. & 27. & quæst. 366. nu. 22. & 23.* vbi allegat concordantes, & in fortioribus terminis *consil. 5. num. 8.*

15 Quapropter distinctio † inter ingressum, & progressum lineæ, quod scilicet masculinitas requiratur in progressu, non autem in ingressu iuxtà ea, quæ in similibus terminis ponderauit *Rota decis. 627. num. 8. verf. ex his patet responsio, & nu. 9. verf. quia placuit part. 2. recen. & in Bononien. fideicommissi 18. Iunij 1638. §. quod si de paritate coram bo: mem: Pirouano* confirmata *30. Ianuarij 1640. §. minùs facere coram R. P. D. meo Rojas*, nullatenus applicabilis est casui nostro, quo ex prædictis qualitas masculinitatis requisita fuit in ipso primogenito immediato Iudith incoatiuo lineæ masculinæ primo-
16 genialis successiuè vocatæ. † Nihilque vrget, quod iuxtà hunc sensum masculi descendentes ex fœminis Iudith propriæ filiæ Testatoris postponerentur masculis ex Lucretia sorore Testatoris vocatis post lineam descẽsiuam Iudith, quia, vt ponderat *Mant. de coniect. lib. 8 tit. 18. num. 49. aliique allegati in decis. D. Cardin. Corradi, §. Tertio*, nullius est momenti hæc coniectura, vbi ex alijs clara est voluntas Testatoris, qui rationabilitèr prætulit filios masculos sororis masculis ex filia filiæ, quia illæ
17 minùs distant ab agnatione sanguinis, † & homines magis diligunt masculum ex vna fœmina tantum attinentem quàm attinentem per duas fœminas, *Menoch. conf. 878. sub num. 19. & 20. & conf. 1226. num. 28.*

Meritò igitur denegata fuit immissio Comiti Mauritio Beroaldo ex Comitissa Valeria filia Iudit procreato, cui prætereà obstat, quod tempore purificatæ primogenituræ ad fauorem Gandulphi descendentis ex Lucretia sorore Testatoris, nec natus, nec conceptus erat,
18 licet † enim in fideicommissis conditionalibus, & successiuis admittantur regularitèr non solum nati, sed etiam nascituri per ea, quæ in terminis primogenituræ, dixit *Rota decis. 346. num. 8. & seqq. & decis. 394. num. 22. & seqq. part 5. recent.* Hoc tamen non procedit, quando fideicommissa huiusmodi respiciunt certas personas tunc extantes, vel certam qualitatem habentes

bentes siuè ex vna, eademque linea, siuè ex diuersis prouenientes. Nam ex eo instanti operantur effectum suum, itaut admissio tunc extantium ex superuenienti aliorum natiuitate retractari non valeat, nisi ex verbis testamenti, vel ex vrgentibus coniecturis indè resultantibus appareat contraria Testatoris voluntas, vt respondendo contrarijs benè ponderat *decisio D.Card. Corradi, §.Prætereà, & seqq.* & ibi allegatis addi potest, *decis.38. num.1. decis.381. num.11. part.1.diuers. & in Romana fideicommissi de Ametis 16. Nouembris 1646. §.finali coram me.*

Et ità decisum vtraquè parte informante, &c.

Decisio ista edita in hac eadem sub die 5. Decembris 1650. coram bo:mem:Card. Corrado est suprà in hac part.11. recent. decisio 93.

R. P. D. BICHIO.

Romana rescissionis Concordiæ.

Lunæ 26. Februarij 1652.

ARGVMENTVM.

Vocatio filiorum ex parentibus legitimis creatorum comprehendit etiam eos ex parentibus legitimatis procreatos. Transactio verbis prægnantissimis concepta comprehendit omnia iura transigentium etiam vltra expressa, & etiam fideicommissum diuersum ab eo, quod fuit expressum; Vbi plura de Testamento de falsitate suspecto.

SVMMARIVM.

1 *Annus ad committendam causam appellationis computatur à die appellationis interposita.*

2 *Biennium ad prosequendam appellationem non datur in Vrbe nisi quando in primo anno fuerit cõmissa causa appellationis, & saltem fuerit citatum ad dicen. contrà.*

3 *Iustitia sententia resultat ex decisionibus Rotalibus.*

4 *Filij nati de Matre legitimata per rescriptum Principis, dicuntur nati de Matre legitima.*

Quod fortiùs procedit si non agatur de successione Matris, sed filiorum à Matre legitima procreatorum. num.5.

Itẽ amplia si agatur de successione per verba prohibitiua, quæ concepta, quæ non debet extendi. n.6.

7 *Legitimatus per rescriptum Principis venit appellatione legitimi.*

8 *Verba Testatoris vulgariter pro lata relata in latinum sunt interpretrãda secundum iuris interpretrationem, & non communem vsum loquendi.*

9 *Testimonium extraiudiciale informe, & erroneum non attenditur.*

10 *Testimonium extraiudiciale testis deponentis non de facto, sed per suum iudicium à rationabilibus coniecturis elicitum non attenditur.*

11 *Auus non comprehenditur sub nomine Patris in dispositione loquẽte per propriam significationem de filio ex Patre legitimo procreato.*

12 *Legitimitas probatur ex Testamento Patris appellantis filium legitimum, & naturalem; imò ex sola institutione. num.20.*

13 *Enunciatiua nullius est momenti quando Instrumentum eam continens nullum habuit effectũ, & detur enunciatiua contraria in instrumento effectuato. num.18.*

14 *Instrumentum diuersi Caracteris ab alijs à Notario rogati suspicatur falsum.*

Fortiùs si non reperiatur in Prothocollo, sed in paruo libello reposito in diuerso Archiuio ab eo in quo Prothocolla fuerunt reposita. nu.15.& 16.

Item si non probetur tempus repositionis libereuli in Archiuio. num.17.

Item si inuerisimilia contineat, vtpotè quod Pater oblitus fuerit Notarij rogati de legitimitate eius filij. num.19.

21 *Verba*, & quatenus opus sit constituerunt, *nouam dispositionem important.*

Et imposita in transactione à fideicõmissarijs stant ampliatiuè ad nondum fideicõmissum, non autem restrictiuè ad antiquum. num.22.

23 *Clausula ex nunc efficit, vt actus ob inhabilitatem agentis retro nullus incipiat esse validus ex habilitate noui agentis.*

24 *Transactio, quando dicatur complexiua omnium iurium transigentium, & non restrictiua. & nu.28. & num.29. vsque ad finem.*

26 *Transactio comprehendit Testamentum diuersum ab eo, quod fuit expressum, & totum relatum in transactione si fuit renunciatum*, l.de his, ff.de transaction.

Quia renunciatio, d.legi de his, non est necessaria in Testamento, quod totum in transactione refertur. num.27.

28 *Transigens sicuti præseruauit iura vnius fideicommissi, sic præseruasset alterius si eum in trãsactione comprehendere noluisset.*

30 *Transactio substineri debet etiam in vim pacti præsertim si fuit longo tempore obseruata. & nu.31.*

DECISIO CCXIX.

1 LAPSVS anni ad committendam causam appellationis præfixi, † & à die 18. Iunij 1650. qua Dominus Iacobus Alberinus à sentẽtia Rotali per Eminentissimum D. Cardinalem Corradum lata appellauit computandi *Clem. sicut de appellat.* effecit, vt constare de re Iudicata Dominj censuerint, nam ex datis in Summ. Dominorum Marcelli, & Horatij de Alberinis apparet, quod commissio appellationis peruenit ad bancum Cursorum die 2. Augusti 1651. & citatio ad dicendũ contra executa fuit de mense Nouembris subse-
2 quentis, † nec in Curia datur biennium, nisi quando fuit causa appellationis commissa in primo anno, & deuentum ad aliquos actus saltem citando ad dicendum contra, vt tradit *Vestr. in prax. lib.7. cap.vlt. nu.9. vers.nec sufficeret, Cassad. decis.6. nu.8. de appellat. Cresc. decis.8. nu.8. eodem tit. Put. decis.311. lib.2. Rot. inter recentior. decis.156. num.1. part.2. & in Bononien. Pecuniaria, seù Dotis 26. Martij 1645. coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Quo verò aduersus eiusdem sentẽtiæ iustitiam, vel ad excludendum illius transitum in iudicatum, vel ad obtinendam restitutionem in integrũ adduxerunt informantes pro Domino

mino Iacobo inhærentes probationi testamētariæ Rutilij ne Cæsar eius filius, & hæredes instituere posset, aut aliquam donationem facere ad fauorē personæ illegitimæ, & naturalis, & procreatę ex patre illegitimo, & naturali, aut ex matre illegitima, & naturali, visa
3 sunt euacuari, † ex optimè ponderatis *in duabus decisionibus sub die 15. Iunij 1648. & 14. Martij 1650. editis coram D. Cardinali Corrado*, in quibus comprobatur, quod prohibitio huiusmodi applicabilis non Marcello, & Horatio, quod non egreditur personam Cęsaris, ac tertio, quod etiam hæc exceptio sublata fuit per transactionem initam inter has partes de anno 1632.

Primum fundamentum subsistit, quia Marcellus, & Horatius procreati sunt ex legitimo matrimonio, quod sufficit ne dicta prohibitione afficiantur, quamuis Cinthia eorum mater legitimè nata non fuerit; nam ipsa quoque antequam filios gigneret imò, & nuberet fuerat instāte patre à Collegio Archiuii plenè legitimata, & ad omnia iura legitimorum, ac si de legitimo Thoro genita esset restituta;
4 vndè verum est dicere, quod filij orti sunt ex matre de tempore eorum natiuitatis, quin, & conceptionis legitima qualis dicitur etiam legitimata per rescriptum Principis, *Soccin. in l. Gallus, §. si eius num. 5. ff. lib.* & post *Rolan. consil. 67. num. 16. lib. 3. Menoch. consil. 227. num. 31. & præsumpt. 79. num. 2. & 3.* vbi testantur de communi sententia *lib. 4. Bursatt. cons. 1. nu. 30. Decian. cons. 42. nu. 15. lib. 1. & cons. 9. nu. 52. lib. 4. Hond. cons. 64. nu. 1. lib. 1. Peregr. de fideicom. art. 23. num. 39. Bardellon. cons. 195. num. 28. & seqq. lib. 2. Mant. de coniect. vltim. vol. lib. 11. tit. 10. sub nu. 9. vers. hac autem*, vbi quod hæc est magis communis sententia, *& nu. seqq.* vbi respondet contrarijs *Ciriac. contr. 207. num. 48. & num. 52. & seq. Rot. inter recent decis. 578. num. 4. part. 4. decis. 100. num. 6. part. 5. decis. 427. numer. 12. apud Peniam.*
5 Maxime † in casu nostro quo non agitur de excludenda matre legitimata, sed filijs ex ea legitima procreatis quos propterea cum de iure communi successibiles sint, odiosum esset excludere, *Nugerol. allegat. 23. num. 43.* &
6 amplius † quia versamur in verbis prohibitiuis non extendendis ad exclusionem personarum legitimæ successionis capacium, *Berrett. cons. 48. num. 11. Alex. cons. 56. col. fin. num. 6. vol. 1. Peregr. de fideicomm. art. 14. num. 25. Surd. decis. 124. num. 8. versic. id maximè, & decis. 254. num. 8. & 9.*

Nec obstat, quod iuxtà communem vsum loquendi legitimatus non veniat appellatio-
7 ne legitimi; † nam præter quod vsum huiusmodi negat *Dec. consil. 316. in fin. Tiber. Decian. consil. 9. num. 53. lib. 4. Menoch. cons. 255. num. 63.* ille non attenditur quando verba vulgari sermone à testatore prolata relata sunt latino ser-
8 mone; † tunc enim verba sunt intelligenda secundum iuris interpetrationem, non autem secundum vulgarem modum loquendi, vt in his terminis respondit *Alex. cons. 2. sub num. 17. & seqq. lib. 1. Menoch. d. cons. 266. num. 64.* aliique plures relati in secunda *decisione D. Cardinalis Corradi, §. secundò quia*, quibus additur *Decian. d. cons. 9. num. 54. lib. 4.*

Minus obstat testimonium Francisci de Alexādris asserentis audiuisse à Rutilio, quod nolebat succedere posse filios natos ex præfa-
9 ta Cinthia non legitimè nata, † quia extraiudiciale, & informe est, & erroneum detegitur *ex deductis in secunda decisione D. Cardinalis Corradi §. prætereà, & seq.* Idem respondetur ad fidem extraiudicialem Monialis annorum 76. rela-
10 tam in nono *Summ. Iacobi num. 2.* † Fides verò pariter extraiudicialis D. Petri à Valle non exprimit nisi proprium eius iudicium fundatum in auditu à personis non deponentibus de verbis Rutilij, sed ita iudicantibus per rationabiles coniecturas, ideòque momenti nō est, *Alex. in rubr ff. si cert. pet. num. 21. Felin. in cap. quoties num. 7. & seqq. de testib. Hond. cons. 79. num. 37. & 38. lib. 1. Rot. decis. 245. num. 5. part. 1. recentior.*

His positis superflua sunt, quæ dicuntur de non legitimitate Marcelli senioris Aui paterni Marcelli iunioris, & Horatij actoris; tum quia in Testamento Rutilij nulla fit mentio legitimitatis Aui, sed solum patris, aut matris, & repugnat propriæ significationi, quod
11 eorum nomine Auus contineatur, † quandò dispositio loquitur simul de filio ex patre procreato, *Rebuff. in leg. iusta interpretatione 31. col. 4. in princip. ff. verbor. signific. Alex. consil. 198. sub num. 12. vers. denique, & num. 13. lib. 6.* Tum etiam quia Marcellum quoque seniorem legitimè natum fuisse, constat ex Testamento Io: Baptistæ senioris eius patris, qui illum vti filium legitimum, & naturalem hæredem
12 instituit; † vndè probari legitimitatem, tradit *Mandell. consil. 180. num. 3. Mohed. decis. 3. num. 4. in fin qui fil. sint legit. Rot decis. 16. sub num. 19. vers. & præsertim part. 5. recen. & in Bononien. fideicommissi 22. Iunij 1639. coram me.*

Neque vrget aliud præcedens testamentum eisdem Io: Baptistæ conditum, vt asseritur de anno 1521. vbi eumdem Marcellum seniorem instituit enunciando illum filium legitimatum, & de legitimatione constare in actis Sabæ, seù alterius Notarij de anno 1518.
13 Quia † enunciatiua hęc nullius est momenti cum idem testamentum in quo continetur effectum non habuerit, vt necessè esse, dixit *Rota in Florentina, seù Bonon. de Barbadoris 25. Iunij 1640. §. quantum verò, coram recol. mem. Coccino Sacræ Rotæ Decano.* Et prætereà Instrumen-
14 tum testamenti suspectum reddit, † tum diuersitas caracteris ab alijs Instrumentis ab eodem Notario rogatis, & probandum esset, quod eius manu fuerit scriptum, vel subscriptum, *Paris. cons. 12. nu. 125. & seqq. lib. 2. Rimin. Iun. cons. 197. num. 7. & 8. Surd. cons. 187. nu. 15. num. 23. & seq. Menoch. de arbitr. cas. 187. nu. 181. Put. decis. 430. sub num. 2. lib. 2. in corr.* Tum lo-
15 cus in quo reperitur, † nempè paruulus quidam liberculus tria, aut quatuor Instrumenta continens; cum tamen omnia instrumenta, tam ante, quam post ab eodem Notario rogata spatio vigintiquinque annorum repe-
16 riantur in protocollis, † eæque non existant in

in Archiuio Vrbano, vt hic liberculus, sed in Capitolino, quod ponderauit *Rota penes Buratt. decis.666. num.8. & in Assisien. Dotis 22. Iu-*
17 *nij 1640. coram R.P.D. meo Roias.* † Tum quod non probatur, de quo tempore ille liberculus repositus fuerit in Archiuio Vrbano, vt necessè est ex allegatis *in decis.34. nu.3. Cardinalis Millini, & in dicta Florentina, seù Bononien. de Barbadoris §. nec ad supplendos, vers. secundò etiam, & in Marsicen. Iurisdictionis 5. Martij 1646. §. quo verò, coram me, in Tiburtina Castri Sancti Angeli 18. Iunij eiusdem anni §. ratio autem, coram R.P.D.*
18 *meo Meltio.* † Tum quarto contraria assertio eiusdem Testatoris emissa in subsequenti testamento anni 1527. quod effectuatum fuit, ac debet attendi, *Rota in Fulginaten. Saluiani 1. Iulij 1643. §. non obstat, coram me,* & gratis dicitur medio tempore inter vnum, & alterum testamentum sequi potuisse legitimationem, quia cum sit facti probanda esset ab allegante, & contrarium conuincitur ex ipso testamento anni 1521. cum ibi asseratur legitimationem præcessisse anno 1518. de qua si vera esset assertio facilè doceri posset perquirendo in Archiuijs Vrbis protocolla Notarij Sabæ, in cuius actis ibi asseritur adesse, & quatenus replicatur testamentum loqui alternatiuè de actis Sabæ, seù alterius Notarij ex hoc magis
19 augetur suspicio cum inuerisimile sit, † quod pater tam modico tempore oblitus fuerit Notarij rogati de facto adeò notabili legitimationis se instante factæ, *vt per Cagnol. in auth. ex causa, sub nu.149. vers. qua restrictio. C. liber. præter. Menoch. præsumpt.32. num.16. in fin.* in alio testamento condito de anno 1520. & sic per annũ ante pater instituit filios nulla facta mentione legitimationis, *vt in nouo Summ. Iacobi nu.1.* & instituendo eos tanquam filios satis denotauit natos esse ex legitimo matrimonio licet
20 id non expresserit, † quia alias instituere non potuisset existente legitima prole, *§. nos igitur, Auth. quib. mod. natural. effic. sui, Rolan. consil.67. num.36. lib.3. Surd. cons.177. nu.15. & 16. Grat. discept.958. num.10.*

Subsistit pariter aliud fundamentum positũ in personalitate prohibitionis Rutilij non egredientis personam ipsius Cæsaris hæredis instituti ex allegatis in prima decisione huius causæ, *§. tum quia,* vt propterea Tiberius, & Iacobus potuerint in transactione super bonis, de quibus agitur, à Rutilio prouenientibus nouum fideicommissum constituere ad fauorem Marcelli, & Horatij iuniorum, ipsorum-
21 que descendentium, † vt fecisse demonstrant apertissima verba transactionis, ibi: *& quatenus opus sit ex nunc constituerunt, &c.* quæ nouam dispositionem important, *Cassad. decis.1. de confirmat. vtil. vel inutil. Rota decis.210. nu.6. part.1. recent.* vndè gratis dicitur huiusmodi nouum fideicommissum factum fuisse restrictiuè ad
22 voluntatem Cæsaris, † quia dicta verba stant ampliatiuè, ac denotant casum, quo alterum præcedens fideicommissum ab eodem Cæsare constitutum locum non haberet, quo tantum casu opus erat nouo fidicommisso: & esto, quod obsequi voluissent voluntati Cæsaris, & ex eius persona obstante dicta prohibitione fideicommissum non substineretur, substinetur adhuc ex persona Tiberij, & Iacobi ab ipsa die transactionis vigore clausulæ,
23 ex † nunc efficientis, vt actus ob inhabilitatem agentis retro nullius incipiat esse validus ex habilitate noui agentis, iuxtà theoricam *Bart. in l. obseruare num.8. ff. offic. Proconsul.* quam sequitur *Ruin. cons.72. num.10. & seqq. lib.3. Paris. cons.49. num.20. & 61. lib.1. Natt. cons.262. nu.10. & seq. Surd. decis.69. numer.16. & 17. decis. 245. num.9.*

Solidissima tandem est exceptio transactio-
24 nis † complexiuè ob clausulas vniuersales prægnantissimas, & geminatas omnium iurium transigentibus competentium, & competitorum ex quacunque causa, nec restringibilis ad litem tunc præexistentem, & in proemio narratam vigore clausuræ, ibi: *prædicta occasione,* & infrà, ibi: *causa, & occasione suprà narrata;* tum quia suprà pro causa transigendi nedum narrata fuerat lis, sed ampliatiuè etiã ratio conseruandi agnationem, æquè se habens ad omne ius ex Testamento, siue Cæsaris, siue Rutilij obstatiuum conseruationi bonorum in agnatione Horatij, & Marcelli senioris à transigentibus contemplata; tum quia transactio non restringitur ad lites quæ nasci possent causa suprà narrata tantum sed etiam infrà dicenda, ibi: *causa, & occasione suprà narrata, & infrà dicenda:* at infrà dictæ,
25 & † expressæ fuerunt tam causæ cogitatæ, & sic suprà narratæ, quam non cogitatæ, ibi: *cogitatis, & non cogitatis,* atque ita quæcunque causæ vltrà expressas, *Honded. consil.49. num.30. & seqq. lib.1. Ludouic. Moros. consil.43. num.29. & seqq. Surd. cons.267. num.12. & 13. Ciriac. contr.128. num.50. & seqq. præter alios allegatos in prima decisione §. quia comprehendunt, & in secundò, §. quoniam est aduertendum.*

Eo magis, quia transigentes renunciarunt dispositioni, *l. de his, ff. de transact.* quæ renunciatio ociosa prorsus esset nisi transactum fuisset etiam super testamento Rutilij, & quo-
26 uis † alio iure superius non prænarrato cum respectu fideicõmissi Cæsaris sufficeret illius
27 inspectio † per oculos intellectus ex tenore totius testamẽti relato in proemio transactionis resultans, *Bart. in d. l. de his num.6. & in l. qui Romæ, §. duo fratres nu.17. vers. sed puto, ff. verbor. oblig. Rip. respon.23. num.39. lib.2. Paris. cons.15. num.77. lib.2. Becc. cons.108. num.28. Decian. respons.83. num.62. lib.3. Buratt. decis.658. numer.9.* necnon quia in transactione adest specifica reseruatio iurium competentium aduersarijs si, & quando Marcellus, & Horatius eorumque successores transactionis effectum impedirent sub prætextu testamenti, & Codicillorum Cæsaris. vel alias quomodolibet: neque enim addiderunt ea verba, vel alias quomodolibet si sensissent de fideicommisso Cæsaris
28 dumtaxat; † & sicuti sua iura præseruarunt dicto casu ita præseruassent iura testamenti Rutilij nisi comprehensa voluissent, vt ad propositum ratiocinatur, *Rota decis.669. numer.2. in fin. part.1. recent.*

Tum

29 Tum tertiò; † quia in fine transactionis partes promiserunt cum amplissimis clausulis omnium iurium cōprehensiuis transactionem obseruare eamque sub quouis prætextu etiam nouorũ iurium, & ex quauis alia causa, &c. non impugnare siue agendo, siue excipiendo, & quomodolibet opponendo præterquam in casu suprà reseruato. Quapropter semper obstat vniuersalis hæc promissio nullam habens restrictiuam seù relationem ad litem præexistentem, & fideicommissum Cæsaris in proemio narratum, & ex voluntate transigentium etiam super eo, quod in lite narrata non cadebat, vel expressum non fue-
30 rat † transactio afficit aduersarios saltem in vim pacti, *Salyc. in l. si de certa nu. 2. C. transact. Alexan. cons. 11. num. 8. & 24. lib. 2. Hond. cons. 49. nu. 34. vers. insuper dico lib. 1. Rot. coram san. mem. Gregor. XV. decis. 286. num. 7. Add. ad eumdem decis. 158. num. 7.* & fuit dictum *in Romana fideicommissi de Ceulis 14. Ianuarij 1641. §. & quamuis, caram Reuerendissimo Episcopo Salamantino*, præsertim postquam transactio fuit longo tempore obseruata, vt latius expendunt decisiones coram Eminentissimo Corrado.

Ex quibus dubium per me hodie propositum an constet de re iudicata seù potius de causis restitutionis in integrum, affirmatiuè quoad primam partem, negatiuè verò quoad secundam resolutum fuit vtraque parte informante.

R. P. D. ALBERGATO.

Bononien Beneficij.

Luna 26. Februarij 1652.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus, quãdo dicendum sit gentilitium, & quando hæreditarium, ac quando Iuspatronatus quod erat gentilitium efficiatur hæreditarium non minus latè, quàm eruditè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus, quando adiudicandum sit præsentato.*
2 *Vacatio Beneficij probatur ex litteris patentibus vltimi possessoris.*
3 *Sacerdotium probatur ex litteris patentibus Ordinarij.*
4 *Iurispatronatus existentia iustificata remanet ex instrumento fundationis, & dotationis authoritate Ordinarij confirmato.*
5 *Iurispatronatus reseruatio ad fauorem familiæ, ex quibus resultet.*
6 *Fideicommissum simplex, & absolutum ad fauorem omnium descendentium, ex quibus censeatur inductum.*
7 *Iuspatronatum reseruatum familiæ cum pacto, quod, nullo modo de ipsa familia exire possit, importat absolutam vocationem omnium.*
8 *Iuspatronatus, quando dicatur gentilitium, licèt dictum fuerit, quod spectare debeat ad hæredes Testatoris, & eorum successores.*
9 *Et dicta verba hæredes, &c. designent successores sanguinis.*
10 *Iuspatronatus, quando dicatur gentilitium. & nu. 11. & 12.*
13 *Iuspatronatus cōcludenter probatur esse gentilitium, quando per spatium longissimi temporis nulla apparet præsentatio facta à fœminis, & hæredibus extraneis.*
14 *Iuspatronatum gentilitium non transit ad hæredes extraneos, sed portio deficiens per ius accrescendi, seù non decrescendi transit in vltimum ex linea superstitem.*
15 *sine Filijs decessisse præsumendum est.*
16 *Iuspatronatus gentilitium quando efficiatur hæreditarium. & num. 30.*
17 *Præsentatus intra legitima tempora à legitimis patronis, venit instituendus.*
18 *Iuspatronatus de sui natura transit ad successores, etiamsi expresiè cautum fuerit respectu duorum, non autem respectu tertij.*
19 *Discretiuus modus loquendi, quando non attendatur.*
20 *Verba*, non exire de Familia, &c. *important vocationem omnium descendentium.*
21 *Testatoris mens elici potest, etiam ex actu nullo, & inualido.*
22 *Patronus constituitur in quasi possessione præsentandi ex præsentatione ab Ordinario admissa.*
23 *Obseruantia proxima non autem remota venit attendenda.*
24 *Præscriptio in materia Iurispatronatus contrà patronos non præsentantes, vt deduci possit quid requiratdr. & num. 25.*
26 *Præscriptio non cadit in Iurepatronato gentiltio in præiudicium successiuè vocatorum.*
27 *Patrono quando obesse non possit, quòd fuerit reiectus ab eo præsentatus, & admissus alter præsentatus ab alijs Patronis.*
28 *Beneficij Sacerdotalis non est capax Clericus.*
29 *Extensio de vno casu ad alium fieri non debet.*
31 *Iuspatronatum gentilitium stantibus verbis taxatiuis restringitur ad homines de Familia.*
32 *Et quando transeat etiam ad extraneos.*
33 *Iuspatronatum erectum cum consensu Ordinarij non potest immutari in præiudicium vocatorũ, etiamsi pacta de nouo apposita essent Ecclesiæ fauorabilia.*
34 *Maximè si nullum dotis augumentum in immutatione intercesserit.*
35 *Subrogatum retinet naturam subrogantis.*
36 *Iuspatronatus non potest alterari per subrogationem aliorum bonorum in loco eorum, quæ fuerunt in fundatione assignata.*

DECISIO CCXX.

QVAESTIO est inter Com: Carolum Antonium Fibulam præsentatum à DD. Marchione Ioanne Baptista, & fratribus de Montecucculis inter Bernardinum à Pinu præsentatum à Hieronymo de Rubeis, & inter Reuerendiss. Archiepiscopum Amasiæ prouisum ab Eminentiss. D. Cardinali reseruatario, iste liberum, illi Patronale esse beneficium cōtendebant, & vterque sui authoris pertinen-
1 tiam tuebatur; † Quapropter delata mihi causa dubitaui, cuinam ex prædictis esset adiudi-

candum controuersum beneficium, & illud
adiudicandum esse Carolo Antonio respon-
sum fuit, quia docet de vacatione, de propria
habilitate, de existentia Iurispatronatus, ac de
pertinentia familiæ, à qua intrà legitima
tempora præsentatus est, eique proindè debe-
tur adiudicatio, seù institutio, *cap. decernimus*,
cap. Monasterium 16. quæst. 7. cap. cum Bertholdus,
& ibi *Abb. de re iudic. Rot. dec. 337. part. 2. dec. 15.*
vtrobique num. 2. part. 5. recent. in Mutinen. Cappel-
lania 1. Iulij 1647. coram R.P.D. meo Peutingerio,
& in Cracouien. Præpositura S. Floriani 28. Nouem-
bris 1650. coram R.P.D. Deo Bichio.
2 Vacatio† est in confesso apud partes, & pro-
batur ex fide obitus Elisei Mattuliani vltimi
possessoris, *Rot. coram san. mem. Greg. XV. dec. 78.*
num. 2. coram Buratt. decis. 563. num. 1. & in Placen.
Beneficij 7. Februarij 1650. §. obitus autem, coram
3 *Eminentiss. D. meo Cardinali Corrado*. † Ordo au-
tem Sacerdotalis in fundatione requisitus nō
controuertitur, & de eo Carolus Antonius
exhibet litteras patentes Ordinarij, quibus fi-
des est adhibenda, *Felin. in c. post cessionem nu. 15.*
de probat. Rot. coram Buratt. decis. 255. numer. 15.
decis. 708. num. 1. coram Coccino decis. 164. num. 1.
in Calaguritana Beneficij 27. Nouembris 1648. §. est
verò Didacus coram R. P. D. meo Bichio, in Com-
postellana Parochialis 21. Februarij 1650. coram
Reuerendiss. D. meo Decano, & in Terdonen. Præ-
ceptoriæ 27. Februarij 1651. §. iustificatio coram
Eminentiss. D. meo Cardinali Otthobono.
4 Existentia † verò Iurispatronatus, & illius
pertinentia ad DD. de Montecucculis iustifi-
cata remanet ex Instrumento fundationis,
& dotationis authoritate Ordinarij cōfirma-
to, *cap. piæ mentis 16. quæst. 7. cap. nobis de Iurepatr.*
Gonzal. ad reg. 8. glos. 18. num. 34. Lotther. de re be-
nef. lib. 2. quæst. 7. nu. 27. Rot. decis. 615. nu. 2. part. 5.
rec. in Cracouien. præpositura 12. Iunij 1645. §. quod
verò coram R.P.D. meo Verospio, & in Lucana Iu-
rispatronatus 1. Iunij 1647. coram Reuerendiss. Ter-
racinen. in eo enim executores testamentarij
Hieronymi de Podio præuia assertione, quod
iste Alexandrum, & Nicolaum ipsius fratres
instituerat hæredes, declararunt iuxtà facul-
tatem secretò sibi à testatore demandatam
creare, & erigere vnam Cappellaniam, seù
Sacerdotale beneficium in Ecclesia Bononieñ
sub Inuocatione Sanctissimæ Trinitatis hac
lege: *Quod Rectoris præsentatio in futurum quan-*
documque; vacare contigerit, spectet prædictis hære-
dibus Testatoris antedicti, & eorum successoribus,
& ad Antonium q. Iacobi de Podio, & de dicta fami-
lia nullo modo possit exire, seù alienari, & casu quo
alienaretur, veniat ad Episcopum, & Capitulum Bo-
5 *nonien. &c.* † Ex quibus sanè verbis, *& de dicta*
familia nullo modo possit exire, seù alienari, clarè
resultat reseruatio Iurispatronatus ad fauo-
rem familiæ de Podio, quia prohibitio est
realis, *l. filiusfamilias 118. §. cū pater, ff. de legat. 1.*
l. peto 71. §. fratre, ff. de legat. 2. Casanatt. cons. 33.
nu. 10. Staiban. Iun. resolut. 58. nu. 2. Rot. dec. 395.
num. 2. part. 1. decis. 581. num. 4. part. 5. decis. 208.
num. 2. & 3. part. 7. recent. & in Maceraten. Iurispa-
6 *tronatus 6. Nouembris 1628. coram Vbaldo*, † ex
qua proindè vti independēter posita, & simul
& semel ordinata, simplex, & absolutum in-
ductum fuit fideicommissum in casu mortis
ad fauorem omnium descendentium ab Ale-
xandro, Nicolao, & Antonio expresse voca-
tis, *l. is, qui complures 92. ff. de legat. 3. Alciat. con-*
sil. 36. num. 11. lib. 9. Curt. Iun. cons. 145. numer. 4.
Roland. cons. 23. num. 21. lib. 4. Franc. Vegg. cons. vlt.
num. 401. Gibuagn. cons. 65. num. 3. lib. 1. Peregr. de
fideicom. art. 14. sub num. 15. Petr. eod. tractat. qu. 5.
num. 2. 6. & 9. Fusar. de substit. quæst. 688. num. 30.
Rot. decis. 568. nu. 1. & seqq. part. 1. decis. 121. nu. 2.
7 *part. 2. diuers.* † attentis præsertim illis verbis,
nullo modo, quæ magis absolutam vocationem
important, *gloss. in l. quidam in testamento 10. ff. de*
fideicomm. libert. Peregr. d. artic. 14. num. 40. Rot. de-
cis. 10. nu. 6. decis. 11. nu. 3. part. 1. decis. 342. num. 4.
part. 3. recent. & in Perusina fideicommissi de Bigaz-
zinis 14. Nouembris 1605. §. non obstat il secondò,
coram Litta.
8 Est igitur † ex tenore fundationis Iurispa-
tronatus, de quo agitur, gentilitium, cui qua-
litati non repugnant alia verba, *spectet prædictis*
hæredibus Testatoris antedicti, & eorum successoribus,
quia priora stanr demonstratiuè ad hæredes
superius nominatos, perindè ac si fuissent no-
mine proprio expressi, *l. qui liberis 8. § hæc ver-*
ba, vbi *Bart. ff. de vulg. Curt. Iun. cons. 128. nu. 13.*
Surd. cons. 123. nu. 13. & decis. 85. num. 3. cum alijs
allegatis in Rom. rescissionis concordiæ 15. Iunij 1648.
§. præterea coram Eminentiss. D. meo Card. Corrado,
9 & † posteriora designant successores sangui-
nis propter adiectionem familiæ, vt in termi-
nis firmauit *Modern. Cremonen. resol. 10. num. 5.*
vers. quia obseruantia, Rot. decis. 581. num. 3. in fin.
& num. 5. part. 3. decis. 217. num. 12. & seq. part. 6
decis. 38. num. 14. part. 7. recent. & in d. Maceraten.
Iurispatronatus 9. Nouembris 1628. coram Vbaldo,
10 quod † comprobauit subsequuta obseruan-
tia, quia in Bulla Sixti V. fulminatorio Vica-
rij, & in sententia Rotali dicitur Iuspatrona-
tus esse illorum de Podio, per quæ excludi-
tur qualitas hæreditaria ex deductis *in Medio-*
lanen. Sacristiæ 26. Iunij 1602. coram præclar. mem.
11 *Card. Hieronymo Pamphilio*, † & ijdem Patroni
in successiuis præsentationibus se semper vni-
cos enunciarunt, quæ vnicitas potissimum
cadit in Iurepatronatus gentilitio, *Buratt. de-*
12 *cis. 183. nu. 5.* † nec illi vnquam præsentarunt
nomine hereditario cum expressione alicuius
quotæ, quod indubitanter arguit Patronatus
gentilitatem, *Gabr. cons. 196. nu. 6. lib. 2. Gratian.*
discept. 521. num. 19. & seqq. Rot. decis. 482. num. 6.
part. 1. decis. 166. num. 9. & seqq. part. 6. recentior.
cum alijs congestis *in Piscien. Beneficij 26. No-*
uembris 1650. coram R.P.D. meo Celso, confirma-
ta 21. Aprilis 1651. coram Reu. P. D. meo Rojas,
& 20. Nouembris proximè præteriti coram R.P.D.
13 *Zarate*, † eoque magis, quia per longissimum
temporis spatium 200. ferè annorum, nulla
apparet præsentatio facta à fœminis, & hære-
dibus extraneis, ex quo concludentissima
insurgit probatio Iuspatronatus esse gentili-
tium, *Calderin. cons. 15. per tot. de iurepatr. Rot.*
apud Modern. Pisan. eod. tract. decis. 41. nu. 20. vers. 5.
quia, decis. 130. num. 11. in recent. decis. 288. num. 6.
part. 5. in Florentina Iurispatronatus 14. Februa-
rij

rij 1639. coram bo:mem:Merlin. in Lauden. Iurispa-
tronatus 22. Maij 1643. coram R.P.D. meo Cerro,
& latè firmatum fuit in mox allegatis Piscien.
Beneficij coram RR. PP. DD. meis Celso, & Rojas
editis.
14 Hoc † itaque Iuspatronatus, extincta linea
Alexandri, & Nicolai per mortem Ioannis
Caroli de anno 1637. secutam, non fuit dela-
tum ad Hieronymum de Rubeis extraneum
hæredem ab eo institutum, qui præsentauit
Bernardinum à Pinu, sed transijt in Ioannem
Podium vltimum ex linea Antonij superstì-
tem, ac in eo consolidatum fuit in totum per
ius accrescendi, seù non decrescendi, Paris.
cons. 48. num. 20. & 23. lib. 4. Lambertin. de iurepatr.
art. 5. quæst. 4. part. 2. lib. 1. Rocch. de Curt. eo tract. in
verb. ius quæst. 6. nu. 10. Bellon. de iur. accresc. cap. 6.
quæst. 48. num. 3. & 10. Gratian. discept. 521. nu. 55.
Garz. de benef. part. 5. cap. 9. num. 69. Pen. decis. 611.
sub num. 2. decis. 75. num. 3. & 17. Rot. decis. 217.
num. 18. part. 6. recent. & in Aquilana Iurispatrona-
tus 1. Februarij 1651. §. Iuspatronatus corã R.P.D.
15 meo Meltio. † Cumq; iste pariter de anno 1640
sine liberis decesserit, vt præsumitur, Ang. in
l. ex facto 17. §. hæc verba, ff. ad Trebell. Alexand.
cons. 20. num. 12. cons. 39. num. 2. lib. 1. Menoch. lib. 4.
præsumpt. 182. nu. 5. & firmatur in Bituntina fidei-
commissi 20. Martij 1651. §. illius verò coram me.
16 Iuspatronatus, † quod antea erat gentilitium
effectum fuit hæreditarium, & translatum
fuit ad DD. de Montecucculis hæredes à præ-
fato Ioanne institutos, iuxtà celebre consil. An-
char. 81. per tot. Calderin. cons. 4. de iurepatr. Lotther.
de re benef. lib. 2. quæst. 11. num. 11. Cassad. decis. 1.
nu. 3. de iurepatr. Seraph. decis. 364. nu. 3. decis. 378.
num. 1. Card. Millin. decis. 59. num. 5. Rot. decis. 383.
num. 1. part. 1. diuers. decis. 362. num. 14. part. 5. de-
cis. 166. num. 16. & seqq. part. 6. recent. & in Clusi-
na Beneficij 5. Iulij 1649. §. quamuis coram R.P.D.
17 meo Bichio, † à quibus propterea cum intra
legitima tempora præsentatus fuerit Carolus
Antonius, is venit instituendus, cap. cũ dilectus,
vbi gloss. de offic. deleg. Rot. decis. 337. par. 2. dec. 152.
num. 1. part. 5. recent. in Mediolanen. Beneficij 31. Ia-
nuarij 1646. in princ. coram Reuerendiss. D. meo De-
cano, & in Balneoregien. Iurispatronatus 28. Iunij
præteriti coram Eminentiss. D. meo Card. Otthobono.
18 Nec dicatur † vocationem Antonij q. Ia-
cobi fuisse personalem, quia de natura Iurispa-
tronatus est, vt transeat ad successores etiamsi
expressè cautum fuerit respectu duorum, non
autem respectu tertij, pro quo etiam fuit re-
seruatum, vt in terminis firmant Calderin. dict.
cons. 4. in princip. & ad med. vers. & istius pater de
iurepatr. Anchar. d. consil. 81. num. 5. Lambertin. de
iurepatr. lib. 1. part. 2. quæst. 2. art. 4. nu. 1. & 2. Garz.
de benefic. part. 5. cap. 9. num. 67. Gonzal. ad reg. 8.
§. 2. proœm. num. 34. Rot. decis. 385. num. 14. & 17.
part. 1. diuers. & per Modern. de iurepatr. decis. 124.
19 nu. 10. & 11. † ex quo fit, quod super discre-
tiuo modo loquendi nullum exaduerso con-
stitui possit fundamẽtum cum suppleatur ex
iuris dispositione, & ex illis verbis, nullo modo
possit exire de familia, post vocationem Antonij
immediatè adiectis, Ruin. cons. 146. num. 8. lib. 2.
Gratian. cons. 7. num. 13. lib. 1. Becc. cons. 231. nu. 30.

& seqq. Rot. decis. 485. numer. 14. part. 1. diuersor.
20 per † quæ omnes ab eodem originem trahen-
tes vocati censentur ex allegatis per Moder. Pi-
san. de Iurepatr. lib. 4. cap. 9. nu. 35. Modern. Carpen.
controu. 107. num. 53. & seqq. & pluribus probat
Fusar. de substit. quæst. 382. num. 59.
21 Et hoc, † quod dicimus agnouerunt ijdem
fundatores in altero Instrumento ex post con-
fecto, quod esto sit nullum, declarat tamen
verba fundationis, & inseruit ad interpretan-
dam mẽtem ipsorũ erectorum ex actu etiam
inualido resultantem, l. fin. vbi Bald. ff. de reb. cor.
Menoch. lib. 4. præsumpt. 167. num. 12. Rot. coram
Caualer. decis. 326. num. 3. & in Bononien. fideicom-
missi de Guidottis 24. Ianuarij 1648. §. plures in fin.
22 coram bo:me: Arguelles, † cui adstipulatur subse-
quuta de proximo obseruantia; quia de an-
no 1505. successores hæredum Testatoris, &
descendentes Antonij insimul præsentarunt;
& præsentatio fuit ab Ordinario admissa, cuius
propterea vigore isti dicuntur constituti in
quasi possessione præsentandi, Rip. in cap. cum
Ecclesia Sutrina num. 93. de caus. possess. & propr.
Rot. coram san: mem: Gregor. XV. decis. 417. num. 5.
dec. 452. nu. 15. in Consen. Cappellæ 27. Aprilis 1648
in fin. coram Reuerendiss. D. meo Decano, in d. Clu-
sina Beneficij 5. Iulij 1649. §. attenta, corã R.P.D.
meo Bichio, & in Cæsenaten. Iurispatronatus 1. Iu-
lij 1650. in princip. coram Reu. P. D. meo Celso,
23 & hæc † obseruantia proxima erectioni, non
autẽ remota, quæ exaduerso obijcitur, atten-
di debet, Rot. coram Caualer. decis. 122. num. 5. co-
ram Buratt. decis. 679. num. 13. & in Sarsinaten. feu-
di 1. Iulij 1639. §. prima, quod obseruantia coram
24 bo:me: Coccino, † ex qua proindè, neque etiam
aliqua deduci potest præscriptio, cum non
probetur scientia aliorũ compatronorum, &
præsentatio quo ad illos priuatiuè facta, Cal-
derin. cons. 12. cons. 15. per tot. de iurepatr. Rot. coram
san: mem: Gregor. XV. decis. 452. num. 12. coram bo:
mem: Vrgellen. decis. 125. num. 12. & seq. in Lucana
Parochialis 7. Februarij 1620. coram Vbaldo, ad
25 hunc † enim effectum requiritur quoque,
quod illi voluerint præsentare, & fuerint re-
iecti, Ferrett. cons. 132. num. 3. lib. 1. Rot. post Mo-
dern. de iurepatr. decis. 30. num. 7. fuit dictum in
Imolen. Iurispatronatus 26. Maij 1593. in Papien.
Archipresbyteratus 9. Aprilis 1601. coram recol: me:
Card. Hieronymo Pamphilio, & in Lucana Iurispa-
tronatus 29. Ianuarij 1644. §. non obstant prouisio-
26 nes, coram Reuerendiss. Terracinen. † quod sine
difficultate procedit in Iurepatronatus genti-
litio, in quo nulla cadit præscriptio in præiu-
dicium successiuè vocatorũ, Grat. discept. 577.
num. 44. Peregr. de fideicomm. art. 41. num. 16. & 17.
& alios plures alleget Modern. Carpen. contr. 107.
num. 61. & 62.
27 Et hinc † non obstat sententia Rotalis de
anno 1588. & alia Congregationis deputatæ
à bo:mem: Card. Paleotto tunc Archiepisco-
po Bononiæ, quibus reiecto Christophoro
præsentato à successoribus hæredum Testato-
ris; quia neutra nocet agnatis successiuè vo-
catis, ex trad. per Modern. Carpen. d. controu. 107.
post num. 59. per Modern. Pisan. de Iurepatr. lib. 4.
cap. 9. num. 6. & 7. præsertim quia lis erat inter

præsentatos, non autem inter præsentantes;
28 & † Christophorus ideò esse potuit exclusus, quia 15. dumtaxat agebat annum, ac propterea erat beneficii Sacerdotalis incapax, ex dispositione sacros. Concilij Trident. *sess. 23. cap. 12. de reformat.*

Ex † his autem elisa penitus remanet prouisio, vti de libero obtenta à Reuerendissimo Archiepiscopo Amasiæ, qui ex deficientia familiæ de Podio deducere non potest huius beneficij libertatem, & Episcopi, ac Capituli vocationem, quia hæc ordinata tantum fuit in casu alienationis, ibi. *& casu quo alienetur veniat ad Episcopum, & Capitulum*, vndè non debet fieri extensio ad casum mortis *Peregr. de fideic. art. 14. num. 22. Rota decis. 632. num. 9. & seq. par. 4. tom. 3. decis. 368. num. 7. part. 5. recent. confirmata 19. Ianuarii 1635. coram Reuerendiss. D. meo Decano, in Tiburtina fideicommissi 16. Martij, & 27. Iunij 1640. coram bon. mem. Card. Panzirolo, in Spoletana fideicommissi 19. Aprilis 1641. coram R. P. D. meo Peutingero, & in Romana fideicommissi 19. Iunij proxime præteriti coram Eminentiss. D. meo Card. Otthobono*, is autem casus cum fuerit omissus
29
30 remanet in dispositione iuris communis, † secundum quam ex præallegatis extranei deficientibus agnatis admittuntur, & Iuspatronatus. quod erat gentilitium, efficitur hæreditarium, & probat *Modern. Pisan. de iurepatron. lib. 4. cap. 9. num. 1. & seqq.*

31 Nec applicatur † limitatio ex taxatiua deducta, quæ restringit huiusmodi Iuspatronatus ad homines de familia *Rocch. de Curt. de iurepatron. in verb. ipse velis quæst. 33. in fin.* Quia illa in præsenti non legitur adiecta, nec eligi potest ex illis verbis, *de dicta familia nullo modo possit exire &c.* cum stent demonstratiuè, non autem taxatiuè, & si quam inducunt taxati-
32 uam, † hæc locum habet durantibus agnatis, eis autem deficientibus non obstat, quin Iuspatronatus transeat ad extraneos, vt in terminis explicat *Rot. coram Seraph. decis. 364. num. 9. & 12. & in Regien. Iurispatronatus 27. Aprilis 1640 coram Reuerendiss. Terraenen.*

Minus verò ad hunc effectum attendi debet pactum in secundo Instrumento conceptum, *quod nullus alius, qui non sit de domo, & pro-*
33 *genie de Podio præsentari, aut institui possit*; † Quia executoribus post semel legitimè factam de consensu Ordinarij erectionē variare non licuit, nec eam alterare in præiudicium vocatorum, etiam si pacta de nouo apposita essent Ecclesiæ fauorabilia *gloss. in cap. cū dilectus verb. constitutio in fin. de consuet. Abb. in cap. præterea nu. 5. de iurepat. Lambert. eo tract. lib. 1. par. 2. quæst. 2. art. 6. num. 9. Garz. de benef. par. 5. cap. 9. nu. 68. & seqq. Rot. decis. 37. num. 2. & seq. decis. 38. num. 13. par. 7. recent. in Cortonen. Capellaniæ 7. Iunij 1649. coram R. P. D. meo Meltio, & in Fesulana Beneficij, seù Oratorii 14. Maii 1650. coram Eminentiss. D. meo*
34 *Card. Corrado*; † eoque minus, quia nullum dotis augmentum in hac secunda Erectione intercessit, sed id quod prius fuerat assignatū in pecunia, fuit postmodum in stabilibus ex
35 eadem emptis traditum, † quæ vti loco pecuniæ subrogata eandem naturam retinent *Rot. coram Buratt. decis. 913. & in Romana locorum montium 26. Maii 1651. coram R. P. D. meo Rojas*,
36 nec † ius tribuunt recedendi à conditionibus in priori fundatione adiectis *ex trad. per Modern. Pisan. de iurepatr. lib. 2. cap. 5. sub num. 17. & in Cortonen. Cappellaniæ 23. Ianuarii 1651. coram R. P. D. meo Meltio.*

Et ità omnibus acriter informantibus decisum fuit Beneficium esse adiudicandum Co. Carolo Antonio de Fibulis.

R. P. D. BICHIO.

Marianeñ, seù Acciēn Beneficij.

Veneris 1. Martij 1652.

ARGVMENTVM.

Episcopatus duo, quando simul fuerunt vniti, si Episcopus acceptauerit alternatiuam sub nomine vnius, & maximè dignioris, censetur pro vtroque voluisse acceptare, & præsertim si ratio disparitatis non potest assignari.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, quando est valida est exequenda.*
2 *Narratiuam suæ prouisionis quando quis dicatur plene iustificasse.*
3 *Episcopatus duo, quando fuerunt vniti, tunc Episcopus acceptans alternatiuam pro vno, censetur pro vtroque acceptasse.*
4 *Et hoc maxime dum in libro Dataria, Episcopatus maior fuit inscriptus.*
5 *Verba generaliter prolata non restringunt.*
6 *Rubrica denominatiuè tantum concepta, non attenditur, sed nigrum indefinitè loquens.*
7 *Ratio disparitatis quando non potest assignari, dispositio generaliter recipienda est.*
8 *Alternatiuæ acceptatio facta per Episcopum, est quædam species contractus.*
9 *in Contractibus potius attendenda est mens contrahentium, quam verba.*

DECISIO CCXXI.

ABVNDE decisiones æditæ in hac causa in secunda instantia 10. Iunij 1648. & 13. Maij 1650. coram R. P. D. Rojas, ac in tertia * instantia 23. Ianuarij 1651. coram Eminentissimo D. Cardinali Corrado demonstrant iustitiam sententię Rotalis à dicto Domino Cardinali Corrado latæ confirmatoriæ prioris latæ à R. P. D. meo Rojas concedentis immissionem R. P. D. Carolo Antonio Ornano in possessionem beneficij S. Petri de Accia, de quo tanquam vacante de mense Martij, qui vigore alternatiuæ effectus erat Apostolicus prouisus fuit à felic. record. Vrbano Octauo.

Vndè hodie in quarta instantia proposito per me dubio an sententia Rotalis sit confirmanda necne, confirmandam esse responsum
1 fuit, cum sententia † valida appareat ex processu, & denegari non possit immissio prouiso

so Apostolico quando litteras suæ prouisionis iustificauit *Vitalin. in clem. 1. num. 68. de caus. possess. & propr. Menoch. de adipisc. possess. remed. 6. num. 35. Rot. coram sa. mem. Greg. XV. decis. 335. num. 25. & coram bon. mem. Buratt. decision. 435. num. 1.*

Iustificauit autem R.P.D. Ornanus in om-
2 nibus narratis, & signanter in † narratiua alternatiuæ per Episcopum tunc Marianensem acceptatæ, nam de acceptatione constat ex libris Datariæ; & licet ibi fiat solum mentio Ecclesiæ Marianensis, hoc verò beneficium sit in Diœcesi Accień, quia tamen hæc est
3 vnita Marianensi, † & in dictis libris non dicitur acceptata alternatiua pro Ecclesia Marianensi, sed à Iulio de Puteo, qui vtriusque Ecclesiæ Episcopus erat, dubium non est quin acceptatio cadat super vtraque Ecclesia non obstante quod initio partitæ descriptæ in libris Datariæ intituletur solum Diœcesis Ma-
4 rianensis, † quia intitulatio huiusmodi desumpta à præheminentia Ecclesiæ Marianensis, non restringit ad illam Ecclesiam acceptationem indefinitè relatam ad ipsum Episco-
5 pũ † vtriusque Ecclesiæ Pastorem *iuxta theor. Bart. in l. si seruus communis 26. sub numer. 4. vers. nam ille vnus, ff. stipulat. seruit.* quam secuta fuit *Rot. in Montis alti beneficij 28. Iunij 1645. §. verum coram me.*

Sic in simili dicimus quod rubrica deno-
6 minatiuè tantum concepta † non attenditur, sed nigrum indefinitè loquens *Gabr. cons. 12. num. 6. lib. 2. Aym. cons. 61. num. 1. vers. & licet, Menoch. cons. 70. num. 18. Alderan. Mascard. de General. Statut. Interpret. concl. 2. num. 201.* Eo magis quia
7 nulla ratio disparitatis concurrit ob † quam Episcopus voluerit acceptare alternatiuam potius pro Ecclesia Marianensi quam Acciẽsi; imò successiua obseruantia declarauerit pro vtraque acceptare voluisse, & in contra-
8 ctibus † qualis est acceptatio alternatiuæ, *Gonz. super reg. 8. gloss. 43. nu. 106. & seq. & gloss. 58. nu. 14. Mandos. cons. 18. num. 8. & seqq. Rot. dec. 289.*
9 *sub num. 7. par. 3. recent.* inspicienda † potius est mens contrahentium quam verba *l. si vno in princ. ff. locat. Bald. in rubr. Cod. de iur. emphith. n. 15. Iaf. in l. si quis ante num. 18. ff. acq. possess. Decian. cons. 23 num. 6. & 13. lib. 2. Surd. cons. 243. num. 2. Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 2. num. 20. & 22. & lib. 8. tit. 25. num. 38. Rota in Romana fideicommissi, seu saluiani 28. Aprilis 1651. §. cumque coram R. P. D. meo Celso.*

Et ità decisum vna tantum parte informante alia tamen sæpius citata.

Decisiones ista edita in hac eadem causa sub diebus 10. Iunij 1648. & 13. Maij 1650. coram Reuerendiss. Terracinen. sunt inter eius impress. decisiones 373. & 423. Altera verò sub die 23. Ianuarij 1651. coram bo. me. Corrado est supra in ista eadem part. 11. recent. decis. 108.

R. P. D. ALBERGATO.

Assisien. Oblationum.

Lunæ 4. Martij 1652.

ARGVMENTVM.

Læsio, quando adest in aliquo contractu, & de eo constat patenter, tunc non potest esse locus denegationi restitutionis in integrum, quod procederet etiamsi Ecclesia ageret contra Ecclesiam.

SVMMARIVM.

1 *Ius honorificum percipiendi oblationes in aliena Ecclesia, est pretio æstimabile.*
2 *Læsio in contractu, quando dicatur patens.*
3 *Libris scriptis fideliter à viris Religiosis tempore non suspecto, fides adhibenda est.*
4 *Læsio, quando est palpabilis, de ea dari potest, quamuis agatur inter vnam, & alteram Ecclesiam.*
5 *Tempus calamitosum non est attendendum ad effectum constituendi certum introitum.*
6 *Loca Montium certum reddunt fructum.*
Eleemosynæ, cum ab alieno arbitrio pendeant dicuntur incertæ. num. 6.
7 *Eleemosynæ inter redditus certos tunc possunt connumerari, quando pro illis de facili inuenitur conductor.*
8 *de Laesione, quando constat danda est restitutio in integrum. amplia num. 6.*

DECISIO CCXXII.

IVS colligendi eleemosynas, & oblationes in Cappella S. Mariæ de Portiuncula nuncupata, quod ex antiqua consuetudine competebat PP. Conuentualibus S. Francisci, vt patet ex Indultis san. mem. Nicolai V. & Gregorij XIII. fuit per istos de anno 1642. renunciatum PP. Minoribus de obseruantia, à quibus in recompensationem scut. 2000. in tot locis montium erogata receperunt, cuius rescissionis contractus instantia, præuia aperitione oris Conuentualibus concessa aduersus Breue san. mem. Vrbani VIII. desuper emanatum, mihi per Signaturam Sanctissimi specialiter demandata, hodiè causa bis discussa Domini censuerunt constare de læsione, quia per huiusmodi contractum Conuentuales cesserunt in honorificum sibi competens per-
1 cipiendo oblationes in aliena Ecclesia, † quod cum sit pretio inæstimabile, vt tradit *Io. de Anan. in c. vt super sub num. 15. de reb. Eccles. non alien. Rot. decis. 94. à num. 55. par. 7. rec. & in Leodien. Dominiorum 25. Iunij 1649. §. præterea deficit in fin. coram Emmentiss. D. meo Card. Corrado,* indubitatam reddit lęsionem ex ipsa etiam elee-
2 mosynarum copia resultantem, † nam istæ longè excedunt scut. 90. annua ex locis montium recompensatiuè datis percipień, quandoquidem ex libris benè, & fideliter tentis à duobus Religiosis tempore non suspecto, &
3 altero viro nobili conscriptis, † quibus plena fides idcirco est adhibenda iux. theor. *Bald. in l. fin.*

l.fin.num.9.vers.solita autem §.sine censu, vel reliq. quam sequitur Bursat. cons. 330. num. 116.Cephal. cons.508.num.23.Rot.coram Buratt. decis.870. numer.5.coram Andr.decis.76.num.3.In rec. dec.290. num.5.par.1.decis.44.num.2.par.4.decis.451. nu.4. par.5. constat, quod habita promiscuè ratione
4 fertilitatis, & sterilitatis, per spatium 40.† annorum plusquam scut.300.annuatim ex eleemosynis collecta fuerunt, vnde læsio est palpabilis, de qua dari potest, quamuis agatur inter vnam, & alteram Ecclesiam *cap. auditis c.tùm ex litteris de restit.spoliat.Rot. dec.277.nu.7. par.4.tom.2.decis.191.num.11. par.7. recent. & in d.Leodien.Dominiorum 25.Iunij 1649. coram Eminentiss.D.meo Card.Corrado.*

Non obstat, quod in vltimo decennio minor fuerit harum oblationum affluentia, quia cum id acciderit ob bella tunc vigentia,
5 & pestem per Italiam grassantem, † non est de his temporibus calamitosis, prout, nec de alijs casibus fortuitis ad effectum de quo agitur, habenda ratio *Gratian. discept. 45. num. 11. & 12.Seraph.decis.1073.num.4.Rot.decis.65.nu.7 decis.78.nu.1.& 2.par.2.diuers.& dec.129. nu. 10. par.7.recent.*
6 Minùs vrget quod loca montium † certũ reddant fructum, eleemosinę verò vti ab alieno arbitrio dependentes censeantur incertæ; Quia cùm per longissimum temporis curriculum semper præstitæ fuerint, inter redditus
7 certos reputantur ex eo, † quod pro illis de facili inueniretur Conductor iuxt. doctrin. *Ancar.in clem.vnica num.4. vers.sed aduerte de concurs.prab.Pelin.in c.ad aures num. 14. vers.sed Petrus de rescript.Lotter.de re benef.lib.1.quæst.42.numer.63.Rot.in Marianen. Pensionis 13. Iunij 1625. coram bon. mem. Pirouano,* & faciunt tradita in *Perusina oblationum 10.Februarij 1642. & 4.Maij 1643.coram R.P.D.meo Cerro.*

Demùm non releuat, quod Conuentuales dicta scut.2000.receperint, eorumque fructus
8 exegerint, quia docto † de læsione adhuc eis competit restitutio in integrum *C.1.c.suscitata in integ.restit.Add.eo tract.quæst.61.num.12.Rot.decis.94.num.79.par.7. recent. & in Cracouien. Decimarum 27.Martij 1651. §.neque subsistit coram R.P.D. meo Verospio,* præsertim quia per talem
9 receptionem nullum Ecclesiæ, † cuius nomine agunt, illatum fuit præiudicium *c.littera,& ibi Abb.de dilat.Rot.coram Veral.decis.181. num.9. par.3.cum alijs relatis per Add.ad fin.me. Greg.XV. decis.116.num.5.in Zamoren.Iurium Parochialium 23.Maij 1644.coram R.P.D.meo Pentingerio, & in Tholetana Decimarum 21. Iunij 1649. coram Eminentiss.D.meo Card.Othobono.*

Et ità, vtraque parte informante fuit resolutum constare de læsione, an autem Breue san. mem. Vrbani VIII. suffragetur, voluerunt Domini particulariter videre.

☞ *Confirmata fuit præsens decisio deinde sub die 13. Ianuarij 1653. coram eodem R.P.D. Albergato. Verum in omnibus fuit recessum à decisis sub die 9. Decemb. 1661. coram eodem R. P. D. Albergato. Eo prætextu, quia non aderat læsio, qualis vltima decisio fuit postea sub die 20. Ianuary 1663. confirmata coram eodem.*

R. P. D. BICHIO.

Portuen. Affictus.

Lunæ 4. Martij 1652.

ARGVMENTVM.

Auditores Rotæ an procedi possint executiuè quando causa fuit per appellationem commissa cum facultatibus A.C. eruditè resoluitur. Quantitas frumenti percepti, & illius asportatio ad Vrbem, ac valor de eo tempore ex quibus iustificata remaneant, clarè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Via executiua competit pro adimplemento omnium in Instrumento contentorum vigore obligationis Cameralis in eo apposita.*
2 *Executiuè an procedi possit in Rota quando causa fuit per appellationem commissa, cum facultatibus A.C.*
3 *Fructus qui in specie debentur ex prædijs locatis, si consumpti sint, debetur æstimatio.*
4 *Fructuum perceptorum quantitas probata remanet per testes etiam singulares.*
5 *Liquidatio fructuum, cum sit probatu difficilis, etiam leues probationes sufficiunt.*
6 *Libri Gabellarum adminiculant alias probationes.*
7 *Libri Gabellarum probant quantitatem rei ibi descriptam, non tamen excludunt maiorem à testibus relatam.*
8 *Valor frumenti benè probatur ex libro publico Officialis Annonæ ad id deputati.*
9 *Frumentum vetus prius vendi solet, quam nouum.*
10 *Frumentum, quod non probatur venditum, intrà triennium præsumitur extare.*

DECISIO CCXXIII.

COMPLETO examine pacti de non serendo terras in vltimo anno affictus, quod nõ obstante contraria Apoca priuata suffragari Eminentissimo D. Cardinali Romæ, firmant binæ decisiones editæ coram me 1. Iulij 1650. * ac 27. Februarij 1651. * vt propterea segetes in terris contra formam pacti satis recollectæ ad eumdem D.Cardinalem spectent, absquè aliqua detractione, exceptis ijs, quas ipsemet Actor obtulit, & recenset altera nouissima decisio sub die 19. Iunij * 1651.

☞ Quoniam Sbaccarus, & socij Affictuarij prædictas segetes ab ipsis, nedùm perceptas, sed vltrò venditas tradere adhuc recusant. Dubitaui hodiè, An contra illos sit relaxandum mandatum, & pro qua summa.

1 Prima † pars dubij suppositis, vt iuxta stylum debet dictis decisionibus respicit solùm viam executiuam competentem proculdubio vigore obligationis Cameralis pro adimplemento omnium in Instrumento affictus contentorum appositæ *Rot. decis. 471. numer. 2.*
2 *par.1.diuers.decis.70.num.9. par.1. rec.* † etiam si causa coram me pendeat in gradu appellationis per Dominum Cardinalem interiectæ à

de-

decreto A.C. admittente articulos exaduerso exhibitos, quia idem decretum habet in ventre præseruatiuam viæ executiuæ: Cumque sit merè interlocutorium, & mihi per specialem commissionem fuerint communicatæ facultates A. C. dubitari non potest, quin ego possim executiuè procedere, non secus, ac posset ipse A. C. nisi fuisset appellatum, *Rot. coram clar. mem. Coccino decis. 78. nu. 9. dec. 752 num. 7. coram bon. mem. Buratt. decis. 415. num. 10. in fin. part. 1. recent. decis. 12. num. 4. & 5. inter impress. apud Modern. Roman. de oblig. Camer.*

Altera pars respicit quantitatem frumenti in terris satis exaduerso recollecti de anno 1650. qui fuit vltimus, affictus, necnon illius valorem pro ea quantitate, quæ ab Affictuarijs vendita fuit.
3 † Quia cum fructus, de quibus agitur, debeantur in specie, tanquàm collecti ex prædijs locatis, illis facto Conductorum consumptis debetur æstimatio, iuxtà distinctionem, quam tradit *Bart. in l. ex diuerso num. 1. in fin. ff. rei vindic. & in l. vinum col. penult. vers. condemnatio autem, ff. si cert. pet. Aretin. in §. si quis à non Domino num. 4. Instit. de rer. diuis. Natt. cons. 599. sub num. 4. vers. sed in casu, & nu. 5. & 6. Menoch. cons. 741. sub nu. 4. Negus. quæst. 120. nu. 1. Card. Mant. in puncto decis. 281. num. 1.*

Quantitatem fructuum Domini censuerunt probatam in rubris 1178. ÷ frumenti, & 31. bladarum, qui totidem in Tenuta, & Area Casalis locati, fuisse de mense Iulij anni 1650. mensurata, & ad Vrbem asportata testantur illimet rhedarij, & nauicularij, qui asportarunt Summ. D. Cardinalis nu. 3. & 4. seqq. & is, qui asportari fecit Summ. num. 7. iuncto 6. teste deponente de facto proprio Summ. num. 8. & quamuis vnusquisque deponat de quantitate à se asportata, vel transmissa, atquè ità singularis videatur,
4 † quia tamèn addit etiam ab alijs nauicularijs frumentum esse delatum, & quæstio versatur circà solam quantitatem, plenè probant, esto quod essent singulares, *Buratt. decis. 173. num. 7. & decis. 722. num. 4. in fin. Rota inter recen. dec. 727. sub num. 1. in fin. decis. 767. num. 3. part. 3. recent. decis. 305. num. 3. & seqq. coram bon. mem. Vrgellen.*
5 cum † enim liquidatio quantitatis difficilis probatu sit, etiàm leues probationes sufficiũt, *Rainer. de Forolivio in l. certi conditio, §. quoniam num. 7. ff. si cert. pet. Dec. cons. 530. num. 12. Menoch. cons. 81. num. 19. Buratt. decis. 921. num. 5.*

6 Et in casu nostro † dicta testium corroborantur partitis extractis è libris Gabellarum, quibus adminiculari alias probationes, dixit *Rot. decis. 921. num. 5. penes Buratt. decis. 477. sub num. 4. vers. & demum, apud Moderum Perusinum*
7 *de monit.* † affirmatiuè tamen, nempè pro quantitate ibi descripta non excludendo maiorem à testibus relata *Rot. decis. 262. num. 15. part. 7. recent.* nec dubium quin loquantur de frumento Casalis Portuensis, quia concordant in tempore quo testes è dicto Casali frumentum ad Vrbẽ asportasse deponunt; prout nec dubium, quin tam libri, quàm testes intelligendi sint de frumento collecto de anno 1650. in Casali Portuensi, nam testes affirmant frumentum tempore messis dicti anni, fuisse oneratum, in ipsa Area Casalis, in qua sanè ridiculum esset asserere, quod seruaretur frumentum anni antecedentis, vel quod ad eam delatum esset frumentum Casalis Malleani ab eisdem Affictuarijs, vt asseritur detenti, cùm sit valdè distans à Portuensi, & proximius Vrbi.

8 Quod † verò Affictuarij vendiderint Rubra 1057. ÷ dicti frumenti, nempè Rubra 40. ad rationem scut. quinque, & Rubra 817. 4. ad rationem scut. septem, rubra 130. ad rationem scut. 7. 30. Rubra 70. ad rationem scut. 7. 50. apparet ex libro publico Officialis Annonæ, ad id deputati, cui plena fides de hoc adhibetur *Buratt. d. decis. 921. nu. 7. Seraphin. decis. 1245. num. 8. Penia decis. 1150. num. 2. Rota inter recent. decis. 571. num. 5. in fin. par. 3. decis. 272. num. 18. part. 5. dicta decis. 477. num. 8. & seqq. apud Modern. de monitor.* & certum est ibi agi de frumento anni 1650. quia venditiones factæ fuerunt post messem dicti anni; cumquè anno antecedenti frumentum venijsset ad rationẽ
9 scut. 15. & 18. pro quolibet rubro; † inuerisimile prorsus est, quod tunc Affictuarij non vendiderint frumentum vetus, quod habuissent, quodque priùs vendi solet, quam nouũ, *l. 1. C. condit. in publ. horr. lib. 10. Rot. in Firmana pecuniaria 14. Iunij 1647. §. neque, coram me.*

Ascendit itaquè frumenti venditi valor ad scut. 7393. 75. eorumque septem partes ex duodecim spectantes ad Dominum Cardinalem ascendunt ad scuta 4313. 2. è quibus detrahendo scut. 2325. 76. pro septem partibus expensarum, & aliarum deductionum calculatarum concorditer à peritis hinc indè electis, remanent sc. 1987. 26. His addenda sunt scut. 34. 13. quot important septem partes scut. 58. 50. quibus Aduersarij locarunt Rubra 2. ÷ circiter terrarum ad vsum horti pro peponibus, necnon alia scut. 14. 58. ÷ pro septem partibus scut. 25. quibus vendiderunt Aream vltimi anni, hoc est frumenti ibi triturati munditiem ascendentẽ ad rubra 14. ÷ Adeò quod creditum Domini Cardinalis in pecunia ascendit ad scuta 2035. 97. ÷.

10 Remanent † insuper ad eius creditum septem partes residualium rubrorum 108. frumenti, hoc est rubra 63. & Rubrorum 31. bladarum videlicet rubra 18. quæ vendita non probantur, & intrà triennium præsumũtur extare, *Aretin. in §. si quis à non Domino nu. 4. post princip. Instit. de rer. diuis. Lupus in cap. nauiganti comment. 3. §. 6. num. 144. de vsur. Capta cons. 45. num. 8. Alexan. cons. 102. num. 9. & 10. lib. 6. Rot. in Auximana prædij 23. Martij 1648. coram me.*

Quarè mandatum esse relaxandum pro scutis 2035. 97. ÷. ac pro rubris 63. frumenti, & 18. bladarum; Rota censuit vna tantùm parte informante, citatis pluries Aduersarijs.

☞ *Decisiones istæ factæ in hac eadem causa sub diebus 1. Iulij 1650. & 27. Februarij 1651. coram eodem bo: me: Bichio, Prima est supra in hac part. 11. recent.*

recent. decisio 75. secunda verò erit infra in Miscellan. in fin.

Ista verò sub die 19. Iunij 1651. coram eodem bon: mem: Bichio est supra decis. 170. hac eadem part. 11. recent.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Aretina Vnionis

Veneris 8. Martij 1652.

ARGVMENTVM.

Vnio rectè probatur ex instrumento à Papa confirmato non obstante regula reuocatoria. Dum per sententias executas probatur effectum sortita. Quod fortius procedit si adsit clausula sublata in confirmatione Papæ vnita decreto irritanti, & derogationi cuiuscumque vsus contrarij: Clausula prout ad alterum, & saluis infrascriptis quomodo intelligantur.

SVMMARIVM.

1 *Validitas sententiæ resultat ex reuolutione actorũ.*
2 *Iustitia sententiæ resultat ex decisionibus Rotalibus.*
3 *Vnio probatur ex instrumento vnionis confirmato à Summo Pontifice n. 4.*
4 *Vnio non potest ex capite inualiditatis impugnari si fuit a summo Pontifice confirmata fortius, si adsint clausulæ de quibus n. 7.*
5 *Regula reuocatoria vnionum non comprehendit illas, quæ fuerunt effectum sortita.*
6 *Vnio dicitur effectum sortisse, si fuerit executioni demandata per sententiam.*
8 *Clausula sublata cum decreto irritanti, & derogatione cuiusuis consuetudinis non solum abrogat cuicumque vsui contrario & n. 11:*
Sed facultatem adimit inducendi nouos actus cuiuscumque vsus contrarijs n. 9.
Imo adimit etiam facultatem aliter interpretandi.
12 *Interpretatio quæ rationi non congruit, & est difformis à recto sensu, & proprietate verborum non est attendenda.*
13 *Actus in vnione vnicuique capitulo reseruati per ista verba prout ad alterum spectat intelligendi sunt actus non vniuersales, sed vnicuique capitulo speciales, & num. seq. vsque ad num. 16.*
14 *Verba prout ad alterum spectat sunt restrictiua actuum particularium & n: 15.*
Dictio prout est restrictiua n. 14.
15 *Dictio alterum vnum tantum non ambo includit.*
17 *Clausula saluis infrascriptis restringere solet orationem præcedentem.*
Quod intellige procedere tantummodo in expressis quæ oculis corporeis perlegi possunt dum fuerint concepta per dictiones ad oculum demonstratiuas n. 18. 19. & 20.
21 *Canonici duarum Ecclesiarum vnitarum vnusquisque eorum debet suæ Ecclesiæ inseruire.*

DECISIO CCXXIV.

IN Sententia Rotali sancitum fuerat Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ Sanctæ Mariæ Plebis Aretinæ alteri Capitulo Ecclesiæ Cathedralis æquè principaliter fuisse vnitum eamque vnionem sequentibus in casibus suffragari; Electione scilicet Vicarij Sede Episcopali vacante, receptione Episcopi nouiter assumpti, traditione possessionis Episcopatus; necnon in spoliorum participatione ipso prædefuncto, ac coelectione Prioris nuncupati vulgò di Murello; vt idem denique modus in incessu, atque sessione adhibitus ab vtroque Capitulo, in omnibus seruaretur Aretinæ Ciuitatis Ecclesijs, quibus insimul ambo contingeret interesse; Quæ sanè sententia præfatis in casibus inductiua vnionis, ex pluribus actibus tanquam obseruantiæ contrarijs acritèr exaduerso impugnata, hodie confirmata fuit coram me ex vtroque validitatis, atque iustitiæ fundamento, † illam enim
1 actorum reuolutio demonstrat *iuxta decis. Verall. 260. par. 2*: Hanc verò plures decisiones
2 æditæ in præcedenti instantia, vt sæpè Rota firmauit, nempè coram *Greg. decis. 524. num. 4. & decis. 362. num. 12. par. 4. tom. 2. decis. 31. nu. 18. par. 5. & decis. 53. num. 1. par. 7. recent.* & in alijs relatis *in Nazzarena, seu Montis Viridis Beneficij 24. Aprilis 1651. coram Reuerendiss. D. meo Decano*; In ijs siquidem decisionibus deducitur Vnio ex ipsomet annexionis Instrumento
3 constituentis vnum, † ac idem vtrumque Capitulum, & Cathedralitatis priuilegia, ac iura quæcumque alteri communicantis; eaque iure meritò ex eo proindè concluditur, dum maximè Apostolicæ confirmationis robur accessit, integrum Instrumenti tenorem præferentis insertum, vt notat *Garz. de benef. par. 12. cap. 2. num. 266. Rota coram Cas. de Grass. decis. 15. de praben. & decis. 9. de reb. Eccles. non alien. & cor. Buratto decis. 734. & 870. vtrobiq. n. 1.*
4 Cum eius † virtute confirmationis ob plenitudinem authoritatis Pontificiæ ex validitatis defectu impugnari non valeat, vt notat *Petr. de Vbald. de reuoc. vnion. cap. 4. Rota coram Penia decis. 449. num. 8. & 9. & in Interamnen. Vnionis 7. Aprilis 1617. cor. bon. mem. Card. Fabritio Verospio, & in Gerunden. Prioratus 4. Martij 1619. cor. Vbaldo*; siue ex regula vnionum reuocatoria,
5 dum † Vnio effectum sortita conuincitur, ac
6 executioni demandata per sententiam per Cardinales Medices, atque Saluiatum æditã de anno 1596. vt *not. Guidop. cons. 23. num. 5. Mandos. in reg. 12. Cancell. quæst. 5. num. 3. & 4. post gloss. ibi, quem Domini, Garz. de benef. par. 12. cap. 2. num. 283. Rota coram Caual. decis. 48. num. 5. & in decis. 90. num. 7. par. 4. tom. 2. recent. & in decis. 174. num. 9. par. 7.* successiuè verò à sanct. memor. Clemente VIII. Pontifice motu proprio cõ-
7 firmata † sub clausula sublata, ac irritanti decreto, & cum derogatione expressa consuetudinum quarumcumque facientium in cõ-
8 trarium, † ex quibus non solùm quilibet vsus contrarius omninò censetur abrogatus,

ad

ad text.in l.causas,C.de transact.& in l.1.ff.eod. tit. & in l.2.C.quæ sit longa consuetudo, vbi post gloss. not. communiter DD.Rot.decis.72.num.8.par.1. &
9 *decis.31.num.2.part.7.recent.* † sed adempta prætereà facultas nouum inducendi per actus præfatæ confirmationi repugnantes, vt *notat Felin.in cap.cum accessissent num.30.de const. Alex. cons.196.num.13.lib.2. Ruin.cons. 13. nu.13. lib.2. Gonzal.ad regul.8.gloss.67.num.12.Rot.cor.Buratto decis.6.num.3.& decis.580.num.24. part 4. tom.3. & decis.373. num.6.par.5.recent.* Aliterquè in-
10 terpretandi, † vt *not.DD.in cap.quia diligentia de elect. Felin. in cap.nonnulli 22.de rescript. Paris. cons. 38.num.7.lib.4. Surd.cons.426. nu. 47. Ruin. cons. 21.num.16.lib.1.Marescott.var. lib.2.cap.37. num.1.Rota in vna Valentina Iuris sedendi 15.Decembris 1634.in §.quibus sic stantibus,cor.Reuerendiss. Terracinen.*
11 Hinc verò corruere videntur actus † omnes contrà Vnionis obseruantiam exaduersò deducti, siue sententiam præcesserint, siue eandem fuerint subsecuti; dum vtroque casu ab Apostolicis literis irritantur,neque plenariæ probautur executi,vel priuatiuè quoad alterum Capitulum Collegiatæ peracti. Quæ pariter Vnio controuerti non poterit, quod per eandem sententiam ad pristinum vsum plenariè reuocata non fuerit, sed ad honorificam tantummodò Cathedralitatis denominationem restricta videatur ex declaratione successiua, *vt tractatus, contractus, atque negotia vtriusque Capituli separatim in vnaquaque Ecclesia peragi debeant,prout ad illorum alterum spectare contingat;* Huiusmodi enim interpretatio non
12 videtur rationi congruere, † neque rectò sensui, & à verborum proprietate omninò difformis, vt latè deductum fuit coram Eminentissimo D.Corrado in decisione facta in hac causa sub die 2. Iunij præteriti *in §. nam*
13 *huiusmodi interpretatio*; † Actus verò vnicuique Capitulo specialiter reseruati in sententia, ea tantummodò respiciunt, quæ specialiter,atque priuatim vtrique Ecclesiæ conueniunt, vt denotant verba illa, *prout ad alterum*
14 *spectat, ac pertinet*, † restrictiua facultatis ad actus particulares, vt in terminis dictionis, *prout*, probat *text.in l. testament.C. de institut. & substitut. & in l.1. C.de bonor.possess. contra tabulas Bart.in extrauaganti ad reprimendam in verb.prout circa finem, Dec.cons.362.num. 1. Surd. cons. 379. num.33.Rot.decis.27.num.2.part.2.recent.* In ter-
15 minis verò dictionis *alterum*, † vt vnum tantummodò, non autem ambo tanquam disiunctiua includat, tradit *Card.in Clemen. 1. in 2.opp.de prabend. Bald.in l. Ancilla num. 3. C. de furt.* & alij plures relati per *Peregrin. de fideicomm.art.28. nu. 23.* Adeoquè non repugnant
16 Vnioni, † quæ communicat tantummodò vniuersalia ad *tex. in c. & Episcopus 17. quæst.1. Garz. de benef.par.12.cap.2.num. 35. cum alijs adductis in decis. Reuerendiss. Terracinen. sub die 2. Iunij 1645. in §. quoad negotia*, vbi exindè concluditur actus omnes expressos in sententia vti Vnionis consecutiuos, ab vtroquè posse Capitulo pertractari.

Denique obseruantiæ Vnionis totalis non videtur obesse clausula illa, *saluis infrascriptis,*
17 consecutiuè apposita in sententia; † Quamuis enim regulariter hęc clausula soleat restringere præcedentem orationem, *iuxta gloss. in l.item labeo,ff.famil.hercisc. in verbo si purè, vt notat Angel.in cons.290. num.4.* Adeoquè Vnio in pluribus inferatur exaduersò modificata.
18 Restrictionem † tamen in proposito casu solùm poterit operari ad ea, quæ ibidem expressa, quęque oculis corporeis perlegi possunt,dum dictionibus demonstratiuis ad oculum concepta fuit, vt notat *Bart.in l. quæ liberis,§. hæc verba num.7.ff.de vulg.& in l.1.in fin. ff quæ intestamen.delentur, Menoch.cons.200.num.31. & cons.347.num.4. Ruin.cons 101. num. 19. lib. 2. Natt.cons.476. num. 6. Rota in Roman. pecuniaria*
19 *31.Maij 1617.cor. Vbaldo.* † Non autem ad nudum nomen Cathedralitatis, vt exaduersò prætenditur, dum hoc expresè non legitur, neque argui potest ex declaratione successiua, vt vtriusque Ecclesię Canonici Ca-
20 noniam retineant omninò distinctam; † cum id non aduersetur Vnioni æquè principaliter factæ per quam vtraque Ecclesia pro vnica Cathedrali constituitur vnicoque Collegio, quoad negotia tantummodò communia, quo verò ad particularia vnicuique Capitu-
21 lo reseruantur specialiter pertractanda, † sub obligatione, vt propriæ teneantur Ecclesiæ inseruire secundum *gloss.in cap.& temporis 16. quæst.1.& in cap.1.ne sede vacante, DD. in Clem. per litteras de præben. vbi post gloss.in verbo Ecclesias, not.Imol.num.15.Abb.num.5.Vitolin.num.17. Rebuff. in tit.de vnione num.15. & in tractat. de Vicarijs perpet.num.3.Rot.cor.Cæs.de Graff.decis.1. de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli, & in decis.73.n.1.& 2.par.2.diuers.*

Et ità vtraque &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Calaguritana Beneficij de Alesanco.

Veneris 8. Martij 1652.

ARGVMENTVM.

Ad Beneficium, quando plures sunt pręsentati, ille est instituendus, qui habet plures, & digniores qualitates, & quæ sint, examinatorum irrationabile iudicium, ex quo bene dignoscatur.

SVMMARIVM.

1 *ad Beneficium concurrentes plures, ille est præferendus,qui habet maiores qualitates.*
2 *ad Beneficium plures concurrentes, ex quibus quis dicatur maiores qualitates habere & n.3.*
4 *Iudicium irrationabile examinatorum, quando dicatur,& sic non veniat attendendum.*
6 *Qualitas identitatis, quando de tempore antea, & postea fuit probata, etiam medio tempore præsumitur, & idoneus quis censetur.*

7 Mora

7 *Mora, & affectatum impedimentum, quando non præsumatur & n. 8.*

9 *Qualitates superuenientes post præsentationem, & institutionem non releuant.*

10 *Præsentatio, & institutio, quando declarata attentata nullius est roboris, & attendi non debet.*

DECISIO CCXXV.

APPOSITO sequestro super possessione, & fructibus beneficij controuersi iuxta decisionem editam 10. Nouembris proximè præteriti coram Eminentissimo D. meo Cardinali Otthobono, fuit hodie coram me in illius locum particulariter suffecto resolutum, idem beneficium esse adiudicandum Ioanni Garziæ Hurtado, quia in eo concurrunt omnia à Constitutione Clemẽtis VIII. requisita, & maioribus ipse pollet qualitatibus, quibus dignior redditur Ioan-
1 ne Andrea Aduersario, † cui propterea venit præferendus, *cap. decernimus 16. quæst. 1. Rot in Calaguritana beneficiorum 26. Iunij 1648. coram R. P. D. meo Bichio, & in Calaguritana Beneficij de Ordonana 4. Aprilis 1650. coram R. P. D. meo Peutingerio, ac in alijs sæpe.*

Maiorum autem qualitatum concursus, quibus Ioannes Garzias cæteris oppositoribus præcellit, resultat ex eius prouectiori
2 ætate, antiquiori Sacerdotio, † ex deputatione ad audiendas Confessiones, & curam animarum exercendam ipsi pluries facta ex eiusdem paupertate de tempore vacationis probata, quæ omnia ad effectum, de quo agitur,
3 vt quis alteri † in adiudicatione Beneficij præferatur, ponderat *Rot. in Calaguritana Beneficij 27. Nouembris 1648. coram R. P. D. meo Bichio, in Calaguritana beneficij de Toralua 10. Iunij 1650. in Calaguritana beneficij de Bilbao, & in alia de Nieua 28. Iunii 1651. coram Eminentissimo D. meo Cardinali Otthobono, cum alijs congestis in Calaguritana beneficij de Logrono 20. Nouembris proximè præteriti coram R. P. D. meo Verospio.*

Non obstat, quod Ioannes Andreas approbatus, Ioannes verò Garzias reprobatus fuerit ab Examinatoribus Synodalibus, † irra-
4 tionabile enim eorum iudicium exinde detegitur, quia iste antea fuerat deputatus ad
5 curam animarum, † & administrationem Sacramentorum, diuque Professor Sacrorum Canonum extitit in Vniuersitate Salamantina, vbi plures cursus fecit, & postmodum de ordine Rotæ examinatus in Vrbe fuit repertus, & renunciatus habilis ad Curata, vn-
6 de eadem scientia præditus † medio tempore, & idoneus præsumitur *Seraph. decis. 968. num. 8. & fuit dictum in Calaguritana Beneficij de Cornago 27. Aprilis 1646. coram R. P. D. meo Rojas, & in Calaguritana beneficij de Ocon 15. Decembris 1649. cor. bo. mem. Arguelles.*

Nec vrget, quod à primo ad secundum examen intercesserint 21. menses, quia subducto tempore itineris de partibus ad Vrbem, & habita ratione infirmitatis, qua diutius hic grauiter laborauit, itaut præpeditus fuerit causam instruere, nulla potest in Ioanne Garzia considerari mora, & affectatum
7 impedimentum † quo intra hoc temporis interuallum doctior fieret, *Rot. in Legionen. beneficij de Capillas 15. Februarij 1588. §. nec etiam obstat coram recol. mem. Card. Hieronym. Pamphilio & in d. Calaguritana beneficij de Ocon 15. Decembris 1649. §. non vrget denique coram bon. mem. Arguelles*, in qua dicitur, quod non obstante
8 lapsu vnius† anni cũ dimidio est locus nouo examini, quinimo illud post 22. menses factum approbauit *Rot. in Calaguritana de Murillo 4. Iulij 1635. coram Coccino, & in Calaguritana beneficiorum 24. Nouembris 1636. cor. bo. me. Card. Panzirolo.*

Demum non obstat, quod Ioannes Andreas ijsdem gaudeat prærogatiuis Sacerdotij, videlicet, deputationis ad curam animarum, & vlterius habeat præsentationem Ca-
9 pituli, & institutionem ordinarij, † quia illæ vti posteriores non suffragantur, *Rot. in Calaguritana beneficij de Cornago 20. Maij 1639. cor. Reuerendissimo Terracinen. in ea 10. Decemb. 1646. coram R. P. D. meo Verospio, & in Calaguritana beneficiorum 15. Ianuarij proximè præteriti cor. R. P. D. meo Bichio*, præsentatio verò, & institutio,
10 cum † iam fuerit declarata attentata, nullius est roboris, & attendi non debet, ad *text. in C. non solum de appell. in 6. Rota in Calaguritana beneficij de Cornago 24. Iunij 1642. coram Reuerendiss. Salamutino, in Calaguritana beneficij de Nieua 28. Aprilis 1651. coram Eminentiss. D. meo Cardinali Otthobono, & in dicta Calaguritana beneficij de Logrono 20. Nouembris præteriti coram R. P. D. meo Verospio.*

Et ità decisum vtraque parte informante &c.

Decisio ista facta in hac eadem causa sub die 10. Decembris 1651. coram Eminentissimo Dom. Cardinal. Otthobono, est inter eius impress. decisio 266.

LEONE VEROSPIO.

Romana Hæreditatis.

Lunæ 8. Martij 1652.

ARGVMENTVM.

Falsitas testamenti clausi, quia debet esse concludenter probata, ideò in præsenti decisione reiciuntur leues coniecturæ ad arguendam illius falsitatem ex quibus verò probetur identitas d. testamenti, in qua tota vis falsitatis cõsistit, itaut mutationis, ac alterationis præsumptio exclusa remaneat, clare demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Validitas sententiæ dignoscitur ex reuolutione alterius.*

2 *Consensus præstitus in Iurisdictione operatur, ne postmodum illa possit impugnari.*

3 *Constitutio Apostolica superueniens deferens iurisdictio-*

ctionem Iudici, non habet locum in causis, ante ipsius aditionem instructis.

4 *Testamentum clausum valet probata identitate consignationis.*

5 *Identitas testamenti clausi ex quibus probata remaneat.*

6 *Testamentum clausum, quando non indigeat recognitione, & ex quo mutationis, ac alterationis exclusa remaneat.*

7 *Testes deponentes se habere notam manum scribentis, plenè probant, cedulam ab illo fuisse conscriptam.*

8 *Recognitio manus de stylo Rotæ admittitur per testes deponentes se habere notam manum scribentis.*

9 *Notarij matriculatio ex quo probata remaneat.*

10 *Testamentum nuncupatiuum non indiget Testatoris subscriptione.*

11 *Peritus non potest declarare scripturæ falsitatem, sed illius decisio spectat ad Iudicem.*

12 *Falsitas testamenti clausi debet concludenter probari & quæ coniecturæ non sufficiant.*

DECISIO CCXXVI.

IN bonis hæreditarijs q. Pompei de Angelis S. Mariæ Maioris olim Canonici, ab Eminentissimo eiusdem Ecclesiæ Archipræsbitero immissionem obtinuerant Monaci S. Pudentianæ Vrbis, scripti in Testamento hæredes contra Ceccarellos Aduersarios, vti prætensos ab intestato hæredes, ac bonorum de quibus agitur possessores; Quæ sanè sententia ex non prosecuto in tempore Iudicio in Iudicatum transacta, ab ijsdem vero Ceccarellis iniustitiæ fundamento acriter impugnata, duabus deinde decisionibus æditis coram recol. me. Cocc. * confirmata fuit, successiue vero coram me in eiusdem bo: me: Cocc. subrogato, ex vtroque validitatis, atque Iustitiæ fundamento hodie robur obtinuit; † Illa enim ex
1 actorum reuolutione dignoscitur iuxta sepe sepius in hoc Tribunali receptam *decisionem Verall. 260. par. 2.* & perperam impugnatur ex citationis defectu, siuè iurisdictionis, cum ille
2 nullatenus iustificetur, † hic verò tollatur tum ex actibus positiuis coram Iudice gestis exaduerso, consensum proinde præseferentibus præstitum in Iurisdictione Archipræsbiteri, quàm postmodum non poterunt amplius impugnare ad *text. in l. si conuenerit ff. de iurisd. om. iud. & not. ibi DD. & in l. sed, & si susceperit ff. de Iudic. Roman. conf. 169. num. 4. in fine* † tum etiam
3 ex constit. Piana, ac Paulina, cæterorumque Pontificum deferentium iurisdictionem in consistentem in districtu, quæ ab altera sa: me: Vrbani VIII. quoad hanc causam censeri non poterit abrogata dum longè ante ipsius æditionem instructa iam fuerat ad *text. in l. leges C. de leg. Auth. de nupt. in princ. §. duo igitur circa finem collat 4. §. vlt. Auth. de hæred. ab intest. cap. cognoscentes, & cap. vlt. de constitut. cum alijs per Tiraquell. in præfat. de retract. legali n. 18. & de iure Primogenij quæst. 43. num. 17.*
4 Iustitia † vero sententiæ dignoscitur ex qualitate testamenti, quod à Testatore conditum fuit nuncupatione implicita, habita relatione ad cedulam coram septem testibus Notario consignatam ab eodemmet Testatore, vlterius asserente de ordine suo à Lelio Lauro cōscriptam, eandemque hæredis institutionem, legata, ac vltimam denique suam præseferre voluntatem; licet enim hæredis nomen, nec propria manu Testator exarauerit, nec ore proprio coram Testibus nominauerit; Et harum defectus solemnitatum testamentum in scriptis, seu nuncupatiuum nuncupatione explicita irritum regulariter reddat, ac nullū, non tamen præsens irritare poterit testamentum conditum nuncupatione implicita quoties, prout in casu proposito, identitas cedulæ, qua continetur nullatenus possit in dubiū reuocari *iuxta theor. Bart. communiter receptam in l. si ita scripsero num. 30. ff. de condit. & demonstr. Bald. in l. asse toto num. 3. ff. de hæred. instit. Gabr. concl. 13. num. 1. de testam. Crass. in §. institutio n. 2. & 3. & in §. testam. quæst. 16. num. 10. Clar. in §. testamentum quæst. 36. num. 2. Card. Mant. de coniect. lib. 1. tit. 7. num. 7. Rot. coram bo: me: Vrgell. dec. 206 num. 4. & in Narnien. hæreditatis 16. Nou. 1629. & 11. Ian. 1630. coram Reuerendiss. Terracin. & in alijs pluribus relatis in Rom. Testamenti 9. Decembris 1624. coram Vbaldo in princ. & in alia Romana Testamenti 14. Iunij 1649. coram Eminentiss. D. Card. Ottbobono.*
5 Huius vero † Cædulæ identitatem comprobat consignatio ipsius per testatorem facta Notario, de ea se rogante septem testibus sub proprijs nominibus adhibitis, atque descriptis in dorso eiusdem Cedulæ, vt *not. Bart. in l. 2. vers. sed si Notarius ff. quemadmodum testam. aperia Clar. in §. testamentum quæst. 4. num. 3. in fin. Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 1 tit. 7. num. 7. in fin. Rot. coram bo: me: Vrgell. decis. 180. num. 4. & in decis. 263. num. 9. & 10. par. 4. tom. 2. recen. & in Rom. Hæreditatis 23. Ian. 1629. coram Card. Virili in §. quia cum ipsemet Cardinalis cum seqq. impressa post Fenzon. ad statutum Vrbis decis. 3. & in ad dicta Romana Testamenti 14. Iunij 1649. in §. nec vlla prorsus coram Eminentiss. D. Card. Ottbobono,*
6 vbi præterea † concluditur, Cedulam sub præfata cautela consignatam, licet illa plura consula folia, prout in proposito casu, contineat, vlteriori recognitione non indigere propter Notarij fidem approbatam à Iure, quamcumque alterationis; ac mutationis præsumptionem excludentem secundum *Bart. in l. 2. num. 1 ff. quemadmodum testamenta aperiantur Decian. consil. 74. num. 17. cum seqq. lib. 5. Castr. conf. 93. num. 3. & 4. lib. 1. Fulgos. conf. 56. num. 1. Rot. in adducta Romana Hæreditatis 23. Ianuarij 1627. in §. nec obstat quod rogitus, & 26. Iunij eiusdem anni coram Cardinali Virili, & in Senogalien. successionis 29. Ian. præteriti coram Eminentissimo D. Card. Corrado*

Hæc tamen recognitio Cedulæ consignatæ Notario in proposito casu non deficit; Adest enim non solum attestatio ipsiusmet Lelij, ingenuè fatentis in examine, à se de ordine Testatoris fuisse conscriptam, sed alterius etiam testis, qui prædictis omnibus interfuit, idemque deponit, † ac denique aliorum quatuor
7 testium ad cautelam de ordine Rotæ examinatorum depositiones concurrunt attestantiū sibi notam manum Lelij cedulamque ab eo pro-

proinde conscriptam benè probant ad iuxta *Socc. sen. in l. si ita scripsero num. 3. post med. ff. de condit. & demonstr. Vestr. in praxi lib. 6. cap. 1. nu. 8. §. nihilominus vsu receptam est Rot. coram Puteo decis. 9. de fid. Instrum. & coram Cæsar. de Graff. de-*
8 *cis. 2. num. 1. eod. tit.* † & de stilo huius S. Tribunalis admittendi recognitionem scripturarum per testes de nota sibi manu scribentis attestātes coram *Seraph. decis. 440. num. 1. & in dec. 150. num. 1. & 2. & 750. num. 2. par. 1. & decis. 770. n. 2 par. 2. recen.*

9 Hinc non videntur † vrgere exceptiones ad minuendam scripturæ fidem exaduerso deductæ; Siquidem prima, quod Ioannes Baptista Notarius pro Pizzuto de controuerso Instrumento rogatus, matriculatus tunc temporis non foret in Archiuio, ex originali ipsius priuilegio ante rogitum huius testamenti expedito destruitur, *ad text. l. nemo C. de Assessor. et in l. Primicerius C. de offic. Prefecti Vrbis Angel. cons. 140. num. 3. Alex. cons. 198. num. 1. lib. 7. in §. videndum est igitur.*

Altera deducta ex præsumpta alteratione verbi subscriptum, in dorso eiusdem scripturæ, nullius pariter roboris visa fuit; quia non alteratur ex eo substantia scripturæ consignatæ quin illa potius robur assumit; dum verè ab ipsomet Lauro scripta fuit atque subscripta, signum euidens in actu stipulationis, non autem postea, vt exaduerso prætenditur, verbum illud fuisse appositum.

Tertia quoque exinde petita, quod congruo loco eadem scriptura inserta non fuerit in Protocollo, bene tollitur, dum per eosdemmet Aduersarios Criminali Iudici exhibita fuit subtractaque posse Notarii, qui eam propterea congruo loco alligare non valuit nec rubricare de tempore, quo præcedentium filiorum numeratio præcessit.

Quarta pariter innixa inuerisimilitudini, vt Testator scribendi artem optimè callens nō solum totius scripturæ substantiam, sed subscriptionem ipsam alterius fideicommittere voluerit, eliditur ex testium depositione, asserentium tunc temporis Testatorem scribendi facultate fuisse destitutum, quod propter mor-
10 bum in manibus ijs vti non posset; † Præterquam, quod præsens testamentum nuncupatiuum vlteriori testatoris subscriptione non indigebat, vt alijs relatis authoritatibus respondit *Rot. decis. 233. num. 8. par. 5. recent.*

Denique deducta ex relatione Peritorum attestantium de falsitate scripturæ nullius pariter roboris visa fuit, vel quia extra iudicia-
11 lis existit, † vel quia ijdem Periti proprij officij fines excesserant declarando scripturæ falsitatem cuius tamen decisio ad Iudicem tantumodo spectabat *Ceph. cons. 104. num. 26. Riminal. Iun. cons. 810. num. 31. Rot. coram Greg. 204. n. 5 et coram bon. memor. Cocc. decis. 422. num. 7. et in Meleuitana Reditionis rationis 14. Maij 1649. in vlt. §.*
12 *coram Reuerendissimo D. meo Decano.* † Quas proinde coniecturas, cæterasque exaduerso deductas ad arguendam Testamenti falsitatē DD. reiecerunt tanquam inefficaces, ac leues dum ex suspicionibus hominum fuerunt solummodo petitæ, non autem, vt debuissent, eandem falsitatem manifeste concludunt *Surd. cons. 535. num. 12. Becc. cons. 73. num. 11. Rot. coram Verall. decis. 3. num. 4. par. 2.* & in terminis similis testamenti nuncupatiui nuncupatione implicita respondit *Rot. in Romana Testamenti 9. Decembris 1624. coram Vbaldo impressa par. 4. to. 3 recen. decis. 581. num. 39. et 40.*

Et ita vtraque &c.

Quæ duæ decisiones prius in hac eadem causa editæ fuerunt coram bo. me. Coccino Decano sub diebus 19. Nouemb. 1635. et 7. Aprilis 1636. et quia adhuc eas impressas non inuenio ideo apposui infra in Miscellanea Decisionum in fin.

R. P. D. BICHIO.

Auenionen. Saluiani.

Veneris 8. Martij 1652.

ARGVMENTVM.

Saluianum non retardatur per exceptionem crediti ab hærede debitoris appositi si inuentarium non confecerit, quod etiam procedit & si creditum prouenirct, ex fideicommisso ad fauorem hæredis purificato præsertim si altiorem indaginem, requirat, vel etiam ex melioramentis dum specificè non probentur.

SVMMARIVM.

1 *Possessor tenetur ad solutionem talearum pro tempore suæ possessionis.*
2 *Hæres non conficiens inuentarium nec rationem reddens præsumitur satisfactus de suo credito, et tenetur ad debita hæreditaria de proprio, et nu. 4. Nec potest excipere de credito proprio contra alios creditores hæreditarios num. 4.*
5 *Exceptio quæ non competeret auctori nec minus potest competere habenti causam ab eo.*
6 *Hæres ad effectum inducendi imaginariam solutionem consideratur an fuerit creditor ante aditam hæreditatem, vel postea euaserit remissiue.*
7 *Bona hæredis pro debitis defuncti an sint hypotecata vel potius ille actione personali sit conueniendus remissiue.*
8 *Hæres non conficiens inuentarium tenetur vltra vires hæreditarias.*
9 *Decoctio debitoris non probatur contra creditores ex instantia assecurationis dotis facta ab vxore & si secuta fuerit venditio pro illa satisfacienda. Amplia & si lata fuerit sententia num. 10.*
11 *Hæres non conficiens inuentarium non valet excipere de fideicommisso ad sui fauorem purificato in Iudicio Saluiani, & num. 16. Præsertim si requirat altiorem indaginem num. 16.*
13 *Prælegatum factum in prima parte testamenti cadit sub fideicommisso vniuersali per capitulum separatum facto si fuerit relictum titulo institutionis. Contrarium si prælegatum fuerit factum vti ex duobus hæredibus æqualiter institutis, num. 14.*
15 *Prælegatum factum vni ex Cohæredibus adhoc vt cadat sub fideicommisso debet ab altero cohærede probari æquale altero prælegato sibi facto.*

17 Cre-

17 *Creditum sit illiquidum si creditor percipiat fructus de bonis debitoris.*

18 *Melioramenta sunt liquidanda non iuxta tempus elapsum, sed iuxta tempus præsens.*

19 *Actor habet potestatem soluendi valorem melioramentorum.*

20 *Melioramenta plantationum eo quia spatio annorum 40. Senescunt vilius extimantur.*

21 *Melioramenta de quibus in specie non docetur non retardant executionem, sed praestatur pro illis cautio.*

Fortius si reus in longo temporis litigio numquam petijt terminum ad illa liquidanda.

DECISIO CCXXVII.

ALLEGANDO competere sibi retentionē ob credita anteriora quæ Cabriel, vel Alemanus soluit pro Francisco de Sceslas debitore Francisci de Tertullis in hoc iudicio actoris Hector Bellus reus conuentus obtinuit de nouo audiri aduersus duas decisiones sub die 20. Martij 1650. & 10. Februarij 1651. editas fauore Tertullij, sed hodie in earum reuisione recantauit iterum exceptiones fideicommissi, feudi, & melioramentorum.

Quibus non obstantibus Rota stetit in decisis; quod enim attinet ad credita anteriora; partita scut. 115. à Gabriele Hectoris authore soluta de anno 1596. Thesaurario Cameræ Apostolicæ pro talea imposita à felic. record. Greg. XIV. ex causa bellicæ necessitatis, referenda non est ad debitum Francisci Sceslas, qui obierat vsque de anno 1579. sed Aleman-
1 ni, qui successiuè bona possedit, † & idcircò taleas tempore suæ possessionis decursas soluere tenebatur *Bart. in l. moschis in princ. ff. iur. fisc. Bald. in l. creditor sub nu. 1. ff. si cert. pet. Amad. à Ponte de laudem quaest. 45. num. 17. & 20. Rosental. de feud. cap. 8. concl. 3. sub litt. B. Neguf. de pignor. 3. membr. 7. part. sub num. 9.*

Aliæ verò partitæ solutæ ab ipso Alemanno, quia ille fuit hæres Francisci debitoris, & quamuis beneficiatum se asseruerit, nec inuentarium confecisse, nec de bonis hæreditarijs reddidisse rationem probatur, sicuti non
2 præberent retentionem Alemanno, † eo quod de bonis hæreditarijs præsumeretur satisfactus, aut in omnem euentum ad debita hæreditaria teneretur de proprio *l. fin. §. sin vero postquam adiuerint Cod. iur. delib. §. hinc nobis vers. si vero non fecerint. Auth. de hæredib. & falcid. Ias. in l. more num. 14. ff. acq. hæred. Neguf. de pignor. 1. membr. 5. par. sub num. 53. vers. quintus casus Rot. decis. 39. num. 1. & 6. par. 6 recent. & in Bononien. fideicom. de Rubeis 10. Martij 1648. §. ratio resolutionis, & §. sequenti coram Reuerendiss. D. meo Decano,* vbi quod hoc procedit siue hæres inuen-
3 tarium non fecerit, † siue fecerit, sed de bonis rationem non reddat, & magis in puncto quod hæres qui de proprio soluit debita de-
4 functi, † & illius est hæres non possit de creditis huiusmodi excipere contra alios creditores hæreditarios fuit decisum in *Bituntina census 27. Nouembris 1645. §. quia præter quod, & 24. May 1647. §. quia cum pariter, & §. fin. coram Eminentiss. D. Card. Corrado, & in Ciuitatis Plebis Saluiani 13. Ianuarij 1648. §. penult. coram me.*

Ita nec Hectori aduersario causam habenti
5 ab Alemanno, & ex eius persona de creditis anterioribus, vt supra solutis excipiente *l. nemo plus iuris ff. reg. iur. Grat. discept. 356. num. 1. & seqq. Rot. decis. 391. num. 7. par. 5. recent.* & in his terminis in *d. Ciuitatis plebis Saluiani §. penult. in fin.* Neque hic intrat distinctio an hæres esset
6 creditor ante editam hæreditatem, † vel postea talis euaserit, quæ à Doctoribus affertur ad effectum dumtaxat præsumendi, nec ne imaginariam solutionem, & in his terminis loquitur *Rota in exaduerso allegata Bononien. de Bonsignoribus coram Card. Caualerio, impress. apud*
7 *Giouag. respon. 73, num. 67. lib. 1.* † Prout nec alia quæstio an pro debitis defuncti bona hæredis sint hypothecata, vel ille actione solum personali cōueniri debeat de qua *Vincen. de Frāch. decis. 53. num. 6. & seq. decis. 80. num. 21. Cancer. var. resol. tom. 1. cap. 2. num. 104. Noguerol. allegat. 1 n. 42 & per tot.* quia actor immissionem non petit super bonis hæredis, sed sui debitoris hypothecatis sibi vt firmant primæ decisiones huius causæ, & contra hæredem siue eius successorem singularem excipientem de creditis anterioribus ab hærede solutis, replicat illum soluere debuisse etiam de proprio ex supra allegatis.

Assertio autem quod Franciscus debitor decesserit non soluendo, nec probata releua-
8 ret, † quia ob non confectionem inuentarij hæres debitis hæreditarijs obstrictus remanet etiam vltra vires hæreditarias *Rot. decis. 096. n. 2 par. 1. recen. cum alijs allegatis in præcitata Bonon. fideic. de Rubeis §. quin imo coram Reuerendiss. D. meo Decano,* nec probatur cum in id adducatur solum instantia facta ab eius vxore pro assecuratione suæ dotis, & venditio cuiusdam bastide pro ea satisfacienda facta à Francisco debitore cum narratiua quod nō habebat aliū
9 modum satisfaciendi, † quæ sanè alijs creditoribus non nocet *Cyn. in l. vbi adhuc num. 19. Cod. iur. dot. Castr. in l. Seia mancipia num. 5. ff. ad Velleian. Bald. cons. 432. num. 2. lib. 1. Buratt. decis. 9. num. 1. & decis. 104. num. 1. & 2.* & in fortiori-
10 bus terminis † quod nec noceret sententia lata ad istantiam vxoris super vergētia viri ad inopiam tradit *Bart. in l. si constāte nu. 8. & 10. ff. sol. matrim. Grat. discep. 489. num. 10.*

Hæc eadem responsio tollit etiam excep-
11 tionem fideicommissi, † quia hæres non gaudens beneficio inuentarij cum teneatur etiam de proprio non potest excipere de fideicommisso ad sui fauorem purificato, vt ponderat vltima decisio in §. *ex ipso* Præter quod, negari saltem non potest quin ipsum fideicom-
12 missum requirat altiorem indaginem † vti pendens ab ardua illa quæstione an prælegatū in prima parte testamenti hæredi factum cadat sub fideicommisso vniuersali per capitu-
13 lum separatum, † & verba in omnibus autem alijs bonis constituto à testatore, in quo articulo quādo prælegatum relictū fuit titulo institutionis allegatur pro affirmatiua *dec. 646 par. 4. recen.* & pro negatiua aliæ allegatæ in *vl-*

tima decisione §. *ex ipso* : augeturque difficultas in casu nostro, quia prelegatum Castri de quo agitur non absorbet fere totum patrimonium,
14 & factum † fuit vni tantum ex duobus heredibus deinde institutis equis portionibus, quod pro negatiua ponderauit *Rot. decis.* 418. *sub num.* 5. *vers. secundo fuit responsum par.* 5. *recen.* aliique relati in *decis. Bononien.* 1. *num.* 54. *& seqq. apud Modern. Salodiensem*, & licet etiam alteri cohæredi aliud prelegatum factum fuerit, nō
15 probatur vtriusque prelegati coequalitas, vt ab allegante fideicommissum probandum esse admonet *Aldobr. cons.* 6. *num.* 16. *lib.* 2. *Marcabr. consil.* 4. *num.* 16. *&* 3. *seqq.* vnde fit quod exceptio huiusmodi, tanto magis quia vltimus status est pro libertate bonorum cum non obstante superexistentia aliorum in casum eius obitus sine filijs substitutorum, Alemannus Castrum vti liberum, & hereditarium ven-
16 diderit Gabrielli authori aduersarij, † ab hoc iudicio Saluiani reijcienda sit prout alias exceptio fideicommissi reiecta fuit in *Perusina dotis* 9. *Junij* 1614. *coram bon. mem. Vbaldo Seniori in decis.* 387. *num.* 3. *decis.* 559. *num.* 7. *par.* 1. *recent.*

Non obstant molestię super hoc Castro iudicialiter illatę ab Exbanardo creditore anteriore eiusdem communis debitoris, quia nihil in ea lite actum apparet ab anno 1629. citra; Cumque idem Exbanardus ex fructibus iurispascendi ad quod pro eodem credito sententiam immissionis obtinuerat contra Communitatem Villadeque pręsumi possit satisfa-
17 ctus, † vel ideo eius creditum illiquidum remaneat ex allegatis in *decis* 122. *nu.* 18. *& seqq. apud moder. Foroliuien. de pignor.* non habet aduersarius de quo timeat; stante pręsertim cautione quam actor offert de illum liberando ab huiusmodi molestijs.

Exceptioni feudi satis occurrere visa sunt deducta in prioribus decisionibus, & signanter venditio facta authori aduersarij tanquam de re allodiali, ac hereditaria.

Quo tandem ad melioramenta quorum liquidatio desumitur ex probationibus factis in alio Iudicio de anno 1606. responsum fuit ex inde non probari eorum valorem de tempore
18 huius litis longè post motæ, † ac de præsenti, vt debet, cum sit in potestate actoris soluere
19 valorem ipsius meliorationis, vt fuit decisum in *Romana fideicommissi de Spiritibus* 22. *Maij* 1643 §. *& quamuis coram me*, *vbi allegantur concordantes* : præsertim cum plura ex melioramentis consistant in plantationibus, quas experientia docet longissimo quadraginta, & amplius an-
20 norum cursu senescere, † ac inutiles reddi, ac ipsa ędificia temporis dente morderi, & propterea vilius extimari *Ruin. cons.* 165. *num.* 6. *lib.* 4. *Rolan. cons.* 28. *sub nu.* 14. *lib.* 1. *Rimin. iun. cons.* 411. *num.* 38. *&* 4. *seqq. Garz. de expens. & melior. cap. vlt. num.* 5. *Peregr. de fideic. art.* 50. *num.* 78. *Menoch. de recuper. poss. remed.* 15. *nu.* 00. *Molin. de primogen. lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 13. *Vincent. de Franch. decis.* 109. *num.* 2. *Rot. decis.* 300. *num.* 8. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.*

Hinc quia non docetur in specie de melio-
21 ramentis, & eorum valore, † Rota censuit satis esse consultum per cautionem de illis reficiendis post quam fuerint liquidata : maximè quia toto tempore huius litis iam diù pēdentis, Hector sibi præfigi terminum ad ea li-
22 quidanda non petijt, † petit autem hodie post quatuor decisiones, & in limine expeditionis causæ, quam moram ponderauit *Rota in Bononien. fideicommissi de Vizzanis* 7. *Iunij* 1647 §. *melioramentorum coram me*, vbi materia latè explicatur, & decisiones concordantes adducuntur.

Et ita decisum vtraque parte informante.

R. P. D. MELTIO,

Posteà Episcopo PAPIEN,

Spoletana Tutelæ, & Curæ.

Veneris 8. *Martij* 1652.

ARGVMENTVM

Mandata contra Tutores, non sunt relaxanda, donec, & quo vsque redditio rationum non fuerit penitus reddita, quia nisi eis redditis determinari non potest an remaneant debitores, vel creditores.

SVMMARIVM.

1 *Tutor non potest conueniri ad quid soluendum, nisi prius rationibus redditis.*

2 *Tutor antequam rationes reddat, non potest cognosci an sit debitor, vel creditor.*

3 *Tutor, antequam reddita sit ratio, non potest dici, eius creditum, vel debitum esse certum.*

4 *Tutor potest conueniri actione in factum ad reddendam rationem suæ administrationis.*

5 *Redditio rationis tutelæ an dicatur resultare ex relatione Peritorum, qui rationibus dispunctis constituunt Tutores debitores in certa summa.*

6 *Peritorum electio ad dispungendas rationes tutorum debet esse iudicialis.*

7 *Societas, quod fuerit inita per tutores ad fauorem pupillorum quid sit probandum, & num.* 8. *&* 9.

9 *Mandata contra tutores non sunt relaxanda, ante quam redditio rationum non fuit terminata.*

DECISIO CCXXVIII.

FRATRES de Morellis, quibus infantili ætate relictis Bernardinus eorum Pater in Tutores, & pro tempore Curatores Testamentarios deputauerat Iacobum, & Io. Mariam de Santis, cum prætenderent occasione administrationis dictæ Tutelæ, & Curæ, diu per dd. de Santis, exercitæ eos remanere debitores in summa valde notabili, delata ad Rotam Causa eaque mihi comissa, Dubitaui ad instantiam illorum de Morellis an, & pro qua summa esset relaxandum Mandatum, & ipsi tantum de Morellis informantibus resolutū fuit negatiuè, scilicet mandatum non esse relaxandum. Ratio resolutionis fuit, quia non apparet dd. Tutores fuisse prius, vt fieri debebat, conuentos ad reddendam rationem eorum administrationis, & propterea contra

eos

eos locus esse non poterat relaxationi mandati, quia Tutor non conuenitur ad quid cer-
1 tum, & reliquatum † administrationis soluendum, nisi prius excussa generali ratione totius tutelæ ad effectum, vt ex eius euentu dignosci possit, an Tutor remaneat Creditor, vel
2 Debitor, † quandoquidem, & ipse in tali redditione rationis imputat id omne, quod vtiliter impedit in rem pupilli *l. 1. §. præterea, vbi glos. citat. concordantes ff. de contrac. & vtil. act. Tutel. l. 1. §. sed, & si seruus ff. de Tutor. & rat. distrahen. Alex. conf. 192. num. 2. in fin. lib. 7. Crauett. consil. 231. num. 16. in fin. & latius conf. 275. num. 13.*
3 *& 14.* Vnde † antequam reddita sit ratio, debitum remanet omnino incertum *Anchar. consil. 235. num. 1. Alex. conf. 192. num. 3. vers. & per hac patet volum. 7. Negusant. de pignor. 1. membr. 5. part. num. 37. vers. ex quo, Cesal. conf. 768. num. 14. vers. & in simili, Surd. decis. 184. num. 1. & 2.* vbi quod in tali casu non competit alia actio, quã
4 ad factum pro redditione rationis, & hanc opinionem secuta semper fuit Rota, & signãter coram *Buratt. decis. 443. num. 2. & decis. 637. num. 12. in recent. decis. 727. num. 3. par. 2.*

Neque dici potest talem redditionem rationis resultare ex relatione Peritorum da-
5 ta † in *Sum. dd. de Morellis num. 2.* qui rationibus dispunctis constituunt Tutores debitores in summa scutorum 21349.

Nam vltra quod non constat an talis Peritorum electio iuditialiter, & seruatis ser-
6 uandis † facta fuerit, prout requiritur ad effectum vt eorum electio attendi debeat *glos. in l. Item si vnus §. principaliter in verb. Auctoritati in fin. ff. de arbitr. Bart. in l. 1. §. vlt. & ibi Castren. in fin. Alex. num. 4. ff. de verbor. significat.* dicta Relatio visa fuit etiam DD. respectu plurium partitarum ad debitum Tutorum ad scriptarũ pati posse difficultates, & præsertim respectu partitæ scut. 7067. b. 20. ex causa prætensorum vtilium Societatis mercium exercitæ in Ciuitate Tuderti eo quia non fuit probatum quod
7 dictum negotium † etiam nomine Pupillorũ exercitum fuerit; nec quod lucrum fecerit, prout probari debuisset *Felic. de Societ. cap. 3. num. 74.* prout etiam respectu decimæ partitæ cum tribus alijs sequentibus continentibus annuos redditus Censuum, & stabilium, hæ-
8 reditariorum, quia illi † non probantur, percepti, immo nec etiam percipi potuerunt à Tutoribus, cum prætendantur compræhensi
9 sub vniuersali † vsufructu omnium rerum, ac Bonorum à Bernardino Testatore eius vxori relicto, *Castill. de vsufruct. cap. 45. num. 9. Dec. conf. 418. num. 1. Crauett. conf. 32. num. 2. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 9. tit. 7. num. 2. Rot. in recen. decis. 241. nu. 13. vers. & prædicta, & in Firmana Codicillorum 25. Maij 1648. sub §. minusque releuat coram Eminentissimo D. Cardinali Otthobono*; Ideo antequam istæ, ac aliæ partitæ melius discutiantur in peculiari iuditio redditionis
10 rationis existimatum fuit † per DD. interim abstinendum esse à quacumque relaxatione mandati.

Et ita informantibus tantum fratribus de Morellis resolutum fuit &c.

Part. XI. Recent.

REVERENDISS. P. D. CERRO
Sacræ Rotæ Romanæ DECANO.
Rossaneñ Iurispatronatus.
Lunæ 11. Martij 1652.

ARGVMENTVM.

Manutentio si conceditur possidenti multo fortius habenti possessionem cum assistentia iuris, qualem dicitur habere Archiepiscopus super Ecclesia suæ Diæcesis & eleemosinis illi oblatis si cum eo non Concurrat Parochus.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de manutendo conceditur habenti iuris assistentiam præsertim docto de possessione & num. seqq.*
Archiepiscopus habet omnimodam iurisdictionem super Ecclesia intra limites suæ Diæcesis existente num. 1.
2 *Archiepiscopus habet omnimodam iurisdictionem super eleemosynis suis Ecclesiis oblatis si cum eo non concurrat Parochus vel Rector.*
3 *Manutentio conceditur possidenti eo facilius si vltra possessionem habeat iuris assistentiam.*
4 *Attentata sunt omnia gesta in spretum inhibitionis Rotalis.*
5 *Possessio Collitigantis iustificatur ex petitione Aduersarij.*
6 *Fratris attestatio pro altero fratre nullam facit fidem.*
7 *Probatio concludentissima requiritur in materia quæ sapiat delictum.*
8 *Quasi Possessio præsentandi iustificatur ex præsentatione effectum sortita.*
9 *Quasi possessio præsentandi vnica præsentatione acquiritur.*
10 *Quasi possessio instrumentalis alio non possidente est manutenibilis.*
11 *Exceptiones altiorem indaginem requirentes non attendantur in Summarijssimo possessorio, sed ad petitorium reiciuntur.*

DECISIO CCXXIX.

ANTIQVA Ecclesia sub inuocatione Sancti Leonardi posita propè mare in Territorio Coroliani Rossaneñ Diœcesis, annis proximè elapsis occasione Imaginis Sanctissimæ Virginis nuncupatæ de Sclauonia ibi, vt dicitur, diuino monitu repositæ, diruta fuit, ibidem (vt deponunt plures testes relati *in summ. responsionis D. Ducis num. 2.*) in ampliori, & decentiori forma noua Ecclesia reædificata, non amplius sub inuocatione, vt prius Sancti Leonardi, sed ratione dictæ Sacræ Imaginis sub inuocatione Beatissimæ Virginis de Sclauonia, præuia reseruatione ad fauorem dicti D. Ducis Coriolani, eiusque hæredum, & successorum Iurispatronatus eiusdem nouæ Ecclesiæ, cum facultate præsentandi Cappellanum ad nutum amouibilem pro ibidem celebrando sacro singulis Dominicis, alijsque

festiuis de præcepto, sub onere tamen illam dotandi in annuis ducatis 30. pro celebratione dictarum Missarum, illamque construendi, perficiendi, conseruandi, ac prouidendi, & ornatam tenendi omnibus paramentis, & ornamentis necessarijs ad celebrandum, prout deindè actualiter dotata, & reædificata (non tamen adhuc perfecta) in perpetuum simplex beneficium erecta fuit; illiusque Iuspatronatus, ac præsentandi modo, quo supra per hęc verba reseruatum, ibi, *Nos igitur &c. attendentes &c. Ecclesiam prædictam tanquam à te fundatam & dotatam in perpetuum simplex beneficium Ecclesiasticum erigimus, & instituimus, ac declaramus esse in perpetuum de Iurepatr. Domus, & Familiæ tuæ Cappellanosque prædictos &c. ad nutum amouibiles, ius præsentandi, & nominandi &c. ad te, tuosque hæredes, & successores in perpetuum spectare, & pertinere auctoritate nostra decernimus & mandamus &c summ. eiusdem D.Ducis num.1.2.3. & 4.* Verum quia occasione oblationum, & eleemosynarum, quæ à Christifidelibus eidem Ecclesiæ plena manu elargiuntur, diuersæ in diem ortæ fuerunt controuersiæ inter Reuerendiss. D. Archiepiscopum Rossaneñ dictum D.Ducē, & Ioannem Dominicum Capalbum Cappellanum ab eo præsentatum, ideo delata mihi causa dubitaui, An, & cui esset dandum mandatum de manutenendo, ac DD. omnibus concedendum esse responderunt, prout infra.

Domino scilicet Archiepiscopo in quasi possessione eligendi, ac deputandi Quæstores, aliosque ministros pro recipiendis, & administrandis dictis oblationibus, & eleemosynis,
1 quia non solum habet iuris assistentiam † sibi attribuentem omnimodam iurisdictionem tam respectu Ecclesiæ intra limites suæ Diœcesis existentis *cap. omnes Basilicæ 26.quæst.7. cap. conquærente de off.Ord.cap. cum Venerabilis, §.quia igitur de relig.dom.Caputaq.decis.306.num.1. par.1. decis.101. per tot par.2.Rot.decis.145.sub n.6.par.2. diuers. & in recent. decis.171. num.2. ac decis. 491. num.1.par.1.* Quam respectu eleemosynarum,
2 quæ eidem † Ecclesiæ, eiusque Imaginibus offeruntur, dùm cum eo non concurrit Parochus, seu Rector, *vt optimè distinguendo probat Abb. in cap. dilectus sub num.4.vers. quoad primum de off. iud. ord. eamdemque distinctionem pluribus adductis auctoritatibus comprobauit Rot. in Lunen.Sarzanen. oblationum 8. Februarij 1627. coram bo: me: Merlino in recent.decis.37.num.4.par.5.* Sed etiam docet de eius quasi possessione ex testibus deponentibus semper dictum D.Archiepiscopū, eiusque Antecessores elegisse Deputatos, omnesque eleemosynas eisdem Deputatis pro tēpore fuisse consignatas *eius summ. nu.6. circa fin.* Concurrentibus enim actibus possessorijs eo
3 facilius conceditur † manutentio habenti pro se iuris assistentiam, *vt dixit Rot.d.decis.491.n.2. & 3.par.1.decis.93.num.2.par.4.recent. in Elnen.iurisdictionis 19. Iunij 1647. coram Reuerendiss. D. meo Decano, cum cæteris adductis per Postb. de manut.obseruat.45.num.1. & 2.*

Non obstat, quod D.Archiepiscopus accesserit ad Ecclesiam, de qua agitur, & requisiuerit assertum Procuratorem dicti Cappellani, vt sibi traderet claues capsæ, vbi præfatæ eleemosynæ asseruantur, eosque illas non tradente, capsam per vim aperire fuerit in spretum Inhibitionis Rotalis dicto *summ. Ducis n.8.*
4 & sic † non solum attentauerit, † verum etiā ex hac petitione Collitigantium possessio iu-
5 stificata remaneat. Quia præfata non probantur, nisi per attestationem extraiudicialem factam ab Eliseo Capalbo fratre eiusdem Cap-
6 pellani, † quæ propterea non meretur aliquā fidem, præsertim in hac materia, quæ cum
7 sapiat delictum † concludentissimas requirit probationes *Lancell. de attentat.par.3.cap.26. n.5 Card.Mant.decis.62.num. 2. Rot.decis.411. num.1. par.2.recent. & coram bon. mem. Buratt. decis.644. num.4.*

Domino autem Duci in quasi possessione præsentandi Cappellanum ad nutum amoui-
8 bilem, † quia eius possessio iustificata fuit in ipsamet præsentatione Capalbi, effectum sortita, præuia institutione habita ab ipsomet D. Archiepiscopo, & apprehensione possessionis
9 *d.summ.num.5.* † Vnica enim præsentatio sufficit pro acquirenda quasi possessione manutenibili, *Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina num.91.de caus. possess. & propr. Rot. coram Duran. decis. 87. num.8. & penes Postb. vbi sup. decis. 217. num. 27. & 28. ac in Sulmonen. beneficij 10. Martij 1649. coram bon.mem. Arguelles §. respectu vero circa finem.*

Cappellano denique in quasi possessione celebrandi sacrum in dicta Ecclesia, & percipiendi annuos ducatos 30. pro eius stipendio assignatos, nam de ea constat ex publico Instrumento apprehensionis *d.summ.d.nu.5.* Quæ
10 licet instrumentalis alio tunc temporis non possidente est manutenibilis *vulg. l. prædia ff.de acquir.possess.*

Cæterum ea, quæ deducebantur tam pro parte D.Archiepiscopi super nullitate reseruationis dicti Iurispatronatus, & præsertim ex quo Ecclesia reædificata fuerit ex eleemosynis, quam pro parte Collitigantium super illius validitate, ac facultate percipiendi, & distribuendi dictas oblationes, omniaque alia hinc inde præsentata, & longa serie deducta Dominis visa fuerunt non esse discutienda in
11 hoc summarijssimo manutentionis, † sed reijcienda ad iudicium petitorium, vti altiorem indaginem, & exactiorem discussionem requirentia, *Rot. semper consueuit, & signanter in Cathacen. contractus 21. Maij 1651. coram R.P.D. meo Celso, §.final.*

Et ita omnibus Informantibus &c.

R. P. D. MELTIO,

Posteà Reuerendissimo Episcopo PAPIEN.

Cesenaten. Emphiteusis

Veneris 15. Martij 1552.

ARGVMENTVM

Emphiteusis renouatio ex æquitate debetur proximioribus primum acquirentis; si verò bona emphiteotica fuerunt alienata cum consensu

sensu Domini directi, tunc an d. renouatio debeatur proximiori d. Primi acquirentis, vel proximiori illius, in quem dicta bona fuerunt validè, & legitimè translata, in præsenti decisione, non minus clarè, quàm eruditè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium inceptum à defuncto in materia emphiteusis, quando illius hæres prosequi possit, & quando secus num. 2.*

3 *Representatio in emphiteusi Ecclesiastica facta* pro se, filijs, & nepotibus *ex communiori sententia non admittitur & quare n. 4. & 5.*

6 *Emphiteusis, vt duret, quid requiratur, & quando dicatur expirasse.*

7 *Cessio in materia emphiteusis non potest suum sortiri effectum absque consensu Domini directi.*

8 *Immissio in bonis emphiteusis, vt assequi possit, quæ requirantur.*

9 *Renouatio emphiteusis ex equitate debetur proximiori.*

10 *Pactum de renouando in inuestitura appositum, operatur vt ex eo agi possit contra Ecclesiam pro petenda renouatione, non autem contra tertios possessores, in quos bona emphiteusi fuerunt translata.*

Secus quando Dominus directus promisisset inuestire proximiorem vltimi inuestiti, & quare n. 12.

11 *Duran. decis. 431. declaratur, & explicatur.*

13 *per Diuisionem, quando censeatur remissum etiam ius futurum super rebus emphiteoticis & n. 15.*

14 *Et quid si fuerint solum reseruata iura fideicommissi.*

16 *Renouatio emphiteusis non debetur proximiori primi acquirentis, sed proximiori illius in quem bona emphiteotica fuerunt validè translata.*

17 *Insinuatio præsumitur ex cursu triginta annorum cum obseruantia.*

18 *Emphiteusis renouatio nō potest peti à proximioribus primi acquirentis, quando bona emphiteotica validè translata penes tertios reperirentur.*

19 *Bona emphiteotica quando per diuisionem in lineam vnius ex hæredibus inuestiti obuenit in ea continuare debet vsque ad totalem illius exstinctionem.*

Amplia etiamsi alij de diuersa linea sint in inuestitura comprehensi n. 21.

20 *Text. in cap. 1. in fine de natur. success. feud. licet loquatur de feudo, habet etiam locum in emphiteusi.*

22 *Emphiteusis quando peruenit ad aliquem, durat in eo eiusque descendentibus non solum masculis, sed etiam fœminis.*

DECISIO CCXXX.

EPISCOPVS Cesenaten. anno 1569. titulo emphiteusis inuestiuit pro sexaginta futuris annis ad renouandam, de quadam domo in dicta Ciuitate existen. Gasparem Argentinum seniore pro se, eiusque filijs, & nepotibus masculis ex recta linea masculina tantum descendentibus, prout ex instrumento dictæ concessionis Summ. Argentinæ n. 1. Dicta domus ex diuisione deinde secuta anno 1599. post obitum dicti Gasparis primi acquirentis inter Ioannem Franciscum, & Gasparem iuniorem eius filios peruenit ad Ioannem Franciscum, qui anno 1600. de consensu Episcopi eam vendidit Dominis de Bandis, qui nouam inuestituram obtinuerunt; Defuncto postmodum dicto Ioanne Francisco, & superstite tantum Hippolyta vnica eius filia, Gaspar iunior tanquam in inuestitura comprehensus instituit de anno 1628. iudicium immissionis coram Vicario Cæsenæ contra illos de Bandis, sed post nonnullos actus, cum tempus sexaginta annorum in inuestitura præfixum expirasset, non fuit causam vlterius prosecutus, & dictum iudicium semper siluit vsque ad annum 1650. quo tempore renouata instantia, ac prosecuto immissionis iudicio per Siluiam Gasparis iunioris ex Argentino filio neptem, emanauit sententia absolutoria ad fauorem dictorum de Bandis, quæ in secunda instantia fuit ab A. C. reuocata, concedendo Siluiæ petitam immissionē, ac remouendo illos de Bandis ab inuestitura; Ab hac sententia cōmissa mihi causa appellationis, Dubitaui An dicta sententia A. C. esset confirmanda, vel infirmanda, & Domini pro infirmatione responderunt ex vtroque vitio tam nullitatis, quàm iniustitiæ.

Nullitas visa fuit resultare ex eo, quod Siluia prosequuta fuit iudicium immissionis introductum de anno 1628. à Gaspare, iuniore tanquam in inuestitura comprehenso, quod facere non potuit, nam ipsa est tantum proneptis Gasparis senioris primi acquirentis, & sic non est de comprehensis in inuestitura, quæ gradum nepotum non egreditur.

1 Neque instantia, † & lis cæpta per dictum Gasparem potuit Siluiæ, esto quod ipsa fuisset dicti Gasparis hæres, ad hunc effectum suffragari, quia cum versemur in emphiteusi non hæreditaria, quo casu instantia cæpta per defunctum transit in hęredem, *l. si petitor 31. in figuratione casus, ff. de iudic. Bart. in l. Lucius 78. §. rogatus ad fin. ff. ad Trebell. Mohed. decis. 1. de iu-*
2 *dic.* † sed emphyteusi concessa pro filijs, & nepotibus, & ita ex pacto, & prouidentia, instantia vt in tali casu transeat in hæredem debet is esse de comprehensis in inuestitura, & in his terminis loquitur *Peregr. de fideicommiss. art. 53. n. 26. vers. limita &c.*

3 Neque † comprehensionem prætendere valet Siluia ex eo, quod prætendat subingredi locum Argentini eius patris, siquidem repræsentatio non admittitur in emphyteusi Ecclesiastica facta sub hac forma *pro se, filijs, & nepotibus*, ex communiori sententia, quam sequitur *Bart. in auth. post fratres, C. de legit. hæred. Cuman. in l. cum ita, §. in fideicommisso, ff. de legat. 2. Soccin. iun. cons. 73. num. 17. & 31. lib. 1. Menochius cons. 498. num. 19. & 20. & cons. 999. num. 12. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 18. num. 9. cum seqq.*
4 vbi † quod in tali casu non defertur iure hæreditario, sed iure contractus, & ita filius non
5 assumit locum patris hoc † idem defendit *Capic. Latr. decis. 124. per totam lib. 2.* vbi in terminis similis concessionis factæ pro se, filijs, & nepotibus, tenet non dari repræsentationem, eo

eo quia vnusquisque censetur ex propria persona vocatus, & hanc opinionem vti veriorem approbauit etiam *Rot. decis. 219. num. 4. vers. tamen in emphitensi par. 4. diuers.* ex ea ratione, quod in tali casu succedatur non iure hæreditatis, sed iure sanguinis.

Non etiam visum fuit posse vim aliquam fieri in prætensa cessione facta à filiabus Gasparis iunioris adhuc viuentibus, & quæ sunt neptes primi acquirentis, ad fauorem Siluiæ, quia cum emphyteusis, de qua nunc agitur, jam diù expirauerit per lapsum sexaginta annorum in inuestitura præfixorum, vtique nullum ius in eis remansit censibile esto quo essent de linea in inuestitura comprehensa,
6 quia vt emphyteusis duret non solum requiritur, quod extent vocati, sed vlterius, quod ipsi etiam sint intra tempus in inuestitura limitatum aliàs semper dicitur emphyteusim expirare, & dominium vtile consolidari cum directo *Io: Andr. in addit. ad Speculat. in tit. de locat. §. nunc aliqua num. 172. quæst. 145. Ruin. cons. 167. nu. 12. volum. 1. vers. secunda ratione. Bero. cons. 119. in præsenti causa num. 1. & 2. volum. 1.* vbi loquitur de concessione facta ad certum tempus cum pacto de renouando *Corbul. de iur. emphit. tit. de caus. priuat.* ob tempus finitum *num. 9. cum tribus seqq.* & firmauit *Rot. in Cesenaten bonorum 20. Maij, & 9. Decembris 1588. coram Bubalo*,
7 multò † minus cessio fieri poterat ad fauorem Siluiæ, quia cum ea non esset de vocatis non poterat dicta cessio suum operari effectum sine consensu Domini, aliàs ipso inconsulto daretur prorogatio gradus concessionis in personas non approbatas, quod non est admittendum, *iuxta tex. in l. finali, C. de iur. emph.* cum aliis copiosè relatis per *Modernum Fulginat. tract. de iur. emphit. tit. de alien. quæst. 1. num. 1. & sequen.*

Ex capite etiam iniustitiæ Domini censuerunt dictam sententiam esse reuocandam,
8 quia in ea conceditur immissio Siluiæ, quæ non est de comprehensis in inuestitura, cum ea se extendat tantum ad nepotes, & vlterius illa finita fuit per lapsum temporis limitati in inuestitura 60. annorum, proptereaque deficiente in dicta Siluia, vtroque requisito, tam temporis, quàm vocationis ad consequendam immissionem copulatiuè necessariò *Corbul. de iur. emphit. tit. de caus. priuat. ob tempus finitum num. 9.* nullo iure dicta sententia sustineri potest, prout in his terminis firmauit *Rot. in Cesenaten. emphiteusis 23. Ianuarii 1651. coram R. P. D. meo Albergato.*

Neque talis iniustitia euitari potest prætextu quod, & quatenus extincta fuisset dicta em-
9 phiteusis † nihilominus illius renouatio Siluiæ vti proximiori deberetur, tum ex æquitate desumpta ex doctrina *Bartholi in l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quotid. & æstiua*, quàm ex Indulto sanct. memor. Innocentii VIII. emanato super bonis emphyteoticis Cæsenæ, ac etiã ex pacto de renouando in inuestitura posito,
10 quia ex his oritur † quidem actio personalis competens contra Ecclesiam pro consequenda renouatione emphyteusis, sed non inde acquiritur ius reale, quo agi possit contra tertios, prout sunt Domini de Bandis in quos bona cum consensu Domini fuerunt alienata iuxta veriorem opinionem, quam tuentur *Gabr. cons. 68. num. 12. & 13. vers. quia res non est integra lib. 2. Angel. cons. 184. num. 3. vers. & illa verba ad renouandum, Alex. cons. 65. num. 3. vers. nec prædictis volum. 2. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 23. n. 5. tertio deducitur, Rot. cor. sanct. mem. Gregor. XV. decis. 348. num. 3. vers. & per istud pactum, & ibi Add. litt. B. & decis. 567. num. 2.* & nuper in puncto firmatum fuit in *Cesenaten. emphiteusis 23. Ianuarij 1651. coram R. P. D. meo Albergato.*
11 Neque contrarium † decisum fuit coram Durano *decis. 431.* quia ibi non fuit discussus articulus, An proximiori liceret agere iudicio immissionis contra tertium inuestitum ante obtentam renouationem, sed tantum an ius ei competeret petendi renouationem, postquam Dominus directus alterum inuestierat,
12 sic etiam non † contradicunt decisiones in *Callien. bonorum 8. Aprilis 1647. & 24. Ian. 1648. cor. me.* Quia in eo casu Dominus directus sub iuramento, & obligatione Camerali promiserat inuestire proximiorem vltimi inuestiti, statim atque obtinuisset beneplacitum Apostolicum, vnde cum illud deinde obtentum fuisset, iure merito resolutum fuit pro immissione ad fauorem proximioris, cum haberet ius in re quæsitum ex præcedenti promissione cum iuramento, & hypotheca, quæ hic prorsus deficit.

Præterea † etitæ, & à Siluia obtentæ immissioni valdè obstare etiam Domini dixerunt diuisionem factam de anno 1599. inter Ioannem Franciscum, & Gasparem Iuniorem, à
13 quo Siluia prætendit habere causam; † etenim cum dicta diuisio concepta legatur verbis, & clausulis amplissimis respicientibus non solùm ius præsens, sed etiam futurum, prout colligitur, tum ex pacto apposito, nullo vnquam tempore litem, & quæstionem inferendi super bonis in parte obuentis, quod omne tempus includit, tum ex promissione per diuidentes facta habendi dictam diuisionem perpetuò ratam, iuncta etiam promissione euictionis ex quibus induci remissionem iuris futuri firman communiter Doctores in *l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verb. oblig. Curt. sen. cons. 64. col. 17. vers. quarto principaliter lis. Curt. iun. cons. 49. column. penult. vers. omissa. Paris. cons. 71. num. 8. & 9. vers. eo magis lib. 3. Honded. cons. 33. num. 15. lib. 1. Gabr. de fideicomm. conclus. 1. num. 23.* vbi de magis communi, aliiq; plures, quos refert, & sequitur *Giouagnol. cons. 100. num. 72.*
14 *lib. 1.* † Tum ex sola reseruatione iurium paterni fideicommissi, quæ indicat, vt si diuidentes voluissent reseruare iura emphyteusis id pariter expressissent *l. vnica, §. sin autem ad deficientis, C. de caduc. tollen. Rot. in recent. decis. 669. num. 2. par. 1. vers. & confirmatur,* & benè *Giouagn. dicto cons. 100. num. 72. lib. 1. Gabr. de fideicommiss*
15 *conclus. 1 num. 40.* † Tùm demùm ex subsecuta obseruantia ex eo deducta, quòd vterque ex diuidentibus bona emphiteotica sibi in diuisione obuenta liberè alienauit, signum euidens

dens quod intellexerunt per dictam diuisionem iura emphyteusis remittere, ac quemlibet eorum effici suæ portionis dominium irreuocabilem *ad tradit:per Ruin.conf.*119.*num.*21. *verf.quinimò videtur lib.*2. *Rota in Romana fideicommissi de Spiritibus* 17. *Februarij* 1645. §. *tum partis,verf.accedit pactum coram R. P. D. meo Bichio*; Inde sequitur, vt Io: Franciscus alter ex diuidentibus potuerit controuersam domum de consensu Domini directi alienare, prout alienauit in illos de Bandis, qui nouam inuestituram reportarunt, atque ita malè contra eos concessa fuerit immisio ad fauorem Siluiæ, quæ nullo modo ei competere poterat, neque iure comprehensionis, quia ipsa non est de vocatis,neque iure renouationis, quia
16 semel facta valida translatione emphyteusis in alios, non attenditur amplius linea primi acquirentis,nec illius proximitas,sed eueniente casu renouationis illa debetur proximioribus eius in quem facta fuit alienatio, *ad tradita per Corn.conf.*250.*num.*3.*lib.*3.*verf.& ideo censeatur concessa emphiteusis, Gabr.conf.*68. *num.* 13. *lib.*2. *Mantic.de tacit.lib.*22.*tit.*23.*num.*5.*Rota cor. san.mem.Greg XV. decis.*348. *num.* 2. *& seqq. vbi Adden.sub littera D*, allegat plures concordantes, *Benint.decis.*87.*per totam*.

17 Neque † pro releuanti habita fuit obiecta nullitas diuisionis deducta ex defectu intinuationis in contractu minorum,quales erant diuidentes de tempore contractus diuisionis requisitæ à Constitutione Aegidiana, quia illa præsumitur ex cursu triginta annorum cum obseruantia, *Ruin. conf.* 23. *num.* 1. *lib.* 5. *Felin. conf.*2.*num.*22.*Rota decis.*122.*num.*5.*&* 6.*dec.*447. *num.*2.*par.*1. *recent.* Et licet Gaspar litem de anno 1628. mouerit, de quo tempore à die diuisionis elapsi tantum fuerant 29. anni, non exinde excluditur allegata præsumptio solemnitatis, quia lis à dicto Gaspare introducta non fuit super nullitate diuisionis ex defectu solemnitatum, sed ex eo, quia prætendebat per obitum Ioannis Francisci sine liberis masculis bona emphyteotica ad se reuerti debere.

Nec etiam obstat, dictam alienationem, prout etiam nouam inuestituram non potuisse validè fieri in præiudicium nepotum ex propriis eorum personis vocatorum, quia quicquid dici posset respectu comprehensorum,tamen respectu Agnatorum, qui lapso tempore renouationem ex æquitate prætendunt,alienatio sustineri videtur, quia nullum ius quæsitum habent in re,sed tantum in spe, quod ad hunc effectum non censetur considerabile,& vlterius,quia vt sit locus renouatio-
18 ni res † debet ad Dominum directum esse reuersa,quod hic dici non potest. Nam stante alienatione, & noua inuestitura concessa ab Episcopo ad fauorem illorum de Bandis, domus hodie penes ipsos reperitur,vt in his terminis firmant *Ruin.conf.*45.*num.*20.*verf.nec prædictis vol.*1.*Gabr.de iur.emphyt.conclus.*1.*num.* 26. *Caldas.de renouat.emphyt.lib.*1.*quæst.*9.*in princ.Gabriel. conf.* 30. *num.* 21. *lib.* 1. *& conf.* 78. *num.*2. *libro* 2.

19 Demùm † tollere quamcumque difficultatem hoc vnum posse videtur, quia admissa etiam nullitate alienationis, & nouæ inuestituræ cum controuersa domus titulo diuisionis peruenerit in Ioannem Franciscum,atque ita ingressa fuerit eius lineam, in ea continuare debet vsque ad totalem illius extinctionē ad *text.expressum in cap.*1.*in fine de natura success.*
20 *feud.vbi Bald.num.*1,*Afflict.num.*77. † qui licet loquatur de feudo, habet locum etiam in emphyteusi,vt voluit *Ruin.conf.*166.*num.*10.*& conf.*9.*num.*5.*lib.*1. *verf. quinimo videtur*, *Corn. conf.*263.*num.*10.*lib.*1.*Honded. conf.* 36. *num.* 35. *lib.* 1. loquens de emphyteusi Ecclesiastica, *Natt.conf.*22.*num.*1.*lib.*1. cum alijs latè cumulatis in *Cesenaten.emphyteusis* 14.*Decembris* 1635 §.*secundo quia coram bon.mem. Merlino, & per Modernum Fulginat.de emphyt.sub tit de success. in bon. emphyt.quæst.* 2. *num.* 18. vbi conciliando deci-
21 siones Rotales firmat, † quod quando res emphyteotica vni ex hæredibus inuestiti in partem obuenit, prout in terminis casus nostri donec superest aliquis ex dicta linea, alij de diuersa linea etiam si sint in inuestitura
22 comprehensi, non admittuntur, † & ita si emphyteusis peruenit ad aliquem durat in eo, eiusque descendentibus non solum masculis,sed etiam fœminis, vt præter supra allegatos consuluerunt *Berou.conf.*93.*nu.*26.*lib.*1. *Decian.conf.*98.*num.*13.*lib.*3.*Mantic.de tacit.lib.*23 *tit.*27.*num.*18. & in specie *eodem lib.* 23. *tit.* 33. *num.*17. Cum itaque ex Ioanne Francisco superstes adhuc sit Hippolyta filia nullo modo controuersa domus emphyteotica redire potuit ad lineam Gasparis Ioannis Francisci fratris à quo descendit Siluia, quæ immisionem reportauit, sed illam in omnem casum quo prædicta cessarent,prout benè subsistunt remanere deberet in dicta Hippolyta.

Atque ita resolutum fuit vtraque parte informante, &c.

R. P. D. ALBERGATO

Calaguritana Beneficij S. Martini.

Veneris 15. *Martij* 1652.

ARGVMENTVM.

Ius super beneficio an & quomodo dicatur quæsitum illi, qui in primo examine fuit approbatus primo loco tractatur, deinde an & quādo oppositori sit concedendum,vel denegandum nouum examen,etiam parte contradicente,clarè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Ius super beneficio in primo examine alteri quæsitum, non potest deinde per nouum examen præiudicium inferri.*
2 *Habilitas ad beneficium curarum inspicitur de tempore concursus.*
3 *Examen nouum ad effectum impetrandi beneficium post lapsum quadriennij an sit denegandum, vel concedendum & n.*6.*&* 8.

4 Exa-

4 *Examen primum quando fuit nullum reiterari debet.*
5 *à Dolo & fraude qualibet causa etiam iniusta & fatua excusat.*
7 *Habilis quando quis semel repertus fuerit in examine, semper præsumitur talis.*
9 *Contradictor legitimus ad beneficium impetratum, quando quis dicatur.*
10 *Ordinarius in collatione beneficij digniorem elegisse præsumitur.*
11 *Ius super beneficio dicitur alicui quæsitum per examen in quo fuit approbatus, declara procedere, vt n.12.*
13 *Ius perfectum non dicitur alicui super beneficio quæsitum ex examine nullo, & illud examen quid operetur.*
14 *Ius ex lapsu instantiæ quæsitum non est considerabile, quia per restitutionem in integrum potest resolui.*
15 *Clericus habens beneficium præferendus est non habenti & quando secùs.*
16 *Subdelegatio in partibus ad effectum conficiendi nouum examen pro beneficio curato, quibus concurrentibus sit facienda.*

DECISIO CCXXXI.

EXAMEN à Didaco de Azzar coram Examinatoribus Seguntinis peractum, non autem coram Synodalibus Calaguritanis vt mandat Constitutio Clementina nullũ esse dixit Rota 10. Maij 1649. cor. Eminẽtiss. Dom. meo Cardinali Corrado; ideoq; ille postmodum institit admitti ad nouum examen, & ad hunc effectum fieri subdelegationem in partibus; neutrum verò concedendum esse contendebat Ioannes de Aracte in primo exa-
1 mine ritè habito approbatus, † ex quo cum ei ius quęsitum dicatur, *Buratt. decis. 55. num. 3.* aliquod inferri non posse videtur præiudicium per nouum examen à Didaco, præsertim quinquennio iam elapso petitum, quia
2 habilitas inspicitur de tempore † concursus, *Rota coram sanct. mem. Greg. XV. decis. 527. num. 3. ibique Add. num. 5. in Calaguritana beneficiorum 26. Iunii 1648. coram R. P. D. meo Bichio, & in Calaguritana beneficii de Brinas 8. Martii 1649. coram R. P. D. meo Peutingero, confirmata prima Iulii 1650*
3 *coram R. P. D. meo Celso,* † ex qua ratione post lapsum quadriennij nouum examen, illiusq; subdelegationem alias denegauit, *Rota in Calaguritana beneficii de Cornera 8. Februarij 1591. coram Pania, inter eius impress. decis. 106. num. 5. & seqq.*

His tamen non obstantibus ad vtramque
4 partem dubij affirmatiuè responsum † fuit, cum enim primum examen fuerit nullum reiterare debet, ex tradita per *Bero. conf. 128. num. 35. lib. 2. Marc. decis. Delphin. 495. num. 31. & seq. lib. 1.* præsertim quia ex attestationibus datis constat Ordinarios Calaguritanos concurrente, prout hic, legitima causa absentiæ, & occupatione in seruitijs alicuius Primatis, siue Ecclesiastici, siue sæcularis, huiusmodi subdelegationes examinum facere consueuisse, & licet nulliter, negari tamen non potest, quin omnem excludant fraudem, & dolum,
5 à quo causa qualibet etiam iniusta, & fatua excusat, *l. igitur 12. §. potest ff. de liber. caus. Curt. iun. conf. 19. num. 5. lib. 1. Honded. cons. 68. num. 2. lib. 2. Rot. coram Buratt. decis. 182. num. 25. & in Bononien. vsusfructus 20. Iunii. 1650. §. dispositio*
6 *coram R. P. D. meo Roias,* † adeo vt non obstante quocumque temporis lapsu possit Didacus per superiorem etiam parte contradicente admitti nouum examen, vt fuisse decisum in *Calaguritana dimidii beneficii 22. Aprilis 1602. coram Ortembergo, refert Barbos. de potestat. Episcop. alleg. 60. num. 46. & in Collectan. ad Concil. Tridentin. sess. 24. cap. 18. num. 73. & 78. in fin.*

Eoque magis, quia ex datis in Summario vltimæ positionis Didaci patet ipsum de tempore primi examinis fuisse Baccalaureum, publicum Theologiæ, & Philosophiæ professorem, ad concedendas licentias pro audiendis confessionibus, & sacris ordinibus suscipiendis Examinatorem deputatum ab Ordinario Seguntino, à quo (pręuia commissione Calaguritani) seu ab eius Examinatoribus Didacus examinatus, fuit repertus, & renunciatus idoneus ad quodcumque beneficium, vndè cessat quælibet præsumptio, quod impedimenta affectauerit, vt interim doctior fie-
7 ret, & edoceri posset, † quia semel habilis, semper talis præsumitur *Seraph. decis. 968. nu. 8.*
8 eique propterea nouum examen concedi debet, vt in fortioribus terminis de eo, qui fuerat reiectus in primo examine respondit *Rot. in Calaguritana beneficij de Ocon. 15. Decemb. 1649. coram bon. mem. Arguelles,* & nudius tertius in alia *Calaguritana beneficii de Alesanco 8. currentis coram me.*

9 Nec dubitari potest, † quin iste sit legitimus oppositor ad beneficium, de quo agitur, quia in eo concurrunt omnia à Constitutione Clement. VIII. requisita, docuit enim se filium naturalem, & patrimonialem loci Sancti Martini de Galbarinis, in termino ab Edictis præscripto comparuit, & se opposuit, vt constat ex sententia Episcopi Calaguritani, eiusque gratificatione erga Didacum, cui be-
10 neficium conferendo habilem, † & Ioanne aduersario digniorem reputasse censetur, cum pro iudicio Ordinarij, omnis vigeat iuris præsumptio *cap. in præsentia de renunciat. Rota coram sanct. memor. Greg. XV. decis. 11. num. 3. coram Buratto decis. 635. num. 8. in recent. decis. 537. num. 14. vers. & adeo præsumitur par. 1. decis. 36. nu. 1. par. 2. decis. 149. num. 8. par. 4. tom. 2. & in Calaguritana beneficiorum 26. Iunij 1648. §. atque hinc cor. R. P. D. meo Bichio.*

11 Non obstat, † quod ex primo examine coram Examinatoribus Calaguritanis habito ius sibi quæsitum esse contendat Ioannes in eo
12 approbatus ex *decis. Buratt. 55. num. 3.* † quia vt ibi declarant *Adden. num. 10.* id procedit in vnico oppositore, secùs vbi plures concurrunt, tunc enim examen consideratur tanquam actus tantùm præambulus expectans post se perfectionem ex præsentatione per beneficiatos, & institutione per Ordinarium facienda, ex quibus solum ius perfectum in re acquiritur,

tur, *cap. 1. vbi DD. de preb. in 6. Rebuff. cons. 86. num. 19. Couar. var. resolut. lib. 3. cap. 16. numer. 1.*
13 *& seqq. Puteq. decis. 267. num. 4. par. 1.* † in casu autem nostro, & Didacus in tempore se opposuit ad beneficium controuersum, & de licentia Ordinarij eorum Seguntinis se subiecit examini, quod licet nullum fuerit, operatur tamen ne ius perfectum Ioanni quæsitum dicatur, illudque sit resolubile per nouum examen per Didacum coram Calaguritanis habendum, ad tradita per *Garz. de benef. par. 4. cap. 3. num. 64. Rot. decis. 492. num. 10. par. 3. diuers. & in Cæsaraugustana Canonicatus 1. Februar. 1641.*
14 *coram bon. mem. Cardinali Panzirolo,* † sicut in simili dicimus non esse considerabile ius ex lapsu instantiæ quæsitum, quia per restitutionem in integrum potest resolui, vt fuit decisum in *Calaguritana restitutionis in integrum 12. Februarii 1590. coram Orano, impressa apud Marches. de commiss. par. 2. fol. 118. nu. 4. vers. & regula, Put. decis. 193. lib. 2. in correct.*

15 Nec † dicatur irreleuans esse hoc examen per Didacum denuò peragendum sub prætextu, quod iste alia possideat beneficia, quia id nullius est momenti, quando, vt in casu nostro, qualitates beneficiati longè præcellunt non beneficiatum, *Rot. decis. 61. num. 4. par. 3. recent. in Calaguritana beneficii della Casa della Reina 27. Martii 1648. §. minus facit coram Reuerendissimo Terracinen. in Lucana Capellania 7. Iunii 1651. coram R. P. D. meo Bichio, in Calaguritana beneficii de Banares 11. Decembris proximi præteriti coram Eminentissimo D. meo Cardinali Otthobono.*

16 Et hinc resultat † alterius partis dubij resolutio, cum enim vtraque pars sit absens, & expræallegatis vehemens resultet fumus idoneitatis Didaci ad euitanda dispendia, & pericula itinerum Domini censuerunt esse faciendam subdelegationem examinis in partibus, vt alias his concurrentibus seruatum fuit *coram Comitul. decis. 38. & in Calaguritana beneficii de Ocon. 15. Decemb. 1649. confirmata 14. Febr. 1650. cor. bon. mem. Arguelles.*

Et ita causa bis proposita coram Eminentissimo D. Cardinali Corrado, & deinde coram me in eius locum particulariter suffecto decisum fuit vtraque &c.

REVERENDISSIMO P. D. MELTIO Postea Episcopo PAPIEN.

Calaguritana Beneficij de Lumbreras.

Lunæ 18. Martij 1652.

ARGVMENTVM.

Licet in beneficijs simplicibus sufficiat electio digni ommisso dignore non tamen hoc militat in beneficiis Calaguritanæ Diœcesis in quibus dignior est eligendus; Dignioritas ad beneficia ex quibus resultet.

SVMMARIVM.

1 *Dignior ad beneficium est eligendus.*
Quod intellige verum in beneficiis simplicibus Calaguritanæ Diœcesis ex Constitutione Clementis 8. num. 3. 4. & 5.
2 *Dignus ommisso digniore eligi potest ad beneficium simplex.*
4 *Constitutio Ecclesiæ fauorabilis est inuiolabiliter seruanda.*
6 *Sacerdotium probatur ex litteris ordinarij.*
7 *Dignioritas ad beneficium resultat ex Sacerdotio, etsi beneficium ordinem Sacerdotalem non requirat.*
8 *Sacerdotij negatiua probatur eo ipso quod quis reperiatur tantumdo in 22. ætatis anno.*
9 *Aetas annorum 22. non est sufficiens ad ordinem Sacerdotalem.*
10 *Dignioritas ad beneficium resultat ex maiori ætate.*
11 *Dignioritas ad beneficium resultat ex approbatione Ordinarij ad exercitium curæ animarum.*
12 *Institutio ab Ordinario obtenta multum attenditur ad electionem magis idonei.*
Quod procedit quando electio libero arbitrio Ordinarij relinquitur secus è contra, num. 13.
14 *Præsentationes, & institutiones attentatæ nullum præbent fundamentum in electione dignioris.*
15 *Arbitrium Rotæ intrat loco arbitrij Beneficiatorum præsentantium quando præsentatio est attentata, & causa appellationis pendet.*

DECISIO CCXXXII.

MARCO Saluador, non autem Didaco Martinez Moreno dixerunt DD. adiudicandum esse dimidium beneficium controuersum, quod vacat in Ecclesia Parochiali S. Bartholomæi Oppidi de Lumbreras per ascensum ad integrum Petri Garzias, quia constat dictum Marcum non solum esse filiū naturalem, ac patrimonialem dicti loci de Lumbreras, sed vlterius habere plures alias
1 qualitates, † quæ in eius competitoribus deficiunt, ac propterea tamquam digniorem præferendum esse. *vt tex. in cap. statutum de maiorit. & obed. cap. ex ore de priuileg. Bald. in l. decernimus num. 4. in 2. notab. C. de sacrosanct. Ecclesijs, Rota coram Seraphino decis. 1223. num. 2.* Et licet dum de beneficiis simplicibus agitur opinio inter DD. valdè controuersa sit, an eligi pos-
2 sit dignus omisso digniori, † & affirmatiua communior videatur, de qua *Nauarro de restitutione lib. 2. cap. 2. num. 172. & 182. Gutier. canon. quæst. lib. 2. cap. 11. sub num. 12. col. 2. Molina de primogenit. lib. 2. cap. 5. num. 55. Garzias de beneficiis par. 7. cap. 16. nu. 16. & seqq. Barbos. de iure Eccles. lib. 1. cap. 19. num. 138. Rot. coram san. me. Greg. XV.*
3 *decis. 11. nu. 8. vbi adden. vers. tertia conclusio,* † tamen hic tollit quamcumque difficultatem peculiaris Constitutio san. mem. Clementis VIII. super collatione beneficiorum Calaguritanæ Diœcesis, dum disponit collationem fieri debere digniori; Talis namq; constitutio,
4 quæ est Ecclesiæ fauorabilis, † ex quo tendit ad parandos ei meliores, ac magis idoneos ministros venit inuiolabiliter obseruanda.

Rebell.

Rebell. de oblig. iust. par. 2. lib. 3. quæst. 5. in princ. vers. tertio quia. Gutier. canon. quæst. lib. 2. d. cap. 11. nu. 55 in fine, Barbos. de iure Ecclesiæ d. cap. 19. num. 137. in fin. & in terminis beneficiorum Calaguritanæ Diœcesis vt illa sint adiudicanda dignioribus firmauit sæpius Rota, † & signanter *in Calaguritana beneficij de Cornago 1639. coram Reuerendiss. Terracinen. Calaguritana beneficij de Logrono 15. Decembris 1645. coram R.P.D. meo Royas, Calaguritana ben cij dela Casa dela Reina 27. Martij 1648. coram eodem Reuerendiss. Terracinen. Calaguritana beneficij 27. Nouembris 1648. coram R.P.D. meo Bichio sub §. & hic est casus noster, & in Calaguritana similis beneficij de Lumbreras 4. Iunij 1646. coram Eminentiss. D. Card. Otthobono §. ideo Morenus, ac alibi passim.*

5

Quod autem Marcus Saluador maiori gaudeat dignitate, & qualitate Didaco Moreno; clarè apparet quia ipse est Sacerdos, vt probatur ex litteris patentibus ab Ordinario ei concessis, † & nunc originaliter exhibitis, quę concludentem probationem faciunt, *vt per Felynum in cap. post concessionem num. 15. de probationibus, Buratt. decis. 255. num. 15. & decis. 708. num. 1.* Sacerdos enim concurrens cum alio simili qualitate carente in adiudicatione beneficij semper præfertur, licet beneficium ordinem sacerdotalem non requirat; † nàm semper verum est dicere, quod ille sit dignior ratione ordinis Præsbyteratus, *Guttier. cons. 2. num. 22.* & in his terminis resolutum fuit in dicta *Calaguritana della Casa dela Reina coram Reuerendiss. Terracinen. §. quod autem, & in Calaguritana beneficij 20. Nouembris 1648. coram R.P.D. meo Peutingerio in princ. cum similibus;* † Morenum autem non esse Sacerdotem clarè colligitur ex eo, quod reperitur in ætatis suæ 23. anno tantùm, prout deponunt Testes Summ. Saluadoris *num. 5.* Sicque deficit in eo ætas omninò † requisita ad ordinem Sacerdotalem ex dispositione *S. Concil. Trident. sess. 23. cap. 12. de reformat. ac per tex. in Clement. generalem de ætate, & qualit.*

6 7 8 9

10 Hinc resultat altera qualitas, † quæ est respectu maioris ætatis dicti Marci Saluadoris, quæ valdè attenditur; vt in collatione sit præferendus; *cap. cum in cunctis in princip. vbi Glosa verbo ætatis maturitas de elect. Innocentius in cap. 1. num. 1. de maiorit. & obed. Bald. cons. 167. in fine, vers. & in dubio lib. 4. Barbos. cons. 23. in fine vol. 1.* & firmauit *Rota in Calaguritana beneficij de Brinas coram Reuerendiss. D. meo Decano vers. secundo quia est senior, ac in dicta Calaguritana beneficij 27. Nouembris 1648. coram R. P. D. meo Bichio §. 3. ætas maior.*

Multum etiam fauet ipsi Marco Saluadori pro huiusmodi prelatione approbatio de eius persona facta ab Ordinario ad exercitium curæ animarum; vt constat ex litteris patentibus datis in Summario responsionis Saluadoris

11 hanc namque qualitatem † semper magnifacere solet Rota ad effectum prælationis in adiudicatione beneficiorum, vt ponderata fuit *in Ripana parochialis 27. Iunij 1608. corã Sanctissimo Domino Nostro relata in Calaguritana beneficii dela Casa della Reina quarta Iulii 1646. sub §. duæ verò maiores coram R.P.D. meo Verospio.*

Neque obstare visum fuit, quod Morenus vltra approbationem examinatorum habeat

12 etiam institutionem ab Ordinario, † cuius iudicium quo ad electionem magis idonei

13 valdè attendi solet, † quia præsumptio pro iudicio Ordinarij tunc benè intrat, quando libero eius arbitrio relinquitur electio vnius ex pluribus oppositoribus. At hic ex forma Constitutionis sanct. mem. Clementis VIII. tenetur instituere eum, quem beneficiali pręsentarunt, sicque non intrat iudicium Ordinarij, sed potius beneficiatorum, quod erroneum in hoc casu omninò conuincitur, dum ex superiùs ponderatis apparet multo maiores qualitates concurrere in Marco Saluador, quàm habeat Morenus à dictis beneficiatis

14 præsentatus. † Præterea tàm præsentatio beneficiatorum, quam institutio Ordinarij emanatæ ad fauorem Moreni in hoc controuerso beneficio declaratæ fuerunt attentatæ veluti factę post interpositam appellationem à mala relatione examinatorum, vt apparet ex decisione in hac causa per me extensa sub die 26. Ianuarij præteriti, in cuius executionẽ appositum etiam fuit sequestrum, vndè sequitur, quod nullum super illis constitui posśit fundamentum, atque haberi debeant, ac si factæ non fuissent, & ità loco arbitrij bene-

15 ficiatorum, † intrat arbitrium Rotæ, vbi causa appellationis pendet *ad text. in Clement. Auditor de rescriptis,* ac ità in puncto respondit Rota *in allegatis Calaguritana dela Casa dela Reina coram Reuerendiss. Terracinen. §. non obstat, quod Iosephus in fine, Calaguritana beneficii coram R.P.D. meo Peutingerio §. non obstat, quod vltra dictas qualitates, & in Calaguritana beneficij 27. Nouembris 1648. coram R.P.D. meo Bichio §. finali.*

Et ità resolutum fuit Saluador tantum informante &c.

R. P. D. CELSO,
Posteà S. R. E. CARDINALI.

Licieñ Administrationis.

Lunæ 18. Martii 1652.

ARGVMENTVM.

Tutor, cum teneatur reddere bonum computum suæ administrationis, ideò tenetur in primis inuentariũ conficere, ritè, & rectè, & non confusè, cum paria sint illud non conficere, vel perperam conficere, cum illud debeat confici clarè, & distinctè, vt relenet.

SVMMARIVM.

1 *Tutor cum teneatur reddere bonum, & fidele computum suæ administrationis, ad quid teneatur.*

2 *Tutor tenetur conficere inuentarium, distinctè, & clarè, & non genericè, & confusè.*

3 *Inuentarium non conficere, vel male conficere paria sunt.*

4 *In-*

4 *Iura, & actiones omnia sunt describenda in inuentario pupillari.*
5 *Inuentarii beneficio tutor non potest iuuari, dum legitimè non fuit confectum.*
6 *Tutor, quando ob ignorantiam nullatenus iunetur ob non descriptionem bonorum in inuentario, & num. 7.*
8 *Cambii fructus, vt validè exigantur, quid requiratur.*
9 *Fructus Cambii non debentur sine solitis literis, & dispacis. & num. 10.*
11 *Pupillo omnia bona sunt restituenda, quæ sunt descripta in inuentario.*
12 *ad Filias dotandas pater tenetur.*
13 *Filias dotandi onus, inhæret bonis patris.*
14 *Onus dotandi filias, cum spectet ad patrem, ideoque id transit ad hæredem vniuersalem.*
Et quæcumque alium dictorum bonorum possessorem.

DECISIO CCXXXIII.

RESOLVTVM fuit non constare de sufficienti redditione rationis, & sic persistendum esse in decisis sub die 25. Februarij 1647. coram Eminentissimo Cardinali Otthobono *. Nam cum Nicolaus susceperit tutelam, & curam Matthæi Natalis eius ex Leonardo fratre nepotis cum obligatione reddendi bonum, & fidele computum tene-
1 batur in † primis Inuentarium conficere, cum illud sit principium, & caput redditionis rationis, *vt ex tex. in l. 1. §. de seruis, ff. de tutel. & ration. distrab. Bart. in l. Tutor qui repertorium nu. 1. & seqq. ff. de administ. tut. Rolan. cons. 49. num. 18. & 19. lib. 1. Rota coram Seraphin. decis. 1473. num. 1. & in recent. decis. 197. in fin. par. 6.*

Illud autem, quod fuit exhibitum non videtur tale, quod eidem suffragari possit, cum
2 non † contineat claram, & distinctam bonorum descriptionem, sed genericam, & confusam absque expressione qualitatis, & quantitatis, itaut rerum pupillarium nulla possit certitudo haberi, vt patet ex illis verbis, ibi, *Vna Massaria nominata li Mercanti. Item vn' altra Massaria con oliue, terre, e frutt., vna sesta parte dell' heredità di Giacomo Persone. Item pecore, e capre num. 120.* & similia vt benè in proposito aduertit *Rolan. de inuent. quæst. 106. nu. 1. Escobar. de ratiocin. cap. 9. num. 67. & seq. Natt. cons. 574. & 575. vtrobiq. num. 1. & seqq. Surd. decis. 222. nu. 3. cum aliis pluribus relatis in Anconitana censuum 24. Februarii 1643. coram R. P. D. meo Roias.*

3 Etenim paria sunt † Inuentarium non conficere, vel illud minus legitimè, & imperfectè conficere *l. sed si 11. §. 1. & ibi gloss. verbo apparet, ff. de instit. act. l. quoties 6. ff. qui satisd. cog. Mõtan. de offic. Tut. quæst. 32. num. 73. Rolan. de inuent. quæst. 110. nu. 4. Surd. eodem tractat. quæst. 275. nu. 2. Mar. Antonin. var. resolut. lib. 2. resolut. 8. nu. 8. Rota coram Verall. decis. 119. num. 3. par. 2. in Maceraten. redditionis rationis 13. Maii 1642. coram bon. mem. Merlino extensa per R. P. D. meum Meltium, & in Bituntina census 24. Maii 1647. coram Eminentissimo Card. Corrado.*

Immò in eodem Inuentario non fuerunt descripta quamplura corpora, & signanter
4 portio † legitimæ debitæ pupillo in bonis Matthæi ex persona patris, necnon rata dotis maternæ, & portio Massariæ nuncupat. *dell' Acquarole*, propter quarum omissionem non
5 posse frui † beneficio Inuentarii, not. *Bald. in l. fin. §. cum igitur num. 8. & 10. ibique Castr. num. 5. Cod. de iure deliber. Soccin. cons. 159. nu. 8. lib. 2. Dec. cons. 633. num 10. Honded. cons. 34. num. 20. lib. 1. Surd. de Inuent. hæred. quæst. 275. num. 1. in fine.*

Nec potest Nicolaus excusari prætextu ignorantiæ. Nam quoad prima duo corpora
6 scientia videtur clara, † dum ipse vti Frater Leonardi debebat consequi easdem portiones adnotat. per *Bartol. in l. in bonorum nu. 3. ff. de bon. poss. soc. tab. Roman. cons. 481. sub num. 8. Soccin. iun. cons. 67. sub num. 11. Rot. coram Cauaier. decis. 3. num. 5. & decis. 151. num. 13.*

Vlterius defecit idem Nicolaus non solum
7 in confectione Inuentarij, † sed etiam in reddenda ratione de bonis in eo descriptis.

Nam esto, quod libri fuerint exhibiti, adhuc relatio Peritorum erronea detegitur, & redditio rationis non potest substineri in ducatis 523. quæ prætenduntur soluta Angelo Seraphino pro interusurijs, & fructibus cam-
8 bii, † dum non constat de requisitis necessarijs, & in specie de transmissione pæcuniarũ ad nundinas, & de solitis litteris, seù dispacijs,
9 sine quibus cambia non deberi † disponit expresse Constitutio sanct. memor. Pij Quinti Bullario nouo tom. 2. in ordine 118. & firmat *Nauarr. in Manual. cap. 17. tit. de vsur. circa cambia, vers. quare, Rota decis. 173. num. 3. post secundum volum. cons. Farinac.* & concordantes referunt, *Adden. ad Buratt. decis. 539. num. 8.* ac firmatum fuit *in Romana Cambii 17. Februar. 1642 in Licien. pecuniaria 29. Maii 1643. & in Romana, seù Ianuen. pecuniaria 1. Iulii 1644. coram R. P. D. meo Bichio.*

Præsertim quia de dicta partita prout de
10 alijs contentis in eadem relatione † nullæ exhibentur quietantiæ, vt voluit *Ancharan. consil. 330. num. 7. circa med. vers. Item deficiunt. Soccin. cons. 92. sub num. 12. vers. quinto, & vltimo lib. 4.*
11 Quæ † etiam pupillo erant restituendæ *ad text. in l. cum seruus 81. ff. de condit. & demonstr. Rota decis. 743. num. 6. part. 4. diuers. & in dicta Maceraten. redditionis rationis 13. Maii 1642. coram bon. mem. Merlino.*

Prout pariter sustineri non valet respectu bonorum, quæ tradita fuerunt in dotem Mariæ pupilli amitæ, & pro ea Donato Antonio
12 Caragnolo illius sponso, † quia onus dotandi non spectabat ad dictum pupillum, sed benè ad Matthæum eiusdem mulieris patrem *ad text. in l. final. Cod. de dot. promis. l. qui liberos 19. ff. de rit. nupt. Molin. de primogenit. lib. 2. cap. 15. numer. 5. Giurb. decis. 45. num. 27. & seqq.* & fuit dictum *in Terracinen. fideicommissi 4. Iulii 1646. coram Eminentissimo Card. Otthobono.*

Nec refert, quod Leonardus esset hæres Matthæi, nam vltra quod fuit grauatus resti-
13 tuere, cum adsint bona Matthæi patris† non tenebatur dotare de proprio, ex quo onus dotandi inhæret ijsdem bonis. Ac propterea tran-

transit etiam in fideicommissarium vniuersa-
14 lem,† & quemcumque alium dictorum bonorum possessorem, vt dixit *Rota dec. 28. nu. 2. & seqq. & decis. 58. num. 1. par. 5. recent. cum aliis in Vrbeuetana Legati 4. Maii 1648. coram R.P.D. meo Bichio.*

Et ità resolutum fuit vtraque &c.

Decisio hæc edita in hac eadem causa sub die 15. Februar. 1647. coram Eminentiss. D. Card. Ottobono est inter eius impress. decisio 150.

R. P. D. CELSO,
Posteà S. Romanæ Ecclesiæ CARDINALI.
Bononien. Successionis.
Lunæ 18. Martii 1652.

ARGVMENTVM.

Bona fideicommissaria, quando fuerunt alienata per hæredem grauatum, tunc siuè fuerint alienata per eumdem ignorantem, siuè scienter, in electione vocati erit, vel agere contra alienantem ad consecutionem pretij, vel pro consecutione rerum contra tertios possessores.

SVMMARIVM.

1 *Sententia transit in iudicatum ob non prosecutionem illius intra biennium.*
2 *non Appellare, vel appellare, sed non prosequi appellationem intra legitimum tempus paria sunt.*
3 *Sententia, si non sit iusta non transit in rem iudicatam.*
4 *Bona fideicommissaria, si hæres alienauerit cogi potest ad restitutionem, siuè scienter, siuè ignoranter alienauerit.*
5 *Fideicommissaria bona si fuerint alienata, stat in facultate vocati, aut agere ad bona, vel ipsorum pretium.*
6 *Fideicommissum non potest controuerti, quando illud est literale.*
7 *Fideicommissum prætendens, debet probare habere qualitates à fideicommittente requisitas.*
8 *in Fideicommissis, quando non sit locus restrictioni.*
9 *Masculus descendens ex fœmina, & descendens mediatè per aliam fœminam, omnes sunt descendentes.*
10 *Fideicommissum, quando est constitutum à fœmina, ac primò vocata est fœmina, cessare in eo dicendum est rationem conseruandæ agnationis. declara vt num. 11.*
12 *Fœminas, & masculos quod testator vocauerit ad fideicommissum ex quo desumatur.*
13 *Fœminarum appellatione veniunt etiam descendentes ex filiabus.*
14 *Dictio,* vt supra, *est repetitiua.*
15 *sub Nomine filiorum, quando non veniant descendentes.*
16 *Testamenti vna pars, alteram declarat.*
17 *Declarationi constituentis fideicommissum est omnino standum.*
18 *Donatio quando est clara, & perfecta, tunc declaratio induxit nouam dispositionem.*
Dispositio, quando est dubia, tunc declaratio non inducit nouam dispositionem num. 18.
19 *Quia tunc ea intelligitur facta pro adminiculo, & ad magis probandum mentem disponentis.*
20 *Statutum Bononiæ in rubrica de dotis restitutione. §. Item dicimus, quid disponat, & qualiter intelligatur.*
21 *Statutum si in aliquo casu non loquatur, ad illum non debet extendi, & maximè si extensio sit contra dispositionem Iuris. & num. 22.*
23 *Dotem dare, vel promittere aliud est, & aliud donare, vt decentius aliqua mulier nubere possit.*
24 *de Nuptiis in genere aliud est, si quis loquatur, & aliud si de nuptiis in specie.*

DECISIO CCXXXIV.

OB non interpositam appellationem in tẽpore, & non prosecutionem illius intra biennium censuerunt Domini sententiam
1 Rotalem fecisse † transitum in iudicatum *cap. quoad consultationem de re indic. Clem. si appellationem, & clem. sicut de appellat.* Cum idem sit
2 non appellare, † vel intra debitum tempus appellationem non prosequi *l. fin. §. Illud etiam C. de temp. appell. Rota in Aquilana iurispatronatus 4. Iunii 1646. coram Eminentissimo Card. Corrado, & in Caietana bonorum 3. Decembris eiusdem anni coram R.P.D. Cerro.*

Iustitia verò eiusdem sententiæ, sine qua
3 non intrat † res iudicata, patet ex decisionibus æditis coram R.P.D. meo Bichio, in quibus firmatur D. Aurelium Maluetium hæredem pro medietate Camillæ alienantis teneri pro medietate ad restitutionem pretij bonorum alienatorum per d. Camillam eius auctricem, & sic ad lib. 7583. vna cum fructibus à die Compromissi vsque ad executionem sententiæ; Nam cum bona, de quibus
4 agitur, essent supposita † fideicommisso condito per Dorotheam de Bontiolis potest hæres grauatus, qui alienauit cogi ad pretij restitutionem siue scienter, siue ignoranter alienauerit, vt disponit *text. in l. quidam 25. §. fin. ibique Bart. num. 1. vers. Secundo nota ff. ad Trebell. Alex. cons. 3. num. 3. & seq. lib. 3. Gabr. cons. 118. numer. 3. lib. 1. & cons. 44. num. 22. lib. 1. Petra de fideicomm. quæst. 3. num. 37. Odd. de substit. quæst. 47. nu. 8. & 9. Peregr. de fideicomm. art. 45. num. 15. & art. 46.*
5 *num. 26.* vbi firmat esse † in facultate fideicommissarij agere pro consequutione pretij contra alienantem, vel pro recuperatione bonorum contra tertios possessores *Cephal. cons. 761 num. 14. & 15.* optimè *Rota coram Merlino decision. 831. num. 1. cum aliis relatis à Ciriac. controu. 5. num. 25. & per Fusar. de substit. quæst. 558. num. 1. in fin. & quæst. 627. num. 54. & seq.*

Fideicommissum autem controuerti non
6 potest; Nam illud est literale, & † vocatio DD. de Albergatis patet ex eo, quia Dorothea voluit bona sua peruenire ad filios, & descendentes masculos Camillæ eius filiæ, quales sunt ijdem de Albergatis, qui cum sint
7 masculi, & descendentes Camillæ † ex Hippolyta filia prædefuncta dicuntur habere qualita-

litates requisitas à Donatrice *Soccin. in l. Gallus §. nunc de lege num. 5. ff. de lib. & posth. Rub. Alex. cons. 22. num. 11. vers. Quartus casus. Gionagn. cons. 13. nu. 43. & seqq. lib. 2. Mant. de coniect. lib. 8. tit. 18. nu. 16. & seqq. relati per Fusar. de substit. quaest. 404. num. 7. Rota in Nucerina fideicommissi 1. Iulii 1650. coram R. P. D. meo Meltio.*

Etenim hodie non agitur de extensione fideicommissi, & de inducendo nouo grauamine, nec minus in concursu cum filiis mas-
8 culis ipsius Camillæ, † in quibus terminis loquuntur DD. exaduerso allegati, sed agitur de continuatione eiusdem fideicommissi in fauorem Nepotum, quo casu non esse locum restrictioni docet *Rustic. in l. cum Avus lib. 6. cap. 12. num. 1. & seqq. de condit. & demonstr. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 8. num. 16. & seqq. Gratian. discept. for. cap. 687. num. 6. & seq. cum aliis adductis per Modern. Eugubin. contr. 82. num. 16.*

Imò eadem ratio militat in masculo im-
9 mediatè descendente ex fœmina filia † donatricis, ac in alio descendente mediatè per aliã fœminam, quia omnes sunt descendentes, vt benè in proposito ponderat *Imol. in l. si ita scriptum num. 8. ff. de leg. 2. Odd. cons. 39. num. 53. Gabr. cons. 96. sub num. 27. vers. existimari lib. 1. Mart. consil. 61. num. 20. & seqq. Fusar. de substit. quaest. 320. num. 36. Rot. decis. 6. circa med. vers. confirmatur par. 1. diuers.*

Vndè cum fideicommissum sit constitu-
10 tum † à fœmina, & in eo fœmina primo loco vocata fuerit, ac proinde cesset ratio conseruandę agnationis concurrente tantummodo qualitate masculinitatis, nempe quod donatrix magis dilexit genus masculinum, quã
11 fœmininum; vocatio de † descendentibus masculis Camillæ habet etiam locum in nepotibus masculis descendentibus ab eadem Camilla, vt bene in proposito ratiocinatur *Mantic. de coniect. d. lib. 8. tit. 18. num. 17. & seqq. & de tacit. lib. 13. tit. 21. num. 19. Alciat. cons. 15. nu. 1. & seqq. lib. 8. & cons. 104. à princ. lib. 9. Ruin. consil. 120. nu. 8. & 9. vol. 1. Molin. de primog. Hispan. lib. 3. cap. 5. num. 48. & 49.*

12 Quinimò † eadem vocatio resultat ex alia parte donationis, in qua donatrix voluit, quod dicta bona perueniant, & æquis portionibus spectent ad filias fœminas dictæ Camil-
13 læ, vt supra, quarum appellatione † veniunt quoque desdendenaes ex filiabus, dum ipsa parificauit vtramque substitutionem cum di-
14 ctione † repetitiua, vt supra, & habuit pro sinonimis verbum filios, & verbum descendẽtes *Curt. iun. cons. 113. num. 8. Surd. de alim. tit. 9. quaest. 36. num. 57. Menoch. praes. 94. num. 27. lib. 4. Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 8. num. 21. Fusar. de substit. q. 320. num. 78.*

Neque est ambigendum donatricem id expressè sensisse, dum in donatione dixit, quod bona sua post mortem Camillę in totum perueniant ad eius filios, & descendentes masculos subiungendo, & filios masculos habuerit
15 non † facta mentione descendentium; signũ euidens, quod sub verbo filios, illos intendebat comprehendere dum supra expressè vocauerat, & infra pariter in illis verbis ibi, *quatenus Camilla decederet sine filijs masculis, & fœminis voluit bona deuenire ad DD. de Bonfiolis eius*
16 *Patruos.* quæ † vltima substitutio censetur facta in defectum descendentium masculorum, quos donatrix supra vocauerat licet vsa tantummodo fuerit verbo filijs, cum vna pars testamenti aliam declaret *Menoch. cons. 328. sub num. 21. vers. decimo confirmatur, Fusar.* qui alios cumulat, *de substit. quaest. 627. num. 27. Rot. dec. 49. sub num. 8. par. 5. recent.*

Et ad tollendam omnem difficultatem datum fuit per DD. de Albergatis Instrumentũ publicum, in quo ipsa Dorothea donatrix de anno 1638. declarauit expressè sub tali dispositione voluisse comprehendere nepotes, & omnes descendentes Camillę tàm per lineam
17 masculinam, quàm fœmininam, † quæ declaratio omnino attendenda venit *iuxta text. in cap. si verò il secondo, vers. vel si hoc dubium, ibique glos. verbo propria manu de sent. excom. Alex. consil. 52. num. 25. lib. 4. Curt. iun. cons. 56. sub num. 10. vers. debemus itaque, Aym. cons. 234. num. 4. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 5. num. 22.* & in his terminis de declaratione facta ex interuallo firmauit *Rota coram Seraph. decis. 837. num. 14.*

Nec dicatur, quod huiusmodi declaratio non potuerit fieri in præiudicium Aurelij, & postquam illi fuerat ius quæsitum, quia obie-
18 ctum posset fortasse procedere si † dispositio esset clara, & perfecta, & declaratio contineret nouam dispositionem, super qua DD. de Albergatis fundarent eorum vocationem. Secus verò cum dispositio sit dubia, & declaratio deducatur tantummodo pro adminiculo,
19 & ad magis probandam mentem, † & intentionem donatricis *ad text. in l. haeredes palã §. sed etsi notam, ff. de testam. Dec. cons. 25. num. 2. ad med. Rot. in Lauretana iurisdictionis 23. Ianuarij 1617. coram Sacrato.*

Demum non obstat Statutum Bononiæ *in rub. de dotis restitutione §. Item dicimus il secondo*
20 præbens potestatem † mulieri testandi de dote, non obstante quouis pacto; quia in pręsenti casu non agitur de dote, sed de pacto apposito in donatione omnium bonorum facta
21 sorori, antequam nuberet, † de qua sanè Statutum non loquitur, itaut propterea tanquã correctorium ad illam extendi non debeat *Menoch. de recup. rem. 15. num. 268. Put. decis. 350. lib. 2. benè Gionagn. cons. 99. num. 5. lib. 1. Rot. Bonon. diuers. decis. 112. num. 33. & seqq.*

Nec dicatur, quod in prohemio donationis donatrix id facere declarauerit, quia soror magis quam patrui, egebat bonis, vt decen-
22 tius nubere valeat, † quia non propterea cõprehenditur sub hoc Statuto loquente de dote data, vel promissa, nam aliud est dotem
23 dare, vel promittere, aliud † vero donare, vt decentius nubere possit, cum nec etiam isto secundo casu donatio possit dici correspectiua ad dotem, vel ad futurum matrimo-
24 nium, † ex quo loquitur de nuptijs in genere, non autem cum certa persona, *Rot. dec. 20. num. 5. & seqq. & decis. 251. num. 1. & per tot. par. 5. recent. in Romana, seù Aesina donationis 23. Martij 1640. coram Reuerendiss. Terracinen. & in Romana fidei-*

fideicommissi de Incoronatis 5. Martij eiusdem anni, coram Pirouano.

Vndè ex prædictis, & alijs melius deductis in decisionibus R.P.D. mei Bichij responsum fuit constare de re iudicata. Vtraque parte informante, &c.

R. P. D. B I C H I O.

Romana, seù Ianueñ Cambij.

Luna 18. Martij 1652.

A R G V M E N T V M.

Recognitio caracteris quomodo facienda. Identitas litterarum Cambij ex quibus probetur. Approbatio debet referri ad negocium præcedens presertim si tunc temporis de alio negocio non constet.

S V M M A R I V M.

1 *Recognitio caracteris sat est, quod probetur per testes deponentes habere notam manum.*

2 *Recognitio caracteris quomodo fiat in contumaciam citati recognoscere non curantis.*

3 *Solutio adhoc, vt dicatur facta vigore mandati sat est, quod mandatum precedat tempus solutionis faciendæ.*

4 *Identitas solutionis Cambij, & litterarum ex quibus probetur.*

5 *Mandatarius potest agere contrà mandantem si doceat de adimplemento mandati.*

6 *Approbatio refertur ad negocium præcedens.*

Maximè si de eo tempore non constet aliud negociū fuisse inter partes. num. 7.

8 *Confessio implicita probat contrà confitentem.*

9 *Liber nuncupatus Scartafaccio di Fiera post completas nundinas præsertim cum adminiculis plenè probat.*

10 *Cambium*, con la ricorsa, *quale dicatur remissiuè.*

11 *Exceptio requirens altiorem indaginem non retardat executionem paratam litterarum Cambij.*

D E C I S I O CCXXXV.

OBIECTA ab Alexandro, & Io: Baptista de Siris in memoriali mensibus præteritis porrecto pro obtinenda noua audiētia (prout tunc obtinuerunt) aduersus decisionem æditam die 27. Nouembris proximè præteriti, * cuius hodie examen assumptum fuit circa tria versabantur: negarunt enim primò litteras quarum vigore Balbus creditor agit esse recognitas, Secundò solutionem factam à Balbo sibimet in executionem litterarum cambij quas Fliscus è Ciuitate Mediolani sub die 3. Septembris anni 1649. ipsi direxerat dici posse factam vigore mandati de soluendo à Siris per litteras recepti; quippè hoc emanauit die 23. Octobris, & sic longè post litteras Flisci; Tertiò cambium esse purum, ac directum, sed vt dicitur, *con la ricorsa*, & conflatum ex fructibus aliorum cambiorum præcedentium.

Primum obiectum tollitur, quia litteræ cambij conscriptę à Flisco cognitę sunt per testes bonam rationem reddentes, † & cum agatur de
1 scriptura, quæ sine testibus confici solet satis est, quod testes deponant se habere notam manum scribentis iuxtà stylum Curię, & presertim A.C. de quo testatur *Scacc. de Iudic. lib. cap. 11. num. 971. Buratt. decis. 582. nu. 1. decis. 624. num. 1.* Ad recognoscendas verò alias litteras scriptas à Siris continentes mandatum de soluendo citati fuerunt ipsimet Siri, & ab illorum contumaciam in recognoscendo Iudex
2 decreuit eas haberi pro recognitis, † vt solet in Tribunali A. C. vbi recognitio facta fuit, & disponit *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 25.* ac satis est, tradit *Coler. de process. execut. par. 3. cap. 1. nu. 95 & 138. Gaill. obseru. lib. 1. obser. 80. num. 6. Scacc. de Iudic. d. cap. 11. num. 1055.*

Alteri obiecto satisfit animaduertendo, quod litteræ cambij, & si scriptæ die tertia Septembris, soluendæ non erant nisi in nundinis Sanctorum, vt constat ex ipsis litteris, ibi; *In cotesti pagamenti di fiera prossima de Santi*
3 *pagarete, &c.* † vndè satis est, quod mandatum de soluendo ante dictas nundinas emanauerit: presertim cum idem mandatum non possit referri ad alias litteras cambij, sed con-
4 cordet cum istis, † tum in nomine scribentis, ac loco, ibi: *Vi sarà tratto da Milano*, tum in summa, ibi; *scudi 5448. 19. oro marche*, tum in tempore solutionis, ibi; *nel prossima fiera de' Santi*; tum in personis à quibus debetur releuatio, ibi: *per detto nostro conto*, & in litteris cambij pagabiles erant, ibi; *sotto vostro nome*, quæ omnia abunde identitatē probant iuxtà *theoricam Bartol. communiter receptam in l. demonstratio nu. 14. ff. condit. & demonstr. Alex. cons. 73. n. 6. lib. 3. Socc. cons. 89. nu. 3. lib. 1. Caual. decis. 311. nu. 4.*

Vndè cum Balbus dictas litteras cambij soluerit in nundinis Sanctorum, & iam præcesserit mandatum Siriorum cuius cōtempla-
5 tione soluit dubiū non est, † quin pro summa soluta agere possit contra mandantem cōtraria actione mandati, ex allegatis in prima decisione *§. altera, in fin.* præsertim quia successiuè sub die 11. Nouembris Balbus de dicta solutione per epistolam monuit Siros, *vt in Summario præterita positionis num. 5.* & Sirij respondendo solutionem approbarunt, ibi: *In risposta del vostro spaccio di fiera prossima passata de' Santi, si dice hauer accommodato scritura di vostra conformità del negotiato per nostro conto in detta fiera, dicto Summario num. 6.* Quæ approbatio subsecuta cohæretur in responsionem ad epistolam Balbi, ac proxima tempori quo Balbus, vt suprà
6 soluerat litteras cambij † refertur pernecesse adhoc ipsum negociū, *Menoch. de arbitr. cas. 432. num. 38. & præsumpt. 35. sub num. 8. lib. 1. Gratian. discept. 897. nu. 11. Rot. decis. 114. nu. 6. & 7. part. 1.*
7 *recent.* maximè quia † non constat aliud inter has partes de dicto tempore emanasse, vt per *Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres num. 19. ff. verbor. oblig. Bald. in rubr. Cod. verbor. signific. num. 4. versic. nisi aliud, Roman. in l. si constante nu. 33. vers. hoc limitarem, ff. solut. matrimon. Surd. cons. 267. num. 31. & seqq. Becc. cons. 34. num. 14.*

Hinc

Hinc gratis negatur, quod Balbus litteras cambij à Flisco missas soluerit, cum id Siri in dicta approbatione implicitè fassi fuerint,
8 quod † sufficit *Aegid. Bellomer. decis. 683. ante numer. 1. Rot. in Marsicen. Iurisdictionis 29. Ianuarij 1644. §. primum adminiculum in fin. coram me*, & vlterius probetur ex quietantia ipsius Balbi data in dicto *Summario num. 4.* necnon ex li-
9 bro nuncupato, *Scartafacio di fiera*, † qui post completas nundinas concurrentibus præsertim dictis adminiculis, plenè probat esto, quod alias non probaret, *Caputaqu. decis. 234. num. 2. part. 1. Rot. decis. 197. num. 2. part. 1. recent. decis. 418. num. 5. part. 2. decis. 716. num. 4. coram bon: mem: Buratto*.

Tertium obiectum euacuatur ex deductis in prima decisione §. *alteram*, vbi comprobatũ fuit nos versari extrà species cambij nun-
10 cupati, *con la ricorsa*, † de quo vltrà ibi allegatos, loquitur *Salon. de iust. & iur. tom. 2. tit. de camb. quæst. 4. art. 2. num. 2. & seqq.* Et in omnem euentum exceptionem hanc vti requirentem altiorem indaginem aptam non esse retardare
11 executionem, † quam litteræ cambij paratam habent, *Scacc. de camb. §. 7. gloss. 4. numer. 1. Rot. decis. 7. num. 2. apud Zacch. de oblig. Cameral.*

Et ita decisum informante solum Balbo expectatis tamen diù, & citatis septies aduersarijs.

Decisio ista edita sub die 27. Nouembris 1657. in hac eadem causa emanata coram eodem bon. me. Bichio est suprà decisio 198. hac ipsa part. 11. recent.

R. P. D. PEVTINGERO.

Perusina Reintegrationis.

Lunæ 15. Aprilis 1652.

ARGVMENTVM.

Fructus sunt restituẽdi ab eo, qui immissionem patitur à die motę litis quale tempus ex assertione facta in decisionibus Rotalibus probatur, & procedit etiamsi prius reus fuerit absolutus, & posteà absolutio fuerit reuocata.

SVMMARIVM.

1 *Fructus sunt restituendi ab eo, qui immissionem passus fuit à die mota litis vsque ad diem immissionis.*
2 *Fructus stabilium communiter solent liquidari ad rationem quinque pro centenario.*
3 *Tempus litis mota iustificatur ex decisionibus Rotalibus in quibus fuit illud firmatum.*
Quod procedit, & si in prima instantia reus fuerit absolutus dùm posteà absolutio fuit reuocata. num. 4. & 5.
4 *Absolutio non habetur in consideratione ad effectum probationis tempore mota litis si fuerit reuocata. & num. 5.*
6 *Fructus sunt restituendi à die mota litis coram primò Iudice ratione mala fidei.*
Quod procedit, & si petantur ab hærede post alienationem bonorum à suo auctore alienatorum. num. 7.
8 *Pretium succedit loco bonorum alienatorum perindè, ac si bona alienata non fuissent.*

DECISIO CCXXXVI.

CVM Adriana Bruna, & litis consortes coram R. P. D. meo Rojas, præuijs pluribus decisionibus, sententiã obtinuissent pro reintegratione ad bona Benueniati Ramazzani contrà Lucam de Angelis, detentorem, vti hæredem Alexandri Ramazzani, & sub die 2. Decembris vigore mandati de immittendo possessionem apprehendissent pro vna vncia, cum dimidia in bonis dictæ hęreditatis, ac etiam pro rata florenorum 633. & scut. 463. monetæ pro alia simili vncia cum dimidia, occasione bonorum alienatorũ iuxtà dispositionem Statuti Perusini. Hodie prosecuto iudicio super liquidatione fructuum, ad quos in eadem sententia dictus Lucas condemnatus fuit, propositoque dubio, pro quo tempore, & ad quam summam illi sint liquidandi, responsum fuit à Luca de Angelis, seù
1 illius hęreditate † deberi dd. fructus à die litis motæ de anno 1602. vsque ad diem sententiæ, & immissionis supradicta die secũda Decembris 1649. secutæ, iuxtà dispositionem *textus in l. 3. ff. de interdict. seù extraordin. action.* vt aliàs seruata fuit in *Perusina Reintegrationis coram bon. mem. Pirouano, post compend. Statut. Perus. dec. 68.* & pluribus auctoritatibus fuit comprobatum *in Bononien. Bonorum 5. Iulij 1649. §. in proposito, coram R. P. D. meo Cerro*, & fuerat prius firmatum in hac eadem causa 16. *Martij, &* 10. *Iunij 1648. §. in omnem casum coram Reu. P. D. meo Rojas*,

2 Liquidatio autem fieri debet ad rationem quinque pro centenario, prout † communiter solent liquidari fructus stabilium, secundum *glosam*, vbique communiter receptam in *Auth. Præterea verb. Iusta, C. de Sacrosanct. Eccles. Thesaur. Inn. quæst. forens. 3. in fin. lib. 3. Rota decis. 718. num. 1. part. 4. recent. in Bononien. de Prædijs 21. Iunij 1649. §. liquidatio coram Eminentiss. D. meo Corrado, & passim in alijs*. Et ita ab eodem anno 1602. vsque ad annum 1649. cum sint anni 47. ex Capitali florenorum 603. debentur pro fructibus floreni 1416. & ex altero Capitali scut. 463. debentur scuta 1088. in quibus summis Domini fructus, actoribus debitos, liquidarunt.

Quòd autem dicta lis mota fuerit de dicto
3 anno 1602. pro iustificatione sufficit, † quòd in duabus decisionibus huius causæ coram R. P. D. meo Rojas æditis 13. Iunij 1644. §. *remanebant etiam*, & 11. Ianuarij 1647. §. *Demum*, hoc fuit expressè ex probationibus, tunc ostẽsis, firmatum.

Nec obstat, quòd Alexander Auctor Lucę, rei conuenti, in prima Instantia fuerit abso-
4 lutus, † quia ad effectum, de quo agitur, attendi debet vltima sententia R. P. D. mei Rojas
5 præcedentis reuocatoria, † quæ etiam operatur, vt minimè obstante antecedenti absolutione,

tione, fructus supradicti veniant Adrianæ, & Consortibus actoribus restituendi à die litis coram primò Iudice motæ, † ob malam
6 fidem exindè inductam, *Afflict. decis. 240. nu. 1.* cum alijs in terminis allegatis *coram Buratto decis. 568. num. 13.* & fuit dictum *in Romana fideicommissi de Marianis 10. Decembris 1646. coram R.P.D. meo Rojas, in §. Nam fuit per DD. vers. Nec Papinus.*

Minus releuat, quod dd. fructus ex quantitate pretij bonorum alienatorum ab hærede
7 Luca modò petantur; † Quia nihilominus est licita Adrianæ, & Consortibus petitio dd.
8 fructuum, cum † pretium succedat loco bonorum ab ipso Alexandro, & alijs alienatorum, perindè, ac si bona alienata non fuissent, vt, alijs allegatis, firmatum fuit in *Bonon. successionis 4. Maij 1646. in fine, & 17. Iunij 1647. §. tenetur pariter coram R.P.D. meo Bichio.*

Et ita resolutum fuit, &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 15. Aprilis 1652.

ARGVMENTVM.

Ad Librorum computorum exhibitionem, vt quis cogi possit, quid nam probandum veniat.

SVMMARIVM.

1 *Mercator publicus asserens apud se extare libros, ordines, quietantias, &c. quando teneatur eos producere.*
2 *Mercator publicus tenetur exhibere libros Mercantiles.*
3 *Quod procedit etiam in hærede Mercatoris.*
4 *Dominus reus conuentus libros suos familiares, & priuatos non tenetur exhibere.*
5 *Nisi eorumdem penès ipsum probata existentia.*
6 *Libros priuatos quis non tenetur exhibere, dum iurare est paratus, nec dolo desijsse illos habere.*
7 *Libri computorum si fuerint descripti in Inuentario hæreditatis, ex hoc arguitur existentia eorum penès inuentariantem, non autem tertium.*
8 *Librorum existentia penès aliquem ex quibus excludatur.*
9 *ad Librorum exhibitionem, quando quis non teneatur.*
10 *Librorum existentia penès aliquem, ad effectum, eum cogendi illos exibendi, non est probanda præsumptiua. & num. 11.*

DECISIO CCXXXVII.

FVIT resolutum exhibitionem esse faciendam à Mutio Marerio, non autem ab Eminentissimo D. Cardinali Columna, cum enim Marerius sit actor, & causam prosequi intendat, vti hæres Octauij de Donis Mercatoris
1 publici, † librosque, & ordines, ac quietantias fateatur penès se existere, hæc omnia, vt obtulit, exibere debet, *l. 3. vbi gloss. in verbo summatim, ff. de exhib. l. 2. & ibi DD. C. de eden. Rota dec. 112. nu. 5. decis. 243. num. 6. part. 4. tom. 2. recent. & in Anconitana Manua 31. Iunij 1647. §. licet enim, coram Eminentiss. D. meo Cardinali Cor-*
2 *rado*, & in terminis contrà eundem † Octauium, & Socios, quod ad huiusmodi exhibitionem ratione officij, tenerentur firmauit *Rota coram Buratt. decis. 345. & 370.* quod proce-
3 dere etiam in hærede † Mercatoris, consuluit *Bero. cons. 19. num. 6. lib. 3. Bertrand. cons. 102. nu. 9. lib. 2. Bursatt. consil. 39. num. 31. lib. 1.* & tradunt alij relat. *per Adden. ad sanct. mem. Gregor. XV. decis. 129. num. 8. per Buratt. decis. 218. num. 10.*

Diuersa autem est ratio respectu Eminen-
4 tissimi D. Cardinalis Columnæ rei† conuenti, qui libros familiares, & priuatos suæ domus exhibere non tenetur, nisi eorumdem penès
5 ipsum probata † existentia, *leg. Celsus, §. final. l. Thesaurus, ff. ad exhib. Rota decis. 239. & 241. numer. 1. part. 4. diuersor. decis. 249. num. 6. part. 1. decis. 194. num. 5. decis. 380. nu. 14. part. 3. decis. 297. num. 14. part. 6. recent. & in Romana redditionis rationis 27. Iunij 1650. §. final. coram me*, quæ in præsenti penitus excluditur, quia D. Cardinalis paratus est iurare se illos non habere, nec
6 dolo desijsse† habere iuxtà receptum *cons. Aretin. 120. num. 2. vers. sed tamen his, Bero. d. cons. 19. num. 5. lib. 3. Rota coram Seraph. decis. 692. num. 5. & 10. coram Card. Millino decis. 51. nu. 2. decis. 344. num. 7.* cum aliis congestis *per Add. ad san. mem. Gregor. XV. decis. 129. num. 8. vers. quando verò.*

Non obstat, quod libri de quibus agitur
7 descripti fuerint in Inuentario † hæreditatis bon: mem: Marci Antonij Quarti; Quia ex hoc probatur tantum existentia penès inuentariantem, non autem penès D. Cardinalem ex deductis *in Romana subhastationis 7. Iunij 1651 §. non secunda, coram R.P.D. meo Bichio, confirmata 29. Ianuarij proximi præteriti coram R.P.D. Zarate*, cessatque prorsus difficultas, ex datis in *Summario ipsius Marerij num. 5. & 6.* ex quibus constat eosdem libros aliàs delatos ad acta Columnæ A.C. Notarii, deindè ad Peritos ab hoc Sac. Tribunali electos, fuisse postmodum ad eundem Notarium reportatos, emissis exaduerso iudicialibus protestationibus ne claræ memoriæ Mag. Comestabili Don Philippo
8 restituerentur, per † quas cum illos rehabere prohibitus fuerit, excluditur quæuis eorum existentiæ præsumptio penès ipsum, & D. Cardinalem eius filium, & hæredem, *Rota post Zacch. de Societ. offic. decis. 55. num. 7. vers. & ex relatione, & in Romana Societatis lignorum 28. Ianuar. 1650. coram R.P.D. Bichio*, aduersus quem
9 propterea † agi non potest ad exhibendum, *l. tigni appellatione, §. si quis nō possideat, ff. ad exhib. Ruin. cons. 69. num. 14. & seqq. lib. 4. Rot. decis. 663. num. 7. part. 4. recentior.*

Minus obstare visæ sunt partitæ *in Summar.*
10 *D. Cardinalis num. 3.* hodie † exhibito; Quia cum aliundè, quā ex dictis libris extrahi potuerint, nullam penès ipsum existentiæ probationem præseferunt, quæ adhunc effectum
11 plenè, † & concludenter, non autem præsumptiuè iustificari debet, *Rot. decis. 259. nu. 1. part. 1. recent. coram Card. Millino d. decis. 51. nu. 1.*

&

& decis.344 numer.6. & coram Buratt. decis.794. num.2. cum alijs allegatis *per Add. ad san. mem. Gregor.XV. d. decis.129.num.6.*

Et ita vtraque, &c.

REVERENDISSIMO P. D. CERRO, Sac. Rotæ Romanæ DECANO.

Romana Fideicommissi.

Lunæ 15. Aprilis 1652.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum ordinatum in casum delicti ex quibus coniecturis non extendatur ad casum mortis latissimè tractatur. Fideicommissum in casum delicti, quando comprehendat dumtaxat casū illius delicti per quod actualis cōfiscatio sequatur, non autem casum delicti per quod sola pæna pecuniaria fuit imposita clarè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum restrictum ad casum delicti non extenditur ad casum mortis.*

2 *Amplia etiamsi addita fuerit ratio conseruandi bona in omnibus ibi prænominatis, & quare.*

3 *Fideicommissum ordinatum in casum delicti non solum primi heredis, sed etiam eius filiorum, & descendentium, an & quando extendatur ad casum mortis, vt in ipsis quoque pœna caducitatis verificari possit.*

4 *Fideicommissum regulariter est odiosum, & non debet multiplicari, & extendi de casu ad casum.*

5 *Fideicommissum vbi detegitur ordinatum ad casum delicti, non comprehendit casum obitus à Testatore non expressum nec consideratum.*

6 *Fideicommissum ordinatum in casum delicti non impedit, quin creditor possit super illis bonis, iura sua experiri.*

7 *Coniecturis inherendum non est, vbi constat de clara mente Testatoris.*

8 *Testatoris voluntas ex testamento reuocato non bene dignoscitur, sed potiùs retorquetur.*

9 *Fideicommissum ordinatum in casum delicti, non comprehendit obligationem ex contractu de soluendo certam summam ad fauorem fisci.*

10 *Fideicommissum in casum delicti quando comprehendat solum casum illius delicti, per quod sequatur actualis confiscatio, & non casum delicti per quod sola pæna pecuniaria imponitur.*

11 *Fideicommissum in casum delicti principaliter respicit exclusionem fisci, vt omnia bona integrè conseruentur inuocatis.*

12 *Hypoteca & obligatio an & quando censeatur prohibita, stante probibitione alienationis.*

13 *Testatoris voluntas semper seruanda est, ne fideicommissum extinguatur contra ipsius intentionem.*

DECISIO CCXXXVIII.

EMINENTISSIMVS D.Cardinalis Otthobonus tunc Sacræ Rotæ Auditor præuia decisione ædita 19. *Iunij* 1651. * diffiniti uè pronunciauit fideicommissum ordinatum à q. Elia Toscano seniore non fuisse, nec esse absolutum, neque comprehendere casum obitus Iosephi illius filij, & hæredis, sed fuisse, & esse restrictum ad casum delicti eiusdem Iosephi, & propterea super bonis hæreditarijs dicti q. Eliæ senioris ab eodem Iosepho possessis nullum ius, nullamque actionem extra casum delicti competijsse, neque competere Salomoni dicti Iosephi ex Elia iuniore eius filio nepoti. Quare cum in gradu appellationis dubitauerim, An sententia Rotalis esset confirmanda, vel infirmanda Domini pro illius confirmatione responderunt, quia omissa eius validitate, quæ ex reuolutione processus comprobata non reuocatur in dubium,

1 Iustitia clarè liquet ex testamento, † in quo legitur dictum Eliam seniorem in omnibus eiusdem testamenti partibus semper fideicōmissum restrixisse ad casum delicti, atque ideo non extenditur ad alium mortis, *vt præter adductos in dicta decisione sub §. 1. in puncto respondit Rota in Mediolanen. Bonorum de Brunellis 17. Maij 1606. in recent.decis.115.n.1.par.3.* Idque etiamsi

2 addita fuerit ratio conseruandi bona in omnibus ibi prænominatis, quia cum apposita non fuerit independenter, & de per se sed consecutiuè, & restrictiuè ad præfatum casum delicti, extra eum nullum fideicommissum inducere valet, illudque non ampliat, neque extendit, *vt dixit Rota in Perusina fideicommissi de Cincijs 19. Ianuarij 1635. coram Reuerendissimo D. meo Decano in recent.decis.8.num.2.par.7.in Tiburtino fideicommissi 16. Martij §. præterquam, & 27. Iunij 1640.§. non obstat coram Cardinali Panzirolo, in Spoletana fideicommissi 11.Aprilis 1641. coram R. P. D. meo Peutingero §. non obstat ratio, in Romana Census 12. Iunij 1651. §. finali, & in dicta decisione huius causæ dicto §. 1. cum seqq. coram eodem D.Card. Otthobono, ac prius in Romana fideicommissi de Coronis 28. Ianuarij 1647. §. fuit enim responsum cum seqq. confirmata dicta die 12. Iunii 1651. coram Me.*

3 Non obstat, † quod pæna caducitatis in casum delicti non solum imposita fuerit dicto Iosepho hæredi instituto, sed etiam eius filijs, nepotibus, pronepotibus, ac vlterioribus descendentibus, omnibusque alijs in testamento vocatis, ideoque in necessarium antecedens dens omnes substituti censeantur in casum obitus, vt effectus dictæ caducitatis in ipsis quoque verificari possit.

Quoniam aduerterunt Domini, quod tunc demum dicta pæna successiuè vocatis imposita fuit, quatenus primo loco ex delicto purificaretur conditio in personam Iosephi, tunc enim dicta conditione in ipso purificata eius filij essent vocati sub eadem pœna caducitatis deinde purificādæ ad fauorem nepotum quotiescunque ipsi filij pariter delictum à Testatore consideratum committerent, & sic de singulis; Vnde dum ex expressa Testatoris voluntate clarè detegitur tam dictę pœnæ impositionem, quam substitutorum vocationem fuisse restrictas ad casum delicti, illasque secundum præfatum ordinem in omnibus congruè

4 gruè verificari posse; † vtique ne fideicommissa regulariter odiosa multiplicentur, & de casu ad casum extendantur *ad l. si quis ita ff. de testam. tutel* † absolutè dicendum est extra illum
5 casum delicti nullum extare fideicommissum neque comprehendere casum obitus à testatore non expressum, nec consideratum, *vt pleuè firmauit Rota in decisionibus supra allegatis.* Ac
6 proinde cum Ioseph † non commiserit delictum, non potest Salomon impedire, quo minus Angelus, & litis Consortes experiantur iura sua super bonis dicti Eliæ senioris per eorum debitorem possessis, & solum grauatis onere fideicommissi in casu prædicto *per ea, quæ dixit Rota in Terracinen. excussionis 16. Aprilis 1601. coram clara mem. Coccino post Zacch. de oblig. Cam. decis. 98. sub num. 3. & 4.*

7 Et hinc † cum habeamus claram Testatoris mentem non est inhærendum coniecturis in contrarium deductis *l. ille, aut ille vers. cum in verbis ff. de legat. 3.* Quæ tamen omnes singulariter ponderatæ non vrgent.

8 Prima namque † desumpta ex altero testamento per eumdem Eliam antecedenti tempore confecto, vbi instituitur Ioseph, & alij filij nascituri cum substitutione descendentiũ masculorum, & deindè fœminarum etiam in casum obitus, potius retorquetur, quia cum ibi testator discretiuè, & separatim expresserit casum obitus à casu delicti, & in vtroque fideicommissum ordinauerit, vtique si in secundo testamento voluisset persistere in eadẽ voluntate, vel primum non reuocasset, vel casum obitus in illo expressisset, sicut expresserat in primo, nec fideicommissum tam enixe restrinxisset ad simplicem casum delicti *Ruin. cons. 93. num. 17. & seqq. & cons. 144. num. 17 lib. 2. Natt. cons. 476. num. 17. Barbat. cons. 59. sub num. 1. & seqq. lib. 1. Curt. Iun. cons. 163. num. 14. & 15. Gabr. cons. 97. num. 27. lib. 1. Sim. de Prat. de interpret. vlt. vol. lib. 1. interpr. 1. dub. 5. solut. 5. sub num. 54. vers. alio autem casu, & vers. hanc posteriorem sententiam Rot. decis. 581. num. 9. par. 3. recen.*

Secunda, & Tertia deductæ ex onere iniuncto per Testatorem inuestiendi quædam legata cum scientia, & consensu hæredis, aliorumque successiuè vocatorum, minus obstant, quia cum huiusmodi onus regulari debeat iuxta modum in testamento inferius exprimendum, ibi, *con la medema scientia, e consenso dell'infrascritto herede, & altri chiamati doppo lui come si dirà d'abasso &c.* vtique non nisi ad casum delicti postmodum expressi referri potest ac ab eo regulari, & sic non est aptum inducere nouum fideicommissum.

Nec releuat, Quarta elicita ex reuersione aliorum Legatorum ad suum hæredem, quia huiusmodi reuersio vel est intelligenda ad fauorem Iosephi primi hæredis instituti, cui fuerat iniunctum onus illa soluendi, vt clarè indicant, illa verba, ibi, *da pagarsi dall' infrascritto herede &c.* & inferius, ibi, *tornino, e vadino al detto suo herede &c.* Vel saltem intelligenda esset ad fauorem aliorum successiuè vocatorum, quatenus purificaretur conditio, sub qua substituti leguntur, nempe per delictum à dicto primo hærede committendum.

Quinta ex vocatione fœminarum post masculos non est alicuius ponderis, quia huiusmodi vocatio expresè restricta fuit ad casum caducitatis prouenientis ex dicto delicto, ibi, *Quando si purificasse la presente caducità in lor fauore &c.*

Sesta denique ex quo Testator mandauit eius vxorem posse cohabitare *con Giuseppe suo figliuolo, & herede, e con li suoi figliuoli &c.* nihil pænitus releuat, quia huiusmodi cohabitatio demandari potuit citra aliquod fideicommissum.

9 Cæterum non obstat, † quod fideicommissum in casum delicti videatur modo purificatum propter obligationem soluendi scuta 12. mill. factam ab eodem Iosepho ad fauorem Fisci.

Quia præter quod prohibitio alienationis ex delicto non comprehendit obligationem ex contractu cum in materijs, in quibus, prout hic. fieri debet stricta interpretatio non extendatur prohibitio de casu ad casum, *vt præter allegatos in dicta decisione §. final. respondit Rot. decis. 294. sub num. 9. par. 1. recent.* Verius est in proposito casu quod Ioseph non se obligauit ad fauorem Fisci, sed explicitè impugnando executionem factam ad illius instantiam super eius bonis pro delicto prætenso contra Eliam Iuniorem eius filium, & citra illius acceptationem, promisit releuare indemnes fideiussores præstitos pro eadem Elia, ne bona à Fisco distraherentur *Summ. Salomonis num. 2.* Vnde tantum abest, quod ipse ceciderit à commodo dicti fideicommissi prætextu quod per dictam obligationem bona fideicommissaria deuenirent ad Fiscum contra intentionem, & voluntatem Testatoris, quod imo euidenter apparet ipsum potius expresè voluisse excludere Fiscum à dd. bonis tamquam proprijs propter nullitatem executionis exinde resultantem; Eatenus enim se obligauit, quatenus impediret effectum irreparabilis executionis, & ne dicta bona eo inaudito per Fiscum detraherentur non autem vt eadem bona ad illũ peruenire possent contra Testatoris voluntatem.

10 Conclusio † autem in decisione firmata sub *§. ideò nullo modo*, quod scilicet fideicommissum in casum delicti comprehendat duntaxat casum illius delicti, per quod sequatur actualis confiscatio, non autem casum delicti pro quo sola pœna pecuniaria imponitur, impugnabatur acriter ab informãtibus pro Salomone asserentibus eam esse intelligendam, quando pœna pecuniaria est modica, *vt dixit Rota in Senogallien. fideicommissi 9. May 1594. coram Card. Arigonio post 2. vol. cons. Farin. decis. 97. ante num. 1. allegata in dicta decis. sub §. penult.* & quãdo ob eius modicitatẽ integrè solui potest ex fructibus salua rerum substantia; secus autem quando esset adeò magna, vt pro illius solutione alienanda esset proprietas in totum, vel pro parte; Tunc enim idem iudicandum esse asserebant de ipsa, ac de actuali confisca-
11 tione, † cum exinde idem sequatur effectus con-

contra expressam voluntatem testantium, qui faciendo huiusmodi dispositiones principaliter respiciunt ad exclusionẽ Fisci, vt omnia bona integrè conseruentur in vocatis, *vt in similibus terminis probat Cyn. in l. vltima num.4.*
12 *C. de reb. alienan.* † vbi quod licet prohibita hypotheca, & obligatio, hoc tamen fallit, quando bona hypothecantur pro tanta summa, vt verisimiliter non sit spes luitionis, tunc enim quia habet vim alienationis censetur etiam prohibita huiusmodi hypotheca sicut alienatio, *& sequuntur Card. Mant. de tacit. lib.4. tit.30.nu.51. & Merlin. de pign.lib.2.tit.1.quæst.42.*
13 *nu.37,* † Alias autem aperiretur via destruendi omnia fideicommissa, nam vbi Fiscus sciret, vel timeret adesse fideicommissum ad exclusionem confiscationis, illam omitteret, & imponeret pœnam pecuniariam absorbentem seù æquantem valorem bonorum fideicommissi, & sic eluderetur Testatoris voluntas, quæ tamen semper seruanda est, ne fideicommissum extinguatur contra ipsius intentionem *l.penult.ff. de leg. 1. & l. fideicommissa §. item si quis ff. de leg.3.*

Verum cum Ioseph delictũ non commiserit, & tota dispositio Eliæ senioris Testatoris restricta appareat ad casum delicti tantum ex supra deductis; hoc sufficit pro exclusione Salomonis, & sic pro confirmatione sententię Rotalis, prout fuit resolutum vtraque parte informante &c.

☞ *Decisio ista emanata in hac eadem causa sub die 19. Iuny 1651. coram Eminentiss. D. Cardinali Ottbobono, est inter eius impressas decisio 250.*

R. P. D. BICHIO.

Portueñ Affictus.

Veneris 19. Aprilis 1652.

ARGVMENTVM.

Liber Gabellæ probat quidem quantitatem frumenti asportati, sed non quòd maior quantitas non fuerit recollecta, cumque Testes deponant de quantitate percepta, illis magis adhibẽda est fides, quàm libro Portæ seù Gabellæ, quid autem dicendum sit, si Testium dicta essent de falso suspecta, eruditè resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Frumenti quantitas recollecta in aliquo predio, probatur per testes etiam singulares.*
2 *Liber Gabellæ probat affirmatiuam tantum scilicet fuisse delatum, quantum ibi descriptum; & negatiuam, quod pro maiori quantitate non fuit soluta Gabella.*
3 *Liber Gabellæ benè probat quantitatem frumenti asportati, sed non conuincit, maiorem quantitatem non fuisse recollectam.*
4 *Fructuum perceptorum quantitas magis comprobata remanet per testes specificè deponentes, quam per librum Gabellæ.*
5 *Liber Gabellæ non probat in præiudicium Domini quando eius ministri non fuerunt præsentes denunciationi factæ Gabellarys.*
6 *Testis mendacium excludendum est.*
7 *Solutio, vt dicitur* del porto, *benè probat quantitatem rei delatæ.*
8 *Speciei variatio non tollit veritatem, vbi de errore apparet.*
9 *Testis mendacium vt euitetur omnis interpretatio sumenda est.*
10 *de Pretio frumenti adnotato in libro Annonæ, non potest quis dolere an fuerit iustum nec ne.*

DECISIO CCXXXIX.

RETARDANDAE expeditioni mãdati executiui ab Eminentissimo D. Cardinali Roma petitæ prò quantitate expræssa in vltima decisione huius causæ, * Sbaccarus, & socij intẽti eamdem decisionem hodiè impugnarunt, tàm circà quantitatem frumenti recollecti anno 1650. in Casali Portuensi, quam circà illius pretium.

Negantes, videlicèt quantitatem in rubris 1178.÷ frumẽti probari per testes exaduersò examinatos; tùm quia sunt singulares; eisquè aduersatur liber Portę, seù Dohanæ continens minorem summam, tùm quia signãter ex eodem libro tres ex testibus mendaces deteguntur, nempè Prosper Coppula, quia deponit asportasse ad Vrbem suo nauiculo rubra 600. frumenti circitèr, in libro verò legitur asportasse rubr.321. Item Nicolaus Patientes, qui affirmat detulisse rubra 110. frumenti, nam in libro hoc descriptum non apparet, solumquè legitur delata ab illo fuisse rubra 103. ordei. Ac tandem Hieronymus Sciarra, cùm deponat transmisisse ad Vrbem frumenti rubra 95. in libro autem sint adnotata rubra 51.

Circà verò pretium desumptũ ex venditionibus adnotatis in libro Annonæ, negarunt illud etiam in minori quantitate scut. quinque prò quolibet rubro referri posse ad rubra 110. è Casali Portuensi hùc delata à Nauiculario nuncupato Nicolao Patiente, quià ipsemet iuxtà 20. interrogatorium deposuit d. frumentum fuisse, vt dicitur *Conciatura, e spazzatura d'Ara*, quæ sanè tanti empta à Furnarijs Vrbis, non præsumitur, vt proptereà paritèr libri Annonæ loquentes de venditione ad rationem scut. quinque, intelligendæ sint de alijs frumentis collectis ab eisdem Affictuarijs in Casale Malleanæ: præsertim quià non excedunt rubra 50. & ex fidibus extraiudicialibus pridiè exaratis constat in horreis Sbaccari, & sociorum, hodiè nihil frumenti reperiri, & sic etiam frumentum Malleanæ venditum fuisse.

Tertiò loco iterùm exceperunt de expensis factis, *nel Zappone, e nella Mondarella,* omninò necessarijs, vt deponunt testes dati in Summ. Sbaccari nu.2. nec non de ductione annuorum scut. 400. quæ soluerunt contemplatione licentiæ serendi in vltimo anno Affictus per Apocam priuatam exaduersò non admissam concessæ.

Hæc tamen omnia, quia facili negocio diluun-

luuntur visa non sunt mereri vltimæ decisionis reuisionem, seù apta ad impediendam expeditionem petitam post quatuor decisiones in hac causa emanatas, ac litem licèt executiuam ferè biennalem, vtquè Aduersarijs vberius satisfiat, Domini voluerunt per me in relationibus causarum extendi decisionem respondendo.

1 Ad † primum obiectum per testes etiam singulares probari quantitatem frumenti, cùm de perceptione non dubitetur ex allegatis in vltima decisione §. *quantitatem*: maximè quia quoad actum onerationis frumenti in Area Portuensi, ac delationis ad Vrbem, singulares non sunt; nàm quartus iuxtà 20. & supèr 5. & Quintus iuxtà 30. deponit, nedùm à se ipso, sed etiam ab alijs Nauicularijs eos proprijs nominibus nuncupando (qui sunt illimet examinati) frumentum fuisse delatum, ac sibi pro tanta quantitate solutam mercedē ad rationem vnius Iulij pro quolibet rubro.

2 Nec eorum fides minuitur ex quo liber Cabellæ minorem quantitatem contineat, quia ille probat quidem affirmatiuam, tantùm scilicèt fuisse delatum, quantùm ibi descriptum est, siuè etiam negatiuam, quod videlicèt prò maiori quantitate non fuit soluta gabella, vt per *Bald. & alios allegatos à Mascard. de probat. conclus.* 834. *num.* 36. *& conclus.* 975. *num.* 40. sed

3 non quod maior quantitas non fuerit in Casali Portuensi recollecta, de qua testes deponunt, vt benè ponderauit *Rot. decis.* 263. *nu.* 15. *par.* 7. *recent.* nàm multoties fit fraus gabellæ

4 minùs denunciando; † cumquè testes deponant, specificè de quantitate in Casali percepta illis magis adhibenda est fides, quàm libro Portæ, seu Gabellæ, vt in specie respondit

5 *Surd. decis.* 336. *num.* 12. *&* 16. † præsertim quia hodiè non agitur intèr Gabellarios, & Portitores frumenti, seù Sbaccarum, & socios, sed cùm D. Cardinali, cuius ministri cum denunciationi factæ gabellarijs præsentes non fuerint in eius pręiudicium liber Gabellæ nil probat *Alex. cons.* 68. *num.* 2. *in fin. & num.* 3. *lib.* 3. *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *cas.* 91. *num.* 25. *& duob. seqq. Scacc. de Iudic. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 117. *&* 118. *relatus à modern. Patanino de script. priuat. tit. de libr. ration. Gaboll. num.* 10. *& duob. seqq.*

6 Mendacium † Prosperi Coppulæ excluditur quia, & si in libro Portæ rubra 321. triplicato itinere sub eius nomine asportata describantur; aduertendum est, quod ipse deponit frumentum asportasse quinque itineribus includendo nimirum alia duo itinera mediante nauicula Patroni Laurentij, quæ in eodem libro Portæ sub nomine dicti Patroni descripta fuerunt, nec à testibus recensentur tanquàm distincta, ac tribuenda sunt Coppulæ; tùm quia quartus testis iuxtà 23. affirmat Coppulam visum fuisse nauicula dicti Patroni Laurentij, Tùm quia etiam prò dictis duobus itineribus nauli mercedem recepit à Sbaccaro, & socijs aduersarijs iuxtà *tex. in l. tres tutores §. non solùm l. ità autem §. gessisse, ff. administr. tutor. l. soluta l. verò procuratori, ff. solut. Larr. decis. Granaten.* 45. *sub num.* 19. *Rot. decis.* 355. *sub num.* 4.

7 *par.* 1. *recent.* † qui aduersarij, cum naulum Coppulæ soluerint pro rubris 600. gratis hodiè negant totidem ab eo delata *vt per gloss. in l.* 1. *§. qui superficiem verb. agendo ff. superfic. Socc. in l.* 1. *num.* 8. *ff. reb. dub. Bald. cons.* 245. *num.* 1. *in fin. lib.* 3. *Neuiz. cons.* 7. *num.* 4. *Surd. cons.* 13. *nu.* 37. *consil.* 376. *num.* 12. Et quatenus negent esset in eorum debitum addendum frumentum delatū à Patrono Laurentio; ità tamen, vt omnibus simul iunctis conficiatur summa probata à testibus, quibus vt dicebam inhærendum est potiùs quàm libro Portæ.

8 Quod † frumentum vectum à Nicolao Patiēte fuerit à Dohanerio descriptum sub specie ordei non mirum, quia vt exaduerso asseritur ordeo simile, ac Areæ mundities, & quisquiliæ erat. Confirmaturque hìc error ex Articulis exaduerso exhibitis continentibus, quod de anno 1650. in Casali Portuensi ordeum, nec fuit recollectum, nec satum, ex inde enim per necesse sequitur segetes in Area dicti Casalis oneratas, & hùc delatas non potuisse esse ordeum, vt ad rem ratiocinatur *Surd. decis.* 336. *sub num.* 10. *vers. secundo in eodem*

9 *libro*, omnisque sumenda est interpretatio ad euitandum testis mendacium, *Alex. cons.* 185. *num.* 4. *& seqq. lib.* 7. *Cas. de Graff. decis.* 5. *num.* 23. *de sponsal. Rot. decis.* 167. *num.* 53. *par.* 1. *recent. decis.* 844. *num.* 14. *&* 15. *coram bon. me. Buratt.*

Dictum Hieronymi Sciarræ, non contrariatur libro Portæ, quia ibi describitur tantùm frumentum delatum per aquam, & verè hoc modo Hieronymus non transmisit, nisi rubra 51. alia tamen 44. transmisit itinere terrestri, vt ipsemet deponit iuxta trigesimum interrogatorium, ibi, *ne raccolsi ancora* 44. *rubbia quali feci portare per terra con li miei Carri, & altri presi à vettura, che in tutto il mio raccolto fù di* 95. *rubbia di grano*, pro vt etiam apparet ex libro Portæ S. Pauli.

10 Quò verò † ad pretium dicti frumenti immundi, & quisquiliosi, placuit dilegma informantium pro D. Cardinali, quod nempè, aut illud fuit vēditum ad rationem scut. quinque vt adnotatur in libris Annonæ, & aduersarij dolere non debent, si ad eamdem rationem condemnantur, fuerit dictum pretium iustum nec nè *l. qui proprio §. procurator. ff. procurat. l. si quis absentis negocia ff. negoc. gest. l. cum autem, §. cum redhiberetur ff. edilit. edict. Vinc. de* Franc. *decis.* 172. *num.* 4. *&* 5. *Rot. in Romana, seu Ianuen. pecuniaria* 1. *Iulij* 1644. *§. cum igitur coram me.* Aut non fuit venditum, & poterunt illud idē consignare D. Cardinali in computum summæ, ad quam vti penes eos extantis non fuerunt condemnati in pecunia, sed in specie, augendo tamèn eamdem summam ad septē partes duorum rubrorum in duodecim partes diuisum, quia sic frumentum extans non esset calculandum in rubris 108. sed 110. quot deponit testis fuisse rubra frumenti immundi, & è conuerso delendo è condemnatione in pecunia extimatione eiusdem quantitatis ad rationem scutorum quinque in vltima decisione calculatæ.

Ad prætensas deductiones iterum decantatas,

tatas respondere opus non est, quia reiectæ fuerunt in decisione ædita sub die 19: Iunij 1651. quæ iuxta stylum supponenda est, nec debet in dubium reuocari postquàm deuentum fuit ad aliam inspectionem, ac liquidatione m fructuum exaduerso perceptorum.

Et ità resolutum vtraque parte per memorialia vtrinque communicata, semel, & iterum informante.

Quæ est sub die 4. Martij 1652. est supra decisio 223. vbi alias decisiones habes.

R. P. D. CELSO.

Postea S. R. E. Cardinali.

Pistorien Beneficij

Veneris 19. Aprilis 1652.

ARGVMENTVM

Existentia iurispatronatus & pertinentia ad præsentantes ex quibus probata remaneat clarè demonstratur, & quid si præsentatio facta fuisset intra legitima tempora, institutio verò non præcessisset intra quadrimestre, an Iuspatronatus possit dici deuolutum ad Sedem Apostolicam ob negligentiam patronorum eruditè resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus ad Iusp. vt veniat instituendus, quæ requirantur.*

2 *Iurisp. existentia ex quo probata remaneat dum Ordinarius non est in causa, nec agitur de præiudicio Ecclesiæ.*

3 *Vacatio beneficij per obitum probata remanet ex confessione Aduersariorum, qui veniunt ex eadem vacatione.*

4 *Præsentatio ad Iusp. intra quadrimestre ex quo iustificata remaneat.*

5 *Præsbyteratus probatur ex litteris patentibus.*

6 *per Præsentationem effectuatam, præsentatus constituitur in quasi possessione præsentandi.*

7 *Pertinentia Iurisp. probatur ex præsentatione effectuata etiam si non appareat de descendentia præsentantis à primo Fundatore.*

8 *Præsentatio non releuat, dum non docetur de pertinentia Iurisp. ad præsentantem.*

9 *Prouisio Apostolica de beneficio Iurisp. reportata tamquam de deuoluto ob negligentiam Patronorum corruit, vbi docetur de præsentatione facta in tempore.*

10 *Præsentatione facta intra legitima tempora, parum releuat si institutio non processerit intra quatuor menses, ne iusp. deuoluatur ob negligentiam Patronorum.*

11 *Iusp. non deuoluitur ad Sedem Apostolicam ob non institutionem præsentati intra quadrimestre, & quare.*

12 *Clausula,* dummodo non sit alteri ius quæsitum, *apposita in impetratione iurisp. præseruat ius alteri quæsitum ex sola præsentatione.*

DECISIO CCXL.

CONCVRRENTIBVS ad Beneficium simplex SS. Bartholomæi, & Bernardi non solùm Iacobo de Butis, Carolo de Mettis, & Carolo de Adamis præsentatis per diuersos prætensos Patronos, sed etiam Iacobo Paribenio, qui dictum beneficium vti deuolutum impetrauit à Sede Apostolica, Proposui dub: quis eorum esset instituendus, & Domini ad fauorem Buti censuerunt esse responden.

1 † cum pro illius Institutione concurrant omnia requisita necessaria iuxta *Textus in cap. decernimus, & cap. Monasterium 16. quæst. 7. cap. cum Bertoldus, & ibi Abb. num. 12. de re iudic. Rota decis. 220. num. 1. coram Merlino, & in recent. decis. 337. eodem num. par. 2. & decis. 302. in princip. part. 7.*

2 Siquidem † existentia iurispatronatus non cadit in controuersia, quia tàm compræsentati, quàm Paribenius Prouisus tanquam de deuoluto illud expresse fatentur, quod sufficit dum Ordinarius non est in causa, nec agitur de præiudicio Ecclesiæ, *Mantic. decis. 318. num. 1. & seqq. sanct. mem. Greg. decis. 452. num. 1. & 2. ibique Add. num. 22. & fuit dictum in Aquilana iurispatronatus 24. Ian. 1646. coram Eminentiss. Card. Corrado, in Gerũden. beneficii 11. Martii 1648 cor. me, & in Asculana iurispatronatus 1. Iulii 1650. cor. Eminentiss. Card. Ottbobono.*

3 Et vacatio † per obitum Vincentij Bartholomæi de Rugerijs est pariter indubitata attenta confessione omnium venientium ex eadem vacatione ex *not. per Oldrad. cons. 229. Rot. coram Buratto decis. 931. num. 1. Caualer. decis. 55. num. 3. Pen. decis. 482. num. 5. & in recentior. dec. 10. num. 2. par. 2. in Maioricen. beneficii 4. Aprilis 1650. coram R. P. D. meo Albergato, cum aliis in Burgen. beneficiorum 26. Iunii 1651. cor. me.*

4 Præsentatio † ad fauorem Iacobi Buti facta à Thoma Bartholomæi de Rugerijs nedum infra quadriemestre, sed immò infra decem dies à die secutæ vacationis beneficij probatur ex eo, quia obitus Vincentij euenit die 23. Martij. Præsentatio verò die 31. eiusdem, vt constat ex publico Instrumento in Summario num. 2. *Lambert. de iurepatr. lib. 2. par. 2. quæst. 3. art. 12. num. 4. Rota decis. 101. num. 3. par. 6. recentior. & decis. 302. num. 5. par. 7.*

5 Et † eius habilitas ex litteris Præsbiteratus datis in Summario num. 16. *ad tex. in cap. 2. vbi Abb. in primo notab. de Cleric. Pereg. & in cap. post cessionem de probat. Rot. decis. 87. num. 16. & dicta decis. 302. num. 4. part. 7. recent. in Aquilana beneficij 14. Decembris 1640. coram Reuerendiss. Terracinen. & in Alerien. Canonicatus 29. Aprilis 1650. coram me.*

Pertinentia demùm ad fauorem Thomæ, qui præsentauit Iacobum de Butis probatur ex eo, quia ipse Thomas est filius, & hæres

6 Hieronymi, † qui per præsentationem factam de anno 1624. & effectum sortitam constitutus fuit in quasi possessione præsentandi *iux. doctr. Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina num. 91. & seq. de caus. poss. & propr. Abb. cons. 54. num. 2. lib. 1. Dec. cons. 162. num. 3. versic. nam etiam ex vnica,*

ea,& consil.134.sub num.1.Lambert. de iurepatron. part.1.lib.2.quæst.3.principali art.11.num.1.& seq. Rota coram Verall.decis.337.num.6.par.1. Put. decis.186.num.1.lib.1.& dictum fuit in Terdonen. iurispatron.17.Iunij 1647.cor.me.

7 Quæ † probatio sufficit etiam si non appareat de descendentia à primo fundatore per ea, quæ tradit *Lotther.de re benef.lib.2.q.11. num.118.& seqq.Rota coram sanct. mem. Greg. decis.349.num.1 ibique Add.num.6.& decis. 452.sub num.16.& in recent.decis.146.num.2.& 274.nu. 8. par.2.* & concordantes cumulantur in *Gerunden.beneficij 11.Martij 1648.coram me.*

8 Nec obstant † præsentationes factæ ad fauorem Caroli de Mettis, & Caroli de Adamis dum pro eorum parte non docetur de pertinentia iurispatronatus ad pręsentantes, *Gonzalez super.regul.8.glos.18. num.24.de iurepat. Modern.Pisan.de iurep.par.2.lib.11.cap.5.num. 95. Rot.in Placentina Cappellaniæ 30.Octobris 1615. coram Coccino.*

9 Minus † prouisio Apostolica reportata à Paribenio tanquam de deuoluto ob negligentiam Patronorum in pręsentando quia ex Instrumento præsentationis supra deducto excluditur prorsus negligentia huiusmodi, & per consequens prouisio Apostolica ex capite obreptionis corruit *iux.tex.in cap.ad aures 8. & cap.ad audientiam 31.de rescript.& in cap. 2. de fil.præsbyt.in 6.Rot.decis.161.num.12.par.4.tom.12. recent.* & in his terminis firmatum fuit in *Meleuitata beneficii 25.Iunii 1649. coram R. P. D. meo Bichio.*

10 Replicatio † verò, quod saltem institutio facta ab Ordinario non processerit intra quatuor menses parum releuat ad hunc effectum cum respectu institutionis non sit præfinitum à iure tempus, vt docet *glos. in cap. quam sit verbo quam citius de iurepatronatus in 6. Lambert.eodem tit. lib.2.par.3.art. 6. quæst.2. principali num.2. Roch. verbo honorificum num.55. vers. & propterea, Paul.de Cittad.par.6.art.3.num. 103. Rebuff. in prax. tit. de deuolut. num. 6. Garz. de benef. par.10.cap.4.sub num.1.Guimier.in pragmat. sanct. tit.de collat.§.item,circa verbo respectiuè post princ.*

11 *Rot. decis. 4.vers.præterea de iurepatr. in nou.* † Et ratio est optima, quia alias esset in potestate Ordinarij eludere Patronos, & Præsentatos ab eis inducendo deuolutionem per lapsum temporis à iure præscripti ad effectum vt beneficium efficiatur liberæ collationis,vt dixit *Rota decis.589.num.3.& seq.coram Penia.*

12 Eoque minus attendi debet Prouisio Apostolica Paribenij,† quia habet in ventre clausulam *Dummodo tempore data non sit alteri ius quæsitum*, per quam eidem, Iacobo de Butis præseruatur ius ad rem ex sola præsentatione quæsitum *Felin.in cap.in nostra num. 25. de rescript.Garz.de benef.par.4. cap.3. num.20. & seq. Rota decis.17. de præb. in nouis, Cresc. decis. 7. num.2.de iurep.Seraph.decis.1238.num.4.Caualer. decis.478.num.6. Buratt.decis.651.num.4. ibique Add.qui plures cumulant n.10.*

Et ita decisum fuit altera tantum parte informante &c.

R. P. D. CELSO

Postea S. R. E. CARDINALI.

Meleuitana Bonorum

Veneris 19. Aprilis 1652.

ARGVMENTVM.

Causa simulandi non probatur testibus singularibus. Legitimus contradictor quis dicatur ad impediendam immissionem venienti ex testamento.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio litteralis nullam controuersiam admittit.*
2 *Causa simulandi non probatur testibus singularibus.*
3 *Testes diuersimodè de eodem actu deponentes dicuntur singulares singularitate obstatiua.*
4 *Pactum à iure non prohibitum, sed potius permissum non inducit præsumptionem simulationis.*
Facultas alienandi incerta donantis, & renocata in casum mortis donatario concessa non inducit simulationem n.4.
5 *Confessio iurata authoris non potest impugnare ab habente ab eo causam.*
6 *Immissio conceditur virtute hypothecæ in donatione appositæ.*
7 *Fideicommissum potest etiam fieri in contractibus.*
8 *Legitimus contradictor ad impediendam immissionem venientibus ex testamento dicitur qui possidet titulo donationis.*
Immissio venienti ex testamento denegatur si adsit legitimus contradictor n.8.
9 *Dos data inextimata viro cum pacto restituendi illo mortuo spectat ad vxorem.*
10 *Bona permutata spectant ad illum, ad quem spectabant bona, in quorum vicem fuerunt permutata.*
11 *Actiones eædem, quæ competebant ad bona propria compescunt ad bona loco illarum permutata.*
12 *Bona transeunt cum onere suo.*
Immissio non derogat oneri super bonis annexo, num.12.

DECISIO CCXLI.

IN decisione edita 1. Februarij 1651. coram Eminentissimo Cardin. Otthobono resolutum fuit V. Cumulo Charitatis Melitæ, & Hospitali S. Spiritus donatarijs Ioannis conceden. esse immissionem super Prædiis nuncupatis Taxirin, & Tameimum detentis per PP. S. Dominici; Istis verò esse denegan. super aliis bonis à Virginia relictis, & per Cumulum, ac Hospitale possessis: Hodiè reproposita causa super iisdem quoad primam partem Domini perstiterunt in resolutis,& quoad secundam cēsuerunt decisionem esse reforman. Etenim respectu primæ partis clara visa fuit substitutio in fauorem Cumuli, & Hospitalis contenta in Instrumento donationis factæ per prędictum Ioānem Virginiæ filię de anno 1584. † Itaut illa tanquam 1
literalis nullam prorsus controuersiam admittat, *Rot.co. Durano decis. 126.sub num.1. & in*

in Bononien.successionis 4.Maij 1646.*coram R.P.D. meo Bichio.*

Exceptio verò,quod talis donatio fuerit si-
mulata cessat ex deductis in decisione, quæ
2 reuidetur: † Nam causa simulandi nō adest,
vel non rectè probatur ex testibus singulari-
3 bus datis in Summ.sub num.6. † qui cum di-
uersimodè deponant de eodem actu dicun-
tur singulares singularitate obstatiua, iuxta
theoricam *Felin. in cap.licet ex quadam 47. sub num. 2.col. 5. vers. est enim duplex de testib. Rol. cons.33.num.9.lib.2.Farinac.de Testib.q. 64.nu.54. Rot.in Carpentoraten.hæreditatis 28.Iunij* 1647.*co. R.P.D.meo Bichio,cum pluribus adduct. per Ciriac. controu.487.n.1.& seq.*

Coniecturæ verò alias cumulatæ sunt le-
ues,& illa nouiter ponderata ex facultate cō-
cessa Angelicæ alienandi bona in vita donan-
tis,& reuocata post mortem eiusdem non in-
4 ducit præsumptionem simulationis, † dum
tale pactum non reperitur prohibitum, sed
potius à Iure permissum, vt aduertit *Aym. cons.319.num.9.in fine Rot.decis.201.nu.42. & 43. p.7.in rec.& co.sanct.mem.Greg.dec.195.& dec.459 vtrobique num.9.*

Cessat pariter altera exceptio defectus do-
minij penes donantem,quia cum Virginia,
& Angelica ipso mortuo de huiusmodi bonis
tanquam paternis disposuerint in Instrumen-
5 to matrimoniali, † talis confessio iuramento
munita non potest impugnari à Patribus,qui
causam habent ab ijsdem mulieribus, *Bald. cons.389.num.3.lib.3.Ruin.cons.50.num. 13. lib.1. Aym.cons.29.num.1.Rot.decis.274.eodem.n. & decis.277.n.4.p.7.rec.*

Rectè igitur firmatum fuit Cumulo, &
6 Hospitali † dandam esse immissionem super
bonis donatis exaduerso possessis. Tam ex hy-
potheca apposita in donatione pro eius obser-
uantia,vt dixit *Rota post Pacific.de Salu.interd. decis.292.num.2. & seq.in rec.decis.539.num.1.par.4. & decis.205.eodem num.pa.5.& in Meleuitana hæreditatis 17.Decembris 1646.coram R. D. meo Ro-*
7 *jas.* † Quam etiam vigore fideicommissi in
eadem donatione constituti, quod posse fieri
in contractu disponit *tex.in l.quoties C. de donat. quæ sub mod.Marzar.de fideicomm.p.2.q.2.vers.Nihilominus,Fusar.de substit.q.308.num.78.*& firma-
tum fuit in *Bononien.fideicommissi 4.Maii* 1648. *coram me.*

Et ex ijsdem rationibus benè denegarunt
Domini immissionem Patribus vti hæredi-
8 bus Virginiæ; † Nam cum Cumulus,& ho-
spitale possideant bona controuersa titulo le-
gitimo donationis dicuntur legitimi contra-
dictores ad impediendam immissionem Pa-
tribus venientibus ex Testamento Virginiæ,
vt not. *Bart.in l.fin.num.21.vers.secundo casu,* ibi-
que *Zuccard.num.403.C.de edict.D.Adr.toll. Menoch.de adipisc.rem.4.num.610.Rot.in Recent. decis. 127.n.3.& 4.p.7.in Romana Domus 4.Maii 1648. coram R.P.D.meo Bichio, & in Meleuitana fideicommissi 20.Iunii 1650.coram Eminen.issimo Card. Otthobono.*

Verum quia ijdem Patres non solum sunt
hæredes Virginiæ, sed etiam Angelicæ, ad
quam sicuti spectabant dicta duo prædia Ta-
9 xirin,& Tameimum, † ex eo,quia Ioanni do-
natori eius viro fuerunt tradita in dotem inę-
stimata cum pacto illa restituendi *l.in rebus 30. C.de iur.dot.Pinell.in l.1.num.14.p.3.C.de bon.mat. Menoch.de arb.cas.39. num.20. Fontanell. de pact. nupt.clausula 5.glos.8.p.13.num.20. & seqq.* Ita
10 quoque spectare debent † Terræ nuncupatæ
Eccensiet sitæ in contrada Targia Sancti Pe-
tri siuè del Naxaro in permutationem accep-
tæ *l.si donata §.1.ff.de donat. inter vir. & vxor. l. Imperator §.fin.ff.de leg.2.l.si rem & pretium de petit.hæred.Ias.cons.231.num.1.& 2.lib.2.* Et vltra
relatos per *Fusar.q.627.num.46.*firmauit *Rot.in Bonon. bonorum de Florauantibus impressa post Giouagn.resp.23.n.31.lib.2.*

Ideò quoad Terras prædictas Domini censuerūt
decisionem esse reformandam, ac immissio-
nem concedendam Patribus cum eædem
11 actiones, † quæ competebant ad bona pro-
pria Angelicæ eędem competant super bonis
permutatis, *Rota coram Buratt.decis.229. num. 9. & coram Merlino decis.316. num.22.& decis. 428. num.1.* & tradit *Peregr. de fideicommiss.art. 44.sub n.30.& seq.* cum alijs per *Fusar.de substit.q.636. num.2.*

Nec quicquam facit ass. onus vnciarum
decem inhærens bonis prædictis, quia per im-
missionem illi non derogatur, nec aliquod
12 præiudicium infertur, † sed bona transibunt
cum eodem onere, *l.via §.quæcumque ff. de seruit.rust.præd. Clem.1.de censib. Dec.cons.284.nu.1. cum aliis per Adden. ad decis. 26. num. 46. & seq. p.3.recent.*

Et ita decisum fuit vtraque parte infor-
mante &c.

Decisio ista emanata sub die 14. Februarij 1651. coram Eminentiss.D.Card.Otthobono,est inter eius impressas decis.238.

R. P. D. MELTIO

Postea Episcopo PAPIEN.

Leodieñ Decimarum.

Lunæ 22. Aprilis 1652.

ARGVMENTVM

Exemptio à protestatione decimarum minuta-
rum vt per consuetudinem censeatur indu-
cta, consuetudo quomodo probanda sit cla-
rè demonstratur. Locatio Decimarum fa-
cta à Paroco pro certa responsione, quando
intelligi debeat de decimis demptis illis, à
quibus, quis prætendit se exemptum,& quā-
do per negligentiam Arrendatoris in non
exigendo certam speciem illarum, non dica-
tur eius iuribus præiudicium illatum, erudi-
tè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Citatio executa contra officialem Vniuersitatis, vt afficiat Vniuersitatem,quid sit probandum.*

2 Man-

2 *Mandata tacitum ad lites quando sit probandum per duos Testes, & quando sufficiat simplex fides extraiudicialis.*
3 *Citatus in prima instantia, debet etiam citari in alijs instantiis.*
4 *Notario attestanti de re ad alterius officium spectante non creditur.*
5 *Citationis defectus remanet sanatus per comparitionem Procuratoris.*
6 *Procuratoris comparitio non sanat defectum citationis, quando non constat de illius mandato procuræ.*
7 *Decimæ omnes tàm grossa, quàm minuta de iure spectant ad Parochum.*
8 *Exemptio à præstatione decimarum minutarum, vt per consuetudinem censeatur inducta, quæ requirantur.*
9 *Consuetudo negatiua, vt per testes remaneat concludenter probata, quid sit necessarium.*
10 *Consuetudo negatiua non remanet probata per testes, si partis contradictionem non exprimunt.*
11 *Immemorabilis vt probata remaneat per testes, quæ requirantur.*
12 *Verbum,* omnia alia *appositum in genere est aptum secundum propriam illius significationem, comprehendere quamcumque speciem.*
13 *Decimarum locatio, quando intelligi possit de decimis demptis illis, à quibus, quis prætendit se exemptum, & quando secùs.*
14 *Acquiescentia ex quibus exclusa remaneat, ita vt consuetudo non censeatur inducta.*
15 *Decimas, quando Parochus locare consueuit, si Arrendatores fuerunt negligentes in exigendo certam speciem illarum, non præiudicant illius iuribus.*
16 *ex Decimarum petitione post 40. annos inferri non potest, quod hoc medio tempore dd. decimæ non fuerint solutæ.*

DECISIO CCXLII.

AVDITIS hodie de nouo Communitate, & Hominibus loci Villarij Episcopi super resolutione in hac causa; sub die 27. Ianuarij 1651. coram me emanata; iterum DD. dixerunt constare de causis restitutionis in integrum aduersus tres sententias in partibus ad eorum fauorem latas super absolutione à præstatione decimarum minutarum; cum adhuc optimè subsistere visa fuerint decisionis fundamenta, deducta tàm ex nullitate, quàm iniustitia dd. sententiarum.

Nullitas præsertim tertiæ sententiæ ex defectu citationis non legitimè executæ contra Capitulum saluari minimè potest sub prætextu asserti styli citandi magnum Computatorem, & Receptorem eiusdem Capituli,
1 Summ. Communitatis num. 4. † Quia vltra quod non probatur eos, qui citati fuerunt, habuisse hanc Computatoris, & Receptoris qualitatem, prout de necessitate esset probandum, *Rot. decis. 188. num. 3. in fine lib. 3. par. 3.*
2 *diuers.* † Cum ex huiusmodi stylo præsupponatur ab Hominibus Communitatis de Villario dictos Computatorem, & Receptorem habere ratione officii tacitum mandatum ad lites, non potest dici ille legitime probatus per simplicem fidem extraiudicialem, vt solet in simplicibus ordinatorijs; sed mandatum probandum est saltem per duos testes ad tradita per *Imol. cons. 91. in causa, quæ vertitur col. 1. Marsil. singular. 471. sæpè contingit num. 2. Dec. cons. 510. in casu de quo agitur num. 2. Gen. de script. priuat. tit. de apoch. man. ter. conscript. num. 21. fol. 93. Grat. discept. forens. cap. 948. num. 15. cum aliis allegat. in Lauretana Domus 10. Iunij 1644. coram R. P. D. meo Bichio, & in Firmana Pecuniaria 14. Iunii 1647. coram eodem,* quod magis
3 dicendum videtur in hoc casu, † in quo nullibi demonstratur ipsos Computatorem, & Receptorem comparuisse pro Capitulo, quinimò potiùs constat fuisse in alijs instantijs primam citationem executam contra eosdem met Canonicos, & Capitulum, & ab eodem Capitulo constitutos speciales Procuratores, qui causam hanc in dd. instantijs defenderunt; Vnde, & in hac tertia illi citari debebant, *Lancellott. de attentat. par. 1. cap. 1. num. 29.*

Præterea semper subsistit defectus citationis contra Mappium sub qua lata legitur sententia, cum non appareat istum habuisse mandatum à Capitulo, & citatio fuerit vaga ad viden. ministrari iustitiam, ac vlterius de executione talis citationis aliundè non con-
4 stet, quam ex assertione Notarij, † cui tanquam attestanti de re ad alterius officium spectante non creditur, vt præter allegatos in alia decisione *sub §. Nullitas dixit antea apud Puteum decis. 5. num. 1. & 2. lib. 3. & in Colimbrien. Decanatus 27. Ianuarij 1495. coram Iusto impress. apud Marches. de commiss. tom. 2. fol. 221. sub num. 1. vers. quinimò, & decis. 624. num. 10. part. 1. recentior.*

5 Minusque † defectu citationis dici potest sanatus per comparitionem Procuratoris à Capitulo constituti ex deductis per *Adden. ad Buratt. decis. 727. num. 8.* quia nullus in hac tertia instantia comparuit præter dictum Map-
6 pium, † cuius comparitio non est attendenda, cum illius mandatum procuræ nunquam fuerit iustificatum, *Rota in Bracharen. beneficii 3. Iulii 1606. coram bonæ memoriæ Manzanedo.*

Incontrouertibilis etiam visa fuit iniusti-
7 tia sententiarum, † quibus Villarienses absoluuntur à præstatione decimarum minutarum cum de iure omnes decimæ tam grossæ, quam minutæ spectent ad Parrochum, cuius partes sustinet Capitulum S. Materni. Nam mediante opera suorum Vicariorum curam animarum dicti loci Villarij exercet *cap. 1. §. has verò decimas 15. q. 7. cap. commissum, vbi gloss. in verbo integritate, & cap. tua nobis de decimis, & dixit Rot. in Placentina Decimarum Castanearum 23. Februarii 1598. coram Litta, in Mediolanen. Decimarum S. Iuliani 18. Martii 1613. coram S. D. D. relata in Hispalen. Decimarum de Almonte 15. Decembris 1636. coram bo. memoria Pirouano in ordine 180. num. 12. part. 7. recentior.*

Neque releuare visa fuit obiecta consuetudo, qua prætenditur à Communitate Villarij potuisse induci exemptionem à solutione

8 ne decimarum minutarum. † Quia talis consuetudo non probatur saltem legitimè, & cum requisitis ad illam probandam in actibus negatiuis necessarijs, vt scilicet præcesserit decimarum petitio facta à Capitulo, & Canonicis cum subsecuta illarum denegatione facta per Homines Villarienses, quod ue denegationi acquieuerit Capitulum, vt præter allegatos in preterita decisione *sub §. non obstat*, quod hæc quasi possessio firmauit *Rota in Toletana decimarum* 15. *Ianuarii* 1648. *§. vlterius, vers. nec concludunt, coram R. P. D. meo*
9 *Celso*, † & in puncto consuetudinis negatiuæ, quod ad eam concludenter probandam necesse sit, vt Testes exprimant actus fuisse factos ad contradictionem alterius partis impugnantis, tradit *Franell. in cap. final. col. 2. post med. vers. sed quæritur, quid si Canonici de consuetud. in 6. Abb. in cap. Abbate num. 10. & seq. de verb. significat. Marescott. var. resolut. lib. 2. cap. 100. num. 6.*

10 Hinc † resultat Testes examinatos pro parte Villariensium non probare huiusmodi consuetudinem, quia hanc partis contradictionem non exprimunt, *Gott. decis.* 393.
11 prout † nec etiam concludunt immemorabilem, quia non deponunt cum requisitis, de quibus per *gloss. in cap. 1. verb. memoria de præscript. in 6.* quam sequuta est *Rota coram Seraphin. decis.* 1102. *num. 2. coram Caualer. decis. 56. num. 1. coram sanct. mem. Greg. XV. decis. 196. nu. 1. ibiq. Adden. & decis. 252. num. 3. cum aliis adductis in Pampilonen. iuris nominandi Vicarium 14. Decembris 1648. coram Eminentissimo D. Card. Ottbobono, §. neque obstat, quod immemorabilis, & in Hispalen. decimarum 19. Iunii 1648. coram me.*

Non obstat, quod Capitulum institerit pro solutione decimarum de anno 1590. illasque soluere recusauerint Villarienses, nec abinde citra vsque ad annum 1631. decimæ præstitæ amplius fuerint, atque ita cum à die d. petitionis, & denegationis cum scientia, & patientia Capituli elapsi fuerint 40. anni, inde dici posse videatur consuetudinē legitimè probatam remanere, quia talis patientia omninò excluditur ex pluribus locationibus factis per Capitulum de dd. decimis minutis tam ante, quàm post dictum annum 1590. & respectu antecedentium probant locationes annorum 1540. & 1568. quæ expressim de omnibus decimis minutis loquuntur, ibi. *omnes paruas decimas, scilicet lanas, agnos, napus, & alia omnia ad prædictas decimas spe-*
12 *ctantia*, † ponderando verbum illud *omnia alia*, quod est aptum secundum propriam illius significationem comprehendere omnem decimam minutam cuiuscumque speciei illa sit, *l. Iulianus, ff. de legat. 3. Cephal. cons. 150. nu. 8 Dec. cons. 94. num. 31.* & respectu subsequen-
13 tium adest locatio anni 1613. quæ & ipsa non loquitur simpliciter de decimis in genere quo fortasse casu posset intelligi de decimis demptis illis, à quibus Villarienses prætendunt se exemptos, sed de omnibus, ac integris decimis ibi, *omnes decimas napum, lanarum, agnorum, & aliarum rerum ad prædictam decimam minutam spectantium*, quo casu venit integra decima secundum distinctionem, quam in his terminis declarando doctrinam *Rebuff. de decimis q. 3. n. 28. amplexa fuit Rot. decis. 165. n. 9. & 4. par. 2. diuers.*

14 Accedunt † vlterius plures instantiæ pro parte Capituli factæ non solum de dicto anno 1590. sed successiuis etiam temporibus, quæ acquiescentiam Canonicorum omninò excludunt, & actuum difformitatem destructiuam consuetudinis inducunt, *Bald. in l. 2. num. 22. ff. solut. matrim. in l. solent, §. non vero col. 1. de offic. Proconſ. Dec. cons. 215. col. 2. vers. 2. hoc idem probatur, Crauett. cons. 313. n. 8. vers. quinto difformitas actuum.*

15 Neque refragatur † in libris Capituli non reperiri descriptas solutiones huiusmodi decimarum, quia cum Capitulum consueuerit dd. decimas locare pro certa annua responsione satis ei fuit in dictis libris annotare pēsionem, quæ pro decimis præstabatur absque eo quod teneretur adnotare decimas, quorum exactio cum spectaret ad Arrendatores, ad ipsos solos talis cura pertinebat, qui si negligentes fortasse fuerunt in exigendo tales decimas minutas, eorum negligentia præiudicare non potuit iuribus Capituli, prout in puncto respondet *Rota in Toletana decimarum 15. Ianuarij 1648. §. præsertim, coram R. P. D. meo Celso.*

16 Neque ex instantia, † quam Capitulum fecit tam de anno 1590. quam de anno 1631. pro solutione decimarum inferri potest aliqua confessio eiusdem Capituli, quod istæ decimæ non fuerint solutæ toto hoc tempore 40. annorum, quod ab vna ex dictis instantijs ad aliam intercessis vt benè in his ferè terminis respondet *Rota in Hispalen. decimarum de Almonte 27. Ianuary 1642. §. nec licet, vers. nec ex eo, coram D. Salamantino, & in eadem 4. Iulij eiusdem anni §. 1. & 2. coram R. P. D. meo Bichio.*

Et ita vtraque parte &c.

R. P. D. BICHIO

Lucana Census.

Lunæ 22. Aprilis 1652.

ARGVMENTVM.

Saluianum non conceditur nisi de credito liquido, & claro doceatur. Census creatus per gratiam Principis ex credito non sumit anterioritatem ab ipso credito, sed à creatione census, quia illius creatio fit mediante dicti crediti extinctione. Vnde reseruatio iurium crediti, nihil operatur tamquam incompatibilis.

SVMMARIVM

1 *Extrema Saluiani sunt hypoteca, & possessio tam debitoris, quam rei conuenti.*
2 *Possessor ex causa crediti anterioris excludit agentes pro credito posteriori.*
3 *Creditum vel extinguitur, vel redditur illiquidum ex*

ex perceptione fructuum bonorum debitoris.

4 *Saluianum non conceditur nisi probetur creditum clarum, & liquidum, & num. 15.*

5 *Census creatus ex credito sumit anterioritatem non à creatione sumet, sed à credito. Contra num. 10 & 11.*

6 *Molestiarum casus, quando euenisse dicatur.*

Et quando reseruatio dominij in casum molestiarum suffragetur quoad fructus census aduersus alios creditores. num. 7.

8 *Hypoteca translata in alium contractum durat cum sua anterioritate.*

Vnde reseruationis casu purificato licitum & regressus ad primæua iura. & num. 9.

Fallit tamen in censu, & de ratione. num. 10.

10 *Census creatus ex gratia Principis ex credito creari non potest nisi mediante illius crediti extinctione.*

Ideoque reseruatio iuriū crediti inefficax est. n. 11.

12 *Reseruatio dominij donec pretium soluatur, expirat pretio soluto.*

13 *Reseruatio iurium in creatione census creati ex altero censu, quid operetur. & num. 14.*

16 *Ius offerendi competit creditori hypotecario posteriori aduersus anteriorem bona debitoris possidentem.*

17 *Creditum debet iustificari.*

18 *Creditum posterius aduersus anterius non attenditur.*

Limita in præiudicium debitoris. num. 19.

20 *Immissus in Saluiano tenetur excomputare cum suo credito, non solum fructus perceptos, sed etiam fructus quos propria negligentia non percepit.*

21 *Creditor anterior cui per posteriorem fit solutio ratione iuris offerendi, quæ iura tenetur cedere.*

DECISIO CCXLIII.

VINCENTIVS, & Ioannes de Bottinis iudicium vtilis Saluiani interdicti contra Moniales Sanctæ Teresiæ de Camaiore possidentes prædium olim possessum à Ioan. Baptista, & Alphonso de Antognolis communibus debitoribus instituerunt ad effectum sibi satisfaciendi de fructibus duorum censuū, alterius creati de anno 1615. ad fauorem ipsius Io: Baptistæ Bottini cuius est hæres Vincentius; alterius de anno 1626. ad fauorem Elisabethæ de Malpiglis cuius actores fuerunt
1 hæredes, † nec dubitatur de extremis hypothecæ, vel possessionis tàm debitoris, quàm rerum conuentarum in hoc iudicio probandis, *Menoch. de adipiscen. remed. 3. num. 161. & seqq. Rota decis. 591. num. 6. coram fa. me. Greg. XV. decis. 407. num. 1. par. 5. recent. & aliàs sæpissimè.*

Sed Moniales obiecerunt primo se possidere ex causa crediti contracti de anno 1604.
2 & sic anterioris, † quod excludit agentes pro creditis posterioribus, *Scapp. de salu. lib. 2. quæst. 6 Rota decis. 176. num. 5. & 6. decis. 206. num. 1. apud Pacif. de saluian. decis. 894. num. 1. coram bon. memor. Buratto, & in Romana saluiani, seu attentatorum 29 May 1643. coram Reuerendissimo Salamantino.* Secundò, quod ex testibus datis in eorum Summario num. 3. probatur Vincentius actor possedisse quamdam petiam terræ ad cōmunem
3 debitorem spectantem † ex cuius propterea fructibus illius creditum, vel præsumitur ex-
4 tinctum, vel saltem illiquidum redditur, † & par consequens inefficax ad obtinendum in hoc iudicio quod crediti clari, & liquidi probationem requirit, *Rota decis. 435. num. 4. part. 2. recent. decis. 113. num. 7. coram bon. mem. Vrgellen. decis. 122. num. 18. & seqq. inter impress. apud Moder. Foroliu. de pignor.*

Ad primum obiectum per informantes pro Bottinis responsum fuit admittendo posterioritatem census creati vt supra de anno 1626. sed non alterius creati de anno 1615. cuius anterioritas trahit originem ab anno 1602. cum
5 ex † credito tunc orto pro pretio bonorum venditorum reseruato venditori dominio donec illud solueretur, creatus fuerit sub expressa reseruatione anterioritatis, in casum euictionis, seu molestiarum super eodem censu,
6 qui † casus euenisse dicitur per oppositionem Monialium ex fructibus fundi censualis ab illis possessi valeat censuarius de fructibus census satisfieri, vt in puncto ponderauit *Rota in Romana Saluiani 30. Ianuarij 1645. §. tum quia, coram me*, vbi habetur quod anterioritatis re-
7 seruatio huiusmodi suffragatur † quoad fructus census aduersus alios creditores, vt etiam tradit *Castill. decis. 17. num. 35. & seqq. lib. 1. Mastr. decis. 119. num. 18. & 19.*

Hanc responsionem omnes Domini amplexi sunt, quia licet hypotheca translata in
8 alium contractum † duret cum sua anterioritate, *l. 3. in princip. & l. si prior, ff. qui potior. in pign. habeat. Negus. de pign. 1. memb. 6. par. num. 7. versic. sed dubitatur, Rota decis. 93. num. 2. & 3. inter impr.*
9 *post addit. Cinc. ad tract. de censib.* † & purificato casu reseruationis liceat regredi ad priora iura, *Rota decis. 293. num. 5 & 6. apud Pacif. de salu. decis. 343. num. 3. part. 5. recent.* Hoc tamen limitandum videtur in censu, quia & si ex gratia Principis ille creetur ex credito, vel creatus
10 conualidetur, † creari non potest nisi illud creditum extinguatur; ideoque illo extincto nulla remanet anterioritas, vel posterioritas, vt dictum fuit in *Romana nullitatis census 9. Aprilis 1602. coram bon. mem. Cardinali Lancellotto impress. apud Cinc. de censib. decis. 2. num. 2. & 3.* secundum vltimam impressionem, & reserua-
11 tio inefficax est, † quia est incompatibilis cū dicta extinctione, vt aduertit *Rota decis. 289. n. 2 apud Cinc. de censib.*

Verùm præter quod allegata decisio secunda non loquitur de hypotheca anteriori, sed de reseruatione dominij ad fauorem venditoris, quæ cum esset temporalis donec rei
12 venditæ, pretium solueretur, † expirauerat per eiusdem pretij solutionem, & alia decis. 289. loquitur pariter in diuerso casu, elicien-
13 do, † videlicet ex reseruatione iurium coniecturam, quod partes noluerint habere censum
14 pro extincto, † de cætero autem vbi constat de voluntate extinguendi admittitur reseruatio iurium anterioritatis, operaturque suos effectus quoad sortem ipsam principalem cēsus, & fructus ante extinctionem decursos, vt dixit *Rota inter impressas apud Cinc. de censib. decis. 290.*

cis.290.& decis.411. sub nu.2.& 3.& seq. & in Romana Domus 24. Ianuarij 1650. §. cum ergo, coram me.

Non fuit opus super his insistere obstante
15 semper secundo obiecto,† illiquiditate nimirum crediti ob præsumptam solutionem fructuum census ex fructibus bonorum communis debitoris, quæ ab actoribus possessa fuisse probatur vt supra per testes, & fatentur actores, qui respondendo ad secundum obiectum aiunt se possedisse ex causa dicti primi census, & proinde adhuc se remanere creditores saltẽ ex causa secundi census anni 1626. nè ve vrgeat creditum anterius Monialium creatum vt supra de anno 1604. retorquent eamdem solutionis prȩsumptionem contra Moniales, quippeque non negant ab anno 1637. citrà possedisse bona communis debitoris; ac in omnem euentum quatenus in aliqua summa creditrices remaneant, eam soluere offerunt facta sibi à Monialibus cessione iurium translatiuè, & non extinctiuè cum omnibus clausulis præseruatiuis vtendo
16 iure offerendi, † quod competit creditori hypothecario posteriori aduersus anteriorem, bona debitoris possidentem, *leg. cum secundus ff. distract. pign. Salycet. in l. 1. quæst. vltim. C. si antiq. credit. Neguſ. de pign. part. 5. memb. 3. num. 7. Molin. de contract. tract. 2. disput. 538. sub num. 19. Vincen. de Franch. decis. 69. num. 3. & 9. Rota decis. 308. num. 1. inter impress. apud Modernum Perusinum de subhast.*

Omnis ideo difficultas versatur circa quantitatem fructuum quos Moniales ex dictis bonis perceperunt, de quibus pro parte Monialium exibetur calculus è proprijs libris extractus, continens hinc inde partitas tum crediti, tum fructuum perceptorum, & desuper iuxta ordinem Rotæ auditis à me partibus in contradictorio, informantes pro Bottinis, supposita sine veri præiudicio legalitate librorum admiserunt pro nũc veritatem calculi, duas tamen eius partitas impugnando, alteram scutorum 334. positam ad creditum Monialium pro pluribus annatis canonum seu census acquisiti de anno 1606. decursis
17 vsque ad annum 1651. † quia creditum hoc non iustificatur, vt oportet *Escobar. de ratiocin. cap. 10. num. 42.& seq. Rota in Romana de Ghezzis 21. Febr. 1642. §. quia fuit responsum, coram R.P. D. meo Cerro,* & quatenus sit posterus an. 1626.
18 non † debet attendi in concursu crediti anterioris DD. de Bottinis, *Rota decis. 233. num. 3. par. 2. diuers.* licet secus sit in præiudicium ip-
19 sius debitoris, † in quibus terminis loquitur *Rota decis. 254. num. 2.& 3. coram sa. me. Greg. XV.* alijque exaduerso allegati, & vtrumque casum distinguendo benè declarauit *Rota in Romana, seu Sabinen. Census 20. Nouemb. 1624. coram bon. mem. Vbaldo sen.* Atque ideo gratis etiam allegatur illud creditum scutorum 1150. ex causa euictionis passæ per Monieles in prædio eis vendito ab Antognolis, quia venditio emanauit de anno 1629. & sic est posterior credito Bottinorum.

Alteram scut. 92. prouenientium ex fructibus bonorum à Monialibus possessorum, quæ ex eo quod præuio sequestro ad instantiam aliorum creditorum fuerunt depositata, Moniales ad sui debitum adscribunt, & adhibere debent, quia cum per Iudicem fuisset declaratum ipsas esse anteriores, potuerunt cessante impedimento sequestri illa exigere,
20 immissus † enim in Saluiano tenetur in suum creditum imputare, nedum fructus perceptos sed & quos propria negligentia non percepit, *l. 3. C. pignorat. act. Escobar. de ratiocin. cap. 16. nu. 1 & 3. vers. & ita, Surd. decis. 270. num. 1. & 6. cum alys relatis per Pacif. de Saluian. inspect. 4. cap. 1. num. 151. & seq.* & fuit dictum in *Romana Censuum 13. Martij 1651. §. non obstat, coram R.P.D. meo Peutingero.*

Delendo itaque à credito Monialium partitam scut. 334. & addendo in eorum debitum partitam scut. 92. quæ simul conficiunt summam scut. 92. apparet quod iuxta calculum exhibitum Moniales vltra fructus census anni 1604. perceperunt scuta 393. His autem relatis in causam sortis principalis eiusdem census ascendentis ad scut. 1200. remanet creditum sortis in scut. 807. Quibus propterea (quatenus Moniales sibi sortem census restitui consentiant) solutis per Bottinos, cum
21 hoc tamen, † quod Moniales cedant ad eorum fauorem iura talia qualia translatiuè, & non extinctiuè, & cum clausulis præseruatiuis, dummodo contra cedentes retorqueri non possint, prout cedere tenentur, *Bart. in l. Aristo, num. 1. & 2. in fin. ff. qua res pign. oblig. poss. Neguſ. de pignor. part. 5. membr. 3. num. 15. & seqq. Grat. decis. March. 215. num. 9. Vinc. de Franc. decis. 55. num. 5. Rota decis. 347. numer. 15. coram sanct. mem. Gregor. XV. decis. 407. num. 21. par. 5. recent.*

Rota vtraq; parte informante censuit Bottinis dandam esse immissionem.

R. P. D. CELSO,

Postea S. R. E. CARDINALI.

Auenionen. Fideicommissi.

Luna 22. Aprilis 1652.

ARGVMEMTVM.

Per quas coniecturas filij in conditione positi possint dici celati, & è contrà per quas excludatur fideicommissum, plenè, & luculenter tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum restrictum ad certas personas non operatur vltrà illas.*
2 *Positus in conditione non potest dici dispositiuè vocatus si non concurrant efficaces coniecturæ.*
Quod etiam in descendentibus procedit. num. 3.
Licet in istis leuiores probationes requirantur quam in transuersalibus. num. 4.
Item procedit, & si agatur de dispositione facta per viam contractus, & donationis. num. 5.

. . . Nec dicitur coniectura sufficiens qualitas masculinitatis si ratio conseruandæ agnationis non concurrat, num.6. & seqq.

Vbi plures refutantur coniecturæ.

7 *Agnato non dicitur contemplata per vocationem masculorum, sed tantummodo sexus. & nu.8. & 9.*

10 *Positus in conditione non censetur dispositiuè vocatus ex vocatione masculorum legitimorum, & naturalium.*

Quod procedit, & si inter descendentes agatur. num.11.

Etiam si fideicommissum impositum fuisset super Castro Insigni, & Iurisdictionali. & num.14

Quod fortius si Castrum non probetur tale de tempore donationis, & fideicommissi. nu.12.& 13.

13 *Castrum fit Iurisdictionale quando acquiritur Iurisdictio alia media, & infima.*

15 *Positi in conditione non censentur dispositiuè vocati si exclusio fœminarum non fuit generalis. & numer.16.*

16 *Neptes cui dos non fuit relicta non censentur exclusæ à fideicommisso sicuti filiæ quibus dos fuit relicta. & num 17.*

18 *Fideicommissum non præsumitur perpetuum ex licentia alienandi in casum restitutionis dotis.*

Ea ratione quia bona semel à fideicommisso extracta sub illo amplius redire nequeunt. num.19.

20 *Positi in conditione non censentur dispositiuè vocati ex vna tantum substitutione, sed requiritur digressus ad plures. & num. seqq.*

21 *Substitutio vulgaris expirat in eo ad cuius fauorem fuit facta dum non adsunt verba tractum temporis importantia.*

23 *Substitutiones plures habentur pro vnica quando ab vnius eiusdemmet personæ morte dependent.*

24 *Donatio facta hæredibus, & successoribus quibuscumque excludit fideicommissum. & num.26.*

Præsertim si concurrant alia verba importantia omnimodam facultatem disponendi. num.25.

Quod fortius est arguẽdum si donatarius correspectiuè ad donationem remiserit,

Patri donanti talia iura, quæ pariter exclusionem fideicommissi importarent. num.26.& 27.

28 *Verba,* benè vult, & intelligit, *quid importent, remissiuè. & num.30.*

29 *Verba semper debent intelligi retento eodem themate stipulationis.*

31 *Facultas alienandi potest stare cum fideicommisso, quatenus alienatio ad actum non reducatur.*

32 *Agnationis ratio cessat quoties potest euenire casus, quod extantibus agnatis bona transeant in extraneos.*

Item cessat si substitutio fuerit vulgariter concepta cum ista expiret aditione grauati. num.33.

34 *Coniecturæ pro exclusione fideicommissi fortius sunt admittendæ si Donator erat valdè Peritus, & vlterius in Instrumento Donationis adhibuerit Iurisconsultos insignes.*

35 *Discretiua locutio arguit contrariam voluntatem.*

36 *Vocati dispositiuè omnes sunt admittendi.*

37 *Electus vnus ad fideicommissum de pluribus eligendis si moriatur sine filijs expirat fideicommissum, & cæteri alij remanent exclusi.*

38 *Fideicommissum consecutiuum ad certas personas de reale efficitur personale.*

39 *Decisiones in Bononien. Fideicommissi de Turri coram Card. Verospio, & Manzanedo declarantur.*

40 *Filij in conditione positi secundum Statutum Vrbis censetur dispositiuè vocati.*

41 *Filij in conditione positi adhoc, vt possint dici vocati, quæ coniectura concurrere debeant; Et è contrà. num.42.*

42 *Fideicommissum in dubiis est excludendum.*

DECISIO CCXLIV.

TANDEM post plures propositiones resolutum fuit pro confirmatione Sententiæ Rotalis declarantis non constare de fideicommisso Baptistæ ad fauorem Petri de Pol super Castro Sancti Tronqueti. Fundamentum resolutionis fuit, quia cum idem Baptista Castrum prædictum donauerit Ioanni eius filio stipulanti pro se, suisque hæredibus, & successoribus quibuscumque cum hoc, quod si dictus Ioannes decederet cum liberis masculis legitimis, & naturalibus, illud spectaret ad vnum, vel plures secundum totalem dispositionem, & voluntatem eiusdem Ioannis; si verò ipse, & eius filij sine liberis masculis decederent, pertinerent ad Gabrielem secundo genitum si viueret, sin minus ad eius liberos, nulla facta mentione Petri, non potest Petrus
1 quicquam prætendere, † quia fideicommissum restrictiuum ad certas personas, vltrà illas operari non debet, *Ias. in l.cum res num.21. ff.de leg.1. Dec. cons.210.num.5. Castr.consil.97.num.2. lib.2. Menoch.cons.220.nu.128. Peregr. de fideicom. art.1.num.27. Rot. decis.24.num.10. part.4.tom.2. recent. & decis.195. num.6. & 7. part.5.*

Neque ex eo, quod Petrus fuerit positus in conditione potest dici dispositiuè vocatus,
2 dum † pro eo non concurrunt efficaces, & concludentes coniecturę vocationem suadentes, *vt est gloss. communiter approbata in l.Lucius la*
3 *secunda, ff.de hæred.instit.* † quam procedere etiã in descendentibus, firmauit *Rot. coram Buratt. d.decis.387.nu.1.& 2. & in recent. decis.221. nu.2.*
4 *par.5.*†Licet in illis leuiores requirãtur, quam in transuersalibus, *idem Buratt.decis.385.in princ. vers.tamen illa, & d.dec.387.nu.2. vers.& quamuis,* & dictum fuit *in Bononien.fideicommissi de Sanctis 17.Martij 1648. coram R.P.D.meo Bichio.*

5 Ac etiam si agatur † de dispositione facta per viam contractus, & donationis, *vt not. Peregr.de fideicomm.art.28.num.29. Mant.de tac.lib.2. tit.14.num.19. Fab.de Anna cons.52.num.12.lib.1. Cancer. var. lib.1. cap.1.num.102. Rota in Meleutana hæreditatis 27.Martij 1620.coram bo:mem:Seleucien.cum alijs per Add. ad Buratt.decis.385.n.10. vers.quod procedit.*

Pro recessu autem ab opinione glossæ non approbarunt Domini coniecturas alias dedu-
6 ctas, & repetitas hodie pro parte Petri:† Siquidem qualitas masculinitatis non est considerabilis deficiente ratione absoluta conseruandæ agnationis, quæ argui minimè potest ex
7 sola vocatione masculorum, † *vt not.Gabr.* qui talem coniecturam affimat esse leuem, & cõmuniter reprobatam *cons.93.nu.39.& seq.lib.2. Giouagn. resp.82.num.147. & seqq. lib.1. Cusanat. cons.38.nu.92. & 94.Rota decis.486.nu.17. part.1.*

in

*in recent.dec is.667.num.*10.*part.*2.*decis.*272.*nu.*19.
8 *& decis.*279.*num.*20. *part.*6. † vbi firmat maxi-
mam adesse differentiam inter masculinita-
tem, & agnationem, *& in Interamnen. fideicom-
missi* 14.*Decembris* 1646. *corã R.P.D.meo Bichio*,
& plures cumulat *Gratian. discept. for. cap.*999.
*nu.*6.vbi loquens in iurisdictionalibus firmat,
9 quod † per qualitatem supradictam censetur
tantum contemplatus sexus,non autem agna-
tio, idemque comprobat *Peregr. de fideicomm.
art.*26.*num.*12. *Surd. cons.*308.*nu.*14.*& cons.*448.
*num.*2. *Rota d. decis.*667. *num.* 10. *vers. magna est*,
part. 2. *recentior.*

Altera verò coniectura, quod filij Gabrie-
lis fuerint positi in conditione cum qualitate
expressa,quod sint legitimi, & naturales,& de
10 legitimo matrimonio procreati † pariter est
valdè debilis, cum plurimum sit solita appo-
ni potius ex stylo Notariorum, quam ex vo-
luntate Testatoris,vt ait *Noguerol.alleg.*23.*n.*34
& 35. *Fontanel.de pact.nupt.claus.*4.*glos.*24.*nu.*13.
*Crinell.decis.Dolan.*125.*nu.*77. alijque relati per
*Modern.Cremon.resol.*147.*num.*9.*&* 10. & illam
tanquam vanam pluries Rota reiecit, sequẽ-
do decisionem *Thesaur.*96. *num.*26. vt testatur
11 *Buratt. decis.*385.*nu.*8. † & de magis commu-
ni etiam in terminis descendentium firmatũ
fuit in *decis.*221.*num.*12.*part.*5. *recent.* cum plu-
ribus adductis per *Ramon.cons.*100.*num.*45.

Prætensio quod donatio fuerit de Castro
insigni, & iurisdictionali non bene iustifica-
tur in facto, saltem de tempore donationis,
12 & constituti fideicommissi, † prout exaduer-
so iustificari deberet, *ex not. per Peregr.de fidei-
comm.art.*63.*nu.*46. *Mant.de tacit.lib.*2.*tit.*10.*nu.*3.
13 *Fusar.de substit.quæst.*718.*nu.*64.†Itaut si posteà
superuenerit huiusmodi qualitas, prout vide-
tur apparere ex acquisitione posteà facta per
Gabrielem de iurisdictione alta,media,& infi-
ma, nihil penitus operari possit, *argum. text. in
l.quid ergo, ff. de his, qui not.infam. & in l.matrem,
C. de probat. Bald. consil.*367. *post med. vers. item
quando lib.*5. *Pereg.de fideicomm.art.*24.*num.*29.

Et tamen contrarium non obstante quali-
14 tate prędicta † per *text.in l.Pater filium, §.Iulius
Agrippa, ff.de leg.*3. probat expresse *Alciat.lib.*8.
*consil.*2.*num.*31. *versic.nec quicquam facit, & lib.*9.
*cons.*129.*per tot. Ias. cons.*96.*sub nu.*20. *vers.tertiò
non obstat lib.*4. *Rimin.Iun. cons.*632.*nu.*113.*lib.*6.
*Gratian. cap.*280.*num.*22. *& seqq. Surd. decis.*238.
*num.*16.*circa med.*cum relat. per *Add.ad eundem
decis.*125.*num.*5. *&* 6.

Exclusio fœminarum non fuit generalis,
15 & absoluta, † sed restricta ad filios solius do-
natarij, vt patet ex illis verbis: *Item casu quo
Ioannes, post eius obitum relinqueret filias d.Gabriel,
aut eius liberi, qui habebunt d. substitutionem teneantur
vnicuique filiarum d. Ioannis soluere scuta* 500.
*aurea,dum in matrimonio collocabuntur.*Vndè cum
de tali dote non prouiderit neptibus,sicuti fe-
cerat ad fauorem filiarum quas excluserat,
eædem neptes, nec censentur ab hæreditate
16 exclusæ, † nec exindè nepotes in conditione
positi ad fideicõmissum vocati, *Paris. cons.*41.
*nu.*59.*lib.*3. *Curt.Iun.cons.*11.*nu.*4. *vers.nec obstat,
lib.*1. *Gionagn.cons.*82.*nu.*164.*lib.*2. *Rot.decis.*485.
*nu.*5. *vers.aderat prætereà, part.*4. *diuers. & in rec.
decis.*151.*nu.*8.*&* 9. *& decis.*195.*nu.*17. *part.*1.

Et simili responsione remouetur aliud obie-
ctum deductum ex prohibitione facta per Te-
statorem, ne dos Clementiæ vxoris donatarij
detraheretur ex dictoCastro,nisi in casu,quod
alia bona non sufficerent, nam casus restitu-
tionis purificari debebat per mortem eiusdẽ
donatarij durante fideicommisso in eius filijs
dispositiuè vocatis, quatenus superessent, sin
17 minus in Gabriele Senior. † cumque donans
non idem disposuerit de dote restituenda vxo-
ribus filiorum Ioannis, infertur, quod illos
grauare noluerit; *ex Paris.Gionagn. & alys suprà
18 deductis*, † vltra quod licentia alienandi Ca-
strum pro restitutione dotisClementię exclu-
dit voluntatem perpetui fideicommissi, quia
19 bona † semel ex fideicommisso extracta sub
illo amplius non redeunt, *Aym.cons.*186.*nu.*14.
*Gabr.cons.*111.*nu.*7.*&* 8. *lib.*2.*Rot.decis.*209.*nu.*3.
*& seq. par.*1.*recent. & in Romana Casalis Aguzza-
ni* 16.*Decembris* 1641. *coram R.P.D. meo Rojas*.

Digressus ad plures substitutionum gradus
20 nullo modo videtur subsistere, † nam post
substitutionem in qua filij fuerunt positi in
conditione, in quibus terminis loquitur *An-
char. author huius coniecturæ cons.*74.*num.*2. vnica
legitur facta substitutio in fauorem Gabrielis
Senior. si erit in vita,sin autem eius filiorum,
21 quæ† vti per vulgarem expirabat in ipso Ga-
briele, seu eius filijs, dum non adsunt verba
tractum temporis importantia, iuxtà *doctrin.
Cuman.in l.cum ità, §.in fideicõmisso nu.*4. *de leg.*2.
*Grat.discept. for. cap.*536.*num.*47. *& seqq. Rot.de-
cis.*473.*nu.*30.*part.*4.*tom.*2.*recent. decis.*151.*nu.*12.
*decis.*211.*num.*6. *& decis.*326.*num.*5. *&* 6. *part.*5.
*& decis.*272.*num.*13. *part.*6. & fuit dictum in
Bononien. fideicommissi 7.*Iunij* 1647. *coram Reue-
22 rendiss.Terracinen.* † Et ideò illa non erat suffi-
ciens cum ad dictum effectum plures requi-
rantur substitutiones, ex adductis per *Gionagn.
consil.*82.*num.*20. *vers.sextò, Paris. lib.*1. *Menoch.
cons.*706.*nu.*6. *Cancer.var. part.*1. *cap.*1. *de substit.
num.*133. *Rota in Bononien. fideicommissi de Sanctis*
16.*Martij* 1648. *coram R.P.D.meo Bichio*.

Immo, nec etiam ante potest considerari
talis digressus. Quia, cum tàm prima substi-
tutio facta de persona Ioannis si sine filijs,
quam altera de filijs ipsius pariter si sine libe-
ris morerentur penderet ab obitu eiusdem
23 Ioannis, † pro vnica substitutione reputatur,
vt dixit *Rot.decis.*272. *sub num.*14. *&* 75. *part.*6.
recent. & in Romana fideicom. de Ferratinis 19.*No-
uembris* 1646.*&* 29.*Maij* 1647.*coram R.P.D.meo
Pentingero*.

In contrarium verò validiores visæ fuerunt
coniecturæ pro exclusione fideicõmissi addu-
24 ctæ, † nam donatio Castri stipulata fuit pro
hæredibus, & successoribus quibuscumque
sub quibus verbis: *septies in donatione repetitis*,
comprehendi hæredes etiam extraneos, firmauit *Ro-
ta decis.*251.*nu.*5.*&* 6. *part.*5.*recent. in Sarsinaten.
feudi* 22.*Iunij,&* 18.*Decembris* 1645.vbi cumu-
lan. concord. *coram Reuerendiss. D.meo Decano*,
& in Romana domus 25.*Februarij* 1647. *&* 9.*De-
cembris* 1650. *coram me*, & in terminis *gloss. in
l.Lu-*

Nec dicitur coniectura sufficiens qualitas masculinitatis si ratio conseruanda agnationis non concurrat. num.6. & seqq.

Vbi plures refutantur coniectura.

7 *Agnato non dicitur contemplata per vocationem masculorum, sed tantummodo sexus. & nu.8. & 9.*

10 *Positus in conditione non censetur dispositiuè vocatus ex vocatione masculorum legitimorum, & naturalium.*

Quod procedit, & si inter descendentes agatur. num.11.

Etiam si fideicommissum impositum fuisset super Castro Insigni, & Iurisdictionali. & num.14

Quod fortius si Castrum non probetur tale de tempore donationis, & fideicommissi. nu.12.& 13.

13 *Castrum fit Iurisdictionale quando acquiritur Iurisdictio alia media, & infima.*

15 *Positi in conditione non censentur dispositiuè vocati si exclusio fœminarum non fuit generalis. & numer.16.*

16 *Neptes cui dos non fuit relicta non censentur exclusa à fideicommisso sicuti filia quibus dos fuit relicta. & num 17.*

18 *Fideicommissum non præsumitur perpetuum ex licentia alienandi in casum restitutionis dotis.*

Ea ratione quia bona semel à fideicommisso extracta sub illo amplius redire nequent. num.19.

20 *Positi in conditione non censentur dispositiuè vocati ex vna tantum substitutione, sed requiritur digressus ad plures. & num. seqq.*

21 *Substitutio vulgaris expirat in eo ad cuius fauorem fuit facta dum non adsunt verba tractum temporis importantia.*

23 *Substitutiones plures habentur pro vnica quando ab vnius eiusdem met persona morte dependent.*

24 *Donatio facta hæredibus, & successoribus quibuscumque excludit fideicommissum. & num.26.*

Præsertim si concurrant alia verba importantia omnimodam facultatem disponendi. num.25.

Quod fortius est arguẽdum si donatarius correspectiuè ad donationem remiserit.

Patri donanti talia iura, quæ pariter exclusionem fideicommissi importarent. num.26.& 27.

28 *Verba,* benè vult, & intelligit, *quid importent, remissiuè. & num.30.*

29 *Verba semper debent intelligi retento eodem themate stipulationis.*

31 *Facultas alienandi potest stare cum fideicommisso, quatenus alienatio ad actum non reducatur.*

32 *Agnationis ratio cessat quoties potest euenire casus, quod extantibus agnatis bona transeant in extraneos.*

Item cessat si substitutio fuerit vulgariter concepta cum ista expiret aditione grauati. num.33.

34 *Coniectura pro exclusione fideicommissi fortius sunt admittenda si Donator erat valdè Peritus, & vlterius in Instrumento Donationis adhibuerit Iurisconsultos insignes.*

35 *Discretiua locutio arguit contrariam voluntatem.*

36 *Vocati dispositiuè omnes sunt admittendi.*

37 *Electus vnus ad fideicommissum de pluribus eligendis si moriatur sine filijs expirat fideicommissum, & cæteri alij remanent exclusi.*

38 *Fideicommissum consecutiuum ad certas personas de reale efficitur personale.*

39 *Decisiones in Bononien. Fideicommissi de Turri coram Card. Verospio, & Manzanedo declarantur.*

40 *Filij in conditione positi secundum Statutum Vrbis censetur dispositiuè vocati.*

41 *Filij in conditione positi adhoc, vt possint dici vocati, quæ coniectura concurrere debeant; Et è contrà. num.42.*

42 *Fideicommissum in dubiis est excludendum.*

DECISIO CCXLIV.

TANDEM post plures propositiones resolutum fuit pro confirmatione Sententiæ Rotalis declarantis non constare de fideicommisso Baptistæ ad fauorem Petri de Pol super Castro Sancti Tronqueti. Fundamentum resolutionis fuit, quia cum idem Baptista Castrum prædictum donauerit Ioanni eius filio stipulanti pro se, suisque hæredibus, & successoribus quibuscumque cum hoc, quod si dictus Ioannes decederet cum liberis masculis legitimis, & naturalibus, illud spectaret ad vnum, vel plures secundum totalem dispositionem, & voluntatem eiusdem Ioannis; si verò ipse, & eius filii sine liberis masculis decederent, pertinerent ad Gabrielem secundo genitum si viueret, sin minus ad eius liberos, nulla facta mentione Petri, non potest Petrus
1 quicquam prætendere, † quia fideicommissum restrictum ad certas personas, vltrà illas operari non debet, *Ias. in l.cum res num.21. ff.de leg.1. Dec. cons.210.num.5. Castr.consil.97.num.2. lib.2. Menoch.cons.220.nu.128. Peregr. de fideicom. art.1.num.27. Rot. decis.24.num.10. part.4.tom.2. recent. & decis.195. num.6. & 7. part.5.*

Neque ex eo, quod Petrus fuerit positus in conditione potest dici dispositiuè vocatus,
2 dum † pro eo non concurrunt efficaces, & concludentes coniecturę vocationem suadentes, *vt est gloss. communiter approbata in l.Lucius la*
3 *seconda, ff.de hæred.instit.* † quam procedere etiã in descendentibus, firmauit *Rot. coram Buratt. d.decis.387.nu.1.& 2. & in recent. decis.221. nu.2.*
4 *par.5.* † Licet in illis leuiores requirãtur, quam in transuersalibus, *idem Buratt.decis.385.in princ. vers.tamen illa, & d.dec.387.nu.2. vers.& quamuis,* & dictum fuit *in Bononien.fideicommissi de Sanctis 17.Martij 1648. coram R.P.D.meo Bichio.*

5 Ac etiam si agatur † de dispositione facta per viam contractus, & donationis, *vt not. Peregr.de fideicomm.art.28.num.29. Mant.de tac.lib.2. tit.14.num.19. Fab.de Anna cons.52.num.12.lib.1. Cancer. var. lib.1. cap.1.num.102. Rota in Meleuitana hæreditatis 27.Martij 1620.coram bo:mem:Seleucien.cum alijs per Add. ad Buratt.decis.385.n.10. vers.quod procedit.*

Pro recessu autem ab opinione glossæ non approbarunt Domini coniecturas alias dedu-
6 ctas, & repetitas hodie pro parte Petri: † Siquidem qualitas masculinitatis non est considerabilis deficiente ratione absoluta conseruandæ agnationis, quæ argui minimè potest ex
7 sola vocatione masculorum, † *vt not.Gabr.* qui talem coniecturam affimat esse leuem, & cõmuniter reprobatam *cons.93.nu.39.& seq.lib.2. Giouagn. resp.82.num.147. & seqq. lib.1. Casanat. cons.38.nu.92. & 94. Rota decis.486.nu.17. part.1.*

in

in recent.decis.667.num.10.part.2.decis.272.nu.19.
8 *& decis.279.num.20. part.6.* † vbi firmat maximam adesse differentiam inter masculinitatem, & agnationem, *& in Interamnen. fideicommissi 14.Decembris 1646. corã R.P. D.meo Bichio,* & plures cumulat *Gratian. discept. for. cap.999. nu.6.* vbi loquens in iurisdictionalibus firmat,
9 quod † per qualitatem supradictam censetur tantum contemplatus sexus, non autem agnatio, idemque comprobat *Peregr. de fideicomm. art.26.num.12. Surd. cons.308.nu.14.& cons.448. num.2. Rota d. decis.667. num.10. vers. magna est, part.2. recentior.*

Altera verò coniectura, quod filij Gabrielis fuerint positi in conditione cum qualitate expressa, quod sint legitimi, & naturales, & de
10 legitimo matrimonio procreati † pariter est valdè debilis, cum plurimum sit solita apponi potius ex stylo Notariorum, quam ex voluntate Testatoris, vt ait *Noguerol.alleg.23.n.34 & 35. Font.nel.de pact.nupt.claus.4.glos.24.nu.13. Crivell.decis.Dolan.125.nu.77.* aliijque relati per *Modern.Cremon.resol.147.num.9.& 10.* & illam tanquam vanam pluries Rota reiecit, sequẽdo decisionem *Thesaur.96. num.26.* vt testatur
11 *Buratt. decis.385.nu.8.* † & de magis communi etiam in terminis descendentium firmatũ fuit in *decis.221.num.12.part.5. recent.* cum pluribus adductis per *Ramon.cons.100.num.45.*

Prætensio quod donatio fuerit de Castro insigni, & iurisdictionali non bene iustificatur in facto, saltem de tempore donationis,
12 & constituti fideicommissi, † prout exaduerso iustificari deberet, *ex not. per Peregr.de fideicomm.art.63.nu.46. Mant.de tacit.lib.2.tit.10.nu.3.*
13 *Fusar.de substit.quæst.718.nu.64.* † Itaut si posteà superuenerit huiusmodi qualitas, prout videtur apparere ex acquisitione posteà facta per Gabrielem de iurisdictione alta, media, & infima, nihil penitus operari possit, *argum. text. in l.quid ergo, ff. de his, qui not.infam. & in l.matrem, C. de probat. Bald. consil.367. post med. vers. item quando lib.5. Pereg.de fideicomm.art.24.num.29.*

Et tamen contrarium non obstante quali-
14 tate prędicta † per *text.in l.Pater filium, §.Iulius Agrippa, ff.de leg.3.* probat expressè *Alciat.lib.8. consil.2.num.31. versic.nec quicquam facit, & lib.9. cons.129.per tot. Ias. cons.96.sub nu.20. vers.tertiò non obstat lib.4. Rimin.Iun. cons.632.nu.113.lib.6. Gratian. cap.280.num.22. & seqq. Surd. decis.238. num.16.circa med.* cum relat. per *Add.ad eundem decis.125.num.5. & 6.*

Exclusio fœminarum non fuit generalis,
15 & absoluta, † sed restricta ad filios solius donatarij, vt patet ex illis verbis: *Item casu quo Ioannes, post eius obitum relinqueret filias d.Gabriel, aut eius liberi, qui habebunt d. substitutionem teneantur vnicuique filiarum d. Ioannis soluere scuta 500. aurea, dum in matrimonio collocabuntur.* Vndè cum de tali dote non prouiderit neptibus, sicuti fecerat ad fauorem filiarum quas excluserat, eædem neptes, nec censentur ab hæreditate
16 exclusæ, † nec exindè nepotes in conditione positi ad fideicõmissum vocati, *Paris. cons.41. nu.59.lib.3. Curt.Iun.cons.11.nu.4. vers.nec obstat, lib.1. Gionagn.cons.82.nu.164.lib.2. Rot.decis.485. nu.5. vers.aderat præterea, part.4. diuers. & in rec. decis.151.nu.8.& 9. & decis.195.nu.17. part.5.*

Et simili responsione remouetur aliud obiectum deductum ex prohibitione facta per Testatorem, ne dos Clementiæ vxoris donatarij detraheretur ex dicto Castro, nisi in casu, quod alia bona non sufficerent, nam casus dœrestitutionis purificari debebat per mortem eiusdẽ donatarij durante fideicommisso in eius filijs dispositiuè vocatis, quatenus superessent, sin
17 minus in Gabriele Senior. † cumque donans non idem disposuerit de dote restituenda vxoribus filiorum Ioannis, infertur, quod illos grauare noluerit; *ex Paris. Gionagn. & alijs suprà*
18 *deductis,* † vltra quod licentia alienandi Castrum pro restitutione dotis Clementię excludit voluntatem perpetui fideicommissi, quia
19 bona † semel ex fideicommisso extracta sub illo amplius non redeunt, *Aym.cons.186.nu.14. Gabr.cons.111.nu.7.& 8. lib.2.Rot.decis.209.nu.3. & seq. par.1.recent. & in Romana Casalis Aguzzani 16.Decembris 1641. coram R.P.D. meo Rojas.*

Digressus ad plures substitutionum gradus
20 nullo modo videtur subsistere, † nam post substitutionem in qua filij fuerunt positi in conditione, in quibus terminis loquitur *Anchar. author huius coniectura cons.74.num.2.* vnica legitur facta substitutio in fauorem Gabrielis Senior. si erit in vita, sin autem eius filiorum,
21 quæ † vti per vulgarem expirabat in ipso Gabriele, seu eius filijs, dum non adsunt verba tractum temporis importantia, iuxtà *doctrin. Cuman.in l.cum ità, §.in fideicõmisso nu.4. de leg.2. Grat.discept. for. cap.536.num.47. & seqq. Rot.decis.473.nu.30.part.4.tom.2.recent. decis.151.nu.12. decis.211.num.6. & decis.326.num.5. & 6. part.5. & decis.272.num.13. part.6.* & fuit dictum in *Bononien. fideicommissi 7.Iunij 1647. coram Reue-*
22 *rendiss. Terracinen.* † Et ideò illa non erat sufficiens cum ad dictum effectum plures requirantur substitutiones, ex adductis per *Gionagn. consil.82.num.20. vers.sextò, Paris. lib.1. Menoch. cons.706.nu.6. Cancer.var. part.1. cap.1. de substit. num.133. Rota in Bononien. fideicommissi de Sanctis 16.Martij 1648. coram R.P.D.meo Bichio.*

Immo, nec etiam ante potest considerari talis digressus. Quia, cum tàm prima substitutio facta de persona Ioannis si sine filijs, quam altera de filijs ipsius pariter si sine liberis morerentur penderet ab obitu eiusdem
23 Ioannis, † pro vnica substitutione reputatur, vt dixit *Rot.decis.272. sub num.14. & 75. part.6. recent. & in Romana fideicom. de Ferratinis 19.Nouembris 1646.& 29.May 1647.coram R.P.D.meo Pentingero.*

In contrarium verò validiores visæ fuerunt coniecturæ pro exclusione fideicõmissi addu-
24 ctæ, † nam donatio Castri stipulata fuit pro hæredibus, & successoribus quibuscumque sub quibus verbis: *septies in donatione repetitis, comprehendi haredes etiam extraneos,* firmauit *Rota decis.251.nu.5.& 6. part.5.recent. in Sarsinaten. feudi 22.Iunij, & 18.Decembris 1649.* vbi cumulan. concord. *coram Reuerendiss. D.meo Decano, & in Romana domus 25.Februarij 1647. & 9.Decembris 1650. coram me,* & in terminis *gloss. in l.Lu-*

l. Lucius, d. stipulationem ponderarunt, *Fab. de Anna consf.52.nu.11.& 13. lib.1.* & alij relat. per *Modern.Cremon.resol.147.num.16.* Concurrentibus præsertim aliis verbis; *Ad omnimodam vo-*
25 *luntatem*, † quæ important plenissimam facultatem de bonis donatis disponendi, iuxtà *gloss. in Clem.1. verb.omnimodam de for. comp. Menoch. consil. 2. num.256.& seq. Alciat. resp.4. numer.31. vers.suadet lib.4. Rot.in Macerat. pecuniaria 20.Iunij 1644. coram Eminentiss. Card. Ottibono*.

Quæ coniectura eo fortius vrgere videtur,
26 quia † Ioannes donatarius correspectiuè ad donationem receptam iura sibi competentia super bonis paternis remisit eidem Patri stipulanti pariter pro se hæredibus, & successoribus quibuscumque; nam sicuti hæc stipulatio importat libertatem bonorum, & exclusionem fideicommissi ad fauorem Patris, *Rot. in Romana successionis de Comitibus 13. Iunij 1642. §.respectu, coram Reuerendiss. D. meo Decano*; Ita
27 etiam † eumdem effectum præter casus inibi expressos operari debet hæc secunda ad fauorem filii, vt in proposito ratiocinatur, *Ramon. cons.100.num.285. Rot. in Romana Dotis, seù fideicommissi de Anguillaria 28. Ianuarij 1641. coram R.P.D.meo Bichio, & in Tiburtina Castri S. Angeli 18.Martij 1650. coram R.P.D.meo Meltio*.

Nec stipulationi prædictæ pro hæredibus,
28 & successoribus quibuscumq; resistunt † verba: *Benè vult, & intelligit*; Quia illa benè tolluntur ex responsionibus datis in *decisionibus R. P. D. mei Verospij*. Et nihilominus semper
29 debent intelligi, † retento priori themate eiusdem stipulationis hæreditariæ, ex deduct. per *Giouagn.resp.99.nu.11.lib.1. Cyriac. cont.400. num.121. decis.15.num.10.part.7.recent.& in Sarsinaten. feudi 22. Iunij 1645. coram Reuerendissimo D.meo Decano*. Quinimmò sunt compatibilia
30 cum ipsa stipulatione, † quatenus scilicet Castrum prædictũ ad hæredes extraneos non deuenisset, seù aliter de bonis donatis non fuisset à stipulatore dispositum, vt dixit *Rot.in Romana pratensi fideicommissi 30.Aprilis 1638. coram Coccino, & 7.Nouembris eiusdem anni, coram*
31 *Pirouano*. † Sicut in simili dicimus, quod facultas alienandi potest stare simul cum fideicõmisso, quatenus illa ad actum redacta non fuerit, vt aduertit *Cephal.cons.16.nu.59. Peregr. de fideicommiss. art.40. num.45. Rot. in S. Seuerini fideicommiss. 25. Iunij, & 14. Decembris 1646. & 27.Maij 1647. coram R.P.D. meo Verospio*.

Et ex his excluditur penitus, quod in huiusmodi donatione fuerit habita ratio conser-
32 uandæ agnationis, † quia illa semper cessat quoties euenire potest casus, quod extantibus agnatis bona transeant in extraneos, *vt not. Alex.cons.38.num.4.& seqq. lib.6. Soccin.Iun. consil. 26. sub num.11. lib.4. Decian. resp.1.num.179. & 182.& seqq.lib.2. Gabr.cons.97.nu.24. ad med. vers.in eo autem lib.1. & cons.100.num.34.& 35. lib.2. Bursat. consil.100. num.67. vers.ex omissione absoluta, Papon. consil.113. num.19. & seq. Rot. in Montis Falisci fideicomm. 19. Ianuarij 1618. coram Coccin.*

Prout etiam cessare videtur dum idem donans in casu obitus Ioannis sine filijs vocauit Gabrielem Sen. alterum suum filiũ, eiusque
33 liberos per vulgarem, † cum illa expiret aditione grauati, *l. post aditam, C. de impub. & aliis substit. Grimell. decis. Dolan. 125. nu.42.* Et simili ratiocinio vtitur, *Ramon. cons.100.nu.275. Giouagn.cons.82.nu.139.& 163.lib.1. Gratian.discept. for. cap.536.num.63. & 64. Rot.decis.538. num.4. part.2.recen.& decis.151.nu.11.in fin.& decis.221. num.10. part.5. & decis.272.num.13.part.6.*

Quæ omnia facilius firmanda veniunt, quia non versamur in persona Rudi, sed in homine valdè Perito, qui licet benè intelligeret vim, & efficaciã verborũ, & diuersam substituendi formam, distinguendo casum obitus
34 cum liberis, & sine liberis; † Nihilominus in celebratione istius Instrumẽti vsus fuit opere insignium Iurisconsultorum, quod in specie ponderat *Cyriac.controu.281.nu.77. & seq. Altograd. cons.61.num.66. vers. sed efficacissima, Rot. in Bononien. fideicommissi de Glauarinis 5.Iunij 1637. coram R.P.D.meo Rojas*. Ac propterea, cum ipse non solum posuerit in conditione, sed etiam expresse vocauerit illos ad quos volebat rem donatam peruenire. Signum est euidens, quod nòn intellexit eos vocare quos
35 tantum in conditione posuit, † nam talis discretiua locutio contrariam argui disponentis voluntatem, *vt not. Zanch. in l.haredes mei, §.cum ità num.93. ff. ad Trebell. Rustic.de liber. in cond.posit.lib.4.nu.2.& seq.Menoch.de præsump.76. num.43.& 44. Soccin.Sen. cons.116. num. 2. dub.3. Gabr.cons.97.nu.28.lib.1. Rot. in Romana successionis de Comitibus 22.Iunij 1642.corã Reuerendissimo D. meo Decano, & in Romana fideicommissi de Coronis 28.Ianuarij 1647. coram R.P.D. meo Cerro*.

Aduertendo præsertim, quod omnes filij
36 Ioannis fuerunt positi in conditione, † qui si essent dispositiuè vocati debuissent etiam omnes admitti iuxtà dispositionem *text. in l. Lucius, ff.de hæred.instit.* Et tamen ipsemet donans voluit, quod vnus tantum ex eis succederet, quem Ioannes elegisset: Vndè si ille electus sine prole decedebat, fideicommissum expi-
37 rabat, † nam cæteri remanebant perpetuò exclusi, per *text.in l.vnum ex familia 69. §.si falcid. ff.de leg.2. Odofred.ibid. col.2. in princ. vers.& Titius elegit vnum, Sarmient. select. interp. lib.8. §.si fundum nu.2. Ant.Fab.de error.prag. decad.51. err.1. versic. hinc verò fit, Rot. decis.149.numer.5. vers. quam sine dubio part.7. recent.* cum pluribus adduct. *in Romana hæreditatis de Toguinis 18.Maij 1648. coram R.P.D.meo Pentingero*.

Non obstat, quod verba fuerint directa in rem, & ideò fideicommissum dicatur reale;
38 Quia † cum sit consecutiuum ad certas personas de reale efficitur personale, *Ruin.cons.127. num.10.lib.2. Menoch.cons.706.nu.41.vers.respondetur, Fusar. de substit. quæst.269. num.2. Rot. coram Caualer.decis.513.num.4. & decis.932. nu.12. part.4.tom.3.recent. & in Bononien. fideicommissi de Sanctis 16.Martij 1648. coram R.P.D.meo Bichio.*

Minus applicantur decisiones *in Bononien. fideicõmissi de Turri coram bo:me:Verospio, & Man-*
39 *zanedo*; † Quia ibi aderat expressa reciproca inter institutos, digressus ad plures substitutionum gradus, & exclusio fœminarum ob

ra-

rationem conseruandæ agnationis; Imò in illis prout in aliis pluribus exaduerso allegatis non concurrebant coniecturę pro exclusione fideicommissi, prout concurrunt in præsenti
40 casu, † Aliæ verò decisiones, vel loquuntur in terminis statutis Vrbis ex cuius dispositione filij in conditione positi censentur dispositiuè vocati, vel procedunt quando fuit contemplata agnatio, & constat clarè de voluntate disponentis, quod voluerit facere fideicommissum perpetuum.

Vndè attentis prædictis, & cessante in præsenti casu prohibitione alienationis digressu ad plures substitutionum gradus, ratione conseruandæ agnationis, ac verbis denotantibus
41 tractum temporis successiuum, † quæ regulariter ponderari solent pro inducendo fideicommisso, & ad hoc, vt filij in conditione positi censeantur vocati, vt per *Odd. consil. 66. sub num. 24. vers. & illa exclusa, Cæsanat. cons. 45. num. 111. Rot. coram Mantic. decis. 375. in fin. & in d. Bononien. fideicomissi de Sanctis 17. Martij 1648. coram R. P. D. meo Bichio.* Cum materia sit mere coniecturalis, & hinc indè adsint coniecturæ, quæ mentem disponentis dubiam reddunt hæc fauent alleganti non adesse fidei-
42 commissum † pro cuius exclusione in dubio pronunciandum venit, *l. pater filium, §. final. de leg. 3. Fusar. cons. 42. nu. 32. Gabr. cons. 132. nu. 37. lib. 1. Rot. decis. 667. num. 14. part. 2. recent. & decis. 370. num. 31. part. 6. & in Tudertina ass. fideicommissi 4. Iunij 1640. coram R. P. D. meo Rojas.*

Propterea Domini materia plenè discussa, & approbando etiam fundamẽta decisionum coram R. P. D. meo Verospio. Meritò pro cõfirmatione sententiæ Rotalis responderunt vtraque parte informante.

R. P. D. MELTIO,
Posteà Episcopo PAPIEN.
Asten Mandati.

Veneris 26. Aprilis 1652.

ARGVMENTVM.

Debitor soluens cedenti post factam cessionem, quando remaneat liberatus, & quãdo cedens post cessionem possit validè transigere cum Debitore, & Cessionario nocere, eruditè tractatur. Executiuè, vt agi possit contrà Tertium, qui emit bona à Debitore post litem introductam super solutione, quæ requirantur clarè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Transactio habet vim litis finitæ, & parat exceptionem rei iudicatæ.*
2 *Solutio terminorũ subsecutorum tollunt omnem præcedentium obligationem.*
3 *Debitor soluens cedenti post factam cessionem, liberatur, si dicta cessio non fuerit ipsi Debitori intimata.*
4 *Debitor soluens cedenti post factam cessionem ad effectum ne remaneat obligatus, non sufficit, quod cessio fuerit ipsi simpliciter intimata, sed quid requiratur.*
5 *Executiuè procedi non potest contrà Tertium.*
6 *Via executiua competit contrà Tertium, qui emit bona à Debitore post litem introductam super solutione, & quid si lis pendebat in actione personali tantum.*
7 *Executiuè, vt agi possit contrà Tertium, qui emit bona à Debitore post introductam litem super solutione, quæ requirantur.*
8 *Transactio penitùs extinguit litem.*
9 *Cedens iura, an, & quando post cessionem possit validè transigere, & Cessionario nocere.*
10 *Via executiua vulnerata remansit per sententiam maximè si fuerit lata in contradictorio iudicio, ac transitum fecerit in iudicatum.*

DECISIO CCXLV.

OCCASIONE annuæ pensionis scutorum 400. aureorum, auctoritate Apostolica reseruatę super fructibus Episcopatus Vercellen ad fauorem Comitis Ioannis Francisci Manfredi fuerat ad eiusdem Comitis instantiam coram bo: mem: Pirouano introductum iudicium super manutentione in possessione exigendi dictam pensionem contrà Reuerendiss. D. Iacobum Goriam tunc temporis Episcopum dictę Ciuitatis, & contrà eum obtento prius mandato de manutenendo, & deindè etiam executiuo, deuentum fuit die 27. Septembris 1649. ad transactionem, qua mediante lis, & causa terminata fuit, & Episcopus amplissimam consecutus fuit liberationem omnium terminorum vsque in dictam diem decursorum, prout etiam de alijs, qui posteà decursi fuerunt vsque ad annum 1644. facta fuit solutio, vt constat ex quietantia data in *Summario Ecclesiæ Sanctæ Elenæ nu. 1.* Post hæc insurrexit Comes Bernardinus Bentius Actor in præsenti iudicio, & sub prætextu quod dictus Comes Manfredus Pensionarius cessionem sibi antea fecisset terminorum eiusdem pensionis decursorũ ab anno 1613. vsque, & per totũ annũ 1639. litem mouit corã Reuerendiss. Nuncio Taurinen, à quo Episcopus reportauit sententiam absolutoriam, quæ supponitur fecisse transitũ in iudicatum ob non interpositam appellationem. Defuncto Episcopo iterum Comes Bentius coepit prætendere mandatum de manutenendo, & executiuum respectiuè, quod alias relaxatum fuerat ad fauorem Comitis Manfredi esse nunc ad ipsius instantiam exequendum contrà bona quæ alias erant in bonis Episcopi, & modo possidẽtur ab Ecclesia Sanctæ Elenę loci Villæ Franchæ vti eius donataria; Vndè hodie disputato coram me, vti subrogato in locum bo: mem: Pirouani Dubio, An dictum mandatũ esset exequendum DD. negatiuè responderunt ex pluribus.

1 Et primò, † quia dictum mandatum, prout etiam creditum extinctum penitus remansit mediante solutione in transactione conuenta, quæ habet vim litis finitæ, & parat exceptionem

nem rei iudicatæ, *ad tex. in l. fratris tui*, vbi *Bart. & alij, C. de transaction. cap. 1. de lit. context. in 6. Federic. de Sen. cons. 166. in fin. Angel. Aretin. consil. 95. num. 3. & 4. Rota decis. 157. part. 1. diuersorum, & decis. 539. num. 1. part. 1. recent.*
2 † necnon attentis solutionibus aliorum terminorum subsecutorum, quæ tollunt omnem obligationem, iuxtà *text. in l. soluendo, ff. de negot. gest. §. 1. instit. Quibus mod. tollitur obligat, Rota in recent. decis. 434. num. 1. in fin. part. 4. & decis. 382. num. 14. part. 5.*
3 † Idque procedit non obstante, quod dicta transactio, prout etiam solutiones prætendantur factæ Pensionario post cessionem ab ipso factã ad fauorem Comitis Bentij, quia dum dicta cessio nunquam intimata fuit Episcopo debitori, non fuit ex ea impeditus soluere Comiti Manfredo suo ex causa dictæ pensionis principali creditori, cui soluendo plenam consecutus fuit liberationem, *ad text. in l. 3. C. de nouat. l. nomen, C. quares pignori obligar. poss. vel non Bartol. in l. si cum emptore*, & ibi *Iason. ff. de pactis, Speculat. de procurat. §. sequitur nu. 11. Cuman. cons. 4. num. 5.* & in terminis transactionis post cessionem, *Afflict. decis. 335. num. 21. in fin. & num. seqq.* ac ita firmauit *Rota coram Buratt. decis. 534. num. 4.*
4 † *& inter impressas post Cenc. de censibus decis. 161. per totam*, vbi firmatur adhunc effectum, nec minus sufficere simplicem denunciationem, sed vlteriùs requiri etiam causam denunciationis verificari per actualem exhibitionẽ Instrumenti cessionis, *vt sub num. 4. cum seqq.*

Eoque magis censuerunt DD. locum esse non posse executioni dicti mandati contrà
5 Ecclesiam; † Quia cum ipsa sit Tertia Posseditrix titulo validæ donationis reportatæ ab Episcopo, non potest contrà eam executiuè procedi, *ad tradit. per Felin. in c. cum super, nu. 15. de sentent. & re iudicat. Castrens. in l. à Diuo Pio, §. si super rebus num. 2.* & ibi *Bart. & Angel. nu. 1. Alexandr. num. 28. vers. & pro hoc benefacit. ff. de re iudicat. Bald. in l. 1. C. cõmun. de legat. n. 7. Castrens. in l. postulante nu. 4. ff. ad Senat. Consult. Trebellian. Alexand. in l. 1. §. si heres, ff. eodem, Dec. cons. 198. num. 5. Ruin cons. 87. num. 1. Rota coram san: mem: Gregor. XV. decis. 330. nu. 2. Adden. ad eundem Gregor. decis. 362. nu. 12. & decis. 47. nu. 1. apud Zacch. de obligat. Camer. & decis. 263. num. 4. part. 5. recentior.*

6 Neque ex eo, † quod donatio emanauerit post litem à Comite Mãfredo introductam super solutione dictæ pensionis dici possunt bona donatoris affecta vitio litigiosi, itaut contrà ea licet ab Ecclesia possessa Via executiua competere possit, quia lis pendebat in actione personali tantum, vndè ex ea non fuit contractum vitium litigiosi super bonis, vt egregiè firmat *Soccin. Iun. consil. 13. num. 1. lib. 4. Roland. cons. 5. num. 8. lib. 2. Honded. cons. 20. nu. 42. lib. 1. Menoch. cons. 1187. num. 2. lib. 3.*

7 Prætereà, † neć sola litis pendentia de per se operari potest, vt via executiua agi possit contrà Tertium, cum vlterius concurrere debeant duo alia requisita, quę sunt scientia litis in eodem tertio possessore de tempore alienationis, & quod alienans non haberet alias res preter alienatas, alioquin tertius possessor nunquam conuenitur via executiua, sed contra eum agendum venit semper reuocatoria ad rescissionem contractus, vel aliqua alia via ordinaria, *vt tradit Bart. in l. creditores num. 23. vers. videamus ergo, C. de pignor. & in l. si quis missã, §. Iudex num. 3. vers. quero quid si ante, ff. de damn. infect. Couar. pract. quæst. cap. 15. num. 7. vers. immò ex hac sententia, Rota coram Buratt. decis. 231. nu. 1. vers. & ideò, & magistraliter*, firmatum fuit *coram Durano decis. 364. num. 21. & seqq. Romana Vineæ 27. Iunij 1640. coram bo: me: Merlino, Romana Statuarum 17. Decembris 1646. coram bo: me: Arguelles, & in Romana Hæreditatis de Gratianis 11. Decembris 1648. coram me, §. Nec refragatur.*

8 Additur † vlterius, quod dicta lis extincta penitus remansit per subsequetem transactionem initam de anno 1639. *ex allegato cap. 1. de lit. contest. in 6. l. causas, & l. fratris, C. de transact. cum alijs content. in Meliuitana bonorum 10. Februarij 1651. coram me in princ.* Neque dubitari potest de validitate dictæ transactionis quamuis ea fuerit facta post cessionem secutam ad fa-
9 uorem Bentij; † Quia cum nihilominus post dictam cessionem adhuc Manfredo cedenti remanserint directæ actiones, earum vigore, benè, ac validè potuit deuenire ad transactionem, & nocere Bentio cessionarió, non interueniente altero de tribus contentis, *in l. 3. C. de nouat.* prout in terminis firmat *Afflict. decis. 335. num. 21. cum seqq.*

Demum obstare prętensæ executioni mandati visa fuit sententia Reuerendiss. Nuntij Taurini lata de anno 1646. ad fauorem Episcopi, quæ tanquam ei concedens absolutionem ab impetitis non dubitatur quin ab illa via executiua vulnerata fuerit, *Rota decis. 96. num. 1. apud Zacch. de obligat. Cameral.* maximè dum ea lata fuit in cõtradictorio iudicio cum Bentio, ac transitum fecit in iudicatum.

Et ita informante tantum Ecclesia S. Elenæ resolutum fuit, &c.

R. P. D. MELTIO,

Posteà Episcopo PAPIEN.

Mediolanẽ Thesaurariæ.

Luna 3. Maij 1652.

ARGVMENTVM.

Tractatur de reuocatione attentatorum, circa electionem Officialium factam lite pendente, & quamuis verum sit, quod continuans non attentet, attamen id non procedit, quando quæstio, seù lis principaliter stat super ista possessione.

SVMMARIVM.

1 *Officialis electio, quando dicatur attentata.*
2 *Attentata omnia sunt gesta appellatione pendente.*
3 *Signatura quando simpliciter committit causam, tunc omnia gesta, etiam medio tempore facta dicuntur attentata.*

4 *Atten-*

4 *Attentata tunc nullo modo possunt excusari, quando post præsentatam Inhibitionem sunt commissa, Ampiia num.5. & 6.*
7 *Attentata, quando, & ex quibus redduntur clariora.*
8 *Possessori est licitum suam possessionem continuare.*
9 *Continuans non dicitur attentare.*
10 *Deputatio Officialis dicitur attentata facta in vim decreti Iudicis, à quo commissa fuit appellatio simpliciter.*
11 *Possessionem suam continuare, quando non liceat, absque vitio attentatorum.*
12 *Lis, quando flat super aliqua possessione, tunc lite pendente non est licitum eam continuare.*
13 *Exceptio non transportaiionis actorum, non suffratur, quando agitur de actis gestis post appellationem, & Inhibitionem Rotalem.*
14 *Acta illa sunt transportanda, si agatur de reuocandis attentatis, quæ deseruiunt pro iustificatione attentatorum.*

DECISIO CCXLVI.

ORTA lite, & controuersia inter Præpositum Collegiatæ Ecclesię Sancti Stephani Ciuitatis Mediolani ex vna, & Canonicos eiusdem Ecclesiæ parte ex altera super deputatione, & exercitio officij Thesaurariæ, Præpositus obtinuit à Vicario Mediolani mandatum de manutenendo in quasi possessione exercendi dictum officium, sed interposita per Canonicos appellatione, causaque introducta coram A. C. iste prius moderatus fuit Inhibitionem quoad effectum suspensiuum, & deindè per modum prouisionis, & sine præiudicio mandati de manutenendo cõcessi Præposito, impertitus fuit licentiam Canonicis eligendi vna cum Pręposito nouum Thesaurarium; ab hoc decreto tamquam nimis præiudiciali, & cum executione mandati de manutenendo antea præseruata omninò incompatibili appellauit Præpositus, sed appellatione non obstante cum Canonici vigore dicti decreti A. C. deputauerint in Thesaurarium D. Camillum Cattaneum vnum ex dd. Canonicis, & iste Officium Thesaurariæ exercuerit plures Ecclesiæ redditus exigendo. Ideò commissa appellationis causa in Rota. Hodie ad instantiam Præpositi dubitatum fuit, An constaret de attentatis, & DD. affirmatiuè responderunt. Siquidem respectu deputationis
1 † certum est, quod illa subiacet vitio attentatorum, cum facta fuit post appellationem interpositam, *c.non solum de appell. in 6. l. vnic. ff. nil. noui appellatione pendent. Franch. in cap. ad audientiam in fin. eodem tit. de appell. Lap. alleg.1.num.11. Lancellott.de attent. part.2.cap.21. nu.17.cum.seqq. Rota in Agnanina Beneficij 10. Februarij 1648. coram R.P.D.meo Verospio, & in Beneuentana manutentionis 9. Iunij 1649. coram R. P. D.meo Peutingero §. & quam nullitatem.*

Neque excusari possunt attentata eo sub pretextu, quod dictum decretum A.C. tamquam merè prouisionale non esset appellabi-
2 le. Quia imò fuit † appellabile, cum vti tale canonizatum fuerit à Signatura, quæ causam simpliciter commisit, talis enim commissio
3 retrotrahitur, vt reddat omnia † attentata, quæ medio tempore gesta fuerunt, *glos.in l.appellatione in verb.deliberationis*, & ibi *Bald. C. de appellat. Ioann.Andr. in cap. si à Iudice de appellat. in 6. Ias.in l.1.num.1. C.de bonor. possess.secundum tabul.* & ita sæpius etiam firmauit Rota, & signanter *in Auenionen. Hæreditatis 11.Iunij 1648. coram R.P.D.meo Rojas §.final.Calaguritana Beneficij 17.Februarij 1648. §.hinc sequitur, vers.maximè, Colonien.Decanatus 13.Maij 1648.§.siue capta in fine coram R.P.D.meo Bichio, Calaguritana Beneficij de Logrono 19. Februarij 1649. coram R. P. D.meo Verospio §.nec etiam attentatorum reuocationem ad med.* & in *Meleuitana Cõmendæ de Vuaors 13.Maij 1650. coram R. P. D. meo Cerro §. Quia cum ab ea.*

4 Grauiori etiam vitio † attentatorum subiacent exactiones redditunm Ecclesię factæ per Cattaneum Thesaurarium à Canonicis deputatum, dum hæ factæ fuerunt nedum post
5 commissam appellationis † causam, sed etiam post præsentatam hic in Vrbe Inhibitionem Rotalem contrà Procuratorem Canonicorũ, quod solum, vt sufficiat quamuis attentata
6 fuerint † deindè in Partibus commissa, declarauit *Rota in Valentina Præceptoriæ 10.Maij 1627 coram bo: mem:Card. Virili, Viterbien. fideicommissi 13.Maij 1648.& in Perusina bonorũ 4.Iuny 1642. coram R.P:D: meo Cerro, & in Aquilana Beneficij 28.Aprilis 1651. coram R. P. D. meo Celso.*

Et quod magis est apparet eamdem Inhibitionem fuisse quoque personaliter in partibus executam contra Canonicos, & Cattaneũ
7 sub die 9.& 11.Nouembris pręteriti. † Vndè ex hoc etiam attentatam clariora redduntur, *Rot. coram san: mem: Gregor.XV. decis.360:num.2. cum alijs congestis in Leucetorien. Attentatorũ 26.Iuny 1648. §.primò coram R. P. D. meo Cerro,* & in *Meleuitana Pensionis 14.Maij 1649. coram R.P.D. meo Bichio §. Aut ipsi,*

Ad excusanda huiusmodi attentata dicere nequè valet, quòd Cattaneus ante præsentationem Inhibitionis iam deputatus esset in Thesaurarium, & reperiretur in possessione
8 exercendi dictum Officium, † & propterea ei licuerit suam possessionem cõtinuare absque
9 vitio attentatorum ex regula, † quod qui continuat non attentat, *gloss. magna in cap, non solum post med. versic. dicit etiam de appellat. in 6. Felin. in cap. dilecti numer.17. de maiorit. & obed. Paris. cons.vlt. lib.4.num.14. Caputaquen.decis.51. num.2. part.1.* Quia vt supra dicebatur, & ipsa
10 deputatio † fuit attentata tamquam facta in vim decreti A.C.à quo commissa fuit appel-
11 latio simpliciter. Vndè neque † licuit possessionem cõtinuare absque vitio attentatorum vbi vltra allegata firmat egregiè etiam *Duran. decis.191.num.6. & decis.240. num.3.*

Præterea cum ex continuatione talis possessionis redderetur elusorsa appellatio inter-
12 posita à decreto A.C.& ex hoc capite† intrat limitatio, vt dicta regula non procedat in hoc casu, quam limitationem, firmat *Ripa in c.cum M.Ferrarien.nu.193. ante fin. vers.ad istud respondeo de constitut.* quam sequitur *Gabr. de acquir. possess. conclus.6. num.17.*

Mi-

Minus refragari visa fuit exceptio nō transportationis actorum Prioris instantiæ, quia 13 hic † non agitur de attentatis dependentibus à negotio principali, sed de gestis post appellationem, & inhibitionem Rotalem, quo casu sufficit transportare illa acta tantum quæ 14 deseruiunt pro iustificatione † attentatorum *Rot. decis. 751. num. 2. par. 2. decis. 311. num. 7. par. 4. tom. 2. rec. & in Maioricen. beneficij 27. Nouembris 1641. & 17. Martij 1642. coram Reuerendissimo D. meo Decano, in Pisana sepulturæ 1. Iulij 1650. coram R. P. D. meo Bichio, in Leodien. successionis 19. Ianuarij 1652. coram eodem.*

Et itā resolutum fuit vna tantum parte informante, altera tamen citata, & expectata &c.

R. P. D. ZARATE

Reatina Pensionis.

Lunæ 3. Maij 1652.

ARGVMENTVM.

Facultas transferendi pensionem à Papa concessa non compræhendit pensionem sub expresso pacto non prohibitam transferri præcipue si fuerit pactum inter Titularem, & Pensionarium acceptatum; Quia talis facultas dicitur subreptitia si tale pactum non fuerit Papæ narratum, quod procedit, & si prægnantissimæ clausulæ in facultate transferendi fuerint appositæ.

SVMMARIVM.

1 *Subreptionis exceptio opponi non potest absque oris aperitione stante clausula* quod de subreptione, & obreptione dari non possit.

Quod intellige verum si d. clausula fuerit vnita cum clausula sublata, *vel alia æquipollenti alias secus, num. 2.*

Quia ad istum effectum dictæ clausulæ debent simul esse coniunctæ, num. 3.

4 *Clausula* sicque in præmissis &c. *per quoscumque iudices iudicari, & deffiniri debere, an æquipolleat clausulæ* sublata, *& nu. 5. & seqq.*

7 *Clausula* sublata *non impedit quin Iudex compræhensionis, vel exclusionis possit cognoscere an sit, nec ne sub indulto casus compræhensus.*

8 *Decretum irritans habet locum supposita validitate gratiæ, & num. 9. & 10.*

9 *Decretum irritans corruit si corruat gratia, et n. 10.*

Quod fortius procedit detecta subreptione gratiæ, num. 11.

10 *Decretum accessorium debet secundum naturam principalis regulari, & eius conditiones recipere.*

12 *Subreptio committitur si in indulto translationis pensionis non fuerit narratum Papæ quod in litteris reseruationis fuit expresse prohibita translatio etiam vigore indulti.*

Et fortius si dicta prohibitio fuerit à pensionario, & titulari acceptata, num. 13.

Nec euitari potest ista subreptio virtute clausularum pragnantium cum ad expressa tantum debeant restringi, num. 14.

14 *Clausulæ quamuis pregnantes ad expressa tantum debent restringi.*

15 *Pactum si fuerit iuratum eò fortius est obseruandum.*

16 *Mentio specifica requiritur prò derogatione pacti acceptati, & nu. 17.*

17 *Facultas transferendi pensionem non suffragatur quando illius translatio est prohibita ratione pacti in illius reseruatione appositi.*

18 *Papa potest absque consensu alicuius ex mera eius liberalitate transferre pensiones, & nu. seqq.*

21 *Pensio semper censetur reseruata ad vitam translatarij.*

22 *Papa non præsumitur derogasse ei de quo notitiam non probatur habuisse.*

23 *Papa concedendo facultatem transferendi pensionem dicitur supplere consensum Titularis.*

Quod intellige verum respectu consensus requisiti iuxtà regulas Cancellariæ non autem requisiti vigore pacti inter Titularem, et pensionarium initi, num. 24.

25 *Papa in facultate translationis pensionis derogando simpliciter consensui Titularis non censetur derogasse speciali consensui illius virtute pacti acquisiti.*

26 *Derogatio tamquam odiosa non extenditur ad alios casus.*

DECISIO CCXLVII.

PENSIONES de quibus agitur non deberi Ioanni Augustino Vincentio translatario, nec magis Reuerendissimo Episcopo Hieracensi transferenti sub die 12. Februarij 1651. coram Eminentiss. Card. Otthobono fuit resolutū ex duplici fundamento; Quoad translatarium, quod narratum non fuerit summo Pontifici decretum in litteris reseruationis pensionis appositum, quod pensio centum ducatorum in toto, vel in parte transferri non posset. Et ex pacto resultante ex acceptatione talis decreti, cui Pontifex absque speciali mentione derogasse non censetur: Quæ resolutio cum hodie coram me in eius locum subrogato reuideretur, standum esse in decisis Domini responderunt, quandoquidem non obstant obiecta de nouo deducta.

Non enim primo releuat, quod de subreptione excipi non possit, † absque oris aperitione stantibus amplissimis clausulis in Indulto transferendi appositis, videlicet *quod de subreptionis, aut obreptionis, vel nullitatis vitio impugnari non possit.* † Nam prædicta clausula, tunc impugnandi facultatem auferret, si vna cum clausula *sublata*, vel alia æquipollenti fuisset apposita; non verò quando de per se solum extat, vt fuit decisum in *Hispalen. Beneficij de Xerez 9. Nouembris 1602. coram Litta, & decis. 621. nu. 3. par. 3. rec. Buratt. decis. 337. num. 9.* sequuntur *Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 66. numer. 22. et 52. Maresc. var. resol. lib. 2. cap. 37. nu. 58.*

3 Ad † hunc enim effectum dictæ clausulæ simul coniunctæ adesse debent *Put. decision. 208. lib. 2. Garz. qui alias cumulat de Benef. par. 6. cap. 3. nu. 88.* † Nec potest dici clausula *sublata* æquipollere aliam in prædicto Indulto appositam, vide-

videlicet, *sicque in præmissis &c. per quoscumque*
Iudices iudicari, & diffiniri debere. Nam Docto-
res ad id allegati, nempè *Gonzal.d.glosa* 66. *nu-*
mer.18.*& Barbosa clau*.175.*num*.25. loquuntur,
quando vltro prohibitum est Iudici, ne aliter
5 iudicet, scilicet motu proprio, † non verò
quando gratia fuit concessa (vt in præsenti)
6 ad postulationem partis, † tunc enim intelli-
gitur veris existentibus narratis,vt optime di-
stinguit *Maresc.var.resol.d.lib.2.cap.1. nu*. 89. *&*
cap.37.num.58.Gabr.cons.26.num.13.lib.2.Put.de-
cis.208.lib.2.Caputaq.decis.128.sub num.3. par. 1.
Et quamuis adesset *clausula sublata* non tolle-
7 ret exceptionem, † quod casus iste non esset
comprehensus sub indulto,de quo Rota po-
terit cognoscere, nam Iudex de comprehen-
sione, aut exclusione, etiam extante dicta
clausula cognitionem habet, *Maresc.d.cap.37.*
num.29.Rota in Cæsaraugustana exemptionis 27.Ia-
nuarij 1601.*coram Ottembergo,& in Baren.seu nul-*
lius Prioratus 27.Iunij 1614.*coram Sacrato.*

Nec magis sustineri debet ex clausula *irri-*
tum, & decreto irritanti in gratia translatio-
8 nis apposito, quod tunc robur addit † quan-
do gratia sustinetur. Vndè corruente indul-
9 to † ex deffectu subreptionis, Decretum pari-
ter vti accessorium corruere debet, vt firmat
Gabr.de claus.concl.3.num.82.Cassad.decis.10.nu.4.
super regul.Cancell.Rota decis.44.num.5. par.3.rec.
& par.6.decis.32.num.11.& 12. Nam cum De-
10 cretum stet accessoriè ad gratiam, † secun-
dum eius naturam debet regulari, & easdem
conditiones recipere, *Maresc.d.lib.2.cap.37. nu-*
mer.30.& cap.38.nu.27.Barbosa claus.175.nu.30.
Marta de claus.claus.176.num.17.vers.& ideo Mo-
dern.Mediol.de commut.vlt.vol.cap.7. numer. 229.
11 Quod magis procedit, † postquam est dete-
cta indulti subreptio vt tradit *Maresc. var. re-*
sol.dicto lib.2.cap.1.nu.92.Marta d.claus.176.n.21.
Modern.Mediol.d.cap.7.sub nu.229. limit.11. Bar-
bosa d.claus.175.num.40.

Secundo affirmari nihil interest, quod nul-
la iure adesset subreptio in eo, quod Pontifici
Maximo narratum non fuerit in litteris reser-
uationis pensionis fuisse expresse prohibitum,
ne pensio etiam vigore Indulti Apostolici
12 posset transferri; † siquidem huic indulto
semper resistit prohibitio in limine reserua-
tionis apposita, ne pensio transferretur sub
13 pœna nullitatis, † & pactum ex dictæ prohi-
bitionis acceptatione inter pensionarium, &
titularem resultans, vt optime comprobatur
in decisione quæ reuidetur §.*subreptio, & §.vl-*
terius, de quibus cum nulla mentio in indul-
to habeatur,vtique nulla derogatio potest in-
14 duci, etiam ex clausulis † prægnantissimis,
quæ tantum ad expressa debent restringi, *Ro-*
ta apud Peniam decis. 997. num. 8. & decis. 1742.
num. 6. cum alijs adductis à Modern.Mediol.de com-
mut.vlt.vol.cap.7.nu.209.Maresc.var.resol.d.lib.2.
cap.40.num.13.& num.23.& 24.

Quapropter remoueri non potest obiectū
15 talis pacti, † quod præter propriā vim etiam
iuris iurandi Sacramento fuit roboratum, vt
ponderauit *Rota coram Duran.decis.5.num.4. cum*
16 *pluribus seqq*. † ad cuius derogationem sem-
per specifica mentio requirebatur, vt in pri-
17 ma decisione firmatur, † adeò quod facultas
transferendi non suffragetur,quando ex pacto
in reseruatione pensionis apposito prohibita
erat translatio, vt benè probant, *Rota dec.689.*
num.1.par.4.diuers. quæ apud *Zacch.inuenitur de*
oblig.Camer.decis.138.num.1.& decis. 153. num.1.
par. 5. recent. Quarum vim non effugiunt res-
pondentes, quod in *dicta decis.689.nu.2.& seq.*
18 dicatur † Pontificem absque consensu alicu-
ius posse ex mera liberalitate pensiones trans-
ferre; quia non ex eo ibi reiecta fuit pacti op-
positio, sed quia pactum non verificabatur in
facto, & pensio fuerat simpliciter reseruata,vt
ex eius lectura manifestè constat. Nec magis
satis fit *d.decis.153. par.5. recent.* dicendo quod
eius *num*. 1. *&* 2. deducuntur motiua pro ra-
tione dubitandi, *& num. 15. cum seq.* obiectis
respondendo dicitur, quod licet Titularis cō-
19 sentiat ad vitam pensionarij tantum, † nihi-
lominus posse Papam concedere facultatem
transferendi, cum priuatorum consensu non
possit alterare naturam reseruationis pensio-
nis: Nam hæc responsio in nihilo Translata-
20 rium releuat, † cum non dubitetur de pote-
state Pontificis, sed solum de ipsius scientia,
& voluntate, nec doctrina generalis *d.num.15.*
21 *tradita*, † quod semper censeatur pensio reser-
uata ad vitam translatarij possit applicari ad
speciem propositam decreti prohibentis trā-
slationem, & pactum initum inter transferen-
tem, & translatarium de quo notitiam ha-
22 buisse Pontificem non constat, † nec quod ei
derogare voluisset, vt præter allegatos in pri-
ma decisione comprobant *Gonzal. ad regul. 8.*
Cancell.gloss.36.num.36.Modern. Mediol.d. cap. 7.
num.213.

Nec potest dici summum Pontificem de-
rogasse pacto, ac suppleuisse consensum titu-
23 laris in indulto translationis, † dum concessit
facultatem transferendi pensionem perinde,
ac si ipsimet Titulares translationi dictę pen-
24 sionis concessisset. † Nam prædicta facultas
solum respicit consensum requisitum Titu-
laris ad translationem pensionis iuxtà regulas
Cancellariæ, cui Pontifex derogare voluit, &
sic consensum futurum, non verò præteritū
ex pacto præcedenti, quod valdè diuersum
est; Si quidem primus consensus est simplex
vnius, iste verò reciprocus vtriusque partis
25 per quem ius Titulari quęsitum fuit,† & cui
Papa non censetur derogare voluisse, quam-
uis derogasset simplici consensui Titularis.
Rota decis.347.num.4.vers.ex quibus, & num.5.&
26 *seqq*. vbi subditur quod † derogatio tanquam
odiosa non debet extendi ad alios casus, *& de-*
cis.484.nu.4.par.4.tom.2. recent. coram Penia deci-
sion.1582.nu.10.& seqq.Maresc.var. resol. d.lib.2.
d.cap.37.num.35.

Quod verò Reuerendissimo Episcopo trā-
sferenti pensio non debeatur, amplius non
controuertitur, & satis in decisione quæ re-
uidetur §. *sed nec minus fuit comprobatum*, adeout
noua confirmatione non indigeat.

Atque ità vtraque parte &c.

R.P.D.

R. P. D. MELTIO
Postea Episcopo PAPIEN.
Melcuitana Bonorum.
Veneris 10. Maij 1652.

ARGVMENTVM.

Transactio quid sit, & quæ illius requisita examinantur. Læsio in transactione ex quibus excludatur. Hospitale, vel locus Pius quando dicatur Ecclesiasticus, & quando dicatur tantummodo locus pius laycalis.

SVMMARIVM.

1 *Transactio proprie quid sit, & num. 2.*
2 *Transactionis requisitum est quod fiat super re dubia, & incerta.*
Et quod hinc inde aliquid sit dandum, vel remissum, num. 4.
5 *Dubietas materia ad effectum transactionis oritur ex sententijs hinc inde.*
6 *Transactio ex quacumque occasione dubitandi substinetur.*
7 *Timor litis solus, et si in iudicio deductæ sufficit pro transactione.*
8 *Mala fides purgatur, et conuertitur in bonam fidem per sententias fauorabiles.*
9 *Pretium in venditione Conuentum præsumitur iustum.*
Ideoque prætendens contrarium maxime ad rescindendam transactionem tenetur illud concludentissime probare, num. 10.
11 *Fructus legitimæ consistentis in pecunia, et non in stabilibus non debentur.*
12 *Læsio mentiri debet ex toto contractu, et ex omnibus in eo contentis, non autem ex vna parte.*
13 *Læsio an dicatur enormissima, nec nè remittitur arbitrio Iudicis.*
14 *Læsio in transactione excluditur si fuerit celebrata coram Magno Magistro, et Iuratoribus Ciuitatis.*
Præsertim stante dubietate litis longo tempore discussæ, num. 15.
16 *Pro transactione substinenda omnis interpretatio est capienda.*
17 *Debitor non potest quis dici ex sola administratione tutelæ nisi talis appareat ex redditione rationis.*
18 *Hospitale censetur laycale si à laycis gubernetur, et non probetur erectum auctoritate Ordinarij.*
19 *Locus Pius dicitur ille in quo exercentur opera pia.*
Locus Ecclesiasticus dicitur ille qui fuit erectus auctoritate Ordinarii, num. 19.
20 *Fides simplex nihil probat præsertim in concursu testium ad perpetuam rei memoriam examinatorum.*
21 *Locus Pius non potest dici Ecclesiasticus ex deputatione Cappellani pro Missis celebrandis, & Mortuis seppelliendis.*
Si non probetur deputatio facta ab Ordinario, sed à laycis.
22 *Hospitale ad vsum pium fundatum potest dici pium post mortem testatoris.*
Sed hac opinio transire potest ad effectum, vt largo modo hoc dici possit, non autem adhoc, vt dici debeat Ecclesiasticum ad effectum seruandi beneplacitum Apostolicum in contractibus illius, & num. 23.
24 *Hospitale adhoc, vt tamquam Ecclesiasticum debeat seruare beneplacitum Apostolicum in contractibus necesse est, vt erectum fuerit auctoritate Papæ, vel Ordinarij.*

DECISIO CCXLVIII.

DOMINI persistendo in decisis coram me sub die 10. Februarij 1651. iterum responderunt, quàm Venerabile Hospitale Sancti Spiritus Ciuitatis Melitæ renouare prætendebat contra illos de Cassar obstare transactionẽ alias vsque de anno 1580. inter dictum Hospitale, & Auctores illorum de Cassar initam;
1 Quia † transactio nil aliud est, quam recessus à lite, & actione mota, & mouenda, & ideò dicitur transactio quasi transitus ab actione secundum *Bart. in l. siue apud acta num. 22. C. de*
2 *transact.* † vel quasi transiens actio secundum *Bald. in l. 2. ff. de iure iur. l. in summa, & l. eleganter, ff. de cond. indeb. l. sub prætextu, C. de transact. cap. 1.*
3 *extr. eodem.* † Necessaria autem transactionis requisita in eo consistentia, vt nempè illa fiat super re dubia, ac incerta *l. 1. ff. de transact. Ias. in rubric. num. 15. ff. de transact. Roman. in cons. 517. nummer. 18. vers. non est autem dubium. Crauett. cons. 153 num. 10. vers. breuiter ista transactio. Rota in recent. decis. 447. num. 2. vers. nec visum est obstare, & in Bononien. nullitatis concordiæ 13. Iunij 1645. coram*
4 *R. P. D. meo Cerro §. secundo pro inefficacia,* † Nec non vt fiat cum mutua inter ipsos Transigentes compensatione aliquo hinc inde dato, vel remisso *l. transactio nullo dato, vbi DD. C. de transaction. Rota in recent decis. 231. nu. 2. part. 4. & decision. 271. num. 25. vers. qui dolus part. 6.* Satis in proposito casu verificantur, quæ propterea istius transactionis validitatem clarè demonstrant.
5 Dubietas materiæ, † super qua inita fuit transactio satis colligitur ex diuturnitate litis, & diuersitate sententiarum hinc indè emana-
6 tarum, † & tamen ad hunc effectum etiam quæcumque modica occasio dubitandi sufficeret *l. 2. vbi gloss. in verb. nulla, & ibi Bart. & Bald. num. 1. C. de transact. Alex. cons. 20. num. 3. vers.*
7 *quia respondeo lib. 3.* † & etiam si lis adhuc in iudicio deducta non fuisset, solus illius timor deseruire potest pro iusta causa transactionis, *Paris. cons. 3. nu. 24. vers. esto quod lis in iudicio par. 4. Rota in recent. decis. 203. num. 2. part. 3. & in Bononien. fideicommissi de Tostinis 5. Iunij 1648. coram R. P. D. meo Peutingero §. fin.*

Pariter dictam transactionem fuisse ex vtraque parte correspectiuam patet ex eo, quod Hospitale in recompensam iurium ab eo dimissorum, & signanter medietatis Territorij Ameriæ spectantis ad hæreditatem q. Nicolai Antonij Xerri, cui Hospitale vigore substitutionis in Testamento eiusdem Xerri ordinatæ succedebat, reportauit ab illis de Cassar amplissimam renunciatiónem omnium iurium, quæ è contra illis competebant super hæreditate,

tate, & bonis eiusdem Nicolai Antonij occasione dotis Antonellæ eius vxoris consistentis in pecunia, mobilibus, alijsque bonis viliori pretio per eum distractis. Vnde cum apparet vberem,& amplam fuisse recompensationem ab Hospitali reportatam, ex hoc capite iustè impugnari non posse videtur huiusmodi transactio.

Non obstat obiectum iterum excitatum læsionis enormissimæ ex eo deductum, quod iura ab Hospitali renunciata longè maiori æstimatione excedant ea, quæ fuerunt in recompensam remissa ab illis de Cassar, nàm etiam si attendatur calculus ad id probandum datus pro parte Hospitalis ab illo minimè resultat talis læsionis probatio,in eo enim iura renunciata ab illis de Cassar valutantur in sc. 1020. & è contra bona dimissa ab Hospitali æstimãtur in scutis 3589. prout in pluribus partitis in dicto calculo adnotatis à quibus tamen si demantur partitæ infra dicendæ prætensa læsio penitus cessabit. Primò namque demenda venit partita scut.795. occasione fructuum à die motæ litis in dicta summa per sententias liquidatorum, quia cum dictæ sententiæ fuerint deinde reuocatæ, & concessa illis de Cassar reintegratio in bonis ad quæ Hospitale antea obtinuerat immissionem, vtique tales fructus non sunt amplius ponendi ad creditũ Hospitalis, cum illi spectent ad Victorem, & mala fides, quæ dici posset inducta ex origi-
8 nali contestatione litis, † purgata deinde remansit, & conuersa fuit in bonam fidem per sententias fauorabiles reportatas à dictis de Cassar rei conuentis *l.quæsitum in fin. ff.de acquer.dom.Surd.consf.115.num.7.lib.1. Menoch.de recuper.remed.9.num.593.Peregrin.de fideicomm. art. 49.num.110.Rota coram Buratt.decis.568. num. 3. vers.tertio reos conuentos*.

Visa fuit pariter moderanda partita etiam scut. 900. pro pretio medietatis dicti Territorij Ameriæ, quia ex Instrumento emptionis dicti Prædij factæ à dicto Nicolao Antonio Xerri, & Laurentio Cassar de anno 1562. apparet illud emptum fuisse in totum pro precio vnciarum 500. constituentium de moneta scuta 1250. quorum propterea medietas
9 non excedit scuta 625. † & istud iustum pre-
10 tium præsumitur; † adeout si Hospitale illud maioris valoris fuisse prætendat, ipsi incumbat onus hoc probandi, maximè dum agit ad effectum rescindendi transactionem; Vnde plenè,& concludenter dictum valorem tenetur probare *Seraph.decis.638.nu.4. & 5. & decision.1462.nu.1.in recent.decis.231.nu.1.in fin.par.4* & quidem de tempore transactionis non autem antea *iuxt.gloss.& communiter DD. in l.2. C. de rescind.vendit.Rota coram Buratt.dec.538. nu.9.* & fuit dictum *in Romana pecuniaria de Ceulis 26. Iunii eiusdem anni §.fin.coram bc.me.Coccino*.

Etiam sexta partita scut. 412. consisten. in fructibus legitimæ debitæ Antonellæ spacio 35. annorum, nempè à die illius obitus secuti de anno 1564. vsque ad diem transactionis factæ de anno 1599. taxatis ad rationem scutorum 5. pro centenario visa fuit recipere diminutionem, quia dos Antonellæ, ex qua venit detrahenda dicta legitima non consistebat in stabilibus, sed eius maior pars constituta fuerat in pecunia, iocalibus, & mobilibus, fructus autem respectu illius partis legitimæ,
11 quæ consistit in pecunia, vt minimè debeantur articulo maturè discusso, firmauit *Rota in Romana Legitimæ del Nero 4.Iulii 1646. cor. Eminentiss.D.Card.Otthobono*.

Huiusmodi partitæ, quarum aliquæ vt supra dictum est in totum sunt expungendæ, aliæ autem in parte moderandæ, cum constituant summam scutorum 1400. circiter, sequitur vt detracta hac summa iura ab Hospitali renunciata etiam iuxtà suum calculum remaneant in summa scutorum 2189. & ità apparet illa non excedere valorem iurium ab illis de Cassar remissorum nisi in scutis 1179. appretiando tamen eorum valorem ad formã calculi Hospitalis in scut.1020. quibus tamen cum addi debeant infrascriptæ partitæ, quæ non sunt in calculo descriptæ,& in transactione continentur, nempè vnciæ decem annui redditus debiti per iugales de Gueuara, vncia vna debita per Simonem Sciclune; Item iura in duabus tertijs partibus loci, & domorum vbi habitabat Hieronymus Xerri, & in clausura Terræ appellata Habelfalson. Hinc fit vt omnibus istis partitis cumulatis, prout ad
12 hunc effectum requiritur, † quia læsio metienda est ex toto contractu, & ex omnibus in eo contentis, non autem ex defectu vnius, vel alterius *DD.in l.si ex falsis, C.de transaction.Surd. consf.217.num.6.lib.2.Roc.in recent.decis.231.nu.1. in fin. par. 4.* Dubia admodum, & æquiuoca
13 redditur prætensa læsio, † adeout Iudex à cuius potissimum arbitrio pendet statuere quęnam læsio enormissima dicatur, vt post *Abb. Butr. & alios ibi allegatot tradit Menoch. de arbitr. Iudic.lib.2.cas.74.nu.4. Dec.cons.39.num. 7. Paris. cons.12.nu.8.& cons.89.nu.93.volum.1.Rolan.con-*
14 *sil.7.num.54.& seqq. volum.3.* † Arbitrari possit eam in proposito casu non adesse, præsertim dum hæc transactio inita fuit cum pręsentia Magni Magistri,& Iuratorum Ciuitatis, quorum auctoritas quamcumque lęsionis pręsumptionem excludit, vt pręter allegatos in alia decisione firmauit etiam *Rota decis. 120. nu.15.& 25.coram sanct.mem.Gregor.XV.dec.457. nu.1.part.2.recent.decis.783.nu.14. coram Buratto,*
15 ponderando etiam dubium litis † euentum, qui dedit causam huic transactioni, ac illius per tam longi temporis spacium obseruantiã
16 *Crauett.cons.707.nu.30.Dec.cons.28.nu.11.*† Vltra quod pro sustinenda transactione capitur semper omnis interpretatio *Rota in Foroliuien. bonorum 1.Februarii 1641.coram Reuerendiss.Terracinen. & in Bononien. Bonorum de Tostinis 5. Iunii 1648.§.vltimo in fin. coram R.P.D.meo Peutingero*.

Neque subsistere videtur pętensio illa, quod inter alia iura ab Hospitali remissa addi debeant alia scuta mille pro alijs effectibus ad fideicommissum q. Nicolai Antonij spectan. & signanter pro liberatione à redditione rationis Tutelę à Laurentio Cassar per plures

annos exercitæ. Quia alij effectus non iustificantur, & in sententijs latis ad fauorem Hospitalis nullibi legitur, quod ex causa dictæ administrationis ad aliquid cōdemnatus fuerit di-
17 ctus Laurentius, † neque ex eo solum, vt Tutelam exercuerit dici potest debitor, nisi talis ex redditione rationis appareat, *Anch. cons. 235. nu. 1. ad fin. vers. prætereà propter incertam, Alexan. cons. 192. num. 2. ad fin. Negusan. de pignor. part. 5. membr. 1. nu. 37. Coph. cons. 768. num. 13.* cum alijs cumulatis per *Buratt. decis. 123. num. 6. vers. imò, & decis. 443. num. 2. & decis. 296. num. pariter 2.*

Non etiam refragari visum fuit obiectum aliàs factum, & denuò in hac disputatione repetitum contrà validitatem huius transactionis ex defectu beneplaciti Apostolici, quia Domini transierunt cum responsione iam data in alia decisione sub §. *Non obstat prætensa nullitas transactionis*, quod cum dictum Hospitale à Laycis gubernetur censeri debeat layca-
18 le, † etiam si in eo opera pietatis exerceantur, dum non constat, quod illud auctoritate Ordinarij erectum fuerit, vt præter adductos in dicta decisione notat *gloss. in cap. ad hæc in fin. de relig. dom. Monett. de commut. vlt. volunt. cap. 4. nu. 25. & 26.* afferens hanc distinctionem inter
19 locum Pium, & Ecclesiasticum, † videlicet, vt respectu primi sufficiat exercitiū operum Piorum, quo verò ad secundum requiratur erectio facta auctoritate Ordinarij, vel Pontificis, *Ant. Gabr. cōmun. conclus. lib. 6. tit. de pia caus. conclus. prima sub num. 1. & num. 7. vers. tenendo primam opinionem, Hieron. Gabr. cons. 162. sub num. 2. vers. primò quia, Mastrill. decis. 110. nu. 16. Comitulo decis. 94. num. 3. vers. cum enim,* & latiùs *decis. 117. num. 13. vers. Ecclesiastica tamen, cum seqq. Coccin. decis. 210. numer. 1. vers. nam licet Confraternitas,* idemq; pluribus alijs cumulatis firmauit *Rota in Mediolanen. Bonorum 31. Maij 1649. coram Eminentissimo D. Cardinali Corrado, §. Siquidem obiectus.*

Neque habita fuerunt in consideratione signa nouiter ab informantibus pro parte Hospitalis ponderata ad effectum, vt dictum Hospitale dici debeat Ecclesiasticum, scilicet existentia Ecclesiæ, cum fonte baptismalis, & se-
20 pulturis, † quia hæc non probantur aliundè, quam ex simplici fide, quæ nullum probationis gradum constituit, *l. 3. §. Diuus, ff. de test. Authent. si quis in aliqua, C. de eden. Guidopap. decis. 16. num. 2. Cephal. consil. 384. num. 21. Decian. cons. 56. nu. 91. cum vulg.* præsertim in concursu Testium examinatorū ad perpetuam rei memoriam ad instantiam illorum de Cassar, qui contrarium deponunt.

Demum neque vllius releuantiæ visa fuit prætensa deputatio Rectoris, seu Cappellani pro celebrandis Missis, & sepeliendis mortuis,
21 *Summar. Hospitalis num. 15.* † Quia nec ex illa valet inferri, quod locus sit Ecclesiasticus, dum dicta deputatio apparet facta à Laycis absque vlla approbatione Ordinarij, quæ omninò fuisset necessaria, vt dictus Rector, seu Cappellanus sic deputatus Sacramenta administrare potuisset, *Barbos. in Collect. ad Concil. Trid. sess. 24. de reformat. cap. 18. num. 158.* quo verò ad doctrinam *Garz. de benefic. part. 5. cap. 1. nu. 602. & seqq.* firmantis Hospitale ad vsum pium fundatum post mortem fundatoris dici posse
22 pium, † & non antea licèt hæc opinio admitti possit ad effectum, vt locus pius dicatur largo tamen modo sumptus, prout est quicumque
23 alius opera pietatis exercens, † non tamen visa fuit receptibilis, in quo casu quo quæritur an Hospitale dicatur Ecclesiasticum, & an in contractibus beneplacitum Apostolicum
24 requiratur † cum ad istum effectum omninò necessaria sit erectio facta mediante auctoritate ordinaria, vel Apostolica, & quod ea probetur, vel expresse, vel mediantibus signis illam necessariò concludentibus, *Barbos. de potestat. Episcop. alleg. 75. num. 25. & seqq. Monet. de commut. vlt. volunt. cap. 4. num. 25. & 26. Carol. de Grass. de effect. Cleric. effect. 1. nu. 122. vers. & quia, cum seqq.* cum alijs congestis in dicta *Mediolanen. Bonorum coram Eminentiss. D. Card. Corrado.*

Et ita vtraque parte, &c.

R. P. D. BICHIO.

Meleuitana Fideicommissi.

Lunæ 13. Maij 1652.

ARGVMENTVM.

Prædia, quando, & ex quibus dicantur ex destinationis Testatoris vnita, & separata alteri Prædio sub quo testator fideicommissum imposuit, & quando non egregiè explicatur.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum certæ rei non continet bona separata.*
Fortius si Testator nullam fecerit mentionem pertinentiarum. num. 2.
Præcipuè si in alijs Instrumentis de eadem re fideicommisso supposita loquentibus fuerit facta mentio pertinentiarum. num. 3.
Et adhuuc effectum sufficit Possessori probasse realem, & localem distinctionem nisi fideicommissarius probet vnionem, & incorporationem. nu. 4.
Nec sufficit ad hoc probatio, quod insimul dicta bona locata fuissent. num. 5.
6 *Confessio non nocet non habentibus causam à confitente.*
Præsertim si fuerint erronea. num. 7.
8 *Fideicommissum certæ rei continet, etiam alia bona separata quādo Testator illa destinabat vnita rei fideicommisso subiectæ. & num. 26. & seqq.*
Et tunc non est necesse, quod nominatim exprimantur. & num. 10. 27. & 28.
Fortius si Testator vsus fuerit verbis generalibus. num. 11. & 12.
9 *Fundus constituitur ex destinatione, & voluntate Testatoris.*
13 *Destinatio Testatoris de fundo alteri vnito ex quibus probetur.*
14 *Confessio Tutoris in Inuentario emissa adminiculata probat contrà pupillos, & de ratione. num. 15.*
Et contrà habentes causam à Pupillis. num. 16.

17 Ex-

17 *Exceptuatio de sui natura supponit inclusionem. & num. 19.*
Et quando secus. num. 18.
20 *Dictio, ex, denotat dismembrationem, & separationem.*
21 *Priuatio supponit habitum.*
22 *Stipulatio eodem modo, quo probat contrà stipulantem pariter probat cõtrà habentem causam ab eo.*
23 *Confessio facta contrà aliquos in iure actu probat contrà confitentem in alio.*
24 *Error in confessione vnius rei non influit in aliam rem separatam.*
25 *Locatio separata Prædij à Tutore facta non infert diuersitatem in membris à Testatore destinatis pro vnitis.*
29 *Bona fideicommissi alienari non possunt.*
Etiam pro extinctione census à fideicommittente empti si alia bona in hæreditate existant.
Et ità pariter pro restituenda dote vxori fideicommittentis. num. 31.
32 *Administrator fideicommissi præsumitur de Credito satisfactus, & si non sibi satisfecit, & maluit debita posteriora, vel ad fideicõmittentem particulariter non spectantia debet sibi imputare.*
33 *Dos data in annuo redditu in eodem est restituenda.*

DECISIO CCXLIX.

RE, & loco à Tenuta Ta Venetia, quam Io: Paulus Manduca Testator particulari fideicommisso, de quo agitur subiecit, sciunctas esse imò tribus miliarijs distare clausuras nuncupatas, Tantlin, Tarimedi, & Taeatlan, deponunt disertissimè plures Testes ab informantibus pro Cumulo Charitatis examinati in Curia post decisionem huius causæ editam corã me sub die 13. Martij 1651. vndè ijdem
1 informantes ab ea recedi insteterunt, † quia sub fideicommisso certæ rei non veniunt bona separata, *Ias. cons. 91. num. 3. lib. 1. nu. 5. Ceph. consil. 144. num. 1. & seqq. Menoch. cons. 337. num. 1. & seqq. Gratian. discept. 126. num. 6. & 14. Petra de fideicomm. quæst. 13. num. 405.*

Eo minus, quia Testator locutus fuit simpliciter de fundo Ta Venetia nulla facta men-
2 tione eius pertinentiarum, † vt necesse esset ad effectum, vt censeantur inclusa membra separata diuersæ qualitatis, etiam si essent de pertinentijs ex quadam comoditate annexatis rei principali, tradunt *Modern. Parisien.* quos refert, & sequitur *Petra de fideicomm. d. quæst. 13.*
3 *num. 520.* Attento præsertim, † quod in alijs Instrumentis de eodem fundo loquentibus pertinentiarum facta est mentio, & in ventre ipsius fideicommissi expressa nominatim fuerunt alia duo corpora; exindè enim arguitur, quod si Testator voluisset dictas clausuras cõprehendi illas quoque expressisset, vt in terminis ratiocinatur *Menoch. d. consil. 337. num. 9. vers. Sextò confert, Ceph. cons. 144. nu. 6. Bellon. Iun. cons. 10. num. 30. in fine, & num. 31.*

Sufficitquè Cumulo Reo, & possessori probasse harum clausularum realem, localemque
4 distinctionem † nisi fideicõmissarius eas perpetuò vnitas, & incorporatas fundo Ta Venetia probet, *Crauett. cons. 239. sub num. 2. versic. Apotheca, Curt. Iun. cons. 158. num. 6. Io: Franc. d Pont. cons. 63. num. 36. & seqq. lib. 1.* Neque ad id satis est, quod doceat fuisse simul locatas,
5 quia † hoc fieri potuit gratia commodioris conductionis, *Alex. cons. 169. nu. 9. lib. 5. Menoch. d. cons. 337. num. 26. & 27. Bellon. Iun. d. cons. 10. num. 24. & duobus seqq. à Pont. d. cons. 63. num. 39.* prout nec releuat confessio emissa à Tutrice
6 in Inuentario tutelari, † quia non nocet Cumulo à Tutrice causam non habenti, aut pupillis, ex allegatis in *decis. 28. num. 30. decis. 39. num. 2. coram bo. mem: Vrgellen.* Et conuincitur
7 erronea, † tùm quia contextualiter exprimit clausuras tunc fuisse simul cum fundo Ta Venetia locatas, tùm ex testibus examinatis super pertinẽtijs dicti fundi has clausuras non recensentibus, *Summario Cumuli num. 12.*

Nihilominus Rota stetit in decisis, quia separatio locorum non efficit, quin etiam alia bona veniant sub fideicommisso particulari,
8 quando † destinatione Patrisfamilias vnita perpetuò erant rei fideicommisso subiectæ,
9 cum † fundus constituatur ex voluntate, ac destinatione Testatoris, *l. si cui ædes 30. ff. leg. 3. l. ex facto 35. §. rerum autem, ff. hæred. instit. l. si quando, ff. aur. & argent. legat. l. Seia, §. Tiranne, ff. fun. instr. Ceph. d. cons. 144. num. 15. & seqq. Odd. cons. 21. num. 36. & seqq. vsque ad 52. Bellon. Iun. dicto cons. 10. nu. 23. Petra de fideicomm. d. quæst. 13.*
10 *nu. 522. & 544.* † vbi, quod tunc necessè non est, quod exprimantur nominatim, vel per verba ampliatiua, *Castill. quotid. contron. lib. 5. cap. 62. num. 26. & pluribus seqq. Surd. decis. 241. num. 10. & seqq. Rot. decis. 118. nu. 10. & 11. part. 5.*
11 *recent.* † Facilius vbi, vt in casu nostro ad desigãdam rem fideicommisso subiectam Testator vsus fuit verbis generalibus vniuersitatem quandam significantibus, quale est nomen Territorij, ibi: *Territorium, &c. appellatum*
12 *Tà Venetta*, † vt in terminis verbi minus generalis quale est verbum, Poderium, aut Possessio, quam Testator habet in tali loco, ponderat *Bart. in d. l. Seia, §. Tiranne in fine, & in l. 1. in fin. ff. reb. dub. Soccin. Iun. cons. 65. num. 28. lib. 1. Bellon. Iun. d. cons. 10. num. 26. in fine, & sub nu. 20. Mantic. de coniect. lib. 9. tit. 2. num. 13. Surd. dicta decis. 241. sub num. 12. vers. 4. Testator, & nu. 13.*

Quod autem clausuræ controuersæ fuerint
13 destinatione Testatoris vnitæ perpetuò, † ac membra Territorij Tà Venetia apparet, tùm ex confessione Catherinæ Matris, ac Tutricis filiorum fideicommittentis in Inuentario hæreditario emissa, ibi: *Quali clausure sono mem-*
14 *bro, &c.* † quæ ex infradicendis adminiculata probat etiam contrà pupillos, *gloss. in leg. cum precibus in fin. C. probat. Cyn. in l. fin. nu. 6. C. arbitr.*
15 *tutel.* & ibidem *Salyc. nu. 2.* † vbi quod hoc est speciale in Inuentario Tutoris, quia fit maxima solemnitate, *Rim. Iun. cons. 819. nu. 68. & 69. Mascard. de probat. concl. 938. n. 9. Grat. discept. 766. num. 56. & seqq. vsque ad fin.* facit *Surd decis. 325. num. 5. & seqq. Rot. decis. 362. num. 8. part. 1. recent.*
16 & † per consequens contrà Cumulum hæredem Petripauli alterius ex dictis pupillis, *Rot. decis. 42. num. 2. & 6. part. 5. decis. 96. nu. 2. & seq. decis. 127. num. 7. part. 7. recent.*

Tum ex Instrumento cessionis medietatis
Tenutæ Ta Venetia per dictam Tutricem de
anno 1600. Angelo filio factæ, vbi cessa fuit
d. medietas, & nominatim aliquæ aliæ clau-
suræ tanquam illi coniunctę,& exceptuantur
nostræ clausuræ, per verba, *Exceptis, & exclusis
ex prædicta Territorij medietate clausura appella-
ta, &c. & terris appellatis Tantlin, Tarimedt. &
Tacatlan*. Ex huiusmodi nimirum exceptio-
ne in actu, in quo de Tenuta Ta Venetia,
membrisque ei vnitis dumtaxat agebatur, re-
sultat in necessarium antecedens, quod terræ
exceptuatæ essent de membris Tenutæ,quia
17 alioquin frustratoria fuisset exceptio,† eaque
supponit exceptuatorum de sui natura inclu-
sionem in corpore nominato, *l. 1. §. sed exci-
piuntur, ff. serus, Barz. decis.71. numer.13. & 26.
Comitul.decis.165.nu.14.* ponderando maximè,
quod non versamur in simplici exceptuatio-
18 ne, † à qua inferri non posse ad inclusionem
rei exceptæ in re principali, quæ ab eadem re
principali diuersa erat, ait *Soccin.cons.47.nu.3.*
19 *lib.1.Alex.cons.14.nu.4.lib.7.* † Sed in exceptio-
ne qualificata per expressionem aliquorum
membrorum rei principalis, & per explicita
verba relatiua ad ipsam rem principalem,
20 ibi; *Exceptis ex dicta medietate*; † Multumquè
facit dictio, *ex*, quia denotat harum terrarum
à re concessa dismembrationem quandam,
& separationem, *Bald. consil.121. vers. ex linea,
lib.1. Bellon.Iun.cons.97.n.9. Barbos.dictione 115.*
21 *num.7.* quæ intrinsicitatem supponit, † non
secus, ac priuatio supponit habitum, *l. Manu-
missiones, ff.iust. & iur. l.Decem, ff.verb.oblig. cum
vulgar.*

Tùm ex alio Instrumento retrocessionis
eiusdem Tenutæ, celebrato de anno 1610.
cum simili exceptione,ac verbis suprà relatis,
stipulante ipso Petropaulo Authore Cumuli,
22 contrà † quem propterea probat, non secus,
ac contrà Petrumpaulum, *Socc. cons.13. nu.5.
vers.Et probatio lib.3. Ruin.cons.50.num.53. lib.1.
Aret. cons.112.num.2. Rot. coram sanct: mem: Gre-
gor. XV. decis.172.num.1.*

Tùm quartò ex confessione ipsiusmet Cu-
muli, qui aliàs per decisionem editam coram
Eminentiss. D.Card. Otthobono. has clausu-
ras esse comprehensas in Tenura Ta Venetia,
23 vt illius membra obtinuit canonizzari, † nec
ei hodie displicere debet, quod semel contrà
alias personas placuit, vt in terminis tradit
*Decian.cons.78.num.41.lib.3. Menoch. consil.337.
num.39. Fusar. de subst. quæst.500. num.1. in fine,
& num.4.*

Ex quibus gratis dicitur erronea suprà cita-
ta confessio Tutricis, quam imò subsequen-
tia Instrumenta, & ipsius Cumuli obseruan-
tia confirmat. Parumque refert, quod ibi Tu-
trix per errorem asseruerit bona hæc solita
24 esse simul locari. † Nam quicquid sit de hoc
nihil cõmune habet cum confessione annexi-
tatis horum membrorum prorsus separata,
*gloss.1. in l.si idem, Cod.except. Bart. in l. Aureliæ,
§. idem quæsijt num.3. ff.liber. leg. Surd.decis.258.
num.2. Cas. Manent. decis.69. num.2.* Sicuti nec
vrget, quod successiuè eadem Tutrix non
possidebat Tenutam Ta Venetia cum illam
de anno 1600. his membris exceptis, cessisset
25 Angelo, † præter quod, non exindè inferri
posset ad diuersitatem membrorũ destinatio-
ne Patrisfamilias vnitorũ, *Gratian.discept.126.
nu.21.* Ad Testes autem deponentes de mem-
bris Tenutæ, & hæc non recensentes, respon-
detur eos non coarctare negatiuam inclusio-
nis aliorum membrorum,vt requiritur, *Bald.
in l.1.num.7. C.bon.poss. secund. tabul. Rot.dec.92.
num.4. part. 2. recentior. decis.604. num.10. coram
Buratto.*

Non obstat, quod Testator locutus non
26 fuerit de pertinentijs Tenutæ, † quia adhuc
veniunt eius membra vnita destinatione Pa-
trisfamilias ex allegatis suprà *in §.Nihilominus.*
Eo magis quia agitur de fideicommisso par-
ticulari fauore Agnationis constituto, eique
Testator expresè subiecit etiam alia duo cor-
pora separata, vndè fortius prȩsumendum est
voluisse includi has clausuras vsui eiusdem
Tenutæ destinatas,de quibus expressam men-
tionem non fecit sicut de alijs corporibus se-
27 paratis, † quia de se veniebant appellatione
Tenutæ, & sufficit hoc modo fuisse inclusas,
Menoch. consil.86. num.30. Surd. cons.25.num.33.
28 *Rot.decis.258.num.19. part.5. recent.* † & incon-
gruum esse ab expressa mentione corporum
separatorum facta ad augendum, ac amplian-
dum fideicommissum illius diminutionem
educere, vt benè in fort. termin. ratiocinatur
*Surd. decis.241. sub num. 19. versic. respondetur,
& num.20.*

Posita autem horum membrorum inclu-
sione in fideicõmisso, sequitur nulliter fuisse
29 de anno 1620. alienata, † non obstante,quod
alienatio asseratur facta pro extinguendo ære
alieno fideicommittentis, quia, vt respondet
prima *decisio in §. Quo verò ad æs alienum*, quod
fuit extinctum exceptis duobus censibus mo-
dici momenti,non spectabat ad fideicommit-
tentem, & hodie additur,quod signanter cen-
sus scutorum mille venditus ab hærede gra-
uato de anno 1613. Petro à Bononia esto,quod
cessisset in solutionem summæ à fideicom-
30 mittente promissæ Angelo, † non debuit ex-
tingui alienando bona fideicommissi; quia
tempore impositionis census aderant in hȩre-
ditate alia bona ex quibus dicta summa pro-
missa Angelo solui poterat, vt inter has ipsas
partes fuit decisum in *Melinit. census 29. Ianna-
rij proximi præteriti, §.Obseruarunt coram R.P.D.
meo Peutingerio*,quæ licet loquatur de statu hæ-
reditatis de anno 1611. benè applicatur dictæ
impositioni proximæ subsecutæ de ann.1613.

Dos pariter Catherinæ vxoris fideicommit-
tentis soluenda erat, ex alijs bonis hæredita-
31 rijs de dicto tempore, † vt suprà existentibus,
cumque Catherina, quæ illa vsque ad annum
32 1619. administrauit, † potuisset ex ipsis sibi
satisfacere, vel satisfecisse præsumitur, vel sibi
imputare debet si maluit alia debita, aut po-
steriora, aut ad fideicommittentem non spe-
ctantia solui, *Fontanell. de pact. nupt. clausula 6.
gloss.1. part.2.nu.66. Barz.decis.72.nu.21. & seqq.
Rot. decis.30. num. 62. inter impress. apud Modern.*

Fore-

Foroliuien. de pign. & in Romana detis 11. *Februarij* 1647. §. *Nec obstat in fin. coram me.* Et insuper animaduertendum est, quod pro maiori parte nempè pro vncijs 455. dos constituta fuit in certo corpore, nempè in annuo redditu, debito super bonis Ferdinandi, & Pernæ de
33 Gueuara, *Summ. Cumuli nu.*20. † Et propterea idem redditus erat restituendus, *Campegg. de dote part.*2. *quæst.*79. *nu.*1. *Phanuc. de dote gloss. restituen. num.*48. & 49. *Giurb. in consuetud. Messan. cap.*10. *gloss.*8. *part.*1. *num.*6. *Corn. cons.*52. *num.*8. *lib. primo*.

Et ex his, & alijs adductis in prima decisione eadem confirmata hodie fuit post trinam causæ propositionem vtraque parte, & nouissimè etiam Maria, & Barbarica de Habelis ad causam admissis informantibus, &c.

R. P. D. BICHIO.

Calaguritana Beneficij.

Lunæ 13. *Maij* 1652.

ARGVMENTVM.

Præsentati, quando sunt plures ad aliquod beneficium, qui habet plures qualitates, est præferendus alijs non habentibus eas. Lis ex quibus dicatur extincta: Doctoratus non probatur per simplices enunciatus, &c.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus ad Beneficium, ille altero dicitur dignior, qui est Sacerdos, & ætate est maior. & num.*2.
3 *Lis regulariter non extinguitur, nisi per sententiam transactam.*
4 *Lis extinguitur per longam taciturnitatem, dummodo in actis non constet de non iure tacentis.*
5 *Appellare licet, vnicuique à die habita notitia. Parti licet adhærere appellationi interposita ab altero ex socijs. num.*5.
6 *Doctoratus non probatur per actus plures enunciantem aliquem esse Doctorem.*
7 *Enunciatiua suspecta non probant Doctoratum.*
8 *Christiani omnes origine, bona conscientia, non excommunicati, non irregulares sunt capaces beneficiorum. & num.*9.
10 *Probationes, ex quibus redduntur magis dubia.*
11 *Origo propria, & Patris, magis est attendenda, quam origo auita, vel Matris.*
12 *Ecclesia duæ simul vnitæ, per vnionem.*
13 *Officiales vnius Ecclesiæ vnitæ, & alterius Ecclesiæ quoque dicuntur Officiales.*
14 *Testium numerus supplet eorum defectus.*
15 *In Beneficiorum assecutione quis veniat præferendus.*

DECISIO CCL.

ACTVM est de Antonio Gualite, & Michaele Gurrea, quia etiam hodie prout alias sub die 11. Ianuarij proximè præteriti,
1 illis præcellere Rota censuit Ioannem Gonzalez, & Stephanum Palatios vti Sacer-
2 dotio, & ætate † antiquiores, & exercitio Curæ animarum per plures annos addictos, quod præter allegatos in prima decisione ponderatum fuit in *Calaguritana Beneficij de Alesanco* 8. *Martij proximè præteriti coram R. P. D. meo Albergato, & in Calaguritana Beneficij de Lumbreras die* 18. *eiusdem mensis, coram R. P. D. meo Meltio*.

Nihil suffragante, quod Antonius alias fuerit admissus ad audiendas confessiones, & ad hoc beneficium institutus ab Ordinario, quia minor habilitas requiritur ad cõfessiones audiendas, quam ad exercitium curæ animarũ, & institutio Ordinarij, quia pendet necessariò à præsentatione Beneficiatorum, quorum iudicium ex prædictis apparet erroneum, cum iuxtà opinionẽ, quam passim secuta est Rota coram Eminentissimis Cardinalibus Otthobono, & Corrado, & alijs in prima decisione allegatis debuissent etiam inter plures approbatos ad Curata eligere digniorẽ, non inducit præsumptionem dignioritatis, vt solet quando ipse Ordinarius prælegit, eo minus, quia iam fuit declarata attentata, vt ponderatum fuit in dictis Calaguritanis coram Reuerendissimis Patribus DD. meis Meltio, & Albergato.

Concordia verò inter eosdem Antonium, & Michaelem, ac prouisio Apostolica ad eius limites emanata non nocet Ioãnes Gonzalez,
2 & Stephano Palacios collitigantibus, † ac dignioribus de quibus aut de lite tunc pendente mentio facta non fuit, vt debuit, vt plenè comprobatum fuit in *Beneuentana Canonicatus* 8. *Februarij, &* 27. *Maij* 1647. *coram me*: Litem autem tunc temporis non fuisse extinctam, constat ex adductis in prima decisione §. *Ni-*
3 *mirum*, quia scilicet † regulariter lis non extinguitur, nisi per sententiam in indicatum lapsam, vel longam taciturnitatem, dummo-
4 do in actis † constet de non iure tacentis, ex allegatis in *Fanen. Cappellania* 22. *Iunij* 1646. *coram R. P. D. meo Rojas*, quæ in casu nostro non concurrunt, quia Ioannes, & Stephanus poterant quandocumque appellare à die habitæ notitiæ, ac adhærere appellationi interpositæ ab altero ex aduersarijs, vt fecerunt, obtinen-
5 do ad maiorem cautelam † commissionem admissionis ad causã, vt propterea nec cessio litis ipsis non acceptantibus facta ab aduersarijs litem extinxerit, *Ias. in l. postquam liti, nu.*1. *in fin. C. de pact. Rot. in Conchen. Archipresbyteratus* 19. *Ianuarij* 1598. *coram Litta, impress. apud Marches. de commiss. part.*2. *fol.*516. *num.* 2. *& in Vlixbon. nullitatis Professionis* 27. *Maij* 1641. §. *Minus obstat, coram Reuerendissimo Salamantino*.

Ex quibus Domini confirmarunt primam decisionẽ in parte exclusiua Antonij, & Michaelis, ab ea tamen ex probationibus nouiter factis recesserunt in secunda parte, quæ Stephano Palacios præfert Ioãnem Gonzalez tanquam Baccalareum, Parochum huiusmet Ecclesiæ Sanctorum Iacobi, & Andreæ, in qua situm est Beneficium controuersum, & descendentes ab Auis originarijs huiusmet loci.

Ad probandũ enim gradum Baccalaureatus non releuant plures actus in quibus Ioannes

nes Baccalaureum enunciatur, quia cum po-
6 tuerint expediri absque hac qualitate, † simplices enunciatiuæ illam non probant, vt in terminis Doctoratus dixit *Rota in Cæsaraugustana pensionis 21. Decembris 1591. coram clar. mem. Card. Hieronymo Pamphilio, impress. apud Marchesi. de commiss. tom. 1. fol. 564. num. 5. in fin. & num. 6.*
7 eo minus, quia sunt de recenti, & † plerique emanarunt ab ipsomet Ioāne; Ideoque suspectæ sunt, *Rot. decis. 160. num. 9. decis. 405. num. 2. part. 1. recent.* Et quamuis altera ex dictis enunciatiuis emissa fuerit in comparitione, quam coram Notario contextu aliter fecerunt idem Ioannes, & alii Oppositores, inter quos etiam Stephanus, ac iuramento ibidem ab omnibus præstito; aduertendum est, quod iuramentum
8 non cadit super omnibus † ibi continentis, & enunciatis, sed solū super eo, quod omnes sunt Christiani origne, bonæ conscientię, non excommunicati, nec irregulares, & quod eorum quilibet potest Beneficium obtinere, *vt legitur in Summario dato pro Ioanne numer. 1.* Inferri ergo ex indè non potest, quod Stephanus acceptauerit enunciatiuam Baccalaureatus sub qua ibi Ioannes denominatur: præser-
9 tim quia alioquin ipse contrà id, quod † iurauit non posset Beneficium obtinere in concursu Ioannis, vt in proximis terminis ponderauit *Rota in Hispalen. Decimarum de Almonte 4. Iuly 1642. coram me.* Accedit dictum Testis seruatis seruandis examinati, asserentis audiuisse à diuersis, quod licet Ioannes se Baccalaureum denominet, talis re vera nō est, vndè
10 eo † magis dubia redditur probatio aduersarii, & reiicienda cum illam offuscare Stephano sufficiat, *Bald. cons. 79. num. 7. lib. 2. Surd. consil. 505. sub num. 6. Rot. decis. 230. num. 24. in fin. part. 1. diuers. decis. 664. num. 17. part. 1. recent. & in Augustana decimarum 27. Iunij 1639. coram me.*

Quod verò Ioannes sit originarius huius loci excludunt Testes dati *in Summario Stephani nu. 1.* qui deponunt illum, eiusque Patrem
11 esse originarium † loci de Autol, & potius attendenda venit origo propria, & paterna, quam auita, vel matris, *l. filius. Cod. municip. & originar. & in l. exemplo, C. decurion. lib. 10. Duran. decis. 31. num. 3. & seqq.* cum aliis allegatis à *Moderno Hispano de Iudic. tom. 1. lib. 1. tit. 1. disput. 2. quest. 2. num. 101.*

Cumque iidem Testes deponant, quod Stephanus curam animarum exercuit in Ecclesia de Rincondesoto, quæ est vnita Ecclesiæ Sanctorum Iacobi, & Andreæ, de qua agitur, ferè idem est, ac si in ipsa Ecclesia Sancti An-
12 dreæ exercuisset, † cum vtraque Ecclesia per vnionem vna fuerit effecta, *c. translato de constit. Garz. super regula 8. Cancell. gloss. 5. §. 7. num. 56.*
13 & Beneficiati vnius † tales, & alterius dicantur, vt disertè affirmant iidem Testes, & est de iure, *Rebuff. in prax. tit. de vnion. num. 49. Gratian. discept. 633. num. 6. Barbos. de iure Ecclesiast. lib. 3. cap. 10. num. 23. Rota in Ampurien. seù Ciuitaten. Archipresbyteratus 14. Decembris 1646. coram me.*

Hinc cessantibus in Ioanne prærogatiuis ob quas prima decisio illum prætulit, & è cōuerso per plures Testes, quorum si aliqui de-
14 fectus paterentur, † suplet numerus, & adminicula resultantia ex fidibus in *Summ. Stephani num. 5. datis, Alexan. cons. 149. num. 6. lib. 5. Surd. cons. 28. nu. 43. Cæsar. de Graff. decis. 5. nu. 8. & 9. de Sponsal. Buratt. decis. 604. num. 5. Rot. in recent. decis. 147. nu. 3. & 4. part. 1.* Probato, quod idem Ioannes possidet pingue aliud Beneficium annui redditus scutorum 300. Stephanus verò nullum, & si quod habuit exigui prorsus fru-
15 ctus dimisit, Stephanus ipse, qui † de cætero doctrina, & bonis moribus præditus, ac multis annis curam animarum exercuit præferendus est, *cap. is cui de preben. in 6. cum aliis allegatis in §. fin. prima decisionis.*

A qua proindè in hoc tantum Domini recesserunt omnibus partibus Informantibus, ac Stephano Beneficium adiudicandum esse, dixerunt.

Decisio hac facta in hac eadem causa, quæ hic allegatur sub die 15. Ianuarij 1652. coram eodem bon. mem. Bichio est suprà decis. 212. hac eadem part. 11. recentior.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Liciēn. Attentatorum.

Veneris 17. Maij 1652.

ARGVMENTVM.

Sententia executioni demandata elapso iam decennio ad appellandum reuocari debet ex capite iniustitiæ in gradu appellationis discutiendæ; quando verò sententia est nulla ex defectu citationis, tunc per viam attentatorum reuocari posse, & pro reuocatione attentatorum, possessori anteriori concedendam esse manutentionem, in præsenti decisione constanter firmatur.

SVMMARIVM.

1 *Attentata dicuntur omnia gesta intra terminum iuris ad appellandum.*
2 *Possessio in vim sententia capta infrà terminum iuris ad appellandum non priuat possessorem anteriori eius possessione, & quomodo illi succurratur.*
3 *Attentatorum reuocatio habet vim retinenda possessionis.*
4 *Citationis defectus, benè conuincitur ex reuolutione actorum.*
5 *Fatalia, quando non à die edita sententia, sed à die habita notitia decurrere debeant.*
6 *Sententia executa elapso iam decennio ad appellandum, non amplius ex capite attentatorum, sed iniustitia in gradu appellationis discutiend a, reuocari debet; intellige, vt num. 7.*
8 *Sententia nulla ex defectu citationis reuocari debet per viam attentatorum.*
9 *Appellatio non datur à sententia initialis in Salmantum, & quando secus num. 11.*
10 *Sententia nulla ex defectu citationis non potest transire in iudicatum.*
12 *Acta non sunt integrè transportanda quando agitur pro*

pro reuocatione attentatorum, sed quid sufficiat.
13 *Manutentio conceditur possessori anteriori, vbi pos-*
sessio posterior declaratur attentata.

DECISIO CCLI.

IOANNES Franciscus litisque consortes de
Fataldò super bonis olim ab Blanchum debi-
torem proprium spectantibus, successiuè ve-
rò à Ioanne Mazzapinta possessis Saluiani Iu-
dicium, seù assistentiæ coram Ordinario Li-
cieñ instituerant, reportata ab eo quoque sen-
tentia, quę à Metropolitano Hydruntino nul-
la præcedente citatione exequutioni deman-
data fuit intra terminũ Iuris ad appellandum,
à qua propterea causâ appellationis coram
A. C. instituta hic Mazzapinta decreuit ma-
nutentionem, deuoluta postmodũ mihi cau-
sa, dubitaui, An executio sententiæ fuerit
attentatorum labe infecta, eidemque Ioanni
tanquam anteriori possessori debeat manu-
tentio decerni; Et ad vtramque dubij partem
1 fuit affirmatiuè responsum: † siquidem sen-
tentia intra terminum iuris ad appellandum
demandata executioni, vitio attentatorum
infecta censetur, per *text. in cap. non solum de ap-*
pellat. lib. 6. & in cap. 2. vt lit. pend. eod. lib. not.
gloss. in l. ex iudiciorum, ff. de accusat. & in l. 1. ff. nil
nouari appellat. penden. cum alijs deductis per
Lancell. de attent. part. 2. cap. 11. num. 1. & 15. cum
2 *seqq.* † nec possessorem anteriori possessione
priuasse, quin manutentionem assequi possit
pro reuocatione attentatorum, vt respondit
Rot. decis. 15. num. 15. post Facis. de Salu. attestans
de prax. in hoc Tribunali recepta, *& in vna*
Baren. seù nullius pecuniaria 24. Ianuarij 1646. co-
ram R. P. D. meo Cerro, & in Oriolen. Decanatus
15. Iunij eiusdem anni coram Eminentiss. D. Card.
Corrado, & in Taurinen. Parochialis 20. Decem-
3 *bris 1647. coram R. P. D. meo Celsa,* † vbi præte-
reà pro ratione considerat, quod reuocatio
attentatorũ vim retinendæ possessionis obti-
neat, vt tradit *Oldrad. consil. 206. num. 4. Rot. in*
Perusina decis 22. Ianuarij 1612. coram bon. memo-
ria Coccino.

Neque poterunt excusari attentata, ex quo
sententia fuerit executa termino Iuris ad ap-
pellandum iam elapso, fuit quippè apprehen-
sa possessio die 17. mensis Augusti, ædita ve-
rò sententia sub die tertia eiusdem mensis.
4 Quoniam † Ioannem tunc temporis possesso-
rem, nec personaliter, nec per citationem
Domi dimissa copia fuisse interpellatum ex
Actorum reuolutione conuincitur, vt notat
Dec. consil. 483. num. 6. Imol. consil. 110. num. 1. Rot.
coram Cauaaler. decis. 35. num. 2. coram Gregor. 476.
nu. 5. & in decis. 455. num. 4. part. 2. & in decis. 163.
5 *num. 10. part. 6. recent.* † cui propterea fatale
non à die æditæ sententiæ, sed habitæ solum-
modo ipsius notitiæ, decurrere potuit, ac im-
putari, iuxtà *text. in Clem. vnica de dolo, & contu-*
macia, & in Clement. causam de elect. vbi post gloss.
communiter DD. Scacc. de appellat. quæst. 12. nu. 13.
& 24. Rot. in Bononien. Attentatorum coram Oreno,
post Marches. de commiss. part. 2. fol. 6. num. 2. & in
Romana Saluiani 20. Maij 1641. in §. quod procedit
etiam, coram Reuerendiss. Salamantino, & in Oritana
beneficij 1. Iuly 1643. coram R. P. D. meo Rojas,
& in Placentina decimarum 13. Martij 1648. in pri-
mo §. coram R. P. D. meo Meltio, & in Romana Sal-
uiani 1. Iulij eiusdem anni corã Eminentiss. D. Card.
6 *Otthobono.* † Et licet sententia elapso iam de-
cendio executa, non ex capite attentatorum,
sed tantummodo iniustitiæ, in gradu appella-
tionis discutiendæ, debeat reuocari, cum Iu-
dex ex tunc legitimæ ad executionem proce-
dat, nec amplius partem teneatur expectare,
cap. Pastoralis de offic. delegat. cap. Quoad consulta-
tionem de sent. & re iudicata, cap. Cum dilectus de
elect. & alijs relatis Iuribus respondit *Rot. de-*
cis. 28. de appellat. in nouis, & in vna Comen. *Cap-*
pellæ 23. Ianuarij 1648. coram Reuerendiss. D. meo
7 *Decano,* vbi referuntur concordantes. † Hæc
tamen reuocatio ex capite soliùs iniustitiæ
admittitur tantummodo contrà cõtumacem
actum, in quibus terminis loquuntur deci-
siones suprà deductæ, & aliæ, quæ adduci
possent in contrarium, & not. *Vestr. in praxi*
8 *lib. 8. cap. 4. num. 9.* † Adeòque exerceri non
poterit contrà Ioannem nec personaliter in-
terpellatum, neque per citationem domi di-
missa copia pulsatum, quæ tamen citatio con-
tra ipsum omninò exequi debuisset, vt fictus
contumax posset reputari, secundum *Bart. in*
l. properandum, C. de Iudic. Vant. de nullit. ex defectu
citationis num. 97. Rot. decis. 2. de dolo, & contuma-
cia, ibique Add. nu. 3. in §. tertium membrum, & de-
cis. 16. eodem tit. in nouis, & in adducta *Oritana be-*
neficij 19. Ianuarij 1643. coram R. P. D. meo Rojas,
vbi ex huiusmodi citationis defectu reuoca-
tio sententiæ ex capite attentatorum decerni-
tur quamuis elapso iam decendio fuisset exe-
cuta.

Non etiam reuocationem attentatorum
poterit impedire, siue exceptio rei iudicatæ,
in quam eamdem sententiam transiisse con-
9 tenditur exaduerso, † siue qualitas Iudicij
intentati nempè Saluiani appellationis exclu-
siua, secundum *Bart. in l. 1. nu. 4. in fin. vers. se-*
cus in hoc interdicto, ff. de Salu. Menoch. de adipisc.
remed. 3. num. 185. cum alijs adductis in *Seno-*
gallien. Saluiani 3. Iunij 1647. coram Eminentiss.
D. Card. Corrado.
10 Prima enim † exceptio rei iudicatæ ex ci-
tationis totalis defectu destruitur, *leg. 4. §. con-*
demnatum, ff. de rei iudic. Guidopap. quæst. 38. Rot.
coram Cæsar de Graff. decis. 2. num. 5. cum seqq. de
solut. coram Cauaaler. 270. num. 5. & coram Buratt.
11 *decis. 170. nu. 17.* † Altera verò non militat in
casu proposito, quo collitigantes sunt Clerici
nec ideò Aegidianæ Constitutioni obnoxij,
vt dixit *Rot. coram Caualer. decis. 257. num. 6. co-*
ram bo. me. Vrgellen. 240. num. 2. & in alijs relatis
in Firmana Saluiani 23. Iunij 1647. coram Reue-
rendiss. D. meo Decano, & in Romana Saluiani 3. Iu-
lij 1648. coram Eminentiss. D. Card. Otthobono.
12 Denique † adhunc reuocationis effectum
obesse non poterit defectus integræ transpor-
tationis actorum. Ea enim acta sola sufficiunt
ex quibus, prout in proposito casu, desuman-
tur attentata, vt respondit *Rot. in vna Maiori-*
cen. beneficij 17. Martij 1642. coram Reuerendiss.
D. meo

nes Baccalaureus enunciatur, quia cum po-
6 tuerint expediri absque hac qualitate, † sim-
plices enunciatiuæ illam non probant, vt in
terminis Doctoratus dixit *Rota in Cæsaraugusta-
na pensionis 21. Decembris 1591. coram clar: mem;
Card. Hieronymo Pamphilio, impress. apud Marches.
de commiss. tom. 1. fol. 564. num. 5. in fin. & num. 6.*
7 eo minus, quia sunt de recenti, & † plerique
emanarunt ab ipsomet Ioãne; Ideoque suspe-
ctæ sunt, *Rot. decis. 160. num. 9. decis. 405. num. 2.
part. 1. recent.* Et quamuis altera ex dictis enun-
ciatiuis emissa fuerit in comparitione, quam
coram Notario contextu aliter fecerunt idem
Ioannes, & alij Oppositores, inter quos etiam
Stephanus, ac iuramento ibidem ab omnibus
præstito; aduertendum est, quod iuramentum
8 non cadit super omnibus † ibi continentis,
& enunciatis, sed solũ super eo, quod omnes
sunt Christiani origne, bonæ conscientię, non
excommunicati, nec irregulares, & quod eo-
rum quilibet potest Beneficium obtinere,
vt legitur in Summario dato pro Ioanne numer. 1.
Inferri ergo ex indè non potest, quod Stepha-
nus acceptauerit enunciatiuam Baccalaurea-
tus sub qua ibi Ioannes denominatur: præser-
9 tim quia alioquin ipse contrà id, quod † iu-
rauit non posset Beneficium obtinere in con-
cursu Ioannis, vt in proximis terminis pon-
derauit *Rota in Hispalen. Decimarum de Almonte
4. Iulij 1642. coram me.* Accedit dictum Testis
seruatis seruandis examinati, asserentis audi-
uisse à diuersis, quod licet Ioannes se Bacca-
laureum denominet, talis re vera nõ est, vndè
10 eo † magis dubia redditur probatio aduersa-
rii, & reiicienda cum illam offuscare Stepha-
no sufficiat, *Bald. cons. 79. num. 7. lib. 2. Surd. con-
sil. 505. sub num. 6. Rot. decis. 230. num. 24. in fin.
part. 1. diuers. decis. 664. num. 7. part. 1. recent. & in
Augustana decimarum 27. Iunij 1639. coram me.*
Quod verò Ioannes sit originarius huius
loci excludunt Testes dati *in Summario Stepha-
ni nu. 1.* qui deponunt illum, eiusque Patrem
11 esse originarium † loci de Autol, & potius
attendenda venit origo propria, & paterna,
quam auita, vel matris, *l. filios. Cod. municip. &
originar. & in l. exemplo, C. decurion. lib. 10. Duran.
decis. 31. num. 3. & seqq.* cum aliis allegatis à *Mo-
derno Hispano de Iudic. tom. 1. lib. 1. tit. 1. disput. 2.
quæst. 2. num. 101.*
Cumque iidem Testes deponant, quod
Stephanus curam animarum exercuit in Ec-
clesia de Rincondesoto, quæ est vnita Ecclesiæ
Sanctorum Iacobi, & Andreæ, de qua agitur,
ferè idem est, ac si in ipsa Ecclesia Sancti An-
12 dreæ exercuisset, † cum vtraque Ecclesia per
vnionem vna fuerit effecta, *ex translato de consit.
Garz. super regula 8. Cancell. gloss. 5. §. 7. num. 56.*
13 & Beneficiati vnius † tales, & alterius dican-
tur, vt disertè affirmant iidem Testes, & est de
iure, *Rebuff. in prax. tit. de vnion. num. 40. Gratian.
discept. 655. num. 6. Barbos. de iure Ecclesiast. lib. 3.
cap. 10. num. 22. Rota in Ampurien. seu Ciuitaten.
Archipresbyteratus 14. Decembris 1646. coram me.*
Hinc cessantibus in Ioanne prærogatiuis
ob quas prima decisio illum prætulit, & è cõ-
uerso per plures Testes, quorum si aliqui de-
14 fectus paterentur; † suplet numerus, & admi-
nicula resultantia ex fidibus in *Summ. Stephani
num. 5. datis, Alexan. cons. 149. num. 6. lib. 5. Surd.
cons. 28. nu. 43. Cæsar. de Graff. decis. 5. nu. 8. & 9.
de Sponsal. Buratt. decis. 604. num. 5. Rot. in recent.
decis. 147. nu. 3. & 4. part. 1.* Probato, quod idem
Ioannes possidet pingue aliud Beneficium
annui redditus scutorum 300. Stephanus verò
nullum, & si quod habuit exigui prorsus fru-
15 ctus dimisit, Stephanus ipse, qui † de cætero
doctrina, & bonis moribus præditus, ac mul-
tis annis curam animarum exercuit præfe-
rendus est, *cap. si cui de præben. in 6. cum alijs alle-
gatis in §. fin. primæ decisionis.*
A qua proindè in hoc tantum Domini re-
cesserunt omnibus partibus Informantibus,
ac Stephano Beneficium adiudicandum esse
dixerunt.

☞ *Decisio hæc facta in hac eadem causa, quæ hic alle-
gatur sub die 15. Ianuarij 1652. coram eodem bon:
mem: Bichio est suprà decis. 212. hac eadem part. 11.
recentior.*

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Licien. Attentatorum.

Veneris 17. Maij 1652.

ARGVMENTVM.

Sententia executioni demandata elapso iam de-
cennio ad appellandum reuocari debet ex ca-
pite iniustitiæ in gradu appellationis discu-
tiendæ; quando verò sententia est nulla ex
defectu citationis, tunc per viam attentato-
rum reuocari posse, & pro reuocatione atten-
tatorum possessori anteriori concedendam
esse manutentionem, in præsenti decisione
constanter firmatur.

SVMMARIVM.

1 *Attentata dicuntur omnia gesta intra terminum iuris
ad appellandum.*
2 *Possessio in vim sententiæ capta infrà terminum iu-
ris ad appellandum non priuat possessorem ante-
riori eius possessione, & quomodo illi succuratur.*
3 *Attentatorum reuocatio habet vim retinendæ posses-
sionis.*
4 *Citationis defectus, benè conuincitur ex reuolutione
actorum.*
5 *Fatalia, quando non à die editæ sententiæ, sed à die
habitæ notitiæ decurrere debeant.*
6 *Sententia executa elapso iam decennio ad appellan-
dum, non amplius ex capite attentatorum, sed
iustitiæ in gradu appellationis discutiendæ, reuo-
cari debet; intellige, vt num. 7.*
8 *Sententia nulla ex defectu citationis reuocari debet
per viam attentatorum.*
9 *Appellatio non datur à sententia immissionis in Sal-
uianum, & quando secus num. 11.*
10 *Sententia nulla ex defectu citationis non potest tran-
sire in iudicatum.*
12 *Acta non sunt integrè transportanda quando agitur
pro*

pro reuocatione attentatorum, sed quid suffalat.
11 *Manutentio conceditur possessori anteriori, vbi possessio posterior declaratur attentata.*

DECISIO CCLI.

IOANNES Franciscus litisque consortes de Fataló super bonis olim ab Blanchum debitorem proprium spectantibus, successiuè verò à Ioanne Mazzapinta possessis Saluiani Iudicium, seù assistentiæ coram Ordinario Licieñ instituerant, reportata ab eo quoque sententia, quę à Metropolitano Hydruntino nulla præcedente citatione exequutioni demandata fuit intra terminũ Iuris ad appellandum, à qua propterea causâ appellationis coram A. C. instituta hic Mazzapinta decreuit manutentionem, deuoluta postmodũ mihi causa, dubitaui, An executio sententiæ fuerit attentatorum labe infecta, eidemque Ioanni tanquam anteriori possessori debeat manutentio decerni; Et ad vtramque dubij partem
1 fuit affirmatiuè responsum: † siquidem sententia intra terminum iuris ad appellandum demandata executioni, vitio attentatorum infecta censetur, per *text. in cap. non solum de appellat. lib. 6. & in cap. 2. vt lit. pend. eod. lib. not. gloss. in l. ex iudiciorum, ff. de accusat. & in l. 1. ff. nil nouari appellat. penden.* cum alijs deductis per *Lancell. de attent. part. 2. cap. 11. num. 1. & 15. cum*
2 *seqq.* † nec possessorem anteriori possessionò priuasse, quin manutentionem assequi possit pro reuocatione attentatorum, vt respondit *Rot. decis. 15. num. 15. post Facis. de Salu.* attestans de prax. in hoc Tribunali recepta, *& in vna Baron. seù nullius pecuniaria 24. Ianuarij 1646. coram R. P. D. meo Cerro, & in Oriolen. Decanatus 15. Iunij eiusdem anni coram Eminentiss. D. Card. Corrado, & in Taurinen. Parochialis 20. Decem-*
3 *bris 1647. coram R. P. D. meo Celso*, † vbi præterea pro ratione considerat, quod reuocatio attentatorũ vim retinendæ possessionis obtineat, vt tradit *Oldrad. consil. 206. num. 4. Rot. in Perusina decis. 23. Ianuarij 1612. coram bon. memor. Coccino* ...

Neque poterunt excusari attentata, ex quo sententia fuerit executa termino Iuris ad appellandum iam elapso, fuit quippè apprehensa possessio die 17. mensis Augusti, ædita verò sententia sub die tertia eiusdem mensis.
4 Quoniam † Ioannem tunc temporis possessorem, nec personaliter, nec per citationem Domi dimissa copia fuisse interpellatum ex Actorum reuolutione conuincitur, vt notat *Dec. consil. 483. num. 6. Imol. cons. 110. num. 1. Rot. coram Caualer. decis. 35. num. 2. coram Gregor. 476. nu. 5. & in decis. 455. num. 4. part. 2. & in decis. 163.*
5 *num. 10. part. 6. recent.* † cui propterea fatale non à die æditæ sententiæ, sed habitæ solummodo ipsius notitiæ, decurrere potuit, ac imputari, iuxta *text. in Clem. vnica de dolo, & contumacia, & in Clement. causam de elect. vbi post gloss. communiter DD. Scacc. de appellat. quæst. 12. nu. 13. & 24. Rot. in Bononien. Attentatorum coram Orano, post Marches. de commiss. part. 2. fol. 6. num. 2. & in Romana Saluiani 29. Maij 1641. in §. quod procedit etiam, coram Reuerendiss. Salamantino, & in Oritana beneficij 1. Iulij 1643. coram R. P. D. meo Rojas, & in Placentina decimarum 13. Martij 1648. in primo §. coram R. P. D. meo Molteo, & in Romana Saluiani 1. Iulij eiusdem anni corã Eminentiss. D. Card.*
6 *Otthobono.* † Et licet sententia elapso iam decendio executa, non ex capite attentatorum, sed tantummodo iniustitiæ, in gradu appellationis discutiendæ, debeat reuocari, cum Iudex ex tunc legitimæ ad executionem procedat, nec amplius partem teneatur expectare, *cap. Pastoralis de offic. delegat. cap. Quoad consultationem de sent. & re iudicata, cap. Cum dilectus de elect.* & alijs relatis Iuribus respondit *Rot. decis. 28. de appellat. in nouis, & in vna Comen. Cappella 23. Ianuarij 1648. coram Reuerendiss. D. meo*
7 *Decano*, vbi referuntur concordantes. † Hæc tamen reuocatio ex capite soliùs iniustitiæ admittitur tantummodo contrà cõtumacem actum, in quibus terminis loquuntur decisiones suprà deductæ, & aliæ, quæ adduci possent in contrarium, & not. *Vestr. in praxi*
8 *lib. 8. cap. 4. num. 9.* † Adeòque exerceri non poterit contrà Ioannem nec personaliter interpellatum, neque per citationem domi dimissa copia pulsatum, quæ tamen citatio contra ipsum omninò exequi debuisset, vt fictus contumax posset reputari, secundum *Bart. in l. properandum, C. de Iudic. Vant. de nullit. ex defectu citationis num. 97. Rot. decis. 2. de dolo, & contumacia, ibique Add. nu. 3. in §. tertium membrum, & decis. 16. eodem tit. in nouis*, & in adducta *Oritana beneficij 19. Ianuarij 1643. coram R. P. D. meo Rojas*, vbi ex huiusmodi citationis defectu reuocatio sententiæ ex capite attentatorum decernitur quamuis elapso iam decendio fuisset executa.

Non etiam reuocationem attentatorum poterit impedire, siue exceptio rei iudicatæ, in quam eamdem sententiam transisse con-
9 tenditur exaduerso, † siue qualitas Iudicij intentati nempè Saluiani appellationis exclusiua, secundum *Bart. in l. 1. nu. 4. in fin. vers. secus in hoc interdicto, ff. de Salu. Menoch. de adipisc. remed. 3. num. 186.* cum alijs adductis in *Senogallien. Saluiani 3. Iunij 1647. coram Eminentiss. D. Card. Corrado.*
10 Prima enim † exceptio rei iudicatæ ex citationis totalis defectu destruitur, *leg. 4. §. condemnatum, ff. de rei iudic. Guidopap. quæst. 38. Rot. coram Cæsar de Graff. decis. 2. num. 6. cum seqq. de solut. coram Caualer. 170. num. 5. & coram Buratt.*
11 *decis. 170. nu. 17.* † Altera verò non militat in casu proposito, quo collitigantes sunt Clerici, nec ideò Aegidianæ Constitutioni obnoxij, vt dixit *Rot. coram Caualer. decis. 257. num. 6. coram bo. me. Vrgellen. 240. num. 2.* & in alijs relatis *in Firmana Saluiani 23. Iunij 1647. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Romana Saluiani 3. Iulij 1648. coram Eminentiss. D. Card. Otthobono.*
12 Denique † adhunc reuocationis effectum obesse non poterit defectus integræ transportationis actorum. Ea enim acta sola sufficiunt ex quibus, prout in proposito casu, desumantur attentata, vt respondit *Rot. in vna Maioricen. beneficij 17. Martij 1642. coram Reuerendiss. D. meo*

D. meo Decano, & in Vercellen. Prioratus 25. Februarij 1647. coram R.P.D. meo Pentingerio.

Hinc verò resultat responsio ad alteram dubij partem super manutentione propositā;
13 cum † illa semper attribui soleat possessori anteriori, quoties possessio Aduersarij posterior, declaratur attentata, vt respondit *Rot. in Beneuentana Attentatorum 2. Decembris 1643. in §. itaque, coram R.P.D. meo Peutingerio, & in Auenionen. Attentatorum 10. Iunij eiusdem anni, coram R. P. D. meo Celso.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Auximana Dotium.

Luna 27. Maij 1652.

ARGVMENTVM.

Frater, licet clarum sit, quod teneatur dotare sororem, nec Auth. res quę C. commun. de legat. intret in fideicommissis transuersalium, tamen id cessat, stante speciali promissione pro vt hic in pręsenti decisione.

SVMMARIVM.

1 *Sororem frater non tenetur dotare.*
2 *Auth. res quæ C. commun. de Legat. non habet locum in fideicommissis transuersalium.*
3 *Frater, quando cogi possit ad dotandam sororem.*
4 *Fructus primogenituræ spectant ad primogenitum, & de eis potest ad libitum disponere.*
5 *Veresimilia ea, quæ non sunt non veniunt attendenda.*
6 *Approbans, & maxime per longissimum tempus, aliquam dispositionem, non auditur, si velit contradicere, & num. 7.*
8 *In Actis ea, quæ non fuerunt producta, non attenduntur.*
9 *Absentibus potest ius acquiri mediante stipulatione Notarij.*
10 *Ius, quando alicui iam fuit quæsitum, non potest ab eo illud auferri, per alienam declarationem.*
11 *Contractus nouatio, vt dicatur facta, quid requiratur.*
12 *Nouatio tacita inducitur ex incompatibilitate contractuum.*
13 *Nouatio ex quibus conuentionibus non dicatur inducta.*
14 *Nouatio tunc nullo modo potest dici inducta, stante expressa reseruatione contractus.*
15 *Pater, non ideo eximitur ab Onere dotandi filias, etiamsi adsit dos materna.*

DECISIO CCLII.

DOMINI steterunt in decisis coram me sub die 19. Iunij anni pręteriti * iterum firmātes Equitem Bernardinum teneri dotare sorores de proprio, non quidem ex dispositio-
1 ne *Auth. res quæ C. com. de leg.* quia non intrat in fideicommisso transuersali, *vt ibid. not. scrib.* &
2 tradunt plures relati † per *Fusar. de substit. q. 531. num. 95.* sed ratione precisę eius obligationis,
3 quam pater ab ipso exegit, & exigere † potuit ob commodum pręuentię restitutionis bonorum primogenituræ, de qua agitur, illi factę *Molin. de primogenit. lib. 2. cap. 4. num. 32. Cancer. var. par. 3. cap. 15. num. 173. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. gloss. 9. par. 5. num. 82.* & quam ipse
4 Bernardinus suscepit, & † suscipere potuit in fructibus, de quibus disponere, & sua vita durante quomodolibet contrahere poterat *l. si vsusfructus, ff. de iur. dot. Bald. in l. codicillis, §. instituto, ff. de legat. 2. Molin. de primogenit. lib. 1. c. 20. num. 10. vers. sed quamuis, & num. 14. Peregrin. de fideicommiss. art. 40. num. 110. & 117. Fusar. de subsit. quæst. 525. num. 17. quæst. 527. num. 15. cum alijs congestis in Perusina bonorum 18. Iunij 1649. §. postremum, coram Eminentiss. D. Card. Corrado.*

Non obstat prętensā redditũum huius Primogeniturę tenuitas in quodā calculo exaduerso confecto exhibita. Quia non iustificatur
5 & inuerisimilis † redditur ex quo Bernardinus optimè, vt asseruit, instructus, illius renunciationem procurauit, & facto approbauit fru-
6 ctus † per longissimum temporis spatium percipiendo, quibus propterea omnibus non re-
7 stitutis, modo contra † eam audiri non debet *l. si diuersa, C. de transact. cum alijs adductis per Add. ad san. mem. Greg. XV. decis. 352. num. 17. & in Ariminen. manutentionis 5. Iunij 1648. §. fin. coram Reuerendiss. Terracinen.*

Nec refragatur declaratio postea à patre facta, qua Bernardinum à promissa dotatione exemit, quia pręterquod non est in actis, responsum fuit, quod cum ex clara illius obligatione ius etiam ante acceptationem quęsi-
9 tum esset fœminis dotandis, & fratribus † earum cessionarijs licet absentibus, mediante stipulatione Notarij pro omnibus quorum interest *Ruin. cons. 119. sub num. 8. lib. 1. Ciriac. controu. 322. num. 8. controu. 425. num. 22. Ossasch. dec. 32. sub num. 12. Rot. decis. 37. num. 5. & 6. par. 7. recent. & in Romana Census 25. Iunij 1640. §. tertio quod dicitur, coram R.P.D. meo Bichio,* non potuit per
10 subsequentem patris declarationem † huiusmodi ius ab eis auferri, nec pręcedens Bernardini obligatio minui, aut interpretari, *iuxta Castr. in l. hæredes palam, §. si quid num. 4. ff. de testam. quam sequitur Becc. cons. 3. num. 44. Lodereh. cons. 76. num. 1. Sard. decis. 29. num. 6. Rota coram Seraphin. decis. 472. num. 12. in recent. decis. 629. num. 6 part. 2. decis. 44. nu. 19. & 20. part. 6. in Romana Casalis 11. Ianuarij 1638. & 1. Iulij 1639. coram Reuerendiss. Terracinen. & in Bonon. successionis 4. Maij 1646. §. quæ opinio, coram R.P.D. meo Bichio.*

Minus releuant alia Instrumenta inter hos fratres postmodum confecta, nempe 14. & 23. Aprilis 1636. 9. Iunij eiusdem anni, & 14. Decembris 1649. quia ex eis Bernardini obliga-
11 tio nullo modo censeri potest nouata, † cum deficiat, vel expressa conuentio, vt ad hunc effectum requiritur, *l. fin. C. de nouat. Cyriac. controu. 101. num. 36. Rota coram Burat. decis. 749. n. 18 coram Penia decis. 288. num. 5. coram bon. mem. Vr-*
12 *gellen. decis. 11. num. 17.* vel tacita ex † incompatibilitate contractuum resultans *Seraph. decis. 163. num. 2. Canal. decis. 124. num. 4. Rot. dec. 419. num. 3. par. 1. & decis. 621. num. 11. par. 3. tom. 3. recentior.*

tentior. in illis enim habita semper mentione prioris obligationis Bernardini, & ea praeseruata, conuentum solummodo fuit, quod casu, quo ipse non teneretur dotare sorores de fructibus primogeniturę ei fratres refundere deberent, quidquid de proprio impendit, ex
13 hac † autem conuentione nulla censeri potest inducta nouatio, cum ex resolutionibus corā me captis defecerit conditio illi adiecta *l. stichū §. legata, l. quoties, ff. de nouat.* & vigore expres-
14 sæ reseruationis, † vt supra habitæ Barnardini obligatio illæsa remanserit, *Rot. coram Coccino decis. 8. num. 3. in recent. decis. 435. nu. 18. par. 5. & in Romana societatis officij 14. Ianuarij 1648. coram Eminentissimo D. meo Card. Otthobono.*

Demum non vrget, quod adesset dos ma-
15 terna, † quia non ideo pater ab onere dotandi filias eximitur *l. fin. C. de dot. promiss. Barbos. in l. 1. ff. solut. matrim. part. 4. num. 16. vers. succedit, & num. 18. vers. sed quamuis, vbi de communi Surd. de alim. tit. 7. quæst. 6. num. 11. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 21. num. 25. Coccin. decis. 143. num. 9. cum alijs allegat. in Romana dotationis 26. Iunij 1635. coram bon. mem. Buccabella.*

Et ita vtraque &c.

☞ *Decisio ista emanata in hac eadem causa sub die 19. Iunij 1651. coram eodem R. P. D. Albergato, quæ hic allegatur est supra in part. 11. recent. decis. 137.*

R. P. D. BICHIO.

Romana Censuum.

Lunæ 27. Maii 1652.

ARGVMENTVM.

Census Vitalitius cum Religioso Professo celebratus est nullus ob defectum dominij in tradente, & eius votum paupertatis; ac proinde qui à d. Religioso pecunias recepit pro constitutione d. Census, ipso Defuncto non fuit illas superlucratus, sed restituere tenetur Monasterio Vero Domino computando tamen fructus persolutos cum sorte principali.

SVMMARIVM.

1 *Religioni: & Monasterio acquiritur quidquid Religiosus quomodolibet comparauit.*
2 *Religiosus professus in particulari est incapax dominii vel possessionis.*
3 *Religiosus non potest contrahere censum vitalitium in praiudicium Monasterii, & quare.*
4 *à Religioso recipiens pecunias tenetur eas restituere Monasterio vero Domino.*
5 *Beneplacitum Apostolicum concedens Religioso facultatem contrahendi vsque ad certam summam, vltra illam non suffragatur.*
6 *in Proemio quando sit expressa mentio Breuis Apostolici sufficit vt contractus referatur ad causam ipsius.*
7 *Reseruatio, vt habeat locum probandum est versari in casu reseruationis.*
8 *Religiosus non potest aliquid emere etiam ex pecuniis, quas ipse sibi subtraxit, licèt illas potuisset honestè consumere.*
9 *Dictio, vt supra, quid operetur.*
10 *Licentia concessa Religioso retinendi bona ad vnum vsum, non extenditur ad alium, & quare.*
11 *Vsuarius nequit de bonis ad certum usum concessit, in alios usus disponere.*
12 *Facultas conuertendi, & disponendi de bonis reseruatis Religioso concessa, quommodo intelligatur.*
13 *Confirmatio addit robur confirmato in omnibus ibi contentis, sed non ultra, neque supplet ius non factum.*
14 *Census uitalitius cum Religioso celebratus, non sustinetur neque contrahens superlucratur pecunias ob mortem Religiosi, & quare.*
Fructus tamen soluti excomputantur in sortem, quia census resoluitur in purum mutuum nu. 16. amplia, ut num. 17.
15 *Monasterio quando fuit ius quæsitum non potest ex contractu Religiosi praiudicium inferri.*
18 *Locupletari cum aliena iactura non licet.*

DECISIO CCLIII.

ESSE locum restitutioni pecuniarum, quas de anno 1647. & 1648. Pater Damianus Fonseca Religionis Prædicatorum soluerat pro pretio duorum censuum vitalitiorum Guerrino Ciuccio, & Angelæ eius coniugi Rota hodie respondit, præuio vt solet parti-
1 cularis dubij examine, † Nam dictarum pecuniarum dominium (comparatæ fuerint siue industria Patris Damiani, siue aliorum largitione, aut quomodolibet) quæsitum statim fuit Religioni, & Monasterio *cap. de Monachis 16. quæst. 1. cap. de lapsis 16. quæst. 6. cap. in præsentia de probat, cap. cum ad Monasterium de stat. Monachor. Abb. in cap. cum olim il 2. num. 6. de priuil. Archid. in cap. unico num. 13. 18. quæst. 1. cum aliis alleg. à Modern. Carmelita Matriten. quæst. Regular. tom. 1. cap. 6. num. 41.*
2 Cumque Religiosus † professus sit in particulari incapax dominij, vel possessionis, vt ex dispositione Sacri Concilij Tridentini sess. 25. de Regular. cap. 2. not. *Men. cons. 722. num. 37. & 59. Ioan. VVggers de iust. & iur. tract. 1. cap. 3. dub. 8. num. 21. Rot. in Perusina Parochialis 7. Apri-*
3 *lis 1642. §. 1. in fin. coram me,* † ac proinde Pater Damianus pecuniarum dominium, quod non habebat non potuerit in recipientes transferre in præiudicium Monasterij, vt in punct. census vitalitij trad. *Emanuel. Rodr. quæst. Regul. tom. 1. quæst. 47. art. 15. in princ. Syluest. in summ. uerb. Religio 6. sub num. 7. uers. secundum si quid Sanch. in præcept. Decal. lib. 7. cap. 22. sub num. 16. uers. si autem Barbos. de potest. Episcop. alleg. 103. sub num. 5. & in collect. in. ad Concil. Trid. sess. 25. de Regular.*
4 *cap. 2. num. 15.* † exinde resultat, vt Guerrini qui pecunias receperunt eas teneantur restituere Monasterio vero Domino *Syluest. d. uerb. Religio 6. sub num. 7. uers. & tenetur restituere; Reginald. in praxi fori Pœnitential. lib. 18. num. 397. Lopez in suo Instructorio conscient. par. 2. cap. 5. uers. secundo adiicimus ibi talisque sæcularis &c. Modern. Matriten. quæst. regular. tom. 1. cap. 6. num. 53.*

Nec suffragatur antecedens beneplacitum Apo-

Apostolicum elicitum siue ex breue san. me. Pauli V. emanato de anno 1615. siue ex confirmatione concordiæ inter Patrem Damianum, & Monasterium S. Mariæ super Mineruam initæ, obtenta à fel. record. Vrbano VIII
5 de anno 1643. † Nam breue Paulinum concedens facultatem Damiano emendi ex pecunijs sibi vndequaque obuentis census temporales ad vitam, vti restrictum ad annum redditum ducatorum 300. auri de Camera vltrà illum non releuat *l. iubemus C. ad Velleian. Caputaquen. decis. 368. nu. 2. & 3. par. 3.* & in his terminis *Barbos. in collect. ad Concil. Trident. sess. 21. de regular. cap. 2. nu. 16. uers. dummodo Madern. Bergomen. respons. moral. respon. 86. num. 12.*

Consumpta autem fuerat eodem facultas quo ad dictam ratam ducatorum 300. ante horum censuum emptionem in supramemorata transactione de an. 1643. inita inter Damianum, & Monasterium Sanctæ Mariæ supra Mineruam, in qua Damianus cessit Monasterio loca 57. montium, & alia credita valoris in totum scutorum 12. mil. circiter, reseruato sibi desuper annuo redditu ducatorum 300. auri de Camera quos Monasterium soluere promisit, & pro maiori cautela assignauit Damiano totidem loca montium: Nec dubitari Potest quin talis reseruatio, ac respectiuè promissio emanauerit in executionem Breuis Paulini, & pro adimplemento facultatis ibidem concessę, quia non est concepta pro maiori cautela, vt exaduerso gratis asseritur, sed simpliciter, & absolutè assignando tamen loca montium Damiano pro maiori cautela, & in verbis continet explicitam relationem ad facultatem Breue Paulino concessam. ibi, *In primis Damianus sibi reseruauit &c. toto tempore uitæ suæ annuos ducat. 300. auri de Camera scuta 480. monetæ constituentes sibi à Paulo V. habere, & retinere concessos quos & quæ Conuentus, & Fratres eidem soluere promisserunt iuxta formam Breuis &c.* quę verba clariora esse non possunt
6 cum tamen † sufficeret expressa mentio Breuis Paulini emissa in Proemio transactionis, ibi, *Cum Damianus à Paulo Indultum census temporales ad uitam &c. recipiendi, & prædictos census dummodo annuam summam ducatorum 300. auri de Camera non excedant retinendi &c. obtinuerit &c.* vt subsequens reseruatio, ac respectiuè promissio dictę annuę summę in causam Breuis referretur *Rot. decis. 190. num. 4. par. 1. recent. & in Rossanen. exempt. 27. Ianuarii 1640. corā Reuerendissimo Salamantino, & in Elboren. iuris conferendi 4. Iulii eiusdem anni coram eodem, & in Barchinonen. iurisdictionis 8. Aprilis 1647. coram me.*

Et quamuis in eadem transactione Damianus vltra dictam summam ducat. 300. reseruauerit sibi totum illud, & quicquid ei ex consanguineorum amicorum Dominorum, & piarum personarum, & aliorum quorumcūque benignitate, ac pietate datum, & quomodolibet collatum fuerit, desuperque accesserit confirmatio Apostolica san. me. Vrbani Octa-
7 ui. † Ponderarunt Domini quod non probatur pecunias datas ad censum Guerrinis prouenisse ex pietate, ac largitione supranominatarum Personarum, de quibus reseruatio loquitur, vt probandum ex aduerso esset, vt nos versari in casu reseruationis appareret, *Ceph. cons. 387. num. 16. & seqq. Surd. cons. 449. n. 24. Rot. decis. 402. num. 4. ad fin. par. 2. recent. & in Ampurien. seu Ciuitaten. Archipresbyteratus 26. Nouembris 1649. coram me;* Maximè quia verisimile admodum est quod prouenerint ex annuo redditu scutorum 300. per Monasterium promisso cum vlterius etiam alimenta Damianus in suos vsus conuertere, eas in emptionem aliorum censuum ad vitam erogare, quia
8 hoc non legitur concessum, ac resistit votum Paupertatis prohibens ne Religiosus intra claustra existens emere aliquid possit etiam ex pecunijs quas ipse sibi subtraxit de illis quas poterat honestè consumere, vt benè *Eman. Rodr. quæstionum Regular. to. 3. quæst. 29. art. 10 col. 3. sub princ. uers. non tamen fol. 80.*
9 Eò minus † quia huiusmodi reseruatio limitata est ad effectum (vt supra de alijs dictum fuit) conuertendi, ac disponendi cum explicita relatione ad breue Paulinum, quod pecuniam annui redditus non indulget conuerti in aliorum censuum emptionem, sed in ipsius Damiani vsus, ac necessitates, in quas propterea dumtaxat ob relationem ad Breue, ex dictione illa, *ut supra*, resultantem *l. item quæritur §. item Iulianus ff. locat. l. talis scriptura §. fin. ff. leg. 1. Monach. decis. Bononien. 40. punct. 3. num. 13. Barbos. dict. 441. num. 1. & 2.* bona reseruata poterant conuerti non autem expendi in aliorū
10 censuum emptione, † quia licentia concessa Religioso retinendi bona ad vnum vsum, ad alium non extenditur *Nauarr. in commentar. de regul. in cap. non dicatis 12. quæst. 1. num. 44. Diuus Antonin. 3. par. tit. 16. §. 11. col. 1. & 2. Reginald. in prax. pœnit. lib. 18. cap. 27. num. 399. uers. secundo est. Modern. Matriten. quæst. regular. tom. 1. cap. 6. num. 52. uers. siue de his Rodrig. d. tom. 3. quæst. 29. art. 10. col. 2. uers. tertia conclus. Syluest. verb. Religio 6. quæst. 7.* qui omnes pro ratione adducunt, quod Religiosus est solùm vsuarius bonorum quæ sibi
11 destinata sunt; † at vsuarius nequit de bonis ad certum vsum concessis in alios vsus disponere *§. 1. §. item Instit. de vsu, & habit. ibique not. Oynot. num. 3. & seqq. Ioann. Harprect. sub num. 1. & 13. Sot. de instit. & iur. lib. 4. quæst. 1. art. 1, col. 8.*
12 Ac † quatenus facultas conuertendi, & disponendi de bonis reseruatis non restringeretur ad vsus, necessitatesque proprias, sed alios quoque vsus comprehenderet semper tamen intelligenda esset de vsibus pijs, non autem profanis, vt optimè aduertit *Nauarr. cons. to. 1. lib. 3. tit. de donat. cons. 7. num. 2. Laur. de Portell. dub. regular. verb. peculium sub nu. 2. Mirand. in manual. Prælator. tom. 1. quæst. 28. art. 9. Barbos. de potest. Episcopi alleg. 103. num. 5. in fin. & in collect. ad Concilium Tridentinum sess. 25. de regul. cap. 2. num. 16. vers. si autem Rot. in Recanaten. bonorum 29. Aprilis 1641. §. quod autem coram R. P. D. meo Cerro.*

Sicut igitur ipsa transactio facultatem disponendi de bonis reseruatis ad libitum Damiano non præbet, aut reseruatio ad pecunias comparatas aliundè, quam à personis ibi nominatis non porrigitur, ità nec confirmatio.

tio Apostolica, etsi emanauerit ex certa scientia, ac de voto particularis Congregationis
13 desuper ab Vrbano VIII. deputatæ, † cum confirmatio quælibet addat quidem robur confirmato in omnibus ibi contentis, sed non vltra, & suppleat ius non factum, *cap. 1. & 2. de confirm. vtil. vel inutil. Dec. in l. moræ num. 31. ff. iurisd. omn. iud. Berou. cons. 7. num. 37. lib. 3. Men. consil. 75. num. 32. Rot. dec. 604. num. 1. par. 4. recent.*
14 Nihilque † Guerrinos iuuat quòd contraxerint fide, ignorantes Breue Paulinum fuisse antecedenter consumptum. Nam bona fides recipientis, vbi tradentis potestas deficit. & ius resistit, contractum non substinet iuxta distinct. *Bart. in l. sed si lege, §. siue ff. petit. hæred. Bald. in l. pro onerib. circ. med. vers. nisi dicas C. iur. dot. Becc. cons. 95. num. 15. Surd. consil. 115. num. 21.*
15 *& decis. 45. num. 13.* † semperque vrget defectus dominij in tradente, ac votum paupertatis, & Monasterij, cui ab initio pecuniæ quæsitæ fuerant præiudicium, quod ex contractu Religiosi inferri non potuit *Abb. in cap. cum venissent nu. 5. & 6. de restit. spoliat. Cyriac. contr. 300. num. 38. Seraph. decis. 1127. num. 2. Cauall. decis. 209. num. 1.* & fuit dictum in *Perusina Parrocchialis 7. Aprilis 1642. coram me.*
16 Vtique † tamen censuerunt Domini bonam fidem suffragari ad effectum, vt ex sorte principali censuum controuersorum demantur illorum fructus quos Guerrini soluisse Patri Damiani viuenti probauerint, & præsertim quia cum dd. census essent nulliter empti resoluuntur in purum mutuum, ex quo fructus percipi non potuerunt *Cenc. de cens. quæst. 88. num. 1.*
17 *& seqq. & num. 7.* † vbi ampliat etiam si sponte soluti fuerint *Rot. inter impress. post dictum tract. decis. 12. num. 1. decis. 31. num. 6. & seqq. decis. 227. num. 4. decis. 228. num. 2.* neque patitur æquitas vt Monasterium ad quod cum omnibus bonis in hæreditate Damiani repertis fructus Damiano soluti transierunt eos lucretur cum iactura soluentium *l. nam quod Natura ff. condict. indebit. cum alijs allegat. à Cenc. de cens. quæst. 66. num. 98.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

R.P.D. LEONE VEROSPIO.

Imoleñ Decanatus.

Lunæ 27. Maij 1652.

ARGVMENTVM.

In Iurep. mixto, vt quis succedere possit requiritur vtraque qualitas hæreditatis scilicet, & sanguinis; qualitas autem hæreditaria an deducenda sit à primo Fundatore, vel ab vltimo Patrono, & quando huiusmodi Iusp. mixtum efficiatur merè gentilitium clarè demõstratur. Præsentationes effectum sortitæ constituunt præsentãtem in quasi possessionem præsentandi, quid autem dicendum sit; si appareat de non iure præsentantis eruditè resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Iusp. probatur ex litteris Apostolicis reseruationis eiusdem.*
2 *Iurisp. existentia probatur ex pluribus præsentationibus effectum sortitis.*
3 *Vacatio beneficij ex quibus iustificata remaneat.*
4 *Valor beneficij expressus per non excessum remanet iustificatus ex confessione partis aduersæ ad eamdem summam ascendere narrantis.*
5 *Valor beneficij probatur per Testes de ipsius redditu deponentes.*
6 *Beneficium præsumitur exemptum à cura animarum & personalem residentiam non requirere.*
7 *Onus celebrandi missas in Beneficio annexum, reguluriter potest adimpleri per alium nisi Rectori eiusdem Beneficij fuerit specialiter demandatum.*
8 *Iusp. hæreditarium an & quando possit immutari in gentilitium.*
9 *Iusp. quandò dicatur mixtum.*
10 *Iusp. spectat equalitèr ad Patrem, filium, & Nepotem si ipsi per nomina propria in litteris reseruationis leguntur admissi.*
11 *Et filius dicitur concurrere vna cum Patre non autem ordine successiuo.*
12 *Portio deficiens per mortem Patroni in Iurep. gentilitio accrescit pro virili superstitibus.*
13 *Iusp. mixtum, efficitur gentilitium si vnus ex patronis eius portionem concesserit alteri patrono pro se ac descendentibus suis.*
14 *Filiatio probatur ex fide Parochi adminiculata.*
15 *Filiatio remanet iustificata ex actibus filiationi competentibus.*
16 *in Iurep. mixto, vt quis succedere possit requiritur vtraque qualitas hæreditatis scilicet, & sanguinis.*
17 *Et an sufficiat deducere qualitatem hæreditariam à primo fundatore, non autem ab vltimo patrono.*
18 *Iusp. mixtum non potest acquiri à persona qualitate sanguinis carente, si in præiudicium vocatorum ex pacto, & prouidentia à Fundatore.*
19 *Quasi possessio præsentandi acquiritur per Patronos ex præsentationibus effectum sortitis.*
20 *Præsentatio, quæ non fuit effectum sortita, non est attendenda.*
21 *Quasi possessio præsentandi acquisita per præsentationes effectum sortitas quando non suffragari non possit.*
22 *Petitorium quando absorbeat possessorium.*

DECISIO CCLIV.

DIGNITATEM Decanatus per obitum Iacobi Mitæ de mense Maij vacantem in Diœcesi Imolensi Bernardinus Portius à Sanctiss. D.N. obtinuerat, litterasque Apostolicas pro assecutione ipsius expedierat, quas sanè litteras in omnibus esse iustificatas, adeoque exequendas respondit Rota coram me sub die 1. Decembris præteriti, * Eidem prætereà prouiso immissionem decernendo, quã decisionem hodie confirmandam esse decreuit; Quoniam idemmet Bernardinus omnia Summo Pontifici exposita, veritati ostendit
1 esse innixa. † Qualitatem scilicet patronalem Decanatui annexam ex eisdemmet litteris sanmem.

mem. Iulij II. ad fauorem familiæ de Sellis reseruantibus patronatum, vt alias Rota censuit *in decis. 614. num. 2. par. 5.* † concurrentibus
2 præsertim pluribus præsentationibus metam annorum centum excedentibus, ac per obitum antecessoris plenum effectum sortitis in successore successiuè præsentato, iuxta *cons. Federic. de Sen. 344. num. 3.* & latè deductum fuit *in Piscien. beneficij 11. Martij 1648. coram R.P.D. meo Celso, confirmata 21. Aprilis 1651. co-*
3 *ram R. P. D. meo Royas*; † Diem quoque vacationis, ac modum ex fide obitus Iacobi antecessoris, & aduersæ partis confessione ab eodem vacationis fonte ius proprium deducentis, vt ponderauit *Rot. in decis. 232. num. 2. par. 5 recent. coram Caual. decis. 55. num. 3. & in Narnien. Iurispatronatus 13. Maij 1633. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Burgen. Beneficiorum 26. Iuny præteriti coram R.P.D. meo Celso, & in Maioricen. Beneficij 4. Aprilis 1650. coram R. P. D.*
4 *meo Albergato*; Ex qua pariter confessione partis aduersæ valorem beneficij in ducatis 60. narratum eumdem, redditum non excedere benè concludit, vt respondit *Rota in Bononien. Canonicatus 24. Maij 1591. coram recol. mem. Cardinali Pamphilio relat. per Garz. de benef. 11. par. cap. 1. num. 70. & in Tridentina beneficij 8. Nouembris 1593. coram Penia relat. per eumdem Garz. 6. part. vers. 2. num. 216. & in Abulen. beneficij 26. Iunij 1596. coram Litta eadem 6. part. cap. 2. num. 47.* & in alijs relatis *per eundem Garz. 5. part. cap. 3.*
5 *num. 268.* † Prout etiam obtentorum redditum ex dispositione testium, vt respondit *Rot. in Corduben. præstimoniorum 13. Ianuarij 1586. coram Bubalo relata per eundemmet Garz. 5. par. cap. 3.*
6 *num. 199.* † Eaque qualitate residentiæ personalis destituta, & ab animarum cura omnino exempta non solum ex præsumptione iuris de qua *Conzal. ad reg. 8. glos. 6. num. 91. Staphil. de litt. grat. par. 2. in tit. de qualit. & stat. beneficiorum in princ. Rebuff. in prax. sub tit. sæcularium beneficiorum quotuplex num. 11. Rot. decis. 699. nu. 3. par. 2.*
7 *recent.* † sed etiam ex visitationis actu, onus celebrandi Missam tantummodo enunciantis, ac personalem proinde residentiam excludentis, dum per alium regulariter potest adimpleri, nisi illud fuerit ipsi specialiter demandatum, vt pluribus relatis iuribus, & auctoritatibus respondit *Rot. in vna Maceraten. Cappellaniæ 1. Iulij 1647. coram me.*

Hæc nullatenus inficiebatur à Hieronymo Aduersario in hac dubij propositione oppugnante tantummodo narratiuam præsentationis per Bernardinum à maiori seu dimidia saltem patronorum parte reportatæ, quam tamen DD. censuerunt nihilominus esse iustifi-
8 catam: † Qualitas enim hæreditaria in hoc patronatu exaduerso prætensa, exinde excluditur, quòd mixtam ab initio naturā assuumpsit, vel saltem octo respectu partium hæreditariam qualitatem, si quam forte obtinebat immutauit in gentilitiam, prout secundum etiam iuris dispositione posse contingere respondit *Rot. in decis. 675. num. 2. ad finem par. 1. recent.* & in spluribus relatis *in Fesulana beneficij 15. Decembris 1646. coram R.P.D. meo Bichio, & 24. Martij 1651. coram Eminentiss. D. Cardinali*
9 *Corrado*: † Reseruatum quippe fuerat ab initio pro successoribus suis, adeoque pro hæredibus tantum sanguinis quæsitum fuit, ac cōsequenter mixtum *iuxta decisionem Buratt. 647. num. 2. & 4. decis. 679. num. 4. & in decis. 267. nu. 3. & 6. par. 6. recent. & in Florentina parochialis de Sale 21. Aprilis 1632. coram Queipo, & 10. Iu-*
10 *nij 1634. coram Cardinali Panzirolo*: Idemque patronatus æquis portionibus cessaret Iacobo de Sellis, Alexandro eiusdem filio, atque Cassiano ex huius persona nepoti, dum omnes continuata oratione per propria nomina in reseruationis litteris leguntur admissi, *ad text. in l. nonnunquam ff. ad Trebell. & gloss. vlt. in l. fin. C. de impuber. & not. ibi DD.* & in terminis Patronatus tradit *Peregr. cons. 32. num. 13. lib. 1. Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 11. num. 128. Rot. co-*
11 *ram Buratt. decis. 481. num. 1.* † Tunc enim filius vocatus proprio nomine vna cum patre, non autem ordine successiuo concurrit, secundum *Intrigl. de feud. quæst. 47. num. 49. Rosental. eod. tract. cap. 9. concl. 66. num. 26. Afflict. decis. 393. Rot. decis. 435. num. 9. par. 1. recent. & coram bon. me. Vrgell.*
12 *decis. 438. num. 2. & 6.* † Mortuo vero Iacobo altero ex patronis, eiusdem portio vnciarum quatuor per ius accrescendi, seu non decrescendi, in patronatu militans fauore superstitum, Alexandro filio, atque Cassiano nepoti delata fuit pro virili, *vt notat Lambert. de iure patron. lib. 1. part. 2. quæst. 4. art. 5. num. 2. Rocch. eodem tract. in verbo ius num. 10. vers. ex ista conclusione, Bellon. de iure accrescendi quæst. 48. num. 26. Paris. cons. 58 num. 20. lib. 4. Rot. decis. 217. nu. 18. par. 6. recen. & post Viuian. de iurepatr. decis. 76. num. 2. &*
13 *decis. 78. num. 1.* † Prout etiam altera Alexandri portio sex vncias includens, dum è viuis excessit, ad ipsius filios æquis portionibus deuenit, Hieronymum scilicet, Aurelium, atque Cassianum, qui vncias octo, quas tunc temporis obtinebat, titulo donationis Aurelio fratri concessit pro se, ac descendentibus suis, videlicet sanguinis, ac consequenter gentilitium patronatum in eadem rata constituit *Bald. consil. 373. num. 4. lib. 1. Rocch. de iurepatron. in verbo ipse, vel is, num. 72. vers. quando autem quis acquisiuisset Rota in Florentina iurispatronatus de Ricasolis 10. Martij 1603. coram Lancell. & coram Buratt. decis. 183. num. 21.*

Dum itaque Bernardinus præsentationem suam deducit, non solum ab Ascanio Iacobi filio, qui Hieronymi nepos existit, vnicamque vocem ex ipsius persona dinumerat, sed etiam à Iacobo Philippo, filio Lauræ, mediāte persona Ioannis, descendentis ab Aurelio, qui à Cassiano fratre vncias octo titulo donationis receperat, & duarum respectu vnciarū ex propria persona Alexandro patri successerat, videtur proinde plenè iustificasse præsentationem suam à maiori parte patronorum processisse, dum ex parte Ascanij vnicam vocem, ex parte vero Iacobi Philippi decem
14 omnino connumerat; † Ipsum vero Iacobum Philippum, Lauræ filium extitisse, concludit non solum ab Instrumento legitimę ex hæreditate Lauræ matris ipsimet persolutæ, in summa-

summario præteritæ possessionis exhibito, sed etiam ex fide Parochi, de ipsius filiatione attestantis, ac eam proinde probantis, dum ex prædicto legitimæ Instrumento adminiculata dignoscitur iuxta *conf. Surd. primum num. 45. Rot. decis. 132. num. 1. part. 2. recent.* & in alijs relatis
15 *coram Buratt. decis. 709. num. 5.* Et Lauram matrem originem traxisse à Ioanne filio Aurelij, rectè deducitur tum ex testamento eiusdemmet Ioannis, quo Aurelij filius enunciatur, eidemque Lauræ filiæ dos legatur quam etiã ex altero testamento Aurelij, filij Ioannis, Lauram sororem in certa portione substituentis Lucretiæ filiæ, si sine filijs decessisset, ac denique ex Instrumento quietantiæ dotis receptæ, ipsammet Lauram filiam Ioannis, ac sororem Aurelij recensente. Ex quibus sanè enunciatiuis, dotis, legato, eiusque solutione, filiatio Ioannis ex Aurelio, Lauræ vero ex Ioanne abundè remanet iustificata, dum actus prædicti filiationi conueniunt *ad text. in cap. series de testamen.* & notant ibi communiter DD. *Surd. conf. 1. num. 46. & decis. 145. numer. 14.* cum alijs relatis *in Romana fideicommissi de Carpianis 23. Ianuarij 1651. in §. 1. coram me.*

16 Neque obesse † poterit Iacobo, seu Lauræ qualitas hæreditaria deficiens respectu Ioannis patris, ac Aui respectiuè, quæ tamen in hoc patronatu mixto pro rata superius expressa concurrere debuisset, vt respondit *Rot. dec. 267.*
17 *num. 6. par. 6. recent.* † satis enim censetur, vt eam à primo fundatore, mediante antecessorum persona, deducat, non autem ab vltimo patrono præmortuo, vt notat *Pinell. in l. 1. p. 3. num. 91. C. de bon. mater. Pereg. conf. 34. num. 1. vol. 1 & consil. 19. num. 1. vol. 2. Surd. conf. 63. nu. 21. Card. Mant. de tacit. lib. 23. tit. 3. num. 31. & 44. Clar. in §. feudum quæst. 9. num. 5. & quæst. 40. vers. facienda est ergo generalis regula, Rot. in Florentina parochialis à Sala 10. Iunij 1633. coram Cardinali Panzirolo in §. denique non obstat, & in Aquilana cappella 17. Februarij 1634. coram Pirouano.*

Non etiam maiores patronorum voces excludit Hieronymus in persona Bernardini, ex præsentatione, quam ipse obtinuit, tum à Petro Hectore, Testamentario hærede Ascanij, filij Andreæ, tum à Laura de Laulis, hærede pariter testamentaria Lucretiæ, Aurelij proneptæ, tum denique à Magdalena, cæterisque filijs Ioannis Baptistæ, qui patrem habuit Hieronymum Iuniorem, senioris Hieronymi ne-
18 potem, ex persona Andreæ; † siquidem præsentatio, siue Petri Hectoris, siue Lauræ connumerari non debet in hoc patronatu, vel mixto, vel saltem octo respectu vnicarum effecto gentilitio, mediante donatione Cassiani in Aurelium fratrem, pro se, ac descendentibus suis collata, dum vterque extraneus existit, ac requisita sanguinis qualitate destituitur, nec proinde acquirere potuerunt patronatum in præiudicium Lauræ, matris Iacobi Philippi, ex pacto & prouidentia primi fundatoris ad illud vocatæ, *vt not. Paris. conf. 48. n. 9 lib. 4. Surd. conf. 63. num. 15. lib. 1. Clar. in §. feudum quæst. 40. vers. facienda est igitur generalis regula, Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 11. num. 42. Rot. decis. 267. num. 6. par. 6. rec.* Altera vero præsentatio, obtenta à Magdalena, cæterisque filijs Ioannis Baptistæ, in vnica tantum voce consistit, proueniente à Hieronymo, filio Alexandri, cui in vncijs tantummodo duabus successerat, quarum alteram habet Ascanius nepos quoque Andreæ, qui Bernardinum præsentauit.

19 Neque † Petro Hectori, ac Lauræ suffragari poterit quasi possessio ab altero quæsita, de anno 1608. dum præsentauit Ascanium, filium Iacobi, ab altera vero de anno 1640. dũ consensit præsentationi subsecutæ in fauorem Iacobi Mitæ, vltimo loco prædefuncti, quasi inde videantur constituti in quasi possessione præsentandi, quæ in hac vacatione ipsis quoque debeat suffragari *per text. in cap. consultatio-*
20 *nibus de iurepatr.* † Præterquam enim hæc vltima præsentatio effectum sortita non fuit, vt constat ex sententia Ordinarij, in præsenti summario exhibita, ea non obstante gratiam Apostolicam in fauorem alterius exequentis, adeoque in præsenti vacatione attendi non debet, *vt tradit Mant. de tacit. lib. 12. tit. 4. num. 8.* cum alijs relatis *in decis. 286. num. 10. par. 5. rec. &*
21 *in decis. Buratt. 886. num. 5.* † Hæc quasi possessio quatenus ex præfatis actibus fuisset vtrique quæsita, in præsenti vacatione ipsis prodesse non poterit, cum ex duobus Instrumentis reseruationis scilicet, ac donationis qualitas mixta, seu gentilitia huic patronatui probetur annexa; vtrumque excludens tanquam extra-
22 neum; † adeoque proprietas incontinenti iustificata, ac petitorium in proposito casu absorbeat possessorium, vt respondit *Rot. in decis. 167. num. 8. par. 2. diuers. & penes Vivian. de iurapatr. decis. 18. numer. 7. & 8. & in Comen. cappella 27. Aprilis 1648. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Balneoregien. iurispatronatus 9. Decembris 1650. in fin. & in Asculana iurispatronatus 10. Martij sequentis anni coram Eminentiss. D. Card. Ottobono.*

Et ita vtraque &c.

Decisio ista emanata in hac eadem causa sub die 1. Decemb. 1651. quæ hic allegatur facta coram eodem bo: me: Leone Verospio, est supra in hac eadem part. 11. recent. decis. 203.

REVERENDISS. P. D. CERRO,
Sacræ Rotæ Romanæ DECANO.

Calaguritana Beneficij S. Ioannis de Molinar.
Mercurij 29. Maij 1652.

ARGVMENTVM.

Beneficij possessio debet esse pacifica, ad hoc vt intret regula de Triennali, Lis, quando dicatur, quod remaneat extincta; Res iudicata, quando extinguat litem.

SVMMARIVM.

1 *Regula de Triennali, vt sit locus, requiritur, quod possessio sit pacifica.*

2 *Beneficij possessio, quando possit dici pacifica.*
3 *Litis effectus, durat quo vsque durat ipsa lis.*
4 *Appellatio souet ipsam litem.*
5 *Appellatio remanet deserta lapsis fatalibus, ac sententia transit in rem iudicatam.*
6 *Res iudicata regulariter extinguit litem, & facit præsumere, quod appellans eam habuerit pro derelicta.*
7 *Lis tunc regulariter extinguitur per desertionem, & rem iudicatam, quando super ea prius sequitur sententia declaratoria desertionis, & rei iudicatæ.*
8 *Appellans censetur litem habere pro derelicta, & quando id sit verum, & num. 9.*
10 *Instantia de Iure communi est perpetua.*
11 *Ex negligentia, & taciturnitate lis non censetur derelicta, nec inducitur desertio.*

DECISIO CCLV.

RESERVATVM fuit in Decisione ædita coram Me super bono Iure Bartholomei de Castanniza 17. *Nouembris præteriti §. finali* quod quatenus * opus esset particulariter videretur, An obstaret regula de triennali per Iosephum de Vrtusaustegui collitigantem allegata, ideoque proposito super hac dubio, Domini responderunt illam non obstare, quia Ioseph nunquam habuit pacificam possessio-
1 nem, † prout requiritur vt sit locus dictæ regulæ de triennali *Sarnen. super hac regul. quæst. 53 num. 1. Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 53. num. 19. Mohedan. decis. 13. nu. 1. de caus. possess. & propriet. clar. me. Coccin. decis. 172. num. 2. bon: me: Buratt. decis. 699. numer. 1. Rota in Salernitana Beneficij 15. Aprilis 1644. coram R. P. D. meo Bichio §. Non obstat, quod per Monitorium, & in Fanen. Cappellaniæ 22. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Rojas in*
2 *principio*. Cum enim illam assecutus † fuerit post motam litem (vt est in confesso inter Partes) effectus turbatiuus pacificę possessionis ex dicta lite resultans durat quousque ipsa finiatur, *vt distinguendo inter molestias iudiciales, & extraiudiciales dixit Rota coram Cassad. dec. 6. n. 8 super reg. Cancell. in dicta Salernitana Beneficij §. fin. & in Vercellen. Præpositura 5. Iulij 1649. §. Talis antè coram R. P. D. meo Bichio*, Ipsa autem finita dici
3 non potest per sententiam † illius fauore prolatam, dum Bartholomeus ab ea appellauit; Appellatio enim litem confouet *l. 1. §. recepta ff. nihil nouar. appell. interpos.* & consequenter im-
4 pedit ne possessor † incipiat esse pacificus, *vt in puncto declarando contrarias decisiones responsum fuit in dicta Fanen. Cappellania §. Minus obstat coram R. P. D. meo Rojas.*

Non obstat quod per plures annos nihil
5 actum fuerit, ideoque † lapsis fatalibus appellatio remanserit deserta, & sententia transierit in rem iudicatam, quę regulariter litem
6 extinguit, † ac facit presumere, quòd appellans illam habuerit pro derelicta.

Quoniam lis tunc demum extinguitur per desertionem, & rem iudicatam quando su-
7 per ea prius† sequitur sententia declaratoria eiusdem desertionis, & rei iudicatę (quę in proposito deficit) *ex theoric. Bart. in l. eos num. 8 C. de appell. Mohedan. decis. 7. num. 2. de caus. poss. & propr. Card. Seraphin. decis. 565. num. 9. Card. Caualler. decis. 333. num. 6. repetita in recent. decis. 634. n. 4. & decis. 746. sub num. 2. vers. Præterea addebatur part. 2. Rota in Placentina Parochialis de Malpartida 1. Iulij 1602. coram Litta penes Marchesan. de commiss. par. 3. fol. mihi 24. num. 7. vers. & ad illud in dicta Fanen. Cappellania §. Nec dicatur in Leodien. Beneficij 23. Martij 1648. coram R. P. D. meo Peutingerio simili §. nec dicatur, & in Auellina Canonicatus 12. Iunij 1651. coram Me §. nec subsistit:* Presumptio autem quod ob omissam per aliquod temporis spatium prosequutionem ap-
8 pellationis appellans† censeatur litem habuisse pro derelicta, recipitur solum quando ex actis constat de ipsius malo iure, hoc enim casu si litigatur de eo notitiam habet animo
9 deserendi † litem tacuisse presumitur, *vt dixit Rota in Toletana Iurispatronatus 29. Ianuarij 1635. coram Clar. me. Coccino in recent. decis. 1 num. 8. p. 7.* secus autem quando prout hic non constat ex actis de ipsius malo iure (quin immo eius bonum ius in casu nostro plenè comprobatum
10 fuit in supradicta decisione) tunc enim† quia de iure communi instantia est perpetua *cap. penult. de Iudic.* Ex sola negligentia, & taciturnitate lis non censetur derelicta, nec inducitur
11 desertio, † *vt distinguendo respondit Rota in recent. decis. 342. num. 8. part. 1. in dicta Fanen. Cappellania §. nec pariter cum seqq. in dicta Leodien. Beneficij §. quia per sententiam vers. Ex ea diuersitatis ratione, & in dicta Vercellen. Præpositura §. At finita cum seqq.* In quibus omnibus latissimè agitur materia pręsentis controuersię.

Et ita vtraque &c.

Emanata hac decisio in hac eadem causa facta coram eodem Reuerendiss. P. D. Cerro Decano sub die 17. Nouemb. 1651. est supra decis. 193. in hac part. 11. recent.

R. P. D. MELTIO,
Posteà Episcopo PAPIEN.

Tudertina Successionis.

Mercurij 29. Maij 1652.

ARGVMENTVM.

Statuta Laicorum non comprehendunt Clericos, & quid si fuissent confirmata à Sede Apostolica in forma specifica? Statutum in materia successionis solùm de tempore mortis illius, cui succedi debet attendendum esse firmatur, & refutatur opinio eorum, qui tenent, quod Statutum statim atque quis nascitur, reddat eum habilem, vel inhabilem ad succedendum.

SVMMARIVM.

1 *Nepos succedit cum Amita pro æquali in successione Patrui siue Auunculi.*
2 *Statutum non intrat quoad bona existentia extrà territorium statuentium.*

3 Statu-

3 *Statutum conditum à Laicis non ligat personas Ecclesiasticas.*
4 *Statuta Laicorum non comprehendunt neque familiares personarum Ecclesiasticarum.*
5 *Statutum Laicorum confirmatum à Papa seruari etiam debet à Clericis, intellige num.7.*
6 *Verba,* volumus,& mandamus, *apposita in confirmatione Statuti, non inducunt simplicem confirmationem, sed faciunt nouam concessionem.*
7 *Confirmatio Apostolica Statutorum Laicalium, quamuis fuerit concessa in forma specifica, quando tamen non extendat eorum dispositionem ad Clericos i*
8 *Statutum conditum fauore agnationis, indistinctè haberi debet profauorabili, quamuis sit iuris communis correctorium.*
9 *Statutum, quando est fauorabile, vt validè dicatur à Sede Apostolica confirmatum, sufficit confirmntio in forma communi.*
10 *Extensio de persona ad personam in iure non admittitur.*
11 *Statutum conditũ ad publicam vtilitatem, seù quietem loci, comprehendit etiam Clericos, contrà num.12. & quare.*
13 *Clericatus superueniens non eximit à iure statutario, quo quis à die natiuitatis reperitur ligatus, & quare. Contrarium num. seq.*
14 *Statutum, vt reddat aliquem habilem, vel inhabilem ad succedendum, non attenditur tempus quo dictum statutum conditum fuit, sed illud, in quod eius effectus confertur.*
15 *Statutariæ Laicorum dispositioni semper Clerici remanerent subiecti, si attenderetur tempus, quo d. statutum conditum fuit.*
16 *Statutum Laicorum comprehendit etiam Clericos, quando Clericatus fuit obtentus in fraudem dicti statuti.*
17 *Statutum disponens de successionibus non ligat personas nisi de tempore delatæ successionis, & mortis illius cui succedi debet.*
18 *Statutum Laicale non comprehendit Clericum, licèt emanauerit non solum ante illius Clericatum, sed etiam ante illius natiuitatem.*
19 *Statutum Laicale quamuis fuerit à Sede Apostolica confirmatum non comprehendit Clericos, nisi de illis fuerit facta mentio.*
20 *Statutum Laicale de successionibus non afficit Clericos, quando confert effectum suum de tempore delatæ successionis.*
21 *Clausula,* eo casu, *restringit dispositionem ad illum tempus.*

DECISIO CCLVI.

PER obitum Io:Ludouici de Actis, qui intestatus decessit orta fuit controuersia inter Ioannem,& q.Carolum de Oddis nepotes dicti Ioannis Ludouici ex Lucretia Sorore ex vna parte, ac Franciscam de Actis pariter sororem ex altera super successione in hæreditate eiusdem Io:Ludouici. Vndè delata causa ad Rotam, ac mihi commissa, dubitaui, An, & cui debeatur talis successio, qua hodie proposita, vtrique parti pro medietate eam deberi per Dominos fuit responsum attenta
1 dispositione iuris communis, † cuius vigore in successione patrui, siue auunculi nepos vti repræsentans personam matris prædefunctæ succedit cum amita pro æquali, *Auth. cessante, & Auth. post fratres, C.de legitim. hæred. §. si igitur defunctus, Auth.de hæred. ab intest. venien. Gabr.de success. ab intest. conclus.1.num.13. Mart.de success. quæst.23. art.1. num.9. part.1. Rota coram Buratt. decis.309.num.1. & decis.930.num.14.*

Non obstat, quod ex dispositione Statuti Tuderti de successionibus ab intestato *rub.56. distinct.* 2. præferautur agnati cognatis, & sic Francisca de Actis vti agnata prætendat ex-
2 cludere Ioannem nepotem cognatum,† quia huiusmodi Statutum quoad bona existentia extra Territoriũ statuentium non intrat iuxtà doctrinam *Bart.in l.cunctos populos quæst.7.nu.33.* & ibi *Bald.num.9. & cæteri. C.de summ.Trinit.& fid.Cathol. Alex.cons.16. & cons.128. num.1.lib.1. Rota decis.177. nu.2. & 3. part.5. recent. & coram Buratt.decis.188.nu.2.* & ibi *Annot. num.14. Gregor.XV. decis.255. num.1.* & ibi *Adden. numer.7.*
3 Minusque † locũ habere potest respectu aliorum bonorum, quæ sita reperiũtur in eodem Territorio Tudertino; Nam cum Ioannes valdè ante tempus, quo sequutus fuit obitus d. Io:Ludouici auunculi clericali charactere initiatus reperiretur, *vt in eius Summar.num.1.* non potuit ligari à dicto statuto tanquam cõdito à Laicis nullam prorsus potestatem habentibus respectu personarum Ecclesiasticarum, *iuxtà vulg.text.in cap.cum Ecclesia S.Mariæ, vbi notant omnes Doct. de constitut. Salic. in Auth. cassa num.24. C.de Sacrosan. Eccles. Rolan. à Valle cons.37. sub num.29.lib.2. Cephal.cons.95.num.15. Surd. decis.20.num.8.* latè *Sperell. decis.11.nu.20. & seqq.* cum alijs per Rotam copiosissimè cõgestis in *Spoletana Bonorum* 13. *Aprilis* 1646. *§.visa fuit, vers. & in hac materia, coram Eminentiss. D.Card.Corrado, & in Rauennaten.hæreditatis 5.Iuny 1648. §.tamen Domini, coram Eminentiss. D.Card.Otthobono,& in Eugubina hæreditatis 2.Iunij 1651. coram R.P.D.meo Bichio, §.contraria ni-*
4 *hilominus*; † Imò fortius, vt nec etiam statuta Laicorum comprehendere possint familiares ipsorum Ecclesiasticorum, firmauit *Rot.in Meliuitana hæreditatis 4. Iulij & 7. Nouembris 1618. coram bon;mem; Card. Fabritio Verospio, & coram Caualer. decis.657.num.1.*
5 Nihil etiam facit,† vt huiusmodi statutum confirmatum fuerit à Papa, & propterea de eo indicandum veniat, vti de statutis Papalibus, *Abb.in c.dilecta num.14. de præben. Felin.in c.cum accessissent nu.4.& 7.* vbi etiam *Dec.nu.19. de constit. Gabr.de clauf.conclus.3.num.20,* & dixit *Rot.in Meliuitana Præeminentiarum 28.Ian. 1623. coram bo:me:Pirouano,*& sæpè aliàs,& sic omninò seruari debeat etiam à Clericis, maximè quia confirmatio Apostolica potius videtur facta in forma specifica, quam communi, vt
6 demonstrant † verba in ea apposita, obseruari *volumus, & mandamus,* quæ non videntur inducere solam simplicem confirmationem, sed facere concessionem, atque dispositionem, iuxtà *decis. Rot.438.num.55.& 59. part.4. recent. tom.2.* Quia obiectum vigere posset quidem
7 si in † statuto facta fuisset expressio Clericorũ, vel

vel saltem illi venirent sub aliquibus verbis generalibus aptis ad illorum comprehensionem, tali enim casu adesset solum defectus potestatis statuentium, quem supplere potuisset prædicta confirmatio Apostolica. At cum nulla in d. statuto facta fuerit expressio Clericorũ, imò, nec etiam ex omnibus illius verbis aliqua virtualis eorum comprehensio deduci possit, nedum deest defectus potestatis, sed etiam voluntatis statuentium, maximè, quia eorum intentio à potestate regulari solet, ideò quæcumque eorum generalis dispositio statutaria trahi non potest ad illud, quod in specie fieri prohibetur, *vt notat Barb.* inferendo ad propositum de Clericis *in l. si quis sub condit. in fin. ff. de cond. instit. Bald. in l. fin. §. in*
8 *computatione, C. de iur. deliq.* † Et propterea censendum est dictos statuentes noluisse comprehendere Clericos tanquam ab eorum potestate omninò exemptos, ac separatos, hujusmodi autem voluntatis defectum, vt confirmatio Apostolica supplere non valeat, quamuis ea in forma specifica cõcessa fuerit, in puncto firmauit *Rot. in in Vrbeuetana legati 4. Iuly 1646. §. quamuis, coram R. P. D. meo Bichio, & in Romana dotis 11. Februarij 1647. §. addebant, coram eodem, & in dicta Spoletana bonorũ 13. Aprilis 1646. §. quia cum in ea, coram Eminentiss. D. Card. Corrado, & in d. Rauennaten. hæreditatis 5. Iunu 1648. sub §. neque suffragatur confirmatio, coram Eminentiss. D. Card. Ootbobono.*

9 Prædictis † neque aduersatur *decis. 438. sub nu. 47. & seqq. part. 4. recent. tom. 2.* Quia ibi firmatur solummodo, quod statutum excludens matrem propter patruum, cum sit conditum fauore agnationis indistinctè haberi debeat pro fauorabili, quamuis sit iuris communis correctorium, & quod ideò sufficit etiam cõfirmatio in forma communi, quare loquitur tantummodo de personis Laicis ad successionem contendentibus, neque vllatenus attingit qualitatem personæ Ecclesiasticæ, de qua
10 est præsens controuersia, † propterea dicta decisio tanquam loquens de personis Laicis non potest extendi ad personas Ecclesiasticas, cum extensio de persona ad personam in iure non admittatur, *Rolan. cons. 56. num. 24. lib. 3. Gabr. cons. 111. nu. 13. lib. 1. & cons. 69. nu. 28. lib. 2. Menoch. cons. 220. nu. 128. & seqq. Rot. coram Pen. decis. 639. num. 14.*

11 Prout † etiam non refragatur, quod huiusmodi statutum prętendatur conditum ad publicam vtilitatem, seù quietem, atque tranquillitatem Tudertinorum, & ex hac causa comprehendat etiam Clericos secundum doctrinam *Canc. var. resolut. part. 3. cap. 11. nu. 191.*
12 Nam † hæc opinio communiter reprobatur cum semper vrgeat defectus potestatis statuentium Laicorum, qui Ecclesiasticis præiudicare non potuerunt per ea, quæ habentur *in d. auth. cassa, C. de sacros. Eccles.* & per *Innoc. in c. nouerint de sent. excom.* & idem etiam ponderat *Alex. Monet. in cons. impress. penès Modern. Domenican. in Caten. aurea pro Immunitate Ecclesiastica vol. 2. fol. 575. num. 19. vers. neque, Cuman. consil. 85. num. 4. in fin.* quod etiam comprobat latissimè decisio iam allegata in *Spoletana Bonorum sub §. visa fuit, coram Eminentiss. D. Cardin. Corrado,* vbi firmatur istam sententiam tanquam veriorem tenendam esse, quidquid alij senserint cum earum rationes verè non subsistant, & à DD. plenè confutetur.

Neque pro releuanti habuerunt Domini,
13 quod † de statuto dicebatur, vt statim atque quis nascitur, illud reddat eum habilem ad succedendũ, & ideò Clericatus superueniens cum nõ eximat à iure statutario, quo à principio fuit ligatus, nec alterare possit vinculũ iam à dicto statuto iniectum; aliàs im remaneret aperta via fraudibus, cum cuilibet liceret eludere circa hoc dispositionem statutariam assumendo Clericatum, ad traditam per *Castr. consil. 304. vers. sed in omnem euentum, & versic. nam sequeretur, lib. 1. cum pluribus alijs alleg. per Crass. d e effect. Cleric. effect. 2. num. 269. & seqq. Modern. Pedemont. disquis. Clerical. part. 3. tit. de exempt. Cleric. à stat. §. 5. sub nu. 22. & seqq. Modern. Neapolit. de Immun. Eccles. tom. 1. cap. 8. dubit. 11. sect. 4. & 5. fol. 338. Modern. Pisauren. de*
14 *immun. quæst. 58. nu. 33.* † Quia non venit attendeñ tempus, quo statutum fuit conditum, sed illud, in quod eius effectus cõfertur, & sic tempus delatæ successionis de quo tempore cum Ioannes iam Clericus reperiretur, dici non potest, quod ei fuerit iniectum vinculum statuti, & quod eius persona illi subiecta remanserit, ad tradita per *Salicet. in d. auth. cassa, num. 14. C. de sacros. Eccles. Abb. in dicto c. Ecclesia S. Mariæ de constit. nu. 25.* vbi etiam *Dec. nu. 207.*
15 *& 212.* qui ponderat, † quod alias Clerici semper subiecti remanerent statutis præiudicialibus Laicorum, *Anchar. consil. 107. numer. 2. cons. 108. num. 1. Ruin. cons. 200. nu. 8. lib. 2. Rolan. consil. 57. sub nu. 28. lib. 2.* qui declarat attenden-
16 dum esse solum, † An Clericatus obtentus fuerit ante, vel post delatam hæreditatem, quia si post dubitari potest, quod hoc fuisset factum in fraudem, *Cephal. cons. 95. n. 13. & 15.* hoc idem comprobatur ab *Alex. Monet. in præalleg. consil. num. 18.* & ab *Aret. in c. quod Clericis*
17 *in fin. de for. compet.* vbi habetur, † quod dum agitur de successione nunquam dici potest iniectum à statuto aliquod vinculum, nisi de tempore delatæ successionis, & per consequens mortis illius, cui succedi debet, *Sperell. d. decis. 11. num. 21. Surd. latissimè decis. 20. num. 8.* vbi quod capacitas, vel incapacitas consideratur secundum tempus delatæ successionis, & de eo tempore solum statutum dicitur perficere suum effectum, quare ante non potest considerari aliqua vinculi iniectio, & repro-
18 batur contraria sententia vti non vera; † Et quod sufficiat, vt aliquis reperiatur in Statu Ecclesiastico, ne comprehendatur vllo pacto sub dispositione statuti à Laicis conditi, licèt illud emanauerit non solum ante illius Clericatum, sed etiam ante illius natiuitatem, firmauit *in terminis Statut. Vrb. decis. 58. num. 28. & seqq. part. 6. recent.* vbi pariter nihil referre
19 dicitur, † quod d. statutum dicatur Papale tanquam continens confirmationẽ Apostolicam cum sufficiat, vt in illo de Clericis nulla

appa-

appareat facta mentio:

20 Accedit etiam, † vt ex tenore ipsius statuti dignoscitur illius verba directa esse in tempus delatæ successionis, vt signanter ex illis colligitur *succedat decesserit, superstes fuerit*, vel alijs similibus, quæ remouent quamcumque difficultatem, nam de eo tempore, vt dictum est, Ioannes Clericus reperiebatur, qui non potuit excludi per statutum Laicorum, vt egregiè ponderat *Ruin.cons.200. num.8.* qui testatur ita fuisse iudicatum per celeberrimos *Doctores Cephal. cons.95.nu.15. in fin.* & adhunc

21 effectum valdè † considerabilis est etiā clausula, *eo casu*, quæ non potest dubitari, quin importet restrictionem ad dictū tempus delatæ successionis, vt benè animaduertit *Surd. cons.344. nu.3. & cons.347. pariter nu.3. Menoch. cons.177.num.20. Barbos.dict.105. num.1. & 2.*

Et ita resolutum fuit vtraque parte informante.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Romana Deuolutionis Domorum.

Lunæ 3. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Census impositus mediante domini directi consensu, debet ab illo in deuolutione rei censitę accollari, eiusque fructuum solutio acceptari, quantumuis ille in præstatione consensus clausulas sibi præseruatiuas apponere curauerit.

SVMMARIVM.

1 *Dominus directus, qui census impositioni consensit, tenetur acceptare deuolutionem cum illius onere.*
2 *Consensus præstitus à domino directo super impositione census cum clausulis præseruatiuis, censui non præiudicat. & vid. num. seqq.*
4 *Caducitas acceptata cōtra absentem, vel non suffragatur, vel præbet causam restitutionis in integrū.*
5 *Caducitas excluditur ex obtento sequestro à Domino directo contrà inquilinos, ac successiuo mandato de consignando.*
6 *Caducitas excluditur ex qualibet causa etiam fatua.*
7 *Vxor negligens exigere propriam dotem, à marito ad inopiam vergente sibi præiudicat.*
8 *Bona alienari prohibita sub obligatione generali non censentur inclusa.*
Amplia, vt num. seq.
10 *Declaratio voluntatis ex solito inducitur.*
11 *Deliberatio facta de ordine Iudicis deuolutionem non inducit.*
12 *Bona emphyteutica sub hypotheca generali comprehenduntur, quoties de prohibitione non constat.*
13 *Res inter alios acta tertio non præiudicat.*
14 *Retentio non datur aduersus creditorem anteriorem.*

DECISIO CCLVII.

CENSVM redditus annui scut.300. super Domibus impositum, directo dominio Ecclesiæ Sanctiss. Trinitatis in Monte Pincio subiectis, Hieronymus Mercatellus (cui fuerant hæreditario iure cessæ) de eorumdem Fratrum consensu vendiderat cuidam Flaminio Cerasolo, & huius deindè nomine Custode Veñ Societatis SS. Bartholomæi, & Alexandri Nationis Bergomensis administratores hæreditatis instituti, pro fructnum consecutione (in quorum solutione defecerat censuarius) mandatum de associando in præfati domibus obtinuerunt, ac possessionem ipsius virtute receperunt. Ecclesia verò proprietaria Martium aduersarium in eisdem domibus instituit, quas tum ob non solutos canones intrà biennium, cum ob alienationem, ac hypothecas in ijs cōtrà formam inuestituræ contractas, ad se contenderat deuolutas. Vndè à decreto immissionis Martio per Iudicem attributo, cōmissa mihi causa dubium proposui super bono iure vtriusque partis, ad Custodum fauorem hodie resolutum. Eius namque fundatur intentio in Instrumēto census impositi de consensu Domini di-

1 recti, † qui propterea deuolutionem domus acceptare tenentur cum onere census, eiusque fructus successiuè persoluere, *ad text.in cap.1. §.& si clientulus de alienat.feud. Marinus Frecc.lib.2 de auctor. & potest.Reg. erga subfeudat. auctorit. 29. num.8. versic. fallit etiam hac reg. Harman. Pistor. lib.2. part. posterior. quæst.48.nu.22. Facchin. controuers.iuris lib.7. cap.56. in princip. Cenc. de cens. quæst.22. nu.9. in fin. cum alijs per Modernum Fulginaten. de emphit. in tit.de alienat. quæst.1.nu.112. col.3. in princ. Afflict.decis.112.num.7.& 8. Rot.in vna Romana census 9.Martij 1607. coram Iusto post Cenc.de cens. decis.402. num.1. & 2.* vbi conclusionem ampliat procedere, quamuis consensus sub amplissima suorum iurium præseruatiua ab ipsomet proprietario, prout in casu proposito, præstitus esset, & rationem exindè

2 deducit, † quod clausula illa ad census impositionem referri non valeat, cui assensum expressum tunc ipse præbuerat, ac ius exigendi transtulerat in emptorem, *vt not. Isern.in cap.1. num.8. & 9. qui success. dar. feud. teneat. Facchin. adduct. cap.56. in vltim.§.*

Et licet contraria quoque sententia suos

3 habeat † sectatores relatos à *Ciriac.contr.iur.446 num.4. cum seqq.* Prior tamen opinio in casu proposito eo faciliùs admissa fuit, quòd caducitas à directo Domino, siue ex non soluto canone intra biennium intentata, siue ex alienatione irrequisito Domino subsecuta videtur omninò corruere. Siquidem prima canonis non soluti destruitur ex absentia Hieronymi emphyteutæ ab Vrbe (prout ex processu contrà ipsum per contradictas instituto

4 conuincitur) † quæ illum proindè a caducitatis incursu reddit immunem, vel saltem pro causa restitutionis in integrum eidem, licet ætate maiori, concedenda deseruit, *vt not. Rip. in l. quod te; num.41. ff.de reb.cred. Dec. cons.138. num.9. Grat. cons.79. num. 11. cum seqq. vol.1. Corbul. de caus. priuat. ob non solut.can. ampliat.10.nu.2. Odd.de restit.in integr.quæst.89.art.9. nu.68. Clar. in §.emphyteusis quæst.8. verf. proce-*

dendo, vbi attestatur de communi, & refert concordantes *Rota in Romana deuolutionis domus 25. Iunij 1621. in §. vltra quod coram Manzanedo, & in Romana domus 25. Februarij 1647. in §. quatenus autem deuolutio prætenditur ob canones non solutos coram R.P.D. meo Celso*, siue etiam ex reportata à Domino directo contra Inquilinos sequestro super pensionibus domus emphyteuticæ, ac mandato successiuè de cõsignando, ex quibus, vel elicitur præsumptio satisfactionis subsecutæ, vel saltem certa credulitas in emphyteuta, quod ipsa processerat,
5 caducitatis † proindè exclusiua, *vt not. Soccin. Iun. in l. 4. §. Cato, numer. 148. ff. de verb. obligat. Iason. in l. 2. num. 53. quæst. 16. vers. limitat. tamen, C. de iur. emphyt. Corbul. cod. tit. ob non solut. canon. ampliat. 8. num. 122.* quos sequuta fuit *Rot. coram Buratt. decis. 624. nu. 7. & coram Gregor. decis. 388. num. 4. & in Romana deuolutionis 22. Iunij 1624. coram Remboldo*, cum quælibet causa iniusta,
6 quantumuis, ac fatua † pro quo caducitatis exclusione regulariter admittatur, *ad text. in l. igitur, §. potest, ff. de liberal. caus.* idem *Corbul. limit. 17. num. 2. Rot. post Modedern. Perus. de cens. decis. 4. num. 2. & decis. 261. num. 5. part. 1. recent.*

Allegatæ verò satisfactionis præsumptio, ex eo exclusa dici non poterit, quod sequestrum à directo Domino reportatum canones tunc temporis, ab anno scilicet 1647. solummodo decursos includat; & acceptata caducitas referaur ad canones duobus sequentibus annis non persolutos: Omnes quippè pensiones sequestrum prædictum comprehendebat, itaut Domino directo ipsius virtute competeret exactio decursi canonis, ac imposterum decurrendi. Prętérquam, dum in eius executione sequestri, cedula quoque sc. 165. deposita fuit, præuia protestatione, ne alteri possit creditori, ipsis Proprietarijs non citatis, consignari: Eisdem propterea adscribi solummodo debet, ac nocere defectus integri canonis non soluti, quos, in actu consignationis eiusdem cædulæ factæ creditoribus posterioribus præuia quauis citatione lacessiti, exigere neglexerant, vt ex narratiua mandati conuincitur, ac reliquis actis mentionem
7 citationis præseferentibus, † prout in terminis vxoris negligentis exigere propriam dotem à marito ad inopiam vergente, ac malè suis vtente, probat *text. in l. si constante, ff. solut. matrim.* & not. ibi *DD. & in auth. res quæ, C. communi de legat. vbi inter cæteros Iason. col. vlt. in fin. limit. 14. Padill. num. 121. Cephal. cons. 344. nu. 35. cum alijs per Peregr. de fideicomm. art. 42. num. 16. Fusar. de substit. quæst. 532. num. 30. Rot. in Romana Saluiani de Casalibus 21. Iunij 1641. coram R.P.D. meo Cerro in §. imò nulla videtur potuisse competere hypotheca, & in §. in omnem casum.*

Altera quoque species caducitatis ex causa alienationis incursæ, visa fuit ex facto corruere; Aut enim illa deducitur ex donatione irreuocabili inter viuos à q. Clemente Mercatello emphyteuta de anno 1637. facta Francisco Mariæ eiusque filijs, iisque deficientibus Hospitali S. Catherinæ de Canigliano, *data in Summ. Martij num. 14.* Et hæc omnia bona in genere tantummodo comprehendit, non autem domos prædictas emphyteusi suppo-
8 sitas specialiter refert, † quæ proindè tanquam alienari prohibita sub generali bonorum appellatione non censentur inclusæ, *ad text. in l. obligatione generali, ff. de pignor. Bald. in l. voluntas nu. 14. de fideicommissis, Bart. in l. codicillis, §. instituto num. 5. ff. de leg. 2.* ibique *Imol. in fin. Cardin. Mant. de tacit. lib. 22. tit. 28. num. 54. Negusant. in tract. de pignor. part. 2. membr. 2. num. 42. Rot. in Romana domorum 3. Iunij 1572. coram Lancellott. post Marches. part. 1. fol. 133. num. 1.*

Vel desumitur ex obligatione persoluendi diuersis vicibus scut. 165. *data in Summ. Martij nu. 13.* ac si domus prædictæ emphyteuticæ, quarum quoque mentio in obligationibus facta fuit, ad fauorem creditorum dicantur hypothecę contra formam inuestituræ suppositæ; Et incursa dici non poterit, cum mentio earum domorum facta solummodo legatur in narratiua, quòd illæ penès ipsum existeret, in parte verò dispositiua, seu obligatoria specialiter expressæ non fuerint, sed generalis tantummodo bonorũ omnium mentio præ-
9 cesserit, † sub qua bona specialiter hypothecari prohibita non præsumuntur inclusa, quoties priuationis pœna indè contingeret, *Alex. cons. 41. num. 2. cum seqq. lib. 6.* idem *Mant. adduc. lib. 22. tit. 28. num. 54. Rot. decis. 509. num. 8. part. 4. tom. 3. recent.* Inspecto præsertim solito emphyteutæ, cæteris in alienationibus dire-
10 cti Domini consensum reseruandi, † quòd ad declarandam in hoc casu dubio, eiusdem voluntatem benè poterit deseruire, secundum *Castr. cons. 347. lib. 2. Roman. cons. 261. nu. 4. Aym. cons. 211. nu. 8. Rot. decis. 274. num. 4. part. 4. diuers. & in Anagnina vsurarum 23. Maij 1608. coram Manzanedo post 2. volum. cons. Farinacc. decis. 255. num. 9.*

Vel denique innititur deliberationi subsequutę ad instantiam cuiusdam Contugij creditoris Hieronymi emphyteutæ pro pretio scut. 25. Et effectum caducitatis operari non potest, vel quia ad vitam ipsius Hieronymi facta censetur, vel quia prçuio iudicis decreto
11 præcessit, † adeòque tanquam coacta deuolutionem ad fauorem directi Domini non induxit, vt respondit *Rot. coram Caual. decis. 622. num. 6. & in decis. 25. num. 12. part. 6. recent. & in decis. 283. nu. 2. part. 4. tom. 2. & in decis. 509. nu. 5. part. 4. tom. 3. recent.*

Deuolutio pariter substineri non potest eius respectu domus sub directo familiæ de Stefanonis dominio constitutæ, quæ in censu ad fauorem Flaminij imposito hypothecata fuit absque consensu eiusdem familiæ: Quia non probatur exaduerso in Instrumento cõcessionis in emphyteusim ipsius hypothecatio pro-
12 hibita, † adeòque potuit sub generali hypotheca legitimè comprehendi, *ad text. in l. tutor, §. fin. ff. de pignorat. act,* & not. ibi *DD. in l. final. Cod. de iure emphyt. post gloss. ibi in verb. vendere, gloss. in cap. potuit in verb. vendere de locat. Ripa in l. filiusfam. §. Diui num. 90. ff. de leg. 1.* & de communi testatur *Clar. in §. emphyteusis quæst. 18. Gabriel. de reg. iur. concl. 12. num. 18. Rot. decis. 425. num. 6.*

num.6. par.1. diuers. Et licet eadem domus concessa fuerit Contugio de anno 1647. qui eam successiuè distraxerat in Martium aduersariũ de anno 1650. directi Domini consensu non
13 requisito,† Hæc tamen venditio præiudicium nullatenus intulit Flaminio, eiusque hæredibus vti res inter alios acta *ad text. in l. sæpe ff. de accus. cap. inter dilectos de fide instr. cum alijs per Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 11. num. 206.*

Denique nec suffragantur ad retentionis effectum plura credita pro parte Martij producta. Siquidem aliqua ex ijs directi Domini consensu destituta probantur, reliqua vero prę fato censu posteriora, ac sine hypotheca noscuntur, adeoque in præiudicium anterioris creditoris hypothecarijs retentionis Beneficiũ operari non poterit ad fauorem posterioris pro credito hypotheca carente *ad text. in reg. qui prior de reg. iur. lib. 6. not. Surd. cons. 4. num. 41. lib. 1.* & indubitatum in iure dixit *Rota in decis. 412. num. 1. coram bo. me. Vrgell. & coram Comitulo decis. 167.* Dum maximè credita anteriora quatenus adsint Domini directi consensu munita in actis eiusdem Societatis Custodes solutione mediante promiserunt extinguere.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. MELTIO,

Posteà Episcopo PAPIEN.

Signina Bonorum.

Lunæ 3. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Mulier, quæ Iure familiaritatis bona possidebat potest sibi nouo superueniente titulo mutare causam suæ possessionis, etiam in prædijs rusticis vbi agitur de muliere rurana, & opidana.

SVMMARIVM.

1 *Possessio Iure familiaritatis titulo superueniente mutata censetur nomine proprio.*
2 *Possessio mutata per superuenientiam tituli est manunibilis in concursu alterius.*
3 *Manutentio debetur possidenti donec disputatur de titulo.*
4 *Possessionis mutatio ex superuenienti titulo non datur vbi possessio fuit ab alio medio tempore occupata, intellige vt ibidem.*
5 *Manutentionis ad effectum præsumitur possidentem præuenisse in mutatione causæ suæ possessionis.*
6 *Exceptiones contra Testes non attenduntur in Iudicio manutentionis.*
Iudicium Manutentionis quascunque leuiores probationes admittit num. 6.
7 *Testes quantumuis fieri potest reducendi sunt ad concordiam.*
8 *Possessio Iure familiaritatis non præsumitur in Vxore quoad bona rustica, intellige vt num. seq.*
9 *Feudo aperto, vt detur manutentio Domino directo requiritur deuolutio vndique clara, secus si de ea dubitari contingit.*
10 *Feudum concessum per verbum*, Donamus, & Concedimus, *dicitur merè hæreditarium, & transitorium ad quoscumque.*
11 *In Inuestitura concessa per verba*, Donamus, & Concedimus, *facta præsertim contemplatione meritorum veniunt etiam fæminæ, & hæredes extranei.*
12 *Feudi prima concessio possit ne per secundam alterari.*
13 *Feudum in territorio Vallis Montanæ non est solitum concedi pro solis masculis.*

DECISIO CCLVIII.

MANDATVM de manutenendo, quod A. C. Melchiorius decreuerat in omnibus bonis, de quibus agitur, ad fauorem Martiæ Matrigalis in gradu appellationis deuoluta causa ad Rotã denuo ei concedendum esse Domini responderunt, quia de eius possessione iure familiaritatis viuente Iosepho Pizzuto eius viro constat ex depositionibus Testium, qui per optimas rationes deponunt per sensum visus, & auditus de cultura, & perceptione fructuũ, aliisque actibus fieri consuetis à veris possessoribus Summ. d. Martiæ *num. 5.* & cum deinde post mortem d. Iosephi superuenerit ille titulus hæreditarius, censendum est eam mutasse causam suæ possessionis, & absque aliqua animi declaratione, & ita, vbi prius pos-
1 sidebat Iure familiaritatis † cæpisse possidere Iure, & nomine proprio, iuxta opinionem *Decij in cons. 400. num. 5.* quam reprobato *Socin. seniore in cons. 31. num. 1. lib. 1.* seruat Rot. *vt per Rot. decis. 441. lib. 1. & 331. num. 2. lib. 3. in nou. Acchil. decis. 4. de caus. possess. & propriet. Crescent. decis. 3. num. 3. de restit. spoliat. coram fe. me. Gregor. XV. decis. 546. num. 1. vers. præsumitur enim, in recent. decis. 761. num. 2. part. 2.* & fuit dictum in *Bononien. fideicommissi de Leonoris 22. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Bichio, & in Farfen. bonorum 18. Februarij 1647. coram R. P. D. meo Rojas §. non obstant,*
2 quæ aduersus sententias, † Et hæc possessio, vt in concursu sit manutenibilis ad exclusionem alterius, firmauit *Rot. coram fe. me. Greg. XV. decis. 546. num. 1. & in recent. decis. 366. num. 1. & 623 num. 5. par. 1. recent.* nihilo stante, quod præsupponitur hic agi de bonis feudalibus, nam cum
3 controuertatur talia ista esse † donec iste articulus discutiatur, debetur d. Martiæ manutentio etiam ad exclusionem Domini directi *Rota coram Andrea decis. 36. num. 3. vers. nec obstare videtur statutum.*

Neque refragari videtur, quod non detur mutatio possessionis ex superueniẽtia noui tituli, quando possessio fuit ab alio medio tem-
4 pore occupata; † Quia conclusio ista vindicat sibi locum, quando Titulus super venit post iam occupatam ab alio possessionem, secus autem si antea; nam tunc potest quis optimè continuando suam possessionem causam eiusdem possessionis sibi mutare, iuxta receptam *decis. 4. Acchill. de caus. poss. & propriet.* cum alijs supra alleg. In proposito autem casu, quod possessio respectu alterius esset vacua clarè ex eo colligitur, quia in ipso instanti, quo maritus decessit, vxor effecta fuit hæres.

Præ-

Præterea quatenus etiam res dubia esset, adhuc in dubium præsumendum esset,
5 † mulierem præuenisse in mutatione causæ possidendi, ad effectum obtinendę manutẽtionis, *Giurb. de consuet. Messan. c. 10. gloss. 8. par. 1. n. 15. & 20. cum alijs adduct. per Moder. de man. obs. 54. n. 26. cum seqq.*

Nec etiam obstare visæ fuerunt exceptiones datæ contra personas, & dicta Testium in-
6 ductorum ex parte Martiæ, † nam vltra quod illæ minime admittantur in hoc iudicio manutentionis, in quo quæcumque leuiores probationes sufficiunt *Menoch. de retinen. remed. vlt. num. 41. & 42. Rota coram fa. me. Gregor. XV. decis. 449. num. 10. & in recent. decis. 214. num. 3. par. 1* adhuc visæ fuerunt irreleuantes, nam licet dd. Testes deponendo iuxtà 10. & 11. Interrogatorium super responsionibus frumenti, & musti per ipsos factis, restringant se ad quatuor petia terræ, quæ illis locata fuerunt, nihilominus super primo deinde articulo vniuersam omniũ bonorũ possessionẽ concludunt fatendo esse verũ, quod Ioseph dum vixit vna cum Martia eius vxore bona, quorum manutentio hodie controuertitur semper possedit; & hæc interpretatio eo magis capienda videtur nedum, quia litteralis est, verum etiam, quia hoc modo euitatur obiecta Testium contra-
7 rietas, quorum depositiones, † cum potest reduci debent ad concordiam, *iuxta text. in cap. cum fuit, cum ibi notat. per Doct. de testib. & ibi gloss. in verb. denique Rimin. iun. cons. 344. num. 5. cum alijs latè cumulat. per Farinac. de testib. quæst. 7. part. 3. num. 317. cum seq. Ruin. cons. 5. num. 17. lib. 7. Cæsar. de Graff. decis. 5. num. 23. de sponsal.*

Pariter non fuit habitum pro releuãti obiectum illud, quod possessio iure familiaritatis non præsumatur in vxore quoad bona rustica *Rota decis. 647. num. 52. & 58.* quia præter quod hæc pręsumptio benè procedere potest respectu mulierum ruralium, & oppidanarum, quę solent se conferre cum viris ad vineas,
8 aliasque possessiones, † Cessat pænitus obiectum, ex quo Martia in probanda sua possessione, non nititur sola pręsumptione, sed probatione vera, ac concludenti deducta ex depositionibus Testium formiter examinatorũ *Gabr. cons. 34. ad fin. vers. quia translato lib. 1. Rota decis. 647. num. 57. vers. quæ non probant penès Modern. de manutenen.*

Denique obstare minimè visum fuit, quod defuncto Iosepho Pizzuto viro dictę Martię, possessio huiusmodi bonorum, tanquam feudalium, ac fauorem masculorum tantum cõcessorum non potuerint continuare in Martiam dictorum bonorum incapacem, sed ea deuenerit ad clar. mem. Principem D. Thaddęum Barberinum, qui cum de dictis bonis inuestierit deinde Petrum Franciscum Pizzutum, ipsi propterea tanquam legitimo possessori, non autem Martię danda sit manutentio Nam respondetur, quod huiusmodi exceptio ad omne peius non potest habere locum, nisi respectu pędij della Croce, & vnius Castaneti, & Cellę vinarię, quę nominatim in dicta Inuestitura expressa fuerunt sub qualitate feudali, alia autem non probantur feudalia.

At respectu eorum etiam visum fuit DD. non posse impediri manutentionem Martiæ. Quia conclusio illa, vt aperto feudo competat manutentio Domino directo ratione possessionis ciuilis pro recuperatione na-
9 turalis, † procedit quotiescumque deuolutio est vndequaque clara, secus autem si de ea dubitare contingat, prout ita distinguendo declarauit sępius *Rot. & signanter decis. 36. num. 3 coram Martin. Andr. & decis. 268. numer. 8. & 9. dec. 293. inter impress. apud Modern. de manut.* & fuit dictũ in *Mediolanen. prætensæ deuolutionis 12. Februarij 1650. §. neque vllus releuantia, vers. quia d. conclusio, coram me, & in Romana Domorum 15. Decembris 1649. coram R. P. D. meo Bichio §. & licet.*

In proposito autem casu dubia admodum redditur deuolutio, seu expiratio primę concessionis factæ per Fuluiam Comitissam Sfortiam de anno 1582. ad fauorem Ioannis Baptistę Pizzuti, quia omisso, quod illa apparet facta titulo irreuocabilis Donationis, ibi, *Do-*
10 *namus, & concedimus*, † fuit etiam simpliciter concepta ad fauorem pręfati Ioannis Baptistę, & hęredum in futurum, quę verba operantur vt illa sit mèrè hęreditaria, & per consequens transitoria ad quoscumque hęredes *Oldrad. consil. 159.* quem communiter sequuntur *Rot. & signantèr Dec. cons. 32. num. 3. & cons. 458. num. 12. & seqq. Intrigl. de feud. quæst. 10. num. 3. & seqq.* Maximè quia dicta Inuestitura apparet etiam facta ex causa meritorum d. Io. Baptistę ob longa seruitia fideliter ab ipso pręstita ipsi Comitissę Fuluię, vt in Summ. Martię *num. 1.* Vndè in huiusmodi concessione venit etiã Mar-
11 tia, † quamuis alias, vti fœmina, ac hęres extranea feudo à excluderetur, *c. 1. quemadmodũ feud. ad fipertin. Rip. cons. 8. num. 69. Alciat. cons. 203. num. 7. Paris. cons. 4. nu. 7. & 8. lib. 3. Surd. cons. 140. num. 42. lib. 1.*

Et licet huic interpretationi repugnet confirmatio eiusdem Concessionis postea facta de anno 1636. a clar. mem. Principe Don Thaddęo Barberino Iosepho Pizzuto, qui declarauit verbum illud *in futurum*, appositum in prima concessione fuisse adulteratum, & ita adultera tam à suis maioribus habuisse concessionem, sed re vera loco illius verbi *in futurum*, stare debere verbum *masculis*, & propterea iuxta hanc declarationem contentus fuit accipere confirmationem primę Concessionis restrictam ad solos masculos ex legitimo matrimonio natos, tamen donec plenius discu-
12 tiatur in petitorio, † An prima Concessio potuerit alterari, & an declaratio facta à dicto Iosepho fuerit voluntaria, vel meticulosa, siue ob reuerentiam erga ministros dicti Principis, prout ex hac causa à dicto Iosepho illã fuisse factam contendunt Informantes pro Martia, & deponit etiam quidam Testis ad perpetuam rei memoriam examinatus, ac etiã de iure quoad modo pręsumitur, prout in terminis secundę concessionis factę cum restrictiua ad masculos, quę non aderant in prima *Rosental. de feud. cap. 6. conclus. 69. num. 14.* Interim venit concedenda manutentio Martię ex iam dictis.

Non

Non obstat, quod ex depositionibus Testium inductorum à Petro Francisco Pizzuto probatum dicatur bona existentia in Territorio Vallis Montanę solita esse concedi in feu-
13 dum pro masculis, † nam hoc non subsistit, & contrarium prorsus apparet, ex traditis per *Gratian. discept. forens. cap. 736. num. 67. vers. non obstat*, idemque firmauit *Rot. in Signina feudi 15. Iunij 1618. coram Andrea.*

Et ita vtraque parte &c.

REVERENDISSIMO P. D. CERRO, Sacræ Rotæ Romanæ DECANO.

Cathacen. Legati.

Veneris 7. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Sub Legato mobilium, quamuis veniant etiam pecuniæ, tamen id intelligitur, quando pecunia manet domi præsidij causa secus si causa fœnerandi domi retineantur, attamen secus dum tale legatum factum esset sub verbis amplissimis, & generalibus. Census & fructus eiusdem an veniant appellatione mobilium.

SVMMARIVM.

1 *sub Legato mobilium, venit pecunia, nisi constet de contraria mente testantis.*
2 *sub Legato mobilium, venit illa pecunia, quæ præsidij causa domi retinetur.*
3 *Mobilium appellatione non venit pecunia, quæ mutuo, vel fœnori sunt destinata.*
4 *Clericis interdicta est omnis negotiatio.*
5 *Clericus censetur retinere pecunias domi, solum præsidij causa.*
6 *sub Legato generali mobilium, quando veniat omne genus pecuniarum, cuiuscumque generis sit, & num. 7.*
Voluntas testatoris desumitur ex amplissimis verbis
7 *Pecuniæ appellatione, sanè veniunt pecuniæ destinatæ ad negotiandum, dum sub tali appellatione veniunt etiam nomina debitorum.*
9 *Census veniunt etiam appellatione bonorum.*
10 *Fructus census veniunt sub appellatione mobilium, quando sunt maturati ante mortem testatoris.*
11 *Fructus census non veniunt appellatione mobilium, si non sunt maturati de tempore obitus testantis.*
Census inter bona immobilia connumerantur n. 10.
12 *Census non veniunt sub nomine Iurium testatoris.*

DECISIO CCLIX.

DECIVS Scoglio legatum controuersum in hæc verba concepit, ibi, *Lego ampliùs Petro Francisco de Pace, & Antonio Mainardo omnia alia mobilia &c. argentum, & aurum Domi, quæ conseruantur, nomina debitorum, & omnia alia existentia in mea Domo.* Cumque non dubitaretur de comprehensione mobilium, supellectilium, auri, argenti, ac nominum Debitorum Difficultas restricta fuit ad pecunias in dicta Domo repertas in summa ducatorum 1700. circiter, ac ad fructus censuum dicti Decij Testatoris, sed proposito dubio, quæ comprehendantur in Legato, resolutum fuit in ipso comprehendi etiam pecunias Domi existentes, & fructus census iam maturatos.

Respectu enim pecuniarum Domini transierunt cum dispositione *textus in l. Prædia §. liberto ff. de fund. instr.* vbi I.C. respondit *pecuniam*
1 *contineri† sub legato mobilium nisi contrariam voluntatem defuncti hæredes probauerint, quem sequitur gloss. ibidem verb. vt supra Dec. in l. singularia n. 21 ff. si cert. pet. cons. 381. num. 4. vbi allegat textum in §. quia parum auth. de nupt. & cons. 472. num. 6. Paris. cons. 76. num. 12. & cons. 79. num. 45. lib. 2. Rimin. iun. cons. 216. num 84. lib. 2. Curt. iun. cons. 183. nu. 1. Menoch. cons. 407. num. 8. & 9. Surd. cons. 26. num. 3. Peregr. decis. Patau. 32. num. 5. cum seqq. Rota decis. 410. num. 3. vers. tamen non est dubium par. 2. rec.*

Et quamuis præfata conclusio videatur intelligenda secundum distinctionem adductā
2 in *l. si Chorus §. 1. ff. de legat. 3.* vt scilicet ex solummodo pecuniæ sub legato mobilium cōtineantur, quæ præsidij causa in Domo reti-
3 nentur, non autem illæ, quæ mutuo, vel fœnori destinatæ conseruantur,

Nihilominùs huiusmodi distinctio casui nostro non repugnat, siue attenta qualitate Te-
4 statoris, cui † tanquam Clerico interdicta erat omnis negociatio *cap. Clerici de vita, & honest. Cler. Ruin. cons. 127. num. 10. vers. Non obstat lib. 4. Genuen. pract. Eccles. quæst. 664. sub nu. 3. vers. qua ratione Rota in Firmana Pensionis 19. Iun. 1644 coram R. P. D. meo Celso*, ac proinde existimari
5 debet, quod solius præsidij causa, non autem ad effectum fænerandi, & lucrandi pecunias controuersas in Domo retineret, *vt in terminis ponderat Dec. d. cons. 472. sub num. 24.* siue etiam perpensa illius voluntate ex amplissimis verbis, quibus honorauit legatarios resultante,
6 nam post mobilia; † argentum, aurum, & nomina Debitorum, vlterius prosequendo addidit, *& omnia alia existentia in mea Domo*, ex
7 quorum exuberantia patet,† quod non sumus in simplici legato mobilium, sed in magis amplo, itaut propterea eo facilius sub ipso controuersæ pecuniæ contineri videantur, *ex adductis per Afflict. decis. 106. num. 7. & per Rotam coram sa. me. Gregorio decis. 257. num. 3. & in terminis Curt. iun. d. cons. 183. num. 4 Ludou. Bell. cons. 77. num. 31.* per doctrinam *Bart. in l. generali §. vxori sub n. 4. in fin. vers. secus si haberet ff. de vsufr. legat.* Imo sicuti fuerunt explicitè compræhēsa no-
8 mina Debitorū,†ità censeri possunt cōpręhensę pecuniæ, quatenus fuissent negociationi destinatæ per *text. in l. qui filium §. Et magis puto ff. de legat. 3. quem refert Gabr. cons. 98. num. 33. lib. 1.*

Respectu verò fructuum Censuum placuit
9 distinctio, quod, aut agitur de † maturatis in vita Testatoris, & cum isti veniant appellatione nominum Debitorum & mobilium *Alciat. in l. mouentium 93. num. 6. vers. Sed hanc ego distinctionem ff. de verb. signif. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 5. nu. 10. Roderic. de annuis redditibus lib. 1. quæst. 8. num. 11.* Comprehenduntur in Legato
10 controuerso; † Aut vero agitur de maturatis post mortem dicti Testatoris, & in futurum

ma

11 maturandis,† & sub eo non comprehenduntur, cum census inter immobilia connumerentur, *Angel.cons.*328 *.num.*1. *Fulgos. consil.*103. *num.*2. *Grat. decis. Marchiæ* 13 *.num.*7.*&* 8. *Cenc. de censib.quæst.*30*.num.*6. *cum seqq. & quæst.*72. *sub num.*12. *circa med. Rota apud eumdem decis.*431.
12 *num.*8. *& decis.*311 *.num.*16.*par.*7.*recent.* nec†veniunt sub nomine iurium Testatoris, *Card. Seraph.decis.*224*.num.*4. *Rota decis.*235*.num.*5. *eadem par.*7.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. ZARATE.

Romana Fideicommissi.

Veneris 7. *Iunij* 1652.

ARGVMENTVM.

Legatum annuum à fideicommittente relictum an & quando persoluendum sit ex fructibus, & quando ex proprietate bonorum fideicommissariorum latissimè tractatur, & quid si legatum fuisset relictum pro alimentis? confessioni hæredis grauati standum non esse firmatur, quia cum ipse non possit alienare, minùs etiam confiteri poterit id, per quod valida efficiatur alienatio.

SVMMARIVM.

1 *Bona fideicommissaria alienari possunt pro soluendo ære alieno fideicommittentis.*
2 *Secùs pro soluendo annuo legato à fideicommittente relicto.*
3 *Legatum annuum à fideicommittente relictum persoluendum est ex fructibus bonorum; atque ideò spectat ad eum, qui fructus percepit.*
4 *Legatum annuum, quando non fuit relictum ex fructibus alicuius fundi particularis, an debeatur ex proprietate bonorum fideicommissi.*
5 *Fructus annui legati an debeantur à tempore motæ litis, vel à tempore solutionis, quid inspiciendum sit.*
6 *Hypoteca datur pro legato annuo perpetuo, secùs pro temporali. & num.*15.
7 *Legatum annuum à fideicommittente relictum persoluendum est ex proprietate bonorum fideicommissariorum, quando fructus non sufficerent.*
8 *Reus in sua exceptione dicitur Actor, illamque probare tenetur.*
9 *Insufficientia fructuum ad persoluendum annuum legatum, non iustificatur ex sola possibilitate, quod fructus non sufficiant.*
10 *Legatum annuum, in quibus casibus non sit persoluendum ex fructibus bonorum fideicommissariorum.*
11 *Legatum annuum regulariter persolui debet ex fructibus bonorum fideicommissariorum.*
12 *Regulæ standum est, donec de limitatione constet.*
13 *Legatum annuum, licet solui deberet ex fructibus bonorum fideicommissariorum, attamen, eo non soluto hæreditas, remanet obligata. intellige & num.*14.
16 *ex Fructibus qui amplius non extant, sed fuerunt ab hærede grauato consumpti, as alienum persolui non potest.*
17 *Sed salua semper remanet actio ad fauorem creditoris, etiam in perniciem fideicommissi.*
18 *pro Legato annuo temporali, quia non competit hypoteca, si fructus fuerunt ab hærede grauato consumpti, quomodo succurratur legatario.*
19 *Hypoteca competit pro legato annuo relicto pro alimentis.*
20 *Et quid si legans ordinasset fideicommissum perpetuum.*
21 *Legatum relictum pro alimentis, sufficit quod sit annuum, ad hoc, vt solui debeat ex fructibus.*
22 *Alimentorum causa quidquid debetur, persolui debet ex fructibus.*
23 *Hypoteca competit pro fructibus, & interusurijs dotalibus.*
24 *Bona fideicommissaria non possunt alienari pro soluendis interusuriis dotalibus, quando fructus dd. bonorum fideicommissariorum sufficerent.*
25 *Solutio semper cedere debeat in causam duriorem.*
26 *Creditor non est verisimile, quod vnum creditum omisisset, si alia credita postulauit.*
27 *Confessioni hæredis grauati standum est, & quare.*
28 *Legatum in specie relictum in ea solui debet, & non in quantitate, maximè in præiudium fideicommissi.*
29 *Bona fideicommissaria sicuti alienari non possunt pro debitis hæredis grauati, ita nec pro eis competit retentio possessori.*
30 *Consensus expressus hæredis grauati in alienationibus bonorum fideicommissariorum, sicuti non nocet fideicommissariis, ita nec etiam consensus tacitus ab obseruantia resultans.*

DECISIO CCLX.

CVM resolutum fuerit per duas decisiones constare de fideicommisso ad fauorem Seminarij Asconæ: die 3. Martij 1651.* firmauit Rota coram Eminentissimo Otthobono, Seminario dandam esse immissionem super horreis fideicommissarijs possessis ab Equite Pāthera, & Lauinia Maynarda coniugibus; eis tamen restitutis scut. 1716. quæ totidem ab ipsis dicebantur soluta Torquato Marescotto in satisfactionem æris alieni Bartholomei Papij fideicommittentis; super qua resolutione causa semel, atque iterum proposita demum coram me in locum d. Eminentissimi Ponentis subrogato, obtinuit standum esse in decisis quoad immissionem, in reliquis verò recedendum esse.

1 Nam quamuis sit inconcussum, † quod pro ære alieno fideicommittentis exsoluendo bona fideicommissaria alienari possint, vt optimè firmatur in d. *decis.*3. *Martii* §. *verum &c.*
2 Non † tamen idem dicendum est de credito proueniente ex causa legati annui scut. 300. Aemiliæ vxori fideicommittentis relicti, de quo in dicta *decis. Eminentissimi Otthoboni in* §. *nō*
3 *obstat, &* §. *& licet &c.* † Quia pro legato annuo alienari non possunt bona defuncti in præiudicium fideicommissi, cum solutio facienda sit ex fructibus bonorum, atque ideò spectat ad eum, qui fructus percepit, *ex text.*

l. apud

l.apud Iulianum 40. §.hares,ff.de leg.1.l.Firmio 26.
§.pater, ff.quando dies leg.ced.& in l.liberto 21.§.1.
ff.de ann.leg.ex tradit.per DD.in l.deducta 58.§.qui
post. ff.ad Trebell. Castr. con.16.num.4.lib.2. Ruin.
cons.206.nu.30.vers. sed legatis annuis lib.2. Cran.
cons.19.num.16.in puncto, Natt.cons.223.sub nu.5.
Surd.cons.92.sub num.14.vers.vbi tamen,& dec.28
num.2.& 3. Bellon.sen.cons.7.num.6.& Bellon.iun.
cons.31.num.46.& 47. cum seqq. Couar.var.cap.2.
numer.7.versic.tertio considerandum est,Cancer.var.
resol.tom.3.cap.20.num.72.Castill.de vsufr.cap.58.
num.11.& 12. Simon.de Prat.de interp. vlt.volunt.
lib.5.dubit.vlt.num.30. Pereg.de fideicommiss.art.4.
num.24.in fine,& art.35.num.11.& decis.6.num.6.
Fusar.de subst.quast.667.num.5. Modern.Neapol.de
fideicomm.part.1.cap.7.num.21.& de diuis. fructuũ
par.2.cap.10.num.14.Hodier.in addit.ad dicta decis.
Surd.28.ex num.1.& in decis.193.à num.1.& 18.
cum seqq. vbi plures alios refert Grat.discept.for.
cap.656.num.19.Rota decis.399.num.3.par.5.recen.
in Bononien. fideicommissi de Blanchis 14.Decembris
1646.§.at vero,coram R. P. D. meo Rojas, & ad-
mittitur in decisione, quæ reuidetur §.&
licet.

4 Cui resolutioni non obstat, † quod cum
legatum annuum relictum non fuerit ex fru-
ctibus alicuius fundi particularis, peti possit
vti annua præstatio, tanquam sors, quæ de-
beatur ex proprietate bonorum fideicom-
mittentis, ex traditis per Grat.disceptat. for.cap.
206.num.20. Rota decis.689.num.2. versic. secundo
5 cum fructus, part.3. diuers. † Siquidem nec per
Rotam,nec per Gratianum dictis locis firma-
tur, quod annua præstatio debeatur ex pro-
prietate bonorum fideicommissi, sed solum
distinguitur inter casum, quo annuæ præsta-
tiones petuntur vt sors, vel tanquam fructus
ad effectum, vt in iudicijs possessorijs veniant
à tempore motæ litis, vel à tempore solutio-
nis, in quibus terminis etiam loquitur decis.
585.& decis.663. apud Merlin. explicat Hodiern.
6 ad Surd.d.decis.28.num.2. † qui distinguit inter
legatum annuum perpetuum, & temporale,
vt in illo detur hypotheca, & possit conside-
rari tanquam sors, non verò in hoc, quale est
de quo in præsenti agitur.

7 Nec valet replicatio, † quod cum non
constet fructus fuisse sufficientes ad soluen-
dum dictum legatum annuum, vsque solu-
tio non videtur spectare ad hæredem, sed ad
hæreditatem,iuxta tradita per Menoch.cons.115
num.11. Fusar.de subst.quast.667.num.8.& cons.77
num.3. Cum sola possibilitas,quod fructus nõ
sufficiat, satis sit ad laudum sustinendum, vt
dicitur in decisione, quæ reuidetur circa finẽ.
8 Nam†fuit admissa responsio, quod cum pro-
batio insufficientiæ pertineat ad Actorem, vt
pluribus relatis tradit Marz. de fideicomm.qu.46.
colum.2. versic. cum verò incumbat, Barz.decis.35.
num.7. & excipiens de insufficientia in sua ex-
ceptione sit actor, l.1. ff.de except. l.in exceptio-
nibus 19. ff.de prob. Crauett.cons.201. num.29. san.
mem. Greg.XV. decis.228.num.2. Rota in Pisauren.
iocalium 22.Iunii 1648. §.& cum hoc sit, coram bo.
9 mem.Arguelles. † Ad hanc insufficientiam cõ-
cludendam sola possibilitas non sufficit. In
quo nihil releuat decisio, quæ reuidetur circa
finem vers.ideo ad probandum, quia non loqui-
tur de probatione insufficientiæ fructuum,
sed de probatione erroneitatis laudi, & malæ
fidei, quæ nostro casui, non adaptantur.
10 Ex quibus similiter corruit altera obiectio,
scilicet, quod alij sint casus in quibus legatũ
annuum non sit soluendum ex fructibus, re-
11 lati per Fusar.de subst.d.quast.667. † Nam opti-
mè responsum fuit,Seminario sufficere,quod
pro eo stet regula, quam firmat ipse Fusar. d.
12 quast.667.num.5.& 6. † Regulæ namque stan-
dum est, donec de limitatione constet, Surd.
cons.180.num.9. Natt. cons.199.num.10. san.mem.
Greg.XV.decis.182.num.1.

13 Nec magis illa iuuat, † quod quamuis hoc
legatum solui deberet ex fructibus, nihilomi-
nus hæreditas, eo non soluto, maneret obli-
gata, ex doctrina Bart.in l.Caius,propè finem,ff.de
ann.leg. Decian. cons.2.num.143.lib.1. Hodiern. ad
Surd. d. decis.28. num.2. Nam vt distinguitur
14 benè per Hodiern. vbi supra. † Obiectio pro-
cedit in legato perpetuo, secus in temporali,
quale fuit, legatum Aemiliæ relictum eius
15 vita durante. † Pro legato namque annuo
perpetuo competit hypotheca (vt iam dixi-
mus) non verò pro temporali,vt post Guidop.
decis.432.in fine, tenet Hodier.vbi supra, & in de-
cis.193.num.18.

Ex quo, nec sustineri debet alienatio pro
præstationibus decursis in vita hæredis gra-
uati, & antequam ad fideicommissarios bona
deuenissent,cum vltra dicta,nec etiam de hac
16 temporum distinctione liqueat. † Similiter-
que nec valet replicatio, quod ex fructibus
solui non debeat, quando fructus ab hæredi-
bus percepti amplius non extant, ex eo quod
ab hæredibus fuerunt consumpti, iuxta Burat.
decis.482.num.16. Nam fuit responsum, quod
dicta decisio non loquitur in terminis annui
legati, sed in fructibus debitis occasione æris
17 alieni in quibus militat diuersa ratio, † cum
respectu istorum salua sit semper actio ad fa-
uorem creditorum etiam in perniciem fidei-
commissi ex traditis in decisione quæ reuide-
18 tur in §. verum &c. † Non autem in legato
temporali, de quo agitur,& pro quo,vt supra
dicitur,nec hypotheca competit,sed actio per-
sonalis aduersus hæredes, vel fideicommissa-
rios,vel ipsorum hæredes, itaut pro fructibus
consumptis etiam de suo debeant satisfacere,
ex traditis per Hodier.d.decis.28.num.2.

19 Minus officit, † quod prædictum legatum
dicatur relictum pro alimentis pro quo ideo
competat hypotheca, iuxta tradita per Negus.
de pign.par.2.memb.4.num.164. vers.vigesimus ter-
tius casus, Couar. & alios allegatos per Moder.Foro-
20 liuien.de pign.lib.3.tit.1.quast.1.nu.6.& 10.†Nam
omissa hac disputatione, quæ difficultate non
valeat, nec absque scrupulo processit in fidei-
commissis perpetuis,vt latè examinat nouissi-
mè Moder.Hispanus in labyrinth.creditorum par.1.
cap.24.per totam,& præcipuè à nu.67.& 88. suffi-
21 cit respondere, † quod quamuis concedatur
illud pro alimentis esse relictum,nihilominus
satis esse, quo sit annuum, ad hoc vt solui de-
beat

beat ex fructibus, iuxta superius notata, nam etiam legatum alimentorum relinqui potest in annos singulos, vt latè *Surd. de alimen. tit.4.*
22 *qu.17.per totam*. Et in puncto, † quod debitũ ex causa alimentorum solui debeat ex fructibus, cum illud quoque sit annuum, tenet *Surd.d.tract.tit.1.qu.30.num.3. per text.singularem, in l.Imperator,50.in fine, ff.ad Trebell. Hodiern.in addit.ad decis.193.num.3.Surdi.*
23 Quoad fructus verò, † & interusuria dotis pro quibus certum est competere hypothecã iuxta allegatam *decisionem Romana fructuum dotis 10.Iunii 1648. & 5.Iunii 1649. coram R.P.D. meo Peutingero, & à Moderno Neapolitano de cre-*
24 *dito cap.4.quæst.10. num.1171.* Etiam ista solui debuerunt ex fructibus hæreditatis, qui quatenus sufficerent, non erant distrahenda, vt tradit *Molin.de primog.lib.4.cap.6.num.15.& cap.7 num.2. Gratian.discept.for.cap.570.num.13.& 14. Add.ad san.mem.Greg.XV.decis.299.num.6. & decis.583.num.4. Rota decis.607.num.8. par.4.tom.3. recent. in Romana dotis 23.Iunii 1645.coram Eminentissimo Ottbobono, & in Auenionen. pecuniaria 1.Aprilis 1647. coram R.P.D.meo Verospio*. Pro quibus interusuriis Aemilia satisfacta remansit ex fructus bonorum in quorum possessio-
25 nem missa fuit, ascendentibus ad sc.7858.96. & de eis debeat prius satisfieri, quam ex prædicto annuo legato, cum solutio semper cedat in duriorem obligationem, vt probat *tex. in l.si ex pluribus 89. §.fin. l. vbi fideiussor 24. ff.de solut. Menoch. consil. 121.num. 38.& consil. 809. num.18. Surd. decis.290. num.61. Rota decis. 521. num.9.coram san. mem. Greg.XV.* & ex allegatis in decisione quæ reuidetur *§.& licet.*

Sicut etiam dicta Aemilia satisfacta apparet ex credito dotis, & antephati scut.1875. Summario Seminarij num.1. littera A. (quod reuera debitum Testatoris fuit)ex venditione domus ad Argentinam ascendente ad sc.2000 quam fideicommisso subiectam fuisse, Ascanius, & Lauinia fatentur, & probatur ex inuentario hæreditario, Summario Seminarij num.2. & ex immissione Aemiliæ concessa eodem num.3. Et fuisse venditam constat ex laudo, & ex instrumento in eo enunciato.

Quoad creditum verò scut.739. visum fuit Dominis non constare, quod esset debitum hæreditarium: immò potius in laudo dicitur, quod partitæ ex quibus constatur, spectarent
26 ad alienantes, & videtur illam vigere præsumptionem,quod sicut creditrix, dotem,antephatum, & legatum annuum petiit,non eas omisisset, si sibi deberentur, *argum.tex.in l.cum de indebito 25. ff. de probat. san.mem.Greg.XV. decis.521. num.1.* & fuit dictum *in Romana Vineæ de Granuella 26. Iunij 1648. coram Eminentissimo Corrado, & in Mediolanen. Pensionis 9. Iunij 1649.*
27 *§. signanter, coram bon.mem.Arguelles*. † Vltra quod dicta quantitas non iustificatur aliundo, quam ex assertione hæredis grauati, cuius confessioni standum non est, quia cum ipse non possit alienare, minus etiam confiteri poterit id per quod alienatio efficiatur valida *Bart.in l.si fortè,num.4. ff.de Castr.pecul.Rimin.iun. cons.77.num.2.vol.1. Natta cons.283.num.3. Surd. cons.186.num.5.& 6. Rota decis.541.num.31.vers. quod in hoc, par.5.recent.*

Non obstante, quod dicatur dictam quantitatem procedere potuisse ex causa legati vestium, appanamentorum, & massaritiarum domus, quæ per Testatorem Aemiliæ fuerunt relicta. Tum quia in laudo nulla de hoc le-
28 gato fit mentio. † Tum quia cum prædictas res legatas vxor penes se haberet, & legatum huiusmodi esset in specie relictum,in ea solui debuit, non autem in quantitate distrahendo proprietatem bonorum stabilium in præiudicium fideicommissariorum, ex traditis per *Bald.in l. si vxor,num.2.in fine, C.de bon. auct. iud. possid. Alex.cons.7.num.17. lib.6. Natt.consil.323. vers.eadem ratione,Menoch.lib.4.præsumpt.110.n.9 Rota coram Seraph.decis.1455.num.5.*
29 Vnde † cum pro creditis debitis ab hæredibus de proprio, bona fideicommissaria alienari non possent, ita nec pro eis competit retentio possessori; ac per consequens Seminario ad fideicommissum vocato,Domini concedendam esse immissionem, simpliciter dixerunt, absque onere detrahendi scut. 1716.
30 ad fauorem coniugum: † Non obstante alienatione, & transactione, quodque illa fuerit ab alienantibus per longum tempus obseruata;quia alienantes non poterant contradicere, cum tenerentur de proprio eorumque tacitus consensus ab obseruantia resultans plus operari non potest, quam expressus, qui fideicommissarijs non nocet, vt in puncto obseruantiæ hæredis grauati, *Bellon.iun.cons.1.n.103 & seqq. Rota coram Coccino decis.343. circa finem, versicul. non obstat, in Maioricen. Beneficij 25.Iunij 1649. coram R.P.D.meo Bichio.*

Et ita vtraque parte audita &c.

Decisio ista emanata coram Eminentissimo D. Cardinali Ottbobono in hac eadem causa emanata, quæ bic allegatur sub die 3.Martij 1653. est decisio 242. inter eius impressas.

R. P. D. VEROSPIO.

Bononieñ bonorum de Romantijs.

Veneris 7. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Cum renuncianti ad iura renunciata non detur amplius regressus, non potest ille proinde impugnando transactionem, aut renunciationem in bonis renunciatis aliquam immissionem petere.

SVMMARIVM.

1 *Monasterium per renunciationem ad iura renunciata, non habet amplius regressum, & num.seq.*
2 *Transactio in dubio præsumitur realis, non personalis.*
3 *Transactio ex quibus non dicatur restricta ad vitam transigentis, & num. seq.*
4 *Verbum* hæredes, & successores *continet extraneos.*

5 *Em-*

5 *Emphiteusis comprehendit extraneos, stante clausula* ad habendum.
6 *Renunciatio dicitur facta etiam fauore extraneorum si fuerint adiecta verba* ad habendum.
7 *Equalitas inter transigentes seruari debet.*
8 *Correspectiuorum natura est vno eodemque iure, non autem diuerso regulari.*
9 *Transactionem impugnans prius recepta restituere tenetur.*

DECISIO CCLXI.

IMMISSIONEM ex persona Lucæ de Romantijs Monasterio S. Michaelis, Rota decreuerat coram me die 22. Maij anni præteriti in bonis emphiteusis Ecclesiasticæ suppositis, ac hæreditario iure Equitis Aloysij de Romantijs in Canonicos Ecclesiæ Bononiensis translatis, quibus propterea transactionem ab eodem Equite (dum viueret) cum eodem Monasterio initam suffragari non posse, vel vti personalem, ideoque cum morte transigentis expiratam, vel quia hæc bona sub directo Ecclesiæ dominio constituta in ea non includuntur. Cum verò ad Canonicorum instantiam reproposito dubio ex integro trāsactionis contextu nuper exhibito vtraque corruat obiectio cōtra dictam transactionem exaduerso deducta, à decisis fuit hodie recessum, petitaque per Monasterium in eisdem
1 bonis immissio denegata. † Quoniam dictum Monasterium virtute suæ renunciationis arcetur, ne ad iura renunciata redire valeat, *leg. queritur*, §. *si venditor*, *ff. de Edilit. edicto*, *l. vlt. C. de remission. pign. gloss. in cap. quam sit periculosum 7. qu. 1. & in l. quoties ab omnibus*, *C. de fideicomm. Surd. decis.* 51. *num.* 11. *& decis.* 106. *num.* 9. *Barz. decis.* 18. *num.* 11. nec immissionem obtinere, vt dixit *Rota coram Caualer. decis.* 550. *nu.* 2. *& in recent. par.* 6. *decis.* 88. *num.* 2.

Transactionem verò prædictam comprehendere bona Ecclesiæ quamuis emphiteusis obnoxia ocularis eiusdem comprobat inspectio, ibi enim eadem bona in contractum de-
2 ducta expresse leguntur. † Personalem quoque naturam non assumpsisse dictam transactionem, tam ex iuris præsumptionis conuincitur, ipsam in dubio suadentis, esse realem, de qua in *leg. iuris genaium*, §. *pactorum, vbi inter alios Ias. num.* 28. *Alex. num.* 1. *ff. de pactis, Bart. in l. qui in futurum* 58. §. 1. *num.* 1. *ff. eodem tit. Rota recent. par.* 1. *decis.* 709. *num.* 9. Tum etiam ex sequentibus verbis, amplissimisque clausulis, nedum virtualiter, sed litteraliter etiam includentibus extraneos, videlicet. *Item relaxauit liberè, & irreuocabiliter D. Equiti præsenti, & acceptanti, & ipso forsan non extante eius hæredibus, & successoribus quibuscumque etiam extraneis, tam ex testamento, quam ab intestato.* Quæ verba trāsactionem ad vitam transigentis excludunt;
3 ac † vocationem extraneorum, post obitum Aloysij, eiusque sanguinis hæredum pernecesse includunt, ne stipulatio eorum fauore concepta inutilis reputetur, vt in terminis fideicommissi, quod ex huiusmodi stipulatione, nedum ad vitam transigentis, sed absoluta censeatur facta illius remissio, tradit *Pereg. de fideicomm. art.* 52. *num.* 42. *&* 44. *Rota in Bononien. fideicommissi de Vizzanis* 15. *Iunij* 1643. *in* §. *aduertendo præsertim, coram R.P.D. meo Bichio*, in terminis verò renunciationis *Rota in Maceraten. pecuniaria* 20. *Iuny* 1644. *in* §. *alterum quod operatur, coram Eminentissimo D. Otthobono, & in Asculana hæreditatis* 31. *Maij* 1649. *in* §. *respectu vero alterius, &* 4. *Aprilis* 1650. *in* §. *nec releuat coram Reu. P.D. meo Celso, & in Cesenaten. bonorum* 15. *Maij* 1651. *coram R.P.D. meo Albergato.*

Desumitur etiam inclusio extraneorum hæredum, nedum ex verbis expressis, sed ex
4 antecedenti tum vocatione † *hæredum, & successorum*, continente pariter extraneos per *l. cū tamen adiectio, ff. de legat.* 3. *notat Alciat. in l. hæredis, ff. de verb. signific. Alex. in l. Gallus*, §. *& si parente num.* 5. *ff. de liber. & posth. Card. Mant. de tac. lib.* 14. *tit.* 19. *num.* 25. *Rota coram Seraph. dec.* 188. *num.* 3. *coram Buratto decis.* 894. *num.* 4. *& in recen. par.* 2. *decis.* 75. *num.* 1. *in fin.*

Tum ex clausula *ad habendum*, adiecta instrumento transactionis, ac liberum domi-
5 nium, † & absolutè disponendi facultatem prout videbitur, & placuerit ex Formulario Bononiæ importante, & emphyteusim proinde in extraneos acta transferre, secundum *Ruin. lib.* 1. *cons.* 18. *num.* 9. *Card. Mant. de tacit. lib.* 21. *tit.* 19. *num.* 25. *Clarius in* §. *emphiteusis quæst.* 28 *num.* 9. *Rota in Bononien. bonorum* 8. *Maij* 1595. *coram cla. mem. Card. Pamphilio, &* 2. *Decemb.* 1605. *coram Sacrato, impressa par.* 2. *recent. decis.* 152. *nu.* 1.
6 & † in terminis renunciationis *Rota in d. Maceraten. pecuniaria* 20. *Iunij* 1644. §. *quod vero, coram Eminentissimo D. Otthobono.*

Tum denique perspecta renunciatione Aloysii, quæ dum non dubitatur, nec ex parte Canonicorum illius hæredum controuertitur perpetua, libera, & absoluta in fauorem Monasterii, talis propterea reputari debet altera stipulata per Monasterium ad fauorem
7 Aloysij, eiusque hæredum, † vel ad seruandā inter transigentes æqualitatem, ad *text. in l. cum pater*, §. *euictis, ff. de legat.* 2. *l. cum oportet, C. de bonis, quæ liber. l. final. C. de fruct. & litium expens. cum alijs per Surd. de alim. tit.* 9. *quæst.* 11. *num.* 25. *Rota coram Buratt. decis.* 295. *num.* 12. *& in recent. par.* 2. *decis.* 1. *num.* 14. vel saltem ex natura correspectiuorum, quæ vno debent, eodemque iure
8 non † autem diuerso regulari, eademque prorsus dispositionem admittunt, *l. alumna*, §. *seia, ff. de alim. legat. l. etiam*, §. *ex causa, ff. de minor. Poppon. consil.* 58. *nu.* 34. *&* 35. cum aliis relatis à *Giurba decis.* 85. *num.* 20. *cum seq. Rota recen. par.* 1. *decis.* 428. *num.* 6.

Hinc obesse non poterit qualitas emphiteusis Ecclesiasticæ non transmissibilis regulariter ad extraneos; Præterquam enim verba huius transactionis contrarium præseferunt, non videtur esse præsentis indaginis discussio istius articuli non agentibus Canonicis ad immissionem, sed excipiendo conantibus arcere Monasterium virtute renunciationis.

Nec etiam obstat consensus Domini directi, ac beneplacitum Apostolicum in ipso renunciationis actu præseruatum, vel quia renun-

renunciantis voluntatem (ad quam inter collitigantes restricta fuit disputatio) transferendi emphiteum in extraneos non excludunt, immò ea, tum verbis expressis, tum ex amplissimis clausulis in proposito casu desumitur, vel quia vtraque reseruatio facta est cum solita clausula, *quatenus opus sit*, ac proinde præsumitur expedita, vel quia denique, idemmet Monasterium antequam ex defectu consensus, & beneplaciti possit transactionis con-
9 tractum impugnare debet, † quicquid eiusdem transactionis prætextu recepit, hæredibus dicti Aloysij restituere, *ad text. in l. per diuersas, C. de transact.* & notant ibi communiter *DD. Rota coram sa: me: Greg. XV. decis. 418. nu. 8. & in recen. par. 5. decis. 315. num. 15.*

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum.

R. P. D. ALBERGATO.

Romana fideicommissi de Incoronatis.

Veneris 7. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Donatarius ex causa matrimonij, habita quoque ratione conseruandæ agnationis, quando non possit auocare bona donata ab eo, qui emit à Donante post peractam donationem, eleganter discutitur; hinc ex quibus coniecturis donatio dicatur simulata, latissimè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Bona fideicommissaria distracta ab hærede grauato, cui legitima debebatur, remanent libera, & à quocumque onere exempta.*

2 *Alienationes primo loco facta ab hærede grauato cedunt in detractiones sibi competentes.*

3 *Tertius potest suam possessionem tueri aduersus fideicommissarios vigore detractionum eius authori competentium.*

4 *Donatio quamuis anterior non preiudicat alienationi subsecutæ, neque illi, qui ex causa onerosa in possessione reperitur, & quando secùs num. 7.*

Intellige procedere, vbi nulla ad fauorem donatarij interuenit traditio, secùs si fuerit in illum translata possessio num. 9.

5 *Donans ante traditionem potest de re donata libere disponere.*

7 *in Aypotecaria causa onerosa non habet priuilegium prælationis, & quando secùs num. 8.*

10 *Clausula*, constituti, *est translatiua vera possessionis, & quid operetur.*

11 *Simulatio inficit virtutem clausarum in instrumento appositurum, illasque penitus inefficaces reddit.*

12 *Simulatio si interuenit circa principalem contractum inficit etiam in ea, quæ illi stant accessoriè.*

13 *Simulatio operatur, vt venientibus ex titulo lucratiuo preferendus sic ille, qui venit ex causa onerosa.*

14 *Simulatio donationis probatur ex confessione Donantis facta in venditione bonorum donatorum, cum assertione, quod huiusmodi bona non fuerint alteri donata.*

15 *Et stante huiusmodi confessione, non est quærenda de causa.*

16 *Simulationis causa in donatione, ex quo potissimum deprehendatur.*

17 *Simulatio concurrentibus duabus coniecturis plenè probatur, data causa simulandi.*

18 *Simulatio presumitur in donatione facta filio.*

19 *Simulatio presumitur in donatione continente omnia bona.*

20 *Simulatio donationis resultat ex possessionis donantis post donationem.*

21 *Item si Donatarius post mortem donantis non acceperit possessionem bonorum donatorum in vim donationis, sed vigore alterius tituli.*

22 *Simulatio probatur ex coniecturis simul iunctis, licèt qualibet de per se non sufficeret.*

23 *Donatio facta contemplatione matrimonij, habet titulum onerosum, & quando secus num. 24.*

25 *Donatio facta ex causa matrimonij, habita ratione conseruandæ agnationis, neutra ex dd. causis censetur finalis ideoque donatio non potest dici onerosa.*

26 *Simulationis exceptio non admittitur in iudicio immissionis.*

27 *Intellige procedere vbi illa altiorem indaginem requirit, secùs autem quando remanet incontinenti probata.*

28 *Item quando non agitur de simulatione ad effectum detrahendi actum, illumque habendi pro non facto.*

29 *Simulatio ad effectum detrahendi actum, illumque habendi pro non facto, debet concludenter probari.*

30 *Simulatio quando sumus in causa lucratiua probata remanet ex sola probabili suspicione simulationis, Iudicis arbitrio pensanda.*

DECISIO CCLXII.

EX duplici fideicommisso, altero videlicet à Marcello de Incoronatis, & altero à Francisco eius filio in defectum descendentium ad fauorem proximiorum ordinato petitam ab Angelo Incoronato immissionem ex remedio *l. final. C. de Edict. Diu. Adr. tollen.* siuè vtilis saluiani interdicti in possessionẽ Casalis Aquætrauersæ per eumdem Franciscum prætio scutorum 14. mill. venditi Excellentiss. D. Principi Burghesio denegauit Rota in decisione edita 9. Maij 1642. coram Reuerendiss. Terracineñ, eaque hodie coram me in illius locum subrogato ad instãtiam Marci Antonij ad trutinam reuocata, & vtraque parte bis informante discussa Domini steterunt in decisis.

Quo enim ad fideicommissum Marcelli certum est, quòd non competit immissio; quia
1 Casale controuersum per eius alienationem à Francisco, cui legitima debebatur, factam, liberum remansit, & vt partes expresè declararunt à quocumque onere exemptum, *Fusar. cons. 52. num. 3. Cyriac. controuers. 284. nu. 9. Modern. Forolinien. de legit. lib. 2. tit. 2. q. 3. n. 4. Rota coram sanct. mem. Greg XV. decis. 266. num. 3. dec. 580. n. 2. coram Canal. decis. 496. n. 15. coram Buratto decis. 394. n. 8. in Romana fideicommissi de Mutis 2. Iunij 1650. §. de alijs coram R. P. D. meo Meltio, & ra-*
2 tio est, † quia primæ bonorum distractiones ... cedunt

cedunt in detractiones grauato debitas iuxta
textum *in l. Marcellus §. res, quæ, ff. ad Trebell.*
3 adeò vt earum vigore etiam tertii possessores
aduersus prætensos fideicommissarios suam
possessionem tueri possint *Oldrad.cons.107.n.8.
Gabr.cons.46.n.45.vers. datur etiam, lib.1. Cephal.
cons.624.n.6. & 7. Surd.cons.576.n.40. & 41. Peregr.de fideicom.artic.39.n.4. Rota coram Andr. decis.80.n.1. in Romana fideicommissi de Zuccaris 14.
Nouembris 1639. §. quòd autem coram Reuerendiss.
D. meo Decano, & in Casenaten. bonorum 10. Martij 1649. coram R. P. D. meo Peutingerio confirmata 35. Maij 1651. coram me.*

Quo verò ad aliud fideicommissum à prænominato Francisco constitutum in donatione per ipsum facta Cæsari eius filio, ac illius
descendentibus, & in eorum, ac Marcelli alterius filij, ipsiusque descendentium defectum
ad fauorem sibi proximioris in gradu ad impediendam Marco Antonio immissionem
4 adducebatur textus *in l.fin.§. Lucius Titius ff. de
donat.* per cuius dispositionem in decisione,
quæ reuidetur resolutum fuit assertam donationem quamuis anteriorem non præiudicare
D.Principi, qui ex causa onerosa in possessio-
5 ne reperitur, † ex ratione, quia donans ante
traditionem potest de re donata liberè disponere, vt explicat *Cuman. in l. priuilegia num. 7.
vers. aliud est ff. de priuil.credit. Alciat. in l. pupilli
n.14.ff. quæ in fraud.credit. Caphal.cons.555.n.10.
Guttier. de iuram.confirm.par.3. cap.15.n.20. vers.
sed profectò, Castill.decis.72.n.1. & in addit. ad Rouit.dec.48. plenè Carneual.de Iudic.tom.2.lib.1.tit.3.
disp.30. Rota in Verulana bonorum 29. Febr. 1644.
coram R.P.D. meo Peutingerio.*

6 Verum hodie animaduersum fuit, † quod
pro manutentione donationis, de qua agitur,
adest expressa bonorum donatorum hypoteca,
quæ excludit dispositionem eiusdem textus *in
d.§. Lucius Titius*, & operatur, vt prior in tempore non attenta causa lucratiua, vel onerosa
præferri debeat iuxta text. *in l. qui balneum, l. potior.ff. qui pot. in pign.hab.l.2. C. eo l. siquidem, C.
de donat. inter vir.& vxor.l. de reb.C. de donat. ante nupt.l. quæ prædium, C. si res alien. pig. datur sit
7 l.1.C. de iur.Fisc.lib.10.* † in hypothecaria enim
causa onerosa non habet priuilegium prælationis, vt reiectis contrarijs latè firmat *Gait.de
cred.cap.4.q.11.præsertim à n.1274.* vbi hanc opinionem magis veram probat, & communem
8 asserit, vtpotè quia contraria duntaxat procedit, quando Donatarius non habet hypothecam, sed tantum personalem actionem, vt
declarando doctrinam *Cumani in d. l. priuilegia
tradit Mantic. de tacit.lib.11.tit.22.n.23.vers. quia,
Cuman loquitur Pacific. de saluian. inspect.3. cap.2.
n.470. Felician.de censib.lib.3.cap.5.n.27. Fontanell.
& alij relati ab Amat.Panorm.var.resol.lib.1.res.26
n.16. Ermogil. in addit. ad Gregor. Lopez lib.4.tit.4
part.5.glos.2.n.8. Paleaz de maiorat.par.1.q.24.n.21*
& hanc opinionem vti melioribus fulcitam
rationibus, & communiter receptam sequuti
quoque sunt *Piccared. in Commentar. ad l. priuilegia credito posit. sub §. quadam actiones n.20. instit.
de action. Gabr.cons.82.n.1. & seqq.lib.1. Opicell.de
testam.pauper.tit.1. de dilatis n.131. Gabr.Sarat. in
addit. ad singular. Matthesil.n.3. Rodrig. de concurs.
credit.part.2.art.1.n.19. & 20. Caren.resol.107.n.4
lib.1. Pignatell.controu.forens.cap.19. præsertim sub
n.16.centur.2. modern. Forolin. de pignor.lib.4.tit.1.
q.2.n.12.relat. per Add. ad decis.366.n.6.par.4.to.3
recent.* & firmauit *Rota decis.437.par.1.decis.233.
n.1. par.2. diuers.* & clariùs *in Romana saluiani de
Casalibus 21. Iunij 1641. coram R.P.D. meo Cerro
impress. apud Zacch. de oblig.Camer.decis.189.n.29*
& penès *modern. Forolin. de pignor.decis.50.n.54.*

9 Præterea † *text. in d. §. Lucius Titius* hic non
applicatur, quia eius dispositio procedit tantum vbi nulla ad fauorem donatarij interuenit traditio, vt patet ex illius verbis ibi, *donauit, & ante traditionem eundem fundum post dies
paucos scio pignori obligauit*, secus autem est, quãdo in donatarium translata fuerit possessio, nedum per realem traditionem, sed etiam (prout
in nostro casu) per reseruationes vsufructus,
10 & clausulam *constituti*, † quæ est translatiua
veræ possessionis, & operatur, vt donatarius
posteriori creditori quantumuis causam onerosam habenti præferri debeat, vt in puncto
declarauit *Senat. Regni Aragon. apud Ioseph. Sess.
decis.405.n.4.lib.4. Gait. de credit.q.11.n.1278. &
seqq. & in append. ad eund.tract.par.2.num.25.res.3.
n.81.resol.5. per tot Caren.d.resol.107.n.6. Pignatell.
contr.19.nu.19. cent.2. Hodiern. ad Surd.decis.111.
n.10. Peguer.decis.48.nu.6. & 7.* idem sensit *Guttier. sectator contrariæ opinionis de iuram.conf.par.3.
cap.15.n.23. erga fin. Rouit.d.decis.48.n.25.*

Sed nihilominùs DD. adhuc steterunt in
11 decisis, † quia simulatio, quam manifestam
redolet asserta donatio virtutem harum clausularum inficit, illasque penitus inefficaces
12 reddit *Rot.decis.11.n.18. & seq.part.7.rec.* † nam
si interuenerit circa principalem contractum
influit etiam in ea, quæ illi stant accessoriæ,
vt ex *Aretino in l.1.§. si vxori col.3.vers. sed hoc esset concedendum ff. de acq.poss. & alijs alleg. firmatur
in decisione quæ reuidetur ex tradit per Farinac. de
fals. & simulat.q.102.n.32. Rot.decis.308. num.14.
13 part.5.recent.* † & operatur, quod assertis fideicommissarijs ex titulo lucratiuo venientibus,
non sit concedenda immissio, eiusque præferendus sit D. Princeps, qui ex causa onerosa
in possessione reperitur, vt puncto simulationis probat *Anton.Panorm. d.resol.26.num.17. alijque relati per modern. Forolin. de pignor. lib.4.tit.1.
q.25. n.3.* vbi decisio, quæ hodie confirmatur
in hoc sensu adducitur.

14 Simulatio † autem probatur ex confessione
tàm Francisci donantis, quàm Cæsaris, &
Marcelli donatariorum qui in venditione Casalis controuersi facta D.Principi asseruerunt,
nullam illius præcessisse donationem, ex quo
arguitur, quod eam habuerint pro non vera,
simulata, vt notat *Bald. cons.431. nu.1. & seqq.
lib.5. Angel.cons.47. seu 48.num.2.vers. si post donationem appareret, Mandell. cons.386.nu.9. Ludouic.
Morot.consil.47. sub n.12. & 13. Bertrand.cons.309
n.2.lib.4. Caroc.decis.1. in fin.vers. additur, & 7. Rot.
15 decis.141.nu.7. par.3. recent.* † adeout stante hac
partium confessione non sit quærendum de
causa, vt inquit *Farinac. de falsit. & simul dicta
q.162.n.139. Gratian.discept.600.n.19. Rota coram*

Buratt. decis. 733. n. 4. in Romana Census 17. Decembris 1627. coram Merlino, & in Romana locorum
Montium 11. Martij prox. præt. §. adeò vt coram R.
P. D. meo Royas, cum alijs alleg. per Add. ad sanct.
16 mem. Greg. XV. decis. 157. num. 27. † quæ tamen
in præsenti non deficit, vtpotè resultans ad
euitandam solutionem æris alieni ante, & post
hanc omnium ferè bonorum largitionem
contracti l. omnes, §. Lucius ff. de his, quæ in fraud.
cred. Bald. in l. si vnquam C. de reuoc. donat. Soccin.
sen. cons. 108. n. 2. in fin. cum seqq. lib. 1. Paris. cons. 53.
n. 17. lib. 1. Becc. cons. 52. n. 54. vol. 1. Rota dicta decis. 741. n. 4. part. 3. recent. & in Romana pecuniaria 9.
Iunij 1630. coram bon. memor. Merlino.

17 Data † autem causa simulandi, simulatio
concurrentibus duabus coniecturis plenè probatur, Bart. in l. post contractum nu. 2. & seqq. de
donat. Mandell. cons. 386. n. 3. Farinac. dicta qu. 262.
n. 100. Staib. iun. resol. 9. n. 10. Rot. dec. 283. num. 13.
par. 5. in Romana pecuniaria 28. Maij 1649. §. ad
conuincendum, & in Verulana molendini 12. Ianuarij præteriti §. final. coram Eminentiss. D. Cardinali
Otthobono in præsenti verò plures, & vrgentes
18 concurrunt, † nam præter quod donatio fuit
facta filio, & inter coniunctos faciliùs fraus,
& simulatio præsumitur, l. lata, Cod. de donat.
Bald. cons. 70. num. 1. lib. 1. Soccin. Sen. consil. 264.
num. 2. vers. tertio arguitur lib. 2. Gozzad. consil. 1.
num. 24. Natt. cons. 443. num. 10. Farinacc. cons. 42.
19 sub nu. 3. lib. 1. Pen. decis. 346. num. 5. † fuit ponderata immensitas eiusmodi donationis, quæ
omnia bona continet, dicta l. inter omnes, §. Lucius, ff. de his, quæ in fraud. credit. Alex. consil. 86.
nu. 3. lib. 7. Cephal. cons. 137. nu. 78. Onded. cons. 46.
num. 17. & seqq. lib. 1. Farinacc. de falsit. & simul.
quæst. 164. num. 122. Afflict. decis. 370. sub num. 17.
Rot. decis. 24. num. 4. part. 3. decis. 179. nu. 11. part. 4.
20 tom. 2. decis. 594. nu. 3. part. 5. recent. † & insuper
possessio donantis post donationem, ex qua
regulariter insurgit coniectura simulationis,
l. sicut, §. supernacuum, ff. quib. mod. pign. vel hypot.
Menoch. de arbit. cas. 39. & de præsumpt. lib. 33. præsumpt. 122. num. 110. Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 36.
Farinac. dicta quæst. 162. nu. 228. cum alijs adductis
in Romana domus ad Transtyberim 18. Iunij 1638.
§. sed visa coram bon. memoria Cardinali Panzirolo,
21 præsertim, † quia post illius mortem Cæsar
assertus donatarius bonorum possessionem,
accepit non in vim donationis, sed vigore
auiti fideicommissi à Marcello ordinati, quod
indubitantèr comprobat illam pro simulata,
& non vera habuisse iuxtà tradita per Mandel.
22 cons. 386. sub num. 7. † & hæc coniecturæ licèt
de per se considerata aliquam pati possint
difficultatem simul tamen vnitæ plenè simulationem assertæ donationis probant ad not. in
l. si stipulatus, ff. de vsur. Gabr. cons. 51. nu. 10. lib. 2.
Roiiit. decis. 3. num. 10. vers. ex quibus, Rota decis. 71.
num. 8. post 1. volum. consil. Farinacc. in Auenionen.
simulationis 29. Ianuarij 1635. coram bon. memoria
Card. Panzirolo, & in dicta Romana pecuniaria 9. Iunij 1636. §. Dominis omnibus coram Merlino.

23 Non obstat, † quod dicta donatio emanauerit ex causa matrimonij, quæ Titulum
onerosum præsefert, Castil. decis. 12. num. 5. & 6.
Rota coram fel. rec. Greg. XV. decis. 563. nu. 4. & 5.
24 Quia † cum eam absque ipsius mentione
præcesserint capitula matrimonialia, & dotale Instrumentum non præsumitur matrimonij intuitu concepta, sed gratuita, & voluntaria censetur, Fontanell. de pact. nupt. tom. 1. claus. 4.
25 gloss. 1. num. 20. vers. ex quibus, † eoque magis,
quia aliæ causæ videlicet conseruationis bonorum in agnatione, & liberalitatis, ac amoris donantis ergà Donatarios expressę fuerunt
vndè neutra ex illis censetur finalis, sed omnes impulsiuæ, ideòque donatio remanet pura, vt in puncto respondit Rot. decis. 20. nu. 14.
& seqq. & decis. 251. num. 12. part. 5. recent.

26 Minùs obstat, † quod in iudicio immissionis hæc exceptio simulationis non admittatur, ex traditis in Meleuitana bonorum 1. Februarij 1651. coram Eminentiss. D. meo Cardin. Ottho-
27 bono; † Quia id procedit, vbi illa altiorem
indaginem requirit, seciùs autem est quando
simulatio ex confessione partium, vt hic, &
vrgentissimis coniecturis probabili causa
suffultis probata remanet, Staiban. Iun. resol. 9.
nu. 9. & firmatum fuit in Perusina census 18. Mar-
28 tij 1648. coram R. P. D. meo Peutingerio, † præsertim quia non agitur de simulatione ad effectum detrahendi actum, illumque habendi
pro non facto, etiam in pręiudicium facientis
29 iuxtà † terminos, l. 1. & tot. tit. C. plus valere,
quod agitur, quam quod simulatè, quo casu plenior
probatio, & exactior discussio simulationis
30 necessaria videtur, † sed ad effectũ, vt faciliùs
intret æquitas pro secundò creditore oneroso, & possidente in exclusionem anterioris
agentis ex causa lucratiua, ad quem solam
probabilem suspicionem fraudis, vel simulationis Iudicis arbitrio pensandam sufficere
firmarunt Amat. Panormit. dicta resol. 26. nu. vltimo, Carocc. decis. 1. per tot.

Et ita, &c.

☞ Decisio ista facta in hac eadem causa sub die nona Maij 1642. coram Reuerendiss. D. Terracineñ. quæ hic allegatur, est suprà part. 8. recent. decis. 80.

R. P. D. CELSO,

Posteà S.R.E. CARDINALI.

Pisana Damnorum, & Interesse.

Lunæ 10. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Adimplere cum quis ex parte sua teneatur, non docto de adimplemento, reppellitur tàm à consequutione pretij, quàm à petita refectione damnorum, & interesse; quando autem probetur adimplementi deffectus ex decisione videbis.

SVMMARIVM.

1 Testes Ministri, Famuli, ac Salariati patiuntur exceptiones in persona.
2 Tempus vbi est de substantia probari debet concludenter etiam respectu temporis.

3 Præ-

3 *Præceptum Superioris præsumitur Iustum maximè concurrentibus adminiculis.*
4 *Litteræ conscripta à Procuratore, & Ministro, & à Parte productæ probant contrà producentem.*
5 *Testis vnicus contrà inducentem facit plusquam semiplenam probationem.*
6 *Testis etiam ab alia parte productus rectè probat.*
7 *Testis vnicus concurrentibus præsumptionibus, & adminiculis plenè probat.*
8 *Identitas ab eo probari debet, qui se fundat in illa.*
9 *Probatio, quia per necesse non concludit, non attenditur.*
10 *Solutio pretij, seù refectio damnorum, & interesse ab eo, qui ex parte sua non adimpleuit peti non potest.*
11 *Oblatio non suffragatur, nec moram inducit stante protestatione partis dicentis separatam.*

DECISIO CCLXIII.

PRAETENDENTES Ascanius Tripaldus, & Io:Baptista Sacchettinus, quòd indebitè, & sine Causa recusauerit Hieronymus Viualdus recipere frumentum per eos transmissum ad Portum Neapolis, & pretiùm soluere ad rationem Carolenorum 32. pro quolibet Tumulo, quodque propterea alijs personis viliori pretio illud vendere coacti fuerint, egerunt coram R.P.D.Baranzono A.C.Locumtenente pro prætensis damnis, & interesse, & quia sententiam contrariam reportarunt cōmissa mihi Causa appellationis dubitatum fuit, An dicta damna deberentur, & Domini negatiuè responderunt.

Nam licet obligatio non controuertatur, & Testes pro Mercatoribus examinati deponant, quod granum oblatum, *era della Francia bassa*, & de tempore quo fuit oneratum Liburni, *era buono, recipiente, e mercantile, non punto, nè fetido*, iuxtà ordinem datum, cum quibus concordant etiam litteræ onerationis; Nihilominus vltra quod prędicti Testes foerè
1 omnes sunt Ministri, † Famuli, ac Salariati ipsorum Mercatorum, & propterea patiuntur exceptiones in persona, *l.2.C.de testib.gloss. in cap.in litteris 34. verst.de familia*, ibique *Abb. num.4.eod.tit. Alexan.cons.150.num.14.lib.5. Rota coram Durano decis.148.num.5.in recent. decis.84. num.2.part.4.& decis.156.num.8. part.6. cum alijs per Grat. cap.144. num.11.*

Adhuc non deponunt de tempore, quo peruenit ad Portum Neapolis, & vbi consignari debebat. Nam quādo tempus est de substan-
2 tia, † tunc probatio debet concludere etiam respectu temporis, *cap.in præsentia de probat. Soccin.cons.42.num.9.lib.1. Ias. cons.46.num.26.lib.3. Caputaq.decis.278.num.5.part.3. Mantic.decis.95. nu.3.& decis.169.num.6. Duran.decis.337.nu.43. Merlin:decis.622.num.4.* & fuit dictum in *Abulen. portionis 14.Iunij 1647. coram me.*

Imò in contrarium adsunt quatuor Testes examinati ab ipso Viualdo, ex quibus apparet, quod Portu Ciuitatis Neapolis, & de tempore, quo granum consignari debebat, non erat nec bonum, nec mercantile, sed prauæ qualitatis, &, vt duo ex illis asserunt, *Li grani fetecuano d'herba, & erano molto schiattati d'acqua* quorum depositionem attendendam esse existimarunt Domini, quia multum adminiculatur; Tùm ex relatione facta per Peritos, seù Deputatos ab Electis Ciuitatis Neapolis ad inspiciendam, & examinandam qualitatem eiusdem frumenti; qui concorditer retulerunt granum non esse mercantile, nec receptibile, sed calefactum, madidum, & praui odoris; Tùm ex alijs duabus attestationibus, quarū altera emanauit de ordine eorumdem Electorum à Consiliarijs, & Credentierijs super granis, & farinis; Altera verò per Consules Panatterorum, qui omnes pariter concludunt frumentū esse madidum, calefactum, pessimi odoris, neque ex eo posse cōfici panē, nisi cum maximo Comedentium periculo; Vndè non solum ab ijsdem Deputatis Ciuitatis Neapolis propter malam eius qualitatem recusatum fuit, sed etiam de ordine, & mandato Proregis iniunctum fuit Custodibus, vt illud proijceretur in mare, nisi quamprimum super Nauibus reponeretur, & à Portu discederet, quod præceptum tanquam factum à
3 Superiore, † & concurrentibus tot adminculis maximam prędsumptionem veritatis habet, cum non sit præsumendum, quod rem iniustam facere voluerit, *l.ab ea parte, §.vltim. ff.de probat. cap.sicut, in fin. de sent. & re iudic. Alexan. cons.80.num.5.lib.5. Aym. cons.1. progenere nu.10. Mant.decis.151. in fin. Put.decis.205.num.2. lib.3. & in recent. decis.330. num.1. part.4. & decis.76. num.13. part.6.*

Insuper depositio eorumdem Testium redditur multum verisimilis ex ijs, quæ fassus fuit Andremus Mandatarius Tripaldi in litteris eidem directis, ibi: *Mi par che possa hauer qualche ragione il Pasqua intorno alla qualità, essendouene della grignata, & assai lorda, oltre all'essere grani mischiati, & di più forti, &c.* & ibi in fine, *potete esser sicuri, che al detto prezzo vorrò solo grani senz'alcun difetto*, quæ litteræ cum sint con-
4 scriptæ à Procuratore, & Ministro † eorumdem Mercatorum, & ab ijsdem productæ rectè probant contra Producentes, *Bartol. in l.post legatum 3. nu.3. ff.de his quib.vt indign. Surd. cons.151.num.16. Rota in recent. decis.123. num.5. part.1. & coram san:mem: Gregor.decis.238.num.5.* & ibi *Add.num.14.* cum alijs pluribus *in Bonoñ fideicōmissi Bartholomæi de Bolognini 3.Iunij 1651. coram Eminentissimo Card. Otthbobono.*

Maximè cum concordet cum depositione sexti Testis à Mercatoribus inducti, dum inquit, *La Naue fù scaricata tutta da me, & il grano era riscaldato, &c. & ve n'era qualche granicello punto, &c.* qui Testis licet vnicus contra Indu-
5 centem † plusquam semiplenam probationem facit, vt dixit *Rota in Gathacen. hæreditatis 24.Nouembris 1649. coram R. P. D. meo Cerro*;
6 Imò cum fuerit etiam † exaduerso productus rectè probat, *Rot.in Bonoñ Tutelæ 1.Iunij 1615. coram bo:mem:Card.Verospio, cum alijs per Adden. ad san:mem; Gregor. decis.215.num.9.* Præsertim
7 concurrentibus † tot præsumptionibus, & adminiculis, *Bart. in l.1. §. Idem Cornelius num.3. ff.de quæst. Rota in recent.decis.162.num.3. part.5.* Nec

Nec contradicit prędictæ dispositioni, quod Viualdus mediāte Pasque eius Ministro, supplicauerit Proregi pro acceptatione, & receptione frumenti, signum euidens, quod erat mercantile, & bonæ conditionis, & qualitatis, siquidem supplicationes prædictæ non percutiunt granum, de quo agitur, sed loquuntur de diuerso, vt colligitur ex tempore, quo illæ fuerunt porrectę, nempè de mense Iunij 1649. & ex approbatione de eodem frumento facta, cum de dicto tempore frumentum controuersum non reperiretur amplius in dicta Ciuitate, sed vsque de mense antecedenti alio asportatum fuisset; Identitas
8 verò est concludenter probanda ab eo, † qui se fundat in illa, *l. si in rem in fin. ff. de rei vendic. Felin. in cap. cum Ioannis num. 6. de fid. Instrument. Ioseph. Ludouic. conclus. 14. illat. 47. Marescott. qui multipliciter exemplificat lib. 1. cap. 12. nu. 1. & seqq. Rota in recent. decis. 407. num. 1. part. 4. & coram Merlino decis. 476. num. 2.*

Prætensio, quod frumentum prædictum fuerit posteà venditum in Portu Gori, & Arriani, nec benè iustificatur in facto respectu identitatis, nec concludit illud fuisse qualitatis, & conditionis promissæ, cum etiam frumenta deterioris conditionis inueniant suos Emptores, vel quia vrgeat necessitas, vel ex quo pretium diminuatur, ac propterea cum
9 probatio non concludat, † per nec esse non venit attendenda, *l. non hoc, Cod, vndè legit. l. neque natales, C. de probat. cap. in præsentia eod. tit. Rota in Anconitana Dotis 21. Aprilis 1651. coram R. P. D. meo Verospio.*

Vndè attentis prędictis cū Mercatores non doceant se prius adimpleuisse contractum ex parte sua tradendo frumentum bonū, & mercantile, *non punto, ne fetido*, iuxtà formam con-
10 uentionis frustra † agunt contra Viualdum pro solutione pretij, siuè pro damnis, & interesse, *ad text. in l. Iulianus, §. offerri, ff. de act. empt. l. cum personas la seconda, C. de pact. Dec. cons. 380. num. 3. Aym. cons. 151. sub num. 9. vers. Ista tamen disputatio, & num. seq. Surd. consil. 36. num. 9. Rot. decis. 271. nu. 3. & seqq. & decis. 369. per tot. par. 4. diuers. & in recent. decis. 44. nu. 21. & decis. 64. nu. 1. part. 6. cum aliis per Adden. ad sanct. mem. Gregor. decis. 139. num. 6.*

Nec obstat interpellatio ad recipiendum executa contra Viualdum. Nam cum Ipse obtulerit separatum recipere, quatenus frumentum esset bonum, & qualitatis promissæ, & facta illius recognitione per Peritos, vt in *Summ. nu. 11.* talis oblatio non potest Merca-
11 toribus suffragari, † nec Viualdum in mora constituere, prout in his terminis dixit *Rota in Romana Grani 20. Iunij 1640. coram bo: mem. Card. Verospio.*

Et ità partibus hinc indè informantibus decisum fuit, &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Ariminen. Manutentionis.

Lunæ 10. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Per deliberationem de mandato Iudicis ritè, & rectè præcedentis secutā in deliberatarios, ab eis causam habentes, omnis translata dicitur possessio, quæ est manutenibilis etiam contrà anteriores possessores.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ritè, & rectè procedens priuat possessorem sua possessione.*

2 *in Vrbe, quando quis contraxit, & in ea se obligauerit in forma Cameræ; potest contra eum procedi per audientiam contradictarum.*

3 *Subhastatio facta pro summa in mandato contenta valida est quamuis prædium subhastatum pluris valeat. Declara, vt hic.*

4 *Manutentio non potest impediri per prætensam læsionem.*

5 *Valor prædij diminuitur, si reperiatur innoxium, hypothecis, & arctis fideicommissis. num. 6.*

DECISIO CCLXIV.

REIECTIS quibuscumque nullitatibus validitatis deliberationis, & exceptionibus eius iustitiæ oppositis fuit corā Reuerendissimo Terracinen. præuijs duabus decisionibus 1. Iulij 1647. * & 5. Iunij 1648. * æditis resolutum mandatum de manutenendo in possessione prędij controuersi esse concedendum bon: memoriæ R. P. D. Ioanni Ghino, qui illud à Bellapanibus creditoribus Iulij Mattini in scut. 430. ac deliberatarijs emerat pretio scut. 840. Cuius quidem resolutionis, quæ hodie coram Me confirmata fuit, ea est ratio,
1 quia † per deliberationem de mandato Iudicis ritè, & rectè procedentis secutam in deliberatarios, ac ab eis causam habentes omnis translata fuit possessio, quæ est manutenibilis etiam contra anteriores possessores, *l. iustè possidet*, & ibi *DD. ff. de acquir. possess. Rot. coram Caualer. decis. 42. num. 1. in recent. decis. 513. num. 1. part. 2. decis. 226. nu. 6. part. 6. in Romana Saluiani 18. Februarij 1647. 15. Iunij 1648. & 4. Aprilis 1650. in princ. coram R. P. D. meo Rojas, cum alijs cōgestis in Anconitana Saluiani 19. Iunij 1651. §. Quoniam illi, coram Emmentissimo D. Cardin. Corrado.*

Nec vrget nullitas ex defectu citationis excitata, quia vt benè respondet vtraque deci-
2 sio, cum Iulius contraxerit in † Vrbe, ac se obligauerit in forma Cameræ, potuit contra eum procedi per audientiam contradictarum, absque eo, quod personaliter, vel domi ad iudicium vocaretur, *Zacch. de obligat. Cameral. quæst. 27. num. 22. Rota in Romana, seù Bracaren. Pecuniariæ 2. Decembris 1594. coram Orano post eundem tractat. decis. 115. num. 8.*

Minus obstat iniustitia deliberationis deducta ex eo, quod prædium, de quo agitur,

Bella-

Bellapanibus deliberatum fuit pro scutis 430. quod ab eis statim venditum fuit bon: mem: D.Ghino pro scut.840.cum tamen creditum; pro quo tunc Bellapanes egerunt ob moram
3 debitoris, non excederet sc.200. quia † subhastatio facta fuit pro summa contenta in mandato, quæ proindè sustineri debet, quamuis prædium subhastatum pluris valeat, *l. vltim. §.sin autem*, & ibi *Bald. sub num.4. C.de iure dom. impetr. Surd. de aliment. tit.9. quæst.33.numer.82. Rota coram Canaler. decis.446. num.2. & 3. coram Buratt. decis.49.num.12.& 13. & in Beneuentana Dotis 15.Iunij 1650. §.excessus, coram R.P.D.meo Celso*, nec sub prætextu alicuius læsionis im-
4 pediri potest † manutentio successoribus bonæ mem: D.Ghini, quoniam præterquam quod illa in præsenti penitus excluditur ex eo, quia prædium controuersum pluribus hypo-
5 thecis obnoxium, & † arctissimo fideicommisso suppositam asseritur, ex quibus notabiliter iustus rei valor diminuitur, *Bart.& Bald. & alij in l. per diuersas, Cod.mand. Cenc. de censib. quæst.72. num.21. & seqq Rota coram sanct: mem: Gregor.XV.decis.573. nu.3.* ibique *Adden.nu.15. in Romana Successionis transactionis 29.May 1648. §.illa verò, coram Eminentissimo D. Cardinali Corrado, & in Romana fideicõmissi,seu Saluiani 15.Iunij 1656. coram Reuerendissimo D.meo Decano confirmata 28.Aprilis 1651. coram R.P.D.meo Celso*,
6 cum D. Ghinus obtulerit restituto † sibi pretio scut. 840. prædium dimittere, illius successores eo adhuc non restituto sunt manutenendi, vt in terminis respondit *Rota in Cesaraugustana distributionum 13.Iunij 1640. coram bonæ me:Coccino,in Senogallien.Prædij 27.Iunij 1644. & 28.Iunij 1648. coram R.P.D.meo Meltio*.

Et ità altera tantum, &c.

Decisiones istæ duæ emanatæ in hac eadem causa sub diebus 1.Iuly 1647. & 5.Iunij 1648. coram Reuerendiss. P. D.Terracineñ, quæ hic allegantur sunt suprà in præcedenti part. decisiones 113.& 262.

REVERENDISS. P. D. CERRO
S. Rotæ Romanæ DECANO.

Leodieñ Successionis.

Veneris 14.Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Sub dispositione facta de bonis prouenientibus ex latere paterno veniunt nedum ea, quæ ab ipsomet patre, fuere aquisita, sed etiam illa, quæ mediante successione maiorum ad eumdem patrem spectabant. Cum talis expressio de bonis prouenientibus ex latere paterno ad cõtra distinctionem bonorum maternorum, dicatur apposita.

SVMMARIVM.

1 *Successionis ad effectum attenditur solum causa immediata non autem vnde bona fuerint acquisita.*
2 *Bona paterna dicuntur tàm acquisita à patre, quàm prouenientia ab eius maioribus. & num.3.*
3 *Bona, vt dicantur patrimonialia, vel de latere patris sufficit, quod ab ipso, aut ab aliquo illius ascendente proueniant. & vide num. seqq.*
5 *Exceptio dicitur necessaria vbi ea non facta caderet comprehensio.*
6 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*
7 *Testamentum voluntariè annullatum in substantialibus non præbet voluntatis interpretationem in alio postea condito.*
8 *Legata strictam interpretationem recipiunt in dubio, non autem in claris.*

DECISIO CCLXV.

IOANNES Philippus de Matthijs in eius vltimo Testamento inter cœtera disposuit, quod omnia sua bona, quæ reperientur ad ipsum spectare die sui obitus, & prouenientia ex latere sui Patris reuertantur ad Proximiores Parentes de latere, & linea dicti sui Patris; Vndè inter Elisabetham vxorem Laurentij Dormael (quam non controuertitur esse illius proximiorem consanguineam ex dicto latere paterno) ac Mariani, & Catherinam de Oranis collitigantes dubitari contingit; Quænam bona veniant sub dicta dispositione: Et proposita causa DD.existimarunt, sub ea venire omnia bona paterna siuè aduētitia sint, siuè profectitia, ac non solum prouenientia à maioribus dicti sui Patris, sed etiã ab ipsomet Patre quandocunque acquisita; Quia cum ad effectum successionis atten-
1 datur solum causa immediata, † vndè bona proueniunt, non considerata amplius illorum acquisitionis origine, *ad text. in l.si Auia, C.de donat. Castren. in l. qui scitis, §. sin autem il terzo, in fin.vers.& inspicitur, C.de bon.quæ liber. Barbos. in l.post datum 41. num.77. ff.solut.matrim. Rouit. cons.100.num.7. Cancer. var.resolut. part.1.cap.1. de substit.num.44. vers. circa prædictum, Tiraquell. de retract.lignag. §.14. gloss.2. nu.18. Peregr.decis. Patau. 77. nu.8. vsque in fin. Ioseph. de Sess. decis. Aragon.52.nu.18. vsque ad 25.* Nulla probabilis differentia constitui potest inter acquisita à Patre, & prouenientia ab eius maioribus, cum
2 omnia indistinctè appellentur paterna, † & promiscue accipiantur, atque cuncta ex parte, & latere Patris prouenire dicantur, *Bald. cons.104. sub num.1.lib.2.* benè *Socin.Iun. cons.1. num.25. cum pluribus seqq. lib.2.* Verba enim, ibi: *Prouenientia ex latere Patris*, censentur solum adiecta ad contradistinguenda patrimonialia à matrimonialibus, vt scilicet, illa pa-
3 ternis, istà verò maternis assignentur, † non autem ad restringendam dispositionem ad sola bona maiorum, quia satis est, vt dicantur matrimonialia, vel de latere patris, quod ab ipso, aut ab aliquo illius Ascendente proueniant, *Soccin.Iun.cons.1. d.num.25. vers.hoc stante sequitur lib.2. Barry.de success.rubr.de success.intest. lib.12.tit.quomod.collateral.succed. Innic. sub nu.11. vers.Nam hæc deferuntur fol. mihi 339.*

Neque vrgent authoritates ab altera parte
4 allegata, *Grinell. enim decis. Dolan.109.* non negat, bona à Patre quæsita ex latere Patris dici

non

non posse, licèt ex aliis verbis per ipsum relatis, ad effectum diuidendi bona inter proximiores teneat inspiciendam esse illorum originem vsque ad communem stipitem, quod tamen non percutit casum nostrum, cum maximè moueatur ex verbis generalibus specialis consuetudinis, & sic pariter *Castan.aliique in contrarium adducti* non excludunt, quod bona si à patre inceperint paterna,& ex ipsius patre, vel latere dici non valeant.

Non obstat, quod dictus Testator in eodem Testamento particulariter disposuerit de quadam Domo per eius Patrem acquisita, atque ideò exindè conuincatur, quod cœtera illius bona sub dicto legato nullatenus comprehendere voluerit.

Quia præter quod adhuc concludenter non constat dictam domum fuisse à Patre acquisitam; Animaduertebant DD.quod huiusmodi argumentum probabiliter retorquetur; Cum enim acquisita à Patre comprehendantur sub dicto legato, necesse penitùs fuit, dictam Domum excipere ad excludendam illius
5 virtualem comprehensionem, † quod sanè non fuisset necessarium si illa ibidem non cõtineretur, vt litteraliter probat *Text. in l.quæsitum, §.Denique.* ibi: *Proponebatur enim, qui legauerat Argentum, & rationes excepisse, nam qui hac, inquit, excipit, non potest non videri de cæteris rebus, quæ in ea essent sensisse, &c. ff.de fund.Instruct.* Vi-
6 gore enim huius exceptionis † omnia alia bona eiusdem generis inclusa censetur, *Natt. consf.159.num.30. & 31. Rot.decis.56.num.2.& 3. & decis.203. num.1. part. 4. recentior. & in Recanaten. bonorum 29.Aprilis 1641. coram me §.Ita pariter.*

Nec subsistit, quod voluntas dicti Testatoris relinquendi proximioribus solum bona maiorum desumatur ex alio præcedẽti illius Testamento, in quo illis expresse reliquerat omnia bona sibi deuoluta per mortem Patris & à Prædecessoribus suis prouenientia.

Quia quoties, prout hic, Testator primum testamentum in substantialibus reuocat nulla impellente necessitate, verior,& communior est opinio,quod ex eo desumi nõ valeat ipsius
7 voluntatis interpretatio, † neque subsequentis testamenti declaratio, *ex theor. Bart.in l.statius florus num.2. ff. de iur. Fisc. Dec. in cap. 1. in prima lectura num.58. vers. sed adde, & in secunda lectura num.14. de constit. Sim.de Pret.de interpret. vltim.volunt. lib.1. solut.5. sub num.54. circa med. vers. contrarium in eadem dispositione fol. mihi 20. Menoch. lib.4. præsumpt.176. num.1. & 8. Cyriac. controu.96.nu.54. Fusar.de substit.quæst.345.nu.22. Rot.decis.257.num.9.part.5. recent.*

Quod denique in legatis stricta fieri debeat
8 interpretatio, † procedit in dubio, non autem in claris ex congestis *per Card.Mantic.de coniect. vltim.volunt lib.7. cap.1.num.32.* Vltra quod in proposito non versamur propriè in legato, sed in particulari institutione de bonis paternis cõtradistincta ab alia de maternis facta ad fauorem illarum de Oranis collitigantium.

An autem sub dicta dispositione veniant bona quæsita Patri Testatoris ex dote suæ Vxoris iuxtà allegatam consuetudinem Leodieñ, Domini mandarunt, quod super ea particulariter videatur.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Comeñ Iurispatronatus.

Lunæ 14.Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Hæreditati renuncians, seù cadens an dicatur propriè, renunciatũ quoque iuripatronatus; & aliqua deducuntur circa hanc materiam renunciationis, & videndum an dicta renunciatio, seù cessio sit facta iure proprio, vel procuratorio,

SVMMARIVM.

1 *Gratia Apostolica, si non appareat iustificata, nulla dicitur, & per obreptionem obtenta.*
2 *Opinio Paul.de Elezar.quam refert Emanuel. Costa in cap. si Pater part.2. sub num.7. de testam. est dubia.*
3 *post Hæreditatem additam in illius cessione,quamuis amplissimis verbis concepta, Iuspatronatus non venit, cui opinioni non adhæretur per DD.*
4 *Hæreditatis venditio est ius vniuersale, & cessio omnium bonorum, vel iurium.*
5 *Ius vniuersale, quando resoluatur in singularitates. Iuspatronatus in venditione hæreditatis transit cum vniuersitate.*
6 *Hæreditatis cessio, quando non dicatur generalis, & absoluta.*
7 *in Cessione hæreditatis, quando non veniant, cum vniuersitate bonorum iura, & actiones particulares.*
8 *Renunciatio non solum præiudicat renuncianti.*
9 *Iurispatronatus primus acquirens ex titulo oneroso potest præiudicare vocatis.*
10 *Renũciatio Iurispatronatus aliud si fiat nomine proprio, & aliud procuratorio nomine. & num.11. Declaratio proprij iuris exclusiua, ex quo dicatur apparere.*
11 *Mandatum procuræ in actis non exhibitum non releuat, & maximè si procurator in eo existens nihil fecit.*
12 *Mandatum procuræ eliditur ex actibus penitus contrarijs.*

DECISIO CCLXVI.

DOMINI iterum censuerunt constare de bono Iure Nicolai Tenellæ, & steterunt in decisis 7. Februarij 1650. coram bon: me:Arguelles,* & 12.Iunij 1651.coram me; ☞ Vt enim alias dictum fuit Iurispatronatus, de quo agitur, defuncto Petro de Bonitate fundatore deuenit ad Bernardum, ab isto ad Lazzarottum pro medietate, & pro altera ad Petrum Martyrem eius filios; Vox autem Petro Martyris ad Thomam delata est, de Thoma verò ad Franciscum, à quo Nicolaus præsentatus fuit; Vox autem Lazzarotti pro me-

medietate ad Anastasiam, & ab ista deuenit ad Prudentiam, & Mariam eius filias, quæ Nicolaum, & ipsæ præsentarunt, cui propterea cum habeat integram vnam vocem, & dimidiam alterius, institutio debetur, reiecto Ioanne Baptista Polatta Aduersario, qui altera tantum vocis Lazarotti, dimidia ad Catherinam, & eius descendentes delata, & sic minoribus gaudet suffragiis, & idcirco non suffragantibus ad substinendam gratiam Aposto-
1 licam derogationis pro † medietate Patronorum, quæ cum ex prædictis appareat, non iustificata, nulla dicitur, & per obreptionem obtenta, *Lambert. de iurepatronat. art. 23. part. 1. quæst. 9. lib. 2. Rota post Modern. Pisan. eo tract. decis. 84. & 85. in Aquilana Iurispatronatus 4. Iunij 1646. §. pariter coram Eminentissimo D. Card. Cornado, & in Sulmonen. Beneficij 10. Martij 1649. §. cui sententiæ, coram bo. me. Arguelles.*

Nec habenda est in consideratione prætensa renunciatio hæreditatis paternæ, vt dicitur, facta per Anastasiam Nicolao Bagutto, Catharinæ eius sororis viro, per quam iterum Informantes pro Polatta contendebant eius
2 gratiam remanere iustificatam. † Quidquid enim sit de illa opinione Pauli de Eleazaro, quam refert, & sequitur *Emanuel Costa in c. si pater par. 2. verb. Trebellianica sub num. 7. vers. cæterum de testam. Pereg. cons. 11. num. 3. lib. 4. Garz. de benef. par. 5. cap. 9. num. 13. & seqq. Barbos. de offic. Episcop. alleg. 71. num. 8. Modern. Pisan. de iurepatr. lib. 4. cap. 2. num. 9.* quod videlicet post aditam hæreditatem in illius cessione, quamuis am-
3 plissimis verbis † concepta, Iuspatronatus non veniat, cui non adhærent, & contrarium firmant *Molin. de primogen. lib. 1. cap. 24. num. 25. Sanchez resp. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 80. num. 8. & 9.* &
4 distinguendo inter venditionem † hæreditatis, quæ est ius vniuersale, & cessionem omnium bonorum, vel iurium, quod hoc casu vni-
5 uersalis resoluatur † in singularitates, in primo verò Iuspatronatus transeat cum hereditate vendita, tradunt *Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 55. num. 9. & seqq. Lotter. de re benef. lib. 2. qu. 9. nu. 46. & seqq. Ricc. decis. Cur. Archiep. Neapol. 116. sub num. 1. ibi hæreditatis, & num. 4. & 5. part. 4. Rota apud Pacif. de Salu. decis. 100. num. 1.* Domini, benè perpensis verbis Instrumenti consi-
6 derabant, † quod Anastasia non fecit generalem, & absolutam cessionem hereditatis paternę ad fauorem Baguti, sed vt ponderatur in decisione bo. me. Arguelles, adita prius hereditate, & recepta deinde promissione scut. 100. pro suis dotibus ab eodem Baguto fecit pactum de quicquam amplius non petendo, ex quo inferri non potest ad donationem Iurispatronatus, quod cum fuerit antea in eius persona per pręcedentem aditionem radicatum, non comprehenditur sub cessione aliorum iurium, quę in posterum competere poterant, vel quæ de pręsenti competeret,
7 cum illud † non transeat cum vniuersitate rerum, & actionum particularium ex superius allegatis, & firmat *Bald. cons. 1. nu. 4. & 5. lib. 3. Seraph. decis. 725. sub num. 1. Rota decis. 1152. nu. 4. lib. 3. par. 4. diuers. & in Neapolitana Iurispatronatus 11. Maij 1639. coram Arigenio apud Garz. de benef. par. 5. cap. 9. num. 12. & seqq.*

Et id suadet modica summa scut. 100. in recompensam data, & indubitanter comprobat obseruantia, postmodum subsecuta; quia vt fuit animaduersum in pręcedenti decisione coram me ędita, Nicolaus Bagutus de anno 1621. post prętensam videlicet renunciationem corā Ordinario Comen. institit Anastasiam declarari Patronam huius beneficij
8 pro sua rata, † quę instantia nedum eidem Baguto pręiudicat, *Pereg. cons. 11. num. 11. lib. 4. Buratt. decis. 183. num. 6.* sed etiam omnes eius descendentes afficit, quibus ipse vti primus acquirens ex titulo oneroso (quatenus aliquod
9 ius habuisset) pręiudicare † poterat, *Modern. Pisan. de iurep. lib. 4. cap. 2. num. 28. Sperell. decis. 73. num. 1. & 3. cum alijs congestis in Cesenaten. emphyteusis 23. Ianuarij, & 16. Iunij 1651. coram me.*

Nec dicatur, Bagutum hanc instantiam fa-
10 cere potuisse, vti Cessionarium ad † canonizationem, videlicet iuris sibi cessi; quia non proprio nomine, vt ad hunc effectum necessarium erat, sed vti Procurator Anastasię cōparuit, & eius nomine pręsentationem fecit,
11 ex quo proinde † tacita resultat declaratio proprij iuris exclusiua, ex traditis *in Sulmonen. Beneficij 25. Iunij 1646. coram R.P.D. meo Peutingero & in Piscien. Beneficij 26. Nouembris 1650. coram R.P.D. meo Celso.*

Nec refragatur mandatum procurę enunciatiuum d. cessionis de anno 1603. vt dicitur à Baguto factum in persona cuiusdam Io. Petri Gagini contra Alexandrum Iouium promissum Apostolicum; Vt enim in altera decisione responsum fuit, illud nullo modo suf-
12 fragari potest, † tum quia in actis exhibitum non fuit, nec Procurator ibi contentus quicquam gessit, *Rot. decis. 120. num. 2. par. 2. dec. 154. num. 30. par. 4. tom. 2. recen.* tum etiam quia illud elisum remanet ex actibus penitus contrarijs supra recensitis, *Rot. coram fa. me. Greg. XV. decis. 162. num. 9. ibique Add. num. 15. coram Buratt. decis. 472. num. 8. & in Cracouien. Decimarum 27. Martij 1651. §. neque ad hunc, coram R.P.D. meo Verospio.*

Et ita vtraque &c.

☞ *Decisio ista emanata coram bo. mem. Arguelles sub die 7. Februar. 1651. quæ hic allegatur est supra decis. 10.*

R. P. D. ZARATE.

Romana Fideicommissi.

Veneris 14. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

De prælatione masculi remotioris ad exclusionem fœminæ proximioris in fideicommissis præsens pertractat decisio, attenta præsertim illa dictione, *semper*, quæ cum denotet perpetuitatem, habeatque tractum successiuum sine temporis præfinitione, facit fideicommissum absolutum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissario conceditur immissio purificatione probata, & identitate bonorum.*
2 *Decisiones non reuocantur in dubium.*
3 *Masculus, quando præferatur fœminis in fideicommisso.*
4 *Filius non est inconueniens, quod excludat matrem à fideicommisso.*
5 *Masculus licet remotior præfertur fœminæ proximiori, attenta dictione,* semper.
6 *Dictio,* semper, *denotat perpetuitatem.*
7 *Dictio* semper *habet tractum in futurum sine temporis præfinitione.*
8 *Dictio,* semper *facit fideicommissum absolutum.*
9 *Sententia non nocet ei, qui non fuit in Causa.*
10 *Masculus vnius lineæ an excludat fœminas alterius lineæ.*
11 *Masculus eiusdem lineæ licet remotior excludit fœminas proximiores.*
12 *Voluntas Testatoris in fideicommissis, & dispositionibus totum facit.*
13 *Agnatio non dicitur consideratam ex vocatione fœminarum.*
14 *Agnationis consideranda ratio si non fuit expressa, non præsumitur habita.*
15 *Fœmina non censetur, velle conseruare agnationem, & odio prosequi suum sexum.*

DECISIO CCLXVII.

FIDEICOMMISSVM Panthasileæ de Mattheis, ad quod vocati fuerunt Iacobus, Antonius, Curtius, Scipio, Dominicus, & Fabius eius filij, purificatum fuisse ad fauorem Hilarij ex Fabio, & Claricis ex Curtio descentium, fuit resolutum, & propterea illius immissio super omnibus bonis à dicta Panthasilea relictis fuit decreta, vt in decisionibus sub diebus 8. Iunij 1648. & 23.* Ianuarij 1649. coram bon. mem. Arguelles editis.

Nouissimè ab humanis migrauit Hilarius absque filiis, & successiuè Clarix relictis post se Cleria, & Virginia filiabus, & ex ista ortum habuit Ioannes Felix, qui hodie exclusis matre, & matertera; in bonis Panthasileæ ad dd. Hilarium, & Claricem prouentis, immissionem prætendit. Vndè dubitaui. An, & cui danda sit immissio, & super quibus bonis Et Ioanni Felici super omnibus bonis Panthasileæ dandam esse Domini aurumarunt.

Ratio resolutionis fuit, quia probata fideicommissi existentia, bonorumque identitate
1 & purificatione; immissio concedenda venit fideicommissario, ex dispositione *text. in l. final. C. de edict. D. Adrian. tollen. Menoch. de adipiscen. remed. 4. num. 653. Rota decis. 35. num. 20. & seqq. par. 1. recentior. in decisione 23. Ianuarij 1649. in princip. coram bon. mem. Arguelles: in Bononien. fideicommissi de Amorinis 18. Martij 1648. §. concurrunt enim, coram R. P. D. meo Meltio, & in Meleuitana fideicommissi 13. Martij 1651. §. his non obstantibus, coram R. P. D. meo Bichio.*

Existentia fideicommissi, & bonorum idē-
2 titatis, † in dubium non fuerunt reuocatæ, & desumuntur ex d. decisione 8. Iunij 1648. §. *& de existentia, & §. nec etiam.*

Purificatio fideicommissi ad fauorem Ioannis Felicis, circa quam tota difficultas inuoluitur, ex verbis substitutionis factæ dictis Iacobo Antonio, aliisque filiis hæredibus institutis depromitur, ibi, *Di modo che frà di loro li maschi siano sempre preferiti alle femine.* Idcircò cum hodie nullus extet masculus, nisi Ioan-
3 nes Felix descendens à Virginia, † præferendus venit, matri, & materteræ viuentibus. *Peregrin. de fideicommiss. art. 23. num. 5. ad med. & seqq. Fusar. de substitution. quæst. 379. num. 31. & 34. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 8. tit. 18. nu. 1. & 2. Casanat. cons. 47. num. 67.* Nec esse inconue-
4 niens, quod filius masculus † matrem excludat, pluribus relatis dixit *Rota in Bononien. successionis 17. Iunij 1647. §. idque facilius. coram R. P. D. meo Bichio.*

Quod eo magis affirmandum venit, attenta illa dictione, semper quæ operatur, vt ma-
5 sculis, licet in gradu remotiori, † præferatur fœminis proximioribus, vt vltra Peregrin. Mantic. Fusar. Casanat. modo allegatos firmat *Gratian. disceptat. foren. cap. 621. n. 14. & seqq. Rota decis. 9. num. 9. part. 1. diuersor.* Et denotat
6 perpetuitatem† *l. 1. ff. solut. matrim. l. semper in Ciuitate, ff. de iur. immunit. l. Caio, §. Imperator, ff. alim. & cib. leg. Castill. lib. 2. contr. cap. 22. num. 90. Barbosa cum ibi citatis diction. 361. num. 4. Rota in Romana bonorum, seu fructuum 4. Maij 1646. §. sed quidquid, coram bon. mem. Arguelles.*

7 Habetque tractum in futurum, † sine temporis præfinitione *Barbosa vbi proxime numer. 5. Caputaq. decis. 73. nu. 9. part. 2. Mantic. decis. 39. n. 27 vers. quartum adminiculum.* Et in fideicommissis
8 operatur, † vt fideicommissum sit absolutum idem *Barbosa ibidem num. 7. Curt. iun. cons. 22. n. 23. & cons. 161. num. 12. Boer. decis. 158. num. 1.*

Nec huic resolutioni, quidquam resistit, quod in dictis decisionibus bon. me. Arguelles, prius fuerit resolutum fideicommissum purificatum fuisse ad fauorem Hilarij, & Claricis, & sic dum fœminæ vna cum masculis semel admissæ fuerunt, hoc semper veniat obseruandum: Tum quia in prædictis decisionibus, non fuit discussus articulus prælationis, à cuius resolutione pendet purificatio fideicommissi, & decisiones, & sententiæ à Clarice, & Hilario obtentæ tanquam inter alios
9 latæ, Io. Felici, † qui eo tempore in causa non aderat nocere non possunt, ex vulgari regula *tex. in l. sæpè 63. ff. de re iud. cap. inter dilectos, §. in omnibus autem, vers. nec attestationes de fide instr. & in tot sit in rubro, & nigro, C. res inter alios &c. Rot. in Cesenaten. Iurispatron. 26. Iunij 1648. §. sed ∫tio, & in Fanen. Præcedentiæ 1. Iulij eiusdem anni §. accedit regula, coram bon. mem. Arguelles.* Tum etiam in ijs decisionibus Clarix, & Hilarius fuerunt admissi, quia non ab vna eademque linea proueniebant, sed à diuersa: nam (vt fuit dictum in princip.) Clarix à Curtio pro-
10 uenit, & Hilarius à Fabio: † quo stante masculus vnius lineæ non excludit fœminam alterius lineæ *ad text. in cap. 1. sub tit. de natur. success. feud.* & latè firmat *Peregrin. de fideicommiss. dicto art. 27. num. 13. & cons. 37. eodem numero lib. 3.*

Menoch.

Menoch.consil.928. num.34. Fusar. dicta quaest.379. num.45. Secus autem quando (prout in praesenti) masculus, & foemina sunt eiusdem li-
11 neae, † quia tunc praeferuntur masculi quamuis remotiores foeminis eiusdem lineae. *Aleman.cons.167.lib.5.Roman.cons.57.num.15.lib.1. Peregrin. dicto cons.37.num.7. Barbat. de fideicommiss. part. 1. cap.9. num. 43. Fusar.cum ibi congestis vbi proxime num.51.vers. ampliatur autem.* Quae conclusio hic absque scrupulo procedit, cum ex supra adductis constet de voluntate Testatricis praeferendi omnes masculos, foeminis. Haec
12 enim voluntas venit attendenda, † cum in fideicommissis, ac dispositionibus totum faciat *l. in conditionibus, ff. de condit. & demonstrat. l. penultima, ff. de legat.1.l.1.Cod. de Sacr.Eccles. Rota in Firmana fideicommissi 18. Nouembris 1646.§.attamen, coram Eminentissimo Cardinali Ottbobono.*

Minus subsistit, quod eadem Testatrix contemplauerit agnationem, & proinde nomine masculorum non veniant masculi ex foeminis, qualis est Ioannes Felix, & sic fideicommissum sit terminatum. Quoniam fuit responsum, quod Testatrix non considerauit
13 agnationem † dum foeminas post masculos vocauit. *Bellon.iun. cons.12. num.29. Rota coram Caualer. decis.125. num.10. coram Gregor. XV. decis.433.num. 11.* Nec praesumitur habita ratio
14 agnationis, † quando Testator illam non expressit *Rota decis.282.num.4.part.2.recent.Romana locationis 7. Maij 1635. coram Reuerendissimo Terracinen. & prius Montis Falisci 5.Iunij 1617.coram bon.mem. Coccino.* Maximè quando testamentum est conditum à foemina, vt est casus no-
15 ster, † quae in dubio non censetur velle agnationem conseruare, & odio prosequi suum sex. *Rolan.cons.76.num.9.lib.3.Molin. de primogen. lib.3.cap.5.num.37. vbi Adden. Castill. contr.lib.2. cap.4.num.143.Rota in Romana fideicommissi de Toginis 14. Maij 1646.§. quia licet, coram bon.mem. Arguelles.*

Atque ita &c.

Decisio ista facta in hac eadem causa sub die 23.Iunij 1649. coram bo.me.Arguell. qua hic allegatur, est supra part.10.recen.decis.279.

R.P.D. ALBERGATO.

Meleuitana Iurispatronatus.

Veneris 14. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Iusp. potest in alium titulo donationis transferri cum confirmatione Ordinarij, cuius consensus, ex quibus interuenisse dicatur, clare demonstratur. Praesentationes effectuatae constituunt Patronum in quasi possessione praesentandi, si verò Patronus admiserit aliquem ad praesentandum, an & quandò constituat illum in quasi possessione praesentandi, eruditè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Iusp. de iure praesumitur haereditarium.*
2 *Iurisp. pertinentia potest in alium titulo donationis transferri.*
3 *Iusp. in descendentes transmittitur in stirpes, non autem in capita.*
4 *Praesentatus à maiori parte Patronorum intra legitima tempora venit instituendus.*
5 *Praesentatus à maiori parte Patronorum praeferendus est illi, qui minoribus gaudet suffragijs, & dicitur ei praeualere in bono iure ad effectum institutionis.*
6 *Iurisp. donatio debet esse confirmata ab Ordinario.*
7 *Et consensus Ordinarij in d. donatione praesumitur interuenisse ex longeuo cursu temporis.*
8 *Praesentationes ex quo probetur effectum fuisse sortitas.*
9 *Praesentationes dicuntur approbatae ab Ordinario per institutionem praesentatorum.*
10 *Patronus constituitur in quasi possessione praesentandi ex presentationibus effectuatis.*
11 *Iusp. quanto tempore praescribatur aduersus compatronum.*
12 *Verba in dubio praesumuntur stare demonstratiuè, non autem taxatiuè.*
13 *ex Enunciatiua instrumenti antiqui, benè probatur quommodo anteacta praesentationes facta fuerint.*
14 *Status Iurisp. non constituitur ex praesentatione aequiuoca.*
15 *Institutio ad iusp. quando nescitur vigore quarum praesentationum facta fuerit, emanasse censetur contemplatione praesentationum quae à veris patronis processerunt.*
16 *Patronus admittens aliquem ad compresentandum quandò illum constituit in quasi possessione presentandi.*
17 *Et quid requiratur, vt praesentans constituatur in quasi possessione compraesentandi.*

DECISIO CCLXVIII.

QVONIAM nulla cadit altercatio circa vacationem beneficij, & existentiam Iurispatronatus, nec controuertitur idoneitas praesentatorum; ideo tota huius causae difficultas pendet ex inspectione pertinentiae, quae hodie per Dominos discussa vtraque parte informãte in descendentibus Iulij, qui Alexandrum Aquilanum praesentarunt, concurrere visa
1 est. † Quia Iuspatronatus, de quo agitur, haereditarium, vt vtrinque admittitur, & de iure praesumitur *clem. plures, & ibi Card. in 6.q. de Iurepatr.Modern.Pisan. eo tractat.lib.14. post c.2 num.20. & penes eum, Rot. decis.23. num.7. coram Buratt decis.183.num.1. in recent.decis.707.num.8. par.1.decis.280.num.5.par.7. & in Sulmonen. Beneficij 10. Martij 1649. §. obiectum vero coram bon. mem. Arguelles,* à Paulo filio Antonij Aquilinae fundatoris, in diuisione bonorum inter Bartholomaeum, & Iulium eius filios factae,
2 huic fuit assignatum, † & in eundem etiam titulo donationis translatum, vt potuit *Castr. cons.44.num.4. lib.2. Rocch. de iurep. verb. ipse vel is num.72.Lambert.eo tract.art.1.quaest.2.par.2.lib.1* cum alijs congestis *per modern. Pisan. d. lib. 14. post cap.2.num.27. & in Fesulana beneficij, seu Oratorij 14. Martij 1650.§. potestas, coram Eminentiss.*
3 *D. meo Card. Corrado,* † à cuius propterea descen-

scendentibus, ad quos huiusmodi Patronatus in stirpes transmissus dicitur *d.clem.plures de iurepatr. Rocch. eo tract. verb. iste vel is, num.2. modern.Pisan.lib.4.cap.1.num.58. cum alijs per Buratt. decis.647.num.4. & per Add. ad eundem decis.481.
4 num.10.* † seu à maiori eorum parte, cum Alexander, vt dictum est, præsentatus fuerit intra legitima tempora, is merito venit instituendus *cap.3. & ibi gloss. in verb. qui maiorib. de iurep.Garz. de benef.par.9.cap.2.num.257.Lotter.de re benef. lib.2. quæst.11. num.132.* cum alijs congestis *in Pampilonen. parochialis de Anorbe 3. Decembris 1646.§. certissima coram R.P.D. meo Meltio, & in Cracouien. præpositura S.Floriani 27.Maij 1650.§. versamur coram R.P.D. meo Bichio.*

Iulius enim donatarius tres habuit filias, nempè Ioannam, Agnetem, & Catharinam, & sic Iuspatronatus in tres voces scissum est, ex hac orti sunt Andreas, Vincentia, & Sperantia, quæ Alexandrum præsentarunt ex Agnete vero nata est Agatha, à qua pariter idē Alexander præsentatus fuit, & sic ex tribus habet duas integras voces, & alterius etiam vocis ad Ioannam, & eius descendentes delatæ plures numerat præsentationes dilucidè in fa-
5 cto recensitas, † quarum vigore Pasquali Zamit, qui minoribus gaudet suffragijs præferri debet, eique præualere dicitur in bono iure ad effectum institutionis *cap. cum dilectus, & ibi gloss. de offic.deleg. cum alijs allegatis in Neapolitana Iurispatronatus 27. Ianuarij 1644. in fin. coram Eminentiss.D.Card. Otthobono, in Comen. Iurispatronatus 7. Febr. 1650. coram bon. mem. Arguelles confirmata 12. Iunij 1651. & hodie coram me.*

6 Non obstat, † quod huiusmodi donatio non appareat ab Ordinario confirmata, vt requiritur *Bero in cap. illud num.13. de iurep. Lambert. eo tract.2.par.lib.1.art.2.quæst.2.prin.num.3.Rot.coram sanct. mem. Greg.XV. decis.420. num.2. ibique Add.num.8.*

Quoniam iste Ordinarij consensus in præ-
7 senti non deficit, † præsumitur enim interuenisse ex cursu temporis longæuo centum, & sexaginta annorum cum obseruantia subsecuta ab anno 1535. vt tradunt relati *per modern. Pisan. de iurep. lib.4. cap.4. sub num.15. Rot. coram Canales.decis.265.num.5. decis.336. sub num.3. coram Card. Millino decis.105.num.4.in Compostellana parochialis 13. Maij 1619. coram Sanctiss. D.N. in Lucana iurispatronatus 3.Aprilis 1621. coram bo. mem. Manzanedo, & in Arianen. beneficij 10.Martij 1651.§. quoniam, in fin. coram R.P.D. meo Verospio*, nam de dicto anno 1535. Iulius solus præsentauit, & eius descendentes de an.1544.
8 & 1572. soli pariter præsentarunt, † & hæ præsentationes effectū sortitæ probantur per successiuas vacationes *iux. celebre cons. Oldrad. 229. Rot. coram Buratt.decis.172.num.5. in Alexandrina Archipresbyteratus 1. Iulij 1648. in prin. coram Reuerendiss.D. meo Decano, & in Balneoregien. Iurispatronatus 15. Iunij 1650.§. dantur coram Eminen-
9 tiss.D. Card. Otthobono*, † & admissæ apparent, ac approbatæ ab Ordinario per institutionem præsentatorum *Rot.decis.707.num.5.par.1.recent. coram bon.mem. Vrgellen. decis. 407. num. 10. cum alijs per Add. ad sanct.mem.Greg.XV.decis.420. sub num.7. & in Fesulana beneficij, seu oratorij 27. Iunij 1646.§. pertinentia coram R. P. D. meo Bichio*,
10 per eas † autem præsentantes constituti dicūtur in quasi possessione præsentandi *Ripa in cap. cum Ecclesia Sutrina nu.91. de caus.possess.& propr. Garz. de benef.par.5.cap.5. num.59. & 60. cum ceteris allegatis in Cesenaten.iurispatr.1.Iulij 1650. in prin. coram R.P.D. meo Celso, & in Bononien. beneficij 26.Febr.prox.præt.§. & hoc quod dicimus, coram me*, etiam ad exclusionem descendentium
11 Bartholomæi; † aduersus quos, licet fuissent primordialiter Patroni, præscriptum dicitur per continuatas spatio tam longi temporis præsentationes *Couar. in reg.possessor.par.2. §.10. num.8.modern. Pisan. de iurep.lib.4.cap.9. num.51. Rot.decis.407. num.1.par.1.diuers. coram bon. mem. Vrgellen.decis.125.num.6. in Sulmonen. beneficij 25 Iunij 1646. & 23. Ian. 1647. coram R. P. D. meo Peutingero confirmata 10.Martij 1649. coram bon. mem. Arguelles.*

12 Nec releuat † quod Iulius pręsentauerit nomine hæreditario, non vti donatarius; quia cū talis præsentatio facta fuerit priuatiuè quo ad Bartholomæum, verbum hæredis censetur appositum demonstratiue, non autem taxatiuè, *Crauet.cons.301. num.5. Dec. cons.324. in prin.Cot.decis.442. decis.662. vtrobique num. 3. decis.684.nu.4.par.1.diuers.* etiam ab hac Iulij pręsentatione, aliæ ab eius descendentibus factæ
13 regulari debent, † quæ & ipsæ ex earum pluralitate, & scientia descendentium Bartholomæi quo ad eos priuatiuè factæ censentur, & probantur, præsertim ex enunciatiua emissa in pręsentatione anni 1572.*iux.cons.Calderin.12 de iurepatr. & tradita in Maioricen. beneficij 27.Iunij 1648.§. neque hic, & §.seq. coram R.P.D. meo Bichio.*

Minus vrget quod Lucas Camelier vltimus beneficiatus de anno 1586. à Dominica, & Agnete filiabus, & hæredibus Bartholomæi præsentatus, per sententiam Ordinarij fuerit
14 institutus, † Quia cum eundem Lucam præsentauerint quoque nonnulli ex descendentibus Iulij, actus remanet æquiuocus, ex quo propterea nulla quasi possessio acquisita, vel vltimus status constitutus dici potest; *Canal.
15 decis.266.num.1.Mant.decis.88.num.3.* † cumque sententia non exprimat quarum præsentationum vigore facta fuerit institutio, earum contemplatione, quæ à descendentibus Iulij veris Patronis processerunt, emanasse censetur *Rot. in Cæsaraugustana beneficij de Linares 10. Decembris 1643. coram R.P.D. meo Bichio.*

16 Demum non obstat, † quod Patronus admittens aliquem ad conpræsentandum eum in quasi possessione præsentandi constituat *Rot.coram San.mem.Greg.XV.decis.452.num.15.& in Sulmonen. beneficij 25. Iunij 1646.vers. vbi ambo, coram R. P. D. meo Peutingero*, quia hoc est intelligendum, de præsentationibus effectua-
17 tis, & simul, & semel factis; in casu autem nostro vtrinque disiunctim præsentarunt, nec probatur quod descendentes Iulij scientiam habuerint de præsentationibus factis à descendentibus Bartholomæi, vt ad prætensum effectum acquirendi quasi possessionem contra-

sentandi requiritur *Caputaq.decis.339.par.2.Rec. coram san.mem.Greg.XV.decis.417.num.2.& 5.post modern. Pisan. de iurep.decis.23.& 42. num, 8. cum alijs quos allegat.moder.Perus.de manu.obser.32.n.11*
Et ita vtraque &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO.
Sacræ Rotæ Romanæ DECANO.
Perusina Fideicommissi de Rodulphis.
Veneris 14. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Transactio non potest rescindi nisi concludentissimis probationibus peractis super læsione excedente dimidiam, & dolo certo non autem præsumpto. Consumptio legitimæ non potest induci ex alienatione necessarie facta ex qua animus dissipandi non resultat. Compendiosa substituto quando non contineat pupillarem, & in consequens non priuet matrem legitima.

SVMMARIVM.

1 *Transactio in qua interuenerunt causa, & solemnitates, & præsertim si fuerit longo tempore obseruata non debet rescindi.*
2 *Transactio ad effectum, vt rescindatur probationes debent esse plenæ, & concludentes.*
3 *Transactio ob modicam læsionem non rescinditur.*
4 *Proprietas bonorum fideicommissi potest alienari pro dote, & si testator mandauerit solui cum fructibus, si fructus non extent, nec malitiosè consumpti probentur.*
5 *Præsumptio satisfactionis ex administratione resultans competit ad fauorem illorum, pro quibus administratur non autem ad fauorem aliorum fideicommissariorum.*
6 *Instrumentum impositionis census probat valorem de tempore impositionis non autem de tempore assignationis 40. inde annis secutæ.*
7 *Transactio non potest rescindi ex causa læsionis ex aliquo capite resultante, pro quo fuit in transactione particulariter prouisum.*
8 *Pecunia si non probentur peruenire ex proprietate bonorum fideicommissi præsumuntur prouenire ex fructibus.*
9 *Legitima debetur absque onere, & grauamine.*
10 *Legitima sex filiorum est Semis, Quæ ob illorum Mortem Matri debetur num.11.*
12 *Legitima non potest prohiberi non seruata cautela Soccini.*
Et hoc casu approbatio testamenti paterni absq; expressa illius renunciatione non nocet num. 13.
14 *Alienationes ad effectum excomputationis legitimæ debent esse voluntariæ.*
15 *Retrouenditio census est actus necessarius non voluntarius.*
16 *Alienans ex necessitate non præsumitur habere animum dissipandi.*
17 *Alienationis, & ommissio inuentarij facta à tutore non præiudicant pupillis.*
18 *Alienationes factæ à filio grauato quando sunt certæ non impediunt detractiones suplementi legitimæ.*
19 *Alienatio facta à grauato ex qua inducitur consumptio legitimæ requirit plenas probationes quando agitur contra possessorem ex titulo legitimæ.*
20 *Alienatio bonorum fideicommissi pro qua inter transigentes fuit particulariter prouisum non potest inducere consumptionem legitimæ ad effectum rescindendi transactionem.*
21 *Substitutio pupillaris non comprehenditur sub compendiosa quando expresse testator se restrinxit ad vulgarem, & fideicommissariam, & n.22. & 23.*
Mater non censetur priuata legitima si testator in compendiosa se expresse ad vulgarem, & fideicommissariam restrinxit num.21. & 22. & 23.
24 *Dolus præsumptus non sufficit ad transactionem rescindendam.*
25 *Læsio ad transactionem rescindendam debet esse enormissima, & continere excessum vltra dimidiam.*

DECISIO CCLXIX.

IVLIVS Cæsar de Rodulphis an. 1582. institutis sibi hæredibus pro equali portione eius filijs iam natis, alijsque in posterum nascituris, & Europa vxore, si vitam vidualem seruauerit, omnibus decedentibus sine filijs legitimis, & naturalibus substituit Cippum suæ Domus: Vndè quia tractu temporis defecerunt omnes dicti eius filij sine descendentibus masculis ex legitimo matrimonio procreatis, ideò occasione præfati fideicommissi orta fuit controuersia inter dictam Europam superextantem, & Capitaneum Rodulphum, Vincentiũ, & Hieronimum fratres de Rodulphis, prætendentes illud appertũ ad esse ipsorũ fauorem tanquam de Cippo dictæ Domus, sed huiusmodi controuersia per transactionẽ composita fuit *die 16.Febr.*1624. in qua diuiso in duodecim vncias toto asse dictę hæreditatis quatuor assignatæ fuerunt dictis fratribus vti vocatis ad dictum fideicommissum, reliquæ verò octo dimissę eidẽ Europę preuia declaratione, quòd sex ipsi dimittebantur pro legitima quinque eius filiorum, alia pro rata ad eã spectãte ratione coæqualis institutionis, & alia ex causa huiusmodi transactionis *Sum. illorum de Ferulis n.1.* Pro cuius vlteriori effectuatione die 19. *Iulij eiusdem anni* firmarũt statum hereditatis, & valorem bonorum hæreditariorum distinctè descriptorum liquidarunt in sc.22241 ex quibus detractis prius, & Europę applicatis sc.2335. & b 80. pro quibusdam peculiaribus detractionibus, assignata fuerunt dictis fratribus bona valoris scutorum 6494.50. & Europę alia bona valoris scutorum 15746. 50. *dicto Sum. nu. 2.* Et quia in prima transactione inter cętera conuentum fuerat, quòd casu quo Europa, seu eius filij exegissent aliquod creditũ, aut retrouendidissent aliquem censum hęreditarium dicti fideicommittentis, de illis habẽda esset ratio in assignatione portionis facta ad fauorem dictorum fratruum, ideò Europa memor de duobus censibus cum dimidio in sorte scutorum 900. ab ea retrouenditis anno 1586. huiusmodi retrouenditiones an. 1628. prout bonę fidei parerat, pate fecit, eisque recompensam dedit ex alio instrumento relato in dicto *Sum.num.3.*

Post mortem dictę Europę suborta fuit altera cõtrouersia inter dictos fratres de Rodulphis,

phis, ac Iuliam illius, dictiquè Testatoris filiã
super dicta vncia eius matri assignata ratione
coæqualis instituti onis, sed etiam ista per trã-
sactionem composita fuit an. 1612. in qua di-
cta Iulia illis persoluit in tot censibus, & bo-
nis stabilibus scuta 1800. illisque cessit, & do-
nauit omnia iura, omnesque actiones contra
eos sibi competentes, & vice versa ipsi illam
quietarunt de omni, & toto eo, quod ab ea
petere, & prętendere possent occasione hęre-
ditatis, & bonorum tam dicti Iulij cęsaris fi-
deicommittentis, quàm eius Matris, illiusquè
filiorum vigore dicti fideicommissi, ac alias
quomodocumquè, qualitercunquè, & qua-
cunquè de causa cogitata, & non cogitata,
etiam in corpore iuris clausa, ibiquè non ex-
pressa, vt per extensum legitur *in eod. Sum. n.4.*

Rebus sic stantibus decessit etiam dicta Iu-
lia relictis post se Nicolao, & Vrbano de feru-
lis eius filijs, & hęredibus, contra quos, & Frã-
ciscum de Rodulphis filium legitimatum Io.
Pauli vnius ex hęredibus grauatis pręfati Ca-
pitaneus Rodulphus, & Vincentius in parti-
bus instituerunt iudicium immissionis ex re-
medio *l.fin.C.de edict.diu.Adr.tollen.* possessionẽ
bonorum fideicommissariorum dicti Iulijcę-
saris, & signanter illorum, quę in executionẽ
primi instrumenti transactionis Europę fuerãt
assignata, sed emanauit sententia, in qua A-
ctoribus concessa fuit immissio in omnibus
bonis fideicommissarijs non compręhensis in
dicto instrumento, quò verò ad bona; census
& alia ibidem descripta Rei conuenti ab ob-
seruatione iudicii absoluti fuerunt *d. Sum.n.5.*
Vndè introducta causa appellationis in Rota
& mihi commissa, informantes pro dictis fra-
tribus de Rodulphis contendebant dictas trã-
sactiones fore rescindendas, tum quia verus
valor bonorum fideicommissariorum dicti Iu
lijcęsaris ascendit ad scuta 42100. non autem,
vt suppositum fuit, ad sola scuta 22241. vt ex
calculo per eos dato *in eorum Sum. nu.12.* tum
etiam quia Europa ex persona eius filiorũ non
poterat detrahere prędictam legitimam, siuè
ex quò à dicto Iuliocęsare testatore illius de-
tractio expressè in testamento prohibita fuit,
dictumque testamentum ab eius filijs accepta-
tum anno 1610. in quodam instrumento di-
uisionis omnium illius bonorum inter eos
celebrato, siuè ex quo integrè præsumebatur
consumpta dum dicti filij nullum confecerũt
inuentarium, & plura bona fideicommissaria
alienarunt *dicto Summ. num.6. & 7.*

Verum proposito dubio, An sit locus re-
scissioni transactionum, Domini negatiuè re-
1 sponderunt,† quia cum in eis adhibitę fuerint
omnes solemnitates necessariæ, nec deficiat
causa ob quam transactum fuit, nempè timor
futuræ litis, ac spatio viginti, & vltra annorũ
obseruatæ probentur, omnis possibilis inter-
prætatio sumi debet pro illarum subsistentia,
& validitate, cum ex præfatis, & signanter ex
tam longa obseruantia tantò difficilior redda-
tur illarum prætensa reicissio *cap. Contingit de
transact. Decian.cõs.28.n.11.& 12.lib.3.Card.Canal.
dec.407.n.9. Rot.dec.86.n.7. & 8.par.6.recen. & in
Romana de Mongellinis 30. Ianuarij 1645. coram
Eminentiss. D.Card. Otthobono §.fin.*

Non obstant adducta in contrarium, quo-
niam adhuc concludenter iustificatum non
fuit valorem dictorum bonorum fideicõmis-
sariorum ascendere ad prætensa scuta 42100.
Partitæ enim ad hunc effectum positæ in su-
pradicto calculo singulariter discussæ patiun-
2 tur non modicas difficultates, † & tamen ad
effectum rescindendi transactionem probatio-
nes debent esse plenæ, & concludentes, *vt post
Alex. Alciat. & Gabr. respondit Rot. coram Card.
Seraph.decis.1462.num.1.*

Omissa enim prima scutorum 375. quæ li-
3 cet in facto subsistens † ob sui modicitatem
non sufficit ad inducendam lęsionem ad hunc
effectum requisitam, cum dicti fratres tantũ-
modò prætendere possint scuta 125. Quò ad
secundam scutorum 1500. pro rata parte dotis
4 dictæ Iulię † iustificatum non fuit, quòd de
tempore illius dotationis extarent tot fructus,
qui commodè pro dicta dote sufficerẽt, ideoq;
nisi malitiose cõsumpti probẽtur animo euer-
tendi fideicommissum, hęredes grauati illos
fecerunt suos, & proindè non attento prȩcep-
to testatoris de soluendo dotes ex fructibus,
Europa legitimè satisfieri potuit ex proprieta-
te dictorum bonorum fideicommissariorum
de dictis sc.1500. quę de proprijs pecunijs eius
filiorum persoluerat *Molin. de primog. Hispan.
lib.4. cap.6. sub n.15. vers. quod intelligendum Me-
noch.lib.4.præsumpt.189.n.161. vers. Cæterum hæc
iuris Peregr. de fideicom.art.42.nu.71.vers. intellige
ex fructibus Fusar. de substit. quæst 531.n.120. quos
sequuta fuit Rot. in Romana Casalis Aguzani 4. Fe-
bruarij 1643. coram R. P. D. meo Royas §. vltra
quod ad effectum.*

Ad tertiam scutorũ 4000. pro integra dote
eiusdem Iuliæ, responsum fuit non subsistere
quòd illa constituta fuerit ex pecunijs, aut bo-
nis hæreditarijs, sed ex proprijs, vt dictum est
præfatorum filiorum *dicto Summ. num.13.* Nec
Europa detraxit scuta 4000. sed tantùm 1500.
quæ testator illi legauerat.

Quarta scutorum 625. occasione dotis eius-
dem Europæ corruit, quia adducta exceptio
eius prætensę satisfactionis ex administratione
5 bonorum fideicommissariorum, † non com-
petit dictis fratribus fideicommissarijs, sed so-
lum competebat dictis illius filijs, pro quibus
dicta bona administrabat, nisi iustificetur tot
bona retinuisse, vel alienasse, ex quibus po-
tuerit satisfieri.

Quinta scutorũ 350. occasione sortis prin-
cipalis duorum censuum scutorum 600. qui
Europæ assignati fuerunt pro sc.250. tantũ in-
6 diget iustificatione,† quia exhibeantur instru-
menta impositionum ad fauorem fideicõmit-
tentis de *an. 1577. & seqq.* attamen ex his pro-
batur quidem tempore impositionum dictos
census fuisse scutorum 600. non tamen infer-
tur quòd essent eiusdem quantitatis tempore
assignationis sequutæ quadraginta, & vltra an-
nis postea.

Sexta scutorum 500. pro tot censibus ante-
cedenter ab eadem Europa retrouenditis, &
octaua

octaua scutorum 5554. pro aliis censibus fideicommissarijs in dictis transactionibus non cõpræhensis,† tolluntur faciliori responsione, nam in prima transactione adest expressa clausula salutaris habendi rationem ad commodum transigentium pro rata ad vnumquemquè ipsorum respectiuè spectante de omnibus in futurum detegendis,
7 †atq; ideò dicti fratres agere possunt pro illorum cõsequutione iuxta formam traditam in ipsa transactione, & consequenter ex hoc capite non possunt allegare læsionem ad effectum prętensę illius rescissionis

Septima deniquè scutorũ 8126. de quibus Europa quietantiã fecerat Tranquillo de Bartellis exactori eorundem eius filiorum, demẽda est à calculo, quia adhuc non constat
8 †quòd dictæ pecuniæ proueniant ex proprietate bonorum fideicommissariorum, & proindè pręsumuntur potius prouenire, vel ex fructibus eorundem bonorum ad illos spectantibus, & à præfato Tranquillo in maiori summa verisimiliter pærceptis, cum ascenderent annuatim ad scuta 1500. vel ex capitalibus quorundam censuum retrouenditorum, quos Europa in secunda transactione receperat pro legitima dictorum eius filiorum.

Legitima autem ex iuris dispositione absq;
9 vllo onere,† aut grauamine debebatur *l. omnimodo 30. & l. quoniam in prioribus 32. C. de inoff. testam.* Cumquè testator reliquerit sex filios, nẽpè quinque masculos,
10 †& vnam fæminam, ascendebat ad semissem *Auth. nouissima C. eod.*
11 Et consequenter dicta Europa tanquam hæres eorundem eius filiorum prædefunctorum iure optimo dictas sex vncias hac de causa detrahere potuit *l. quamquam ibique communiter scribentes C. ad l. falcid. Hond. conf. 63. num. 16. lib. 1.*

Non obstat quòd testator prohibuerit illius detractionẽ, & dicti eius filij illius testamentũ in supradicto instrumento diuisionis acceptauerint.

Quia cum in casu nostro seruata non fuerit
12 cautela relata *per Soccin. Iun. conf. 122. nu. 9. lib. 1.* Non sufficit sola paterna prohibitio, & generalis, acceptatio eius testamenti, quæ in alijs ibidem dispositis cõgruè verificari potest, sed
13 specialis, & indiuidua mentio legitimæ, † illiusq; expressa renunciatio ibidem fieri debebat, vt censeretur quò ad eam illis præiudicatum *l. si quando §. Et generaliter C. de inoff. testam. Ancar. conf. 152. n. 8. vers. legitimam verò, cum alijs allegatis per Rot. coram Greg. dec. 489. nu. 21. ibiquè Add. n. 27. in rec. dec. 200. n. 5. dec. 206. nu. 4. 5. & 6. decis. 449. num. 3. & 4. & decis. 653. n. 9. par. 1. coram Card. Caual. dec. 326. n. 7. & in Romana supplementi legitimæ 18. May 1640. coram me §. & nihilominus.*

Nec obstat, quòd omiserint confectionem inuentarij, & non nulla bona alienauerint.

Quoniam alienationes ad hunc effectum relatę *in dicto Sum. n. 7.* non sunt propriè alienatio
14 nes, & quidem volũtarię, prout requiritur ad effectũ inducendi pręsumptionem subtractionis, & alienationis aliorum bonorum, sed sunt
15 retrouenditionis censuũ, † quę dicuntur actus merè necessarij, *vt tradit Cenc. de censib. q. 69. n. 6 & q. 109. n. 10.* Et tam ipsę, quàm omissio inuentarij nõ fuerunt factę ab ipsis filiis hęredibus grauatis, contra quos prętenditur consũptio legitimę, sed ab ipsorum Matre tutrice, & Curatrice; Hinc enim Domini multa considerabant, quę dictam pręsumptam consumptio-
16 nem excludũt,† Et primò quòd ob alienationem factam ex necessitate pręsumi non potest grauatum alia bona subtraxisse, & alienasse, cũ exindè in ipso considerari non valeat animus, seu voluntas alienandi, dissipandiquè bona hęreditaria, sicut cõsideratur stantibus alienatio-
17 nibus voluntarijs. † Secundò quòd alienationes, ac omissio inuẽtarij factę per tutorem, vel Curatorẽ non pręiudicant pupillo, vel minori
18 *§. Pupillis Auth. de hæred. & falcid. Rot. dec. 67. n. 3 ad medium cum seqq. & dec. 163. n. 8. par. 5. rec.* Tertiò quòd dictę alienationes, seu verius censuũ retrouenditiones sunt certę, & non excedunt summam scutorum quingentorum; vndè dũ in casu nostro cõstat de statu hęreditatis ab ipsismet transigentibus in secunda transactione firmato, non admittitur allegata pręsumptio, neque prohibetur filijs saltẽ detractio supplementi, *vt respondit Rot. in Perusina fideicommissi 5. Martij 1646. coram R. P. D. meo Celso §. nam cum illa, & in Cesenaten. bonorum 10. Martij 1649. coram R. P. D. meo Peutingerio §. 1. vers. Cui nequè dua, ac dixtinguendo, & conciliando contrarias decisiones firmatum fuit in Perusina bonorum 30. May 1650. co-*
19 *ram me §. Quo verò ad modicitatẽ.* † Quartò quòd Feruli habentes causam à dictis hęredibus grauatis, seũ à dicta Europa eorum matre, & hęrede sunt Rei, & possessores ex hac pręcisa causa legitimę, vndè Rodulphis fideicõmissaris agẽtibus, & dictas sex vncias præuia transactionũ rescissione vindicare prætendentibus non suffragatur prędicta pręsumptio, nec simplex probatio opulentiæ hęreditatis. sed tenentur iustificare quòd grauati actualiter tot bona alienauerint, quæ legitimæ detractionem adæquent, *vt tradunt Pereg. de fideic. ar. 39. n. 14. Mang. de Imp. q. 136. n. 50. Mer. de legit. lib. 2. tit. 2. q. 4. n. 2. Cyr. cont. for. c. 5. n. 27. & 28. fa. me. Greg. dec. 185. n. 1. ibiq. Add n. 3. Rot. cor. Mart. Andr. dec. 80. n. 4. 5. & 6. in Narniẽ fideic. 3. Iulij 1622. cor. bo. me. Merlino in Verulana fideic. 31. Martij 1638. cor. Car. Panzirolo §. nec relevat quod cum Prosper, in Romana fideic. de Candidis 10. Martij 1649. cor. R. P. D. meo Verospio in Cesenaten. bonorum 15. Martij 1651. cor. R. P. D. meo Albergato §. quia alienationes, & pariter dixtinguendo in d. Perusina bonorum cor. Me §. Pro intellegentia enim.* Quintò deniq; quòd tàm de prætio censuum retrouenditorum, quàm de alijs, qui fortasse reperiri possent extincti, ac de cæteris bonis fortasse alienatis dicti de Rodulphis consequi debent eorum integram portionẽ iuxta forma supradictę conuentionis in instrumento primę trã-
20 sactionis adiectæ, † ideoq; ad effectum, de quo agitur haberi debent perindè ac si non fuissent retrouenditi, neque alienati, & consequenter multò minus legitimæ consumptionem important *per ea, quæ in similib. terminis tradit Merlin. vbi supra dicto lib. 2. tit. 2. quæst. 3. n. 23. cum seqq*

Deducta verò circa portiones detractas ex persona Francisci, & Io. Pauli nec minus Dominis visa fuerunt releuare; licet enim Franciscus

ceus decesserit in pupillari ętate, Europa tamen
21 poterat illius legitimam consequi,† quia cum testator in verbis expresse se restrinxerit ad vulgarem, & fideicommissariam, ibi, *Et post eorum mortẽ in vniuscuiusq. ipsorum portione substituit vniuscuiusq; filios, liberos, & descendentes masculos legitimos, & naturales ce vno in alium vsq; in infinitum & inuicem, ac respectiuè actiuè, ac passiuè ordine successiuo vulgariter, & per fideicommissum &c.* Non censetur sub cõpendiosa voluisse compræhẽdere pupillarẽ, *vt reiectis coniecturis ab altera parte allegatis, in his terminis consulendo firmant Fusar. cons. 196. ante n. 35. vers. tertio & vltimo principa-*
22 *liter cũ pluribus seqq.*† vbi quinq; fundamẽta adducit pro illius cõprobatione, *& cons. 190. n. 14. Bellon. Iun. inter eadem cons. Fusar. cons. 185. n. 56. & 57. Intrigliol. de substit. cent. 3. q. 12. n. 20.* ac optimè conferunt adducta per *Dec. consil. 371. sub num. 5. vers. & prædicta confirmantur, Rol. à Vall. cons. 68. num. 68. vers. octauo accedit lib. 4. Menoch. cons. 303. num. 8. Odd. cons. 95. num. 28. cum duobus seqq.* firmantes, quòd quotiescunquè testatur postquam compendiosè substituit, enumerat species substitutionum, nempè vulgariter, & per fideicommissum, vel similes, ipsam compendiosam declarat, atque restringit ad species enumeratas, itaut cæteras substitutiones
23 nullatenus comprehendat:† Ideòque Europa à dicta legitima non erat exclusa, *vt admittit Gabr. cons. 120. num. 12. lib. 2.*

Facilior verò est responsio ad legitimam detractam, vt prætenditur à dicto Io: Paulo mediante legato per ipsum facto de duobus Prędiis, Domo, & Censibus ad fauorem Francisci eius filii legitimati, quia iustificatum non fuit huiusmodi bona esse fideicommissaria dicti Iulii cæsaris.

Ex præmissis itaquè patet, quod intentio Actorum adhuc concludenter, vt requiritur, comprobata non fuit, ideòque allegari non potest in dictis transactionibus adfuisse dolũ,
24 vel læsionem,† & tamen ad istum effectum dolus probari debet verus, & certus, nec sufficit præsumptus, vt pluribus adductis respondit *Rota in Bononien̄ de Berois 11. Martij 1643. co-*
25 *ram R. P. D. meo Rojas §. in omnem casum*,† læsio autem debet esse enormissima, & talis, vt contineat magnum excessum vltra dimidiam habita etiam ratione omnium expensarum, ac dubii futuræ litis euentus, *Cagnol. in l. 2. num. 8. C. de rescind. vendit. Pinell. super eadem leg. lib. 2. part 1. cap. 4. num. 12. Corn. cons. 196. num. 5. lib. 2. Dec. cons. 116. num. 4. & cons. 474. num. 10. Put. decis. 223. per totam lib. 1. in correctis Rot. decis. 461. num. 7. part. 1. decis. 715. nu. 1. part. 2. recent. coram Card. Canal. decis. 407. nu. 1. 2. & 3. & in Bononien̄ transactionis 27. February 1640. coram bon: memor; Card. Hieronymo Verospio §. dicebatur, 2. vers. Tamen non satis est.*

Atquè ideò cum agatur de transactionibus factis bona fide à Muliere, & tam longo temporis cursu obseruatis, resolutum fuit non esse locum illarum rescissioni, vtraque, &c.

R. P. D. CELSO,

Posteà S.R.E. CARDINALI.

Pisauren̄ Pecuniaria.

Veneris 14. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Intimatio molestiarũ, quas passus fuit fideiussor occasione eius fideiussionis, an debeat esse personaliter, vel sufficiat, vt tantum domi dimissa copia fuerit executa, eruditè tractatur; & quid si releuator esset absens, & negaret se esse Ciuem loci; in quo bona possidet, & tenet domum apertam, atque Ministros, & familiam retinet, ingeniosè resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Idemnitatis promissio facta fideiussori continet non solum solutionem sortis, & fructuum, sed etiam damnorum, & interesse.*
2 *Damna quæ passus fuit fideiussor occasione eius fideiussionis, quomodo probetur.*
3 *Scientia in debitore de damnis possis à fideiussore ex quibus certa, & indubitata remaneat.*
4 *Intimatio in præiudicialibus debet esse personalis contrà Principalem, Contrà num. seq. & nu. 8.*
6 *Citatio personalis quando non requiritur pro forma, sed tantum, vt citatus habeat notitiam de contentis in illa, tunc citatio dom. dimis. cop. æquipollet personali.*
7 *Procurator præsumitur certiorasse suum principalem, quando agitur de materia graui.*
9 *Citatio personalis contrà absentes non est necessaria, vbi extat statutum, quòd absentes citari possint domi eorum habitationis.*
10 *Citatio contrà absentem exequi legitimè potuit in loco vbi bona possidet, & habet domum apertam, atque retinet Ministros, & familiam.*
11 *Rubrica benè declarat, & extendit Nigrum.*
12 *Ciuem alicuius loci quando quis appellauit, non potest deindè dicere se non esse talem.*

DECISIO CCLXX.

PRO soluendis fructibus duorum Censuum, quos de anno 1612. & 1618. imposuerat Alexander Auctor Com: de Thienis, coacti fuerunt Com: de Santinellis accipere sub vsuris diuersas pecuniarum summas, quarum restitutio cum exaduerso cõtrouerteretur dubitatum fuit coram Eminentiss. Card. Otthobono, An huiusmodi interusuria deberentur, & affirmatiuè responsum fuit; Hodie reproposita per me causa super iisdem ex iisdem etiam rationibus Domini perstiterunt in resolutis; Etenim obligatio resultat ex Instrumento publico in quo dictus Com: Alexander promisit sub obligatione Camerali releuare, & conseruare indemnes præfatos fideiussores, quæ promissio indemnitatis continet non solum solutionem sortis, & fructuum, sed etiam damnorum, & interesse, *ex doctrin. Bald. in l. 2. sub num. 5. C. de sentent. quæ sine certa quant. prof. Honded. consil. 25. num. 1. lib. 2. Paris. cons. 109. nu. 38. & seqq. lib. 1. & cons. 16. nu. 124. lib. 2. Rot. coram Buratt. decis. 194. nu. 2. & dec. 325. num. 14. vbi Adden. litt. B.*

Et

2 Et ex † publicis Instrumentis probantur etiam damna quæ passi fuerunt Comites de Thienis occasione dictæ fideiussionis, vt firmauit *Rot. coram Seraphin. decis. 593. nu. 4. & post Modern. Perus. de cens. decis. 137. à num. 1. per tot.* Exceptio verò, quod huiusmodi Instrumenta nō fuerint per Santinellos notificata, adhoc vt releuatores scientes debitum esse sub vsuris possent ab illo se eximere, & liberare;
3 Tollitur ex pluribus, & reiteratis intimationibus, quarum nonnullæ apparent factæ in præsentia Mancini Procuratoris Generalis ad lites ipsorum Comitum de Thienis, ac etiam specialiter deputati ad suscipiendum in se quascumque lites, & molestias à quibusuis, personis illatas, & inferendas; Aliæ verò executæ personaliter tam contra Procuratorem prædictum, quàm etiam contra Ministrum & institutorem eorumdem, iunctis etiam decretis, & mandatis Iudicum super refectione dictorum damnorum. Ex quibus probari certam, & indubitatam scientiam, tradit *Abb. cons. 81. sub num. 1. vers. quod autem, lib. 1. & consil. 19. ante numerum 1. lib. 2. Paris. cons. 100. nu. 38. lib. 1. Surd. consil. 429. num. 53. relat. per Gratian. discept at. foren. cap. 433. num. 77. & cap. 510. nu. 17.* & firmauit *Rot. in Rom. diuisionis 20. Iunij 1639. coram R. P. D. meo Bichio.*
4 Nec refert, † quod in præiudicialibus intimatio debeat esse personalis contra Principales, nec sufficiat contra Procuratorem, cum illa dicatur scientia præsumpta, non autem vera ex deductis in *Vrbeuetana pecuniaria 29. Ianuarij 1635. coram bon: mem: Buccabella;* Nam aliud est scientiam esse præsumptam, aliud verò illam probari præsumptionibus, & con-
5 iecturis: † Vnde cum ex supradeductis appareat ad notitiam Com: de Thienis peruenisse executionem dictæ citationis, & pecunias pro soluendis fructibus eorumdem Censuum fuisse acceptas sub vsuris, talis notitia videtur sufficiens, vt firmauit *Rot. decis. 612. nu. 4. par. 4. diuers. & coram Seraph. decis. 1459. num. 12.*
6 Quando enim † citatio personalis non requiritur pro forma, sed tantum ad effectum, vt citatus habeat notitiam de cōtentis in illa tunc probata tali notitia citatio dom. dimiss. cop. æquipollet personali, *ex text. in Clem. causam in fin. de election. Roman. cons. 410. num. 2. Couarrun. in cap. Alma Mater part. 1. §. 9. numer. 4. versic. tertius casus, de sentent. excommunication. Rot. coram Seraphin. decis. 1296. num. 3. & in Neapolitana Iurisdictionis 11. February 1647. coram R. P. D. meo Bichio.*
Et eo faciliùs inclinarunt Domini in hanc
7 sententiam: † Tum quia attenta grauitate materiæ non est verisimile, quod Comites de Thienis non fuerunt de prædictis certiorati à Procuratore, maximè cum ad dictū effectum terminum petierit, & obtinuerit, vt ponderat *Roman. cons. 481. num. 7. Honded. cons. 55. num. 54. lib. 1. Mascard. de probat. conclus. 554. num. 8. Rota decis. 131. num. 7. part. 2. diuersor. & coram Comitul. decis. 119. eodem numero,* cum alijs per *Adden. ad*
8 *sanct: mem: Gregor. decis. 127. nu. 11.* † Et propterea benè intrat dispositio *Text. exaduerso allegati in l. item veniunt 22. §. petita ibi,* nisi fortè is cui denunciatum est eum certiorauerit, *ff. de petit. hæred.* & tradit *Loffred. cons. 20. n. 20. circa mediū.*
9 Tum etiam, † quia extat Statutum Pisauri disponens expresse, quod Ciues, & Habitatores, qui de ciuitate recesserint possint citari dom. eorum habitationis, quod statutum seruandum esse, aduertit *Mandos. de inhibit. qu. 67. num. 12. Rota decis. 569. numer. 2. part. 1. recentior.*
10 Et † comprehendere Comites prædictos, qui vltra quam plura bona habent Pisauri domū apertam vbi retinent Ministros, & familiam, probat *text. in l. 1. §. domum, ff. de lib. agnosc. Bald. cons. 242. num. 8. lib. 1. Marcabr. cons. 69. num. 62 & sequentib. & cons. 70. num. 44. Gratian. qui alios cumulat disceptation. forens. lib. 3. cap. 484. num. 16. Hieronym. Laurent. decis. Auenionen. 140. nu. 4. & 5.*
11 Non obstat, † quod licet rubrica loquatur per dictionem alternatiuam de Ciue, vel Habitatore Nigrum tamen disponat simpliciter absque dicta dictione, vel, nam cum rubrica habeat orationem perfectam per eam Nigrum declarari, & extendi debet, vt desumitur ex *text. in l. vnica, C. de capitat. Ciu. censib. exim. gloss. in l. 1. verb. retractare, Cod. ne lic. tertio prouocar. Alexand. cons. 1. num. 7. lib. 4. Curt. Iunior. cons. 107. num. 2. & seqq. Thob. Non. consil. 17. num. 2. & 3. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 1 num. 16. Rota coram Andrea decis. 110. num. 2. & seq. & in recentior. decis. 445. num. 8. & decis. 498. sub num. 6. part. 4.* & pluribus exornat *Surd. cons. 163. n. 12.*
12 Et tamen † Comites de Thienis non possunt dicere, se non esse Ciues dum tales pluries se enunciarunt in diuersis Instrumētis, & signanter in mandato procuræ de anno 1633. facto in personam Mancini, *l. generaliter, Cod. de non numerat. pecun. Roman. consil. 391. num. 7. & seqq. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 10. num. 28. in fine, Rota coram Buratt. decis. 113. num. 1.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit, &c.

R. P. D. BICHIO.

Perusina Successionis.

Veneris 14. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Hęredes venientes ab intestato non possunt impedire immissionem hæredi scripto, dum in Testamento non adest vitium visibile, sit verò de identitate schedulæ dubitari contingat, donec de veritate, vel falsitate Testamenti disputatur, non est locus successioni ab intestato. Identitas Testamenti clausi ex quibus probata remaneat, & exclusa falsitas suppositionis alterius schedulæ, clarè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Mulier possidens bona viuente viro iure familiaritatis, & mortuo causam possidendi sibi mutasse præsumitur ex titulo superuenienti, etiam absque alia declaratione.*
2 *Amplia, quando in instrumento dotis adesset clausula constituti.*
3 *Possessio tradita à Iudice cum clausula,* dummodo

do possessio sit vacans, nullius est momenti alio in possessione existente.
4 *Testamentum facit cessare causam ab intestato.*
5 *Hæres scriptus est legitimus contradictor in iudicio immissionis ab hærede legitimo petitæ, quando testamentum non apparet in aliqua sui parte vitiatum. Et quando secus num. 19.*
6 *Recognoscere manum Testatoris in testamento nuncupatiuo, sufficit quod testes deponant se habere notam manum, & quod pluries viderunt eum scribere, licet non interfuerint in subscriptione testamenti,*
7 *Hæredis nominatio non est necessaria, quando Testator conuocatis testibus, testamenti schedulam, vt de eo Notario se rogaret consignat,*
8 *Notarij rogitus etiam absque illius subscriptione fidem facit, dummodo inter alias eius scripturas authenticas repertus fuerit.*
9 *Et probat ne dum consignationem Testamenti, sed etiam illius identitatem.*
Amplia, quando bona fama Notarij cócurreret. n. 11
10 *Identitas testamenti clausi penès tertiam personam à Testatore relicti probatur medio iuramento eiusdem tertiæ personæ.*
12 *Identitas testamẽti clausi ex quibus coniecturis probata remaneat. num. 13. 14. 15.*
16 *Identitas testamẽti clausi, vt indubitata reddatur, requiritur quod rogitus Not. in eius dorso reperiatur.*
17 *Et quid si in alio folio separato adesset,*
19 *Et quid si testamenti schedula in domo Testatoris in manibus interessatorũ, non autẽ Notarij remansisset.*
20 *Hæres scriptus, vt impedire possit immissionem hæredi venienti ab intestato, sufficit in testamento non adesse vitium visibile.*
21 *Hæres scriptus nõ est amouẽdus à possessione, licèt hæres veniẽs ab intestato excipiat de nullitate testam.*
22 *Testamentum clausum, donec discutitur, an sit verum, vel falsum, vt quia de identitate schedulæ dubitatur, non est locus successioni ab intestato.*
23 *Notarij fides, atque legalitas in Testamentis clausis fraudis possibilitatẽ atq; præsumptionem excludit.*

DECISIO CCLXXI.

AVT manutentionem, aut immissionem in bonis Hæreditarijs Petri Gentilis de Tranquillis petijt Iulia illius germana Soror, & prætensa hæres ab intestato, sed neutrum competere censuit Rota.

1 Manutentioni † enim obstat anterior possessio Isabellæ Alfanæ Reæ conuentæ vxoris eiusdem Petri Gentilis, quæ, vt dissertissimè probant testes dati in *Summ. num. 3.* omnia bona viro viuente possedit iure familiaritatis, & eo mortuo causam possidendi sibi mutasse præsumitur illico ex superuenienti titulo testamentariæ successionis, & dotis, ac donationis etiam absque alia declaratione, *Gratian. discept. 54. num. 1. Caualer. decis. 284. num. 2. Greg. XV. decis. 546. nu. 1.* cum alijs relatis, *ac Moderu. Perusin. de manuten, obseru. 54. num. 23. & seq.*
2 præsertim, quia in instrumẽto tum dotis, tum donationis inter viuos adest clausula constituti verè possessionis translatiua, † vt propterea
3 nullius momenti sit possessio Iuliæ, tanquam hæredi ab intestato tradita postea à Iudice, cum clausula, *dummodo possessio sit vacans*, vt in terminis respondit *Rota penès Caualer. decis. 629. num. 8. & 9. & inter impress. apud Moder. de manuten. decis. 28. num. 9. & 10. & seq.*

Interdicto quorum bonorum, *ex cap. success. ab intestato*, non est locus, vbi, vt in casu
4 nostro adest testamentũ, † quia causa testamẽti cessare facit causas intestati, *leg. quandiù, ff. acquir. hæred. l. Antequam, C. de success. l. ex testament. C. condit. liber. Rot. decis. 405 num. 1. part. 4. tom. 2. recent.* † & hæres scriptus est legitimus
5 contradictor in iudicio immissionis ab hærede legitimo petitæ, quando testamentum vitio aliquo incontinenti probato non laborat, ac nec vitiatum, nec cancellatum in sui facie apparet, *Bart. in l. scriptum hæredem nu. 2. C. probat. Zuccard. in l. fin. n. 201. C. de Edict. Diu. Adr. tollen. Argel. de acquiren. possess. quæst. 6. artic. 8. num. 144. Thomat. decis. 82. nu. 9. Rot. decis. 406. nu. 1. part. 4. diuers. decis. 671. num. 1. vers. vndè non est, parte. 1. recent.* cum alijs doctè relatis per *Moder. Lucañ cons. 74. num. 13. & seq.*

Quale est testamentũ Petri Gentilis ab Isabella productum, quod scriptum, & subscriptum fuisse manu propria Testatoris affirmant plures testes formiter examinati, qui vlterius concludentibus rationibus conciliant diuersitatem, & inæqualitatem caracteris, *Summario*
6 *Isabellæ nu. 8.* † & licet non interfuerint quando testamẽtũ à Testatore subscribebatur, quia tamen agitur de testamẽto nuncupatiuo nuncupatione implicita, cuius scripturę testes non adhibentur, satis est ad recognitionem manus Testatoris, quod pro ratione sui dicti asserant se habere illam notam, eo quod pluries viderunt eum subscribere, vt ex doctr. *Soccin. in l. si ita scripsero num. 3. post med. ff. condit. & demonstrat*, quam passim secuta est *Rota in pluribus decis. allegat. ab Add. ad Buratt. decis. 143. nu. 4.* fuit in puncto decisum *in Perusina Testamẽti 15. Iun. 1642. §. minus releuat, cor. R. P. D. meo Cerro.*

7 Quodque † tandem schedulam testamenti Notario, vt de eo rogaretur, conuocatis septem testibus consignauerit Testator, asserens in ea scriptura esse, eius testamentũ, quod valere voluit iure testamenti, vel Codicillorum, &c. vt sufficit absque alia nominatione explicita hæredis, *Gozzad. cons. 3. per tot. Guttier. pract. quæst. lib. 2, q. 41. sub nu. 4. & seq. Rot. dec. 263. num. 6. & seq. par. 4. tom. 2. recent. & in Senogallien successionis 29. Ianuar. 1652. §. nam est. coram Eminentissimo D. Cardinali Corrado*, constat ex ipsius
8 Notarij rogitu, † qui etiã absque Notarij subscriptione fidem facit, dummodo, vt hic inter alias eius scripturas authenticas repertus fuerit, *Ruin. cons. 144. nu. 9. lib. 4. Menoch. cons. 48. num. 5. Rot. inter recent. decis. 349. num. 6. part. 1. decis. 628. num. 1. & 3. part. 2.* & latissimè in *Nouarieñ Bonorum 17. Decembris 1640. coram clar. me. Coccino*, † probatque ne dum de consigna-
9 tione cædulæ testamẽti, sed etiam illius identitatem, *Bar. in l. 2. vers. sed si Notarius est rogatus, ff. quemadmodum test. aper. Castr. consil. 93. num. 3. & seqq. lib. 1. Clar. in §. Testamentum quæst. 4. sub num. 3. vers. consulto tamen, Rot. decis. 180. num. 8. & seqq. apud Durax. & in Romana testamenti 14. Iunij 1649. §. nec vlla coram Eminentiss. D. Cardinali*

Otthobono, itaut postquam schedula testamentaria dimissa fuit in manibus Notarii rogati, nil aliud requiratur pro verificanda illius identitate, quam fides Notarii, penes quem dimissa fuit, *Decian. cons. 74. num. 20. lib. 5. Alex. cons. 105. num. 2. vers. secundò respondeo lib. 2. Duran. dicta decis. 180. numer. 3. Hartman. Pistor. obseru. 190. nu. 10. aliyque allegati ab Add. ad Burat. decis. 475. n. 22. in fin.* quos secuta est *Rota in dicta Romana Testamenti, §. & cedula, coram D. Cardin.*
10 *Otthobono*, † sicuti in fortioribus terminis ad probandam identitatem schedulæ dimissæ penès tertiam priuatam personam puta Guardianum S. Francisci ad quam Testator se retulit, sufficit eiusdē Guardiani, seù tertiæ priuatæ personæ iuramentum, *Castr. in l. haredes palam num. 3. ff. testam. Soccin. Sen. cons. 142. nu. 7. lib. 1. Decian. cons. 74. nu. 22. lib. 5. Vasq. de success. creat. lib. 2. §. 17. num. 53. circa med. Rot. decis. 96. nu. 3. part. 5. recent. & Narnien hæreditatis 11. Ianuary 1630. §. non obstat decisiones coram Reuerendissimo Terracinen.*
11 Præsertim, quia manus, † ac bona fama Notarij rogati probata est per testes, *Summario Isabellæ nu. 9.* & quod in puncto ponderat *Decian. dicto cons. 74. sub nu. 20. vers. quæ omnia lib. 5. Rot. in dicta Romana Testamenti, §. sed, & eo, coram*
12 *Eminentiss. D. Card. Otthob.* † & aliæ coniecturæ identitatem suadent, nempè quod schedula prædicta continet dispositionē perfectam, ac dignam sapientis viri, *Decian. dicto consil. 74.*
13 *num. 28.* † quod exarata est integrè manu Testatoris, quam coniecturam approbauit *Rot. in dicta Perusina Testamenti, §. concurrentibus, versic. & quod plus est, coram Ren. P. D. meo Cerro*;
14 quod † concordat cum dicto præsentis testis viri religiosi, ac testatori summè intimi, cui testator antequam schedulam Notario consignaret aliqua ex ibi dispositis communicauerat, & etiam ponderauit *Rot. in dicta Perusina*
15 *Testamenti §. secundò deducitur*, † quod continet etiam legata, quæ sanè ommisisset hæres; si aliam scripturam supposuisset, vt in puncto aduertit *Decian. dicto cons. 74. num. 26.* ac tandem militat præsumptio exclusiua pluralitatis Testamentorū, *l. omnium, quod, C. test. Surd. cons. 173. num. 43. Mant. de coniect. lib. 2. tit. 1. num. 6. Borgin. decis. 14. num. 37. par. 1. Rota in dicta Perusina testamenti §. quia in casu.*
16 Hinc non obstat, † quod rogitus Notarij non adsit in dorso ipsius schedulæ, sed in alio folio separato, quo schedula inuoluebatur, & è quo illa extrahi poterat, quæ ad excludendam probabilitatem indubitatæ identitatis, omnino necessarium ponderat, *Paris. cons. 19. num. 26. & seqq. lib. 3. Gratian. discept. 973. num. 44.*
17 *& seqq. vsque ad 48.* † vbi ait, quod rogitus iste in folio non colligato schedulæ, probat quidem testatorem dedisse quandam scripturam Notario coram septem testibus, sed non probat identitatem scripturæ mox productæ, *Ciriac. contr. 444. num. 19. & seqq.*
18 Nam † præterquam in casu, de quo Paris. schedula testamenti remanserat in domo testatoris, in qua interessati potuerunt supponere aliam schedulam, vt aduertit *Rota dec. 96 num. 14. vers. & etiam, part. 5. recent.* Nostra verò schedula remansit penès Notarium eamq. sic inuolutam ab eius manibus mortuo testatore habitam Isabella, statim exhibuit Iudici asserens se esse hæredem institutam, vel ex dicto religiosi; cui vt supra testator id communicauerat, vel ipsiusmet testatoris, quē id vxori dilectissimæ in longa infirmitate de se bene meritè, vt lacrymas inter obsequia, vt mos est miscentis leniret reuelasse verisimile est.
19 Omnes allegati † in obiecto loquuntur in iudicio petitorio, & de schedula, cuius identitas ex aliis coniecturis non coadiuuatur, secus si probabile aliquod signum identitatem certificans concurrit, vt respondendo contrariis explicat ipse *Ciriac. ex aduerso alleg. contr. 444 sub num. 56. circa finem, vers. nam coram*, in casu autem nostro multa identitatem coadiuuant
20 & † agitur in iudicio possessorio ad impediēdam immissionem hæredis ab intestato, ad quem effectum dum de cætero in testamento non adest vitium visibile sola possibilitas suppositionis alterius schedulæ, tot alijs circumstantijs debilitatæ, non nocet, quia possessor excipiens testamento habet intentionem fundatam in eius exhibitione, & altior indago est in replicatione actoris dantis de nō identitate, aut nullitate testamenti, quę donec in iudicio ordinario plenius cognoscatur, non releuat cum sola spes testamentariæ successionis suspendat, quodlibet ius hæredis ab intestato,
21 & † interim hæres scriptus habens titulum saltem apparentem non sit amouendus à pos-
22 sessione, *Surd. cons. 268. num. 47.* † vbi subdit, quod pendente dubio, An testamentum sit verum, vel falsum, non est locus successioni ab intestato, *Argel. de acquir. poss. quæst. 6. artic. 8. num. 14. & seqq. Decian. consil. 74. num. 34. & seq. lib. 5. Thomat. decis. Maceraten. 82. num. 9. 10. & 11* aliique plures, quos refert, ac rationibus egregiis exornat, *Modern. Lucan. consil. 74. num. 5. & seqq. per totam, & signanter num. 18. num. 31. & num. 40.* & in puncto schedulæ testamentariæ cum rogitu Notarij non extenso in eius dorso, sed in folio eam inuoluente, *Rota in supracitata Romana Testamenti, §. neque obstant, coram Eminentissimo D. Cardinali Otthobono, & in Senogallien. Successionis 29. Ianuary 1652. coram Eminentissimo D. Cardinali Corrado, §. tum quia, vers.*
23 *quia publica*, vbi dicitur, † quod publica Notarii fides, atque legalitas pluribus testibus comprobata præualet excogitatæ huiusmodi suppositioni, & fraudis possibilitati, ac eius præsumptionem excludit.

Et ita decisum vtraq. parte informatē &c.

R. P. D. MELTIO
Postea Episcopo PAPIEN.

Romana Vineæ.

Lunæ 17. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Reseruans sibi dominium in venditione cum facultate ingrediendi possessionem propria authoritate, in casum quo pretium integrè non

non solueretur, potest agere executiuè etiam contra singularem successorem. Solutio ex quibus coniecturis præsumatur, & quando ex contrarijs coniecturis excludatur.

SVMMARIVM.

1 *Dominij reseruatio tribuit ius auocandi rem à quocumque tertio possessore etiam per viam associationis, & num.3.*

Fortius si fuerit addita facultas ingrediendi possessionem propria auctoritate, in casum non satisfactionis integri prædij operatur, vt possit executiuè procedi.

Etiam propria auctoritate contra singularem successorem, num.2.

Amplia etiam ab fauorem causam habentium ab illo qui ita dominium reseruauit. num.4.

Quod procedit, & si pretium fuerit in parte solutum, dum adest clausula, donec fuerit integraliter satisfactum, *num.3.*

5 *Damna sunt imputanda illi, qui molestias denunciare tenebatur, & neglexit.*

6 *Laudemium, & canones decursi post venditionem, spectant ad emptorem.*

7 *Repetitio contra principalem debitorem fideiussori non conceditur, nisi probetur effectualis solutio.*

8 *Confines diuersi arguunt prædium diuersum.*

9 *Identitas ex demonstratione generica non concluditur, præsertim si sint diuersi confines, & num.8.*

10 *Solutiones minutatim factæ solent esse creditori incommodissimæ.*

11 *Solutio non præsumitur ex paupertate creditoris, quando proterius sit debitor.*

12 *Solutio præsumitur ex solita promptitudine satisfaciendi creditoribus.*

13 *Solutio ex diuturnitate temporis præsumitur.*

Fallit si interim fuerit litigatum, ibidem.

14 *Solutio præsumitur, si creditor se obligauit debitori pro mutuo, vide num.16.*

Fallit si debitor non esset principaliter debitor, sed fideiussor, num.15.

17 *Verba,* pretendo esser sodisfatto, *important finalem quietantiam, & sic probationem integræ solutionis.*

18 *Verba scripta diuerso atramento, & manu suspicantur falsa.*

19 *Suspicio sola falsitatis habetur in ciuili pro concludentissima probatione.*

20 *Possessio probatur ex descriptione facta in inuentario.*

21 *Fortius si vxor defuncti declaret velle mutare possessionem iure familiaritatis in possessionem iuris proprij pro sua dote, n.21.*

22 *Item probatur ex locatione, & si fructus non probentur percepti, si concurrant adminicula. n.22.*

Item probatur ex immissione passa, num.23.

23 *Priuatio supponit habitum.*

DECISIO CCLXXII.

DVPLICI ratione approbando validitatem, & iustitiam mandati de associando relaxati ab A. C. ad vineam, de qua agitur, dixerunt Domini sub die 29. Aprilis 1648.* constare de illius re iudicata, non autem de causis restitutionis in integrum, tum quia Christophorus Prouanus Author Franciscæ Paganæ in venditione d. Vineæ sibi expressè

1 dominium reseruauit, † quæ dominij reseruatio tribuit ius auocandi rem sibi reseruatam à quocumque tertio possessore etiam per viã associationis, *Bald. in l. si Titius, in princip. & in addit. ff de seruis asportan. Afflict. decis. 238. num. 2. Magon. decis. Florentin. 91. num. 7. Surd. decis. 305. num. 39. vers. nam pactum reseruatiuum dominij, Buratt. decis. 887. num. 5. Gratian. discept. forens. c. 523 num. 16. & cap. 730. num. 1. versic. quia constat, cum alijs alleg. in nostra decisione sub §. Iustitia est etiam patens;* Tum quia in eodem venditionis Instrumento legitur præseruata facultas ingrediendi possessionem propria authoritate in casum non satisfactionis integri pretij con-

2 uenti, † quæ facultas operatur, vt executiuè procedi, ac capi possessio propria authoritate possit, etiam contra singularem successorem, *ad text. in l. 3. ibique gloss. verbo non videntur, C. de pign. Aretin. cons. 21. num. 4. vers. his tamen non obstantibus, gloss. in l. creditores, vers. item quid si debitor in prima opinione per eam relata, vers. similiter, C. de pign. Speculat. in tit. de pign. in §. 1. vers. item quis si debitor, Neguſ. tract. de pign. 4. parte, num. 20. vers. octaua conclusio, & num. 21. vers. tamen quando Gabr. de acquir. vel amitt. possess. concl. 8. in princip. Menoch. de adipisc. rem. 4. num. 140.*

Verùm aduersus hanc resolutionem, impetratam per Annam Catherinam Banam noua audientia, cum informantes pro ea prætenderent ex productione nouorum iurium, ac reuelationum metu excommunicationis factarum resultare probationem integræ satisfactionis pretij conuenti, ac fructuum recompensatiuorum medio tempore decursorum, & quod ita excluderetur prætensa associatio, ideò DD. ad ponendam in apertum, & euoluendam rem satis intricatam ordinauerunt, quod coram me fieret calculis extraiudicialiter super istis prætensis nouis solutionibus, quo facto, & reproposita hodie causa resolutum fuit esse standum in decisis, quia ex secundo calculo dato pro parte Franciscæ Paganæ apparet, quod admissis etiam quinque partitis à dicta Pagana controuersis nihilominus ipsa semper remanet creditrix in summa satis notabili, & ita non est deneganda associatio, quæ vt ipsi competere possit contra

3 Annam Catherinam, † sufficit eam remanere debitricem in parte attenta reseruatione dominij facta in Instrumento venditionis, cum clausula, *donec venditori fuisset integraliter satis-*

4 *factum,* † quæ operatur vt quousque ipse, vel causam ab eo habentes consecuti non fuerint integrum pretium rei venditæ semper intentare possint associationem, *iuxta text. in l. final. §. final. ff. de fundo dotali, Bart. in l. Iulianus, §. offerri, ff. de act. empt. Salicet. in l. fistulas, §. qui fundũ, ff. de contraben. empt. Abbas cons. 69. num. 1. in fin. columna 2. Surd. cons. 101. num. 7. & decis. 220. n. 11 & 12. vers. alij considerabant, Traquell. de retract. conuent. ad fin. tituli num. 71.*

Multo magis visum fuit concedendam esse associationem, quia ex partitis prætensis per dictam Annam Catherinam infrascriptæ fuerunt reiectæ.

Prima

Prima namque scutorum 593. & b. 39. occasione euictionis passæ in parte huius Vineæ à Fuluia Stella, quia cum, prout ex relaxatione Notarij habetur Christophorus Prouanus venditor, habita notitia, quod dicta Stella immissa fuisset ad possessionem dictę Vineę pro asserto suo credito dotali, statim obtinuerit Lucretiam Mocham Auctricem dictę Annę Catherinæ reintegrari ad possessionem eiusdem Vineę, vtique damna, sicque exinde prouenerunt, non sunt Christophoro imputanda, sed dictę Lucretiæ, † quia dictas molestias ea prius, prout tenebatur, neglexit denũciare ipsi Christophoro; *l. si parentes, l. emptor, C. de euictionibus, l. si fundo, ff. eodem, Bart. in l. 2. §. morte, num. 52. ff. de noui oper. nunciat. Aretin. in §. actionum, num. 18. Instit. de action. Alex. cons. 117. num. 7. vers. non probauit, lib. 7.* Rota *decis. 69. nu. 11 part. 2. diuers. versic. & de natura contractus venditionis est.*

Etiam secunda partita scutorum 49. b. 50. solutorum Monachis Oliuetanis pro canonibus decursis post venditionem, † & laudemio non est referenda debito Christophori, nam onus dictę solutionis spectabat ad Emptricẽ, *iuxta gloss. communiter approbatam in l. fin. C. de iur. emphit. & ibi Iason. num. 43. & 52. Cagnol. in l. 2. num. 246. C. de pact. inter emptor. & venditor. Menoch. cons. 444. num. 17. vers. id quod diuersum, Surd. de alim. tit. 8. priuil. 52. num. 4. & 5. Iul. Clar. in §. emphiteusis, quæst. 23.*

Partita scutorum 1250. quæ prætenduntur accepta à Francisco Bano pro extinguenda Societate officij inita à Christophoro cum Polidoro Maggio sub fideiussione dicti Francisci, nec approbata fuit, nam ex apoca priuata facta ab eodem Francisco apparet reuera ex dicta pecunia scuta 300. tantum conuersa fuisse in vtilitatem Christophori, & ita debito eiusdem, hęc tantum summa, & non integra partita visa fuit adscribenda.

Alia partita scutorum 1800. quæ pariter prætenduntur apponenda ad debitum Christophori Prouani ex eo, quod Franciscus Annę Author pro tali summa obtinuerit de anno 1618. relaxari mandatum, & eius vigore decerni sequestrum contra dictum Prouanum Paganæ Authorem, pro liberatione à molestijs sibi allatis ab Astulpho de Rubeis, occasione fideiussionis pro dicto Prouano pręstitæ, relicta fuit pro nunc in suspenso, quia † non docetur de effectiua solutione dicti pretij, facta per dictum Franciscum ipsi Astulpho, prout concludenter ea esset probanda, ad effectum, vt ipse, vel Anna Catherina causam ab eo habens, repetere posset eandem summam à principali debitore, *Hering. de fideiuss. cap. 25. nu. 10. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. gloss. vnic. part. 1. Gratian. disceptat. forens. cap. 570. num. 33.* Rota *in Maceraten. census 5. Iunij 1638. coram bon. mem. Card. Hieronymo Verospio, & in Romana Domus 17. Martij 1649. coram R. P. D. meo Bichio, §. in creditum retulerunt, ad med. vers. exinde elici non potest.*

Denique delenda etiam visa fuit alia partita scutorum 500. prouenientia ex venditione cuiusdam alboreti petiarum octo facta ab Anna Ferinalda vxore eiusdem Christophori Prouanni de anno 1628. Quia non constat dictum arboretum fuisse partem Vineę venditę per Prouanum, immò contrarium apparet ex combinatione confinium, † qui cum inter se non conueniant diuersitatem, arguũt *Bart. in l. demonstratio falsa, num. 18. in fin. ff. de condit. & demonstrat. Aretin. in l. si quis in fundi vocabulo, versic. vnde si loquimur, ff. de legat. 1. Buratt. decis. 424. num. 3. versicul. cum confinis.* † Idque etiamsi in generali illa demonstratione loci nuncupati *Aquataccio*, conueniat, quia dicta demonstratio vti nimis generica, & apta conuenire pluribus alijs bonis ibi existẽtibus idẽtitatem prędij, de quo agitur, non concludit, *Aretin. cons. 103. in caus. & quæst. num. 30. versic. & secundum, Buratt. decis. 641. num. 22.*

Nec quidquam releuant coniecturę exaduerso ponderatę pro inducenda pręsumpta satisfactione, prima enim ducta ex diligentia Prouani creditoris cessat ex facto cum potius appareat de pluribus, & minutis solutionibus ab Emptore factis per longum tempus, quas certè facere ei minimè permissum fuisset, si creditor verè sollicitus, ac diligens in suis exactionibus extitisset, † solutiones enim minutatim factæ solent esse creditori incommodosissimę, *l. 3. ff. de aliment. & cibar. legat. l. planè, ff. famil. hercisc. Gatt. de credito cap. 4. quæst. 8. num. 1045.*

Ita etiam ponderata paupertas creditoris deseruit pro leui adminiculo in proposito casu, cum magis pręualere debeat proteruia Bani debitoris in soluendo, † quę ad effectũ excludẽdi pręsumptam solutionem multum attenditur sicut, è contra vehemens illa esse solet pręsumptio solutionis, † quę insurgit ex promptitudine satisfaciendi creditoribus, *Riminald. cons. 407. num. 12. vers. quare, sic est in casu nostro, volum. 4. Bertaz. cons. 118. num. 13. Mascard. de probationibus conclus. 1318. num. 28. versicul. 2. coniectura.*

Diuturnitas temporis, † quę, et ipsa multum vrget pro inducenda pręsumptione satisfactionis, *argum. l. si quis forte, §. 1. ff. de pœnis, Decius cons. 190. num. 8. Cranett. cons. 158. num. 12. Afflict. decis. 13. num. 21.* cessat si detrahatur tempus litis per tam longum tempus agitatæ, et in qua opus fuit pro liquidatione crediti deuenire ad plures peritorum relationes.

Coniectura satisfactionis etiam elicita ex obligatione facta per Prouanum de restituẽdo pecunias sibi à Francisco Bano † mutuatas quasi inuerisimile admodum reddatur, vt si reuera de dicto tempore Prouanus venditor satisfactus non fuisset, voluisset se obligare ad illarum restitutionem, et eas recipere titulo mutui, cum posset eas haberè in causam, et compensationem pretij sibi debiti occasione venditionis dictę Vineæ, *Natt. cons. 358. nu. 13. vers. non obstat id quod obijcitur,* † de facili tollitur, animaduertendo, quod dictus Franciscus Banus in Instrumento non apparet principalis debitor, sed tantum fideiussor, sicque nulla adest implicantia, quod Prouanus remaneret credi-

creditor, et à Bano fideiussore pecunias mu-
16 tuo acceperit, † vltra quod etiam si quis sol-
uat aliquid alteri, non per hoc intrat præsum-
ptio, quod ab eo nihil recipere debeat, imò
non obstante solutione potest, quod sibi de-
betur petere, *l. si cum dos, vbi Bart. ff. rer. amo-
tar.* et tradit *Bald. & Salicet. in l. si quidem, C. de
transact.*

Vltima coniectura, in qua factũ fuit maius fundamentum ab informantibus pro parte Banę deducitur ex confessione facta à Prouano, quod mutuo recepisset à Bano scuta duo
17 additis in dicta quietantia illis verbis, † *pretendo esser sodtsfatto della vigna*, quę verba vti denotantia finalem quietantiam pręteditur, quod importent probationem integræ satis-
18 factionis, *l. si pluribus, ff. de solut.* † verum cum dicta verba appareant, nedum diuerso atramento, sed etiam diuersa manu scripta, et in margine apposita, exinde oritur non modica suspicio falsitatis, *gloss. in c. in memoriam, in verbo falsam, vers. item dicitur falsa, distinct. 19. Hostiensis in cap. inter dilectos, num. 14. ad fin. de fide instrumentorum, Specul. in tit. de instrumen. edit. §. postrem. num. 19. vers. item quod habet subscriptiones, Menoc. cons. 199. num. 7. vers. 3. arguitur falsitas, lib. 2. & de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 20. num. 6. Crauett. consil. 134. num. 7. Soccin. iun. cons. 41. num. 7. lib. 1. Cephal. cons. 287. num. 27. vers. sexta est suspicio, Farinac. de falsit. & simulat. quæst. 153. num. 112. vers. regulam*
19 *constituo*; † Quę sola falsitatis suspicio in ciuilibus habetur pro concludenti illius probatione, *Archidiac. in cap. memoriam, 19. distinctione, Decius in cap. porrecta colum. 1. vers. 5. illud dictum, de confirmat. vtil. vel inutil. Crauett. cons. 134. n. 26. Cephal. dicto consil. 187. num. 9. vsque ad decimum, Natt. cons. 315. num. 14. Rota coram Seraph. decis. 1259. num. 6.*

Ponderatum tamen fuit, quod debito Annæ Catherinæ, non sint adscribendi omnes fructus recompensatiui decursi à die emptionis vineę vsque ad annum 1643. immo ad annum 1652. ascendentes iuxta calculum Franciscæ Paganæ ad scuta 3041. quia de an. 1625. possessio vineę non fuit penes Lucretiam Mocham emptricem, sed apud Prouanum ven-
20 ditorem, & successiuè penès eius † hæredes, prout de hoc satis constat cum ex descriptione d. Vineę in Inuentario facto de bonis hæreditarijs ipsius Prouani, quæ probat illius possessionem, *Bart. in l. fin. §. licentia, C. de iur. deliberand. Paris. cons. 45. num. 20. lib. 2. Peregrin. de fi-*
21 *deicomm. art. 44. num. 2.* † Tum ex subsecuta declaratione Annæ Ferinaldæ vxoris d. Prouani, quod intendebat mutare sibi causam possessionis huius Vineę, & vbi prius eas possidebat iure familiaritatis cum viro velle imposterum eam retinere iure proprio pro suis iuribus dotalibus. Tum ex locatione dictæ Vineæ facta de anno 1625. per eandem vxo-
22 rem, † quæ etiam non probata perceptione fructuum, probant possessionem locatricis, concurrentibus prout hic adminiculis, *Alb. cons. 9. num. 12. Coccin. decis. 161. num. 4.* Tum denique ex immissione, seu reintegratione ad possessionem vineæ iudicialiter obtenta d. anno 1633. à dd. de Banis contra Annam Pro-
23 uanam, quæ immissio in necessarium antecedens supponit possessionem penes eam, cõtra quam illa concessa fuit non secus, ac priuatio præsupponit habitum, *Buratt. decis. 160. num. 5. & decis. 491. num. 2. Add. litt. B. cum pluribus alijs congestis in Alexandrina Canonicatus 9. Decembris 1648. §. etenim, coram R. P. D. meo Cerro, & in Craconien. Decimarum 1. Iulij 1648. coram me.* Ex his itaque cum clarè appareat ab an. 1625. vsque ad annum 1633. possessionem Vineæ extitisse penes Prouanum, & eius hæredes, vtique sunt detrahendi fructus, hoc medio tempore percepti, qui calculati ad formam annuæ pensionis conuentæ in Instrumento dictę locationis factæ per vxorem Prouani de anno 1625. nempe ad rationem scut. 140. pro singulo annuo fructus dictorum nouem annorum simul coaceruati constituunt summã scut. 1260. hac itaque summa detracta cum adhuc supersint scuta 2474. & b. 5. vltra partitas in secundo calculo ex abundanti appositas, & quas Rota, vt dixi, censuit demendas esse; Ideo visum fuit mandatum de associando relaxatum fuisse validum, & iustum, & per consequens exequendum.

Et ita vtraque parte &c.

☞ *Decisio quæ hic allegatur in hac eadem causa emanata sub die 29. Maij 1640. coram eodem Reuerendissimo Meltio, est supra in præcedenti par. 10. recent. decis. 176.*

REVERENDISSIMO P. D. CERRO SAC. ROTAE DECANO.

Tudertina Donationis.

Lunæ 17. Iunij 1552.

ARGVMENTVM

Donatio anterior, quando præferenda sit posteriori, licèt ista fuerit executioni demandata per actualem traditionem rei donatæ elegantissimè discutitur. Donatio omnium bonorum mobilium, & immobilium, quando comprehendat etiam iura, & actiones, et quãdo secus clarè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Donatio prima facta cum solemnitatibus necessarijs, non potest per secundam donationem alterari, aut immutari.*
2 *Donatio secunda effectuata per traditionem, præferri debet primæ carenti traditione.*
3 *Clausula,* constituti, *quando non fuit expressè apposita, ex quibus verbis tacitè resultet.*
4 *Clausula,* constituti, *est translatiua dominij, & possessionis.*
5 *Donatarius per clausulam,* constituti, *præferendus est cuicumque alteri possessori, cui res donata actualiter tradita fuit.*
6 *Facultas capiendi possessionem propria auctoritate, in quibus verbis contineatur.*
7 *Clausula,* obligarunt &c. *includit hypothecam, & obligationem omnium bonorum obligati.*

8 *Do-*

8 *Donatarius prior, quando præferendus sit posteriori, qui actualem possessionem rei donatæ accepit.*

9 *Creditor possidens bona debitoris ex causa onerosa, licet posterior, præferendus est priori ex causa lucratiua, intellige procedere, vt num. 10.*

11 *Donatio redditur nulla & inefficax, quando donator sibi reseruauit modicam quantitatem ad effectum testandi.*

12 *Intellige procedere in donatione vniuersali omnium bonorum secùs in donatione restricta ad mobilia, & immobilia.*

13 *Iura, & actiones non comprehenduntur inter mobilia, & immobilia, sed constituunt quandam tertiam speciem.*

14 *Amplia, quando dd. mobilibus, seu immobilibus addita fuissent verba designatia locum, seu situm.*

15 *Et quid si fuerit dictum,* vbicumque existentia, *vel* quocumque consistentia.

16 *Iura & actiones, quando comprehenduntur sub expressione omnium mobilium, & immobilium, & quando secùs num. 17.*

18 *Et quid si subsequenter apposita esset clausula,* nulla alia reseruatione facta.

19 *Iuramentum appositum in donatione omnium bonorum præsentium & futurorum, quid operetur?*

20 *Diuisio bonorum facta inter donantem, & donatarium, quando non dicatur facta ad reuocandam præcedentem donationem.*

21 *Simulatio non infertur ex actu licito, & à iure permisso.*

22 *Simulatio cessat vbi actus potest fieri verè, & sine fraude.*

23 *Simulatio non probatur ex coniecturis, cessante causa simulandi.*

DECISIO CCLXXIII.

PRIMAM Donationem inter viuos factam a Ruggerio Accursio anno 1574. Paridi Accursio germano fratri esse validam, non autem secundam factam de anno 1592. Paulo Petro Accursio eius nepoti ex q. Portio
1 alio fratre, fuit hodie resolutum, † quia est perfecta, & corroborata iuramento, alijsque solemnitatibus de iure necessarijs, ac proinde per secundam alterari, aut immutari non potuit, *§. alia autem, Instit. de donat. l. perfecta, Cod. de donat. quæ sub mod. Ruin. cons. 172. à num. 18. vsque ad fin. lib. 1. Rota coram Durano decis. 84. num. 16. cum seqq. in Romana Donationis 15. Martij 1641. coram R.P. D. meo Rojas, §. & tandem quia, & in Baren. Donationis 5. Aprilis 1647. coram Reuerendissimo D. meo Decano, §. 1. cum seq.*

2 Non obstat, † quod secunda tamquam effectuata per traditionem præferri debeat primæ carenti traditione, *l. quoties, C. de rei vindic. & l. final. §. Lucius, ff. de donat.*

3 Quia † præterquod ex verbis, *& donec &c. interim &c.* in dicta prima donatione adiectis resultat clausula, *constituti,* vt dixit *Rota in Romana de Incoronatis 29. Aprilis 1626. coram bo: me: Card. Vbaldo, apud Posth. de manut. decis. 299. n. 10.*
4 *& coram Duran. decis. 401. num. 8.* † quæ tamquã translatiua dominij, & possessionis operatur, vt primus donatarius præferatur cuicumque
5 alteri possessori, cui deinde realis, & actualis traditio rei donatæ facta fuerit, vt in puncto firmauit *Rota coram eodem Durano dicta decis. 84. num. 18. 19. & 20. in Romana Casalis Turris Vergatæ 22. Iunij 1629. coram bo: me: Pirouano, in recen. decis. 308. num. 7. & 8. part. 5. in Taurinen. Donationis 28. Ianuarij 1633. coram bo: me: Merlino, inter eius impressas decis. 568. num. 34. & 35. tom. 2. repetita in recent. decis. 178. part. 6. in dicta Baren. Donationis coram Reuerendissimo D. meo Decano, §. atque ideo:* Cum in casu nostro pro obseruantia donationis addita fuerit generalis hypotheca
6 omnium bonorum donatoris, † tum ex facultate capiendi possessionem propria authoritate contenta in illis verbis cæteratis, ibi, *quam accipiendi &c.* iuxta magistralem theoricam *Bald. in l. creditores 3. num. 3. C. de pign. & hypoth. per textum in l. creditor la 1. §. post diuisionem, ff. qui potior. in pign. habean. Neguf. de pign. 1. memb. 3. par. num. 3. vers. similiter dicit inter tractat. magn. tom. 6. par. 1. fol. mihi 213. à tergo, Card. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 3. num. 16. Gait. de credit. cap. 4. quæst. 6 num. 284. fol. 272. Vrsill. ad Afflict. decis. 201. num. 1*
7 *Duran. decis. 40. num. 21. & 22.* † Tum etiam ex clausula *obligarunt &c.* ibidem adiecta, quæ regulariter includit hypothecam, et obligationem omnium bonorũ obligati, *Bursat. cons. 39 num. 39. & 40. lib. 1. Rimin. sen. cons. 299. num. 10.*
8 *& 11.* † Vtique ratione huius hypothecæ anteriori tempore constitutæ nullum præiudicium inferri potuit Paridi primo donatario, qui propterea non obstante subsecuta actuali traditione secundo præferri debet, vt in terminis tradunt *Ias. cons. 244. alias 5. num. 21. & 22 lib. 3. Socc. iun. cons. 118. nu. 19. lib. 2. Paris. cons. 69. num. 156. cum seqq. lib. 3. Menoch. cons. 1153. nu. 65. & 66. Thesaur. iun. quæst. for. lib. 4. quæst. 64. num. 2. Gamm. decis. Lusitan. 130. num. 2.* cum alijs relatis per *Rotam decis. 539. sub num. 6. versic. præsertim ratione, par. 4. recent. & in Romana Casalis 11. Ianuarij 1638. coram Reuerendissimo Terracinen. penes Zacch. de oblig. Cam. decis. 194. num. 16.*

9 Et hinc non applicatur, quod creditor † possidens ex causa onerosa licet posterior præferatur priori ex causa lucratiua; Quia (præter quod vtraque donatio procedit ex causa lu-
10 cratiua) † hoc habet locum, quando titulus lucratiuus anterior non est munitus hypotheca, sed sola actione personali, secus autem quando in ipso, prout hic, concurrit etiam hypotheca, tunc enim non admittitur distinctio causæ lucratiuæ, aut onerosæ, sed semper præfertur ille, qui prior est in tempore, vt articulo maturè discusso responsum fuit in *Romana fideicom. de Incoronatis 7. currẽtis cor. R.P. D. meo Albergato, §. verum hodie animaduersum fuit.*

11 Nec obstat, † quod Donator in prima donatione sibi reseruauerit ad effectum testandi scuta quinque dumtaxat, ideoque tam modica reseruatio vti non sufficiens ad inueniendum, & alliciendum hæredem non habeatur in consideratione ad validandam, & substinendam donationem, quæ propterea reddatur nulla, & inefficax, *Castr. in l. stipulatio hoc modo concepta 61. num. 3. circa fin. vers. nisi fortè, ff. de verb. oblig. Bertrand. cons. 260. num. 1. versicul. quoniam respondeo, lib. 8. Hond. cons. 39. num. 16. cum seqq.*

ſeqq.lib.1.Clar.in §.donatio,quæſt.19.num.8.in fine, verſic.intellige tamen, Cancèr.var.reſol.tom.3.cap.2 num.128.cum ſeqq. Fontanell.de pact.nuptial.clauſ.4 gloſſ.23.num.2.Maſtrill.deciſ.283.num.18. & 19.

12 Quia † prædicta procedunt in donatione vniuerſali omnium bonorum mobilium, & immobilium, iurium, & actionum præſentium, & futurorum, in quibus terminis loquuntur allegati Doctores, ſecus autem in donatione (prout hic) reſtricta ad mobilia, & immobilia nulla facta mentione iurium, & actionum, iſta enim non dicitur vniuerſalis, & conſequenter eſt validai, licet quantitas reſeruata ſit modica, quia donator liberè teſtari poteſt etiam de omnibus iuribus, et actionibus quomodolibet ſibi competentibus, et in futurum competituris, quæ ad effectum teſtandi, et inueniendi hæredem pariter reſeruatæ cenſetur, *Iaſ. in l.à Diuo Pio, §. in venditione, ſub num.7. verſ. quidam donauit, ff.de re iudicat. & d.conſ.244. aliàs 5. num.25.verſ.ſecundo in tali donatione,iuncto num. ſeq.lib.3. Cagnol.in l.fin.n.270. C.de pact.Surd.conſ.450.num.4. verſ.tertio reſpondeo, Cephal.conſ.288.num.40.&41. Roland.à Val. conſ.65.num.7.& 8.lib.1.Guidopap.deciſ.291.nu.1. verſ.hinc eſt quod dixi, Cancer.vbi ſupra tom.1.c.8. tit. de donat. num. 84. Fontanell. plures referens vbi ſupra d.clauſ.4.gloſ.21.part.5.num.43.Theſaur.iun. vbi ſupra lib.1.quæſt.2.num.10. Gail. pract. obſeru. lib.2.obſeru.11.num.10.Card.Mantic.de tacit.lib.3. tit.29. num.3. Ludouic.à Peguer. deciſ.141. num.2.*
13 *& 3.* Iura enim, & actiones non comprehenduntur inter mobilia, vel immobilia, ſed conſtituunt quandam tertiam ſpeciem, vt litteraliter probat *text. in d. l. à Diuo Pio,d.§.in venditione, ff. de rei iudic. Bald. conſil.232. ſub num.2. lib.2. Bart.conſ.50.ſub num.1.lib.1. Oldr.conſ.219. num.2. Dec. conſ.236 num.1. & conſ.414.num.11. Ruin.conſ.218.num.1.verſ.ſecundo valuit,lib.1. Pariſ.conſ.50.num.23.& conſ.96.num.15.lib.1.Natt. conſ.146.n.13.Tiraquell.in l.ſi vnquam,verb.bona, num.8.C.de reuoc.donat.Guidop.d.deciſ.291.d.nu.1. Gabr.de verb.ſignif.concl.7.num.1.Gail.d.obſer.11. num.9. Theſaur.deciſ.Pedemont.201.num.6. Franc. Marc. deciſ.128.num.4.part.2. cum alijs per Rotam*
14 *penes Cenc.de cenſib.deciſ.3.num.14.* † Præſertim quando (prout hic) adduntur verba deſignantia loci exiſtentiam, ſeu ſituationem, ibi, *vbique ſita &c. & ſub quibuſuis vocabulis, & confinibus &c.* tunc enim quia iura, et actiones non circumſcribũtur loco nunquam veniunt ſub appellatione mobilium, et immobilium licet amplè, et generaliter concepta iuxta veriorẽ, et communiorem opinionem, quam in puncto probant *Iaſ.in d.§.in venditione,nu.8. Cagnol. in d. l. fin. ſub d.num.270. verſ. & idem ſecundum, Bald.d. conſ.232. in fine, verſ. ſi aduertamus verba, Cephal.d.conſ.288.num.42. Rolan.d.conſ.65.nu.10. & 11. Gabr.d.concl.7.num.10.Card.Mant.d.tit.29. num.5. Ludouic. à Peguer. d. deciſ.141. ſub num.3. verſ. & fortius*, ac diſtinguendo inter verba, *vbicumque exiſtentia*, et verba, *in quocumque conſiſtentia*, admiſit *Rota in Auenionen. hereditatis 5. Martij 1646. coram R.P.D.meo Rojas, §.minus ad-*
15 *uerſatur*, † ea diuerſitatis ratione, quia verbum *exiſtere*, et verbum *vbicumque*, locum deſignant, quod non congruit iuribus, et actionibus, verbum verò *quocumque*, et verbum *conſiſtere*, tanquam magis vniuerſalia ſunt apta denotare etiam materiam, ac rem loco non circumſcriptam, et ſic iura, et actiones.

16 Nec aduerſatur † deciſio *Albanen. hæreditatis 23. Iunij 1642. coram me, §. final.* licet enim ibi dictum fuerit expreſſionem mobilium, et immobilium factam cum dictione vniuerſali *omnium*, comprehendere etiam iura, & actiones, hoc tamen cautè firmatum fuit, quia in caſu dictæ deciſionis ſubiecta materia non
17 ſuadebat ex rationibus ibidem ponderatis; In propoſito autem ſubiecta materia non patitur eamdem interpretationem, præſertim ex præfata deſignatione, et circumſcriptione loci quæ operatur, vt expreſſio illa vniuerſalis, ſeu potius generalis reſtringatur ad eas dumtaxat bonorum ſpecies, quibus congruit eadem loci circumſcriptio, neque extendatur ad alia quæ ipſa non complectitur, vt concorditer probant omnes authoritates ſupra allegatę, et ſignanter *Lodouic.à Peguer.dicta deciſ.141.à nu.2. vſque in fine*, vbi in ſpecie donatio facta fuerat de omnibus bonis mobilibus, et immobilibus.

18 Nec refert † clauſula generalis ſubſequenter appoſita, ibi, *nulla alia reſeruatione facta &c.* Quia cum ex prædictis appareat donationem non eſſe vniuerſalem, ſed reſtrictam ad mobilia, et immobilia, ad iſta etiã d. clauſula referri, et reſtringi debet, quaſi donator dixiſſet nulla alia reſeruatione facta de dictis mobilibus, et immobilibus donatis, per ea, quę tradit *Bald.in l.à procuratore,num.2. verſic.nec obſtant verba generalia, C.mandat. Alex.in l.3. num.23. in fine, verſ.confirmo, ff.de acquir. poſſeſſ.*

19 Præterea ponderabant † DD. quod cum in prima donatione adſit peculiare iuramentum eius virtute ſubſtineri debet ſaltem quoad præſentia licet explicitè donata fuerint etiam bona futura, huiuſmodi enim iuramentum appoſitum in donatione ſimul facta de bonis præſentibus, et futuris operatur, vt duplex cenſeatur facta donatio, altera ſcilicet de præſentibus, & altera de futuris, itaut etiam vna corruente benè ſubſiſtat altera, & mentio bonorum futurorum habeatur pro non appoſita *Surd.d.conſ.450.num.60. Tob.Non. conſ.55.num.6. Natt.conſ.453.num.16. Seraph.de priuileg.iuramen. priuileg.9. num.22.cum duobus ſeqq. Fontanell. vbi ſupra d.clauſ.4.d.gloſſ.21.par.1.nu.68.Buratt.dec.7. num.2. ibique Add. num.14.* referens hanc eſſe magis receptam opinionem, eamque amplexa fuit, *Rota in dicta Romana donationis 17. Decembris 1640. coram R.P.D.meo Rojas, in §.in omnem caſum.*

20 Nec ſubſiſtit, † quod præfata donatio reuocata fuerit per ſubſecutam diuiſionem concorditer factam inter donantem, & donatarium, alioſque ipſorum fratres; Quia cum huiuſmodi diuiſio fieri potuerit ad alium effectum, nempè ad euitandam vlteriorem communionem cum dictis alijs fratribus ad iſtam cauſam; non autem ad reuocationem præfatæ donationis, & ſic ad renunciationem

proprij

proprij iuris referri debet, *Peregr. cons. 93. nu. 6. vers. in proposito autem lib. 1. Fusar. de subst. q. 593. sub nu. 6. vers. probatur primo, Rota decis. 436. n. 11. par. 8. recent.* Et hoc sanè conuincitur dum ex testibus relatis in Summario Bonauenturæ num. 4. iustificatum fuit, quod donans, & primus donatarius etiam post dictam diuisionem, & vsque ad obitum communiter, & pro indiuiso ipsorum bona possiderunt, signũ euidens, quod diuisio ad alium effectum facta non fuit, quam (vt dictum est) ad terminandam communionem cum alijs fratribus.

21 Nec denique obstant ea, † quæ deducebantur circa simulationem, quia causa simulandi ad effectum excludẽdi Portium communem fratrem à successione donantis, nullius est efficaciæ. Cum enim lex non prohibeat fratri excludere fratrem ab eius hæreditate, actus huiusmodi exclusionis vti licitus, & à lege permissus suspicionem simulationis inferre non valet, *Aym. cons. 319. ante num. 10. vers. ideo in actu, Surd. decis. 30. num. 37. & 38. fa: me: Greg. decis. 195. num. 10. & 11. ac decis. 459. num. 9. & 9.*

22 vbi firmatur, † quod si actus potest fieri verè & sine fraude cessat suspicio simulationis, & fraudis, ac optimè in similibus terminis comprobauit *Rota decis. 413. num. 2. par. 2. & dec. 435.*

23 *num. 13. par. 5. recent.* † cessante autem causa simulandi solæ coniecturæ non attenduntur ad probandam simulationem, vt post *Bart. in l. post contractum num. 3. ff. de donat.* firmauit *Rota coram fa: me: Greg. decis. 157. sub nu. 22. ibique Add. num. 27. coram bo. me: Buratto decis. 365. num. 3. in recent. decis. 307. num. 11. par. 1. & decis. 677. sub n. 5 & 6 vers. vnde applicatur, par. 2. in Romana locorũ montium 25. Februarij* 1641. *coram Reuerendissimo D. meo Decano, in Feretrana prædij 1. Iulij eiusdem anni coram R. P. D. meo Bichio, in Romana vineæ de Granuela 26. Iunij* 1648. *coram Eminentissimo D. Card. Corrado, & in Meleuitana bonorum 1. Febr.* 1651. *coram Eminentissimo D. Card. Ottbobono, §. sublata vero,* in quibus vlterius remouentur omnes coniecturæ, quæ etiam in proposito ab Informantibus adductæ fuerunt.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. CELSO.

Posteà S. R. E. CARDINALI.

Bononien. Fideicommissi.

Lunæ 17. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Prohibitio de non alienando sub poena caducitatis à fideicommisso, non attenditur, quomodo concepta fuerit, vbi non agitur de extensione fideicommissi, sed tantum quod comprehensi in illo possint auocare bona ab hærede grauato alienata. Fideicommissario quando non retardari possit immissio sub prætextu detractionum legitimæ, & trebellianicæ hæredi grauato competentium, clarè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Alienans bona contra præceptum fideicommittentis, cadit à fideicommisso, & illud purificatur ad fauorem vocatorum.*

2 *Prohibitio de non alienando, an & quando possit inducere nouum fideicommissum.*

3 *Prohibitio de non alienando, quando non agitur de extensione fideicommissi, sed tantum quod comprehensi in illo possint auocare bona ab hærede grauato alienata, non attenditur quomodo concepta fuerit.*

4 *Hæres grauatus non impeditur cedere fideicommissum iam agnitum alteri vocatum.*

5 *Conditione adimpleta, actus gestus sub tali conditione habetur, ac si à principio fuisset purus.*

6 *in Legitimam imputari debet vsufructus in testamento relictus, si persona quæ debet consequi legitimam, acceptauerit testamentum.*

7 *Immissio fideicommissario retardari debet sub prætextu detractionis legitimæ, donec exaduerso status hæreditatis non liquidatur.*

8 *Trebellianicæ detractio potest prohiberi etiam in filijs primi matrimonij.*

9 *Alienationes bonorum fidecommissariorum factæ per hæredes grauatos, cedere debent in detractiones sibi competentes.*

10 *Hæres præsumitur sibi satisfecisse de pecunijs alijsque mobilibus in hæreditate repetitis.*

11 *Exceptio, quæ non competebat authori, neque competere potest eius hæredibus.*

12 *Obligatio anterior, cuicumque posteriori præferenda est.*

DECISIO CCLXXIV.

DOMINI non attentis quæ exaduerso fuerunt deducta, responderunt pro confirmatione decisionis, concedentis immissionem Pompeo super bonis fideicommissarijs

1 Prosperi; † nam fideicommissum non controuertitur, & purificato ad fauorem Pompei est clara, tum attento obitu Angelæ, & Ludouici sine filijs, tum etiam propter alienationes à Vincentio, & Ludouico factas contra expressam prohibitionem Testatoris, *l. Petro, & fratre, & l. cum pater, §. libertus, ff. delegat. 2. Ruin. consil. 217. num. 13. lib. 5. Surd. cons. 116. num. 16. & seqq. Gabr. cons. 118. num. 2. lib. 1. Fusar. de subst. qu. 554. num. 6. Rota coram Merlino decis. 440. & 445. vtrobique num. 5.*

2 Nec quicquam facit, † quod prohibitio de non alienando non stet de per se, sed sit consecutiua ad pręcedentes substitutiones, & propterea non possit inducere nouum fideicommissum vltra personas expresè vocatas, in quibus terminis procedunt authoritates exaduersò adductæ, † sed tantum, quod compre-

3 hensi in illo possint auocare bona ab hærede grauato alienata quo casu nõ attenditur, quomodo prohibitio concepta fuerit, vt ponderat *Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 14. n. 24 Fusar. de subst. quæst. 688. num. 9. Rota coram Merlino decis. 669. à num. 3. per tot.*

Prout pariter non obstat, quod adhuc superuiuat Vincentius; Nam cum ipse alienauerit bona fideicommissi, & ob huiusmodi aliena-

alienationes illud ad fauorem Pompei apertum fuerit, quinimmo eidem Pompeo iura sua deinde cesserit, † eo magis immissio con-
4 cedenda venit, quia non impeditur hæres grauatus fideicommissum iam agnitum, alteri vocato cedere, *ad textum in leg. post mortem, 12. C. de fideicommiss. Curt. iunior in l. 2. col. 2. Cod. de pact. Larrea decis. Granat. 15. sub num. 1. & 10.* cum alijs per *Fusar. de substit. quæst. 524. num. 14.*

Et licet idem Vincentius iura prædicta per prius renunciauerit ab fauorem Angelæ; at-
5 tamen† cum talis renunciatio facta fuerit sub conditione, quod in casum prædecessus eiusdem Angelæ, & Ludouici sine filijs qui casus euenit, bona ad cedentem deberet reuerti, talis renunciatio, & cessio attento pacto prædicto habetur, ac si facta non fuisset, *ad textum in l. qui balneum, & l. potior, ff. qui pot. in pign. hab. Paris. consil. 48. num. 12. lib. 1. Surd. cons. 179. n. 11.* cum alijs quos refert *Mantic. de tac. lib. 14. tit. 46. à num. 1.*

6 Non obstant prætensæ detractiones,† nam respectu legitimæ placuit responsio data in decisione, quod in illam imputari debeat vsusfructus in testamento relictus. Cumque Elisabet ex cuius persona legitima petitur testamentum acceptauerit non est amplius de ea quærendum, ex quo illam consecuta fuit, *Soccin. iunior consil. 122. num. 8. lib. 1. Peregrin. de fideicommiss. artic. 36. num. 62. Rota coram Merlino decis. 642. sub num. 4. & decis. 664. num. 43. & decis. 514. num. 3. part. 4. diuers. & in recent. decis. 613. num. 13. & decis. 342. num. 5. par. 5.*

Vel saltem negari non potest quin ex perceptione vsusfructus prædicti creditum re-
7 manserit illiquidum,† adeout donec exaduerso status hæreditatis non liquidatur sub tali prætextu immissio retardari nequeat, *Rota decis. 77. num. 15. & 16. part. 5. recent. & decis. 121. num. 9. part. 6.* & latè firmatum fuit in *Bononien. manutentionis 19. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Bichio, in Bononien. fideicommissi de Pancaldis 21. Iunij 1649. coram R. P. D. meo Peutingero, & in Bononien. fideicommissi 5. Decembris 1650. & 16. Iunij 1651. coram me, vltra plures relat. à Gratian. discept. forens. 904. num. 11. & seqq.*

8 Respectu † verò Trebellianicæ constat de expressa prohitione facta per Testatorem, & est certum illam prohiberi posse etiam filijs primi gradus iuxta veriorem opinionem, quam probat *Alex. in l. cum heredi, §. cum filia, num. 8. ff. de vulg. Galliaul. in l. Centurio, sub n. 56. ff. eodem, Paris. consil. 1. num. 83. & seq. lib. 3.* & latè prosequitur *Molin. innumeros cumulans de primogenit. Hispan. lib. 1. cap. 17. num. 12. versic. contrarium tamen, Cassad. decis. 4. de testam. Mantica decis. 348. num. 1. & in recent. dec. 462. num. 5. par. 4. tom. 2.*

9 Remanent † aliæ detractiones exaduerso iustificatæ consistentes in nouem partitis, & constituentes summam librarum 14771. computando in dicta summa dotem Angelæ in libras 3300. tantum cum de reliqua summa appareat satisfacta, & quidem quoad summam librarum 8024. res caret difficultate, quia pro parte Pompei docetur de alienationibus, & exactionibus factis in dicta quantitate per hæredes grauatos ante annum 1631 & sic ante secutam alienationem bonorum, de quibus agitur, quæ propterea in causam præfatarum detractionum cedere debent, iuxta *text. in l. Marcellus, §. res quæ, ff. ad trebellian. Rota in Romana fideicommissi de Capite ferreo 10. Martij 1645. & 19. Februarij 1646. coram Eminentissimo Cardinali Corrado,* cum concordantibus adductis in *Mediolanen. Bonorum 18. Martij 1648. coram Reu. P. D. meo Bichio, & 31. Martij 1649. coram eodem Eminentissimo Cardinali Corrado.*

Pro reliqua verò summa libr. 6757. existi-
10 marunt † Domini constare de sufficienti satisfactione ex quo ad manus Elisabeth, & Angelæ eius filiæ peruenerunt in pecuniæ in dicta hæreditate repertæ, mobilia argentea, & alia preciosa ascendentia ad libras 9700. iuxta descriptionem, & æstimationem factam in Inuentario, necnon diuersa credita etiam vigore litterarum cambij in quantitate librarū 7520. Vnde ex illis detractiones apparent consumptæ, & quod hæredes sibi satisfecerunt, iuxta *text. in l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de iudic. & in l. cum hæres, ibi gloss. verbo deducitur ad S. C. Trebellian. Surd. consil. 290. num. 33. versicul. infertur, & decis. 170. sub num. 1. & seq. Rota decis. 680. num. 7. part. 1. diuers. Canal. decis. 130. num. 4. Buratt. decis. 041. num. 7.* & latissimè firmatum fuit in *Bononien. fideicommissi de Amorinis 18. May 1648. coram R. P. D. meo Meltio.*

11 Ac proinde † sicuti Elisabeth, et Angela si essent in rerum natura non possent prætextu assertarum detractionum excipere de retentione bonorum, quæ in Aduersarios fuerunt alienata, ita nec tali exceptione vti possunt ijdem Aduersarij habentes ab illis causam, ad notata per *DD. in l. nemo plus iuris, ff. de reg. iur. cum similibus.*

12 Maximè, † quia eædem mulieres cum hypotheca, et pacto precarij, ac clausulis amplissimis promiserunt finito vsufructu restituere bona prædicta, quæ obligatio vti anterior cuicumque posteriori præferenda venit, *Rota decis. 419. num. 13. par. 4. tom. 3. recent.*

Et ita decisum fuit vtraque parte informante &c.

R. P. D. BICHIO.

Cracouien. Attentatorum.

Lunæ 17. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Inhibitio Rotalis, siue iusta, siue iniusta est timenda, & hoc siue fuerit intimata parti, siue Iudici. Interiores perperam cognoscunt de viribus inhibitionis superioris. Attentata in primis sunt reuocanda.

SVMMARIVM.

1 *Relationi executorum in pertinentibus ad eorum officium credendum est.*

2 *Notarij actuaris fides, quod omnia iura fuerunt transportata, plenè probat.*
3 *Lis, quando pendet in Rota non potest adiri alius Iudex absque vitio attentatorum.*
4 *Inhibitio Rotalis, postquam fuit præsentata, reddit omnia alibi gesta attentata.*
Et hoc siue inhibitio fuerit præsentata Parti, siue Iudici.
5 *Inhibitionis Rotalis iustitia benè iustificatur ex decisionibus desuper emanatis.*
6 *Inhibitio Rotalis, siue iusta, siue iniusta est timenda, & quare.*
Iudices inferiores non possunt cognoscere validitatem inhibitionum Iudicum Superiorum.
7 *Inhibitio Rotalis, si sit dubio recurrendum, vel ad ipsam Rotam, vel ad Signaturam.*
8 *Attentata in primis sunt reuocanda cum attentans sit odiosus tanquam vno, eodemque tempore offendat Ius, Iudicem, & partem.*
9 *Attentatorum reuocatio, spectat ad eum Iudicem, cuius maiestas fuit læsa.*

DECISIO CCLXXV.

INHIBITIONEM Rotalem emanatam sub die 13. Augusti 1650. in vim commissionis à Signatura Iustitię per Monasterium, & Monachos Conuentus Andreouiensis Cisterciensis Ordinis cōcessę super nullitate donationis quorumdam bonorum ab Alexandro Trzebienski olim dicti Conuentus Abbate Commendatario factæ Ecclesiæ Parochiali Sanctæ Catherinæ, eiusque Rectori, fuisse personaliter præsentatam tum Matthiæ Alexandro Rudski moderno Rectori dictę Ecclesię, tum Gregorio Groenonski Iudici, ac successiuè Ioanni Tarnowski ab eo subdelegato, pro-
1 bant ne dum † relationes executorum, quibus tanquam de re ad eorum officiũ spectante adhibetur fides, *gloss. in cap. cum parati, versic. suus Nuncius de appellat. & in cap. prudentiam, uerb. per certum Nuncium, ff. offic. deleg. Mandos. cons. 90. num. 10. Put. decis. 187. lib. 3. in correct. Rota in Vercellen. Prioratus 25. Februarij 1647. coram R. P. D. meo Peutingerio.*

Sed etiã eiusdem inhibitionis actualis productio coram Iudice facta sub die 28. Nouembris 1650. Rectore Aduersario temerè allegante illam esse nullam, & eidem non esse obtemperandum, *Summar. Monachorum num. 6.* Item alia similis productio sub die prima Iulij 1651. *Summar. ibidem num. 5.* & decretum aggrauatorium à Iudice subdelegato die sexta dicti mensis latum cum explicita mentione inhibitionis sibi præsentatæ, *Summar. num. 11.*
2 De quibus omnibus extant † publica documenta extracta à Notario Actuario causæ, idcòque plenam probationem facientia, *Bart. in auth. si quis in aliquo sub nu. 2. vers. secundò oppono, & num. 3. C. eden. Egid. decis. 58. nu. 4. & seq. Caputaq. decis. 170. num. 1. part. 1. Rot. decis. 1. nu. 1. de fid. instrum. in non. decis. 98. num. 4. apud Coccin. decis. 59. num. 4. coram san. mem. Gregor. XV.*

Ideò cum spreta inhibitione Iudex de partibus competentem se pronunciauerit sub die 28. Nouembris 1650. & sub die 2. Ianuarij anni 1651. adiudicauerit præfato Matthiæ Alexandro Rectori Ecclesiæ Sanctæ Catherinæ stagnum Trezienniec vnà cum hortulana pratis, foralijs, & attinentijs comprehensis in præcitata donatione super cuius nullitate Signatura Iustitiæ causa commiserat in Rota, & Rota ad formam cōmisionis inhibuerat, necnon die 16. Maij, 11. Iulii, & 14. Octobris 1651. ad instantiam dicti Matthiæ contrà Monachos Andreouienses litteras Executoriales pro damnis, & expensis relaxauerit, & sententiam reaggrauationis censurarum tulerit, *Summ. Monachorum num. 7. & sequentib. vsque ad 13.*

Hæc omnia, & si quæ cohærenter subsecuta sunt attentata esse particulari dubio desuper proposito decisum hodie fuit iuxtà re-
3 ceptissimas conclusiones, quod † super rebus comprehensis in lite pendente in Rota, non potest absque vitio attentati Iudex de partibus adiri, *Butr. in cap. cum in Ferrarieñ num. 61. de constit. Lancell. de attent. part. 2. cap. 4. limit. 2. num. 52. & seqq. Gratian. discept. 914. num. 29. Put. decis. 116. in fin. lib. 1. Rota decis. 148. nu. 7. part. 5. recent.* Quodque inhibitio Rotalis postquam
4 fuerit † præsentata, attentata reddit omnia deindè gesta, siue præsentata fuerit Iudici, & parti, siue alteri ex illis, *Cæsar. de Graff. decis. 0. num. 5. de caus. possess. & propr. Rota decis. 311. num. 2. part. 4. tom. 2. recent. & in Lucana Canonicatus 30. Aprilis 1646. coram R. P. D. meo Peutingerio, in Vercellen. Prioratus 28. Nouembris eiusdem anni corã eodem, & in Taurineñ Parochialis 13. Nouembris 1647. coram R. P. D. meo Celso.*

Eò magis quia bona, super quibus Iudex de partibus pronunciauit comprehensa esse in lite, ac inhibitione Rotalis constat ex actis
5 eiusdemque † inhibitionis Iustitia ex decisionibus in ea lite emanatis coram me sub die 26. Nouembris 1659. satis apparet ad tradita in *decis. 678. num. 1. part. 2. decis. 325. num. 4. part. 5. decis. 36 1. num. 3. part. 6. recent.* Quod ex abun-
6 danti dicitur, † quia inhibitio Rotalis siue iusta, siue iniusta timenda est, nec ad Iudices de partibus spectat cognoscere de eius iustitia, *Acchil. decis. 29. nu. 6. de appellat. Rota dec. 785. num. 6. part. 1. diuers. decis. 71. nu. 2. decis. 72. nu. 11. apud Pacif. de Saluiàn.* & in alijs relatis *in d. Taurineñ Parochialis §. & ideò priùs, & in Lucerieñ Attentatorum 26. Iunij 1648. coram R. P. D. meo Cerro, in Angloneñ Territarij 13. Iunij 1650. corã R. P. D. meo Meltio.* Prout nec de comprehensione, an scilicet hæc, vel illa bona comprehendat
7 inhibitio, recurrendum † est enim ad Rotam, vel ad Signaturam pro declaratione comprehensorum in inhibitione, & interim inhibitio seruanda, *Lancell. de attent. post inhib. limit. 26. num. 7. Seraph. decis. 52. vers. tertius casus, Caualer. decis. 611. num. 1. Buratt. decis. 642. num. 8. Rota in Arimineñ bonorum 26. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Verospio.*

Hic consequens est, vt prædicta omnia lite pendente in Rota, & post inhibitionem præ-
8 sentatam † gesta reuocanda in primis veniant, quia attentans eodem tempore ius, Iudicem, & partem offendit, *Rot. decis. 235. num. 1. part. 1. re-*

recent. cum aliis relatis à *Modern. de manut. obseru.48.num.6.* & ius cogendi ad reuocandum
9 spectat † ad Iudicem, cuius Maiestas læsa fuit, *Lancellott. de attent.part.2.cap.27.num.39.& seqq. Rota decis.264.num.2. & 3. part.1. recent.*

Et ita decisum informantibus solum Monacis quinquies tamen Aduersario citato.

REVERENDISSIMO P. D. MELTIO
Posteà Episcopo PAPIEN.

Ariminen Decimarum.

Luna 17.Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Patres Societatis Iesu sunt exempti à præstatione quorumcumque decimarum per priuilegia Pontificia pluries à Rota canonizata: Constitutio verò Leonis XI. moderatiua dd. priuilegiorum an fuerit generalis, vel particularis, itaut potius localis, quam vniuersalis habenda sit, clarè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Appellationis desertio operatur, vt sententia transeat in iudicatum, perindè, ac si ab ea non fuisset appellatum.*
2 *Amplia sine difficultate procedere stante validitate, & iustitia sententiæ.*
3 *Iesuitæ sunt exempti à præstatione decimarum per priuilegia Pontificia pluries à Rota canonizata.*
4 *Amplia procedere etiam respectu bonorum quæ antequam ad ipsorum manus peruenerint, erant obnoxia solutioni decimarum.*
5 *Verbum*, quibusuis, *habet vim ampliandi etiam vltra naturam rei, cui adijcitur, & auget vim verborum.*
6 *Iesuitæ quia habent exemptionem præstandi decimas Papales, propter maioritatem rationis, exemptio extenditur etiam ad decimas debitas Parochis.*
7 *Priuilegia exemptionis à præstatione decimarum, quæ habebant PP.Iesuitæ, quomodo fuerũt à Leone XI. moderata.*
8 *Rescriptum restringitur ad limites petitionis.*
9 *Rescriptum restringitur ad limites causæ ob quam emanauit.*
10 *Dictio*, In, *quid operetur.*
11 *Dictio*, prædictis. *restringit, ac limitat orationem ad ea, quæ supra nominata, & expressa fuerunt.*
12 *Extensio de vno casu ad alium propter identitatem rationis non admittitur in constitutione particulari, quidquid sit respectu legis vniuersalis.*
13 *Obseruantia subsecuta plurimùm attendi debet pro dubia tàm iuris, quàm facti interpretatione.*
14 *Constitutio quæ fuit in vno loco intellecta, & vsu recepta, non operatur eumdem effectum in alio, in quo non docetur de illius vsu.*
15 *Constitutio Pontificia, quando dicatur localis, & quando haberi debeat pro lege vniuersali, itaut ab omnibus obseruanda sit.*
16 *Constitutio posterior, per quam præcedens reuiniscit, secundum illam limitari debet, & non extenditur vltrà ea, ad quæ d.præcedens constitutio restricta fuit.*
17 *Referens non attenditur, nisi constet de relato.*
18 *Clausula*, prout de iure, *quid importet.*
19 *Restitutio in integrum non datur sine læsione, quæ cessat stante validitate, & iustitia sententiæ.*

DECISIO CCLXXVI.

PRAETENDENTE Rectore Parrochialis Ecclesiæ S. Martini in Ripa Rotta Arimineñ Diœcesis solutionem decimarum ex quibusdam bonis intra limites suæ Parochiæ existentibus, & per Equitem Franciscum Rigazzium Collegio Societatis IESV d. Ciuitatis relictæ, fuit intrà dictum Rectorem, ac PP. dicti Collegij de anno 1615. contestata lis corã Vicario Arimineñ à quo emanauit sententia absolutoria ad fauorem dicti Collegij, quæ in gradu appellationis cõfirmata fuit ab A. C. sub die 24. Maij 1639. Ab hac sententia interposita iterum pro parte Parochi appellatione, cum illam deindè prætenderet Collegium dictam sentẽtiam transitum fecisse in iudicatum, commissa mihi fuit à Signatura Iustitiæ causa restitutionis in integrũ prout de iure aduersus dictam sententiam, & hodie ad formam dictæ cõmissionis dubitaui, An constaret de re iudicata, vel potius de causis restitutionis in integrum, & DD. quoad primam partem affirmatiuè, quo verò ad secundam negatiuè resoluerunt.

1 Ratio resolutionis † primæ partis fuit, quia cum post interpositam vsque de anno 1639. appellationem, nunquam ex parte Rectoris reditum fuerit pro Apostolis, nec causam committendam curauerit, appellatio effecta fuit deserta adeòut sententia ipsa transitum fecerit in iudicatũ, perindè, ac si ab ea appellatum non fuisset, *cap.cum sit Romana extra eod. tit. Clement. si appellatione pariter eod. tit. l. final. & auth.ei qui, C.de tempor. & repar. appell. Gram. decis.13. sub num.1. Rot. penès Put. decis.29. lib.2.* & penès *Buratt. decis.447.num.5. vers. hic verò*, ac facto suo proprio sententitm confirmasse, *ad l.hi qui, vbi Castr. num.3. versic. secundò nota, C.de appellat.cum alijs allegat.in Aquilana Iurispatronatus 4.Iuly 1646. coram Emmentiss. D. Card. Corrado, §. quia cum ab eo tempore, & in Romana locorum Montium 3.Iunij 1650. coram me, in fin.*
2 *principij*; † & hoc procedit absque difficultate attenta validitate, quæ non controuertitur, & iustitia sententiæ.

3 De qua satis constat, † dum in ea absoluitur Collegium PP.Societatis IESV à præstatione decimarum, prout ita de iure fieri debebat stantibus notorijs eorum priuilegijs à Summis Pontificibus Paulo III. Pio IV. & Gregor.XIII. illis concessis super exemptione decimarum, quæ priuilegia non possunt in dubium reuocari, cum fuerint per hoc Sacr. Tribunal pluries in iudicio contradictorio canonizata, ex relatis *in decis.508. per tot. part.5. & decis.44. vbi signanter sub num.8.* dicitur dicta priuilegia canonizata fuisse per tres cõformes latas ab insignibus Rotæ Auditoribus, *& decis.103.*

cis.193.nu.1. & decis.193.eod.num.1.part.7.recent. & dictũ fuit *in Cracouieñ decimarũ 21.Maij* 1640. *coram R.P.D.meo Cerro*.

4 Neque † visa fuit subsistere prætensio illa, quod d. priuilegia non suffragentur respectu bonorum, quæ antequam ad manus personæ priuilegiatæ peruenerint obnoxia erant solutioni decimarum; quia immo ex eorũ lectura apparet de amplissima dd. PP. Societatis IESV exemptione à solutione quarumcumq; decimarũ tàm respectu bonorum de eo tempore acquisitorum, quàm in futurum acquirendorum cum expressa derogatione, *cap.nuper de decim.* & clausula sublata,& decreto irritanti, quæ omnia fuerunt optimè ponderata *in d. decis.508.num.1. versic. quia ex eorum lectura part.5. & decis.44. num.7. vers. & prædicta part.7. recentior.*

Hincque apparet de irreuelantia alterius obiecti per Parochum facti nempè quod decimæ quæ præstantur Parocho in recompensationem laborum quos sustinet in exercenda cura animarum, & administratione Sacramentorum tanquam speciali nota, & fauore dignæ intelligi minimè debeãt sub dictis priuilegijs comprehensæ. Quia dicta priuilegia leguntur amplissimè concepta,& cum verbis vniuersalibus aptis comprehendere quascumque decimas cuiusuis naturæ illæ fuerint, ibi: *eximimus, &c. vniuersam Societatem, &c. & bona quæcumque à quibusuis decimis etiam Papalibus,&c.*

5 ponderando † maximè verbũ illud, *quibusuis*, quod habet vim ampliandi etiam vltrà naturam rei,cui adijcitur,& auget vim verborum *l.1. cum gloss. fin. & l.quicunque, C. de seru. fugit.*

6 & † quod exemptio concessa dd. PP.extenditur etiam ad decimas Papales,vndè à maioritate rationis, vt extendatur etiam ad decimas debitas Parochis dubitari non potest, *Rot. decis.193.num.2. vsque ad 5. part.7. recent.*

7 Nec obstat, † quod Leo XI. per speciale ipsius Breue moderando dicta priuilegia vigesimam loco decimæ Parochis persoluendam esse statuerit,& propterea saltem istam vigesimam sibi deberi prætendat Parochus. Quia dicta Constitutio non fuit generalis, sed particularis emanata ad peculiares preces Cleri Regnorum Castellę,& Legionis pro sedandis nempè litibus, quæ intrà dictum Clerum, & PP.Societatis IESV exortæ fuerant super solutione huiusmodi decimarum, vndè non debet ad alias Prouincias, seu Regna extendi;

8 Constitutio † enim, siue Rescriptum restringitur ad limites petitionis, *l.1. C. de diuers. rescript. Ias. in l. causas num.5. C. de transact. Alex. cons.75.num.22. vol.5. Socc.Iun. cons.93. num.44. lib.3.vers.quoniã respondetur,Surd.cons.281.nu.27.*

9 *& seqq. vers.vbi responsio*; † Necnon ad limites causæ, ob quam emanauit, *l.si de certa, Cod.de transact. l.si ex maiori, C.de except. Paris.consil.20. num.77. vol.1. Surd.cons.418.num.11. vers. secundò moueor, Rot. decis.29. num.4. part. 1. recentior. Lotther. de re benef. lib.3. quæst.4.num.7.*

Quod clarius etiam elicitur ex verbis, qui-

10 bus † d.Breue conceptum reperitur, ibi: *statuimus, &c. vt ex nunc, &c. prædictæ Societatis, & illius domus, atque Collegia, vel loca quæcumque vbiuis locorum in prædictis Regnis Castellæ, & Legionis existentia*, ponderando maximè dictionem illam, *In*, restrictiuam ad loca intrinseca dd.Regnorũ, ex cumulatis *per Barbos.dict.152.*

11 *nu.16.* † necnon verbum illud, *Prædictis*, quod pariter restringit, ac limitat constitutionem ad Regna tantum supranominata, atque expressa, *Soccin.cons.22.n.29.lib.3. Barbos.dict.276. num.5.& seqq.* Stantibus autem dd. restrictiuis frustra prætenditur posse aliquã extensionem

12 fieri ex identitate rationis ad alia loca, † nam constitutio particulariter facta pro certa causa, ac particulari loco ex sola identitate rationis non recipit extensionem, quidquid sit respectu legis vniuersalis, *ad text.in l.ius singulare, ff. de legib. & in cap. sanè de priuileg.* vbi *Abb. in princ. Butr.num.1. Rot.coram Buratt.decis.19.nu.5. & coram Durano decis.154.nu.24.* & fuit dictum *in Barchinoneñ Canonicatus 9.Iunij* 1645. *§.nec demum, coram R.P.D.meo Verospio*.

13 Eoque magis † comprobantur prædicta ex subsequuta obseruantia, nam dictum Breue Leoninum nunquam fuit vsu receptum extrà dicta Regna Legionis, & Castellæ, obseruantia autem valdè attẽditur pro dubia tàm facti quàm iuris interpretatione, *Surd.dec.134.nu.9. Gregor.decis.502.num.10. Seraph.decis.1440.nu.3.*

14 & † in proximis terminis firmauit *Rot. coram Penia decis.53.num.14.* vbi quod constitutio, quæ fuit in vno loco intellecta,& vsu recepta non operatur eundem effectũ in alio, in quo non docetur de illius vsu.

15 Neque † huic intellectui repugnat *Honded. cons.52.num.55.& seqq. lib.1.* Quia in illo casu concurrebant plures circumstantiæ suadentes constitutionem illam non fuisse localem, & præsertim quia Pontifex mandauit, vt illa publicaretur inter extrauagantes,& in corpore iuris apponeretur,exquo inferebatur,quod etiam voluerit, vt illa tanquam lex generalis ab omnibus vniuersaliter obseruaretur, quod sanè cessat in proposito casu, quia hæc constitutio ex mente,& verbis Pontificis restricta apparet ad sola Regna Legionis, & Castellæ, vltra quæ extendi non potest.

16 Non etiam refragatur, † quod sanct:mem: Vrbanus VIII. reuocauerit constitutionem Gregorij XV. abrogatoriam dicti Breuis per Leonem concessi. Quia ex dicta reuocatione Breue Leoninum reassumpsit quidem primas vires,quæ extinctæ remanserant ex d.abrogatione, sed non indè dici potest illud extensum fuisse vltrà loca, ad quæ à principio restrictũ fuit, iuxtà *theor. Io: Monac.in cap.dispendia nu.6. de reseruat.in 6. Prob.ad Monac. in cap.cum in tua verb.gratia perindè valere num.11.*quam sequitur *Buratt. decis.167.nu.3. & 4. vers.à qua non intelligitur recessum, Boer. decis.188.num.1. Seraphin.decis.1286.num.4.*

Aliquod fundamentum neque fieri posse visum fuit super reuocatione dictorum priuilegiorũ facta à Pio IV. quia quod ipse abstulit, gratiosè deindè restitutum fuit per sanct: mem: Gregor. XIII.

Denique non obstat Decretum Sac. Con-

gregationis Concilij Interpretũ, *datum in Summar. Parochi nu.2.* in quo demandatur Episcopo, vt iuxtà Decretum alias sibi notificatum istas decimas Rectori, prout iuris est solui fa-
17 ciat, † quia dictum decretum est relatiuum ad aliud, quod dum non exhibetur, nec minus istud est attendendum ex vulgar, regula, quod referens non attenditur nisi constet de relato, *Dot.in authen.si quis in aliquo num.34.* vbi *Alciat.num.6. C. de edendo, Surd. cons.313.nu.50. Rot.diuers. decis.27.num.3.& decis.40.nu.7. part.2.*
18 *& in recent.decis.189.num.7.part.5.* † Præterea ponderatum fuit etiam quod mandatum de soluendo non est præcisum, sed remanet qualificatum à clausula, *prout de iure,* quæ causat, vt non aliter quis ad solutionem cogi possit, quam si ita de iure teneatur, *Buratt. decis.429. num.4.* de iure autem est, vt stantibus dd. priuilegijs decimæ minimæ debeantur.

Et ex his resultat resolutio secundæ partis dubij, vt scilicet non constet de causis restitu-
19 tionis in integrum, † quia stante validitate, & iustitia sententiæ, cessat quæcumque læsio, sine qua restitutio locum habere non potest, *ex doctr.Innoc.in cap. tum ex litteris num.7.de restit. in integr. Rot. decis.1. eod. tit. in nou. & decis.132. num.2. part.1. recent. cum vulgat.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit, &c.

R. P. D. BICHIO.

Romana deuolutions Domus.

Veneris 21.Iunij 1652.

ARGVMENTVM

Plenè, & Magistraliter distinguitur quando Emphytheusis facta sub commemoratione antiquæ dicatur, vel non dicatur noua concessio.

SVMMARIVM.

1 *Emphytheuta acceptans remissionem caducitatis sub nouis pactis mediante solutione certa quantitatis fatetur caducitatem.*
2 *Confessio authoris non potest excusari, vel impugnari ab habentibus ab eo causam.*
3 *Emphyteuta acceptans remissionem caducitatis censetur recessisse à lite super caducitate intentata.*
4 *Lis calumniosa non est attendenda.*
5 *Mandatum de manutenendo non recipit appellationem.*
6 *Emphytheusis concessio facta post incursam caducitatem, & post incorporationem rei emphytheotica dicitur noua concessio.*
Etiamsi fuerit facta sub commemoratione antiqua, & per viam remissionis caducitatis si noua fuerint inita pacta in conuersione. numer.7. & 8. & 10. & 14.
Quod secùs esset si noua pacta inita non fuissent. num.9. & 19.
12 *Emphyteusis non dicitur noua per additionem noui pacti Ecclesiæ concedentis vtili.*
Quod intellige verum si nouum pactum non tangat substantiam contractus ad effectum vt beneplacitum Apostolicum requiratur.
13 *Beneplacitum Apostolicum requiritur in additione noui pacti præiudicialis Ecclesiæ in emphytheusi appositi. & num.24.*
Præsertim si eas non est solita locari. num.24.
15 *Emphytheusis noua concessio non potest excludi ex eo, quod non fuerit reseruatum beneplacitum Apostolicum.*
Et quare num.16.
17 *Laudemij solutio non congruit locationi.*
18 *Emphyteusis dicitur transitoria ad extraneos si fuerit apposita clausula,* ad habendum, *& in perpetuum.*
Fallit si fuerit additum, quod alienari non posset sine consensu Domini. num.19.
20 *Decisio 741. part.4. tom.3. recens. declaratur.*
21 *Inuestitura non dicitur transitoria ad quoscumque ex facultate concessa, quod cum consensu Domini possit alienari in aliquas personas comprehensas.*
22 *Procurator, vel Priorissa quando possit præiudicare Ecclesiæ in remissione caducitatis recipiendo canones.*
Et quando secus. num.23.
25 *Beneplacitum Apostolicum requiritur vna cum euidenti vtilitate in concessione Emphytheotica rei ecclesiastica.*
26 *Ecclesiæ vtilitas non est concedere in emphytheusim domus annui redditus scutorum centum pro canone scutorum octo.*

DECISIO CCLXXVII.

NOVAS esse concessiones factas de anno 1597. Francisco Calandro, & de anno 1612. Angelæ Calandræ, prout firmat decisio ædita sub die 14. Decembris proximè præteriti hodie ad trutinam reuocata præmittendum esse ad faciliorem eiusdem decisionis confirmationẽ Domini censuerunt ponderantes iterum, quod dictæ cõcessiones non emanarunt ob lineam finitam, sed post apertam deuolutionem ex culpa emphyteutæ in alienando domum emphytheuticam, ac non soluendo canonem, quam culpam, & consecutiuè caducitatem Hospitale aduersarium cum habeat causam à dicta Angela, & Francisco, qui in præcitatis concessionibus caducitatis remissionem etiam mediante solutione certę
1 quantitatis, ac sub nouis pactis, † vt infrà dicam acceptando, fassi fuerunt, *cap. ex ore, versic.per hoc de his qua fiun.à maior.par.cap.Dec.consil.206.num.7. vers.vbi exibens, Rota in Cracouien*
2 *Iurispascendi 28.Iunij 1651.coram me,* † excusare, aut impugnare non potest, *Rot. decis.290.nu.2. part.1. recent. decis.293.num.2. ad med. part.2.*

Vt propterea gratis exaduerso allegetur præexistentia litis super caducitate, & appellatio interposita à decreto manutentionis Monialibus Dominis directis, quæ tanquam de re deuoluta possessionem apprehenderat con-
3 cessa, † quia postmodum per acceptationem, vt supra remissionis caducitatis, à lite recessisse, & bonum ius Monialium agnouisse, necnon dicto decreto manutentionis acquieuisse censetur, *Cald.de renouat.emphyteut. lib.1. quest.4.*

quæst.4.num.12. verf.emphytheuta enim, ex text. in l.si quis ante, ff.acquir.possess. l.pacta nouissima, C.de pact. alijsque initio allegati. † Præter quod cum factum alienationis, & mora in soluendo canones esset incontrauertibilis, & exinde ex speciali pacto in antiqua inuestitura apposito
4 resultaret effectus caducitatis,† pendentis litis tanquam calumniosè non merebatur attendi *l.1. §.si inter, ff.litig. Lancellott.de attentat.lit.pendent. cap.4. limitat.4. Lottber. de re benefic. lib.2. quæst.20.nu.97.* eoque minus appellatio interposita, vt supra à mandato de manutenendo,
5 quia † illius executionem non suspendebat, *l.vnica, C.si de momen. poss. cap.fin. §.de possessione secunda quæst.6. Seraphin. decis.1295.nu.2. Duran. decis.222.nu.6. Rota in Bonouien.bonorum 17.Martij 1649. coram me*.

Quapropter cum ex natura rei,& partium confessione constet cōcessiones emanasse post incursam caducitatem ex culpa emphytheutæ, quod plus est post incorporationem, ac possessionem bonorum à Monialibus ex hoc capite captam, Iudicisque decreto confirmatam, nec appellatione suspensibilem, † eas
6 nouas esse dicendum est iuxtà distinctionem, *Bero. cons.112.num.3. & 4. lib.1.* passim ab alijs
7 in prima decisione allegatis receptā,† quamuis processerint per viam remissionis caducitatis incursæ, vt in fortioribus terminis dixit *Rota in Portueñ Stagni 10.Iunij 1641. §.nec refragatur, verf.nihilominus, coram bon: mem: Cardinali Panzirolo*; attentis præsertim nouis pactis ibidem appositis, nempè quod non nudus situs, vt in antiqua, sed domus desuper ædificata conceditur; quod secunda cōcessio facta Angelæ habeatur non facta, quatenus Angela esset Monialis, quod soluatur laudemium, quod augeatur canon, quod per solam moram biennij in soluendo canones caducitas contrahatur, quod in casu contrauentionis Moniales possint domum cum melioramentis propria authoritate capere;quod inuestitura sit pro hæredibus, & successoribus, absque clausula cæterata, quæ aderat in antiqua, & absque pacto francandi in eadem adiecto; hæc † enim omnia de nouo conuenta, cum pleraque respiciant non solum accidentalia, sed ipsam substantiam rei, & contractus emphytheutici, efficiunt, vt concessiones licet emanauerint sub commemoratione antiquæ, sint prorsus nouæ, vt præter allegatos in prima decisione tradit *Osasch. decis.23. num.11. & seqq. Caualcan.decis.30.num.88. part.2.* alijque allegati *à Modern. Fulginatensi de iur. emphyth. quæst.9. num.12. & duobus seqq.* quibus additur *Capyc.Latro decis.67.num.12.Rota coram san:mem: Gregor.XV. decis.512.num.19. & in Ceruieñ bonorum 23. Martij 1648. coram Reuerendiss. Terracinen.*

Nihil obstante, quod ibidem fuerit nomi-
9 natim remissa caducitas,† quia hoc esset momenti nisi noua pacta adessent, in quibus terminis sequitur *Caldas. de renouat. emphyt. lib.1. quæst.4.num.12. & nu.14. in fin. Seraph.dec.1496. num.2.* & quotquot exaduerso allegantur, secus è conuerso, vt benè declarat *Rosental. de feud. cap.2. conclus.19.nu.4.* vbi loquitur in fortioribus terminis, & allegat concordantes;
10 quorum † opinio libentius recipienda in casu nostro, quia ipsa remissio caducitatis facta legitur pro certo pretio ab emphytheuta soluto, & verba ipsa sonant in nouam cōcessionem,& vlterius illam anni 1597.nouam fuisse declararunt partes in subsequenti anno 1612. facta Angelæ authrici Hospitalis aduersarij: atque ita multa concurrunt ad demonstrandam mentem de nouo concedendi; licet se-
11 cus † esset si ea mens eliceretur tantum ex verbo de nouo concedimus,in quibus terminis loquitur *Maluas. consil.40. num.23. Rot. decis.499.num.18. part.5. recent.* alijque exaduerso allegati.

Non obstat, quod noua pacta,quando sunt vtilia Ecclesiæ non reddant concessionem
12 nouam, † quia verum est ad effectum, vt si substantiam contractus non tangunt,& res sit solita locari beneplacitum Apostolicum, desuper non requiratur,prout loquitur *Calderin. cons.11. de feud. Federic.de Sen. consil.196.num.1.* quos refert,& sequitur *Caldas dicta quæst.4.n.8. versic. hoc tamen*, & comprobat *Rota decis.191.*
13 *num.15. part.4. diuersor.* † requiritur autem si pacta essent prejudicialia, *Rota decis.243 nu.16.*
14 *part.7. recentior.* † non autem ad effectum ne concessio dicatur noua,& independens à prima, quia tunc solū attenditur an noua pacta despiciant substantiam contractus,& acceptata fuerit caducitas ex capite contrauentionis, vel aliundè elucescat mens de nouo conce-
15 dendi ex supra allegatis.† Minus obstat,quod si cōcessiones essent nouæ partes reseruassent beneplacitum Apostolicum, quia vel illud necessarium non erat ex quo noua pacta vtilia erant Ecclesiæ,vt mox dicebatur, vel preualent aliæ coniecturæ, imò, & demonstra-
16 tiones supra adductæ; † vel in omnem euentum de beneplaciti Apostolici defectu sola Ecclesia excipere potest, *Mantic. de tacit. lib.3. tit.16. sub num.12. Gratian. discept. 202. num.25. Surd.decis.171.num.17, Adden. ad sanct:mem.Gregor.XV. decis.467.num.16. Rota decis.133.nu.11. part.2. diuersor. decis.375.num.4. part.1. recentior. & in Maceratēn Census 1. Februarij 1648. coram bon: mem: Cardinali Hieronymo Verospio*.

Elaborandum ergo non est super intellectu antiquæ inuestituræ fuerit scilicet, nec ne transitoria ad extraneos, vel ob correspondentiam canonis fructui rei concessæ, locatio potius quam emphytheusis; quia agitur ex nouis concessionibus præcisam habentibus naturam contractus emphytheutici.& in quibus nō militat correspondentia canonis quin illæ longè minor est fructu domus concessæ ad annua ferè scuta centum, & vltrà ascen-
17 dente; † & insuper adest obligatio soluendi laudemium locationi non cōgruens ex allegatis in prima decisione *§.his positis*.

Quatenus verò etiam nouas concessiones trāsitorias esse ad extraneos educitur ex clau-
18 sula,† *ad habendum*,& in perpetuum ibi apposita, placuit Dominis responsio primæ decisionis *in §.contrarium*, quod videlicet clausularum

19 rum huiusmodi virtus† ex prohibitione alienandi sine consensu Domini, vt articulo maturè discusso, & alijs decisionibus allegatis bis respondit *Rota in Caietana bonorum 3. Decembris 1646. §. quod sine difficultate, & duobus seqq. & 10. Iunii 1648. §. & proinde. vers. loquitur, coram R.P.D. meo Cerro*, vbi signanter declaratur *decisio 294. part. 2. recent.* quæ eadem est cum decisione relata per *Giouagn. cons. 44. num. 85. lib. 2.*
20 *exaduerso allegata*. † Alia autem *decisio 741. num. 17. & 18. par 4. tom. 3. recent.* pariter exaduerso allegata, loquitur de prohibitione alienandi, restricta ad personas prohibitas; solumque firmat, quod fieri potest alienatio cum consensu Domini in personas comprehensas, vt legitur sub *num. 16. vers. saltem*; vnde non
21 sequitur, † quod inuestitura sit transitoria ad quoscumque, vt benè declarat *Corbul. de iure emphit. tit. de caus. priuat. ob alienat. limit. 3. num. 2. & 3. aliique in dicta Caietana bonorum, & in decisione huius causæ allegati.*

Ex quibus ineuitabilis manet deuolutio ob deficientiam lineæ Francisci, & Angelæ tertio loco, vt supra inuestitæ, necnon ex quo Angela domum transtulit in manum mortuam hoc est Hospitale aduersarium, cui non suffragantur solutiones canonum factæ pro-
22 curatori Monialium, vel earum † Priorissæ; quia esto quod Procurator, seu Priorissa possit recipiendo præiudicare Ecclesiæ, quando remissio caducitatis pendet ab earum, vel Ecclesiæ potestate, in quo casu loquitur *Decius cons. 329. sub num. 3. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 23.*
23 *sub num. 10.* † secus est, quando vltro necessarium erat beneplacitum Apostolicum, quia tunc sicuti non potuisset præiudicare expresè faciendo nouam Inuestituram eo minus tacitè recipiendo canones, iuxta *textum in l. Oratio, ff. sponsal. Surd. cons. 5. nu. 40.* & in proximis terminis *Rota in Gerunden. Beneficii 30. Aprilis 1640 §. minus facit, coram R.P.D. meo Roajs*, & in puncto quod dicto casu receptio canonum non præiudicet Ecclesiæ, tradit *Mantica dicto tit. 33. num. 12.*

In casu autem nostro necessarium fuisse beneplacitum Apostolicum, quia res non est
24 solita locari, †& quia solitum alteratur transferendo domum in manum mortuam comprobant allegati in prima decisione §. fin. & alij quos sequuta est *Rota in dicta Cervien. bonorum 23. Martii 1648. §. non substinetur il 2. coram Reuerendissimo Terracinen.* † Quin nec suffice-
25 ret beneplacitum Apostolicum, cum copulatiuè requiratur euidens vtilitas Ecclesiæ,
26 quæ † hic deest cum pro domo annui redditus scutorum centum, & vltra exiguus canon scut. octo soluatur, vt in fortioribus terminis de concessione domus redditus annuorum scutorum septnaginta septem, pro annuo canone scutorum duodecim, dixit *Rota in Romana domorum 18. Februarii 1650. coram me.*

Et ita vtraque parte informante Domini primam decisionem confirmarunt.

R. P. D. ALBERGATO.

Mediolanen. Bonorum.

Veneris 21. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Confraternitas non dici potest locus Ecclesiasticus, sed tantum Pius, si non fuit auctoritate Ordinarij erecta, & si habeat Cappellam, vel Altare in aliqua Ecclesia, & fuerit ab Episcopo visitata. Euictionis iudicium potest intentari absque intimatione: si euictionarij notificassent litem. Professus in Religione à testatore exclusa nunquam facit deficere conditionem si sine filijs.

SVMMARIVM.

1 *Sententia valida & iusta est confirmanda.*
2 *Sententiæ validitas ex reuolutione actorum probatur.*
3 *Confraternitas, & si habeat Altare, seu Cappellam in aliqua Ecclesia, non est Ecclesiastica, sed laica, dum non probetur erecta auctoritate Ordinarij.*
4 *Ecclesiæ sponsus est Parochus.*
5 *Confraternitas non habens propriam Ecclesiam, non potest ex visitatione Episcopi dici locus Ecclesiasticus, sed potius Pius.*
6 *Locus Pius potest ab Episcopo visitari, & exigi redditio rationum ab administratoribus.*
7 *de Euictione quis tenetur absque alia intimatione, quando habuit licentiam litis ab euictionarijs.*
Nec potest excusari sub prætextu iudicij coram Iudice incompetente moti, & declinationis appositâ, quia debet ad Iudicem competentem confugere pro opportunis remedijs, num. 8.
Quod fortius procedit si per sententiam, & decisiones Rotales fuerit euictio canonizata, num. 9.
9 *de Euictione potest agere emptor contra venditorem, si vna tantum adsit decisio Rotæ.*
10 *Professus in Religione nunquam censetur dispositiuè, aut conditionaliter vocatus, nec facit deficere conditionem si sine filijs, quando testator noluit Monasterium succedere posse.*
Quod procedit, & si professio post obitum fideicommittentis emanauerit, num. 12.
11 *Fundamentum propriæ intentionis est probandum.*
13 *Trebellianica iuxta opinionem Rotæ potest prohiberi filij primi gradus.*
14 *Fœmina sunt computandæ ad augendam legitimam masculorum, quando dos fœminarum vigore statuti succedat loco legitimæ.*

DECISIO CCLXXVIII.

ROTALEM sententiam ad fauorem DD. Priorum Confraternitatis, seu Scholæ Glor. Virginis Mariæ apud S. Satirum prolatam, in remedio vtilis Saluiani interdicti, contra RR. Præpositum, & Clericos Regu-
1 lares S. Barnabæ † vti validam, & iustam esse confirmandam Domini censuerunt 31. Maij 1649. coram Eminentissimo D. Cardinali Corrado, & hodie coram me in illius locum subro-

subrogato, causa super ijsdem repropofita, ex ijsdem prorsus fundamentis steterunt indecisis.

2 Validitas non controuertitur, † quia patet ex reuolutione processus iuxta vulg. *decis. Caputaq. 260. par. 2.* & obiecta iterum nullitas sententiarum de partibus ex defectu iurisdictionis Iudicum laicorum, qui ibi pronunciarunt,
3 deducta, non releuat, † quia hæc Confraternitas licet habeat Capellam, seu Altare in Ecclesia S. Satiri, cum tamen non probetur authoritate Episcopi erecta, locus Ecclesiasticus censeri non potest, iuxta notata in *cap. ad hæc de relig. domib.* cum infinitijs alijs tam in decisione, quæ reuidetur congestis, quam in præcedentibus æditis 26. *Iuny* 1647. *&* 18. *Martij* 1648. *coram R.P.D. meo Bichio.*

Nec refragantur visitationes bo: me: Card. Federici Borromei exaduerso exhibitæ Summario num. 7. Quia cum hæc Schola careat
4 propria Ecclesia, † cuius sponsus est Paro-
5 chus, † illæ non concludunt locum esse Ecclesiasticum, sed Pium potius demonstrant,
6 & † hoc nomine iuxta dispositionem Sacrosancti Concil. Trid. *sess. 22. cap. 8. & 9. de reform.* potuit ab Ordinario visitari, & ab eius administratoribus redditio rationum per ipsum exigi, *Federic. de Senis consil. 111. num. 3. Gratian. disceptat. 395. per totam, Rota decis. 33. num. 1. & 2. recent. in Leopolien. administrationis Hospitalis 15. May 1645. coram R.P.D. meo Cerro, in Calaritana iuris visitandi 21. Maij 1649. coram Eminentissimo D. Cardinali Corrado, & in Melenitana bonorum 10. Februarij 1651. §. final. coram R.P.D. meo Meltio.*

Et cessat difficultas, quia PP. Bernabitæ habuerunt scientiam litis ab euictionarijs contra
7 Confraternitatem moto, † quæ sufficit, vt ipsi absque alia intimatione teneantur de euictione, *gloss. in l. si dictum, §. si præsente, verb. posset, ff. de euict. Alexan. in l. 2. §. voluntatem, num. 15. ff. solut. matrim. Rota decis. 395. num. 15. par. 4. tom. 1. decis. 390. num. 6. par. 5. recent.* & luculenter proba in *prima decis. coram R.P.D. meo Bichio, in §. non obstat;* à cuius præstatione excusari non possunt sub prætextu, quod declinatoriam fieri oppo-
8 suerint, † quia Iudice laico non abstinente, debuissent ipsi ad Ecclesiasticum confugere, & ab eo inhibitionem procurare, & quatenus opus fuisset, appellationis, & cuiuslibet liciti recursus remedium adhibere, ad traditam per *Bart. in l. inuictus, num. 7. Cod. de procurat. Caball. de euict. 3. §. 3. num. 8. & seqq. Scacc. de appell. quæst. 5. num. 14. & 15.* cum alijs adductis in *Romana domus 11. Februarij 1647. coram R.P.D. meo Bichio,* & faciunt tradita in *Anglon. Archipresb. 23. Martii 1652. §. nam iudicialis, coram Eminentissimo D. Card. Corrado.*

Quæ eo magis procedunt, quia constat de iustitia euictionis, & sic earumdem sententiarum de partibus, vtpotè canonizata per sen-
9 tentiam, & decisiones Rotales; † hæc autem sola quoque sat est, vt emptor de euictione agere possit contra venditorem, *l. si rem quam, ff. de euict. l. creditor, §. prædium, ff. de act. empt. Surd. decis. 22. numer. 8. Afflict. decis. 49. Rota decis. 337. num. 32. decis. 390. num. 1. & 2. part. 5. recent. in Romana Saluiani 7. Maii 1646. §. nec Dominis, coram R.P.D. meo Peutingero, cum aliis cumulatis in decisione edita 18. Martii 1648. coram R.P.D. Bichio,* fideicommissum enim, quod dedit causam euictioni clarissimum legitur in testamento Ioannis Pauli Besutij, eiusque purificationem ad fauorem Angelicæ eius filiæ, & nepotum ex Anna altera filia per obitum hæredum institutos, non impedit existentia filiorum ex eis progenitorum, qui in Religione alias capaci professi sunt; quoniam testator expresse declarauit nolle Monasterium posse succedere, cuius propterea exclusio non in odium ipsius Religionis, sed intuitu conseruationis bonorum in agnatione, ab ipso testatore immediatè post conditionem si sine filijs, & ante substitutionem aliorum descendentium ex-
10 pressa operatur, † quod professi, nec dispositiuè, nec conditionaliter vocati censeantur, neque proinde conditionem si sine filijs faciant deficere, vt latè probatur in omnibus decisionibus in hac causa emanatis, & fuit dictum in *Romana fideicommissi de Incoronatis 13. Maii 1639. coram bo: me: Pirouano:*

Nec vrget, quod isti post mortem Nicolai
11 eorum patris professionem emiserint, † quia id non probatur, vt necessarium est ad *textum in l. ei qui dicit, ff. de probat. Surd: decis. 145. num. 7.*
12 & probatum non releuat, † quia stante clara Monasterij exclusione, quandocumque illi professi fuerint, statim apertus fuit aditus vocationi filiarum, *Modern. Lucan. cons. 96. per totũ, Rota decis. 6. par. 5. decis. 135. par. 7. recent. & in Romana fideicommissi de Soriciis 22. Maii 1643. §. non obstat, coram Reuerendissimo Salamantino.*

Minus facit, quod euictio euitari potuisset ex capite detractionum hæredibus grauatis competentium, quia Trebellianica, & quęuis
13 alia quota fuit expresse prohibita, † potuit etiam filijs primi gradus, iuxta opinionem in Rota receptam, vt testatur *Seraphin: decis. 570. num. 1. Greg. XV. decis. 421. num. 10. ibique Adden. num. 16. Caual. decis. 441. num. 8. Duran. decis. 354. num. 2.* & fuit dictum in *Bituntina fideicommissi 23. Iunii 1651. coram me;* Legitima verò in præcedantibus alienationibus consumpta probatur ex publicis Instrumentis, ac tribus sententijs conformibus ita declarantibus, quę de errore argui nequeunt, ex eo, quod duæ filiæ fœmine ad augendam ad semissem, fauorem masculorum legitimam computatæ non fue-
14 rint; † quia id procedit tantum, vbi dos fœminarum, vigore Statuti succedit loco legitimæ declarauit *Rota in Romana fideicommissi de Candidis 26. Iunii 1651. coram Reu. P.D. meo Verospio.*

Ex his autem bonorum distractionibus resultat quoque purificatio fideicommissi in casu alienationis à testatore ordinati, vt plene firmatur in omnibus decisionibus in causa factis, in quibus cum omnia extrema in hoc Iudicio vtilis Saluiani interdicti requisita concurrere in proposito casu comprobatum etiam

etiam remanet, ideo Domini steterunt in decisis, vtraque &c.

Decisio, quæ hic allegatur in hac eadem causa emanata sub die 31. Maii 1639. coram bo: me: Cardinali Corrado, est in parte 10. recent. decis. 313.

R. P. D. PEVTINGERO.

Brixineñ Iurisdictionis.

Veneris 21. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Monasterium ex quibus probetur subiectum Ordini generali, & exemptum à subiectione Episcopi.

SVMMARIVM.

1 *Incorporatio, & subiectio Monasterii probatur ex Cronistis qui ante motam litem scripserint, si cum illis concurrant adminicula.*

2 *Incorporatio Monasterii probatur ex enunciatiua in litteris Papæ emanata.*

3 *Monasterium quod fuit quoad aliqua tantum subiectum Episcopo quoad reliqua censetur exemptum.*

4 *Monasterium censetur exemptum ab Episcopo, & subiectum Ordini, si Episcopus asserat illud auctoritate Apostolica visitasse, & Ordini subiecisse.*

5 *Monasterium probatur subiectum Ordini, & exemptum ab Episcopo, si Abbates illius interuenerint Capitulis generalibus, & prouincialibus Ordinis.*

Et fortius si Abbates fuerint in dicto Capitulo electi in Visitatores Ordinis, num. 7.

6 *Capitulo generali, vel prouinciali nullus potest interuenire, nisi sit de gremio.*

8 *Monasterium probatur subiectum Ordini, si Visitator ab Ordinis Visitatore, & coram eo eligetur Abbas.*

9 *Monasterium probatur subiectum Ordini, si de eo fiat translatio de vna Prouincia ad aliam, cum auctoritate Abbatis Generalis Ordinis.*

10 *Prouinciarum translatio, & diuisio spectat ad Abbatem, siue Capitulum Generale.*

11 *Monasteria Ordinis non dicuntur constituere vnum corpus, sed sunt inter se omnino separata.*

12 *Monasteria Ordinis Præmonstratensium licet habeant caput de per se, subiacent tamen Abbati Generali, & accedunt ad Capitulum generale.*

13 *Actus turbatiuus si fuerit contradictus, non habetur in consideratione.*

14 *Iura producta si aliqua fuerint informia, supplentur ex alijs formiter productis.*

DECISIO CCLXXIX.

COMMISSA ad instantiam Ordinis Præmonstrateñ de anno 1635. hac causa appellationis à sententia Commissarij D. Episcopi Brixineñ bo: me: Motmanno, coram quo in eius vita nihil amplius actum fuit in causa, sed de anno præterito dato dubio, *An, & cui sit dandum mandatum de manutenendo*, eoq; proposito die 10. Maii huius anni, restricta disputatione vt videretur de bono iure, hodie denuò causa reproposita, responderunt Domini constare de bono iure Ordinis Præmonstrateñ ex infrascriptis motiuis per informantes pro dicto Ordine ad effectum, de quibus dubitabatur.

1 Primo, quoad incorporationem Monasterij Vuiltineñ probatur incorporatum, & subiectum, ex pluribus Scriptoribus Chronistis ante motam litem, & si de tempore non suspecto, licet non faciant plenam probationem tamen ex subsequentibus adminiculis habent veritatis præsumptionem, *Gratian. discept. 393. num. 7. Rota decis. 290. num. 7. post 2. volum. consil. Farinac.*

Secundo ex litteris Innocentij Secundi directis Marquardo Præposito Vuiltineñ de anno 1138. in quibus enunciatur dictum Monasterium factum fuisse Ordinis Præmonstrateñ,
2 † quem conseruare ibidem statuit iuxta normam, & Constitutionem dicti Ordinis, & Episcopo tunc temporis Brixineñ Dioecesano vult seruatum tantum ius Chrismatis, Olei sancti, & Consecrationum, benè videtur resultare ipsum Monasterium esse Ordinis Præmonstrateñ, & quod sit subiectum Constitutionibus eius Ordinis, & quod non sit subie-
3 ctum Episcopo, † cum ab eo tantum peti debeat Chrisma, & Consecrationes; quoad alia videtur concessa exemptio, *Serafin. decis. 1025. num. 6. & seq.* & fuit ponderatum *in alia Brixinen. iurisdictionis, quæ est decis. 546. num. 5. parte 5. recent.*

Tertio ad dictam subiectionem Ordini probandam confert actus factus à Regimberto Episcopo Brixineñ, qui de anno 1140. narrat se auctoritate Apostolica visitasse dictum Monasterium, & quosdam minus Regulares
4 eradicasse, † & Præmonstratenses ibidem constituisse; Vnde colligitur quod Monasterium illi non erat subiectum, cum auctoritate Apostolica processerit delegata, & non ordinaria, & quod etiam tunc Ordini Præmonstrateñ remansit subiectum, dum idem Episcopus illud ei addixit, & nihil sibi reseruauit.

Quarto probatur subiectio ex interuentu Abbatum Vuiltinensium in Capitulis Gene-
5 ralibus, † & Prouincialibus Ordinis, in quibus obedientiæ iuramentum præstiterunt Generali, & vocem actiuam, et passiuam habuerũt, dum in eisdem Capitulis vti Vocales elegerunt Visitatores Ordinis, et ipsi aliquando
6 tales electi fuerunt, † quia tam vigore Constitutionum Ordinis nullus interuenire potest Capitulo Generali, nisi sit de gremio, *cap. quia propter de elect. Rota decis. 578. num. 4. cum sequen. parte 4. tom. 2. recent.* Et infertur ex Instrumento relato in Summario Ordinis numer. 40. in quo legitur, quod Abbates Vuiltineñ, et Madelbergeñ. Visitatores in Capitulo generali

per

per Sueuiam, & Bauariam de anno 1399. receperunt Monasterium, et Homines Sancti Saluatoris in Fratres Ordinis Præmonstrateñ, ad obedientiã, et ad omnes alias ordinationes, Constitutiones, et priuilegia; ex quo Instrumento resultat, quod Abbas Vuiltineñ interuenit in Capitulo Generali, et ab eo vti vnus de dicto Ordine fuit deputatus Visitator, & quod eius Monasterium sit vnũ
7 de membris dicti Ordinis, † dum iisdem Visitatores aliud Monasterium suo Ordini vniuerunt, fundosque communes dixerunt, & priuilegia communia communicarunt; Inde quoque infertur, quod Abbas Vuiltineñ Cõstitutiones sibi communes agnouit non minus quam suus Conuisitator.

Quinto coadiuuatur ex multiplicatis visitationibus peractis in ipso Monasterio Vuilti-
8 neñ † à Visitatoribus Ordinis, & electionibus eiusdem Abbatum factis Præsidente Visitatore Præmonstratensi, videlicet ex visitatione de anno 1322. Summario Ordinis num. 43. & ex alijs in eodem Summario num. 45. & seq. & num. 52. ac 55. Et ex confirmatione noui Abbatis per Superiores Ordinis de anno 1382 dicto Summario num. 46. & 48. & seq. atque num. 50. & 53.

Sexto corroboratur ex translatione Monasterij Vuiltineñ de Circulo, siue Prouinciæ
9 Sueuiæ in Circulum Bauariæ, † facta auctoritate Abbatis, seu Capituli Generalis; vnde necessaria infertur subiectio Capituli Gene-
10 ralis, ad quod solum spectat diuisio, & translatio Prouinciarum, *Pasqualig. cent. 2. quæst. moral. 141. num. 3. & 5.*

11 Non obstat, † quod Monasteria Ordinis non dicantur constituere vnum corpus, sed esse omnino separata, vt dixit *Rota in Treueren. vnionis 29. Maii 1641. corã bo: me: Hieronimo Cardinali Verospio.* Quia in d. Ordine licet quodquis Monasterium habeat vnum Caput de per
12 se, † subiacent tamen Abbati Generali, & accedunt ad Capitulum generale, vt patet ex Constitutionibus Apostolicis deductis *in Tullen. Reformationis, Lunæ 22. Aprilis 1630. coram Reuerendissimo D. meo Decano, quæ est inter impress. decis. 333. num. 7. part. 6. recent.*

Nec magis afficit obiectum, quod de anno 1558. ab Abbate Vuiltineñ recusati fuerint Visitatores Ordinis admitti ad visitandum Monasterium Vuiltineñ. Quia iste actus tan-
13 quam turbatiuus, † fuit contradictus per subsequentem suspensionem Abbatis eiusdem; & deinde subsequentibus annis Serenissimus Archidux scripsit litteras hortatorias Abbati, & Ordini Præmonstrateñ, vt dictum Monasterium visitaret, & successiuè plures actus exercuit.

Denique ad obiectionem iura per Ordinem producta, quod illa non sint in forma probanti, responsum fuit, quod saltem plura fuerint compilata vigore compulsorialis Rotalis; & alia postea adducta, sint publica In-
14 strumenta, antiqua, legalia; † sic licet aliqua informia visa fuerint, suppleri posse ex tot alijs probationibus, vt fuit dictum in *Marsicen. Iurisdictionis 19. Iunii 1647. coram Reu. P. D. meo Bichio.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Meleuitana Feudi.

Veneris 21. Iunij 1652.

ARGVMENTVM

Territorium, & illius concessio ex quibus coniecturis probatur esse feudale.

SVMMARIVM.

1 *Validitas sententiæ ex reuolutione actorum resultat.*
2 *Sententiæ iustitia ex decisione resultat.*
3 *Territorium cognoscitur esse feudale si tale fuerit in concessione denominatum.*
Concurrentibus præsertim coniecturis excludentibus præsumptionem quod fuerit allodiale, num. 4.
5 *Territorium probatur feudale si ob rebellionem inuestiti fuerit à Domino directo acceptata deuolutio, Et postea alteri inuestitus cum hæredibus ex legitimo corpore descendentibus, & numer. 6. & num. 7.*
Item probatur feudale ex iuramento fidelitatis, & homagij cum onere seruitij personalis, num. 8.
Item probatur si fuerint in instrumento concessionis reseruata iura Cameræ, & Mineræ, num. 9.
Item si alteri Compossessores eiusdem Territorii recognouerint Dominum directum cum qualitate feudali, nu. 10.
11 *Territorium non esse feundale arguitur si in concessione fuerint apposita verba* gratiosè concedimus, atque donamus.
Qood procedit si nulla feudi mentio præcessisset, secus tamen si concessio sonat in feudum cum seruitio personali, & fidelitatis iuramento, num. 12. & 13.
13 *Verba* concedimus, & donamus *tamquam æquiuoca conueniunt, tàm donationi, quàm dationi in feudum.*
14 *Verba* cum iuribus, ac proprietatibus, *in instrumento concessionis apposita tamquam æquiuoca non excludunt qualitatem feudalem, nu. 15.*
16 *Testes ignorantes naturam feudi non sunt idonei ad probandum territorium non esse feudale.*
Item non sunt idonei, dum non excludunt seruitium ab inuestito præstitum, & non probant fuisse Domino denegatum per spatium temporis ad præscriptionem sufficiens, num. 17.
18 *Testes non coarctantes negatiuam illam non probant.*

DECISIO CCLXXX.

SENTENTIAM Rotalem, quæ concessionem Territorij de Budach in fauorem Ioannis de Olena per Siciliæ Regem olim expeditam declarauerat esse feudalem, hodie Domini validitati, ac Iustitiæ innixam renun-
1 ciarunt; ac propterea confirmandam; † Siquidem

quidem validitas ex actorum reuolutione
dignoscitur, quæ omnia ad hunc effectum
requisita præseferunt iurisdictionem scilicet
præuia commissione firmatam expeditum
procuræ mandatum, ac citationes denique
legitimè executas iuxtà decis. Verall. 260. par. 2.
sæpius in hoc Tribunali receptam, vt in Nazzarena, seù Montis Viridis beneficii 24. Aprilis
1651. coram Reuerendissimo D. meo Decano, & in
alijs relatis in Leodien. Dominiorũ 25. Iunii 1649.
coram Eminentissimo D. Cardinali Corrado, & in
Bononien. pecuniaria 9. Decembris 1648. coram me;
2 Iustitiam † verò concludit edita decisio in
antecedenti instantia coram R.P.D. Rojas sub
die scilicet 26. Maij 1651. vt respondit Rot. in
Romana scutorum 24. mill. 18. Iunii 1630. coram bo:
me: Cardinali Hieronymo Verospio, & in alijs relatis in Rauennaten. seu Ferrarien. Decimarum 24.
Ianuarii 1650. coram me. Ibi enim huiusmodi
Territorium desumitur feudale ex hac feudi
qualitate in ipso concessionis Instrumento
3 pluries repetita, † quæ propterea, prout expressa contrahentium verba designant, eidem
censetur inesse ad text. in clem. 1. de probat. & in
cap. 1. quid sit inuestitura, & in cap. 1. in fine de cognit. feudi, Ruin. cons. 108. num. 20. lib. 2. Roman.
cons. 70. num. 20. Menoch. cons. 745. num. 2. Alex.
cons. 15. nu. 2. lib. 5. Rosental. de feud. cap. 2. concl. 58.
num. 3. Rota decis. 129. num. 12. & 310. nu. 11. par. 6.
4 recent. † dum maximè plures in casu proposito coniecturæ suadent Territorium feudale,
ex quibus contraria allodialitatis præsumptio
omnino destruitur secundum Ioan. Andr. in
cap. nimis de iur. iuran. Bald. in l. libertas ff. de stat.
hom. num. 3. Menoch. cons. 745. num. 1. Alexan. consil. 129. lib. 1. num. 1. Rolan. cons. 82. num. 37. vol. 2.
Natt. cons. 460. num. 4. lib. 2. Card. Mant. de tacit. lib.
23. tit. 5. num. 15. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 91. num. 72. Rota coram Seraphin. decis. 894.
num. 1.

Et quidem Territorium approbat feudale
5 non † solum deuolutio ob rebellionem inuestiti in Domini directi fauorem aperta, ac
inuestitura successiuè sub iure Francorum
delata Ioanni suisque hæredibus ex legitimo
corpore descendentibus secundum Bald. in
cap. 1. num. 1. de allod. Oldrad. cons. 49. in fine, Surd.
cons. 15. num. 11. Rot. decis. 310. num. 43. par. 6. recen.
6 Hæc † quippe verba naturam innuunt feudalem, Affl. de feud. lib. 3. rubr. 1. vers. vel in donatione, Intrigl. eod. tract. quæst. 43. numer. 64. cum seqq.
7 strictamque formulam feudalem iuxtà consuetudinem Regni Siciliæ concludunt, vt testatur Muta tom. 1. ad cap. Regis Iacobi cap. 33. nu-
8 mer. 203. Iuramentum quoque † fidelitatis,
atque homagij ipsi directo Domino reseruatum, & inuestito sub onere seruitij personalis
demandatum, vt ponderauit Menoch. cons. 745.
num. 13. Rolan. cons. 85. nu. 1. vol. 4. Dec. cons. 413.
num. 1. Marta cons. 10. num. 11. Intrigl. de feud. quæst.
9 43. nu. 102. siue etiam iura Cameræ, † ac minerarum pariter in Instrumento concessionis,
quæ eam propterea comprobant feudalem, vt
notat idem Marta cons. 10. num. 19. & 20. Paris.
10 cons. 21. num. 55. volum. 1. † siue denique recognitio erga directum Dominum à pluribus
feudi compossessoribus habita, ad hanc quoque feudalem qualitatem contra cæteros cõpossessores arguendam benè deseruiens, vt
notat Bart. in l. 2. num. 7. de iur. emphit. Castr. in
l. cum falsa, C. de iur. & facti ignoran. Bald. ad specul.
in tit. de feud. in vers. si rem meam recognosco, Alexand. cons. 29. num. 25. lib. 5. Ruin. cons. 108. num. 19.
lib. 2. Surd. cons. 135. num. 21. Rota in add. decis. 310.
nu. 31. & 32. par. 6. recent.

Hinc ad excludendam feudi naturam
11 obesse non poterit clausula illa, † gratiosè
concedimus, atque donamus, præfatæ concessioni apposita, quam feudalem excludere
qualitatem, ac donationis inducere præsumptionem, notat Oldrad. cons. 159. num. 3. Posset
12 enim vrgere conclusio, † si nulla feudi mentio præcessisset, in quibus terminis loquitur
Oldrad. vt ex eiusdem lectura conuincitur,
non tamen admitti in proposita facti specie,
qua concessio sonat in feudum, seruitium requiritur personale, & fidelitatis iuramentum
reseruat, vt declarat Osasc. cons. 7. num. 11. lib. 2.
Marta cons. 10. nu. 26. & 27. Rota in vna Asten. feudi 18. Iunij 1584. coram Bubalo, & in decis. 129.
nu. 11. & 12. & decis. 310. nu. 56. cum seqq. & 344.
13 num. 10. par. 6. recent. † Ea quippe verba concedimus, ac donamus, reputantur æquiuoca,
cum donationi, ac dationi in feudum æquè
conueniant, vt respondit Bertus cons. 66. nu. 8.
lib. 1. Menoch. cons. 202. nu. 25. Dec. cons. 193. nu. 5.
Rota in add. decis. 310. num. 58. & 59. par. 6. recent.
vbi respondet in specie ad consil. Oldrad. in
contrarium allegatum.

Hanc quoque feudi naturam nec elidit
clausula illa cum iuribus, ac proprietatibus,
14 inserta in Instrumento concessionis; † censetur enim æquiuoca, dum valeat de rerum
quoque corporibus prædicari ad text. in l. proprietatis, C. de probat. Bolognett. in l. naturaliter,
§. nihil commune part. 2. num. 18. ff. de acquir. possess.
15 nec † ideo trahi possunt ad concessionem directi dominij resistente proprietate verborum superius ponderata, prout firmatũ fuit
in dicta decis. R.P.D. mei Roias §. minus obstat.

Denique depositiones Testium exaduerso
productæ, ad hanc exclusionem feudi, neque
16 deseruirent, † tum quia iidem negant sibi notam esse ipsius feudi naturam, tum quia nec
excludunt, præstitum ab inuestito seruitium,
dum illud non probant à directo Domino
fuisse petitum, & tanto temporis spatio codẽ
acquiescente Domino denegatum à Vassal-
17 lo, † vt inducta proinde fuerit legitima præscriptio ad text. in §. si triginta, tit. si de feudo, defuncti fuerit controuersia inter Dom. & notant ibi communiter feudist. Rosental. de feud.
18 conclus. 82. nu. 22. cum seqq. † Quinimo neque
solutionis negatiuam concludunt, quia non
coarctant, vt respondit Rota coram Seraphin. decis. 1102. nu. 8. & coram Caualer. 487. nu. 3. & decis.
419. nu. 8. part. 1. recent. cum alijs relatis in Vercellen.
Decimarum 13. Nouembris 1645. coram R. P. D.
meo Cerro, & in Toletana decimarũ 15. Iunij 1648.
coram R.P.D. meo Celso.

Et ità altera tantum &c.

R.P.D.

R. P. D. CELSO.
Postea S. R. E. Cardinali
Asten Coadiutoriæ.
Veneris 21. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Iustificatio Coadiutoriæ probatur ex consensu, & per ætatem Coadiuti, & per probationem quod Coadiutor habeat aliunde vndè viuat. Beneficium esse simplex quomodo probetur: legitimus contradictor quis dicatur. Coadiutoria non registrata in nulla habetur consideratione cum illam possit Papa lacerare, vel alium de eo beneficio Prouidere, Tempus autem registrationis an probetur per regestrum supplicationis.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Apostolica iustificatæ sunt exequendæ, & si causa reperiatur commissa cum clausula arbitrio.*
2 *Aetas probatur ex fide baptismatis formiter extracta*
3 *Fides contra producentem optimè probat.*
4 *Coadiutoria concessa ob ingrauescentem ætatem verificatur in annis sexaginta in litteris expressis.*
5 *Coadiutorem habere aliud vnde viuat probatur ex instrumento assignationis patrimonij.*
6 *Valor canonicatus per non excessum iustificatur ex confessione facta ab Aduersario in litteris sua prouisionis.*
7 *Valor beneficij à Coadiutore possessi probatur ex taxa beneficiorum facta à R. C. Apostolica, & testibus.*
Ad quam probationem admittitur qualibet leuis probatio.
8 *Beneficium omne de iure præsumitur simplex.*
Et quod sit simplex probatur ex prouisionibus factis vti de simplicibus num. 9.
10 *Beneficium simplex non est incompatibile cum alio ex onere celebrandi Missas, & inseruiendi Ecclesiæ quando potest per substitutum adimpleri.*
11 *Legitimus contradictor ad impediendam executionem litterarum Papa non dicitur Prouisus ab eodem Papa, & si sit Possessor dummodo sit Posterior in data.*
Nec Minus si impetrauerit beneficium tanquam vacans per obitum alteri per coadiutoriam à Papa concessum num. 12.
13 *Legitimus contradictor debet habere titulum non solum ab eodem fonte procedens, sed eiusdem speciei.*
14 *Coadiutoria non habetur in consideratione si fuerit registrata post impetratum beneficium ab alio.*
Quia ante registrationem non tribuit ius cum sit in manu Papa illam admittere, vel lacerare ibid.
15 *Coadiutoria non registrata mentio nulla est necessaria pro derogatione Regula de iure quæsito non tollendo.*
16 *Laceratio gratia Apostolica, & potentia lacerandi longe differunt.*
Fallit si Papa medio tempore alterum de beneficio prouideat nam tunc idem est quod si mandasset gratiam lacerari num. 17.
18 *Registratio gratia Pontificis non probatur facta de tempore, quo fuit supplicatio adnotata.*
Quæ supplicationes non semper solent statim adnotari, sed aliquando post quatuor, vel quinque menses postquam in registro secreto registrata fuerunt, & num. 19.
20 *Testis vnicus plene probat contra Inducentem.*
21 *Litterarum Apostolicarum executio non potest retardari per probationes turbidas.*
22 *Componenda non probatur soluta de tempore quo fuit in libro descripta cum Officialis potuisset differre illius adnotationem.*
23 *Probatio ex sola possibilitate contraria non dicitur concludens.*
24 *Probatio temporis debet esse concludens, quando vis in illo consistit.*

DECISIO CCLXXXI.

CENSVERVNT DD. non intrare arbitrium pro retardanda executione litterarum Apo-
1 stolicarum, † Nam cum illæ appareant iustificatæ consequenter etiam veniunt exequendæ vt in terminis clausulæ arbitrio dixit *Rot. coram Duran. dec. 98. & dec. 377. vtrobique n. 1. & 2. & in recent. decis. 558. num. 2. par. 1. & firmatum fuit in Vicen. Iurisdictionis 2. Maij 1650. coram R. P. D. meo Cerro.*

Iustificatio manifestè apparet tam in ijs, quę respiciunt Coadiutum quam in alijs, quæ cõcernunt personam Coadiutoris. Siquidem quod Coadiutus præstiterit consensum suum mediante persona Procuratoris ad id specialiter deputati patet ex Instrumento publico da-
2 to in Sum. num. 3. & 4. † Quod ipse attingeret sexagesimum annum probatur ex fide Baptismatis formiter extracta Sum. num. 7. *Rot. coram Buratt. decis. 116. num. 1. & decis. 365. num. 2. & in recent. decis. 138. eod. num. & decis. 260. num. 14. par. 6.* Impotentia illius ad residendum attenta infirmitate graui de tempore datæ supplicationis, ob quam Paulo post constat ex fide Ca-
3 nonicorum dictæ Cathedralis, † quæ cum fuerit exaduerso producta optimè probat cõtra Producentem, *cap. cum venerabilis de except. Salyc. in l. comparationes num. 13. C. de fid. Instrum. Aym. cons. 201. num. 5. Surd. cons. 151. num. 16. Rot. decis. 123. num. 5. par. 1. rec. & fuit dictum in Nouarien. Ecclesiæ 17. presentis mensis coram me.*

Et tamen huiusmodi impotentia residendi non erat necessario probanda cum gratia Coadiutoriæ fuerit concessa tantummodo ob in-
4 grauescentem ætatem, † quæ bene verificatur in annis sexaginta expressis in ijsdem litteris, vt notat *Gonzal. super reg. 8. gloss. 5. §. 9. num. 84. Barbos in cap. pastoralis sub num. 6. de cleric. ægrot. in 6. Ricc. in collect. decis. par. 3. decis. 489. vers. quod si conceditur Rot. coram Verall. decis. 129. per totam decis. 130. num. 1. & decis. 311. par. 1.*

Respectu verò Coadiutoris iustificatio pa-
5 riter est indubitata, † Nam quod ipse aliundè commodè viuere possit probatur ex Instrumento assignationis patrimonij dato in Sum. num. 1. *iuxtà gloss. in cap. cum Vuintoniensis 25. verb. admiserant de elect. Surd. de aliment. tit. 7. q. 36. num. 1. & 2. Garz. de benef. par. 2. cap. 5. num. 206.*

6 Valor Canonicatus, † & præbendæ expressus per non excessum in ducat. 24. computatis verò distributionibus quotidianis in ducat. 150. iustificatur ex confessione Partis facta in litte-
7 ris suæ prouisionis ; quæ bene suffragatur ad dictum effectum ex traditis per *Garz. de benef. part. 5. cap. 3. num. 208. Rot. coram Buratt. decis. 300. num. 7. & coram Merlino decis. 157. num. 14. in fine, & in rec. decis. 101. num. 7. par. 1. cum alys in Hydruntina Canonicatus 25. Iuny 1649. coram Eminentiss. Card. Otthobono.*

Et quod idem Coadiutor obtinere Beneficium simplex in alia Ecclesia personalem re-
7 sidentiam non requirens, cuius fructus pariter 24. ducat. non excedunt sufficienter apparet respectu valoris ex taxa Beneficiorum facta per R. C. Apostolicam, & ex duobus Testibus formiter examinatis, Cum tamen ad dictum effectum qualibet leuis probatio videatur sufficiens *Garz. de benef. par. 6. cap. 2. num. 167 Rot. coram san. mem. Greg. decis. 78. num. 4. Caual. decis. 33. num. 3. Buratt. decis. 255. num. 13. & in recen. decis. 572. num. 4. par. 1. decis. 10. num. 5. par. 2. & decis. 512. num. 1. par. 3. & fuit dictum in Placentina beneficij 15. Iunij 1648. coram Me.*

Et quod sit Beneficium simplex non solum
8 desumitur ex præsumptione iuris, † quod omnia Beneficia reputentur simplicia *Abb. in cap. recolentes circa finem de stat. Monach. Rot. in rec. decis. 699. num. 3. par. 2. cum alys adduct. in Leodien. beneficij 22. Iunii 1648. coram R. P. D. meo Verospio*
9 Sed etiam ex pluribus Prouisionibus vti de simplicis factis ad fauorem Canonicorũ eiusdem Cathedralis, qui illud vna cum Canonicatu retinuerunt, & signanter, ex præsentatione, & nominatione vltimo loco emanata ad fauorem ipsius Coadiuti admissa etiam ab Ordinario, quæ beneficij qualitatem benè demonstrant *Bald. in l. si mater num. 3. C. ne de stat. defunct. Dec. conf. 126. num. 1. Rot. coram Seraph. decis. 1095. num. 3. decis. 1103. num. 5. & decis. 1120. num. 2.*

Non obstat quod in limine fundationis huius benefici) S. Secundi iniunctum fuerit onus celebrandi Missas, & inseruiendi Ecclesiæ,
10 quia cum illud possit adimpleri per substitutum cessat obiectum incompatibilitatis vt dixit *Rot. decis. 155. num. 2. par. 4. rec. & in Regien. beneficii 9. Decembris 1639. coram R. P. D. meo Bichio.*

Minus facit quod Cancheranus prouisus fuerit à Sede Apostolica per obitum Coadiuti, & cum possideat ; & habeat parem Titulum dicatur legittimus Contradictor ad impediendam executionem litterarum Aposto-
11 licarum, † Nam cum titulus ipsius sit posterior in data non potest dici par, etiamsi proueniat à Papa, vt firmauit *Rot. in Gadicen Præstimonii 2. Decembris 1648. coram bo. me. Arguelles*
12 Imo quia † idem Cacheranus impetrauit Canonicatum tanquam vacantem per obitum Andreas verò per Coadiutoriam non dicitur
13 habere parem titulum, † Nam ad hunc effectum non sufficit, quod titulus procedat ab eodem fonte, sed debet esse eiusdem speciei, vt dixit *Rot. decis. 700. num. 8. par. 1. rec. & dec. 641 num. 1. & per tot. par. 4. in Torulen beneficii coram Litta post Marches de commiss. par. 1. fol. 374. sub n. 2 coram Duran. decis. 430. num. 9. & 10. in Viten. parochialis 1. Iulii 1643. coram R. P. D. meo Bichio, & in dicta Hydruntina Canonicatus 25. Iunii 1649. coram Eminentiss. Card. Otthobono.*

Tandem pro parte Cacherani opponebatur gratiam Coadiutoriæ non esse habendam in
14 consideratione † vti registratam post impetratas ab ipso litteras, Nam ante registrationem non tribuit ius considerabile, cum sit in manu Papæ, & eius officialium illam non admittere, cassare vel lacerare, vt aduertit *Paris de resignat. lib. 2. quæst. 24. num. 7. & lib. 3. qu. 7. n. 196. Gonzal. ad reg. 8. gloss. 15. §. 2. num. 32. & 33. Garz. de benef. par. 4. cap. 2. nu. 16. Sarnen. super reg. de iure quæsit. non toll. quæst. 6. num. 2. & quæst. 20. in fine Rot. decis. 91. num. 9. par. 1. diuers. repetita ead. par. decis. 101. in fine, & decis. 794. num. 2. & in recen.*
15 *decis. 68. num. 6. par. 5.* † Indè quia ante registrationem nullum ius considerabile tribuit, eius mentio, seu derogatio Regulæ de iure quæsito non tollẽ necessaria non est, vt inquit, *idem Sarnen. super d. reg. quæst. 20. sub num. 3. vers. quia antequam.*

Et licet replicetur exaduerso supplicationẽ
16 non apparere laceratam, & † potentiam lacerandi longè differre ab actu lacerationis ex adductis per *Natt. cons. 504. nu. 2. vers. non enim Rot.*
17 *decis. 534. num. 3. par. 3. rec.* † Tamen idem videtur esse, quod Papa mandet supplicationem lacerari, & quod medio tempore alteri prouideat nam prouidendo censetur implicitè declarare, quod prima gratia non debeat habere effectum suum, vt benè in simili ponderat *Gabr. cons. 186. num. 10. lib. 1. Rot. decis. 791. num. 15 par. 1. diuers.*

Huiusmodi fundamentum, quod plenè, & concludenter ab allegante probari deberet, deducebatur ex partita extracta ex libro registratoris, in quo supplicatio adnotata legitur de mense Martij 1650. & sic post obitum Coadiuti secutum de mense Nouembris 1649. & expeditas litteras a Cacherano ; Sed talis probatio visa fuit Dominis non sufficere in præ-
18 senti casu, † quia descriptio in libro non concludit registrationem fuisse factam de eo tem-
19 pore, quo reperitur adnotata, † cum huiusmodi supplicationes non soleant semper statim describi, sed aliquando notentur post quatuor, & quinque menses postquam in registro secreto fuerunt registratæ, vt deponit Laurentius Officialis publicus Datariæ, & Registra-
20 tor supplicationis controuersæ, † qui cum fuerit exaduerso inductus, & seru. seru. examinatus rectè probat contra inducentem *Gabr. de Testib. conclus. 1. num. 14. Roman. cons. 104. sub nu. 6. Surd. decis. 284. num. 18. Rot. coram Seraph. dec. 295. num. 6. & coram Buratt. decis. 553. eod. num. & in Assisien. pecuniaria coram Manzanedo penes Cenc. de Censib. decis. 129. num. 2.*

Vel saltem negari non potest, quod attenta prædicta depositione probatio Cacherani re-
21 maneat turbida, ita ut nõ valeat retardare executionem anterioris gratiæ Apostolicæ ad fauorem Andreæ *Rot. coram Buratt. decis. 805. n. 10 & in*

& in Eugubina pensionis coram Manz. apud Post. de manut. decis. 109. num. 4. cum alijs per Marches de Commiss. par. 1. cap. 1. fol. 325. num. 115.

Et simili responsione tollitur obiectum de-
22 ductum ex partita libri Componendæ, † nam dicta partita concludit quidem tempus descriptionis non autem solutionis, cum possit esse, quod Minister distulerit illam adnotare,
23 quæ sola possibilitas efficit †, quod probatio non dicatur concludens *Rot. in Concorden. Scolastriæ 13. Nouembris 1613. coram Pirouano, & in*
24 *rec. decis. 413. num. 3. par. 5.* † Et cum vis consistat in tempore probatio debet esse concludẽs etiam respectu temporis *cap. in præsentia de probat. Rot. decis. 371. num. 3. par. 4. tom. 2. rec. in Abulen. Portionis 14. Iunij 1647. coram Me, & in Meleuitana Census 11. Febr. 1650. coram Eminentiss. Card. Otthobono.*

Et ità decisum partibus hinc indè informantibus.

R. P. D. BICHIO.

Romana rescissionis Concordiæ.

Veneris 21. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Dispositio aliqua, si prohibeat vt ad certum quid non eligatur persona illegitima procreata ex patre illegitimo, aut matre illegitima, an sit necessarium, vt ad sit vtriusque illegitimitas, & resolutio est affirmatiua, & respondetur ad illam oppositionem, quod dictio, *aut*, non coniunctiua, sed disiunctiua.

SVMMARIVM.

1 *Testator prohibens, ne eligatur persona illegitima, procreata à patre illegitimo aut matre illegitima, qualiter id sit intelligendum.*
2 *An copulatiue, id requiratur.*
3 *Qualitates duæ si in aliquo actu requirantur, non est sufficiens vnica qualitas.*
4 *Illegitimus ille est odiosior, qui nedum proprie ipse est talis, verum etiam paternæ vel maternæ originis maculam patitur.*
5 *Copula, & quando accipi non possit ampliatiuè, seu disiunctiuè.*
6 *Copula, & stat ampliatiue, quando respicit diuersa subiecta, seu personas, declara tamen vt n. 7. & 8.*
8 *Loquendi modus discretiuus, quid denotet.*
9 *Illegitimitas alicuius non probatur ex fide alicuius, asserentis, aliquem esse illegitimum.*
10 *Inuerisimilia non sunt attendenda.*
11 *Fides extraiudicialis non probat.*
12 *Testator, ea quæ dixit, ante vel post testamentum, non attenduntur.*
13 *Quia perpendi debet, quid in ipso actu testandi dixerit.*
14 *Multa dicuntur, quæ non perducuntur ad effectum vel ab eis receditur.*
15 *Dicta à testatore incidenter, non releuant.*
16 *Clausula generales apposita in transactione, quid operentur, & num. 18.*
17 *Ratio conseruandæ agnationis, quando dicatur in transactione contemplata.*
18 *Clausula generales, tunc operantur suam generalitatem, quando in dispositione non adest certa causa.*
20 *Transactio, quando nullo modo possit rescindi.*
21 *ex Transigentium voluntate, transactio afficit saltem ex vim pacti, etiam super eo, quod in illa lite non cadit, vel expressum non fuit.*

DECISIO CCLXXXII.

TESTAMENTVM Rutilij prohibens nec Cesar eius filius, & hæres possit instituere,
1 & nominare, nec aliquam donationem facere ad fauorem personæ illegitimæ, & naturalis, & procreatæ ex patre illegitimo, & naturali, aut ex matre illegitima, & naturali, non aduersari Marcello, & Horatio filijs Io: Baptistæ iunioris quo minus bona Rutilij consequi possint, iterum hodie decisum fuit, rationibus in vltima decisione coram me, & alijs prioris instantiæ coram Eminentissimo D. Cardinali Corrado adductis.

Quibus vnus ex Dominis addebat, quod d. prohibitio non comprehendit omnem ille-
2 gitimum, sed copulatiuè requirit, † quod sit natus ex patre, aut matre illegitima, ponderando dictionem, Et ibi, *ad fauorem personæ illegitimæ, & procreatæ ex patre &c.* quæ vtram-
3 que hanc qualitatem coniungit, vt propterea vtriusque concursus requiratur *l. si hæredi plures ff. condit. instit. l. si is qui ducenta §. vtrum ff. reb. dub. l. si mihi, & Titio ff. verbor. oblig. Fusar de subst. quæst. 340. num. 16. Surd. decis. 272. nu. 5. Rot. dec. 115 num. 8. par. 1. diuers.* nec mirum quia odiosior est
4 qui ne dum propriè, † sed etiam paternæ, aut maternæ originis maculam patitur, & sæpè videmus alteram ex illis non obesse *Bald. consil. 146. sub num. 5. lib. 1. cons. 363. num. 4. lib. 5. Guidopap. cons. 94. num. 3. & seqq. Alex. cons. 158. num. 4. lib. 7. Capra cons. 2. num. 18. Corn. cons. 25. num. 7. & seqq. lib. 1.*

5 Neque in casu nostro copula, *Et*, † accipi potest ampliatiuè, seu disiunctiuè, prout quãdo respicit diuersa subiecta, seu personas, & cadit inter duas orationes respectu alicuius accidentis per ea quæ tradit *Alex. cons. 101. num. 8. lib. 3. Barbos. dict. 93. num. 10.* Quia hęc procedũt quando ex contextu eiusdem orationis non
6 apparet † testatorem vsum fuisse dictionibus disiunctiuis, ac ampliatiuis, vbi voluit disiunctiuè, vel ampliatiuè disponere, qui est casus noster, nam Rutilius contextualiter loquens de origine patris, & matris, quia etiam alte-
7 ram ex illis† odio habuit non fuit vsus dictione copulatiua, sed disiunctiua, ibi, *procreati ex patre illegitimo, aut ex matre illegitima*: discretiuus enim iste modus loquẽdi denotat diuer-
8 sam in vtroque casu voluntatem, † nec sine misterio eadẽ dictio alternatiua videtur omissa in primo casu *l. vnica §. sin autem deficientis Cod. caduc. tollen. Alex. cons. 170. num. 7. lib. 2. Gozad. cons. 29. num. 16. Menoch. cons. 266. num. 21. & seq. Rot. decis. 388. num. 12. par. 1. recent.*

Et hoc fundamentum satis esset ad victoriã

quia Marcellus, & Horatius, licet eorum mater nata fuisset illegitima, orti sunt ex legitimo matrimonio. Nec obstant fides extraiudiciales Francisci de Alexandris, & Sororis Flauiæ Monialis in Monasterio Turris Specu-
9 lorum de declarationibus à Rutilio ante testamentum æditis contra descendentes illegitimos, vel natos ex illegitimo patre, aut matre, quia hæc posterior mulieris agentis septuagesimum sextum annum, ac de re audita per sexaginta, & amplius antes annos, admo-
10 dum † inuerisimilis visa est, vt in fortioribus terminis de solo concursu 40. annorum in muliere ponderauit *Rota in Romana quatuor Domorum 28. Aprilis 1651. coram R. P. D. meo Peutingero*; idemque respondetur ad priorem fidē Francisci de Alexandris, quæ præterea vti ex-
11 traiudicialis † fidem non meretur; licèt dum ille viueret actores obstiterint ne examinaretur formiter, quia iuste obstiterunt attenta dicta inuerisimilitudine, & alijs signanter in secunda decisione coram D. Car. Corrado ponderatis; cumque hæc fides referat dicta à testatore per annum ante testamentum condi-
12 tum, nullius momenti esset † esto quod idem in examine solēni Franciscus deposuisset, quia oportet testes deponant de dictis in actu te-
13 standi quando † prout hic verba testamenti aliud suadent *Oldr. cons. 119. num. 1. vers. sed contrarium Dec. cons. 159. num. 9. & seq. Seraph. decis. 1357. num. 11.* vbi dicit rationem quia mul-
14 ta non perducuntur † ad effectum, vel ab alijs receditur, & optimè distinguendo declarauit *Rota in Romana legati 14. Martij 1644. §. nec obstat, quod non sufficiat coram Reuerendiss. Episcopo Salamantino*: præsertim vbi ante testamentum, vel post, testator locutus fuit inciden-
15 ter † *Gabr. cons. 112. nu. 29. & 30. lib. 2. cum alijs à modern. Neapolit. quotidian. resolut. lib. 1. cap. 95. num. 23.*

Verum suffragantur Horatio, & Marcello etiam personalitas prohibitionis restrictæ ad
16 Cesarem, & clausulæ vniuersales, † ac effrenatæ appositæ in transactione inter has partes inita de anno 1632. non obstante, quod in proemio transactionis narrata fuerit præcedens lis super testamento, & hæreditate Cesaris, quia simul pro causa transigendi expressa fuit ratio conseruandi agnationem eque se ha-
17 bens ad omne ius † ex testamento siue Cesaris, siue Rutilij obstatiuum conseruationi bonorum jn agnatione Horatij, & Marcelli à transigentibus contemplatæ, & plus est transactio non fuit restricta ad lites natas, & quæ nasci possent ex causa supra narrata tantum, scilicet testamenti Cesaris, sed etiam ex causa infra dicenda, ibi, *causa, & occasione supra narrata, & infra dicenda*, vnde dum inferius expresse fuerunt etiam causæ non cogitatæ, vtique ipsa comprehendit quæcunque alia iura nullatenus expressa, & in litem non deductæ
18 attentis † præsertim alijs clausulis prægnantissimis, vt comprobat vltima decisio in §. *solidissima*. Et sic non applicatur distinctio Baldi relata à *Cancer. var. resol. lib. 3. cap. 15. num. 272. & 273.* quam secuta est *Rota decis. 428. numer. 7. & 8. par. 5. recent*: quod nempe clausulæ gene-
19 rales † operantur quando certa causa non est expressa, secus è conuerso; nam in casu nostro non fuit expressa sola causa litis vertentis super testamento Cesaris.

Ac præter clausulas generales appositas in corpore transactionis, partes in fine promiserunt cum amplissimis clausulis illam obseruare, eamque sub quouis prætextu etiam no-
20 uorum iurium, & † quacunque alia causa non impugnare siue agendo, siue excipiendo: qua propter sēper obstat vniuersalis hæc promissio cancellis præexistentis litis, & fideicōmissi Cesaris in proemio narrati non restricta
21 & ex† voluntate transigentiū transactio afficit saltem in vim pacti etiam super eo quod in illa lite nō cadebat, vel expresšum non fuerat *Salyc. in l. si de certa num. 2. Cod. transact. cum alijs adductis in §. fin. vltimæ decisionis*.

Quam Domini confirmarunt vtraque parte informante.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Romana Fideicommissi.

Veneris 21. Iunij 1652.

ARGVMENTVM

Ad fideicommissum ordinatum ad fauorem descendentium cum verbis tractum temporis successiuum, & perpetuitatem denotantibus, censentur omnes descendentes in infinitum vocati, si verò fuisset ordinatum ad fauorem descendentium masculorum, & fœminarum, fœminæ quando simultanee, & quando successiuè dicantur vocatæ, clarè demonstratur; Et quid si fœminæ vocatæ fuissent dummodo nuptias cum aliquo de Familia N. contraxerint, an exclusæ remaneant huiusmodi conditione non impleta, eruditè resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Fideicōmissum institui potest etiam in donationibus.*
2 *Descendentes expressè vocati sub verbis importantibus tractum temporis successiuum omnes in infinitum censentur inclusi.*
3 *Descendentium nomen refertur ad stipitem, cuius respectu omnes dicuntur ab eo descendere.*
4 *Descendentes vocati per verba perpetuitatem denotantia, censentur vocati per fideicommissum successiuum, non autem per vulgarem.*
5 *ad Fideicommissum ordinatum ad fauorem masculorum, & fœminarum, fœminæ superextantibus masculis censentur exclusæ, illis verò deficientibus censentur admissæ.*
6 *Masculi, & fœminæ per copulam, &, instituti, regulariter censentur simultaneè, non autem successiuè vocati, nisi vigeat Statutum exclusiuum fœminarum.*
7 *ex Donatione facta ex causa matrimonij, filijs acquiritur ius ex propria persona, non autem ex persona Patris.*

Et

Et tot dicuntur donationes, quot sunt personæ, quibus fuit facta donatio.

8 *Fœminæ vocatæ ad fideicommissum in defectum lineæ masculinæ, ea prorsus extincta, poterunt ad illud agere ex testamento.*

9 *Fœminæ vocatæ ad fideicommissum, dummodo nuptias cum aliquo de Familia N. contraherent an exclusæ remaneant huiusmodi conditione non expleta.*

10 *Modus, & non conditio censetur appositus, quando onus iniunctum, potest etiam, post quæsitum emolumentum adimpleri.*

11 *Verba dubia ad modum potius, quam ad conditionem sunt referenda.*

12 *ad Fideicommissum ordinatum ad fauorem descendentium legitimorum, ac naturalium, & ex legitimo matrimonio prouenientium non admittuntur procedentes à legitimatis.*

11 *Legitimata quando non differat à legitimis.*

14 *Sententia prolata super statu, & legitimitata personæ facit ius quoad omnes.*

15 *Scriptura in actis producta licèt non fuerit originalis fidem meretur, si nihil fuerit exaduerso oppositum intellige. num.16.*

DECISIO CCLXXXIII.

HENRICVS, ac Franciscus senior de Vrsinis, occasione Nuptiarum, quas Franciottus Iunior filius respectiuè, & Nepos Camilla de Sabellis contraxerat, bona propria quæcunque, præsentia, & futura titulo Donationis irreuocabilis inter viuos eidem Franciotto presenti concesserant in perpetuum pro se filiis, nepotibus, & descendentibus masculis, ac fœminis legitimis, & naturalibus stipulanti: Successiuè verò Henrico, ac Francisco Iuniori filiis Donatarii predecedentibus sine filiis D. Comitissa Isabella eorumdem soror germana, causam mihi committi obtinuit vigore fideicommissi; quod hodie in dictæ donationis Instrumento Rota declarauit institutum, & ad ipsius fauorem apertum.

1 Cum † enim in ipso Donationis contractu, (quo fideicommissum institui posset, probat *tex. in l. quoties, C. de donation. quæ sub mod.* & in *l. hæredibus, ff. de leg. 3.* cum aliis adductis per *Fusar. de substit. quæst. 308. num. 78. Peregr. de fideicommissis art. 1. num. 16. Rot. decis. 204. num. 27. part. 6. recent. & in Bonoñ fideicõmissi 4. Maij 1648*

2 *coram R. P. D. Celso,*) † fuerint Descendentes expressè vocati sub verbis importantibus tractum temporis successiuum, omnes in infinitum censentur inclusi, *text. in l. vlt. C. de suis, & legit. & in cap. nouit de iudic.* & notant ibi *DD. Alex. in addit. ad Bart. in l. liberorum nu. 18. ff. de verb. signif. Natt. conf. 64. num. 6. Paris. consil. 38. num. 4. lib. 2. Alex. conf. 18. in fin. vol. 5. Rot. co-*

3 *ram Seraph. decis. 939. nu. 5.* † & rationem reddit, quod descendentium nomen, *& coram Caual. decis. 45. num. 51. & in decis. 10. nu. 4. in fin. part. 1.*

4 *& decis. 6. num. 20. part. 5. recent.* † Et quidem per fideicõmissum successiuum, non autem per vulgarem vi verborum denotantium perpetuitatem, vt notat *Cumañ in leg. cum ita, §. de fideicommisso, ff. de leg. 2. num. 4.* vbi opinionem contrariam à se firmatam limitat in casu proposito, expressæ scilicet perpetuitatis, *Peregr. de fideicomm. art. 19. num. 70. & in conf. 62. num. 20. lib. 1.* cum aliis congestis per *Fusar. de substit. quæst. 382. num. 56.* vbi nullum asserit huius opinionis esse contradictorem, *Rot. dec. 121 nu. 4. part. 2. diuers. & in decis. 193 num. 5. & 166. nu. 12. part. 1. recent. & in Bononień fideicommissi de Bologninis 29. Nouembris 1644. coram Reuerendiss.*

5 *Terracineñ,* † Itaut deficientibus omnibus masculis D. Comitissa Isabella filia quoque Donatarii admitti debeat, tanquam vocata sub nomine Descendentiũ fœminarum, quæ non perpetuò ibidem, sed temporaliter (superstantibus scilicet masculis) censentur exclusæ, iisque deficientibus successiuè admissæ secundum *Ruin. conf. 154. num. 3. lib. 2. Peregr. de fideicomm. art. 27. num. 23. Fusar. de substit. qu. 379. num. 23. Decian. consil. 40. num. 32. lib. 1. Menoch. conf. 359. num. 10. lib. 4. & conf. 285. num. 35. lib. 6. Rot. in Anconitana, seù Senogallieñ fideicommissi*

6 *9. Ianuarij 1636. coram bon: mem: Pirouano,* † vbi prætereà cõcludit, masculos, & fœminas per copulam (&) institutos regulariter censeri simultaneè, non autem successiuè vocatos, dum tamen statutum (prout in proposito casu) non vigeat fœminarum exclusiuum.

7 Ea † namque donatio ex causa matrimonij pro se, filiis, nepotibus, ac descendentibus, vnicuique independenter, ac de per se collata censetur, itaut tot dicantur donationes, quot personæ, quibus facta fuit, singulæque eam donanti, non autem propriò Patri acceptam referant, vt notat *Menoch. consil. 99. num. 113. & conf. 304. nu. 12. conf. 1153. nu. 2. Rot. decis. 127. num. 5. part. 6. recent. & coram bon: mem: Merlino decis. 404. num. 7.*

Huic autem purificationi fideicommissi ad fauorem D. Comitissæ non repugnat, quod plura bona à Francisco, & Henrico donata ex antiquiori Octauij de Vrsinis fideicommisso proueniant, & ab iis proindè perperam fuerint nouo fideicommisso supposita; Cum

8 enim † D. Comitissa Isabella, quamuis fœmina, in hoc quoque fideicommisso vocata fuerit, quoties masculina linea nullis superstitibus filiis legitimis, ac naturalibus ex legitimo tamen matrimonio procreatis defecisset, eaque per obitum Francisci iunioris sine filiis masculis extincta, ad illud vti literaliter in testamento substituta poterit adspirare, *text. in l. ille à quo, §. si de testamento, ff. ad Trebelt. l. vlt. C. de edict. Diu. Adrian. toll. Molin. de primog. lib. 2. cap. 8. num. 2. Peregr. de fideicomm. art. 43. num. 2.*

9 *cum seqq.* † Et licet Octauius fœminas adhoc suum fideicommissum admiserit, dummodo nuptias cum aliquo de Domo, ac Nobili Familia de Vrsinis ipse contraherent, eademque conditio per D. Comitissã adhuc expleta

10 non fuerit; † Indè tamen exclusa dici non poterit, dum verba prædicta modum solummodo important, non autem conditionem, onus quippè tale præseferunt, quod potest quandocunque etiam post quæsitum emolumentum adimpleri, *Text. in l. 1. C. de his, quæ sub mod. Bart. in l. quibus diebus, §. Termilius nu.*

ff. de cond. & dem. Aym. consil. 59. n. nu. 1. Menoch. consil. 1011. num. 7. Card. Mantic. de coniect. lib. 10. tit. 5. nu. 15. & 16. Rot. decis. 39. nu. 1. & 5. part. 1.
11 *diuersor.* † vbi præterea concludit verba quatenus dubia, ad modum potiùs quàm conditionem esse referenda, *& coram Buratt. dec. 937. nu. 9. & in Cæsenaten hæreditatis 14. Martij 1651. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

12 Neque D. Comitissæ † deduci potest exclusio ex vocatione descendentium legitimorũ, ac naturalium, & ex legitimo matrimonio tantummodo prouenientium, in testamento Octauij requisita, quæ Franciotto Patri Comitissæ non conuenit, ac ipsam proindè tanquam procedentem à radice infecta excludit; vt ponderauit *Rot. in Bonon fideicommissi de Bologninis 29. Februarij 1644. coram Reuerendissimo Sa-*
13 *lamantino*: † Cum illa tollatur non solum ex Breue sanct: mem: Gregorij XIII. quo præuia derogatione ad Bullam Pij V, idem Franciottus legitimis legitur natalibus restitutus, & ad quamcumque successionèm, siue fideicommissi, seù feudi, vel iurisdictionis habilis redactus; cuius virtute propterea nullatenus differt à legitimis, ex notatis *in §. si quis, auth. quib. mod. nat. eff. sui, Alexan. cons 187. num. 8. lib. 5. Iason. cons 102. nu. 13. lib. 2. Tiraquell. in l. vnquam, in verb. susceperit liberos n. 77. cum seqq. C. de reuoc. donat. Rot. decis. 100, num. 5. & seqq. & nu. 56. par. 5.*
14 *recent.* † Sed excluditur etiam ex tribus quoque sententijs super legitimitate conformiter æditis, quippè quæ super statu Personæ prolatæ ius faciunt quoad omnes, *ad text. in l. Ingenium, ff. de stat. homin. Rot. coram Acchill. decis. 5. de senten. & re iudic. & decis. 312. num. 19. part. 1. & 348. num. 4. part. 5. recent.*

15 Non obstat † denique exceptio contra scripturam vtramq; exaduerso obiecta, quod tanquam informis fidem non mereatur; cum hæc quoque ex facto tollatur; Constat enim, & ex oculari inspectione conuincitur, vtramque in actis fuisse productam, nihilque tunc temporis exaduerso iustificatur oppositum, itaut plenam proindè probationem mereatur licèt neutra originalis existat, vt respondit *Rot. in Romana pecuniaria 6. Aprilis 1615. coram bon: me: Seleucien. impress. part. 3. recent. decis. 664. nu. 2. & 3. & in Miranden. Vnionis 27. Iunij 1629. coram bon: me: Coccino, impress. post Posth. decis. 664.*
16 *num. 20. & 21.* † Cum tamen ab eodemmet Notario rogato, vel ipsius successore in officio exemplata fuerit, vt tradit *Ias. in l. fin. sub num. 4. Zuccarò num. 92. C. de edict. D. Adr. tollen. Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 654. Rot. coram Verall. decis. 351. num. 1. part. 2. & coram bon: me: Vrgell. 178. nu. 5. & coram Buratt. decis. 211. nu. 12.* ac eædem possint quandocunque produci, & apud acta relinqui.

Et ita vtraque, &c.

REVERENDISSIMO P. D. CERRO,
Sac. Rotæ Romanæ DECANO.
Viterbieñ Canonicatus.
Mercurij 27. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Ad Institutionem beneficij, licet quãdo extraiudicialiter procedatur, non detur appellatio, tamen si appareat contradictor, & id cessat. Signatura simpliciter committendo causam quid denotet; Attentatorum reuocationi, quando non sit locus ob bonum ius partis attentantis.

SVMMARIVM.

1 *ad Appellandum pendente termino, nihil est innouandum.*
2 *ad Beneficij institutionem, quando proceditur extraiudicialiter non est locus, ac per consequens cessant attentata.*
3 *Institutio ad beneficium, non potest nisi iudicialiter fieri quando comparet contradictor.*
4 *Appellatio quando simpliciter per Signaturam fuit commissa, tunc retrotrahitur ad diem sententiæ, seù actus, à quo appellatur.*
5 *Appellationem, quando Signatura simpliciter committit, officit, vt omnia interim gesta dicantur attentata.*
Quamuis alias appellatio non erat recipienda.
6 *Exceptio, quod commissio fuerit subrepta in Curia non admittitur.*
in Curia facilè datur aditus ad Principem pro moderatione Commissionum.
7 *Attentatorum reuocationi non datur locus, quando constat de bono Iure attentantis.*
8 *Quod tamen procedit, quando Notario constat de bono Iure attentantis clarè, & satis apertè.*
9 *Decis. in causa Lucana Canonicatus 1. Iulij 1647. coram R. P. D. Rojas, in quibus terminis loquatur.*
10 *Attentatorum reuocatio non impeditur ob bonum ius attentantis, quando est turbidum.*
Nam tunc id reijcitur ad petitorium.
11 *Attentantis boniũus, ex quibus turbidum doceatur.*

DECISIO CCLXXXIV.

CVM Antonius Farinaccius eademmet die, qua institutionem obtinuit ad Canonicatum, de quo agitur, illius actualem possessionem apprehendiderit, ideò ad instantiam Fuluij Serantonij, & litis Consortium dubitaui, An constet de attentatis, quæ veniant reuocanda, & fuit per DD. affirmatiuè respon-
1 sum, quia pendente tempore † ad appellandum nihil est innouandum, *vulg. cap. non solum de appel. in 6.*

Non obstat, quod ad dictam institutionem extraiudicialiter processum fuerit, & sic non
2 esset † locus appellationi, ac per consequens cessent attentata.

Quia præter quod comparente cõtradictore, eoque se opponente aliter procedi non
3 potest, nisi in forma iudicij, † & cum causæ cogni-

cognitione, *Felin. in cap.final. sub nu.27. verſ.5. Felin. de præſumpt. Lambertin. de Iurepatr. part.2. lib.2.quæſt.11. art.4.num.4. Garz. de benef. part.5. cap.4.nu 214. Rot.in Cremonen.Præpoſituræ 27.Iunij 1644. coram Eminentiſſ: D. Card. Corrado ſub §.1. in Calagnritana beneficij 23.Iunij 1645. corã bo:mem: Arguelles pariter §.1. in Auerſana Iuriſpatronatus 26.Iunii 1651. coram R. P. D. meo Zarate, & prius in Toletana Canonicatus Pœnitentieriæ 19.Iunii 1643. coram me, §.nec quicquam releuat.*

Ceſſat omnis æſitatio ex ſubſequenti commiſſione appellationis per Signaturam ſigna-
4 ta † ſimpliciter, quæ retrotrahitur ad diem ſententiæ, ſeù actus, à quo appellatur, & efficit, vt omnia interim geſta dicantur attenta-
5 ta, † quamuis alias appellatio non eſſet recipienda, vt firmatum fuit in dicta *Cremonen. Præpoſituræ §.quod æquidem, in dicta Calaguritana beneficii ſub §. Idcircò, in dicta Auerſana Iuriſpatronatus §. Quæ attentata, in Maceraten. Attentatorum 26.Iunii 1648. coram R. P. D. meo Veroſpio §.Cum verò, ac prius in Verulana beneficii 31. Ianuarii 1646. coram me, §.Non obſtat, verſic. eoque magis,* & alibi paſſim: Exceptio autem, quod huiuſmodi commiſſio ſubreptitiè impetrata fuerit, nempè ſub narratiua, quod pronuncia-
6 tum fuiſſet per † diffinitiuam non admittitur in Curia ob facilem recurſum ad Principem pro illius moderatione, vt dixit *Rota coram ſan:mem:Gregor.deciſ.435.num.5. coram bon:mem: Coccino deciſ.74. num.4. in Peruſina Attentatorum coram Manzanedo apud Zacch.de obligat. Cameral. deciſ.87.nu.8.& in Ianuẽ ſeparationis thori 24.Ianuarii 1648. coram R.P.D.meo Meltio §.Quia daſo etiam.*

Nec obſtat, quod Capitulum, & Canonici Eccleſię Collegiatę Sancti Andreæ Terrę Vetrallæ, ad quorum præſentationem emanauit Inſtitutio Farinaccij, prætendant conſtare de ipſorum bono iure ex codicillis poſteà conditis ab Antonio de Pacchis fundatore
7 Iuriſpatronatus controuerſi. † Ideòque non ſit locus reuocationi attentatorum, vt reſponſum fuit *in Lucana Canonicatus 1. Iuly 1647. coram R.P.D.meo Rojas, §.Vlterius quia.*

Quoniam concluſio procedit, quando adeò
8 notoriè conſtat de bono iure attemantis, † ac de malo attentata paſſi, vt nullo prorſus velamine offuſcari poſſit, in quibus terminis loquitur Rota in allegata *Lucana Canonicatus*: Aliàs autem ſi huiuſmodi exceptio indigeat
9 diſcuſſione non † retardat reuocationẽ attentatorum, ſed reijcitur ad iudicium petitorium vt optimè probant *Lancellott. de attent. part.2. cap.24.quæſt.1.num.62.* quem ſequuta fuit *Rota coram ſan:mem:Gregor.deciſ.405.num.9. coram bon:mem: Buratto deciſ.13.num.9. repetita in recentior. deciſ.503. num.6. part.1. coram clar: mem: Coccino deciſ.397. ſub num.2. coram Martino Andrea deciſ.37.nu.5.&deciſ.82.num.13.* idemque comprobatur *in Meleuitana Parochialis 26.Maij 1651.coram me, §.final.* In propoſito autem prætenſio
10 Capituli redditur † ad modum dubia ex deductis ab informantibus pro Fuluio, & præſertim ex eo, An Inſtitutio Federici Anſelmi, qui præſentauit eumdem Fuluium, per codicillos reuocari potuerit, præſertim dum iam ipſe vigore Teſtamenti ſententiam immiſſionis ab A.C. reportauit, ac exiſtit in quaſi poſſeſſione præſentandi, & An Capitulum legitimè potuerit pręſentare, dum adſunt hære-
11 des Hieronymæ cohæredis † Antonii, qui pariter eumdem Fuluium pręſentarunt; Ideòque exactiorem diſcuſſionem expoſcit, & cõſequenter interim impediri non valet commiſſorum attentatorum reuocatio.

Et ita vtraque, &c.

R.P.D. LEONE VEROSPIO.

Romana fideicommiſſi de Victorijs.

Mercurij 26. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Pro matrice vt habenda ſit ſcriptura reperta inter cæteras matrices Notarii, quæ vlterius requirantur clarè demonſtratur, & quid dicendum ſit ſi altera quoque ſcriptura nullis lituris deturpata, & ab ipſomet Notario rogato de more ſubſcripta ibidem reperiretur, eruditè reſoluitur, & huius occaſione diſcutitur, an, & quando teſtamentũ lituris deturpatum dici poſſit de ordine Teſtatoris, vel dolo Notarij cancellatum. Filij exheredati non dicuntur incluſi ſub appellatione nominis collectiui, *deſcendentium*, & in contrarium adductis, plenè reſpondetur.

SVMMARIVM.

1 *Proximitas grauati non attenditur, vbi conſtat Teſtatorem voluiſſe fideicommiſſum deuenire ad proximiorem Inſtituti.*
2 *Maximè quando ſubſtitutionis verba, ad illum tantummodo conuenirent.*
3 *Matrix teſtamenti ex quibus dici poſſit ſcriptura, propter quod illi fides adhibenda ſit.*
4 *Matrix inſtrumenti dicitur ſcriptura reperta cum cæteris matriculis in libro benè rubricato, & ab ipſomet Notario ſub nomine protocolli in fronte ſubſcripto.*
5 *pro Matrice in dubio an ſumenda ſit ſcriptura nullis lituris deturpata in concurſu alterius cancellatæ, quæ de fide ſuſpecta præſumitur. vide num.7. & vide num.12.*
6 *Subſriptio Donatoris ex diſpoſitione ſtatuti Vrbis requiritur ad perfectionem actus.*
8 *Notarius poteſt ex eadem matrice plures ſcripturas in nitidum conficere, & publicare.*
9 *ad Matricem recurrendum eſt, quoties inſtrumenta, ſeu &c. inter ſe diſcrepare contingat.*
10 *Amplia quamuis dicta matrix plures cancellationes contineret.*
11 *Adnotationes marginales à Notario peractæ non deſtruunt fidem ſcripturæ, licet non fuerint ab eodem Notario ſubſcriptæ.*
13 *Clauſula,* actum, *in matrice inſtrumenti appoſita, facit ceſſare neceſſitatem ſubſcriptionis Notarij.*
14 *Probare neceſſe eſt id, in quo quis ſe fundat.*
15 *Stylus eliditur ex actibus contrarijs.*
16 *pro Matrice habenda eſt ſcriptura cãcellata, ſi prioritate temporis præceſſerit, quamuis ab ea altera non cancellata extracta fuerit.*

17 *Et*

17 *Et tunc quidquid in ea desideratur, ex altera suppletur.*

18 *ex Testamento lituris deturpato, benè dignoscitur Testatoris voluntas excludendi comprehensos in verbis cancellatis, eosuè qui citrà cancellationem includeretur.*

19 *ex Testamento imperfecto, Testatoris voluntas innotescit.*

20 *Testamentum, quando apparet lituris deturpatum, quando dicatur de ordine Testatoris, vel dolo Notarij cancellatum.*

21 *Testamentum fuisse lituris deturpatum de ordine Testatoris, debet iustificare is, qui in eo se fundat, intellige num.28.*

22 *Testamenti cancellatio præsumitur consultò de ordine Testatoris præcessisse in ipsomet actu testandi.*

23 *Testamentum præsumitur cancellatum de ordine Testatoris, ad euitandam pœnam falsitatis.*

24 *Testamentum cancellatum de ordine Testatoris, etiā ad effectum, vt Testatoris voluntas adimpleatur iuxta d. cancellationem.*

25 *Testamentum præsumitur de ordine Testatoris cancellatum, etiam si extiterit penès Notarium, vel tertium, qui nullam exinde sentiant vtilitatem, & quando secùs num.26.*

27 *Cancellatio in testamento facta, præsumitur emanasse in actu testandi.*

29 *Instrumentum si reperitur penès Notarium cancellatum, cancellatio præsumitur facta de tempore conditi instrumenti, antequam perfectionem assumeret.*

30 *Dictio,* ex, *importat causam immediatam, & proximam.*

31 *Dictio,* ex, *aliquando designat causam mediatam, atque remotam.*

32 *Filij quamuis exhærdati, tamen censentur inclusi sub appellatione descendentium facta per nomen collectiuum.*

33 *Secùs quando sequeretur immediata correctio Testatoris.*

34 *Filij exhæredati, ex quibus non dicantur inclusi sub appellatione nominis collectiui,* descēdentium.

35 *Coniecturæ eliduntur ab alys in contrarium adductis*

36 *Coniecturæ reputantur inefficaces pro vocatione ad fideicommissum, quando adest clara Testatoris voluntas in contrarium.*

37 *Correspectiuitas testamentorum eodemmet die, & loco, ac per eumdem Notarium stipulatorum, ex quibus excludatur.*

38 *Testamenta quando sunt inter se correspectiua, quale debet prò interpretatione alterius.*

39 *Proximitas grauati, & non grauantis, regulariter attenditur in fideicommissis.*

40 *Proximitas grauati admittitur solummodo inter vocatos, nec potest suffragari his, qui fuerunt exclusi.*

DECISIO CCLXXXV.

FIDEICOMMISSVM Bernardini de Victorijs per obitum Marci Antonij sine filijs, ad fauorem DD. de Robertis apertum bis Rota declarauerat coram Eminentissimo D. meo Cardinali Otthobono, & ab eo consequenter exclusos DD. de Caraphis, & Caualerijs, licet vltimo defuncto proximiores. Ad quorum proinde instantiam in dubium vtraque reuocata decisio coram me in locum Eminentissimi D. Cardinalis Otthoboni suffecto, robur hodie confirmationis obtinuere.

1 Siquidem † horum desumitur exclusio ex schedula testamenti, inter cæteras scripturas publicas in Protocollo Notarij asseruata, ac specimen præseferente matricis, qua, cum Tèstator post Ioannem Baptistam filium vocasset *proximiorem consanguineum masculum descendentem ex fœminis descendentibus ex dicto Ioan: Baptista, vel filys, nepotibus, & pronepotibus, & descendentibus masculis*, postea verò ex tabulis testamentarijs cancellasset non solum verba, *vel filijs, nepotibus, & pronepotibus, & descendentibus masculis*, sed etiam participium, *descendentibus*, successiuè appositum, post illa verba, *ex fœminis*, eos substituendo, *qui ex dicto Io: Baptista:* Excludere propterea voluisse censetur DD. de Caraphis, & Caualerijs originem trahentes à fœmina mediatè descendentes ex Io: Baptista, ab ipsius videlicet nepote, postquā in præcedenti substitutione inclusi, fuerant exinde deleti, *ad text. in l.1.§.sed consulto, ff.de his quæ in test. del. & not. communiter ibi DD. Card. Mant. de coniect. vlt. vol. lib.12.tit.1.n.30. Cyriac. controu. iur. controu. 244.n.44. Rota coram Seraph. dec.683.n.2. & in Romana Vinea de Fabris 4. Iunij 1603. coram Litta*;

2 Et † admittere voluisse præsumitur solummodo DD. de Robertis descendentes ex Victoria immediata filia Io: Baptistæ, de tempore conditi testamenti degente in humanis, quibus tantummodò substitutionis posterioris verba conueniunt, *ad textum in l. cum pater, §.hæreditatem, ff.delegat.2. Ruin. conf.142.num.17. lib.3. Gabr. consil.85.num.17. & conf.107. num.8. lib.1. cum alijs per Menoch. de præsumpt. lib.4. præsumpt.94. numer.3. Rota decis.627. num.5. parte 2. recent.*

3 Hanc verò scripturam, † testamenti adesse matricem suadent, nedum qualitates ibidem adiectæ dies videlicet, mensis, ac annus, locus conditi testamenti, nomina testium, ac clausula denique Actum, quæ testamento solemni, atque perfecto conueniunt, & fidem eidem propterea congruentem attribuunt, *ex notat. in §.vlt. instit. de testam. & per gloss. in l. generali, C. de Tabular. lib.11. Alex. conf.14. numer.9. lib.6. Specul. in tit. de instrument. vendit. §.breuiter, num.1. Felin. in cap.1. num.2.4. & 7. de fid. instr. Rota decis.22. num.1. & 2. part.4. tom.2. recentior.*

4 Sed etiam desumitur ex ipsius insertione cum cæteris matricibus in libro benè rubricato, & ab ipsomet Notario sub nomine protocolli in fronte subscripto, vt ponderauit *Rota in decis.250. num.3. part.1. diuers. & coram Seraphino decis.902. num.4. & in decis.628. num.2. part.2. & decis.122. num.11. par.4. tom.2. recent. & in Romana censùs 23. Februarij 1615. coram Sanctissimo D. Nostro.*

5 Nec vrget, † alteram quoque scripturam nullis litteris deturpatam, & ab ipsomet Notario rogato de more subscriptam, ibidem fuisse appositam, ac habitam pro matrice, proque tali in alterius cancellatæ concursu, adeoque de fide suspectæ fore assumendam, secundum

dum *Bald.in conf.428.num.1.lib.3.& conf.14.nu.1 lib.4. Ruin.conf.215.num.16.lib.1.* cæterosque deductos per *Farinac. de falsit.quæst.153.num.28. cum seqq.* Perspecto præsertim eiusdem stylo, subscribendi (quoties vtramque inseruit in
6 protocollo) non deletam, sed nitidam, † quam prætereа matricem ostendit subscriptio Donatoris, ex dispositione statuti Vrbis lib.1. cap.149. ad perfectionem actus requisita.

7 Non enim † inde matricis natura destruitur in scriptura cancellata, quæ cæterum om-
8 nia ipsius requisita contineat. † Potuit quippe Notarius scripturas numero plures ex ea in nitidum, iure permittente, conficere, subscribere, ac publicare, *l.vnum, ff.de testam.l.Sempronius Proculus,48. ff.de legat.2.Pareja de vniuers. instit.edict.tit.1.resolut.3.§.3.num.20.& 21.& tit.5*
9 *resolut.1.num.65.* † Quæ tamen debent interpretationem ab ipsa matrice desumere, quoties easdem inter se discrepare contingat, secundum *Bart.in l.Sempronius 47. num.3. ff.de legat.2. Bald.in l.nostram,num.4.C.de testam.& in consil.141 num.1.lib.4. Felin.in cap.quoniam,contra num.10.de*
10 *probat.* † vbi id prætereа concludit de mente Baldi, quamuis plures cancellationes illa contineat, *Rimin. sen.conf.550.num.3.& 4. Bero. conf.1.num.21.lib.2. Paris. consil.28.num.28.lib.2.*
11 Hæ † namque lituræ, sed adnotationes marginales, vtpotè ab ipsomet Notario peractæ, licet ab eodem subscriptæ non destruunt, ad *textum in l.1. ff.de his quæ in test.del. Bald. in rubr. num.52. C.de fid.instr. Alex.in l. si vnus,num.3.circa med. C.de testam. & in conf.59.num.5.versic non obstat,lib.2.* cum alijs deductis *in decis.122.nu.28 par.4.tom.2.& decis.544.num.33.part.4.tom.3.rec. & in Nepesina Tutela 29.Ianuarij 1618. coram bo: me: Card.Fabritio Verospio in §.nō obstat cassatura;*
12 dum † tamen scriptura nitida ab ipsa matrice desumpta fuerit, vel saltem vereri contingat, quænam prioritate temporis, vel naturæ præcesserit, in quibus terminis loquitur Baldus,
13 cæterique contrarium supradeducti. † Subscriptio verò Notarij vim matricis addere nequiuit, subscriptionis necessitate in proposito casu cessante, ex clausula Actum, cæterisque requisitis scripturæ publicæ congruentibus, vt ponderatum fuit in prima decisione Eminentissimi D.Cardinali Otthoboni *in §.non ob-*
14 *stat quod scriptura:* † Neque allegatus Notarij stylus subscribendi tantummodo matrices, vt proinde pro tali non habuerint non subscriptas, concluditur exaduerso, vt necesse foret, dum ipsi innititur, *iuxta gloss.in l.1.in verb.prob. C.quæ sit long.consuet.* & probat *text.in l.non ignorat, C.qui actus,& in l. si verò, §.qui pro rei, ff.qui satisd.cogan.ibique gloss.not.in verb.dubitetur, Rimi nald.conf.307.num.56. Paris.conf.25.num.18.lib.1.*
15 Plures † namque matrices probantur non subscriptæ ex protocollo, præfatum Notarij stylum penitus elidentes, vt not. *DD. in l. de quibus, ff.de legib. Bart. in l. semper in stipulationibus,in fin. ff.de reg.iur. vbi etiam Cagnol.numer.12. Aym.conf.462.num.14.Surd.conf.393.num.24.cum alijs per Schrad. de feud. part.10. sect.20. num.157. Rota coram Greg. decis.162. num.9.* Quinimmo schedulam controuersam Notarij quoque subscriptionem continere, licet tempore vetustate corrosam ostendunt remanentes ibidem aliquę litterarum hastæ, prout ex oculari ipsius inspectione dignoscitur.

16 Fides prætereа scripturæ cancellatæ, neque concutitur, quin pro matrice reputetur, si temporis prioritate præcesserit, ab eaque altera non cancellata extracta fuerit, vt declarat *Alex.in conf.105.num 3. vers.& tanto magis in casu nostro,lib.2. & in conf.156.num.9.lib.4. Bald. conf. 428. num.1.lib.3. in princip. & versic. aut & plus:*
17 Quicquid † enim in ea desideratur, ex altera tunc scriptura suppletur, *Corn.conf.63.in princ. lib.1. & in conf.243.num.17. lib.3. Rota decis,671.*
18 *num.4.part.1.diuers.* In omnem denique casum siue scriptura deturpata lituris, solemnis fuerit, seu non solemnis, nihilominus benè deseruit ad declarandam Testatoris voluntatem, excludendi videlicet comPrehensos in verbis cancellatis, eosue, qui aliàs citrà cancellationem includi possent; Ex actu namque nullo mens quoque Testatoris innotescit, *l.vlt. ff.de reu.eorum, & l.2. C.de confirm.tutor. Card.Mantica de coniect.vltim.volunt.lib.3. tit.20. num.6. Rota in Romana fideicommissi 8. Iunij 1648. coram bo: me:*
19 *Arguelles,* † in terminis testamenti imperfecti, vt ex eo Testatoris voluntas eluceat, *not. Abb. cap.1. num.2. in fin. de success. ab intestat. Iason in l. Dominus, num.2. ff. de condit. indeb. Ruin. consil: 144. num.9. circa medium, versic. certum est etiam, lib.4.*


20 Obstare † nec visa fuit altera obiectio cōtra deturpatam scripturam denuò repetita, vt cancellatio consultò facta non fuerit, nec in actu testandi de ordine Testatoris, sed vel dolo Notarij commissa, vel ad alium finem, euitandæ scilicet superfluitatis, necnon effectus prouenientes ex particula, *Vel,* successiuè deleta: præsertim quia eadem scriptura apud Notarium, non autem penes ipsummet Testatorem fuerit adinuenta, vt pōderauit *Bald. in l.1.in fin. ff. de his quæ in test. del. ibique Castren. num.6. Eugen.conf.33.num.37.lib.2. Card.Mantica*
21 *de coniect.lib.12. tit.1. num.30.* † Et hinc arctati dicantur DD. de Robertis ad iustificandam cancellationem de ordine Testatoris subsequutam, vti suæ fundamentum intentionis, idemmet *Eugen.conf.23.num.21.& 56. lib.2. Pereg.de iur. fisc.lib.2.tit.4. num.16. Argel. de acquir. possess.q.6.num.262.cum seqq.*

22 Siquidem † eorum fauore militat præsumptio, vt consultò eadem litura præcesserit, ac in ipsomet actu testandi, de qua *in l. proximè in fin. ff.de his quæ in test.del.* ibi enim excepto, liberatis fauore, cæteris in casibus decernitur præsumptio cancellationis consultò peractæ, *& not. Bald. in l.nostram,num.6. C.de testam. Alex. conf.14.num.16. lib.6. Corn. conf.118.num.1. post med.lib.4. cum alijs per Mascard.de probat. conclus. 256. numer.1. cum seqq. Rota in adducta Nepesina Tutelæ 29.Ianuarij 1618. in §.1. tunc de mandato,*
23 *coram bo: me: Cardinali Fabritio Verospio,* † Nedum ad euitandam pœnam falsitatis, vt ponderauit *Ruin.in conf.68. num.4. §.nec etiam obstat,*
24 *lib.4.* † Sed etiam vt inde assequi possit voluntas Testatoris, eidem cancellationi conformis,


mis, vt voluit *Alex. in cons. 14. num. 16. lib. 6.* cæterique supra deducti, & in prima decisione huius causæ relati in §. *minus dici potest, & in*
25 *decis. 122. num. 30. par. 4. tom. 2. recent.* † licet scriptura extiterit penes Notarium, vel tertrium, qui tamen nullam inde sentiat vtilitatem, vt notat. *per DD. in cap. ex litteris de fid. instrum. Alex. in l. si vnus, num. 7. circa med. C. de testam. Bald. cons. 305. num. 1. circa med. lib. 4. Mascard. de probat.*
26 *adduct. conclus. 256. num. 11.* † Qui opinionem cōtrariam declarat in casu tantummodo quo ipsis aliquod emolumentum litura deferret, vel quoties cancellatio fieret ex interuallo, quam tamen exaduerso non controuertitur
27 ante cessisse, ac in actu testandi, † prout etiam de iure pręsumitur, *Bald. in l. 1. in fin. ff. de his quæ in test. del. Imol. in l. proximè in fin. ff. eod. tit. Thob.*
28 *Non. cons. 80. num. 8.* † Vnde iisdem DD. de Robertis delatum dici non poterit onus iustificandi mandatum Testatoris, quicquid esset dicendum, si cancellatio ex interuallo probaretur inducta, in quibus terminis loquitur *Eugen. in cons. 24. vt constat ex num. 63. 67. & 78.* & intelligi debet *Pereg. de iur. fisc.* ad euitandā in ipso contrarietatem, aliàs resultantem ex
29 num. 10. † vbi quod si instrumentum cancellatum penes Notarium reperiatur, præsumatur tempore conditi testamenti deletum, antequam perfectionem assumeret, & ita casum vtrumque distinguendo, tenet *Bart. in l. 1. §. sed consultò, ff. de his quæ in testam. del. Alex. consil. 104. num. 9. lib. 7.*

Et hæc eo faciliùs in proposito casu admitti possunt, quò scriptura nitida respondet in substantialibus matricis, lituri dumtaxat exceptis, quæ tanquam num. plures, perperam arbitrio solius Notarij referuntur, à quo, admodum redditur inuerisimile, admissas fuisse absque mandato Testatoris, dum maximè iustificationem prædictæ cancellationes assumunt ex testibus adhibitis super omnibus cōtentis in scriptura, ac proinde rogatis super cancellationibus, quoque respicientibus substantiam testamenti.

Neque vitandæ superfluitati adscribi poterit cancellatio controuersa, siue facta præsumi ad remouendos effectus à dictione, *Vel*, aliàs solitos includi: Cum hoc vltimum Testator faciliùs assequi posset per dictiones prædictæ lituram; Altera verò ratio vitandæ superfluitatis à pluribus similibus verbis remanentibus in reliquo testamenti contextu pe-
30 textu penitus excludatur. † Quinimmò superflua dici nequeunt eadem verba tanquam remouentia dubietatem, quàm aliàs dictio, *Ex*, posset operari; Quippe quæ non solum causam immediatam, & proximam importat *ad textum in l. qui liberis, §. hæc verba, ff. de leg. 1. & in l. eo tempore, §. vlt. vbique communiter DD. ff. de pecul.* cum alijs deductis *à Traquell. in tract. ces-*
31 *sante causa limit. 20. num. 29.* † sed etiam mediatam, atque remotam aliquando designat *l. 1. §. ex incendio, ff. de incend. ruin. naufr. l. si finita, §. deinde, ff. de damn. infect.* vbi inter cæteros *Bartol. in princip. & in l. certi conditio, ff. de reb. cred. vbi Ias. num. 15.* cæterique per eumdemmet *Tiraquell. adduct. in tract. cessante causa limit. 20. num. 30.*
32 Hinc † DD. de Caraphis, & Caualeriis suffragari non poterunt verba illa, *quæ*



deletis superimposita, ac si sub hoc verbo collectiuo censeantur inclusi, iuxta *cons. Roman. 438. n. 6. à Rota approbatum in dec. 235.*
33 *num. 12. par. 6. recent.* † Militat enim præsumptio contraria, ne Testator se statim corrigere voluerit, ac sub generalibus verbis admittere in tabulis testamentarijs pauló ante deletos, *l. doli clausula, ff. de verb. obligat. not. Bart. in l. cum propter num. 1. ff. de leg. 1. præst. & in l. si quis priore num. 3. ff. ad Trebell. Rota coram Mohed. decis. 23. num. 2. & 7. de præben.* ex qua ratione inuerisimili suam quoque conclusionem corroborat idemmet *Romanus cons. 438. num. 6. vers. quod an-*
34 *tem sit verisimile.* † Et hæc sanè præsumptio confirmatur potissimè ex cancellatione verborum, descendentiam absolutam ex fœminis Ioannis Baptistæ importantium; ipse namque Testator, non solum verba deleuit, *Vel filijs, nepotibus, pronepotibus, & descendintibus masculis*, quæ in institutione hæredis cancellata non leguntur, sed etiam participium, *descendentibus*, in toto testamenti contextu semper adhibitum, quoties vocatio in infinitum ab eodem spectata fuit, prout etiam corroboratur eadem præsumptio ex adiectione verbi,



admodum dubij, ac sui natura perapti varios intellectus assumere; Ex quibus arguitur interpretatio vocationis exclusiua per ante cedentem cancellationē inducta, *arg. text. in l. nam ad ea, ff. de condit. & demonst.* idemmet *Romanus consil. 438. num. 6. & 7. Ruin. cons. 197. num. 8. vol. 2. Paris. cons. 22. num. 31. lib. 3. Curt. sen. cons. 40. num. 13. Menoch. cons. 97. nu. 101 cæterique per Gabriel adduct. cons. 132. num. 41. & seqq. lib. 2.*
35 Eisdem † proinde opitulari non poterunt coniecturæ, ex quibus propriam vocationem deducere conantur; Cum à contrarijs exaduersò deductis elisæ non releuetur, *cap. in præ-*
36 *sentia de probat. vbi communiter DD.* † Vel saltem in hac clara Testatoris voluntate ex cancellatione pręfata resultāte reputētur inefficaces, ad *textum in l. continuus, ff. de verb. oblig. & in l. fin. §. sin autem as, C. de bon. qualibet, Bertrand. cons. 268. num. 6. vol. 2. Surd. de alim. tit. 4. quest. 9. num. 28. Rota coram Gregor. decis. 157. num. 12. & coram Buratto decis. 73. num. 9. & in decis. 754. n. 3 part. 2. recent.*
37 Et ita † nullius ponderis visa fuit deducta ex Testamento Camillæ vxoris Bernardini per eumdemmet Notarium stipulato eodemmet loco, & die. Licet enim ibi vocentur expressè descendentes ex nepotibus, ac pronepotibus Ioannis Baptistæ, neque successiuè fuerint ex eodem testamento deleti, non tamen arguunt voluntatem Bernardini conformem, eosdem includendi in fideicommisso à se instituto; Vel quia vnum testamentum non venit ad determinationem alterius, quinimmò apertam vtrumque in substantialibus verbis

bis continet diuersitatem, ac causam respicit omninò diuersam; Illud enim vxoris substitutionem Petri Leonis non includitur appositam in altero Bernardini viri, à quo præterea excluduntur Ecclesiastici, ab vxore in fideicommisso vocati, ac proinde censeri non poterunt, vt exaduersò prætenditur correspectiua, vt dixit *Rota coram Put. decis.167. num.2. & 5. & decis.469. num.2. lib.2. & coram Gregorio decis.492.num.13. & decis.413.num.4.par.1.recent.*

38 Vel † quia, quatenus possent correspectiua præsumi, potius testamentum Bernardini cũ interuentu celeberrimi Iuris Consulti dispositum, ac ordinatum, ac patrimonium pinguius includens, deseruire debet pro interpretatione alterius testamenti vxoris, de florenis tantummodo mille sexcentis disponentis, ac interuentu I.C. destituti.

39 Prout † etiam cessare quoque ponderata proximitas grauati fauore DD. de Caraphis, quæ regulariter in fideicommissis attenditur, 40 non autem grauantis; † Illa namque inter vocatos solummodo admittitur, adeoque ipsis per cancellationem exclusis non poterit suffragari, vt pluribus comprobat *Fusar. de subst.q.484.nu.64. Rota decis.72.nu.4. par.1.recent.*

Et ita respectu DD. de Caraphis, & Caualerijs DD. persstiterunt in decisis, vtraque &c.

Idest sub dieb. 26.Martij 1651.& 19. Ian.1652. inter impress.eiusdẽ Em.Card.Otthoboni sunt decis. 506. & 507. infra in ead. causa habetur altera decis. sub die 13. Ianuarij 1653. coram eod. bon.mem. Verospio est decis. 299.

R. P. D. ZARATE.

Vrbinateñ Salarij.

Mercurii 26. Iunii 1652.

ARGVMENTVM.

Salarium deberi per totum tempus conuentum quamuis Minister toto tempore seruitium non prestiterit, quando per ipsum non stetit, quominus prestiterit in presenti decisione constanter firmatur; idque ampliatur procedere etiamsi ex facto Principis huiusmodi conuentum seruitium à Ministro prestari non potuerit, & in contrarium adductis non minus plenè, quàm eruditè respondetur.

SVMMARIVM.

1 *Validitas mandati resultat ex reuolutione actorum.*
2 *Instrumentum facit fidem probatam.*
3 *Instrumentum habens pro se, habet casum legis.*
4 *Salarii promissio, intelligitur conditionalis quatenus seruitium, & opera prestentur.*
5 *Propter Seruitium datur beneficium.*
6 *Salarium quando debeatur per totum tempus conuentum, quamuis toto tempore conuento non fuerit prestitum seruitium.*
7 *Minister tenetur operas prestare in loco conuento, & non alibi.*
8 *Procurator, vel Aduocatus, qui in vno loco defensionem susceperunt, in alio munus suum an exercere cogantur.*
9 *Medicus, qui in vno loco curam suscepit an & quando alio accedere teneatur.*
10 *Custos, qui custodiam castri suscepit, quando fuit dirutum, & in loco vicino reædificatum tenetur ibi custodiam exercere.*
11 *Libertus propter beneficium manumissionis Domino operas prestare tenetur nullo designato loco, & quando alio discedit sumptibus Patroni id effici debet.*
12 *Libertus non tenetur sequi patronum vagantem.*
13 *Salarium alicui promittens pro exercitio Gabellæ in certo loco, si alibi Gabella de mandato Principis exerceri contingat, an contractus censetur resolutus, & quare.*
14 *Contra, quod appaltator tenetur ad superiorem recurrere pro remouendo impedimento, & pro reuocatione ordinis, aliàs non meretur excusationem.*
15 *Et quid si mandatum Principis fuerit iustum, & ei omninò parendum veniret? puta, quia extaret consuetudo.*
16 *Appaltator Gabellæ, qui tenetur ad eam exercendam in certo loco, & tamen salarium promisit Ministro pro illius exercitio in diuerso loco, an teneatur promissionem adimplere si Minister de hoc notitiam habuerit.*
17 *Promissio quando fuit stipulata per verba ampla, futuri euentus excusatio admitti non debet.*
18 *Conditio censeri non debet adiectio ex natura actus proueniens.*
19 *Loci conuenti mutatio, in quo quis seruitium prestare debebat, efficit vt maius interesse prestari debeat.*
20 *Oblatio Verbalis Ministri ad adimplenda mandata Domini, quando sufficiat ad hoc, vt minister suum salarium consequi possit.*
21 *Oblatio verbalis Ministri de exercendo ministerio conuento sufficit ad effectum consequendi salarium, quando Dominus siuè tacite, siuè expresse operas recipere recusauit.*

DECISIO CCLXXXVI.

CONDVXERAT Diomedes Peribertus ad nouennium Thesaurariam Vrbini à R. C. Apostolica, cuius Administrationi præposuit Malatestam Leonellum, conuentione facta, & constituta mercede in scutis 400. annuis ad dictum tempus, ea lege, quod in Foro Sempronij exerceretur. Sed cum iussum esset à R.P.D. Thesaurario Generali, quod Domus Thesaurariæ Pisauri aperiretur, protestatio Malatestæ facta fuit per Diomedem, vt ad eã exercendam Pisarum accederet; iste autem non teneri alibi, quam in loco conuento respondit. Sed nihilominus paratum esse, aucta mercede, quatenùs alibi sua interesset administrare, remittendo taxationem Iudicis arbitrio, quod etiam coram eo protestatus fuit, & de facto Pisaurum accessit. Verum postmodum dictus Diomedes, vti se nolle opera Malatestæ declarauit. Vndè aduersus hæredes pro salario conuento egit Leonellus, & pro eius solutione ab A.C. mandatum fuit relaxatum. Quare appellationis causa ad Rotam deuoluta, disputatum fuit Dub. An Mandatum A.C. sit exequendum, & pro eius exe-

cu-

cutione Domini responderunt.
1 Constat † enim de validitate Mandati ex re-
solutione actorum iuxtà frequenter allegatā
Caputaq. decis. 260. part. 2. quam sequuta fuit,
*Rota decis. 445. num. 1. decis. 589. num. 1. par. 1. & de-
cis. 233. num. 6. par. 7. recen. & alibi passim.*
Iustitia verò depræhenditur ex Instrumen-
to publico obligationis, in quo Diomedes Pa-
ter Nicolai, & aliorum de Peribertis promi-
sit soluere Leonello durante tempore Thesau-
rariæ scut. 400. monetæ illarum partium pro
sua mercede, occasione superintendentiæ per
ipsum susceptæ, vt in Summario Malatestæ
2 num. 2. † quod instrumentum facit fidem pro-
batam *l. quoties in fine C. de ind. l. cum precibus C.
de probat. l. emancipatione C. de fid. instr. Rota penes
Caputaq. decis. 421. num. 1. par. 2. decis. 294. num. 1.
par. 1. recent. Romana Salniani 12. Ianuarij 1646. §.
hypotheca coram bon. me. Arguelles, quæ est dec. 108.
num. 2. apud Merlin. de pignor.* † Et qui habet in-
3 strumentum pro se, habet casum legis, *Pares-
sa de vniuers. instr. edict. tit. 1. resol. 3. §. 2. num. 4. Ro-
ta in Romana census 14. Decembris 1648. §. credi-
tum in fine coram bo. me. Arguelles.*
4 Nec refert, † quod talis obligatio videatur
correspectiua ad operas, quas Malatesta præ-
stare tenebatur in superintendentia Thesaura-
riæ. Vndè cum ipse pro toto tempore con-
uento operas non præstiterit, salarium non
censetur mereri nisi pro rata tantum seruitij,
cum in promissione salarij conditio subintel-
ligatur, dummodo operæ præstentur ex tra-
ditis per *Bolognett. in l. diem functo nu. 21. ff. de off.
asses. Surd. cons. 42. num. 7. Grat. discept. for. cap. 692.
num. 37. Negueroll. alleg. 2. num. 7.* † quia propter
5 seruitium datur etiam beneficium *cap. fin. de
rescript. in 6. Mastrill. de Magistr. lib. 1. cap. 22. n. 36.
Azeued. in leg. 6. tit. 5. lib. 3. recompilat. num. 1. & seq.*
vbi dicit per *text. ibi, quod Prætoribus dantur emo-
lumenta ratione exercitij pro tempore, quo officium
exercent Negueroll. vbi proximè.*
6 Nam fuit responsum † per totum nouenniū
salarium conuentum deberi, quamuis toto
tempore Malatesta operas non pręstiterit, quia
cum ipse paratus fuerit præstare, nec per eum
steterit, quominus præstiterit vtiquè integrā
mercedem consequi debet, vt est expræssius
*text. in l. qui operas 41. ff. locati, ibi, Qui operas
suas locauit totius temporis mercedem accipere debet,
si per eum non stetit, quominus operas præstaret:* &
comprobatur ex *lege sed addes 21. §. cum quidam,
& gloss. in l. si vno §. item cum quidam verbo perso-
nis ff. eod. tit. Barth. in l. 1. §. Diuus num. 1. in fine ff.
de var. & extr. cogn. Natt. cons. 452. nu. 2. Dec. cons.
70. num. 1. in fine Aldobr. cons. 8. num. 15. lib. 2. No-
gueroll. alleg. 33. num. 64. & 65. Rota coram Buratt.
decis. 5. num. 13. & decis. 79. num. 9. decis. 839. part. 4.
[illegible]uers. in recent. decis. 330. num. 3. par. 1. & dec. 265.
num. [illegible] 2. par. 2. in terminis coram Caual. decis. 520. per
tot ex a[illegible]llegatis per Vrsell. concl. 60. num. 22. & 23.*
Non en[illegible]n per Malatestam stetit, quomi-
nus operas præ[illegible]taret, licet per R. P. D. Thesau-
rarium Generalem [illegible] Thesauraria Pisauri iussa
7 fuit aperiri; † Siquiden[illegible] ipse Malatesta non
tenebatur operas præstare, [illegible] ex conuentione
alibi, quam in foro Sempron[illegible], cum pro eo
loco fuerat conductus, nec ad alium accedere
debebat *l. 1. & ibi Barth. l. is qui ff. de eo quod cer-
to loco ff. de fideiussor. & confirmatur ex text. in l. sed
& hæ §. non solum ff. de procur. & in l. Sancimus 6.
8 C. de Aduoc. diuers. iud.* † vbi Procurator, vel
Aduocatus, qui in vno loco defensionem su-
sceperunt, in alio munus suum exercere non
coguntur, sequitur *gloss. in d. §. non solum verbo
Tribunalia*, vbi etiam *Bald. num. 6. & Alberic.
num. 10.* qui pluribus relatis de communi te-
statur, tradit *Vinc. Carocc. de locat. & conduct.
9 part. 5. tit. de oblig. quast. 5. num. 6.* † qui idem de
medico refert, & quamuis num. 8. contrariū
sequi videatur ex doctrina *Alberic. in l. si vsus-
fructus Ciuitati ff. quibus mod. vsufr. amitt.* intelli-
gendus est in casu singulari, de quo apud Al-
beric, secundum decis. d. legis si vsusfructus,
scilicèt quod ex causa teneatur Medicus, &
10 Aduocatus alio accedere, † sicut, & Custos,
qui custodiam castri suscepit, quando fuit di-
tum, & in loco vicino reædeficatum, vt etiam
debet intelligi *text. in l. quod nisi 20. cum l. operæ
11 seq. ff. de oper. libert.* † vbi Libertus Roma in
Prouinciam, & ex prouincia Romam ad præ-
standas operas patrono accedere debet. Siqui-
dem speciale est in liberto, qui propter bene-
ficium manumissionis operas pręstare tenetur
toto tit. ff. de oper. libert. & eius obligatio indi-
12 stinctè procedit nullo designato loco, † & ta-
men quando alio discedit, sumptibus patro-
ni id effici debet, nec tamen tenetur Libertus
sequi patronum vagantem, *vt in d. l. quod nisi;
vbi etiam glos. in d. l. sed, & hæ §. non solum, vbi
etiam Alberic.*
13 Vndè † excusari non potest Peribertus, qui
promisit Thesaurariæ exercitium in Ciuitate
Foro sempronij, quamuis de mandato R. P. D
Thesaurarij alibi fuisset translata, ex eo quod
mandatum Principis excusationem præstet,
& tanquam casus fortuitus reputetur iuxtà
tradita per *Crauett. cons. 233. n. 2. Menoch. cons. 504.
num. 50. Rota coram sanct. mem. Greg. XV. decis. 371.
num. 3.* Ex quo contractus censetur resolutus
*Bart. in l. cum in plures 60. ff. locat. Menoch. de ar-
14 bitr. lib. 2. cent. 5. cas. 440. per tot* † Nam fuit re-
sponsum, quod Peribertus tenebatur ad supe-
riorem recurrere pro remouendo impedimē-
to, & pro reuocatione ordinis; Vndè cum
per eum nulla fuisset adhibita diligentia, vti-
què ipse nullam excusationem meretur, ex
traditis per *Alex. cons. 49. n. 5. lib. 2. Natt. cons. 258.
num. 6. Rota coram Verall. decis. 72. nu. 5. & 6. par. 2
apud sanct. memor. Gregor. XV. decis. 501. num. 1. &
in recent. decis. 18. num. 10. par. 8. & coram Buratt.
decis. 110. num. 4.*
15 Nec valet replicatio, † quod stante consue-
tudine exercendi Thesaurariam in Ciuitate
Pisauri, iuncta conuentione expressa in Capi-
tulis Appaltus, quod in dicta Ciuitate Peri-
bertus haberet Domum, & Cameram ad eam
exercendam, mandatum R. P. D. Thesaurarij
fuerit iustum, & omninò parendum *iuxta tex.
in cap. si quando de rescript. cap. ad aures de temp. or-
din. tradit Lancell. Gall. cons. 23. num. 15. & 18.* di-
cens, locatorem excusari, quando dubium
An præceptum Superioris sit iustum necne.
Quoniam

16 Quoniam huic obiectioni dupliciter satisfit. Primo, quod in dictis Capitulis Appaltus nullatenùs continetur obligatio præcisa exercendi Thesaurarium Pisauri, sed solum conceditur, quod Peribertus possit habere Domum ad Cameram spectantem, vt patet ex Summario Periberti num. 5. quamuis in Epistola R. P. D. Thesaurarij dicatur contineri in prædictis Capitulis. Secundo, quod cum Peribertus ex dictis Capitulis præsumere posset teneri ad exercendam Thesaurariam Pisauri, & nihilominus se obligauit ad eam exercendam in foro Sempronii debet sibi imputare, si sciens se teneri Pisauri exercere, alibi promisit, quamuis etiam Leonellus sciret obligationem esse exercendi Pisauri, vt eleganter probatur ex *decis. text. in l. apud Celsum §. item Labeo, ff. de doli mali, & metus except. cui consonant l. si tamen §. in ædilitys, ff. de ædil. edict. l. si fundum C. de euict. l. si fratres in fine C. comm. vtriusque iud.* & comprobatur *ex decis. Surd. 194. nu. 1. Barbos. axiom. 126. num. 1.*

17 Idcircò † futuri euentus excusatio admitti non debet, quia inter Peribertum, & Malatestam promissa fuit obseruantia, & adimplementum omnium contentorum in Instrumento inter eos celebrato, non obstante quouis prætextu, & non obstante quauis causa, tam expressa, quam exprimenda, & tam cogitata quam incogitata, vt in Summ. Malatestæ num. 2. Quæ verba comprehendunt omnem, & quemcunque casum, & nullam restrictionem patiuntur *Anton. Gomez. to. 2. var. cap. 3. nu. 19. Pinel. in l. 2. C. de rescin. vendit. par. 1. cap. 5. num. 26. Castill. quotid. quæst. cap. 3. num. 48. cum seqq. relati à Barbosa claus. 133. num. 11. Aym. cons. 308. num. 6. vers. quinto considero, & cons. 309. numero 4. Rota in Romana de Mazzarostis 22. Aprilis 1626. coram Manzanedo.*

Et cessat omnis difficultas ex eo, quod quãuis Malatesta teneretur operas præstare Pisauri stante dicto præcepto R. P. D. Thesaurarij non stetit per eum quominus ibi super intendentiam exerceret, nam interpellatus à Periberto obtulit se paratum Pisaurum accedere, refuso tamen interesse, quod pateretur ob discessum à foro Sempronij, reseruata taxatione Iudicis arbitrio, vt patet ex eius Summario num. 5. quod etiam confirmauit alijs protestationibus postea interpositis dicto Summario num. 6. & 7. quæ oblatio conditionalis dici non potest ex eo, quod taxationem interesse remiserit Malatesta Iudicis arbitrio:

18 Siquidem illa † adiectio tanquam ex natura actus proueniens conditio censeri non debet. *Neguſ. de pign. par. 2. membr. 3. partis primæ principalis num. 11. Pacif. de salu. inspect. 5. cap. vnico n. 32 Rota in impress. post eundem decis. 267. num. 7. in Assisien. fructuum 27. Martij 1613. coram Manzanedo & in Perusina bonorum 5. Maij 1617. coram eodem*

19 Quin † imò ipse Diomedes ex mutatione loci conuenti interesse præstare tenebatur ex traditis *per DD. in l. qui Romæ, ff. de verb. oblig. vbi Barth. num. 5. Castr. num. 3. Alex. num. 5. Ias. num. 14. & 16.* Quod quidem de iure procedit, *§. si quis agens instit. de act. l. 3. §. fin. ff. de eo quod certo loco, cum adductis per Henrig. de fideiuss. cap. 23. n. 3. & seqq.*

20 Nec † oblationis effectus potest euitari ex eo, quod verbalis dicatur: Nam respondetur nihil amplius præstare potuisse Malatestam, quàm se promptum, & paratum ostendere ad adimplenda mandata Periberti, cum litis illius ministerium expectaret ordinem Præponentis *l. cum patronus 22. in princ. l. quoties 24. ff. de oper. libert. l. interdum 73. in fine, ff. de verb. oblig. Rota decis. 839. par. 4. diuers. num. 2.* Quare dum nihil mandabat Peribertus, sufficiens erat oblatio exercendi conuenti ministerij iuxta *decis. Martin. Andr. 43. num. 1.* Vltrà quod nec verbalis tantum videtur oblatio; Siquidem Malatesta ad plures deuenit citationes, & protestationes factas in loco, vbi ministerium erat

21 præstandum, accedendo etiam Pisaurum. Et quod magis est Peribertus apertè recusauit operas recipere, dicens se nolle ministerio Malatestæ vti, vt in eius Summario numer. 4. ex qua recusatione siue tacita, siue expressa, etiam verbalis oblatio sufficeret, ex traditis per *Bald. in l. 1. in fine C. ne liceat tertio prouoc. Boer. dec. 124. num. 25. & seqq. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 105. num. 61. & seqq. Rota coram Card. Seraph. decis. 715 num. 2. Buratt. decis. 517. num. 3.*

Atque ita pro executione mandati vtraque parte audita &c.

D. P. BICHIO.

Nouarien. Pecuniaria.

Mercurij 26. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Promissio Exigibilitatis cum pacto de retrocedendo nomen cessum, si de ea constat ad retrocessionem deueniri debet, cum autem pluribus modis inexigibilitas probetur quomodò illa dicatur in hoc casu verificata ex sequenti summario colligito.

SVMMARIVM.

1 *Retrocessio promissa in casum inexigibilitatis, ea probata vtique seruari debet.*
2 *Sententia cedenti intimata, qui in ea non comparuit, nec appellauit contra ipsum eiusque hæredes plene probat.*
3 *Cedenti imputari debet, si Cessionarium non defendit.*
4 *Filius cum patre obligatus est excutiendus.*
5 *Excussionem ad euitandam non sufficit Inibitio debitoris, sed necessariæ sunt diligentiæ pro renocatione, aut moderatione Inhibitionis.*
6 *Filius nõ præsumitur aliud habere quam bona patris.*
7 *Bona intricata non sunt excutienda cum habeantur ac si non adessent.*
8 *Credita excuti debent.*
9 *Regressus promissus in casum inexigibilitatis datur pro concurrenti quantitate.*
10 *Excussionis necessitas non requiritur in notorijs.*
11 *Inexigibilitas probatur per interpellationem factam ad*

cutione Domini responderunt.

1 Constat † enim de validitate Mandati ex resolutione actorum iuxtà frequenter allegata: *Caputaq. decis. 260. part. 2.* quam sequuta fuit, *Rota decis. 445. num. 1. decis. 589. num. 1. par. 1. & decis. 233. num. 6. par. 7. recen. & alibi passim.*

Iustitia verò deprehenditur ex Instrumento publico obligationis, in quo Diomedes Pater Nicolai, & aliorum de Peribertis promisit soluere Leonello durante tempore Thesaurariæ scut. 400. monetæ illarum partium pro sua mercede, occasione superintendentiæ per ipsum susceptæ, vt in Summario Malatestæ num. 2. †quod instrumentum facit fidem probatam *l. quoties in fine C. de iud. l. cum precibus C. de probat. l. emancipatione C. de fid. instr. Rota penès Caputaq. decis. 421. num. 1. par. 2. decis. 294. num. 1. par. 1. recent. Romana Saluiani 12. Ianuarij 1646. §. hypotheca coram bon. me. Arguelles, quæ est dec. 108. num. 2. apud Merlin. de pignor.*† Et qui habet instrumentum pro se, habet casum legis, *Paresa de vniuers. instr. edict. tit. 1. resol. 3. §. 2. num. 4. Rota in Romana census 14. Decembris 1648. §. creditum in fine coram bo. me. Arguelles.*

(margin numbers 2 and 3 stand beside "num. 2. †quod instrumentum" and "num. 2. apud Merlin.")

4 Nec refert, † quod talis obligatio videatur correspectiua ad operas, quas Malatesta præstare tenebatur in superintendentia Thesaurariæ. Vndè cum ipse pro toto tempore conuento operas non præstiterit, salarium non censetur mereri nisi pro rata tantum seruitij, cum in promissione salarij conditio subintelligatur, dummodo operæ præstentur ex traditis per *Bolognett. in l. diem functo nu. 21. ff. de off. assess. Surd. cons. 42. num. 7. Grat. discept. for. cap. 692. num. 37. Nogueroll. alleg. 8. num. 7.* † quia propter seruitium datur etiam beneficium *cap. fin. de rescript. in 6. Mastrill. de Magistr. lib. 1. cap. 22. n. 36 Azeued. in leg. 6. tit. 5. lib. 3. recompilat. num. 1. & seq.* vbi dicit per text. ibi, *quod Præteribus dantur emolumenta ratione exercitij pro tempore, quo officium exercent Nogueroll. vbi proximè.*

(margin number 5 stands beside "num. 37. Nogueroll.")

6 Nam fuit responsum † per totum nouenniũ salarium conuentum deberi, quamuis toto tempore Malatesta operas non præstiterit, quia cum ipse paratus fuerit præstare, nec per eum steterit, quominus præstiterit vtiquè integrã mercedem consequi debet, vt est expressus *text. in l. qui operas 41. ff. locati*, ibi, *Qui operas suas locauit totius temporis mercedem accipere debet, si per eum non stetit, quominus operas præstaret*: & comprobatur ex *lege sed addes 21. §. cum quidam, & gloss. in l. si vno §. item cum quidam verbo personis ff. eod. tit. Barth. in l. 1. §. Diuus num. 1. in fine ff. de var. & extr. cogn. Natt. cons. 452. nu. 2. Dec. cons. 70. num. 1. in fine Aldobr. cons. 8. num. 15. lib. 2. Nogueroll. alleg. 33. num. 64. & 65. Rota coram Buratt. decis. 5. num. 13. & decis. 79. num. 9. decis. 839. part. 4. [illegible]uers. in recent. decis. 330. num. 3. par. 1. & dec. 265. num. [illegible]. par. 2. in terminis coram Caual. decis. 520. per tot ex a[illegible]llegatis per Vrsell. concl. 60. num. 22. & 23.*

Non eni[illegible]n per Malatestam stetit, quominus operas præ[illegible]taret, licet per R. P. D. Thesaurarium Generalem [illegible] Thesauraria Pisauri iussa fuit aperiri; † Siquiden[illegible] ipse Malatesta non tenebatur operas præstare, [illegible] ex conuentione alibi, quam in foro Sempron[illegible], cum pro eo

(margin number 7 stands beside "fuit aperiri;")

loco fuerat conductus, nec ad alium accedere debebat *l. 1. & ibi Barth. l. is qui ff. de eo quod certo loco ff. de fideiussor. & confirmatur ex text. in l. sed & hæ §. non solum ff. de procur. & in l. Sancimus 6. C. de Aduoc. diuers. ind.* † vbi Procurator, vel Aduocatus, qui in vno loco defensionem susceperunt, in alio munus suum exercere non coguntur, sequitur *gloss. in d. §. non solum verbo Tribunalia*, vbi etiam *Bald. num. 6. & Alberic. num. 10.* qui pluribus relatis de communi testatur, tradit *Vinc. Carocc. de locat. & conduct. part. 5. tit. de oblig. quæst. 5. num. 6.* † qui idem de medico refert, & quamuis num. 8. contrariũ sequi videatur ex doctrina *Alberic. in l. si vsusfructus Ciuitati ff. quibus mod. vsufr. amitt.* intelligendus est in casu singulari, de quo apud Alberic, secundum decis. d. legis si vsusfructus, scilicèt quod ex causa teneatur Medicus, & Aduocatus alio accedere, † sicut, & Custos, qui custodiam castri suscepit, quando fuit dirutum, & in loco vicino reædificatum, vt etiam debet intelligi *text. in l. quod nisi 20. cum l. operæ seq. ff. de oper. libert.* † vbi Libertus Roma in Prouinciam, & ex prouincia Romam ad præstandas operas patrono accedere debet. Siquidem speciale est in liberto, qui propter beneficium manumissionis operas prestare tenetur *toto tit. ff. de oper. libert.* & eius obligatio indistinctè procedit nullo designato loco, † & tamen quando alio discedit, sumptibus patroni id effici debet, nec tamen tenetur Libertus sequi patronum vagantem, *vt in d. l. quod nisi, vbi etiam glos. in d. l. sed, & hæ §. non solum, vbi etiam Alberic.*

(margin numbers: 8 beside "C. de Aduoc. diuers. ind."; 9 beside "part. 5. tit. de oblig."; 10 beside "Aduocatus alio accedere"; 11 beside "seq. ff. de oper. libert."; 12 beside "stinctè procedit")

13 Vndè † excusari non potest Peribertus, qui promisit Thesaurariæ exercitium in Ciuitate Foro sempronij, quamuis de mandato R. P. D Thesaurarij alibi fuisset translata, ex eo quod mandatum Principis excusationem præstet, & tanquam casus fortuitus reputetur iuxtà tradita per *Crauett. cons. 233. n. 2. Menoch. cons. 504. num. 50. Rota coram sanct. mem. Greg. XV. decis. 371. num. 3.* Ex quo contractus censetur resolutus *Bart. in l. cum in plures 60. ff. locat. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 5. cas. 440. per tot* † Nam fuit responsum, quod Peribertus tenebatur ad superiorem recurrere pro remouendo impedimẽto, & pro reuocatione ordinis; Vndè cum per eum nulla fuisset adhibita diligentia, vtiquè ipse nullam excusationem meretur, ex traditis per *Alex. cons. 49. n. 5. lib. 2. Natt. cons. 258. num. 6. Rota coram Verall. decis. 72. nu. 5. & 6. par. 2 apud sanct. memor. Gregor. XV. decis. 501. num. 1. & in recent. decis. 18. num. 10. par. 8. & coram Buratt. decis. 110. num. 4.*

(margin number 14 stands beside "bitr. lib. 2. cent. 5.")

15 Nec valet replicatio, † quod stante consuetudine exercendi Thesaurariam in Ciuitate Pisauri, iuncta conuentione expressa in Capitulis Appaltus, quod in dicta Ciuitate Peribertus haberet Domum, & Cameram ad eam exercendam, mandatum R. P. D. Thesaurarij fuerit iustum, & omninò parendum *iuxta tex. in cap. si quando de rescript. cap. ad aures de temp. ordin. tradit Lancell. Gall. cons. 23. num. 15. & 18.* dicens, locatorem excusari, quando dubium An præceptum Superioris sit iustum necne.

Quoniam

16 Quoniam huic obiectioni dupliciter satisfit. Primo, quod in dictis Capitulis Appaltus nullatenùs continetur obligatio præcisa exercendi Thesaurarium Pisauri, sed solum conceditur, quod Peribertus possit habere Domum ad Cameram spectantem, vt patet ex Summario Periberti num: 5: quamuis in Epistola R.P.D. Thesaurarij dicatur contineri in prædictis Capitulis. Secundo, quod cum Peribertus ex dictis Capitulis præsumere posset teneri ad exercendam Thesaurariam Pisauri, & nihilominus se obligauit ad eam exercendam in foro Sempronii debet sibi imputare, si sciens se teneri Pisauri exercere, alibi promisit, quamuis etiam Leonellus sciret obligationem esse exercendi Pisauri, vt eleganter probatur *ex decis. text. in l. apud Celsum §. item labeo, ff. de doli mali, & metus except. cui consonant l. si tamen §, in adilitys, ff. de adil. adict. l. si fundum C. de euict. l. si fratres in fine C. comm. vtriusque iud.* & comprobatur *ex decis. Surd. 194. nu. 1. Barbos. axiom. 126. num. 1.*

17 Idcircò † futuri euentus excusatio admitti non debet, quia inter Peribertum, & Malatestam promissa fuit obseruantia, & adimplementum omnium contentorum in Instrumento inter eos celebrato, non obstante quouis prætextu, & non obstante quauis causa, tam expressa, quam exprimenda, & tam cogitata quam incogitata, vt in Summ. Malatestæ num. 2. Quæ verba comprehendunt omnem, & quemcunque casum, & nullam restrictionem patiuntur *Anton. Gomez. to. 2. var. cap. 3. nu. 19. Pinel. in l. 2. C. de rescin. vendit. par. 1. cap. 5. num. 26. Castill. quotid. quæst. cap. 3. num. 48. cum seqq. relati à Barbosa claus. 133. num. 11. Aym. cons. 308. num. 6. vers. quinto considero, & cons. 309. numero 4. Rota in Romana de Mazzarostis 22. Aprilis 1626. coram Manzanedo.*

Et cessat omnis difficultas ex eo, quod quãuis Malatesta teneretur operas præstare Pisauri stante dicto præcepto R. P. D. Thesaurarij non stetit per eum quominus ibi super intendentiam exerceret, nam interpellatus à Periberto obtulit se paratum Pisaurum accedere, refuso tamen interesse, quod pateretur ob discessum à foro Sempronij, reseruata taxatione Iudicis arbitrio, vt patet ex eius Summario num. 5. quod etiam confirmauit alijs protestationibus postea interpositis dicto Summario num. 6. & 7. quæ oblatio conditionalis dici non potest ex eo, quod taxationem interesse remiserit Malatesta Iudicis arbitrio:

18 Siquidem illa † adiectio tanquam ex natura actus proueniens conditio censeri non debet. *Neguf. de pign. par. 2. membr. 3. partis primæ principalis num. 11. Pacif. de salu. inspect. 5. cap. vnico n. 32 Rota in impress. post eundem decis. 267. num. 7. in Assisien. fructuum 27. Martij 1613. coram Manzanedo & in Perusina bonorum 5. Maij 1617. coram eodem*

19 Quin † imò ipse Diomedes ex mutatione loci conuenti interesse præstare tenebatur ex traditis per *DD. in l. qui Romæ, ff. de verb. oblig. vbi Barth. num. 5. Castr. num. 3. Alex. num. 5. Ias. num. 14. & 16.* Quod quidem de iure procedit, *§. si quis agens instit. de act. l. 3. §. fin. ff. de eo quod certo loco, cum adductis per Henriq. de fideiuss. cap. 23. n. 3. & seqq.*

20 Nec † oblationis effectus potest euitari ex eo, quod verbalis dicatur: Nam respondetur nihil amplius præstare potuisse Malatestam, quàm se promptum, & paratum ostendere ad adimplenda mandata Periberti, cum litis illius ministerium expectaret ordinem Præponentis *l. cum patronus 22. in princ. l. quoties 24. ff. de oper. libert. l. interdum 73. in fine, ff. de verb. oblig. Rota decis. 839. par. 4. diuers. num. 2.* Quare dum nihil mandabat Peribertus, sufficiens erat oblatio exercendi conuenti ministerij iuxta *decis. Martin. Andr. 43. num. 1.* Vltrà quod nec verbalis tantum videtur oblatio; Siquidem Malatesta ad plures deuenit citationes, & protestationes factas in loco, vbi ministerium erat

21 præstandum, accedendo etiam Pisaurum. Et quod magis est, Peribertus apertè recusauit operas recipere, dicens se nolle ministerio Malatestæ vti, vt in eius Summario numer. 4. ex qua recusatione siue tacita, siue expressa, etiam verbalis oblatio sufficeret, ex traditis per *Bald. in l. 1. in fine C. ne liceat tertio pronoc. Boer. dec. 124. num. 25. & seqq. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 105. num. 61. & seqq. Rota coram Card. Seraph. decis. 715 num. 2. Buratt. decis. 517. num. 3.*

Atque ita pro executione mandati vtraque parte audita &c.

D. P. BICHIO.

Nouarien. Pecuniaria.

Mercury 26. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Promissio Exigibilitatis cum pacto de retrocedendo nomen cessum, si de ea constat ad retrocessionem deueniri debet, cum autem pluribus modis inexigibilitas probetur quomodò illa dicatur in hoc casu verificata ex sequenti summario colligito.

SVMMARIVM.

1 *Retrocessio promissa in casum inexigibilitatis, ea probata vtique seruari debet.*
2 *Sententia cedenti intimata, qui in ea non comparuit, nec appellauit contra ipsum eiusque hæredes plene probat.*
3 *Cedenti imputari debet, si Cessionarium non defendit.*
4 *Filius cum patre obligatus est excutiendus.*
5 *Excussionem ad euitandam non sufficit Inibitio debitoris, sed necessariæ sunt diligentiæ pro reuocatione, aut moderatione Inhibitionis.*
6 *Filius nõ præsumitur aliud habere quam bona patris.*
7 *Bona intricata non sunt excutienda cum habeantur ac si non adessent.*
8 *Credita excuti debent.*
9 *Regressus promissus in casum inexigibilitatis datur pro concurrenti quantitate.*
10 *Excussionis necessitas non requiritur in notorijs.*
11 *Inexigibilitas probatur per interpellationem factam ad*

ad indicandum bona, super qui fieri posset executio.
12 *Cessionarius si debitori cesso tempus ad soluendum prorogauit sibi praiudicat.*
13 *Inexigibile, vt dicatur nomen cessum per negligentiam in non exigendo probari debet, quod antea tale non erat.*
14 *Exigibilitatem non sat est probari de tempore cessionis; sed requiritur continuatio per aliquot annos, & quando.*
15 *Dictio,* vt supra, *est precedentium repetitiua.*
16 *Exigibilitas, & euictionis promissio longe differunt, & num. seq.*

DECISIO CCLXXXVII.

ADIECTO pacto, quod *vbi credita census, & iura cessa euincatur in totum seù pro parte, seù debitores cessi reperiantur non soluendo; eo in casu non teneatur ille ex dd. contrahen. qui de manutentione teneri debebit vt infra, ad aliud quam ad retrocessionem tantumdem ex creditis, & iuribus cessis ad ratam eius quod actualiter euincitur, vel pro quo debitores cessi reperientur non soluendo.* Petrus Franciscus Caccia, & Iacobus Antonius Siccus nomine proprio, & Octauij Patrui sibi ad inuicem plura credita ingentis summæ cesserunt contra diuersas personas, vt latius in instrumento rogato sub die 18. Februarij 1636. dato in Summario vtriusque partis *num.* 1.

Successiue quoniam inter credita cessa à Caccia, reperta fuit inexigibilis summa librarum 348000. in sorte principali, & interusuriorum quam, & quæ debebant Franciscus de Testis, ac Theodorus eius filius, pro eadem summa, & interusurijs. Barnabas & alij de Siccis vti hæredes præfatorum Iacobi Antonij, ac Octauij sibi retrocessionem fieri duplicis crediti soluendi à Communitate Mazente, & Marco Dardanono, petierunt iudicialiter, & sententiam fauorabilem reportarunt à Dño Vicario generali Curiæ Archiepiscopalis Mediolani contra Capitulum, & Canonicos Ecclesiæ Cathedralis Nouariæ vti administratores fabricæ hæredis institutæ à dicto Caccia.

Qua sententia per appellationem victi ad me deuoluta, cognitum hodie fuit, an sit locus retrocessioni, & affirmatiuè responsum,
1 quia† inexigibilitas Francisci, ac Theodori teste, vt infrà probata, aperit viam pacto retrocessionis in eum casum, vt suprà concepto, *Aym. cons. 127. num. 13. Eugen. cons. 73. nu. 2. lib. 1. post Neuiz. cons. 11. num. 10. cons. 66. num. 18. Becc. cons. 103. sub num. 35. Rot. decis. 476. num. 5. coram bon. mem. Buratt. decis. 551. num. 1. decis. 72. num. 4. & 5. inter impressas apud Modern. Perus. de subhast.*

Est inquam probata inexigibilitas ex concursu creditorum, & sententia graduatoria inter ipsos lata, assignãte vnicuique locũ iuxtà anterioritatem, seù potioritatem, per quam apparet debita anteriora credito cesso ascendere ad libr. 128273. *Summ. Succi nu. 5.* iniuncto quod in exequutionem eiusdem sententiæ bona omnia Francisci debitoris præuia extimatione ser. ser. facta fuerunt apretiata in libr. 40435. & pro hoc pretio data in solutum Catherinæ sexto loco graduatæ, *d. Summ. nu. 6.* adeò quod nihil remanet pro Siccis 17. loco graduatis; gratisque ab hæredibus cedentis obijcitur, quod imò creditum cedentis vti contractum dicto anno 1629. debuisset credito Catherinæ præferri, quia cum cedenti fuerint pluries intimatæ molestiæ in iudicio graduatorio pendentes, & vlterius ipsa sententia graduatoria postquam lata fuit, *d. Summ. ibid. num. 8.* neque tunc cedens comparuerit, aut à
2 sententia † appellauerit ea propterea contra ipsum cedentem, eiusque hæredes plenè probat, *vt ex text. in l. ab eo, C. quomodo & quand. iud.* dixit in punct. *Rot. in Rauennaten̄ salniani 17. Decembris 1646. coram R. P. D. meo Meltio, impress. apud Moder. Foroliuien. de pignior. decis. 141. nu. 16.*
3 *& 17.* sibique imputare ille debet,† quod cessionarium non defenderit, *Fulgos. in l. si per imprud. num. 6. & seq. ff. de euict. Bald. cons. 460 nu. 4. vers. item considero lib. 4. Anan. cons. 38. num. 4. Rot. decis. 381. nu. 5. penès Buratt. decis. 18. nu. 23. part. 4. tom. 2. recentior.* & magis in terminis *Roderic. de annuis reddit. lib. 2. quæst. 21. num. 23. Castren. consil. 170. num. 3. in fin. lib. 2.*

Respectu verò Theodori, qui vna cum
4 Francisco Patre obligatus, † & proindè excutiendus est, *Cuman. cons. 53. nu. 2. vers. nisi appareat, Scacc. de camb. §. 2. gloss. 5. num. 259. Rot. Ianuen̄ decis. 91. num. 25. cum alijs allegatis à Modern. Pisaurien̄ de euict. quæst. 78. nu. 8. Rot. dec. 66. nu. 11. apud Modern. de pignor.* constat de inhibitione super omnibus eius bonis obtenta à Catherina vxore creditrice dotis vltrà summã ex alijs causis ei debit. à Francisco Socero, & quo bona, vt supra in solutum recipit, *Summar. Sicci num. 4.* Et quamuis hoc regulariter non
5 sufficiat † nisi factæ fuerint diligentiæ pro reuocatione, aut moderatione inhibitionis, vt per *Felin. in cap. Venerabilis num. 7. vers. tertiò limita de iudic. Aym. consil. 270. num. 3. Caputaquen. decis. 72. num. 4. & 6. part. 2.* in punct. *Eugen. consil. 73. num. 21. & 22.*

Cum etiam præfata inhibitio fuerit intimata cedenti signanter sub die 15. Decembris 1639. ad effectũ, vt eam reuocari curaret, *d. Summ. nu. 8. col. 3. circa med.* imputarem ei est si vlteriores diligentias pro ea reuocanda non fecit ex super allegatis, tanto magis, quia omnis collusionis suspicionem excludit veritas crediti dotalis; Præsumptio quod Theodorus tanquam filiusfamilias vltra bona paterna æri alieno, vt supra imparia nihil habe-
6 ret, † vt in puncto excussionis aduertit *Ioseph Ludouic. decis. Perus. 45. num. 18.* necnon solertia cessionarij in obtinendis mandatis executiuis contra Theodorum, eorumque expeditio, *Summ. nu. 2.* verisimili namque non est, quod abstinuisset ab vlteriori executione si verè bona Theodori superfuissent satisfacto credito
7 dotali vxoris, † satisque est bona fuisse intricata, vt habeantur, ac si non audissent, *Scacc. de camb. §. 2. gloss. num. 268. Bellon. decis. Ian. 156. nu. 7. & 8. Thomas. decis. 61. num. 12. decis. 71. nu. 8. apud Modern. Perus. de subhast.*

Non obstat, quod ex ipsa sententia graduatoria creditorum Patris appareat Theodorum filium

nium habere cōtra eum duo credita, & quidem anteriora nempè libr.303. pro expensis funeris,& lib.6000. pro dote Candidæ matris,
8 quæ † ideò credita excutienda essent, *Bellon. decis.Ianuen. 91. sub num.25.* nam præter quod semper subest inexigibilitas quoad lib.28.mil. & amplius, & pro concurrenti quantitate
9 intraret † regressus concedentem, *Bellon. d.decis.Ianuen.156.nu.6. in fin. & num.7. relat. à Modern. Pisauren. de euict. quæst.86. num.10.* cum dicta credita Theodori ob inopiam Patris ære alieno obruti, & adiudicationem omnium bonorum ad fauorem Catherinæ intimato, vt supra, etiam cedente secutam inania esse
10 notorium sit, † cessat vlterioris excussionis necessitas, *gloss. & DD. in l. vltim. in princip. ff. si cert. petat. Neuiz. de pignor. part.8. memb.1.nu.14. Pacif. de saluian. interdict. cap.2.num.27. Thomat. d.decis.61.num.3. & 13. Rot. in firmana pecuniaria 4.Decemb.1651.coram me,* eo magis accedente interpellatione Aduersarij à cedente causam
11 habentis facta ad indicañ † bona super quibus fieri possit exequutio, qui est modus probandi inexigibilitatem vtriusque debitoris, *gloss.fin.in l.à Diuo Pio, §.in vendit. nu.192.& seq. Rot. decis.49.numer.1. apud Modern. Foroliuien. de pignor.*

Tandem non obstat negligentia cessionarij in exigendo à debitoribus cessis imò culpa
12 eo, quod illis prorogauit † tempus ad soluen: vt in terminis pōderat *Thesaur.Iun.quæst.forens. lib.4. quæst.10. sub num.7. vers.tertiò negligentia, & num.38.* Quia dilatio ad soluen concessa fuit in ventre ipsius instrumenti cessionis pręsente cedente, vtque ob negligentiam in exigendo nomen cessum dicatur inexigibile,
13 probañ † exaduerso esset quod antea tale non erat, *Ruin. cons.93. num.8. lib.5. Surd.consil.228. nu.16. vers.dices quod ad probandum, Becc.cons.37. sub nu.20. vers.ingens, Gratian.discept.527.nu.36.*

Nec probatur quin contrarium apparet, nam cessio emanauit de anno 1636. & de anno 1639. subsequutus fuit concursus creditorum, ac molestiæ, quæ contextualiter fuerunt intimatæ cedenti, vna cum sententia graduatoria lata de anno 1640. neque satis esset probare exigibilitatem de tempore ces-
14 sionis, † sed requiretur continuatio per aliquot annos stante promissione manutenendi creditum exigibile, *Gratian .discept.527. nu.35. & 56. Barz. decis. Bononian.100, num.22. Rot.decis.404. sub num.3. coram Durano, & in Romana census 5.Martij 1627.coram clar:mem:Coccino,& in Bononien.litterarū cambij 8.Aprilis 1627. §.& bis, vers.& exigibilitas coram R.P.D.meo Verospio.*

Quæ promissio literalis est in casu nostro, nec potest restringi respectu veritatis crediti dumtaxat, quia verba sunt vniuersalia, & indefinita, ibi: *dd.credita, census,& iura sibi inuicem respectiuè in cambium cessa defendere,& manutenere,* animaduertendo pręsertim, quod supra fuerat specificè, ac æque principaliter promissa euictio,& debitore esse soluendo cū relatione ad manutentionem infrà promittendam, ibi: *vbi credita, &c. euincantur, &c. seù debitores cessi reperiantur non soluendo eo in casu ille ex contrahentibus qui de manutentione teneri debebit, vt infrà, &c.* vndè eo magis subsequens obligatio manutenendi completi debet tam veritatem crediti, & euictionem, quam exigibilitatem sicuti vtramque amplectuntur paulò post sequentia verba, ibi: *Saluo semper tacito retrodationis in casu euictionis, & vt suprà,* attenta dictione, *vt*
15 *suprà,* † omnium præcedentium qualitatum repetitiua, *Gabr.cons.130.num.28.lib.2. Menoch. cons.124.num.58.& seq. Rot.decis.287.nu.5.part.4. tom.2.recent.* Licet secus esset si nusquam facta mentione, quod nomen cessum esset soluen-
16 do promitteretur simpliciter euictio, † seù defensio, & conseruatio indemnitatis, in quibus terminis loquuntur, *Castren.cons.170.nu.2. lib.2. Gozadin. cons.58. num.17. Becc. consil.105. num.14. Thesaur. Iun. quæst. 73. lib.3. Adden. ad san:me:Gregor.XV.decis.579.in fine,* & vtriusque casus diuersitas benè deprenditur ex deductis per *Roderic.de ann. reddit. lib.2. quæst.21.num.14. & seqq. iuncto num.20. & 21. Mastrill. decis.240. num.9. & 10.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

R. P. D. ALBERGATO.

Acerrarum Pensionis.

Mercurij 26.Iunij 1652.

ARGVMEMTVM.

Pensio reseruata cum clausula, *dummodo tertiam partem fructuum non excedat,* non potest Pensionarius agere, nisi prius dictam clausulam verificauerit, etiamsi Titularis consensum pręstiterit huiusmodi reseruationi. Valor beneficij, an, & quando probatus remaneat, clarè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum relaxatum non est exequendum quando constat de nullitate, & iniustitia.*
2 *Monitorium omninò requiritur, vbi agitur ad executionem litterarum pensionis.*
3 *Citatio ad sententiam debet esse specifica, nec verbis equipollentibus suppleri potest.*
4 *Pensio, quando fuit reseruata cum clausula,* dummodo tertiam partem non excedat, *non potest Pensionarius agere nisi prius dictam clausulam verificauerit. Amplia vt num.5.*
6 *Consensus præstitus à Titulari reseruationi pensionis intelligitur sub eadem conditione qua gratia concessa fuit.*
7 *Mandatum, cuius executio fuit suspensa cum clausula,* si quis exequendum, *debet iustificari ex antea deductis, non autem ex nouis probationibus.*
8 *Valor beneficij non remanet probatus per testes, qui fatentur, se particularem notitiam bonorum non habere.*
9 *Valor beneficij, vt probatus remaneat per testes, necesse est, vt deponant deductis oneribus.*
10 *Valor beneficij non probatur ex testibus, qui ignorant quantitatem bonorum, eorumque confinia, & expensas eiusdem beneficii.*

11 *Valor beneficii, vt iustificatus remaneat debet computari annus fertilis cum sterili.*

12 *Testibus in concursu iis maior fides adhibenda est quorum dicta aliis adminiculis roborantur.*

13 *Valor beneficii plenè remanet probatus ex Instrumento affictus bonorum illius.*

14 *Testes Diœcesani non prohibentur pro Episcopo testimonium ferre.*

15 *Subditus non potest testimonium proferre pro eo, qui habet particularem, & priuatam iurisdictionem super eum, secùs pro habente iurisdictionem vniuersalem.*

DECISIO CCLXXXVIII.

DOMINI steterunt in decisis sub die 14. Ianuarij 1647. coram Reuerendissimo Terracineñ, *& sic iterum dixerunt mandatum contrà D. Episcopum Accerrarum relaxatum à Vicario Generali Auersano executore
1 in litteris † Apostolicis Francisci Mariæ Iordani Vrsini deputato non esse exequeñ tàm ex capite nullitatis, quàm iniustitiæ ex tradit per *Surd. cons.*324.*in princ. Gratian.disceptat.*686. *num.*14. *Marescott.var. resol. lib.*1. *cap.*86.*num.*1. *& in Perusina pensionis* 28. *Maii* 1649. *&* 9. *Decembris* 1650. *coram R.P.D.meo Peutingerio.*

2 Nullitas est † euidens tum ex defectu monitorij; quod vbi agitur ad executionem litterarum pensionis, omninò requiritur, *Tyber. in prax. lib.*3. *cap.*1.*num.*3. *Garz.de benef. part.*1.
3 *cap.*5.*num.*535. † tum ex defectu citationis ad sententiam, quæ debet esse specifica, nec verbis æquipollentibus suppleri potest, *Felin. in cap.consuluit num.*16. *de offic. deleg. Rot.coram san: mem: Gregor.XV. decis.*209. *num.*4. *ibique Adden. num.*7. *coram Caual.decis.*376.*num.*2. *in recentior. decis.*141.*num.*3. *part.*2. *decis.*429.*num.*1. *part.*3. *& in Leodien.Decimarum* 27.*Ianuarii* 1651.§.*granior hac nullitas coram R.P.D.meo Meltio.*

4 Iniustitia verò ex eo resultat, † quia cum inter alias pensiones hæc, de qua agitur, scutorum 300. ad fauorem Francisci Mariæ reseruata esset cum clausula, *dummodo omnes pensiones huiusmodi tertiam partem fructuum non excedant*, decerni non poterat mandatum, nisi dicta clausula à Pensionario prius verificata, siuè illa condeclarauit *Rota in Monopolitana pensionis* 2.*Iulii* 1645. §.*Nos verò, coram R.P.D.meo Bichio*, & præter adductos in decisione, quæ reuidetur, firmant *Lotther. de re benefic. lib.* 1. *quæst.*38. *à num.*40. *cum seqq. Rota coram Seraph. decis.*1017. *num.*4. *coram sanct: mem: Gregor.XV. decis.*57.*num.*2. *ibique Adden.num.*12.*& in Perusina pensionis* 28.*Maii* 1651. §.*deindè coram R.P.D.*
5 *meo Peutingerio*, † quod procedit etiamsi huiusmodi reseruationi pensionis consensus Ti-
6 tularis accesserit, † quia sub eadem conditione, quam habet gratia, cui annexa est, præstitus intelligitur, eaque proindè non purificata nihil operatur, *Garz.de benef. parte* 1. *cap.*5. *numer.*464. *vers.quia ille consensus, Lotther.de re benef. lib.*1. *d.quæst.*38.*num.*45. *Rot.coram Caual.decis.*183.*num.*1. *&* 2. *in recentior. decis.*519.*num.*4. *part.*2. *& in Hipporigen. pensionis* 28.*Iunii* 1651. §.*Iustitia coram R.P.D.meo Meltio.*

7 Non obstant † testes in hac secunda instantia examinati ad instantiam D. Marchionissæ à tertia Sororis, & hæredis Francisci Mariæ lite pendente prædefuncti; Quia præterquod, vt aduertebant aliqui ex Dominis, cum causa appellationis sit in Rota commissa cum clausula, *si quid exequendum*, huius vigore mandatum debuisset iustificari ex antea deductis, non autem ex nouis probationibus, *Caual.dec.*165. *num.*4.*decis.*264. *decis.*414. *vtrobique num.*1. *Rota decis.*287.*num.*6. *part.*2. *recent. & in Romana census* 4.*Decembris* 1595.*coram recol:mem:Card.Hieronymo Pamphilio, penès Zacch. de oblig. Cameral.*
8 *decis.*136.*nu.*1. adhuc responsum fuit, † quod ex eorum depositionibus aliqua, quæ releuet, elici nequit probatio, quia ipsi fatentur particularem notitiam bonorum Episcopatus non habere, *Rot. coram Caual. decis.*383. *num.*3. *coram Card. Millin. decis.*122.*num.*1. *in recent.decis.*550.*num.*3. *vers.alij verò duo part.*1.*decis.*544. *nu.*3.*part.*5.*in Perusina pensionis* 22.*Maij, &* 1.*Iu-*
9 *lij* 1643. *coram R. P. D. meo Rojas*, † nec deponunt deductis oneribus, vt ad effectum de quo agitur, est necessarium, *Campanell.in diuers. iur. canon. rubr.*11. *cap.*13. *numer.*89. *Rota coram Caual.decis.*462. *num.*1. *in recent. decis.*640.*nu.*2. *&* 3. *cum alijs per Add. ad sanct: mem: Gregor.XV. decis.*245.*num.*12. *& in Romana pensionis* 17.*Mar-*
10 *tij* 1638. *coram Card. Verospio Iun.* † quinimò ignorant quantitatem corporum, eorumque confinia, & expensas Episcopatus, vndè concludenter valorem, vt requiritur, non probant *Garz.de benef. part.*1.*cap.*5. *nu.*473. *Rot.decis.*684.*per tot.part.*4.*diuers.decis.*444.*nu.*3.*part.*2. *decis.*144. *num.*1. *decis.*500. *num.*2. *part.*4. *tom.*2. *recent. cum alijs per Seraph.decis.*1122.*num.*2.*& in Oppideñ pensionis* 3.*Iunij* 1585. *coram clar: memor: Cardin. Pamphilio, penès Garz. loco superiùs citato, & apud Marches. de commiss. part.*1. *fol:*545. *num.*1.

11 Eoque magis, † quia eorum dicta penitus eliduntur ex alijs testibus pro parte Episcopi examinatis, qui computato anno fertili cum sterili, vt debet *Sarnen. de valor. quæst.vltim. &* habita ratione onerum, & expensarum, procedentes cum distinctione singulorum corporum deponunt redditus Episcopatus non excedere sc.775. quæ in totum pœnè absorbentur ab hac pensione sc.300. & alia sc.450.
12 desuper reseruata, † his autem testibus idcircò maior fides venit adhibeñ, quia etiã adminiculantur ex attestationibus aliorum hominũ Ciuitatis, ex relatione Cappellani Regij tempore non suspecto, & ante motam litem confecta, ac ex alijs testibus tunc per eum examinatis, *cap.licet causam de prob. gloss. magna in c. si testes* 4. *quæst.*3. *& in l. ob carmen*, §. *si testes, ff.de testib. cum cœteris alleg. in Rom. successionis* 21.*Iunij* 1641. *coram Reuerendissimo Salamantino*, præ-
13 sertim, † quia concurrunt quoque Instrumenta affictuum, quæ ità adminiculata horum testium depositiones coadiuuant, & plenè valorem probant *Rot.decis.*213.*nu.*21.*part.*6. *recen. in Veroneñ pensionis* 23.*Maij* 1607. *coram Sacrato, & in Camerineñ pensionis* 12. *Maij* 1642. *vers. moti potissimum coram R.P.D. meo Rojas.*

Nec

14 Nec dicatur, † quod illi sint Diœcesani Episcopi, quia non ideò prohibentur pro eo testimonium ferre, *Felin.in cap.in litteris num.3. de testib. Speculator eo tit. §.1. num.18.* & decla-
15 rando *text.in l.idonei, ff.de testib.* † quòd intelligatur in habente particularem, & priuatam iurisdictionem, qualem habet Pater in filium, Dominus in seruum, non autem in habente Iurisdictionem vniuersalem, vt est ea Principis erga Subditos, & Episcopi erga Diœcesanos, tradit *Farinacc.de testib.quæst.55.num.203.* Et ità vtraque, &c.

Decisio ista emanata in hac eadem sub die 14. Ianuarij 1647.coram Reuerendiss. P.D.Rauennaten, quæ hic allegatur est decis.3. part.10. recent.

R. P. D. CELSO,
Posteà S. R. E. CARDINALI:
Romana Societatis Officij.
Mercurij 26. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Obligatio præstandi fideiussorem in Societate Officij apposita, an, & quomodo dicatur remissa per receptionem fructuum eruditissimè tractatur; & quid si huiusmodi obligatio non fuerit adimpleta, an pecuniæ superlucrari debeant per mortem illius sub cuius vitæ periculo societas inita fuit, ingeniosè resoluitur

SVMMARIVM.

1 *In Societatibus officij pecuniæ superlucrantur per mortem illius, sub cuius vita periculo societas inita erat.*
2 *Obligatio de faciendo aliquem accedere in societate officij apposita, censetur remissa per receptionem fructuum illius.*
3 *Remissio obligationis de faciendo aliquem accedere resultans, ex receptione fructuum non perimit obligationem adimplendi à principio contractam, sed quid operetur.*
4 *Obligatio de faciendo aliquem accedere apposita in societate officij, censetur remissa per receptionem fructuum eiusdem societatis pro eo tempore quo fructus fuerunt recepti.*
5 *Et quid si fructus non essent integri pro vno mense, an pro dicto mense censeatur remissa obligatio præstandi fideiussorem.*
6 *Confessio facta in positionibus optimè probat.*
7 *Obseruantia subsecuta benè demonstrat, quid à principio inter partes actum fuit.*
8 *Numerus singularis resoluitur in plurale, quando est aptum comprehendere plura.*
9 *Obseruantia subsecuta non sufficit ad effectũ immutandi substantiam contractus, secùs verò si agatur tantummodo de eius qualitate.*
10 *Beneplacitum cõtrahentium benè declaratur ex actibus subsecutis.*
11 *Voluntas non minus factis, quàm verbis declaratur.*
12 *Actus postea gestus, benè declarat quid prius actum fuerit.*
13 *Dispositio antecedens semper attendi debet, quamuis ex interuallo fuerit facta declaratio.*
14 *Obligatio præstandi fideiussorem, quando censeatur remissa, si fideiussor præstandus esset persona coniuncta Creditoris.*
15 *Obligatio præstandi fideiussorem in societate Officij apposita, quamuis non fuerit adimpleta, adhuc pecuniæ superlucrantur per mortem illius sub cuius vitæ periculo societas inita fuit, & quare.*

DECISIO CCLXXXIX.

GASPAR Chrisostomus, qui sub die 7.Februarij 1647. super eius officio Notariatus Societatem contraxerat scutorum 5500. in fauorem R.P.D.Ciscarini, cum obligatione soluendi fructus de mense in mensem; Idem sub die 5.eiusdem in Instrumento alterius Societatis sc.800. initæ cum Paulo Sasso ad sex menses, & deindè ad beneplacitum, recognouit bonam fidem erga Franciscum Ciscarinum fideiussorem in ea obligatum, ac fructus iuxtà formam Instrumenti prędicti soluere promisit: Quia verò ista Societas, (quam partes appellant paruam) dissoluta per obitum Pauli, & posteà renouata in fauorem Ioanni Antonij Sassi, & super periculo vitæ ipsius (vt in Instrumento 18.Maij 1648.) cessa fuit ad fauorem eiusdem R.P.D. Ciscarini, qui non obstante obitu Ioannis Antonij, secuto 19.Nouembris 1650.reportauit ab A.C. mandatum pro sorte: Ideò de ordine Sanctissimi proposui dubium: An dictum mandatum veniret exequendum, & Domini negatiuè responderunt.

1 Nam cum Societas † huiusmodi renouata fuerit super periculo vitæ Io: Antonij Sassi, per obitum illius, Chrisostomus officialis pecuniam superlucratus fuit, iuxtà pactum contentum in Instrumento, vt notat *Honded. consil.38.num.11. lib.1. Gabr. cons.78.in princ. vol.1. Rota in Romana societatis post Zacchiam de societat. offic. decis.55. num.2. & in recent. decis.572. eodem numero part.4. tom.3. & passim in alijs.*

2 Exceptio † verò, quod idem Chrisostomus non possit consequi lucrũ ex dicto contractu, dum illum non adimpleuit faciendo accedere Franciscum Ciscarinum fideiussorem promissum in Instrumento renouationis, visa fuit DD. facili negotio tolli; quia per receptionem fructuum eiusdem societas onus implendi censetur remissum, ex traditis *per Ruin. cons.155.num.5.9. & seqq. lib.5. Rota coram Merlino decis.290. numer.8. in Romana societatis officij 15.Maij 1645. coram Reuerendiss. D. meo Decano; & in alia Romana societatis officij 13. Martij 1648. coram R.P.D.meo Bichio.*

3 Et † licet remisio huiusmodi resultans ex receptione fructuum non perimat obligationem implendi ab initio contractam, sed solum debitori exceptionem pariat quatenus Creditor implementũ peteret, *ad text.in l.Créditori, vbi omnes C.de pact. gloss.magna in l.si vnus, §.pactus ne peteret, ff. eod. Cost.de rat. ratæ qu.124.*
4 *num.19.* † Itaut expirato excipiendi tempore per lapsum semestris, pro quo fructus fuerunt re-

recepti, Chrisostomus debitor implementi remanserit, *vt per Boccacc. de societ. offic. nu. 145. Scacc. de commerc. & camb. §. 1. quæst. 1. num. 378. Rota decis. 192. num. 16. part. 5. recent. & in Pisauren̄ societatis officij 30. Maij 1639. coram R. P. D. Rojas, & in Romana societatis officij 14. Ianuar. 1648. coram Eminentiss. Card. Otthobono.*

Nihilominus existimarunt Domini constare de solutione fructuum etiam pro tempore quo Sassus obijt, siue illi calculentur de mense in mensem (prout inter partes obseruatum fuit) siue de semestre (vt cantat Instrumentum renouationis.) Et quidem primo modo res transit sine difficultate, quia à die vltimæ solidationis factæ inter partes pro toto mense Iunij 1650. vsque ad diem primam Nouembris eiusdem anni, fructus vtriusque Societatis ascendunt tantummodo ad scuta 217. Certum est autem, & exaduerso non controuertitur, quod in dictam causam recepta fuerunt
5 scuta 222. † Vndè sequitur, quod pro mense Nouembris, quo Sassus obijt, saltem fuerunt soluta scuta quinque; quæ solutio acceptata à parte, etiamsi nō sit integra pro dicto mense, nihilominus sufficit ad inducendam remissionem præstationis fideiussoris, *Aym. consil. 106. num. 2. vers. sed magis*, & in puncto tradit *Gratian. cap. 301. num. 58. & cap. 302. nu. 17. & 18.* quem sequitur *Zacch. de societ. offic. nu. 459. in fin. & seq. Rota in Rom. societatis officij 20. Iunij 1644. coram R. P. D. meo Bichio.*

Huiusmodi autem obseruantia calculandi fructus de mense in mensem patet ex eo, quia R. P. D. Ciscarinus, qui contraxerat Societatem magnam cum conuentione expressa, quod fructus hoc modo solui deberent, postquam acquisiuit Societatem paruam, statim fecit ordinem generalem directum Chrisostomo, vt solueret fructus Amico Sinibaldo quolibet mense, & ad dictam rationem sem-
6 per exigit, † vt expresse fassus fuit in positionibus, ibi: *scudi 55. che pagaua ogni mese per le due compagnie d'Offitio*; quæ confessio licet facta in positionibus optimè probat, *ex notatis per Honded. cons. 52. num. 30. lib. 1. Rot. decis. 3. num. 1. vers. ratio primæ cōclusionis de sequestr. poss. & fruct. in nou. Parisien. pecuniaria 12. Februarij 1618. coram Coccino in recent. decis. 227. nu. 2. part. 2. & coram san: mem: Gregorio decis. 143. num. 1. ibique Adden. num. 4.*

7 Et vlterius constat † etiam ex pluribus receputis continentibus solutionem de mense in mensem, ibi: *per la mesata, &c.* quæ obseruantia debet attendi non secus, ac si à principio, ità inter partes fuisset actum, *Ioseph. Ludouic. conclus. 38. illat. 121. Antonin. de Amat. q. 70. num. 19.* optimè *Gratian. discept. 716. num. 17. 19. & seq. Rota coram Seraphin. decis. 599. num. 6.*

Nec prædictis resistit, quod penultima receputa scutorum 55. cantet pro Societate in numero singulari; quia est certum in facto, quod continet fructus vtriusque Societatis
8 ascendentes ad similem summam: † Imò ex hac solutione magis desumitur intentio partium, & præsertim R. P. D. Ciscarini, quod prędictas duas Societates ad eandem formam solutionis redactas habuerit pro vnica, *ad text. in l. in vsu, ff. de verb. signif. Bald. in leg. cum inter num. 2. C. de fideicomm. libert. Rot. coram Caualer. decis. 628. num. 4. Merlin. decis. 636. nu. 14. & seqq. & in recent. decis. 43. num. 2. in fin. part. 3.*

9 Minus facit, † quod eadem obseruantia non videatur sufficiens ad effectum, vt dicatur recessum ab Instrumento; quia forsan id posset procedere, si ageretur de ipsa substantia, secus verò cum agatur tantummodo de modo soluendi, *Cagnol. in l. lecta nu. 147. vers. ad tertium, ff. si cert. pet. Surd. cons. 335. nu. 26. & seq. Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 14. num. 5. in fine; Rota coram Seraph. dicta decis. 599. num. 6. & post Cenc. de censibus decis. 221. num. 6.*

Vltra quod in Instrumento contrarium non fuit conuentum; nam Societas inita fuit ad sex menses cum anticipata solutione fru-
10 ctuum, & deindè ad beneplacitum; † ac proindè Debitor soluendo, & Creditor recipiendo de mense in mensem declararunt beneplacitum ita esse intelligendum; *ex notatis per Castrac. de societ. officij cap. 54. sub num. 11. & pluri-*
11 *bus seqq. & cap. 55. à num. 6.* † Cum voluntas non minus factis quam verbis declaretur, *l. Paulus respondit, ff. rem. rat. hab. l. de quibus, ff. de legib. Mantic. decis. 146. nu. 4. & 5.* & fuit dictum *in Romana societatis officij 27. Ianuarij 1644. coram R. P. D. meo Peutingerio.*

Verum calculando etiam fructus de semestre (prout prætēdit R. P. D. Ciscarinus) adhuc constat de receptione fructuum pro semestre suscepto die 19. Nouembris, & consequenter de remissione non implementi circa præstationem fideiussoris: Nam licet penultimum semestre terminaret die 18. Nouembris; Vltimum verò inciperet 10. (qua die Sassus obijt) adhuc est habenda ratio de scutis 60. posteà solutis die 20. immediatè sequenti post obitum eiusdem; non quod illa cedere debeant in causam fructuum Societatis paruę, sed quia dum fuerunt soluta in causam fructuum Societatis magnæ, sequitur, quod partitæ antecedentes, quæ cantant vel simpliciter, vel in causam Societatis magnæ in ea quantitate, quam R. P. D. Ciscarinus prætendit; Vndè facto Calculo, & positis dictis scutis 60. in satisfactionem fructuum Societatis magnæ, apparet quod pro semestro incepto die 19. Nouembris Chrisostomus soluerat notabilem
12 quantitatem; † Actus enim posteà gestus benè declarat quid prius actum fuerit, *l. is qui fuit, §. vndè quæri, ff. de manumiss. Bald. consil. 245. num. 2. lib. 3. Surd. decis. 288. nu. 32. Rota in recent. decis. 365. nu. 1. in fin. part. 2. & decis. 248. eodem numero, part. 5. & post Cinc. de censibus decis. 369. à principio.*

Nec dicatur huiusmodi quietantiam vti emanatam post obitum Sassi non esse habendam in consideratione; Nam cum facta fuerit ab ipso R. P. D. Ciscarino, controuerti ab
13 eodem non valet; † Maximè cum non deducatur tanquam noua dispositio, sed vti declaratio dispositionis antecedentis, quæ semper debet attendi, quamuis sit facta ex interuallo, *Castr. in l. hæredes palam, §. si quid sub nu. 4. ff. de*

ff. de testament. Surd.decis.29.num.1. Rot. in Bononien. successionis 4.Maij 1646.& 17.Iunij 1647. coram R.P.D.meo Bichio.

14 Et † eo libentius inclinarunt DD. in hanc sententiam, quia fideiussor præstandus est frater germanus R. P. D. Ciscarini, qui non solum habebat illum obligatum pro sorte in primo Societatis Instrumento, sed vlterius erat de dicta sorte, & fructibus cautus per Decreti reseruationem ad sui fauorem super officio Notariatus ad ipsum Chrisostomum spectante, super quo Societas contracta fuit; nec non etiam erat debitor eiusdem Chrisostomi in scutis quinquaginta circiter occasione diuersarũ expeditionum; Itaut ex prædictis, vel verisimiliter videatur remissa præfata exceptio non implementi, *ex deductis in*

15 *decis.192.num.19.& seqq. part.5.recent.* † Vel attentis circũstantijs prædictis illa nullatenus sit attendenda in præsenti casu, ne aperiatur via alijs Creditoribus vtendi similibus cautelis ad effectum consequendi lucrum duodecim pro centenario absque periculo amittendi Capitale, *vt ponderatum fuit in dicta Romana societatis officij 13. Martij 1648. coram R.P.D.meo Bichio.*

Et ita vtraque parte informante decisum fuit.

R. P. D. BICHIO

Romana, seu Ianueñ Cambij.

Mercurij 26. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

In materia cambiorum de vsuris suspecta, an, & quando probetur solutio per confessionem creditoris de recepto primo loco discutitur: Continuatio cambiorum in quibus casibus dicatur illicita, & prohibita à Piana constitutione clarè demonstratur. Demum quando cambia debeantur ob non integram restitutionem capitalis, eruditè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Solutio in materia cambiorum non probatur per confessionem creditoris de recepto, quando persona soluẽtis est realiter distincta à persona recipientis. Secus ibi idem est soluens, & recipiens, & quare.*

2 *Quietantia, ac scripturæ directio facta in libro soluere debentis importat implicitam numerationem.*

3 *Solutio semel approbata, amplius impugnari non potest.*

4 *Via executiua competit, vt quis actione mandati repeti possit, quod soluit.*

5 *Cambium vt dicatur factum in continuationem aliorum antiquorum, non sufficit, quod ab illis occasionaliter dependeat.*

6 *Iudicium executiuum quando impediri non possit per exceptionem continuationis cambij cum alijs antiquis.*

7 *Continuatio cambiorum quando dicatur illicita, & quando secus.*

8 *in Cambium quando licitum sit conuertere id, quod ratione cambiorum debetur.*

9 *Cambia quando debeantur ob non integram restitutionem capitalis.*

10 *Litterarum transmissio ad nundinas probata remanet per litteras reditus.*

11 *Scripturæ productæ non possunt impugnari à producente.*

12 *Mercatorum iudicium in materiam cambiorum, an & quando sit attendendum.*

DECISIO CCXC.

QVICQVID de via executiua asserunt duæ priores decisiones æditę sub die 27. Nouembris, * & 18. Martij proximè præteriti, * causam hodie super eisdem positam confirmarunt Domini, cum negari non possint, aut facultates A. C. aut consensus Siriorum in eorum litteris expressus, quod Balbus possit se reualere in nundinis vbi executiuè proceditur (maximè quia vsitatus modus se reualendi in nundinis est mediantibus litteris cambij paratam executionem habentibus) aut earumdem literarum complementum per effectiuam solutionem iuxta illarum

1 tenorem sibimet à Balbo factam, † quæ & si in materia cambiorum de vsuris suspecta non probetur per confessionem creditoris, nisi aliunde de numeratione constet, quando persona recipientis est realiter distincta à persona soluentis; probatur sanè vbi idem est phisicè, soluens & recipiens, quia tunc impossibile est dare à parte rei actum numericè solutionis, & receptionis hoc est in eodẽ subiecto actionem, & passionem, *l. Vranius, ff. seruit. Vrban. præd. l.1. ff. quemadm. seruit. amitt. l. neque pignus, ff. de reg. iur. Rota decis.276.num.6. par.6. recent. & decis.213.num.5. inter impress. post Zacch. de obli-*

2 *gat.Camer*, & quietantia ipsa, ac scripturæ directio in libro soluere debentis habet implicitum actum numerationis non aliter practicabilis, quam per modum æquipollẽtem; ideoque admittendum *Rota decis.52. num.10. versic. merito, par.3. recent.* in puncto *Cancer. var. resolut. tom.2.cap.6.num.210. Rota Ianuen. decis.1. num.8. & 22.* vbi quod hoc indubitatum est in præiudicium mandantis solui.

Præsertim quia vltro adnotata est solutio à tergo literarum, & in libro nuncupato Scartafaccio, quod vocant di fiera, & Balbus de solutione sibimet facta certiorauit Siros per epistolam successiuè ad illos scriptam sub die 11. Nouembris 1649. quæ non loquitur de partitis terminatis in precedenti Feria Augusti, vt exaduerso supponitur, sed in feria Sanctorum, ibi, *in questa fiera de Santi riceuuta &c.* Summario primæ positionis pro Balbo nu.5. eiusdemque tenoris est responsio Sirorum ad dictam Epistolam, ibi, *in risposta del vostro spaccio di fiera passata de Santi,* dicto Summario n.6

3 vnde † verum est dicere, quod Siri solutionem vt supra factam approbarunt, & propterea

eam

eam impugnare hodie non possint, *cap. quod semel de reg. iur. in 6. l. in diem, ff. de acq. plu. arcen. Cephal. cons. 386. num. 29. Rim. iun. cons. 562. nu. 34. & 35. Decian. respons. 2. num. 148. lib. 1.*

4 Hincque resultat † etiam iustitia mandati executiui contra Siros ad instantiam Balbi relaxati pro remboursatione scutorum 5448. auri quæ de eorum ordine Balbus soluit, cum sufficiat procuratori docere de implemento ordinis sibi directi vt contraria actione mandati repetere possit, quod soluit ex allegatis in prima decisione §. *sed de re petenda*.

Non obstat, quod cambium, de quo agitur proueniat ab alio scut. 20000. & alio scutorum 9325. marcarum contractis de anno 1640. tum quia diuersum esse apparet ex quo priora illa duo limitata erant pro vna tantum

5 feria;† Cumque ad hoc vltimum cambium processum fuerat creando debitum contra mandantem absque vlla relatione ad antiqua & acceptando cambium de nouo factum per mandantem sine aliqua noua specificatione, quod sit factum in continuatione antiquorũ, eo minus eorum continuatio dici potest, ad quem effectum satis non est, quod ab illis occasionaliter dependeat, *iuxta theoricam Anchar. in cap. accessoriam sub num. 16. versic. præterea isti duo actus, de reg. iur. in 6. Baptista de S. Blasio tract. de correlat. quæst. 66. num. 54. Pacian. de probat. lib. 1 cap. 28. in addit. litt. F. Rota in Eugubina erroris calculi 26. Aprilis 1641. coram Reuerendissimo Salamantino, & in Romana, seu Velíterna restitutionis in*

6 *integrum 17. Decembris 1646. coram me.* † Et sufficit de hoc dubitari posse, ne per hanc exceptionem iudicium executiuum retardetur, vt ponderant primæ decisiones §. *fin.*

7 Tum etiam † quia continuatio cambiorum non est illicita, aut damnata à Constitutione fa: me: Pij V. nisi quando primum cãbium contractum fuit cum pacto, quod accipiens non possit in primis nundinis, pecuniam restituere, & cambium extinguere hoc enim casu, quia debitor cogitur pecunias tenere sub vsuris cambium dicitur constitutum pro pluribus nundinis, & propterea tamquam Vsurarium à dicta Constitutione reijcitur. Aliud autem est quando, prout hic pecuniæ datæ fuerunt pro primis nundinis addita solum facultate cambiandi casu, quo in illis debitum non soluatur; nam tunc cum sit in potestate debitoris pecunias restituere in primis nundinis, & sic se eximere ab onere Vsurarum, nõ dicitur ab initio contractum cambium pro pluribus nundinis, & cessante coactione continuandi contemplata à Constitutione Piana, cessat pariter dicta Constitutio;

8 licitumque † est cõuertere debitum in aliud cambium, quod dicitur nouum, & non idem, vt docte distinguendo firmatum fuit in *Romana pecuniaria, seu cambiorum* 10. *Iunij* 1616. §. *secundo principaliter, coram bon. mem. Card. Sacrato, & in Romana pecuniaria 13. eiusdem mensis Iunij coram Sanctissimo D. N. impressa part. 4. recentior. decis. 304. num. 3.*

9 Quatenus igitur † Siri debitores in primis nundinis 1640. dicta scuta 20. mil. & alia 9325 integrè non restituissent eadem cambia originaliter nundinalia ex mutuo consensu partium desumpto à continuata transmissione, & retentione literarum pro singulis ferijs trãsmisissent licitè in cambium continuatum, & irregulare productiuum legitimi, interesse de actuali transmissione literarum ad nundinas constito, vt dixit *Rota Ianuen. decis. 37. num. 11. Rota nostra decis. 946. num. 1. apud Seraph. decis. 274*

10 *num. 5. par. 5. recent.* † quæ transmissio ad hunc effectum probata dicitur per literas redditus, quia literæ trasmissæ remanere solent penès Mercatorem cui fuerunt directæ, vt alijs allegatis respondit *Rota d. decis. 274. n. 6. par. 5. recen. decis. 32. num. 21. coram bon. mem. Vrgellensi, & in Romana camby 17. February 1642. coram me.* Et

11 literas† redditus non possunt Siri qui eas produxerunt impugnare, vt per *Bald. cons. 401. n. 9 lib. 5. Rota decis. 184. num. 33. par. 6. recent.* cum alijs relatis in *Nouarien. bonorum 17. Decembris 1640. coram recol. mem. Coccino Sacra Rota Decano dignissimo.*

12 Ex his euacuatur † fides nuper producta de iudicio aliquorum Mercatorum Vrbis, quia vel idem iudicium versatur circa ius, & tunc si prædictus aduersatur non debet attendi *Rota decis. 52. num. 11. & 12. part. 7. recent.* vel circa factum, & non vrget, quia etiam admissa continuatione cambij, nostrum cambium est licitum, & exequibile, vel saltem aduersariorum exceptio altiorem indaginem requirit: attento præsertim, quod inter has partes nedum secuta sunt negocia cambiorum, sed Siri exegerunt etiam fructus locorum Montium, & Censuum ad Balbum spectantes, vt apparet ex partitis relatis in calce responsionis facti pro Balbo litera B.

Qua propter Domini steterunt in decisis vtraque parte informante.

Decisio ista emanata sub die 27. Nouemb. 1651. & 18. Marty 1652. coram eodem bo: me: Bichio, quæ supra assignantur in hac eadem causa emanatæ sunt in præsenti volumine decis. 298. & 235.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Bononieñ Legati.

Veneris 28. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Legatum puellæ relictum ab extraneo, postquam certam compleuit ætatem, & nupserit, redditur conditionale tam respectu temporis, quàm etiam respectu nuptiarum, vnde si puella post completam ætatem, pendente tamen nuptiarum conditione decesserit, non transmittit huiusmodi legatum ad suos hæredes, sed remanet penès hæredes legantis, & refutatur opinio eorum, qui tenent, quòd conditio nuptiarum potiùs ad designandum

tempus

tempus solutionis, quam ad eius substantiam coarctandam apposita censeantur.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de duabus sententijs conformibus exequendis habet locum in sententijs validis, ac iustis secus in his, quæ laborant vitio iniustitiæ.*
2 *Legatum pro dote relictum ab extraneo, dicitur conditionale.*
3 *Amplia si illud, cum nupserit, fuisset attributum.*
4 *Legatum pro dote relictum, quando per legatariam transmitti non possit ad suos hæredes, si pendente nuptiarum conditione decessit.*
5 *Sed penes Legantis hæredes remanere debent.*
6 *Legatum relictum ad certum tempus omnino futurum, regulariter nullam inducit conditionem.*
7 *Legatum sub conditione relictum expleta conditione, purificatum remansit, & consequenter transmissibile ad heredes.*
8 *Legatum pro dote relictum post completam certam ætatem, non debetur post lapsum illius temporis, sed conditio nuptiarum expectanda erit.*
9 *Legatum relictum post completam certam ætatem cum nupserit conditio nuptiarum, ad designandum potiùs tempus solutionis, quam ad eius substantiam coarctandam apposita censetur. contra num. 10.*
11 *Legatum post certum tempus pro dote relictum, redditur conditionale tam respectu temporis, quam etiam ratione qualitatis personæ legantis.*
Et DD. contrarium tenentes loquuntur contra communem sententiam, num. 13.
12 *Dos quæ succedit loco legitimæ, reicit quamcumque conditionem.*
14 *Coniectura non admittuntur in clara Testatoris dispositione.*
15 *Legatum pro dote relictum post lapsum certi temporis, iniuncto onere hæredi vt post lapsum illius temporis pecunia deponantur, an & quando debetur, non expectata nuptiarum conditione.*
16 *Alimenta censetur Testator, reliquisse, si mandauit, vt aliquis domi suæ retineretur.*
17 *Mulier, quæ debet consequi legatum pro dote, nunquam censetur ad nuptias aspirasse, nisi hæredem interpellauerit, vt sibi de viro prouideretur.*
18 *Legatum pro dote relictum supponitur esse conditionale.*
19 *Legatum quod est conditionale, non potest reddi purum per confessionem partis, & quare.*

DECISIO CCXCI.

IN Vltimo, sub quo Gaspar Pastarinus testamento decesserat Dialtæ legauit in hæc verba, videlicet, postquam compleuerit ætatem annorum 17. reliquit pro eius dotibus cum nupserit in sæculo, vel in Domino libras 4. mill. Bononieñ monetæ currentis; Pro cuius assecutione legati post obitum Dialtæ decimo septimo expleto iam annō præcedentis innupta Felicita soror ipsius, ac hæres binas sententias fauorabiles obtinuerat ab his verò commissa mihi causa appellationis sub clausula constito, quod sit locus statuto Bononieñ in legatorum causis vnicam tantummodo appellationem deferenti, dubium hodie proposui iuxta rescriptum, & in negatiuam DD.
1 iuere sententiam. † Quoniam dispositio statuti militans in sententijs validis æquè ac iustis in his iustitiæ vitio laborantibus admitti proinde non poterit secundum *Eugen. cons. 52. num. 44. lib. 2. Moder. Roman. discept. forens. cap. 691. num. 27. Rota decis. 662. num. 3. part. 1. recent. & co- bon: mem: Vrgellen. decis. 198. num. 2. & in Bononien. prædij 5. Decembris 1636. coram Reuerendissimo Terracinen.*

2 Harum † verò iniustitia sententiarum exinde desumitur, quod legatum dotis existebat conditionale, dum relictum fuerat ab extraneo, ad *textum in l. sancimus, C. de nupt. l. stipulatione, 22. ff. de iur. dot. not. Bart. in l. Titio centum, §. Titio genero num. 3. ff. de condit. & demonst. Menoch. cons. 455. num. 8. Card. Mant. de coniect. lib. 11. tit. 22. num. 8. in fine cum seqq. Rota coram Greg. de-*
3 *cis. 346. num. 2.* † illudque fuerat, cum nupserit attributum, vt ponderauit *Ruin. cons. 68. num. 7. lib. 4. Menoch. cons. 455. num. 10. Paris. cons. 25. nu. 59 lib. 2. Rota in Bonon. successionis 11. Februarij 1598 coram clar. me: Card. Pamphilio, & 29. Octob. 1599. coram Lancellotto post primum volum. cons. Giouagn.*
4 *cons. 42. num. 120. & 132.* † quod ideo per legatarium transmitti non potuit ad suos heredes, si pendente nuptiarum conditione decessit, *ad textum in l. sed, & si plures, ff. de vulg. & pupill. l. pen. C. de impub. & alijs substit. Menoch. consil. 81. num. 4. & consil. 455. num. 1. Rota decis. 538. num. 6. par. 1. diuers. & in add. Bonon. successionis 11. Febr. 1588. coram Card. Pamphilio,* & in alijs relatis in *Romana fideicommissi de Cartulis in §. quia dos lega-*
5 *ta fuerit 20. Nouemb. 1647. coram me,* sed penès legantis hæredes remansit, & voluit *Paris. consil. 25. num. 59. lib 2. Couar. in cap. 3. num. 11. de testam.* vbi attestatur de communi *Albert. Brun. in tractat. quod stantibus masculis artic. 11. quæst. 3. num. 23.*

6 Neque † huiusmodi legatum purum poterit reputari, siue fuisse purificatum, vel quia ipsius consignationi ætas annorum 17. adiecta fuerat, adeoque certum tempus omnino futurum nullam inducens regulariter conditionem, iuxta *tex. in l. Seius Saturninus, ff. ad Trebel. l. ex his, C. quando dies legat. sed Bald. in l. ambiguitatem num. 4. vers. aut apponitur dies certa, Cod. de*
7 *vsufruct.* † Vel quia conditio certam dumtaxat ætatem legatariæ respiciens, dum illa expleta fuit purificata remansit, & tum legatum consequenter reddidit transmissibile ad hæredes, per *textum in l. si post diem, ff. quando dies legat. sed & in l. vn. §. cum igitur, C. de caduc. toll.*

8 Quoniam † non solum certa dies præstationi legati adiecta fuit, sed expressa quoque nuptiarum conditio, legatum conditionale constituens, ac purificationem conditionis per lapsum solius diei exaduerso prætensam, omnino excludens, dum legataria eadem pendente decessit, vt ponderauit *Dec. cons. 2. num. 5. Bero. cons. 100. num. 8. lib. 3.*

9 Non etiam † purum poterit recenseri legatum ex eo, quòd nuptiarum conditio, ac dotis, executioni ipsius adiecta fuit, & postquam vndequaque perfectum euaserat non autem

autem ipsius legati substantiæ, cum tunc ad designandum potius tempus solutionis, quam ad eius substantiam coarctandam apposita videatur secundum *Bald. in l. ambiguitatem num. 4. C. de vsufruct. Castr. consil. 135. num. 2. lib. 1. Aym. cons. 101. num. 1.*

10 Dum enim † totum legatum ab vnico tantummodo regitur verbo *reliquit*, præfata nuptiarum conditio, ac dotis substantiæ legati non autem executioni censetur adiecta, iuxta *theoric. gloss. in l. Seius Sempronius, ff. ad Trebell. Crass. in §. legatum qu. 43. num. 7. Noual. de transmis-*
11 *sione cas. 17. num. 55.* † Illud præterea legatum reddidisset cõditionale incerta dies ipsius præstationi adiecta, ac qualitas personæ legantis, videlicet extraneæ, *Angel. in l. Seius Saturninus, num. 2. ibique Alex. pariter num. 2. ff. ad Trebell. Card. Mant. vlt. vol. lib. 11. tit. 18. num. 20. Rim. iun. cons. 624. nu. 19. & 20. Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1. qu. 8. num. 62.*

Non vrgent auctoritates, quæ deduci pos-
12 sent in contrarium, † cum vel procedant in dote succedente loco legitimæ, ac quamcumque proinde conditionem reiiciente, ex trad. per *DD. in l. vltim. §. filia, ff. de legat. 2* ac alijs relatis in *add. Romana fideicommissi de Cartulis 20.*
13 *Nouemb. 1643. coram me;* † Vel loquantur cõtra communem DD. sententiam, vt aduertit *Cardin. Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 18. num. 21. Rota coram Greg. decis. 346. num. 3. & 4.*

14 Hinc † cessant coniecturæ ad arguendum legatum purum exaduerso deductæ, cum illę in hac clara Testatoris dispositione non admittantur, *l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. oblig. l. vltim. §. sin autem, C. de bon. quæ liberis notat Bertran. 7. cons. 268. volum. 2. par. 1. Surd. de alimen. tit. 4.*
15 *quæst. 9. num. 29. & tit. 6. qu. 3. num. 4.* † Nec prætereá legatum purum concludant: Prima enim petita ex pecuniarum deposito hæredi per Testatorem iniuncto ante lapsum ætatis annorum 17. nuptiarum conditionem, vt exaduerso prætenditur, non excludit, ac si ad commodum legatariæ illud sancitum foret secundum *Castr. cons. 125. num. 2. lib. 1.* Quia ibidem Testator ad filiarum creditum iusserat deponi pecunias, easque ante nuptias legatariæ tradi mandauerat, cum scilicet primum nubilem ætatem attingerent, vt ex eiusdem consilij lectura dignoscitur; Quæ cum in proposito casu deficiant suadere non valent ad creditum legatariæ ibidem non expressum præscriptum fuisse depositum, sed potius vt eædem pecuniæ promptæ essent, atque paratæ, in casu, quo cedente nuptiarum die, vellet matrimonium legataria contrahere.

Altera quoque coniectura deducta ex legato alimentorum ab vxore præstando, quousque legataria 17. suæ ætatis annum attingeret, nec arguit legatum purum, quasi illud ex tunc alimentorum loco cedere debuisset, sed potius prudens consilium Testatoris impellendi legatariam quantocitiùs ad nuptias, postquã eam expleuisset ętatem: Siquidem vxori pręceperat vt Dialtam domi suæ retineret donec ad 17. ætatis annum præueniret. Eodem
16 verò tempore expleto, si nuptiæ non successissent, id iniunxit hæredi, à quo propterea debuerat tunc consequi alimenta secundum *Bart. in l. 1. in fin. C. de leg. Corn. consil. 323. col. 2. vers. & saltem procedit, vol. 2. & in cons. 156. circa fin. vol. 4. Surd. de alim. tit. 2. quæst. 3. num. 11.* Vt etiam obseruantia successiua declarauit, ex testibus iustificata, quorum depositione conuincitur ad obitum vsque Dialta alimenta recepisse à legantis hęrede. Neque subsistit in facto, quod dilatio nuptiarum ex non subsecuto deposito successerit, id enim nulla ra-
17 tione concluditur. † Quinimmo neque iustificatur exaduerso eamdem Dialtam requisiuisse hæredes, vt sibi de viro prouideretur, nec consequenter; quod vsquam ad nuptias adspirauerit, vt declarat *Menoch. cons. 81. num. 5. Rimin. cons. 385. lib. 3. Afflict. decis. 370. num. 7.*

18 Confessio denique † in Instrumento transactionis initæ à Pastarinis super puritate legati post obitum Dialtæ cum vxore Andreæ, visa fuit ex facto quoque corruere, cum non emanauerit, postquam ipsamet Dialta decesserat. Quinimmo præseferat debitum legati pro dote, quod consequenter supponitur esse conditionale, *text. in l. sancimus, C. de nupt. & in*
19 *l. stipulatione, ff. de iur. dot.* † Pręterquam legatum prędictum ex eadem confessione purum reddi non potuit, si existat conditionale, dum non ab ipsius voluntate confitentis, sed à iuris dispositione dependet *ad text. in l. cum in falsa, C. de iure & facti ignor. Aym. cons. 29. num. 2. Menoch. cons. 498. num. 4. & 27. Rota coram Verall. decis. 185. num. 4. par. 1.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BICHIO.

Astoricen. Attentatorum.

Veneris 28. Iunii 1652.

ARGVMENTVM.

Inhibitionum Rotalium cognitio, cum præseferant nomen, & potestatem Romani Pontificis, & Sedis Apostolicæ non spectat ad alium, quam ad eumdem Pontificem, siue eius Signaturam Gratię, vel Iustitię, vel ad ipsam Rotam inhibentem, & non ad alios.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio Rotalis, Iudici præsentata, sufficiens est ad causa attentata.*
2 *Notario attestanti de his, quæ spectant ad eius officium creditur.*
3 *Inhibitionis præsentatio ex quibus actibus deducatur.*
4 *Inhibitionum Rotalium cognitio, seu moderatio ad quem spectat.*
5 *Inhibitionis Rotalis cognitio spectat, vel ad Signaturam, vel ad Rotam.*
6 *Inhibitionis Rotalis renunciatio, vt per partem fiat, quid requiratur.*
7 *Consensus non potest probari per ea, quæ illud excludunt.*

8 *post*

8 *post Inhibitionem gesta, reuocari possunt, vbi attentata à Iudice appellationis, saltem ex officio.*
9 *Attentatorum reuocationi semper est locus, quamuis pars expressè, vel tacitè renunciasset, deinde appellationi.*

DECISIO CCXCII.

REVERENTER in primis incepit Dominus Mancinus Iudex delegatus in tertia instantia causæ inter Franciscum Romerum de Pradà, & Michaelem Dolgadum pendentis inhibitionem Rotalem sibi præsentatam, & petionem Romeri, vt abstineret ab vlteriori cognitione, causamque ad sacram Romanam Rotam iuxtà formam litterarum inhibitorialium remitteret, remisit ad Reuerendissimum Nuncium Apostolicum in Regnis Hispaniarum, quod illi rescripsit, vt procederet ad vlteriora non obstantibus dictis litteris, vt in Summario Romerio num. 2.

Prout successiuè processit, ac sub die 19. Aprilis 1651. protulit conrra Romerum sententiam diffinitiuam latæ à secundo Iudice confirmatoriam, quam cum omnibus inde secutis attentatam esse declarauit hodie Rota, quia præcesserat inhibitio Rota-
1 lis; † quæ præsentata ipsi Iudici, vt sufficit ad reddendum attentatum, quicquid postea gestum fuit, *Cæs. de Graff. decis. 6. num. 5. de caus. poss. & propr. Rota decis. 311. num. 2. par. 4. tom. 2. recent. & in Lucana Canonicatus 30. Aprilis 1646. coram R. P. D. meo Peutingero, in Taurinen. Parochialis 13. Nouemb. 1647. coram R. P. D. meo Celso.*

Probatur ex comparitione Procuratoris Romeri coram Mancino sub die 23. Februarij 1651. data in Summario num. 1. vbi legitur, quod ille litteras inhibitoriales sacræ Rotæ præsentat, & petit per Mancinum abstineri à cognitione causæ illam remittendo ad sacram Rotam vbi pendet, accedente præsertim decreto eiusdem Mancini, qui hunc articulum inhibitionis decidendum remisit D. Nuncio, ab subsequenti declaratione Nuncij remissiua iterum causæ ad Mancinum, non obstantibus dictis litteris inhibitorialibus: De quibus om-
2 nibus fidem facit Notarius actuarius † causæ, cui tanquam de re ad eius officium spectante creditur, *Bart. in auth. si quis in aliquo sub num. 2. vers. secundo oppono num. 3. C. ed end. Egid. dec. 58. num. 4. & seqq. Caputaq. decis. 170. num. 5. part. 1. Coccin. decis. 98. num. 4.* cum alijs qua in his terminis secuta est *Rota in Cracouien. attentatorum 17. mensis currentis, §. 1. coram me,* † quodque ex prædictis actibus probetur inhibitionis præ-
3 sentatio, † scientia fuit decisum in *Leodien. successionis, seu attentatorum 19. Ianuarij proximè præteriti, §. animaduerten. coram me.*

Nec ab attentatis excusat præmemorata declaratio, seu decretum D. Nuncij, quia in-
4 hibitionum Rotalium † cognitio cum præseferat nomen, & potestatem Summi Pontificis, ac Sedis Apostolicæ non spectat ad alium, quam ad eumdem Pontificem, siue eius Si-
5 gnaturam Gratiæ, vel Iustitiæ, vel ipsam Rotam inhibentem, cæteri verò omnes eas seruare debent sint iustæ, nec ne donec vt supra reuocentur, *Lancell. de attent. part. 2. cap. 20. ampl. 11. num. 1. & 3. & seqq. Acchill. decis. 39. num. 6. de appellat. Rota decis. 785. num. 2. part. 1. diuers. dec. 71 num. 2. decis. 72. num. 10. apud Pacif. de Salu.* & in alijs relatis in *dicta Taurinen. Parocchialis, & ideo prius, coram R P. D. meo Celso, in Lucerinen. attentatorum 16. Iunij 1648. coram R. P. D. meo Cerro, in Anglonen. Territorij 13. Iunij 1650. coram R. P. D. meo Meltio.*

Minus releuat assertus consensus Romei
6 in iurisdictionem Mancini, quia † vt induceret renunciationem inhibitionis probandus esset posterior inhibitionis præsentatione, *Rota decis. 312. num. 3. apud Duranum,* nec tamen probatur, quin ex datis in Summario Romeri num. 5. apparet Romerum quando comparuit appellasse à decreto Domini Nuncij re-
7 missiuo causæ ad Mancinum † id quod consensum in iurisdictionem Mancini excludit, vt in terminis respondit *Rota in Romana Saluiani interdicti 14. Decembris 1598. coram clar. mem. Card. Hieronymo Pamphilio patruo S. D. N. Innocentii X. impressa apud Marches. de commiss. part. 2. fol. 35. sub num. 7.* semperque gesta post inhibi-
8 tionem reuocari, † vt attentata possunt à Iudice appellationis saltem ex officio quamuis
9 appellans expressè, vel tacitè † renunciasset, deinde appellationi, *Rota coram fa. me. Greg. XV. decis. 243. num. 4. & ibi Add. litt. A. decis. 406. nu. 1. coram Ruratto, & in Romana fideicommissi, seu attentatorum 17. Maij 1647. coram bo. me. Arguelles, in Leodien. successionis, seu attentatorum 19. Ianuarij 1652. coram me.*

Et ita decisum informante solum Romero plures tamen citato Aduersario per contradictas.

R. P. D. BICHIO.

Bononien. Hæreditatis.

Veneris 28. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Statuta Laicalia in hæreditate Clerici non habent locum, siue dirigant verba in personam defuncti, siuè tantùm de eius bonis disponant, siue etiam agatur de bonis quæsitis ante vel post Clericatum; & quid si essent confirmata à Sede Apostolica cum verbis amplissimis, & in forma specifica, quæ habet vim nouæ legis, an & quando libertatem Ecclesiasticam coarctare possit, clarè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Fratri defuncto succedunt in capita frater, & soror.*
2 *Interdictum quorum bonorum competit succedentibus ab intestato.*
3 *Statuta laicalia disponentia de successionibus ab intestato, non habent locum in hæreditate Clerici, & quare num. 4.*
5 *Statuta laicalia non possunt disponere de personis Ecclesiasticis, neque de eorum bonis directè, aut indirectè, & quare.*

6 *Amplia*

6 *Amplia siue statutum dirigat verba in personam defuncti, siue tantum disponat de eius bonis, siue agatur de bonis quesitis ante, vel post Clericatum.*

7 *Statutum exclusiuum fœminarum non habet locum in bonis eius iurisdictioni non subiectis.*

8 *Statutum laicale non habet locum in bonis patrimonialibus, etiam ante Clericatum quesitis.*

9 *Statutum attendi debet solum de tempore mortis, in quo eius effectus confertur.*

10 *Statutum quando est confirmatum à Sede Apostolica in forma specifica, ipsa confirmatio habet vim nouæ legis.*

11 *Statutum laicale confirmatum à Sede Apostolica, quando comprehendat etiam Clericos, & quando secus num. 12.*

13 *Confirmatio Apostolica in statutis laicalibus apposita, etiam in forma specifica, quid operetur,*

14 *Confirmatio Apostolica in statutis apposita in forma specifica, quamuis habeat vim nouæ legis, non operari potest contra voluntatem Legislatoris.*

15 *Confirmatio Apostolica statutorum laicalium, quamuis emanauerit in forma specifica, egredi non potest terminos confirmati, cui famulatur.*

DECISIO CCXCIII.

VALERIÆ Cataneæ, eiusque cessionariis decisum hodie fuit dandam esse immissionem in medietate bonorum hæreditariorum Bernardini Catanei fratris ab intestato superstititibus tum dicta Valeria sorore,
1 tum Bartholomæo fratre defuncti, † nam fratri succedunt in capita frater, & soror ex dispositione iuris communis, in §.1. *Auth. de hæred. ab intestat. Auth. cessante, C. legit. hæred. cum aliis allegatis in Auximana prædii 28. Iunii 1646.*
2 *§. fin. coram me,* † & succedentibus ab intestato competit interdictum quorum bonorum, *Menoch. de adipisc. remed. 1. num. 33. & seqq.* & in his terminis *Buratt. decis. 262. num. 10. decis. 309. num. 2.*

Nec obstat statutum Bononiæ *lib. 4. de successionib. Ascenden. & Collater. §. dicti vero fratres,* præferens fratrem sorori in successione com-
3 munis fratris prædefuncti, † quia statuta huiusmodi à laicis condita in hæreditate Clerici qualem fuisse Bernardinum, probant testes dati in Summario Valeriæ, non habere locum Rota censuit articulo maturè discusso, & omnibus contrariis reiectis in *Rauennaten. hæreditatis 5. Iunii 1648. coram Eminentissimo D. Card. Ottbobono,* vbi allegantur innumeri con-
4 cordantes, & affertur solidissima ratio, † quod scilicet hisce statutis nullo modo comprehendi potest illud de quo in specie statui, at-
5 que disponi à statuentibus non potuit; † laici verò non possunt in specie statuere de personis Ecclesiasticis, neque de eorum bonis directè, aut indirectè, quia illorum iurisdictioni non subsunt, *cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de consti. cap. decernimus de iudic. cap. fin. de vit. & honest. Cleric. cap. 1. de immunit. Eccles.*
6 Quæ ratio militat, † siue statutum dirigat verba in personam defuncti, siue disponat tantum de eius bonis, siue agatur de bonis
7 quæsitis ante, vel post Clericatum: † semper enim deest subiectio bonorum iurisdictioni statuentium, quæ sola sufficit ne statuto exclusiuo fœminarum sit locus, vt sequendo doctrinam *Bart. in l. 1. nu. 32. & 33. Cod. Summ. Triuit. & fid. Cathol.* sæpissimè dictum fuit in decisionibus relatis à *Greg. XV. decis. 255. num. 1. & seqq. ibique Adden. num. 7. à Buratt. decis. 118. num. 2. & ab Add. ibidem num. 14. ac decis. 162.*
8 *num. 13.* † Et superueniente Clericatu etiam bona patrimonialia antea quæsita exeunt de potestate laicorum, *Imol. cons. 55. num. 7. Hond. de communi cons. 3. num. 12. lib. 1. Lancellott. Galliæ cons. 59. num. 14. aliique relati à Moder. Pedemontano disquisit. Clerical. par. 1. tit. de exempt. cleric. &*
9 *eorum bonorum §. 5. num. 6.* † attendique debet solum tempus mortis in quod statuti exclusiui effectus confertur, *Salic. in auth. cassa nu. 14. C. sacrosanct. Eccles. Dec. in cap. Ecclesia S. Mariæ num. 207. num. 212. & seq. de constit. Abb. ibidem num. 25. Anchar. cons. 107. num. 2. cons. 108. num. 1. & 2.* aliique plures quos in terminis statuti exclusiui fœminarum secuta est *Rota in Tudertina successionis 29. Maii proximi præteriti coram R.P.D. meo Meltio,* & magis in puncto *Modern. Manicalciatensis ab Bul. Cœnæ Domini lib. 2. can. 15 quæst. 17. num. 28. Reuerendissimus Episcopus Eugubinus decis. for. Eccles. 11. num 14. & 21.*
10 Nihil suffragante, † quod Statuta Bononiæ confirmata fuerint à Sede Apostolica in forma specifica verbis tam amplis, vt nouæ legis vim ipsa confirmatio habere videatur, vt pōderatum fuit in *decis. 438. num. 54. & seqq. par. 4. tom. 2. recent. relata in Bonon. bonorum 17. Martii*
11 *1649. §. gratis vero, in fin. coram me;* † quia id esset momenti si statutum eliminaretur à successione Clerici ex defectu dumtaxat potestatis statuentium; hunc enim defectum dicta
12 confirmatio substulisset: † verum vrget vlterius defectus voluntatis; quia nempe nisi in statuto fiat expressa mētio de Clericis eorumque bonis, vel adsint verba vniuersalia apta Clericos includere, statuentes non censentur voluisse illa comprehendere, *Honded. consil. 20. num. 6. vers. sed etiam, & sub num. 7. vers. quæ conclusio, lib. 2.* & aliis allegatis aduertit *Rota in Romana dotis 11. Februarii 1647. §. addebant, coram*
13 *me.* † Hunc autem voluntatis defectum confirmatio quamuis in forma specifica non supplet cum natura confirmationis sit robur addere confirmato, non autem illud ad ea quæ in confirmato non includuntur extendere, *cap. 1. & 2. de confirmat. vtil. vel inutil. Decius in l. more num. 31. ff. iurisd. omn. iudic. Bero. consil. 7. num. 37. lib. 3. Menoch. cons. 75. num. 32. Rota in Romana scutorum quatuor millium 26. Nouemb. 1618. coram clar. mem. Coccino decis. 604. num. 1. part. 4. recent.* & in puncto statuti confirmati à Sede Apostolica *decis. 58. num. 29. & 30. par. 6. recent, in Spoletana bonorum 13. Aprilis 1646. §. cum in ea coram Eminentiss. D. Card. Corrado. in d. Rauennaten. hæreditatis §. neque suffragatur,* ibi, *nec in statutis facta esset expressa mentio Clericorum, coram Eminentissimo D. Card. Ottbobono, & in dicta Tudertina successionis coram R.P.D. meo Meltio,* quæ loqui-

loquitur in terminis confirmationis ex certa scientia amplissimis clausulis conceptæ:

14 Eo facilius † attentis præcisis verbis confirmationis Iulij II. ibi, *dummodo contra libertatem Ecclesiasticam non sint*, quibus ille Pontifex satis declarauit non intellexisse aliquid disponere contra Clericos, & libertatem Ecclesiasticam, quæ etiam in exemptione bonorum Clericorum à iurisdictione laicali consistit; vnde vrget quoque defectus voluntatis confirmantis & esto quod confirmatio vim haberet nouæ legis, operari non potest contra voluntatem legislatoris, vt per *Bart. in l. Iulianus verum debitorem num.* 15. *ff. condict. indeb. Dec. cons.* 43. *nu.* 4.

15 *Buratt. decis.* 52. *num.* 5. † aut egredi terminos confirmati cui famulatur, *Cassad. decis.* 1. *num.* 2. *de confirmat. vtil. vel inutil.* quem cum alijs ibi allegatis refert, & sequitur *Rota decis.* 176. *n.* 36 *par.* 5. *recent.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

R. P. D. MELTIO,

Postea Episcopo PAPIEN.

Bononien. nullitatis Concordiæ.

Lunæ 1. *Iulij* 1652.

ARGVMENTVM.

Ius institutionis est personalissimum, ac proinde non potest cedi, ac in alium transferri; & licet fideicōmissa, legata, substitutiones &c. cōcurrentibus cōiecturis transmittantur ad hęredes, tamen non ita pariter iudicandū est de directa hæredis institutione, quæ cū debeat nominatim, & expressim fieri proprio ore Testatoris, nullo modo posse in alios transferri, in præsenti decisione constanter firmatur.

SVMMARIVM

1 *Fideicommissum, legatum &c. quare transmittantur ad hæredes, concurrentibus coniecturis pro transmissione.*

2 *Transmittere ad hæredes non potest ius institutionis sibi directæ, & quare.*

3 *Hæres debet esse à proprio ore Testatoris nominatus.*

4 *Hæres quando à Testatore fuit nominatus pater, non potest talis nominatio in filium transferri.*

5 *Hæres institutus, si prædecedat ante mortem Testatoris, non potest ius institutionis in suos hæredes transferre, & quare.*

6 *Repræsentationi, quando non detur locus.*

7 *Personæ Ecclesiasticæ veniunt sub nomine Potentiorum.*

8 *Cessio facta non ex causa lucratiua, sed ex mutua conuentione, reputatur valida, & quando in ea esset fraus & simulatio.*

9 *Cessio bonorum litigiosorum facta ad fauorem Ecclesiæ, quando non possit dici facta in personam Potentiorem.*

10 *Confessio cedentis emissa post factam cessionem, non probat in præiudicium cessionarij.*

11 *Hæres tenetur approbare factum defuncti, & quando secus num.* 12.

DECISIO CCXCIV.

INFORMANTIBVS tantum Patribus Sancti Iacobi Ciuitatis Bononiæ Ordinis Sancti Augustini resolutum fuerat sub die 17. Maij 1651. vigore cessionis factæ super medietate hæreditatis q. Franciscæ Gandulfæ per Ioannem Franciscum illius hæredem ad fauorem dictorum Patrum, ad ipsos spectare quinque ex duodecim partibus Censuum hęreditariorum dictæ Franciscæ, & hoc ea ratione, quia cum ex asse totius hæreditatis redacto ad duodecim vncias prius venirent demendæ quatuor in vim statuti Bononiæ sub rubrica de dot. restit. §. & si decesserit, deferentis tertiam partem fratribus, seu nepotibus in bonis sororis, & amitæ sine filijs defunctæ, & ex his duæ spectarent ad Ioannem Ludouicum Testatricis nepotem, aliæ verò duæ pertinerent ad dictum Ioannem Ludouicum pariter nepotem, ad quem etiam spectabant reliquæ octo vnciæ titulo fauorabilis institutionis factæ in testamento ipsius Franciscæ, inde sequebatur, quod hæreditas dicti Io: Francisci consisteret in decem vncijs, cuius propterea medietas cessa dictis Patribus ascenderet, prout in decisione firmatur ad vncias quinque.

Verùm reproposita hodie causa DD. censuerunt reformandam esse decisionem, quia ex Iuribus nunc datis pro parte Io: Ludouici eius Summario num. 6. constat cessionem vt dixi factam per Ioannem Franciscum ad fauorem dictorum Patrum non fuisse factam, prout ab ipsis suppositum fuerat de integra medietate hæreditatis Franciscæ, sed solummodo de medietate eius portionis, quæ erroneè obuenerat Io: Ludouico, & ab eo recuperari debebat, vel iudicialiter, vel mediante transactione, vt expresè legitur in Instrumēto dictæ cessionis, ibi, *cum hoc quod omnia bona cuiuscumque quantitatis, quæ à dicto Io. Ludouico, vel iudicialiter, vel mediante forsan aliqua transactione &c. seu &c. contigerit recuperari causa, & occasione bonorum, & hæreditatis præfata debeat specialiter inter dictum Ioannem Franciscum, & Fr. Iacintum.* (Ex cuius persona Patres S. Augustini modo agunt) *diuidi &c.* Hinc namque patet, quod portio spectans Monasterio vigore dictæ cessionis non excedit duas vncias, quia medietas per erroneam diuisionem obuenta dicto Io: Ludouico est vnciarum sex, ex quibus dum demuntur, prout demendæ sunt duæ vnciæ, quas idem Ioannes Ludouicus habere debet iure proprio vigore statuti, medietas recuperanda vti erroneè illi obuenta erit, solum vnciarum quatuor, quarum duæ tantum debentur Patribus, siue eorum Monasterio, quia in hac sola parte verificatur medietas illis cessa.

Reformata igitur in hac parte decisione quoad reliqua optimè subsistere visa fuerunt illius fundamenta, non obstantibus ijs quæ pro parte Io: Ludouici fuerunt in contrarium deducta.

Et primo nullius releuantiæ visum fuit, quod portio ei obuenta in diuisione verè ad eum spectaret tamquam hæredem Franciscæ, licet hæres ipse in testamento institutus non fuerit, eo quia prætendat ad hunc effectum ei sufficere institutionem Annibalis eius patris, vt deinde ab eo quamuis prædefuncto ante Testatricem in se vti filium hæreditas transmitti potuerit.
1 † Quia verissima est conclusio in decisione nostra firmata, quod quidquid sit de legatis fideicommissis, & substitutionibus, quæ concurrentibus pro transmissione coniecturis transmittuntur ex ea ratione, quia sicuti illa solis coniecturis, & indicijs immo, & solo nuto inducuntur, ad *text. in l. nutu, ff. de legat.* 1. *l. penult. ff. de legat.* 1. *& l. cum proponebatur, ff. de legat.* 2. Ita, & inducta facilius transmittuntur,
2 † secus est tamen in institutione directa, in qua transmissio locum habere non potest, nam ius institutionis est personalissimum, ac proinde cedi, nec in alium transferri potest, *cap. priuilegium personale de regul. iur. in 6. Archidiac. in cap. hinc est, 16. qu. 1. cum alijs allegat. per Surd. conf. 463. num. 3. vers. mihi verò videtur, Cancer. var. resolut. lib. 3. cap. 21. num. 83.*
3 & quia etiam institutio hæredis debet nominatim, & expressim fieri proprio ore Testatoris, *ad text. in l. hæredes palam, ff. de hæred. instit.*
8 † propterea nominatio Patris non valet in filium transferri eo quia est persona omnino distincta, vt per *Surd. d. conf. 463. num. 4. vers. & quia debet hæres nominatim*.

5 Quare obstare † visi minimè fuerunt, *Ruin. Dec. Soccin. iun. & Bellou. inn. exaduerso allegati*, nam ipsi loquuntur in terminis legatorũ, vel fideicommissi, nec vllus eorum tractat in terminis institutionis caducatę per prædecessum instituti ante mortem Testatoris, quo casu dum talis institutus nullum ius sibi competens habere dicatur neque spe, neque re vtique locus esse non potest transmissioni iuris adhuc non existentis.

6 Minus potest † vis aliqua fieri in repręsentatione, quia non versamur in successione ab intestato, sed in dispositione ex testamento, & vocatione Annibalis Patris proprio eius nomine, ac in certa portione, quo casu non datur locus repræsentationi, *Seraph. dec. 1579. num. 2. & 3.*

Neque refragatur obiecta inualiditas cessionis ex eo deducta, quod cum licentia obtenta à legato deueniendi ad huiusmodi cessionem esset sub conditione, vt illa fieri non
7 posset ad fauorem potentiorum; † Cessio autem facta fuerit ad fauorem Patrum S. Iacobi qui tamquam personæ Ecclesiasticæ sub nomine Potentiorum venire prætenduntur, *Gratian. discept. forens. cap. 826. num. 10. Rota coram fa. me. Greg. XV. decis. 529. num. 6. & seqq.* Id-
8 circo dicta cessio corruat, † quia DD. visum fuit hic non agi de simplici cessione facta ex causa lucratiua, sed potius de mutua conuentione, qua partes concordarunt, vt Monasterium litem suis sumptibus, & expensis prosequeretur; & è contra quasi in recompensationem dd. sumptuum, & laborum, ac iuris sibi ex persona Fratris Hyacinthi competentis reciperet medietatem eius, quod lite terminata recuperatum fuisset; Et ita cessat quæcumque prætensa fraus, & simulatio, maximè dum clarè apparet de bono iure Ioannis Francisci, quo sanè casu non consideratur aliqua nullitas cessionis, quasi tunc cesset ratio prohibitionis ob calumniam, & redemptionem litium, quæ non habet locum stante veritate causæ, *Aretin. consil. 136. column. penult. in princip. Gratian. discept. forens. cap. 8. num. 42. vers. ea aduersatur, Rota post Cenc. de censib. decis. 54. siue 57. num. 14. Gabr. consil. 67. num. 7. lib. 1. idem Gratian. discept. forens. cap. 286. num. 8.* Addito
9 præsertim, † quod nec etiam cessio bonorum litigiosorum facta ad fauorem Ecclesiæ dici potest facta in potentiorem, quando prout hic Ecclesia non habet potestatem in collitigante, ita firmat *Sarnen. ad regul. de subrogand. collitig. qu. 1. num. 2. Rota in recen. decis. 228. n. 23. vers. vbi dixit hoc procedere, par. 7. recent.*

Neque ad effectum retinendi hæreditatem in diuisione obuentam dicto Io: Ludouico, suffragari ei potest cessio iurium, quam reportauit à Virginia vxore, & legataria Ioannis Francisci; quia DD. transierunt cum responsione iam data in decisione, quod cum dictum legatum relictum fuerit post cessionem factam à Francisco ad fauorem Monasterij illud minimè potuerit præiudicare iuribus antea quæsitis eidem Monasterio.

Nec etiam ius aliquod retentionis præbet, prout exaduerso prætenditur creditum dota-
10 le dictæ Virginiæ. † Quia de dicto credito aliunde non constat, quam ex confessione facta per Ioannem Franciscum in suo testamento, quæ confessio cum emissa fuerit post cessionem non probat in præiudicium Monasterij cessionarii, *Surd. decis. 256. num. 9. Gratian. disceptat. forens. cap. 287. num. 12. Rota coram san: mem: Gregor. XV. decis. 311. num. 3. & ibi Adden. num. 2.*

11 Minusque dicere valet † quod Monasterium tamquam hæres Ioannis Francisci teneatur stare illius assertioni, *l. cum à matre, C. rei vindicat. Rota in Rauennaten. bonorum 1. Februarij 1647. coram Eminentissimo Cardinali Cor-*
12 *rado, §. quo verò,* † quia hic non agitur hæreditario, sed cessionario nomine, sicque tollitur necessitas illa, quam regulariter habet hæres approbandi factum defuncti tamquam proprium cum hæres vna, & eadem persona cum defuncto reputetur, quæ ratio non militat in cessionario.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit &c.

☞ *Decisio ista facta in hac eadem causa sub die 17. May 1651. coram eodem Reuerendiss. Papien. quæ hic allegatur est supra decis. 148. in præsenti volum.*

R.P.D.

R. P. D. ZARATE

Calaguritana Beneficij de Ocon.

Lunæ 1. Iulij 1652.

ARGVMENTVM.

Quod Beneficia Calaguritana ad formam Constitutionis Clementis Octaui semper adiudicentur dignioribus in præsenti decisione firmatur; Hinc maior dignitas quomodo iustificetur latè discutitur.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium confertur habenti maiores qualitates.*
2 *Fides Baptismatis probat ætatem.*
3 *Aetas maior in Beneficijs obtinet prælationem.*
4 *Sacerdos cæteris in dignitate Sacerdotali constitutis semper præfertur.*
5 *Sacerdotium probatur ex litteris Ordinarijs.*
6 *Facultatem habens audiendi confessiones prælationem obtinet.*
7 *Exercitium curæ animarum, & administrationis Sacramentorum ad effectum prælationis attenditur.*
8 *pro Ordinarij iudicio regulariter stat præsumptio.*
9 *Institutio obtenta post appellationem, vel infra terminum ad appellandum est attentata.*
10 *Collatio Beneficij ad Ordinarium spectans, stante appellatione defertur ad Rotam.*
11 *Fides non recognita non probat.*
12 *Examinatores tres vigore Concilij esse debent.*
13 *Examen nouum scientiam detegit concurrentium, & iniustitiam priorum Examinatorum ostendit.*
14 *Temporis interstitium ex quibus non attendatur.*
15 *Habilis semel semper præsumitur habilis.*
16 *Examen fieri potest coram Vicario.*
17 *Examen vt sit validum requiritur quod fuerit seruata forma delegationis.*
18 *Beneficia Calaguritana adiudicantur dignioribus.*

DECISIO CCXCV.

CONTROVERSI Beneficij adiudicationem tres filij Patrimoniales Calaguritanæ Diœcesis, & legitimi Oppositores, nempè Sebastianus Garzia, Frãciscus de Bados, & Franciscus Gomez petentes, suas enarrarunt qualitates, quibus exactè per Dominos meos ponderatis, visum fuit adiudicationem esse faciendam Francisco Gomez, qui vltra necessaria requisita, de quibus in constitutione Clementis Octaui super istis Beneficijs Cala-
1 guritanis edita,† cęteris Oppositoribus maioribus qualitatibus præpollet, *cap. si fortè 65. distinct. Rota in Calaguritana Beneficij de Bilbao 28. Iunij 1651. coram Eminentissimo Ottbobono, in Calaguritana Beneficij de Zerbera 26. Februarij præsentis anni in princ corã. Reuerendiss. D. meo Decano, in Calaguritana Beneficij 10. Aprilis pariter præsentis anni, §. præterea, coram R.P.D. meo Meltio*, & passim in omnibus alijs causis Calaguritanis.

Et quidem respectu Sebastiani Garziæ prępollet Franciscus Gomez in qualitatibus: Primo in ętate; nam ex fide Baptismatis data in
2 Summario num. 2. † quæ ętatem probat, *Rota decis. 159. num. 15. coram Merlino, Calaguritana Beneficij 27. Nouembris 1648. §. est verò Didacus, vers. & e conuerso, coram R.P.D. meo Bichio.* Apparet prænominatum Sebastianum attingere vigesimum octauum annum, quia natus est 17. Septembris 1624. Ipsum verò Gomez esse ætatis annorum 37. quia ortum habuit 22.
3 Martij 1615. † Ista enim maior ætas in Beneficijs est causa prælationis, *l. fin. ff. de fid. instr. Lara de Cappellan. lib. 1. cap. 7. n. 4. lib. 2. cap. 3. n. 15 Rota in Calaguritana Beneficij de Lumbreras 18. Martij currentis anni, §. hinc resultat, coram R.P.D. meo Meltio, in Calaguritana Beneficij de Murillo 28. Iunij præsentis anni, §. respectu verò Iosephi, coram R.P. D. meo Rojas, & in supracitatis Calaguritanis.*

Secundo in Sacerdotio, quia de tempore concursus dictus Gomez Sacerdotali charactere erat condecoratus, quem Sebastianus
4 non habebat; Idcirco præferendus, † quia Sacerdos cæteris paribus, in dignitate Sacerdotali non constitutis præfertur, etiamsi Beneficium non sit Sacerdotale, *Cutter. consil. 2. num. 22. in fin. Lara d. lib. 2. cap. 3. num. 17. Calaguritana Beneficij de la Casa de la Reyna 27. Martij 1648. §. quod autem, coram Reuerendiss. Terracinen. Calaguritana Benficij de Logrono 20. Nouemb. 1651 §. ex patentibus, coram R. P. D. meo Verospio, & in allegata Calaguritana Beneficij de Lumbreras, §. quod autem, coram R.P.D. meo Meltio.* Sacerdotium autem Francisci Gomez iustificatum remanet ex literis patentibus Ordinarij datis Sum-
5 mario num. 3. † quæ concludenter probant, *Felin. in cap. post cessionem num. 15. de probat. Buratt. decis. 255. num. 15. & decis. 708. num. 1. Rota in dicta Calaguritana Beneficij 27. Nouembris 1648. d. §. est verò Didacus, coram R.P.D. meo Bichio.*

Tertio in facultate audiendi confessiones: Ostendit enim Gomez Summario d. num. 3. se fuisse approbatum ad audiendas fidelium
6 confessiones, † quod ad effectum prælationis semper fuit consideratum: *Lotter. de re benefic. lib. 2. qu. 31. num. 138. Rota in Calaguritana Beneficij de la Casa de la Reyna 16. Ianuarij 1647. coram R.P.D. meo Bichio, Calaguritana Beneficij de Logroño 11. Februarij 1650. §. & licet, vers. is enim, coram R.P.D. meo Verospio.*

Quarto in exercitio curæ animarum, & administrationis Sacramentorum, de cuius li-
7 centia constat Summario dicto num. 3. † Tale exercitium pro consequenda prælatione ponderauit *Rota in Ripana Parochialis 23. Iunij 1608. coram Sanctiss. D.N. Innocentio X. in d. Calaguritana Beneficij de la Casa de la Reyna 27. Martij 1648 coram Reuerendiss. Terracinen. in Calaguritana Beneficij de Nicena 28. Aprilis 1651. §. Dignior, coram Eminentiss. Otthobono.*

Nec Sebastiani qualitates redduntur digniores ex institutione per eum ab Ordinario ha-
8 bita † pro cuius iudicio regulariter est præsumendum, *cap. in præsentia, ibique DD. de renunc. cap. sicut de sent. & re iud. Rota in hac causa 15. Decembris 1649. §. Quid enim, coram bo. me. Arguelles, Calaguritana Beneficij S. Martini 15. Martij huius* anni

anni, §.nec dubitari, coram R.P.D.meo Albergato.
Nam cum ab Examinatorum relatione detur
appellatio, & institutio ab Ordinario obtenta
non solum intra decennium ad appellandum
datum, sed post ipsam appellationem à Fran-
9 cisco Gomez interpositam emanauerit, † vti-
que nulla, & attentata remanet, vt in decisio-
ne in hac causa super attentatis exarata prima
Martii currentis anni §. propterea coram me, &
firmauit Rota in Calaguritana Beneficij S. Ioannis
de Molinar 29. Maij 1637. §. quia responsio, coram
bon.mem. Coccino, in Calaguritana Beneficij 15. Ia-
nuarij huius anni, §.neque Antonium, vers.eoque mi-
nus,coram R.P.D.meo Bichio, Stante enim dicta
appellatione institutio habetur, ac si non esset
10 facta, & istius Beneficij collatio, † quæ prius
apud Ordinarium extabat, delata fuit ad hoc
sacrum Tribunal, iuxta text. in Clement. Auditor
de rescript. Moder. Auenion.quæst.Benef.par.2.cap.3
§.15. num.3. Rota in dictis Calaguritanis Beneficijs
de Logroño 11.Februarij 1650. §.hinc attendi.coram
R.P.D.meo Verospio, de Cerbera 26. Februarij hu-
ius anni, §.non obstant, coram Reuerendissimo D.meo
Decano, de Lumbreras 18. Martij pariter huius anni
§. neque obstare, in fine, coram R.P.D.meo Meltio.

Respectu verò Francisci de Bados præpol-
let certè Franciscus Gomez, quia qualitates
ab ipsomet de Bados enumeratæ probationem
accipiunt à quadam simplici fide non reco-
11 gnita, † quæ nullum probationis gradum fa-
cit, l.3. §.idem, Decius, ff.de test. l. solam. C.eodem
tit. Rota decis. 177. numer.4. coram Mantica decis.
1300. num. 3. apud Peniam, & decis.30. numer.7.
apud Merlin.

Nec prælationem Francisco Gomez debi-
tam ob maiores qualitates in eo repertas im-
pedire valent obiecta ab informantibus pro
Sebastiano, & Francisco de Bados excitata.
Quorum primum est, quod Franciscus Go-
mez in primo examine habito ad Curata non
fuit approbatus. Secundum,quod idem Go-
mex se subiecit nouo examini post 23. men-
ses, quo medio tempore potuit ediscere. Ter-
tium, quod huiusmodi examen fuit nullum
tanquam factum absente Episcopo contra
formam scripta in S.Concil.Trid. sess.24.cap.18.
de reformat. Et interuenientibus tantummodo
duobus Examinatoribus, cum tamen maior
pars interuenire debuisset ad formam Consti-
12 tutionis Clementis VIII. † vel saltem tres
Examinatores,iuxta dispositionem dicti Con-
cilij à quo prædicta Constitutio passiuam re-
cipit interpretationem, Rota decis.505. num.3.
par.2.recent.

Nam ad primum fuit dictum illud non af-
ficere, quia de grauamine, & iniustitia prio-
rum Examinatorum erga Franciscum Go-
mez apparet ex nouo examine de ordine Ro-
tæ habito,in quo dictus Gomez etiam ad Cu-
rata habilis repertus fuit: Nouum enim exa-
men est modus detegendi scientiam concur-
13 rentium,† grauamen,& iniustitiam priorum
Examinatorum, iuxta decis.527.num.2.& 4. &
538. num.2. coram san.mem.Greg.XV. Rota in Ca-
laguritana Beneficij de Alesanco 8.Martij huius anni
§.non obstat,coram R.P.D.meo Albergato. & in Ca-
laguritana Beneficii de Cornago 20. Maii 1639. co-
ram clara memoria Cardinali Hieronymo Verospio.

Ad secundum fuit responsum constare de
dicti Francisci Gomez habilitate antecedenti
ex examinibus alias factis; de impedimento
culpa Sebastiani causato, & de diligentijs fa-
ctis in tempore pro obtinendo nouo exami-
14 ne, † Ex quibus nil referre temporis intersti-
tium, dixit Rota cum ibi allegatis in hac causa 15.
Decembris 1649. coram bon.mem. Arguelles. Præ-
ter quod intrat vulgaris regula semel habilis
15 semper talis præsumitur, Rota in d.Calagurita-
na Beneficii S.Martini 15.Martii currentis anni, §.
eoque magis, coram R.P.D.meo Albergato.

Denique ad tertium fuit responsum in
præsenti versari iuxta dispositionem S. Conc.
Trident. quia hic non agitur de examine per
concursum ad Parrochiales, de quo loquitur
S. Concil. Et in omnem casum licet in hoc
nouo examine non interuenerit Episcopus,
interfuit tamen eius Vicarius coram quo exa-
men fieri potest, iuxta sancitum in dicto Sac.
Concil. Trident. d. sess. 18. vers. transacto ibi ab
Episcopo,siue eo impedito ab eius Vicario Ge-
nerale. Quod habet locum etiam non docto
de Episcopi impedimento, quia citata verba
Concilij, non tollunt quin coram Vicario
possit fieri examen etiam Episcopo non im-
16 pedito, † sed posita sunt ad ostendendum
conuenire, quod ab Episcopo cessante impe-
dimento fiat examen, ita Garz.de re benef.par.9
quæst.2.num.117.Massobr.in prax. haben.concurs.ad
Parochiales Eccles. vacan.regul.3.dub.3. Barbos.de
offic. & potestate Episcopi allegat.60. num.41. & in
Collect.Doctor. in Concil.Trident. d. sess.24.cap. 18.
num.77. Constitutio autem Clementis VIII.
procedit in examine, quod vigore dictæ Con-
stitutiones fit inter plures Oppositores ab Or-
dinario Calaguritano in prima instantia: At
examen, de quo in præsenti agitur, factum
fuit in gradu appellationis, vigore subdelega-
tionis Rotalis ad Tiraionensem Episcopum
directæ, in qua, nec ad Sac. Concil. Trident.
nec ad Constitutionem Clementinam relatio
habetur, sed simpliciter dicitur, quod Epi-
scopus Tiraionensis Franciscum Gomez exa-
minari curet ab Examinatoribus Synodalibus
quo stante nullum dici non potest examen,
17 cum † satis sit pro eius validitate, quod dele-
gationis forma fuerit seruata, cap.olim, vbi no-
tant omnes,de off. deleg.cap.porrò de priuileg. Lotter.
de re benef.lib.1.quæst.28.num.148.vbi allegat con-
cordantes Rota decis.504.num.3.coram Buratto.

His sublatis, & stantibus maioribus quali-
tatibus Francisci Gomez absque dubio ei tã-
quam digniori facienda venit cõtrouersi be-
18 neficij adiudicatio † iuxta præscriptum in
dicta Constitutione Clementis Octaui, ibi,
Ex quibus dicti Beneficiati quem ipsi,vel eorum ma-
ior pars digniorem inter approbatos ab Examinato-
ribus similiter indicauerint præsentare & c.teneantur,
de qua Rota in Calaguritana Beneficii 27.Nouem-
bris 1648. §. & hic est casus noster., coram R.P.D.
meo Bichio, & in dictis Calaguritanis Beneficii 15.
Ianuarii huius anni, §.vnde nil refert, coram eodem,
& Beneficii de Lumbreras 18. Martii pariter huius
anni

anni in princip. coram R.P.D. meo Meltio, & sæpè in aliis.

Atque ita omnibus informantibus fuit per Dominos conclusum &c.

R.P.D. LEONE VEROSPIO.

Calaguritana Beneficij de Auseio.

Lunæ 1. Iulij 1652.

ARGVMENTVM.

Cum ad Beneficium habens curam animarum semper ille præferatur, qui maioribus qualitatibus præpollet, certum est habentem gradum Doctoratus, & experientia maiori, ac singulari prudentia dotatum cæteris inferioribus esse præferendum.

SVMMARIVM.

1 *in Beneficio Curato ille præfertur qui maiores habet qualitates.*

2 *Doctoratus, aliique gradus, cæteris paribus prælationem attribuit.*

3 *Experientia maior, ac singularis prudentia maximè ad prælationis effectum considerantur.*

4 *Sacerdos semper præfertur in collatione beneficij Curati, amplia, vt num. seq.*

5 *AEtas maior, & antiquior gradus Sacerdotalis prælationem tribuit.*

6 *Sacerdos pauper in beneficijs prælationem obtinet, intellige vt num. seq.*

7 *Paupertas tribuit prælationem cæteris paribus alias secus, & vide num. seq.*

9 *Gradus puta Bacchalaureatus obtenti ab habentibus priuilegia illos conferendi quando suffragentur.*

10 *Natiuitas in loco Beneficij quando sit necessaria.*

DECISIO CCXCVI.

AD quartam beneficij partem in Ecclesia Parochiali Oppidi de Auseio per obitum Andreæ vacantem, Michael Gil, Franciscus Laranaga, Celidonius Alcade, & Michael Lopez de Spinosa sese opposuerant, omnesque in partibus habiles recẽsiti fuerant ad curata, primo tantummodo excepto, qui approbationem ad simplicia ibidem obtinuit, in nouo tamen examine Vrbis, cui se subiecit, approbationem etiam ad curata recepit; Cum verò ab institutionis decreto in partibus alteri per Iudicem concesso, cæteri appellassent, delata mihi causa super adiudicatione beneficij controuersi, proposui dubium ad fauorem Michaelis Spinosæ hodie resolutum. Licet enim qualitates omnes ex Clementina Constitutione requisitas singuli præseferant, has tamen longè maiores Michael Spinosa recenset, ex quibus iuxta eandem Constitutionem
1 ac iuris dispositione perspecta, † cæteris debet in huius beneficij assecutione præferri, *vt in cap. quoniam de iur. patron. & in cap. Metropolitano sexagesima tertia, & in cap. si forte sexagesima quinta distinctione, not. Gonz. ad reg. 8. glos. 4. num. 117. Rot. coram Greg. decis. 11. num. 5. coram Buratt. decis. 22. num. 29. & in Calaguritana beneficij della Casa della Reyna 27. Martij 1648. coram Reuerendiss. Terracinen. & in Calaguritana beneficij de Zerbera 26. Febr. præt. coram Reuerendiss. D. Decano, & in Calaguritana beneficij de Alesanco 8. Martij præt. coram R.P.D. meo Albergato.*

Siquidem in celebri Vniuersitate Salamantina, vsque ab anno 1632. Lauream Bacchalaureatus in iure Canonico ostendit reportasse, octaua verò Septembris 1649. in Hieracensi Vniuersitate fuisse licentiatum, ac 25. postmodum die eiusdem mensis gradum Do-
2 ctoratus ibidem obtinuisse, † quæ quoties singuli habilitate pares existunt, alteri prælationem attribuunt *iuxt. text. in cap. de multa de præb. in fine, & in cap. cum in cunctis de elect. Rot. coram Greg. decis. 11. num. 4. & in decis. 677. num. 1. par. 4. diuers. & in decis. 61. num. 1. par. 3. recent. & in Calaguritana beneficij de Cornago 10. Martij 1639. in §. quia coram Reuerendiss. Terracinen.* Aduocationis præterea munus præuio examine, & approbatione Regij Senatus Valisoletani decem ab hinc annis summa cum laude expleuisse, seque promotoris Fiscalis officio comprobat decoratum à tribus Episcopis Calaguritanis, quos etiam ad generalis Vicarij partes in subsidium explendas, semetipsum renunciasse, eiusque vices successiuè exercuisse, facultatẽ quoque audiendi generales fidelium confessiones, ac dispensandi in casibus Episcopo reseruatis sibi demonstrat attributam, & Parrochi munus de eodem anno delatũ, hinc enim
3 maior experientia desumitur, † ac prudentia singularis ad hunc quoque prælationis effectum ponderata *in decis. 61. num. 1. par. 3. recen. & in adduct. Calaguritana beneficij della casa della Reyna 27. Martii 1648. coram Reuerendiss. Terracinen. & in Calaguritana beneficii de Nieua 28. Aprilis 1651. & in Calaguritana beneficii de Bilbao 28. Iunii eiusdem anni coram Eminentiss. D. Card. Otthobono, & in Calaguritana beneficii de Lumbreras 18. Martii 1652. & in alia Calaguritana beneficii 10. Aprilis sequentis coram R. P. D. meo Meltio.* Denique militiæ Sacerdotali se docet adscriptũ,
4 quæ † pariter solet prælationem in beneficio deferre, *Test. Guttier. cons. 2. num. 22. Lara de capell. cap. 3. num. 17. Rota in Calaguritana beneficii de Logrono 27. Aprilis 1645. coram R.P.D. meo Royas, & in Calaguritana beneficii de Alesanco 8. Martii præt. coram R.P.D. meo Albergato.*

Hinc verò cæterorum collitigantium qualitates inferiores esse noscuntur: Quamuis enim Michael Gil in prouectiori ętate constitutus, ac caractere Sacerdotali longè ante in-
5 signitus existat, quæ prælationem solent regulariter deferre secundum *Bald. in cons. 167. in fin. lib. 4. Guttier. adduct. consil. 2. numer. 22.* & alij quos secuta fuit *Rota in Calaguritana beneficii 10. Aprilis præt. in §. maiores autem coram R. P. D. meo Meltio, & in Calaguritana beneficii de Cornago 10. Decembris 1646. & 18. Februarii sequentis anni coram me*; Et ad audiendas quoque fidelium confessiones fuerit approbatus; Quinimò curæ munus proprium coadiuuando Parrochum assumpserit, & congruo noscatur
6 indigere subsidio ob paupertatem, † quæ prælatio-

lationem solet quoque deferre *ad text. in cap. conquerente de cleric. non residen. & in cap. is potest de preb. cum aliis relatis in Calaguritana beneficii 15 Decembris 1649. in §. ex defectu quoque læsionis coram me*. Adhuc tamen Michael de Spinosa præcellit, tum scientia, ac laurea doctoratus, tum publicis muneribus sæpè sepiùs summa cum laude peractis; Cui proinde obesse non poterit, quod Michael Gil Aduersarius sit pauper, & beneficio Ecclesiastico destitutus, & alterum ipse possideat, redditus annui scutorum 300. Vel quia hæc beneficij possessio non potest iustificata censeri ex testibus sine partis citatione eiusque interrogatorijs examinatis d. tempore, quo eiusdem Procurator legitimè fuerat impeditus: Vel quia prælatio ex causa paupertatis solummodo admittitur, quoties concurrentes cæterarũ respectu qua-
7 litatum, † omnino pares existerent, & in his terminis procedunt auctoritates in contrariũ ab informantibus, allatæ, ac supra deductæ, & aduertit *Barbos. de off. & potest. Episc. par. 3. alleg. 60. num. 103.* & declarauit *Rot. in Tuden. parrochialis 28. Aprilis 1603. coram Sacrato inter impressas par. 3. rec. decis. 61. num. 4.* vbi quod alias Sac. Concil. Tridentini dispositio magnam restrictionem assumeret, ac frustra Curatus
8 admitteretur ad concursum; † Vel quando Beneficium alias obtentum pro congrua possidentis substentatione posset deseruire, vt declarauit *Rot. in adduct. Calaguritana beneficii della Reyna 17. Martii 1643. in §. minus facit coram Reuerendiss. Terracinen.*

Franciscus verò de Laranaga, etsi Sacerdos existat, ac Bacchalaureus artium in Hieracensia Accademia de anno 1650. Constitutus, nec non inter Licentiatos, Doctoresque Theologos eadẽ die in Vniuersitate prædicta descriptus, ac pauper, non tamen maiores qualitates inde concludit, dum respectu temporis, ac loci collati gradus, Michael Spinosa præpollet, etenim longè antea eosdem obtinuerat, & in celebri Vniuersitate Salamanticensi, lauream
9 bacchalaureatus; † At Franciscus Aduersarius receperat in Monasterio Hieracensi, ex vi Priuilegij obtinente facultatem conferendi gradus, quamuis graduandi, nec studijs incumbuerint, nec magistri munus ibidem expleuerint, vt ponderauit *Rot. in Salamantina exemptionis 5. Iunii 1691. coram Penia*; Quinimmò merito fuit, tum publici muneris ratione posthabitus, tum functionis Parrochialis, ab hoc, non autem ab illo peractæ, ex quibus paritas in vtroque excluditur, nec ideo Francisco paupertas suffragatur ex supra deductis.

Denique Celidonius Alcade ipsomet Spinosa inferior esse dignoscitur, dum se solum ostendit bacchalaureum, cum tamen alter vtrumque Licentiati, ac doctoratus gradum exhibeat, necnon publicis muneribus per ipsum laudabiliter gestis eidem antecellat: Adeoq; perperam Celidonius prælationem sibi debitam esse contendit ex Sacerdotio antiquitus recepto, atque ex habita licentia excipiendi confessiones fidelium, cum hanc vltimam qualitatẽ idemmet Spinosa exhibeat, eamq; referat ampliorem ex facultate absoluendi in casibus Episcopo reseruatis, sibi quoque tributa: Sacerdotium vero antiquius prælationem inducere non poterit alijs de causis Spinosæ competentem.

Neque huic videtur obesse, quòd in loco beneficij natalem diem sortitus non fuerit, dum inter filios patrimoniales in partibus fuit
10 recensitus, † & ex Synodalis Constitutionis dispositione satis esse censetur, vt alter ex parentibus, seu Auitis in lucem ibi prodierit, seu incoluerit, vel domicilium per decenniũ ante filiorum natiuitatem retinuerit, cuius Constitutionis meminit *Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 9. §. 1. num. 20.*

Et ità informantibus omnibus resolutum.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Romana, seù Ianueñ Legati.

Lunæ 1. Iulij 1652.

ARGVMENTVM.

Cùm adimatur legatum alicui sub conditione præstandi obedientiam erga parentes, quotiescumque conditio contraria inobedientiæ remanet purificata; an actus ex quibus illa deducitur possit sola parentis attestatione probari.

SVMMARIVM.

1 *Repudiata portione ab hærede, ea accrescit legatario re*, & verbis coniunctò.
2 *Inobedientia filii probatur ex attestatione parentis, ad effectum eidem adimendi legatum sub ea conditione relictum, & num. 5.*
3 *Legem quamcumque potest testator in sua vltima voluntate constituere.*
4 *Legari potest filio sub conditione inobedientiæ præstandæ erga parentes.*
6 *Inobedientiæ probatio deducta ex iurata attestatione parentis eo magis præualet, quo etiam ex testibus recipit adminiculum.*
Testes de visu plenè probant inobedientiam. nu. 6.
7 *Testium fides augetur ex numero.*
8 *Venia per filium à Patre petita culpam præcessisse supponit.*
9 *Facultas priuationis ex vnico actu, & primaua priuatione consumitur.*
Limita, vt num. seqq.
10 *Facultas habens tractum temporis successiuum in primo non consumitur actu.*
11 *Repudiatio, quæ non habuit effectum, remansit inutilis, & proindè non potest dici consumpta.*

DECISIO CCXCVII.

IN testamento, sub quo Magdalena ab Auria decesserat ab humanis, D. Marchione Marcello filio, scripto vniuersaliter hærede, Andreæ, ac Io: Baptistæ, suis, ex eodem filio, nepotibus, sub hac conditione, legauit, vt proprium erga Parentem, obsequium exercerent; in quo quoties deficerent, ac iurata eiusdem

dem attestatione, constaret; vnicuique legatum ademit pro virili, ac suo tunc voluit Heredi deferri: cum verò legatum vtrumque ab eodem D. Marchione, ex inobedientia in filijs, proprio Sacramento probata, expetitū, sub die 23. Iunij 1645. Rota adiudicasset Andreæ: à decisis tamen hodie recessit huius respectu portionis, alterius verò tangentis Io: Baptistam, ex eodem preteritę decisionis fundamento, perstitit in resolutis, quod portio hæc, per ipsummet Marchionem repudiata, acquiri non potuit, sed accreuit Andreæ Col-
1 legiatario, re, † ac verbis, coniunctò, à quocumque onere eidem apposito immunis, *ad text. in l. si Titio, §. Iulianus, ff. de legat. 2. vbi gloss. not. in verb onere, & in l. 1. §. vlt. ff. de legat. 3.* cum alijs in præterita decisione deductis. Ratio verò resolutionis pro recessu desumitur ex capitæ inobedientiæ prestitæ per Andream erga Parentem, ac proprio huius Sacramento iustificatæ, cuius implementum pro conditione legitima admittitur in legato; necnon legati adeptio sub conditione contraria, iurata quo-
2 que Patris attestatione, probanda, † ex Iuris dispositione permittitur, liberam vnicuique facultatem deferentis, vt in vltima etiam voluntate rebus suis legem quamcumque va-
3 leat imponere, † dummodo à se aliàs non fuerit improbata, *ad text. in l. obtinuit, ff. de condit. & demonstr. & in l. 5. C. de sacrosanct. Eccles. & in §. disponat, auth. de nupt. & in c. sua nobis 17.* vbi *gloss. in verb. volunt de testam.* & in terminis non
4 præstiti erga † Patrem obsequij, notant *Paris. in cons. 20. num. 59 e lib. 3. Ioseph Ramen. consil. 78. num. 10. 13. & 15.* vbi prçtereà concludit huius probationem inobedientiæ, iuratæ Paren-
5 tis attestationi, † per Testatorem posse committi, & notat *Surd. decis. 194. num. 15. 16. & 18. post DD. communiter in l. fin. ff. de prætor. stipulat.* ibique *Bart. num. 1. communiter approbatur*, vt testatur *Alex. cons. 54. num. 1. lib. 2. cum alijs congestis in Bononien legati 1. Iunij 1637. in primo §. coram bo: mem: Cardinali Hieronymo Verospio*. In quam sanè sententiam eo faciliùs DD. inclinarunt, quòd actus inobedientiæ, in Instrumento priuationis Andreæ, per D. Marchionem, expressi, nec aliter, quàm proprio iuramento,
6 de † tempore æditæ decisionis probati, iustificationem modò assumunt ex testibus de visu, & ex optima proindè ratione deponentibus, vt notat *Bart. in l. solam in prima lectura*, ibique *Sicard. num. 3. C. de testib.* idem *Bart. in l. 1. nu. 17.* ibique *Bald. num. 3. Ias. numer. 15. ff. de reb. cred.* cum alijs congestis per *Farin. de testib. quæst. 70. num. 128. & num. 131.* quorum prætereà fides,
7 tum † ex numero augetur, vt notat *Alex. consil. 57. nu. 12. lib. 2.* & pluribus comprobat *Gabr. concl. 5. de testib. Rot. coram Seraph. decis. 241. nu. 2. & coram Buratt. 349. num. 5.* tum ex venia, per eundemmet Andream, petita in epistola Pa-
8 tri transmissa, † ac supponente culpam antecessisse, *ad text. in c. venerabilem 34. vbi post gloss. in verb. postulauit*, not. cōmuniter *DD. de elect. Rot. decis. 534. num. 9. part. 1. recent. & coram Greg. decis. 331. num. 2. ibique Adden.*

Neque poterit hæc priuandi facultas conditionalis, ex vnico actu in antecedenti; vide-
9 licet † priuatione Io: Baptistæ, consumpta præsumi, iuxtà *text. in l. boues, §. hoc sermone, ff. de verb. signif. & not. ibi communiter DD. ac alij plures relati per Tiraquell. super eadem lege in princip.* dum cōditio præstationis obsequij, vtriusque filij legato à Testatrice adiecta, tractum habet temporis successiuum, ac iure proindè meri-
10 tò conditione quandocumque † cedente, ad actum poterit successiuè deduci, *per text. in l. semper, §. negotiatores, ff. de iur. immunit. l. sicut, §. 1. ff. ex quibus caus. maior. not. Angel. in l. vtimur, ad fin. ff. de sepulcr. viol.* cœterique congesti per *Tiraquell. in l. boues, §. hoc sermone limit. 5. nu. 1. & 2. ff. de verb. significat.*

Cui pariter obesse non poterit repudiatio portionis Andreæ, adhoc, vt illam modò assequi nequeat: licet enim eadem legati repudiatio in primo priuationis Instrumento præcesserit; in subsequenti postmodum repetita non fuit, quinimmò illud ad proprium commodum pro secunda vice ademit Andreæ, prout eidem censetur ex Iuris dispositione permissum, dum prima repudiatio ad fauo-
11 rem Io: Baptistæ inutilis, nec proindè † consumpta fuit, *ad text. in l. hæc conditio, ff. de condit. & demonstr. & in l. qui hæres, ff. de acquir. hæred. & in c. si electio de elect. lib. 6. cum alijs per Tiraqu. in d. l. boues, §. hoc sermone limit. 1. num. 1. cum seqq. Molin. de primog. lib. 2. cap. 4. num. 38.*

Et ità vtraque, &c.

☞ *Decisio ista emanata sub die 23. Iunij 1645. coram bon: mem: Leone Verospio, quæ hic allegatur in eodem causa facta est suprà in part. 9. recent. dec. 358.*

R. P. D. ALBERGATO.

Fesulana Beneficij, seù Oratorij.

Lunæ 1. Iulij 1652.

ARGVMENTVM.

Habere facultatem Vicarium confirmandi donationes in materia Beneficiorum de Iurepatronatus probatur ètiam præsumptionibus, & coniecturis, quales autem illæ esse debeant vt sufficientes dicantur in decisione videbis.

SVMMARIVM.

1 *Vicarium habere facultatem confirmandi donationem Iurispatronatus probatur coniecturis, etiam præsumptionibus. & num. vltimò, vbi amplia.*
2 *Verbum*, cum eisdem facultatibus, *denotat adæquationem in omnibus, etiam per omnia.*
3 *Aequiparatorum natura est, vt qualitas vnius transfundatur in alium.*
4 *Attestatio Cancellarij deseruit saltem pro adminiculo.*
5 *Facultas confirmandi præsumitur ex pluribus actis.*
6 *Solitum, vt plurimum attenditur.*
7 *Solitum proximum actui præualet solito antiquiori.*
8 *Solitum alicuius Episcpi, præualet solito antecessorum.*

9 *Vali-*

9 *Validitas confirmationis deducitur ex illius effectuatione.*
10 *Testis de facto propriò, licet ad perpetuam rei memoriam examinatus, præbet adminiculum.*
11 *Testis fides augetur ex morte alijsq; præsūptionibus.*
12 *Facultas Vicarij in confirmatione Iurispatronatus probatur coniecturis, etiam sine litteris patentibus. & vid. sup. num. 1.*

DECISIO CCXCVIII.

FVIT resolutum constare de veritate præsuppositi in decisionibus æditis 14. Martij 1650. & 24. eiusdem mensis 1651. coram Eminentiss. D. Cardinali Corrado, hoc est Pandulphinum Episcopi Fesulani Zimenes Vicarium potuisse donationem patronalis beneficij, de quo agitur, confirmare, & approbare, quia ad id idoneam habere facultatem,
1 vt † probatur ex pluribus coniecturis, & vrgentissimis præsumptionibus, quæ adhunc effectum sufficiunt, vt in terminis firmauit *Rota decis. 598. num. 7. part. 1. diuers.*

Prima siquidem insurgit ex implicita confessione eiusdem Episcopi Zimenes, is enim prædefuncto Pandulphino in Vicarium deputauit Capponium cum eisdem facultatibus illi concessis, in harum verò extensione cum facultas recipiendi huiusmodi donationes Patronatuum concessa legatur, hinc arguere licèt quod ea Pandulphino quoque tributa
2 fuerit, quia illud verbum, † *cum eiusdem facultatibus*, denotat adæquationem in omnibus, & per omnia, *Roland. cons. 47. num. 23. lib. 4. Bursatt. cons. 64. num. 20. Surd. decis. 125. nu. 1. Barbos.*
3 *dict. 99. num. 1.* & natura æquiparatorum † est, vt qualitas vnius in alium transfundatur, *adnot. in l. 1. ff. de leg. 1. Soc. cons. 123. num. 2. lib. 3. Aldobr. cons. 20. n. 48. lib. 1. Cenc. de cens. q. 102. n. 7.*

Altera verò resultat ex eo, quod Pandulphinus in erectionibus beneficiorum, ac similibus Iuspatronatuū donationibus sæpè auctoritatem interposuit, vt constat ex attestatione antiquioris, & alterius moderni Cancellarij,
4 cui † licet informi vtpotè ipsas confirmationes per extensum non referenti, deferendum tamen est, vt saltem deseruiat pro adminiculo, *Bald. cons. 204. num. 7. lib. 1. Caputaq. decis. 234. part. 1. Rot. decis. 198. num. 6. decis. 310. nu. 3. part. 1. recentior.* & ne tot actus pereant præsumenda
5 est † in confirmante facultas necessaria, *ad text. in l. Barbarius, ff. de offic. Præsid. Rot decis. 1. de offic. Vicar. in nou.*

Huic autem accedit quod idem Episcopus Zimenes, & eius successores alijs Vicarijs hāc
6 facultatem impartiri consueuerunt, † quod solitum plurimum est attendendum, vt in terminis Vicarij tradit *Guttierrez canon. qq. lib. 2. cap. 17. num. 27. Sbroz. de offic. Vic. lib. 2. quæst. 41, num. 15.* & tanquam proximum actui, de quo
7 agitur, † præualet antiquiori exaduerso adducto tempore Episcopi Diaceti anno 1587. *Rot. coram san: mem: Gregor. XV. decis. 325. num. 1. coram Caual. dec. 122. nu. 5. coram Buratto dec. 679. num. 15. & in Bononien. beneficij 26. Februarij prox. prat. §. & hoc quod dicimus, coram me*, præsertim
8 cum sit † peculiare ipsius Episcopi Zimenes, *Felin. in cap. cum P. Tabellio sub num. 8. vers. & si Notarius de fide instr. Alex. cons. 163. nu. 11. & 12. lib. 7. Surd. decis. 223. num. 8. Rota decis. 723. nu. 6. par. 2. rece. & in Parmen. pensionis 23. Martij 1640. §. neque hinc, coram R. P. D. meo Bichio.*

Consideratum insuper fuit, quod secuta prima vacatione Franciscus Maria reseruatarius iuris præsentandi vigore dictæ donationis præsentauit q. Philippum de Lutis, & præsentatio à Capponio successore Pandulphini
9 admissa fuit, † quod arguit eius validitatem, & legitimā ipsius infert (quatenus opus esset) approbationem ex deductis *in Baren. Iurispatr. 10. Iunij 1644. coram R. P. D. meo Peutingerio.*

Demum concurrit depositio Vicecancellarij olim Curiæ Episcopalis Fesulanæ, qui testatur sua manu transumptasse deputationem Pandulphini cum explicita facultate confirmandi donationes, qui licet vnicus, & ad perpetuam dumtaxat memoriam examinatus,
10 adminiculum † tamen facit, cum deponat de facto proprio, *Bart. in l. admonendi sub nu. 41. ff. de iureiur. Crauett. consil. 198. num. 11. Caputaq. decis. 206. num. 6. part. 2. Rota decis. 86. num. 1. decis. 406. num. 6. part. 1. recentior. in Tiburtina administrationis, seù redditionis rationis 13. Maij 1642. §. siquidem, coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Firmana pecuniaria 3. Iunij 1650. §. eo magis, coram R. P. D. meo Bichio*, præsertim quia ex eius
11 morte, † & præsumptionibus, ac in circumstantijs superiùs ponderatis illius fides suppletur, *Alex. cons. 149. num. 6. lib. 5. Rota coram sanct: mem. Gregor. XV. decis. 172. num. 5.* ibique *Adden. nu. 9. cum alijs per Add. ad Baratt. decis. 117. nu. 16. in Romana Domus 25. Februarij 1647. §. verum, coram R. P. D. meo Celso, & in Romana nullitatis matrimonij 28. Iunij 1651. §. dictum verò, coram Eminentiss. D. Cardinali Otthobono.*

Non obstat, quod litteræ patentes deputationis Pandulphini non exhibeantur, quia cum factis diligentijs repertæ non fuerint,
12 sufficit † quod eius facultates probentur, vel præsumptiones iuxtà præcitatam *decis. 598. part. 1. diuersor.* vel per testes *Felin. in cap. sicut nu. 31. ante fin. de re iud. Rot. decis. 1. de offic. Vicar. in nou. Crescent. decis. 1. num. 15. ad med. eo tit.*

Et ita vtraque, &c.

Hæ quæ sup. enunciantur decis. sub diebus 14. Martij 1650. & 24. eiusdem 1651. in hoc eodem volumine adnotatæ reperiuntur, altera sup. decis. 130. altera vero infra in Appendice.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Romana Fideicommissi de Victorijs.

Lunæ 13. Ianuarij 1653.

ARGVMENTVM.

Identitas bonorum fideicommissariorum probatur ex Codice conscripto à fideicōmittente, & legaliter asseruato; Item ex decisione Rotali; Item ex immissionis sententia si agatur contrà illam obtinentem: Item ex Instrumentis acquisitionum, & etiā ex Instrumentis Census, & litteris patentibus locorū Montium

rium in quibus præseferatur pretium prouenire ex re fideicommissaria. Remissio fideicommissi non præsumitur ex diuisione, & ex quibus illa excludatur.

SVMMARIVM.

1 *Decisiones de stylo Rotæ, quando sint supponendæ.*
2 *Omissio ex quibus requisitis concedatur Substituto, ex remedio l.vlt.C.de edict.Diu.Adr. toll.*
3 *Identitas Prædij concluditur ex decisione Rotæ.*
Et ex descriptione illius facta in Codice Testatoris legaliter, & fideliter asseruato, & propriò eius Carcere scripto. & num.4. 9. & 13.
5 *Producens scripturas approbat ex eis contenta.*
Quod procedit etiam si scriptura esset priuata. num.6.
7 *Identitas bonorum fideicommissi probatur ex sententia immissionis si agatur contrà illum, qui eamdem sententiam in vim fideicommissi obtinuerit.*
8 *Sententia in iudicatum transacta amplius impugnari non valet.*
10 *Bona ab hærede possessa præsumuntur ei ex hæreditate delata, si ab eo nouas acquisitionis titulus non exhibeatur.*
Quod amplia si corroboretur præsumptio cum Instrumentis locationum defuncti. num.11.
Item si cum Instrumentis acquisitionum. num.12. & 13.
14 *Bona esse Fideicommissaria, quando probetur.*
15 *Census, & loca Montium probantur esse fideicommissaria, si in Instrumento, & litteris patentibus præseferatur pretium prouenire etiam re fideicommissaria.*
16 *Decisiones non possunt impugnari ab eo qui illarum virtute immissionem obtinuit.*
17 *Detractio siue pro legitima, siue alia quacumque causa non competit, quando ex alienationibus constat de illarum consumptione.*
18 *Fideicommissum ex diuisione inter fratres non præsumitur remissum, & ex quibus illius remissio excludatur. num.19. & pluribus seqq.*
Imò illius remissio excluditur si in laudo super diuisione emanato fuerit dictum fideicommissum in suo robore permanere. num.16.
20 *Clausula in reliquis est exclusiua præcedentium.*
21 *Discretiuæ dispositionis ius, quæ sit.*
24 *Obseruantia laudum dubium declarat.*
25 *Obseruantia excludit remissionem fideicommissi.*
26 *Clausula sublata, & decretum irritans in laudo positi adimens facultatem iudicandi contrà illius formam.*
Sed non impediunt quin de comprahensione fideicommissi in laudo possint Iudices cognoscere. num.27.
28 *Immissio in vim fideicommissi non potest retardari virtute clausulæ sublata, & decreto irritanti appositis in laudo super diuisione inter fratres emanato. & à num.26.*

DECISIO CCXCIX.

IN bonis Bernardini hodie decreta fuit immissio D. Laurentio Robertò contrà D. Principissam Dianam Marci Antonij abintestato hæredem, ac bonorum, de quibus agitur, possessorem, quod eadem fideicommisso in sui fauorem purificato ostendit esse supposita ex tribus decisionibus hactenus editis in causa, necnon ipsorum à quacumque detractione immunium identitatem ex alijs decisionibus coram bon:mem: Merlino iuxtà laudabilem, & inueteratum huius Sacri Tribunalis
1 stylum pernecessè supponendis, † quoties non principaliter, siue in gradu appellationis, sed incidenter illarum iustitia in dubium reuocetur, de quo attestatur *Rot.coram Buratt.dec.596. num.1. & 744. num.3. & decis.354. num.3. in fin. & 8. part.4. recentior. & in Mediolanen. pensionis 27. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Bichio.* His namque concurrentibus requisitis substituto
2 conceditur. † Immissio siue ex remedio *l.vlt. C.de edict. Diu.Adr. toll. vt not. communiter DD. in l.peto, §.cum autem, C.ad S.C.Trebell. Peregrin. de fideicomm.art.43.& 44.vtrobiq; nu.1. & art.48. num.5.cum seqq.Rot.decis.237.num.1.part.1.recent. & decis.301. num.6. part.6,* & alijs relatis in *Romana fideicommissi de Zuccaris 4. Februarij 1650. coram Reuerendiss. D. meo Decano*, siue ex altero Saluiani, vt respondit *Rot. coram Seraphin. decis.828. num.1. & 2. & in Romana domus 23. Ianuarij 1630. coram Queippo, & in Romana fideicommissi 13. Ianuarii 1640. coram Reuerendissimo D.meo Decano.*

3 Concluditur autem † identitas respectu *Casalium S.Proculæ* (rubris duodecim dumtaxat exceptis) ac *Pratelatæ*, nedum ex decisione bo: me: Merlini ædita 9.Decembris 1626. sed etiam benè desumitur ex eorumdem corporum descriptione in antiquo Bernardini Co-
4 dice legaliter, & fideliter asseruato, † ac propria eiusdem manu conscripto, vt pluribus comprobat, *Peregr.de fideicomm. artic.44.num.4. & decis.2.num.1. Fusar. de substit. quæst.618.nu.9.* etiam cõtra M. Antonium ipsiusmet Bernardini hæredem, & authorem D. Principissæ,
5 tum quia iudicialis † vigore productionis eadem corpora fideicõmisso agnouit obnoxia, & approbauit, *c.cum olim de cens. c.venerabilis de except. l.publia, §.vlt. ff. depositi, ibique communiter DD. Bald. in l. alias num.3. C. de his quib. vti indig.* vbi conclusionem ampliat etiamsi ille
6 priuatæ † specimen scripturæ præseferat. *Dec. in c. venerabilis numer.27. in 5. conclus. de except.* & plures alij relati per *Surd. consil.151. num.16.*
7 Tum † quia in eisdem bonis tanquam fideicõmissarijs Bernardini sententiam immissionis obtinuit, vt latè probat *Barbat.cons.14.col.3. & 4. lib.3. Peregr.de fideicom. art.44. nu.2. Fusar. de substit.quæst.618.nu.29. Rot.in Reatina successionis 6.Februarii 1643. in §. placuit in fin. coram R. P. D. meo Pentingero*, quæ proindè iniudica-
8 tum successiuè transacta † per ipsos amplius impugnari non poterit, *ad text.in l.si seruus plurium, §.1. ff. de legat. 1.* ibique *Bart. num.2. Ias. num.4. Peregrin. de fideicommiss. artic. 53. num.33. & cons.19.nu.13. lib.1. Rot. decis.78. num.1. cum seqq. part.1. recent.*

Cæterorum quoque corporum identitas, videlicet: *Casamenti, è conspectu Beatæ Mariæ in Porticu, Domus ad vsum fœni cum horto in Transtiberina Regione constituta Medietatis Scalæ, atque* Tur-

Turriculæ, ibi *pariter consistentis, necnon Vineæ petiorum circiter septem extrà Portam Sancti Pancratij, vnius Domus in Regione Arenulæ sitæ, atque alterius consistentis in loco vulgo dicto Ghetto piccolo à Porta Leona, cæteris cum suis membris propè scholam Hebræorum adificatæ*, ex præfatis Codicis lectura
9 conuincitur, † ibi enim, eadem corpora vti propria Bernardini descripta, deindè à Marco Antonio ipsius hærede possessa inter cætera eiusdem bona hæreditaria iustificantur
10 esse relicta; Adeòque † hæredi nouum acquisitionis titulum non exhibenti ex Bernardini successione delata censentur, vt notant *Bald. cons.189.num.4. in princip.lib.1. Peregrin. de fideicomm.artic.44.num.22. Fusar.de substit.quæst.618. num.45. Tiraquell.de retract.consang. §.22. gloss.1. nu.91.& 92. Rota in Bononiẽ fideicommissi de Desiderijs 5.Martii, & 14.Iunii 1637. coram bon: me: Merlino, & in Bonoñ fideicommissi 18.Martii 1647. coram R.P.D.meo Meltio, & in Bononien. bonorum 18.Martii 1652. coram Reuerendiss.D.meo Decano.*
11 Dum id maximè corroboratur, † siue ex locationibus adminiculatis, ac Bernardini quoque possessionem proindè iustificantibus secundum *Menoch.cons.704.num.7. & consil.1111. num.24. Magon. decis. Florent.37. num.5. Rota coram Gregor. decis.318. num.2. & 4. & decis.573. num.5. part.2.recent. & in Auximana fideicommissi 13.Ianuarii 1644. corã Reuerẽdiss. D.meo Decano*, siue ex acquisitionum Instrumentis pro Lau-
12 rentij parte productis, † quæ eadem corpora in bonis fideicommittentis pariter extitisse concludunt *Bald.cons.89.num.4.lib.1.Peregrin.de fideicomm. art.44.num.4. & consil.48.num.6. Petr. eodem tract.de fideicomm. quæst.12.nu.31. cum seqq. Mascard.de probat.conclus.778.nu.9. Rot.decis.360. num.0. part.5. recent. & in Romana fideicommissi de Spiritibus 22.Maii 1644.coram R.P.D.meo Bichio.*

Ex ipso quoque Codice *Granarium cum casamento constructũ in loco vulgo Monte Magnanapoli*, Bernardini fideicõmissarium extitisse digno-
13 scitur, † ac etiam ex Instrumento acquisitionis in actis exhibito, quod licet in computum legitimæ Antonij appareat destinatum in laudo diuisionis ex huius tamen dispositione Bernardini fideicõmisso adhuc remanet ob-
14 noxium † dum vltrà ratam scutorũ sex millium, siue in bonis, siue in pecunia detrahendam alia quæcumque alienatio prohibetur diuidentibus à quibus pretereà constat ex antecedentibus detractionibus successiuis pro parte Laurentij productis facultatem alienandi pro eadem rata fuisse consumptam. Hinc enim benè desumitur granariũ prædicti Bernardini fideicommisso extare subiectum, ad tradit *per Bart.in l.Imperator,§.vltim.ff.de legat.2. Ias.cons.231.nu.1.lib.2, Aldobrand. cons.63.nu.14. Card.Mantic.de coniectur. vltim.volunt. lib.7.tit.8. num.28. Rota coram bon.memor. Coccino decis.432. num.1. & 2.*

*Binos pariter census aliorum scut.*1000. *à DD.de Incoronatis impositum, alterum scut.*1200. *à DD.de Maximis constitutum, necnon loca vigintiduo Montis Fidei* ad as Bernardini pertinere conuincitur:
15 tum † ex publicis impositionum Instrumentis, tum ex patentibus litteris præseferentibus eadem prouenire ex pretio Casalis Casæ ferratellæ de pertinentijs olim Bernardini, ac ipsius proindè fideicommisso comprobantibus esse subiecta tanquam eiusdem loco Casalis subrogata; iuxtà *text. in l.Imperator, §.vlt. ff.de legat.2. & in l.Imperator, ff.ad S.C.Trebell. Castr. cons.326.num.2.lib.1. Alex. cons.82.num.10. lib.2. Molin.de primogenitur.lib.5. cap.19. Card. Mantic. de coniect.vltim.volunt lib.7.tit.8. num.2. Peregrin. de fideicommiss. artic.39. num.12. Fusar. de substit. quæst.627. num.46. Rota coram Vrgellen. decis.53. num.10.* Prout etiam aliis ex patentibus litteris *Loca sex cum dimidio Montis Nouenalis*, competijsse Bernardino vti coempta ex pretio domorum propè Ecclesiam Diui Blasij consistentium ad ipsusmet olim quoque spectantium ex præfati Codicis lectura dignoscitur.

Quæ sanè corpora à quacumque detractione grauatis hæredibus fortasse competẽre esse immunia concludunt decisiones bon: mem. Merlini æditæ fauore Marci Antonij autho-
16 ris D. Principissæ, † quas idem impugnare non poterunt dum ille ipsarum virtute immissionem obtinuit, vt constat *ex decis.47. & decis.77. part.5. recent.* ac bonorum possessores ad fructus omnes à die cõtestatæ litis exactos condemnari sub die 21. Iunij 1628. Necnon præfatum laudum diuisionis à Cardinali Farnesio inter Antonium, Horatiũ, & Curtium fratres de Victorijs Bernardini ex Ioãne Baptista nepotes æditum super omnibus ascendentibus bonis, ac cæterorum familiæ de Victoriis Apostolicæ confirmationis robore per sanct:mem:Gregorium XIII. successiuè munitum ex quo sanè colligitur detractiones vnicuique pro legitima, seù alia de causa in præfatis bonis competentes valorem sc.6000. dumtaxat æquasse dum ibidem ad eam summã taxantur Antonio, deindè verò à R.P.D. Iusto nostri tunc Tribunalis Auditore in eam pariter summam Curtio alteri fratri fuit per sententiam assignata, & per consequens in simili summa decernendam esse Horatio, respondit Rota coram bon: mem: Merlino sub die 10.Martij 1627. Quas prætereà detractiones omnes siue ratam scutorum 6000. earum occasione detractionum vnicuique diuidentium competentem, & assignatam ex pluribus alienationibus bonorum comprehensorum in laudo, datis *in Summario Laurentij nu.22.*
17 *23. & 24.* constat fuisse consumptas, † itaut nihil ex eorum persona modo supersit detrahendum iuxtà eiusdemmet laudi præscriptũ imponentis præfatis fratribus silentium perpetuum super quibusuis Iuribus, prætensionibus ad eorum quemlibet ex quacumque ratione, vel causa cogitata, & incogitata spectantibus in bonis diuisis, vt etiam ponderatum fuit *coram bon: memor: Merlino sub die 2.Iunij 1627. impress. part.5. decis.77.num.8.*

Hinc verò in assignatis corporibus Laurentij retardari non poterit immissio, ac si eadem ex arbitramẽtali laudo fuerint è vinculo fideicommissi, vt exaduerso contenditur exempta.
18 Ipsius † namque remissio ex arbitramentali diuisione quibuscumque licet munita clausulis

19 lis regulariter non arguitur; † Quinimmò in proposito casu excluditur ex eodemmet laudo, siue ipsius sequentia verba spectentur. *Quod diuisione supradicta firma manente, In reliquis omnibus fideicommissa eorum Patris, Aui, & aliorum Antenatorum iuxtà eorum tenorem in suis roboribus permaneant*, vt aduertit *Crot. in l. qui Romæ, §. duo fratres num. 54. ff. de verbor. obligat. Odd. consil. 49. num. 16. Roland. consil. 51. num. 16. lib. 4. Paris. consil. 16. num. 53. lib. 2. Fusar. de substitut. quæst. 593. num. 161. cum alijs relatis in Bononien. fideicommissi 28. Martij 1650. in §. tum etiam quia, coram R.P.D. meo Celso*; non obstante clausula illa: *In reliquis*
20 *omnibus*, † quæ præcedentium licet exclusiua non proinde remissionem fideicommissi in bonis assignatis valet inducere dum ex proœmio laudi omnia fratrum bona fideicommissis quibuscumque supposita ibidem probantur inclusa, & fideicommisso tunc dicerentur obnoxia ab eoque pariter exempta, siue facultas attributa antecedenter Antonio disponendi liberè de bonis assignatis, quæ Curtio, atque Horatio, cæterisque fratribus delata
21 non legitur in laudo, † ac consequenter ex vi dispositionis discretiuæ ibidem denegata censeatur, *ad textum in l. vnic. §. sin autem, C. de caducit. tollen. & in l. si seruus plurium, ff. de legat. 1. & not. vtrobique DD. Rota coram Greg. decis. 301. num. 12. ibique Add. num. 18. & decis. 372. num. 7. & coram Seraphin. decis. 1448. num. 12.* licet cum conditionibus supradictis ipsis assignatio facta fuerit restrictionem namque recipiunt supradictæ conditiones solius respectu domus, & habitationis; vt eodem modo, ac forma censeatur concessa, quemadmodū anteceden-
22 ter Antonio fuerat assignata. † Siue denique ex obseruantia elicita, tum ex cōfessione Antonij, tum Marci Antonii, Petri Pauli, ac Ioannis Baptistæ successorum in aditione hereditatis Curtij patrui, connumerantium inter bona fideicommissaria Bernardini, quæ Cur-
23 tius laudi occasione receperat. † Tum etiam ex sententia successiuè prolata, ac declarante alienationes a Curtio peractas pro rata dumtaxat scutorum sex millium posse subsistere cuius meminit decisio bon. memor. Merlini ædita fauore Marci Antonij inter cæteras im-
24 pressas *par. 5. recent. 77. nu. 4.* Talis quippe obseruantia ad interpretationem laudi quatenus dubij benè deseruit, *l. sed Iulianus, §. proinde, ff. ad Macedon. l. quædam. ff. de reb. dub. not. Hond. cons. 93. num. 30. lib. 1. Rota decis. 53. num. 2. part. 1. diuers. & in Barchinon. Canonicatus 22. Iunij 1646 in §. sed quicquid sit, coram R.P.D. meo Celso, & in alijs relatis in alia Barchinonen. Canonicatus 14. De-*
25 *cembris 1644. coram me*, † & remissionem fideicommissi per diuisionem exaduerso prætensam consequenter excludit, *Fusar. de substit. quæst. 593. num. 48. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 115. num. 62. Rota coram Buratto decis. 89. num. 13. & in Bononien. fideicommissi de Boatterijs 8. Aprilis 1644. §. tertio prædicta, coram Eminent. D. Card. Corrado.*

Præfatam denique immissionem retardare
26 non poterunt, † clausula sublata, & decretum irritans adiectum Breui confirmatorio laudi licet enim vtrumque Iudicibus adimat facultatē iudicandi cōtra formā laudi, ac Breuis in corroborationem ipsius successiuè prolati nō
27 tamen impedit, † quin de comprehensione fideicommissi in laudo cognoscant, vt respondit *Rota coram Put. decis. 48. num. 6. lib. 1. & in Ciuitatis Castelli bonorum 17. Aprilis 1583. coram Robusterio, & coram Comitulo decis. 6. num. 5. & de-*
28 *cis. 569. n. 9. par. 2. recen.* † ac bonorum immissionē fideicommissarijs consequenter attribuant cum non contra formam laudi, sed in ipsius potius executionem tunc iudicasse censeantur, respondit *Rota coram Merlino decis. 241. num. 1.*

Et ita in omnibus corporibus descriptis in Codice, cæterisque supra deductis D. Laurentio decreta fuit immissio, excepto dumtaxat Palatio, cuius immissionem particulari dubio discutiendum DD. reseruarunt vtraque &c.

☞ *Supra in eadem causa habetur alia decisio sub die 27. Iunij 1652. coram eodem bo: me: Leone Verospio est decis. 282.*

R. P. D. BICHIO.

Romana, seu Veliterna Affictus.

Lunæ 13. Ianuarij 1653.

ARGVMENTVM.

Contractus an rescindi possit ex defectu non implementi, vel agendum sit contra deficientem vt adimpleat, maximè si aliquid fuerit impletum eruditè tractatur. Procurator vigore mandati procuræ cum libera, an paciscendo possit præiudicare cum magno damno eius Principali, & quando quis non dicatur constitutus Procurator cum libera, licèt mandatum procuræ in fine contineat clausulas id importantes, latissimè discutitur.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum præbet creditori securitatem dumtaxat, non autem rei sequestratæ dominium, aut dispositionem.*
2 *Descriptio in libris Banchi ad creditum creditoris, probet illi dominium pecuniarum.*
3 *Sequestrum simpliciter appositum minus grauat, quam si riquiretur consensus creditoris super reuocatione sequestri, & quare.*
4 *Dictio*, ad, *aliquando æquipollet dictioni*, pro, *& quando secùs.*
5 *Dictio*, tamen, *est aduersatiua sermonis, & iuncta cum clausula*, non aliàs, aliter, nec alio modo, *quid operetur?*
6 *Implementi defectus ex quo resultet.*
7 *Promissio venit interpretanda iuxta finem ad quem illa dirigitur.*
8 *Clausula*, sine præiudicio iurium, *modificationem, & conditionem importat.*
9 *Facultas attendi, & minuendi excludit præsumptionem doli.*
10 *Specificatio promissa non dicitur adimpleta, quando*

fuit addita facultas addendi, & minuendi.

11 *Iudicio ordinario repleri debet creditum, quamuis fuerit exactum executiue vigore obligationis Cameralis.*

12 *Productio approbat scripturam productam, eo modo quo concepta est, nec diuersimodè ab illa operatur.*

13 *Protestatio*, generalia contra, *contradictionem importat, & acceptationem excludit.*

14 *Dominium, seu possessio rei quæsitum emptori, non potest à venditore in alium transferri absque consensu emptoris.*

15 *Promittens dare frumentum existens in horreo, quod iam fuerint alteri venditum, an satis sit, quòd claues horrei tradiderit.*

16 *Promittens tradere non liberam, donec liberet, non dicitur per traditionem rei non liberæ suam obligationem adimpleuisse.*

17 *Contractus quando dicatur gestus procuratori nomine.*

18 *Actus debet attendi quo nomine fuerit gestus.*

19 *Immissio datur, quandoque possidenti pro confirmatione suæ possessionis, iura iuribus addendo.*

20 *Procurator cum libera postquam transegit, non potest à conuentis recedere in præiudicium sui principalis absque nouo speciali mandato.*

21 *Contractus an rescindi possit ex defectu non implementi, vel agendum sit contra deficientem, vt adimpleat.*

22 *Et quid si aliquid fuerit impletum.*

23 *Mandatum procuræ cum libera, & potestas trāsigendi in Procuratore, ex quorum resultet.*

24 *in Mandato procuræ clausulæ generales in fine positæ restringuntur ad supra expressa, nec important mandatum cum libera.*

25 *Procurator cum libera non censetur quis constitutus, quando in mandato procuræ fuerunt enumeratæ certæ species, licèt in fine fuerit adiecta clausula generalis.*

26 *Amplia ne talis Procurator valeat renunciare appellationi interpositæ, & præiudicare principalibus.*

27 *in Mandato procuræ Notarius ex stylo magis, quam consensu constituentium apponit clausulas generales, mandatum cum libera importantes.*

28 *Colonus, qui possidebat rem nomine ipsius Domini, si per creditorem dicta res fuerit à Domino ablata, & alteri vendita, cuius nomine possidere dicendum sit.*

29 *Relatum non potest continere id, quod in referente erat prorsus alienum à cogitatu contrahentium.*

30 *Zas. in l. 2. ff. si cert. pet. declaratur.*

31 *in Transactione aliquid hinc inde remitti necesse est.*

32 *Procurator vigore mandati procuræ cum libera potest paciscendo præiudicare suo principali.*

33 *Sed non cum magno damno.*

34 *Approbatio non educitur ex eo, quod quis sciuerit rem taliter se haberi.*

35 *Ratificatio non inducitur ex actu, qui potuit referri ad alium titulum citra ratificationem.*

36 *Actus qui potuit prouenire ex duplici titulo, vt proximiori attribuendus sit, quæ requirantur.*

37 *Actus quando potius præsumatur gestus ex posteriori titulo, quam ex priori.*

DECISIO CCC.

NON obstantibus adductis ab Informantibus pro Dominis Canonicis, & Capitulo Sancti Petri contra decisionem æditam sub die 15. Martij proximè præteriti,* eius fundamenta subsistere censuit hodie Rota, nempe defectum implementi ex parte Capituli, & potestatis ex parte Martelli cum quo inita transactio asseritur procuratorio nomine Affictuariorum Casalis Campi mortui.

Tenebatur enim Capitulum ex forma capitulorum Concordiæ tria inter cætera adimplere, videlicet consentire reuocationi sequestrorum, & Inhibitionum cum sola conditione, quod debitores Affictuariorum soluerent pecunias in Bancho Sancti Spiritus, exinde non amouendas nisi integrè satisfacto Capitulo de suo credito; Tradere Affictuarijs notulā effectuū Casalis post eos ab illo expulsos distractorum; Dare Affictuarijs frumentū existens in area, & horreis Casalis Campi mortui.

Sed reuocationi sequestrornm quando cōsensit adiecit conditionem à conuentis prorsus extraneam, & valdè Affictuarijs præiudicialem, quòd nimirùm debitores soluerent in dicto Bancho ad creditum Capituli, & non alias aliter, nec alio modo, quod longè differt à solutione cum pacto non amouendi pecunias, nisi Capitulo satisfacto, quia hæc solutio non priuasset Affictuarios dominio pecuniarum, ac facultate quatenus aliunde Capitulo satisfecissent, easdem pecunias breui manu, & absque alio consensu Capituli amouendi à Bancho Sancti Spiritus, ac vno verbo pactum
1 egrediebatur limites sequestri, † quod creditori securitatem dumtaxat non autem rei sequestratę dominium possessionem, aut dispositionem præbet, *gloss. in cap. 1. verb. sequestrari de sequestr. possess. & fruct. Ancharan. in cap. examinata num. 6. de Iudic. Gamm. decis. 332. num. 3. cum alijs allegatis à Modern. Hispan. in Labyrinth. credit.*
2 *par. 1. cap. 13. §. 1. num. 3.* † præbuisset autem Capitulo dominium pecuniarum, solutio, ac descriptio in libris Banchi ad creditum Capituli vt in terminis dixit *Rota decis. 377. sub num. 5. par. 1. recent. decis. 581. num. 5. coram Penia, & in Camerinen. Apocarum 4. Martij 1622. coram Rem-*
3 *boldo*, † & sic Affictuarios magis grauat consensus Capituli super reuocatione sequestrorum quam ipsa sequestra, cum iuxta illum priuentur inuiti suarum pecuniarū dominio, & arbitrio satisfaciēdi Capitulo cū alijs pecunijs per concordiam non sublato; semperque opus habeant pro recuperandis à Bancho pecunijs nouo Capituli aliūde satisfacti cōsensu, quē & si obtentu facilē Capituli pietas polliceatur quia differre possent tempora congregandi Capituli, & alia in id impedimenta, grauosum esse Affictuarijs fateri necesse est, vt ad propositum ponderauit *Rota in Barchinonen. Exemptionis 13. Iunij 1645. §. quia fraudibus, coram Eminentiss. D. Card. Corrado.*

4 Gratisque † verba illa, *ad creditum*, exponuntur, idest, *pro credito*; nam licet dictio, *ad*, aliquando æquipolleat [illegible], vt in-

fra

§. *sanè in proœm. decret. l. 3. ff. vacat. ex cauſ. muner. gloſſ. in l. 2. ff. munex. & honor. Barboſ. dict. 6. per tot.* tamen in ſubiecta materia hanc interpretationem non recepit iuxta punctuales deciſiones
5 ſupra allegatas. † Et ex abbundanti ipſa ſeries facti in caſu noſtro id conuincit; nam cum Procurator Capituli reuocationi ſequeſtrorũ conſenſum præſtitiſſet cum hoc, quod pecuniæ deponerentur in Bancho, nec amoueri poſſent niſi ſatisfacto Capitulo, noluit Capitulum conſenſum huiuſmodi ratificare, prout iacet, ſed cum limitatione, & adiecta noua conditione ſub dictione aduerſatiua, *tamen*, ibi, *ſub iſta tamen conditione &c. quod ſequeſtratarij ſoluant in Bancho ad creditum Capituli, Summario Capituli num. 17. & Affictuariorum num. 2.* exinde nimirum euidens fit, quod Capitulum verba *ad creditum*, non appoſuit loco verborum, *pro credito*, quia tunc ſatis fuiſſet ratificare ſimpliciter conſenſum à Procuratore præſtitum, nec adhibuiſſet verbum, *tamen*, quod iuncta præſertim clauſula, *& non alias, aliter, nec alio modo*, demonſtrant voluntatem Capituli circa modum concipiendi partitas ſolutionum in Bancho faciẽdarum aduerſantem verbis Procuratoris ſolam ſecuritatem importantibus, vt per *Pariſ. conſ. 78. num. 2. & 3. lib. 1. Bald. conſ. 195. num. 11. verſ. ſecundo. lib. 2. Ruin. conſil. 41. num. 8. lib. 2. Barboſ. dict. 400. num. 2. Rota deciſ. 75. num. 4. par. 2. recent.*

6 Quod verò † caſus ſolutionis pecuniarum in Bancho non venerit nil releuat, quia implementum ex forma concordiæ à Capitulo in hac parte præſtandum non verſatur circa actualem ſolutionem, quæ immo ab alijs facienda eſt, ſed circa conſenſum reuocationi ſequeſtrorum, quem propterea interponendo cum clauſulis contrarijs tranſactioni, & non pertinentibus tranſactionem non adimpleuit, *Rot. deciſ. 162. ſub num. 3. par. 1. recent.* facit *Moder. Hiſpan. in Labyrinth. credit. part. 1. cap. 30. num. 32.* Præter quod caſus dictæ ſolutionis non venit culpa ipſius Capituli: quippe quod etiam ob eius defectum in adimplendo, tranſactio in alijs quoque non habuit effectum.

Alter quoque defectus circa traditionem notulæ effectuum diſtractorum, ineuitabilis
7 eſt, † promiſſio Capituli de tradendo notulam huiuſmodi præſefert obligationem tradendi liberam, & abſque vlla limitatione, vel cõditione attentis tum verbis indefinitè prolatis, ibi, *il Reuerendiſſimo Capitulo dia à detti Signori Venturini il conto degli effetti &c.* tum fine ad quem illa dirigitur vt ſcilicet Conductores certo ſcirent, an, & quid ſoluendum remaneret, iuxta quem finem promiſſio venit interpretanda, *l. 2. quod diximus, ff. ſi quis caution. l. in conuentionalibus, 52. ff. verb. obligat. Signorol. conſil. 149. num. 3. ibique relati à Modern. Hiſpan. in Labyrinth. credit. par. 3. cap. 12. num. 12.*
8 Talis autem non eſt; † immo eſt conditionalis, incerta, & imperfecta notula tradita à quodam Miniſtro Franciſci Antonij de Comitibus ſucceſſoris in affictu cum habeat in ventre clauſulam, *ſine præiudicio iurium dicti Franciſci Antonii eiuſque voluntatis*, quæ clauſula modificationem, & conditionem importat *Pereg. de fideicommiſſ. art. 47. ſub num. 29. verſic. & ideo, Mareſcott. var. reſolut. lib. 2. cap. 138. num. 2. Gratian. diſcept. 980. num. 8. Penia deciſ. 496. nu. 7.*
9 & † vlterius præſeruet ipſi Franciſco Antonio facultatem addendi, minuendi, & variandi partitas, quæ licet excluderet præſumptionem doli, *Bald. in Authen. ſed cum teſtator nu. 18. Cod. ad l. Falcid. & in l. fin. §. cum igitur num. 8. Cod. iur. delib. Surd. inter tractat. diuerſ. de inuent. quæſt. 274. num. 21. Duran. deciſ. 387. num. 7.* efficit
10 † ne dicatur adimpleta ſpecificatio promiſſa, vt in ſimili *Scacc. de Iudic. cap. 11. nu. 491. num. 493. & 498.* & in puncto adimplementi *Rota deciſ. 162. ſub num. 3. verſ. ſine præiudicio, par. 1. recent.* præſertim quia nedum relinquit incertum, ac variabile reſiduum effectuum Affictuarijs à Capitulo reſtituendorum; ſed etiam debiti ab Affictuarijs ſoluendi in quorum graue præiudicium euenire poſſet, quod recuperare interim non valerent effectus adnotatos pro diſtractis quos poſtmodum Franciſcus Antonius variando non diſtractos declararet, quodque è conuerſo ſi alios inter diſtractos addere poſtquam ad formam notulę traditę Affictuarijs ſoluiſſent Capitulo, plus
11 debito ſoluiſſent, † nec illud repetendi ius haberent niſi iudicio ordinario, quod ſolum competit, quamuis ſoluens executiuè vigore obligationis Cameralis fuerit exactus, *Gonzal. ſuper reg. 8. Cancell. gloſſ. 6. num. 208. Grat. in addit ad deciſ. Menoch. 220. num. 3. & ſeq. impreſſ. poſt tom. 1. eius diſcept. Scacc. de appell. quæſt. 17. limit. 9. ſub num. 58. Add. ad ſa: me: Greg. XV. deciſ. 581. ſub num. 10. verſ. in Curia.*

Nec releuat, quod Procurator Capituli dictam notulam produxerit non contradicente Procuratore Affictuariorum, quin potius ea
12 deinde vtente, † quia productio approbat ſcripturam productam eo modo quo concepta eſt, nec diuerſimodè ab illa operatur, *Bart. in l. poſt legatum, num. 2. verſ. reſponde, ff. his quibus vt indig. Imol. in cap. cum venerabilis num. 25. vbi Felin. num. 25. in fin. & num. 26. de except. Alex. conſ. 124. num. 5. lib. 7. Add. ad ſa: me: Greg. XV. deciſ. 238. ſub num. 15. limit. in fin. Rot. deciſ. 159. n. 1. par. 2. diuerſ. deciſ. 432. nu. 4. coram ſa: me: Greg. XV.* & de contradictione Procuratoris Affictuariorum ſub ipſa die 19. Septembris qua cadebat citatio apparet ex Summario addictionali
13 Affictuariorum num. 3. † vbi habetur oppoſitio generalia contra quæ contradictionem importat, & acceptationem excludit *Gratian. in addit. ad deciſ. March. 89. num. 3. cum aliis allegatis à Modern. Peruſino de manuten. obſeruat. 97. num. 22. & ſeqq.* eademque oppoſitio repetita fuit quando Procurator notulam recepit, vt in Summario Capituli num. 19. ibi, *Io Bernardino Martelli ho riceuuto la ſopradetta notula de' conti con la proteſta fatta &c. e non altrimente ne in altro modo.*
14 Patens † denique eſt defectus implementi circa frumentum exiſtens in area, & in horreis Campi mortui, quod poſt commiſſum ſpolium fuiſſe à Capitulo venditum, ac traditum Franciſco Antonio de Comitibus, cum non

non dubitetur, probandum exaduerso esset, quod fuerit retrotraditum Affictuaris, & qui dem cum consensu ipsius Francisci Antonij necessario penitùs, vt ex eius persona dominium, & possessio frumenti per antecedentem venditionem ei quęsita reuolaret ad Affictuarios, *l. id quod nostrum, ff. reg. iur.* cum alijs alle-
15 gatis in vltima decisione §. *defecit*. † Atque hinc, nec satis erat, quod Affictuarijs consignarentur à Capitulo claues horreorum nisi Capitulum desuper obtinuerit Francisci Antonij consensum, sine quo frumentum Affictuarijs non acquirebatur saltem liberè, vt necesse est ad effectum à contrahentibus contemplatum, videlicet, vt idem frumentum Affictuarij vendere possent alijs personis, & ex precio satisfacere Capitulo; oportet enim promittentem tradere liberè, & alioquin licet recipiens agere valeat ad rem traditam liberandam, *l. ex his prædiis, iuncta gloss. C. euict. Rota decis. 161. num. 8. & 9. apud Zacch. de oblig. Camer.* vel ad interesse *Salas de contract. tit. de empt. &*
16 *vendit. dub. 46. num. 7.* † promissor donec liberet non dicitur per traditionem rei non liberę suam obligationem adimpleuisse, *Bero. consil. 158. num. 31. lib. 1. Dec. cons. 483. num. 18. Surdus consil. 36. sub num. 9. vers. nec liberatur, ex text in l. si emptione, § vacuam, & §. fin. cum l. seq. ff. act. empt. l. si pater, C. eodem tit. Rota decis. 162. sub num. 3.* ibi, *quia non fuit datum cannetum liberum, par. 1. recent.*

Tantum autem abest, quod hęc probauerit Capitulum, quod immò Testes examinati super consignatione frumenti, seu clauium horreorum discordes sunt in substantialibus, circa personas, quibus, & à quibus consignatæ asserunt, nec verbum faciunt de consensu Francisci Antonij respectu Affictuariorum, quem non supplet consensus Benedicti de Benedictis à quo claues consignatæ fuerunt Notario vt consignarentur Horatio Ministro Capituli, quique in hoc affictu erat socius Francisci Antonij; nam quicquid sit an de eo
17 tempore talis esset; † certum est quod non consignauit tamquam socius, aut nomine proprio, sed tamquam Procurator Francisci Antonii, vt verba, Summario Capituli nu. 21. ibi, *à Benedicto de Benedictis nomine, & vice Illustris Domini Francisci Antonii de Comitibus*, & infra, ibi, *idem Dominus Benedictus nomine quo supra consignauit mihi Notario &c.* significant *Dec. cons. 510. num. 4. Bero. cons. 199. num. 3. & 7. lib. 1.* & *alii relati à Moderno Neapolitano controuers. forens.*
18 *lib. 1. cap. 39. num. 43.* † debetque attendi nomen quo actus fuit gestus, *Rota decis. 425. nu. 1. par. 1 recent. decis. 202. nu. 5. apud Merlinum*; prout nec constat præfatum Benedictum dictas claues consignasse, vt traderentur Affictuarijs; omnisque cessat difficultas, quia successiuè Franciscus Antonius habita notitia de huiusmodi consignatione statim reclamauit, & sub die 25. & 28. Septembris protestatus fuit tam contra Capitulum, quàm contra Affictuarios nedum de damnis, & interesse, sed etiam quod remouerentur impedimenta, vt quiete, & pacificè frumento, & alijs effectibus sibi concessis vti posset, ibi, *requirit, & interpellat ad remouendum &c. faciendumq; ita, & taliter vt iuxta promissiones sibi factas pacificè, & quiete, atque ad libitum vt possit rebus, & effectibus sibi concessis*, Summario prçteritæ positionis pro Affictuarijs *num. 11. littera D.*

Qua propter neque ex successiua consignatione clauium facta sub die 4. Octobris eidē Benedicto procuratorio nomine, eiusque immissione in possessionē Casalis resultat, quod Franciscus Antonius aliquando consensum præstiterit fauore Affictuariorum, seu ipsius Capituli, cum hæc gesta fuerint cum Benedicto Procuratore speciale mandatum ad id requisitum non habente: & in omnem euentum Franciscus Antonius, esto sine veri præjudicio, quod de his notitiam habuerit; cre-
19 dere † potuit ea fieri in executionem supradictæ protestationis, & pro sui nusquam dimissi dominii, ac possessionis confirmatione, pro qua etiam datur, quandoque immissio possidenti iura iuribus addendo, *Iason. in l. fin. num. 10. C. edict. Diu. Adrian. tollend. Tiraquell. in tractat. le mort. saisit par. 3. declarat. 2. num. 1. & seq. Menoch. de adipiscend. rem. 4. num. 337. Rota inter impress. post Moder. Perus. de manut. decis. 565. n. 3. & penes Merlin. decis. 327. num. 1.*

Non obstat, quod Martellius Affictuariorum Procurator claues, & frumentum acceptauerit eo modo quo sibi à Ministro Capituli traditum fuit, quia acceptauit cum protestatione, & tempore acceptationis ignorauit
20 abesse consensum Francisci Antonii; † & esto tanquam Procurator cum libera potuisset, cum Capitulo transigere (quod infra negabitur) non tamen potuit postquam transactionem fecit à conuentis sine nouo speciali mandato recedere, acceptando in præiudiciū suorum principalium adimplementum Capituli diuersum à forma promissionis; hoc enim esset dimittere, perdere, & extinguere ius domino ex ipsamet concordia acquisitū, quod Procuratori etiam cum libera non licet *Iason. in l. præses, num. 12. C. transact. Bertaz. claus. 5. gloss. 2. sub num. 6. Thes. iun. quæst. 1. sub num. 10. lib. 4. Alex. cons. 22. sub nu. 9. lib. 1. Io. Petrus Ferr in pract. Papien. titul. position. actor. §. Simoninus. ante num. 2. vers. aut positiones fol. mihi 60. Monter. decis. Aragon. 38. num. 24. & seq. Merlin. decis. 414. num. 12.*

Obesse igitur Affictuarijs, aut suffragari Capitulo non debet concordia ab eo non ad-
21 impleta; † cumq; ex facto Capituli ob translationem frumenti in Franciscum Antonium factam ante concordiam, & postea confirmatam, eiusdemque frumenti, ac aliorum effectuum secutam distractionem adimpleri amplius non possit, licitū est Affictuarijs à concordia recedere, quamuis regulariter ex defectu non implementi recedi non liceat, sed agendum sit contra deficientem, vt adimpleat *Larr. allegat. fiscal. 26. per tot. vbi signanter nu. 32.*
22 *& seq.* † id ampliat, & si aliquid fuerit impletum, *Rota decis. 676. n. 7. par. 2. recent. aliique relati in vltima decisione §. sed quicquid.*

23 Eo magis, † quia Martellius, qui pro Affictuarijs

ctuarijs transegit potestatem ad id non habebat; nam ab Aloysio Venturino, altero ex illis mandatum ei datum erat ad lites, ad suscipiendum terminos, seu dilationes soluendi, ad fatendum debitum, & quodcumque iuramentum præstandum, cum promissione non contraueniendi, & habendi ratum, & gratum omne id quod Procurator fecerit; vnde non resultat mandatum cum libera, & potestas transigendi, vt reiecta contraria sententia, *Bart. in l. procurator 58. num.4. ff. procurat. tradit ibidem add. litt.F. Ias. in l.transactionis sub num.8. vers. sed falsum est, C.transaction. Couar. var.resol. lib.1.cap.6. sub num.4. vbi circa fin.* ait hanc esse veriorem, & magis receptam sententiam, *Alex.cons.41.num.4. vers.nec habet obstare, & nu.5 vbi de magis communi lib.3. Dec.cons.500.num.12. Surd. cons.160.num.35. Hieronym. Laurent. decis. Auenion.129. sub num.17. vers.hinc si quis, Giurb. obseru.69. sub num.9.in fin.*

Nec eidem Aloysio, qui particulare mandatum Martellio dedit nocere potest aliud mandatum à cæteris Affictuarijs non eius no-
24 mine datum. † Quod præterea, & si in fine contineat clausulas importantes mandatum cum libera idoneum ad transigendum; quia nihilominus superiùs enumerat seriatim omnes actus à Procuratore expediendos, qui excepta facultate suscipiendi terminum ad soluendum, non respiciunt gerenda inter Capitulum, & Affictuarios, sed inter hos, & alias personas, non tribuit potestatem transigendi cum Capitulo super ipso principali negocio Affictus, quod Affictuarij per se ipsos, non autem mediante Procuratore stipulati fuerãt, nam clausulæ illæ generales in fine positæ, restringuntur ad supra expressa, *Pars.in addit. ad Bart.in d.l.procurator litt. A. ff. procurat. Thes. inn. quæst.4.num.12.lib.4. Bertaz.clauf.5. glos.2.num.6. Facchin.controu.lib.2.cap.57. vers. sed contrarium, Giurb.obseru.69.num.7. Alex.cons.22.num.10.vers. primo quia lib.1. Cuman.cons.148. sub num.1.* vbi distinguit, an fuerit constitutus Procurator
25 ad negocia generalis; † an verò certę species fuerint enumeratæ, & in fine adijciatur clausula generalis, *Alciat.cons.67.nu.10.& seq.lib.8. Surd.d.cons.160.num.36. Monter.decis. Aragon.39.*
26 *num.53.* † Fortior ne talis Procurator valeat renunciare appellationi interpositæ, *Iason. in l. præses num.13. C. de transact. Alex. d. consil.22. num. 10. cum aliis allegatis à Moderno in obseruat. ad decis. Capic. Latro decis.59. num.9.* & graue præiudicium principalibus inferre, *Mantic. de*
27 *tacit.lib.6.tit.16.num.41.* † vbi dicit rationem, quia hic est abusus Tabellionum, qui passim ex stylo magis quam ex consensu constituentium in mandatis huiusmodi clausulas adijciunt *Escobar. de ratiocinat.cap.19.num.37.Thes. d.quæst.4.num.9.*

Infert autem graue præiudicium allegata transactio, vt ponderat vltima decisio §. *vtilitas,& §.seq.* signanter circa restitutionem frumenti sub nouo, duroque vinculo prælationis Capituli, cuicumque emere volenti; circa animalia quæ non fuit conuentum restitui Affictuarijs, sed dimitti in manibus eorum penes quos reperiebantur, quousque esse ministros, non Affictuariorum, sed Francisci
28 Antonij de Comitibus † negari non potest cum ante concordiam Capitulum animalia, omnesque alios effectus tradidisset Francisco Antonio, eiusque nomine à ministris detinerentur; qui propterea, & si originaliter fuissent ministri Affictuariorum possidebant ipsi Francisco Antonio, *Bald.cons.330.num.5.lib.1. Roland. cons.46. sub num.37.lib.1. Put. decis.453. num.6.lib.2. in correct. Seraph. decis.466. numer.2.*
29 Item † circa expensas, & damna ab Affictuarijs passa occasione spolij, quæ non præseruat Capituli concordia disponens, quod pro prætensionibus Affictuariorum obseruari debeat pacta, & conuentiones appositæ in Instrumẽto Affictus ad quas relatio habeatur, quia Instrumẽtum Affictus non loquitur de damnis passis occasione spolij tunc prorsus alieni à cogitatu contrahentium tam tristem euentum non meditantium, vt in simili *Riminald. iunior cons.569. num.114. & 115. Rota in Rauennaten.Saluiani 10.Iunij 1639.§.eo magis,coram me.* Accedit bonum ius, quod Affictuarij fouebant in iudicio spolij canonizatum per duas decisiones nixas tum nullitati, tum iniustitiæ
30 possessionis captæ à Capitulo, † in quarum posteriori ædita sub die 17. Decembris 1646, §. *secundo quia*, ostenditur in specie, quod doctrina *Zasii in l.2. ff. si cert. pet.* iterum hodie allegata pro tuenda iustitia dictæ possessio-
31 nis, non applicatur casui nostro. † Adeò quod omnibus simul iunctis verum est dicere, quod Procurator excedendo fines transactionis, in qua aliquid hinc inde remitti necessè est, omnia ferè remisit, nihilque aut modicum de bonis Capituli recepit: quippe frumentum restitui promissum, non erat Capituli, sed Francisci Antonii, in quem Capitulum illa antecedenter transtulerat, & dimittenda erant in manibus ministrorũ Francisci,
32 Horatij † & sic Procurator excessit fines mãdati cũ libera, cuius vigore Procurator potest quidem paciscendo præiudicare suo principali, *Calderin. consil.3. sub num.1. de procurat. & cons.4. sub num.1. post med. versic. item in procura-*
33 *tore de appellat.* † sed non cum tanto damno, *Natt.cons.25.num.4. Alciat.cons.67.num.6. & seqq. lib.8. Giurb.obseruat.69.num.9.circa fin. versic.non tamen.Caualcan.decis.38.num.27.par.2. Ioseph Ludouic. decis. Perus. 37. num.6.*

Ad prætensam ratificationem Affictuariorum eductam, vel ex Instrumento mutui ab Excellentissimo Domino Principe Burghesio recepti cum hypotheca frumenti existentis in horreis Casalis Campi mortui, & enunciatiua, quod illorum ipsi alteram clauem, Capitulum alteram retinebat, vel ex memoriali porrecto Sanctissimo, benè respondit vltima decisio *in §. penultim. & final.* quod neutrum ratificationem redolet vniuo-
34 cè, & necessario vt requiritur. † Nam hypothecari potuit frumentum vti ad se spectãs vigore locationis, & illa enunciatiua respectu clauis à Capitulo retentæ, probat quidem Affictuarios id sciuisse, sed non quod approbaue-

bauerint, vt in proximis terminis *Rota penes Merlin. decis. 343. num. 4. & seqq. & in alijs relatis*
35 *in dicto §. fin.* † clauem autem propriam Affictuarij recipere potuerunt, tanquam sibi debitam vigore locationis, & pro purgatione spolij à Capitulo commissi circa approbationem transactionis, cuius nusquam ibi mentio habetur, vt post *Innoc. & alios dixit Rota decis. 311. num. 17. coram san. mem. Greg. XV.* & tradit *Lanar. cons. 33. num. 11. Galeott. contr. iur. lib. 2. contrau. 47. num. 52. & 53. Vinc. de Franch. decis. 2001 num. 2. & 22.*

Præsertim quia non receperunt claues immediatè à Capitulo, sed à Martellio eorum procuratore, qui potuit eas tradere ipsis non certioratis de transactione, ac illius omnibus
36 circumstantijs, & † quia vbi concurrunt, prout hic, duo tituli successiui, nempe locatio, & transactio, receptio clauium non est tribuenda titulo proximiori transactionis, cum desint duo ad hunc effectum requisita, videlicet, quo titulus proximior sit validus, *Menoch. cons. 481. num. 40. Surd. decis. 51. num. 19. Rota decis. 205. num. 2. par. 1. diuers. decis. 97. num. 6. part. 1. recent. & in Bononien. fideicommissi de Leonorijs 22. Iunij 1246. §. requiritur, coram me*, quodque fuerit adimpletus *Becc. cons. 13. num. 9. Alex. cons. 33. num. 6. vers. quia dicit, consil. 86. num. 4. lib. 6. post Angel. in l. super longi num. 5. circa fin. vers. si im-*
37 *pleui, C. præscript. long. tempor.* † & in dubio, quia titulus locationis est pinguior, & magis proficuus ex eo potius censentur claues receptæ, & retentæ, quam ex posteriori transactione, *Crescent. decis. 5. de restitut. spoliat. Adden. ad sanct. memor. Greg. XV. decis. 546. num. 15. Duran. decis. 269. num. 1. & 12. Rota in dicta Bononien. fideicommissi de Leonorijs §. nam licitum, coram me.*

Memoriale nescitur à quo fuerit porrectũ, & in conclusione repugnat ratificationi concordiæ, quia petit mandari vt negocium terminetur per aliam concordiam, vel per Iudicem delegandum. Vltra quod inuerisimile omnino est, quod ibi oratores voluerint ratificare concordiam, quam ex parte Capituli inobseruatam narrauerunt, & hæc sola inobseruantia sufficit vt concordia ipsis obstare non debeat ex supra allegatis.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

☞ *Decisio ista sub die 15. Martij 1652. erit infra in Miscell. vbi etiam adest alia decisio in eadem causa 24. Iunij 1647. coram eodem Bichio.*

R. P. D. ALBERGATO

Tulleñ Matrimonij,

Mercurij 15. Ianuarij 1653.

ARGVMENTVM.

Matrimonium quando præsumatur liberè, & non metu contractum; & metus probatio qualis sit necessaria ad dirimendum matrimonium solemniter in facie Ecclesiæ celebratum, magistraliter tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium quando validum censeri debet.*
2 *Matrimonium in totum dependet à consensu, & ab eo seu verbis, vel signis exterioribus expresso formam recipit.*
3 *Matrimonium non irritat defectus denunciationum, & quare.*
4 *Parochus incurrit culpam lathalem si omittat in eius libro matrimonium adnotare.*
5 *Matrimoniũ potest iustificbri aliunde si fuerit omissum in libro Parochi adnotare.*
6 *Matrimonium potest probari per testes.*
7 *Parochi præsentia fortuita, & causalis an sufficiat ad solemnia matrimonij peragente altera persona Ecclesiastica.*
8 *Ordinarius an possit solemnia matrimonii peragere absque licentia proprii Parochi in loco ab eius iuridictione exempto.*
9 *Exemptio à iurisdictione Ordinarii potest considerari quoad bona, & personas, & non quoad curam animarum.*
10 *Exemptio à iurisdictione Ordinarii liberat à lege Diœcesana, non autem à subiectione consistente circa subministrationem Sacramentorum.*
11 *Episcopus extra propriam Diœcesim, potest in proprios subditos iurisdictionem circa Sacramentorum administrationem exercere.*
12 *Testes domestici, famuli, vel subditi non probant.*
13 *Testes inducti extra locum in litteris remissorialibus præscriptum non probant, & quare num. 14.*
15 *Metus quando non probetur per testes.*
16 *Metus non probatur per testes de auditu.*
17 *Matrimonium an censeatur metu contractum, si genericè probetur, quod filius, vt, seu iussu patris ad illud celebrandum impulsum fuisse.*
18 *Parentibus licitum, atque permissum est filios impellere, ac incitare ad contrahenda matrimonia.*
19 *Testis non deponens de certa scientia, sed propria tantum credulitatis indicia, & coniecturas assignans, non probat.*
20 *Testes de auditu non probant, quando eorum authores repelluntur, & num. 25.*
21 *Metus probatio qualis sit necessaria ad dirimendum matrimonium solemniter in facie Ecclesia contractum.*
22 *Et ad hunc effectum an, & quando sufficiat metus reuerentialis.*
23 *Minæ quando nullius sint momenti ad effectũ dirimendi matrimonium illarum vi contractum.*
24 *Matrimonium vt dirimi possit, ex quo dicatur metu contractum, qualitas metum patientis consideranda est.*
26 *Testis de publica voce & fama non probat, si alii testes contractum deponant, & quare num. seq.*
27 *Forma vt sit attendenda debet esse perpetua, illæsa, & constans apud omnes.*
28 *Matrimonium vt dici possit metu contractum, oportet quòd metus in actu matrimonij probetur incussus.*
29 *Matrimonium non potest dici metu contractum, si post illius consummationem orta fuit controuersia circa dotem, & non circa illius validitatem.*
30 *Matrimonium non dirimitur per dissidia inter coniuges orta post illius consummationem.*

31 Ma-

31 *Matrimonium quando dubitatur an sponte, vel metu fuerit contractum magis creditur duobus testibus de metu deferentibus, quam mille spontaneã voluntatem affirmantibus. Declara vt num.32.*
33 *Metus celebratione matrimonii non præsumitur.*
34 *Amplia in patre erga filium.*
35 *Matrimonium præsumitur liberè, & non metu contractum, quando in actu desponsationis vtriusque coniugis hilaritas concurrit.*
36 *Item quando actus fuit geminatus.*
37 *Item quando fuit celebratum cum præsentia consanguineorum.*
38 *Item quando interuenit Episcopus, vel alia persona Religiosa.*
39 *Item stante longeua cohabitatione.*
40 *Item ex litteris Sponsi ad mulierem conscriptis, denominando illam amantissimam Coniugem.*
41 *Item ex aliis maritalem affectum præseferentibus gestis post mortem illius, cuius vi, & metu matrimonium dicitur fuisse contractum.*
42 *Confessioni mulieris se non fuisse timore inductam ad matrimonium contrahendum, standum est.*

DECISIO CCCI.

SVMMORVM Pontificum monitis, & aliorum Principum suasionibus indulgens bon. mem. Henrico II. Lotharingiæ, & Barri Dux Serenissimam D. Nicoleam ipsius filiam primogenitam Ludouico Guisio sponsam, ad tollenda dissidia, quæ inde ex futura Ducatuum successione excitari poterant, nuptui tradere promisit Serenissimo D. Duci Carolo Francisci Principis Vallemontani sui fratris filio primogenito, & dotali desuper confecto Instrumento vices Parochi gerente Patre Dominico Ordinis Discalceatorum viro eximiæ pietatis, de mandato felic. record. Pauli V. & Gregorij XV. in illis partibus ad hunc effectum degente, fuit inter eosdem adstantibus Serenissimis vtriusque Parentibus, multisque Principibus sanguine coniunctis, cum nobiliori Procerum caterua contractum die 22. Maij 1621. per verba de præsenti matrimonium, quod hilari Ciuium, populique plausum exceptum, in festo Sanctissimæ Trinitatis proximo, præuia dispensatione Apostolica repetitum, ac denuò in Cappella Ducali à Reuerendissimo Episcopo Tulleñ solemnizatum fuit; & licet illud per subsequutam quoque copulam consummatum, ex indiuidua vitæ consuetudine vsque ad nouissima Lotharingiæ bella, ac postmodum ex litteris, alijsque actibus maritalem affectum redolentibus videretur à Domino Duce Carolo comprobatum; ipse tamen de anno 1646. varias causas deducendo, & præcipuè metum sibi à Patre incussum dedit de nullitate matrimonij, & eius validitatem tuente D. Ducissa Nicolea; ad probandum incumbentia, fuerunt vigore Remissoriæ ab hoc sacro Tribunali concessæ, hinc inde plures examinati testes, quorum depositionibus hodie diligenter excussis, & maturè consideratis, Domini vnanimiter cẽsuerunt constare de validitate ma-
1 trimonij; † quandoquidem seruata forma in dispensatione Apostolica, quàm in Sacro Concilio Tridentino præscripta sess. 24. cap. 1. de reformat. apparet celebratum, ac initum mutuo amborum coniugum interueniente consensu, ex quo proinde validum censeri debet, ad *text. in cap. sufficiat, 27. quæst. 2. cap. si inter virum, cap. cum apud, cap. tuæ de sponsalibus, cap. licet de sponsf. duorum. Sanchez de matrim. lib. 1. disput. 18. num. 25. Rota coram Buratto decis. 713. decis. 893. per tot. & decis. 197. part. 4. decis. 130.*
2 *num. 15. par. 6. recent.* † Matrimonium enim à consensu in totum dependet, ab eoque, seu verbis, vel signis exterioribus expresso formã recepit. *D. Thom. in 4. sentent. dist. 36. quæst. 2. art. 1. & ex eo notat, Suarez ad 3. part. tom. 3. de Sacram. disputat. 2. sect. 1. Paludan. in 4. distinct. 1. quæst. 4. Card. Bellarm. de Sacram. matrimon. lib. 1. controu. 2. cap. 6. Castropal. oper. moral. par. 5. disp. 2. punct. 3. num. 2. Rota decis. 124. num. 1. & 2. part. 7. recent. & in Neapolitana Matrimonij 1. Iunij 1650. in princip. coram Reuerendissimo D. meo Tarracon. confirmata 13. Maij 1651. coram Eminentissimo D. Card. Corrado.*

Nec vrget, quod omissis solitis denunciationibus fuerit contractum, nec in libro Parochi legatur descriptum, quia ad vtrumque
3 facilis patet responsio; † Denunciationes enim in indulto dispensationis expressè remittuntur; & cum non sint de substantia, sed ad benè esse, earum defectus matrimonium non irritat, vt sæpiùs censuit Sac. Conc. Congregatio, & tradunt, *Honded. cons. 72. num. 23. lib. 2. Sanchez de matrim. lib. 3. disput. 5. num. 3. Gratian. discept. 83. num. 7. Nauar. in manual. cap. 22. sub num. 70. Barbos. de offic. & potest. Episcop. alleg. 3. num. 1. Rota coram Seraph. decis. 1099. nu. 4. coram Caualer. decis. 444. nu. 3. coram Buratto decis. 530. num. 15. in recent. decis. 71. num. 11. part. 1. decis. 390. num. 5. par. 2. decis. 430. num. 11. par. 4. tom. 2. decis. 493. num. 16. par. 5. decis. 273. num. 31. par. 6. in Valentina illegitimitatis 16. Martij 1612. coram Sanctissimo Domino Nostro Innocentio X. & in Bononien. fideicommissi Bartholomei de Bologninis 12. Maij 1645. §. nec quicquam, coram Reuerendissimo*
4 *Terracinen.* † prout nec omissa illius adnotatio quicquam facit, nàm licet ob huiusmodi incuriam Parochus incurrat culpam lethalẽ, *Sanchez de matrim. lib. 3. disput. 15. num. 22. Barb. de offic. & potestat. Paroch. cap. 7. num. 8. & de off. & potestat. Episcop. dicta allegat. 32. num. 174.* non
5 tamen † exinde aliquod partibus resultat præiudicium, quæ non prohibentur alijs documentis matrimonium iustificare, *Gratian. disceptat. 653. num. 63.* & fuit dictum in *Reatina Castrorum 3. Iulij 1651. §. nec refragantur, coram*
6 *Reuerendissimo D. meo Decano*; † vel testium depositionibus, vt hic, illud probare, *cap. super eo il 2. vbi Abb. de testib. Sanchez de matrim. lib. 3. disputat. 41. num. 1.* & firmat *Dec. cons. 163. Soccin. iun. cons. 31. num. 5. lib. 2. Roland. cons. 93. n. 4. volum. 3. Rota decis. 26. per totam par. 1. diuers. decis. 772. num. 1. par. 2. recent. coram Verall. dec. 205 par. 2. coram Seraph. decis. 1099. num. 2. coram Buratto decis. 143. num. 1. decis. 530. in princip. cum alijs in d. Neapolitana Matrimonii 13. Maii 1651. cora Eminentissimo D. Carl. Corrado, & in Bonon-*

nien. fideicommissi Bartholomei de Bologninis 5. Iunij eiusdem anni, coram Eminentissimo D. Card. Otthobono.

7 Minus officit, † quod matrimonii solemnia non à proprio Parocho, sed à Domino Episcopo Tulleñ peracta fuerint, qua illius præsentia, de qua deponunt plures testes, omnem (si quis adesset) supplet defectum, etiamsi foret casualis, & fortuita, *Giouagn. cons. 59. n. 11. lib. 1. Boss. de matrim. cap. 3. n. 6. Guttier. eod. tract. cap. 69. num. 10. Sanchez vbi supra d. lib. 3. disp. 39. num. 11. Bonaccin. de Sacram. matrim. qu. 2. punct. 8. num. 18. Ceual. comm. controu. quæst. 604. num. 66. Barbos. de offic. & potest. Paroch. par. 2. cap. 21. n. 50. de offic. & potestat. Episcop. d. alleg. 32. num. 88. Rota coram Seraph. d. decis. 1099. sub num. 5. coram Buratto decis. 713. num. 10. decis. 124. num. 17. part. 7. recent. & in Vlixbonen. Matrimonii 16. Nouembris 1622. coram bon. memor. Patriarcha Manzanedo,*

8 Cessatque difficultas, † quia Ordinarius vti Parochus Parochorũ, quemadmodũ animaduertit decisio super Remissoria edita 26. Iunii 1648. coram Reuerendissimo Terracineñ ritè potuit huiusmodi munus obire iuxtà dispositionem sacri Concilij Tridentini dicta sess. 24. cap. 1. de reformat. *Sanchez de matrim. lib. 3. disput. 28. nu. 1. Ponc. eodem tract. lib. 5. cap. 10. num. 5. Boss. vbi supra cap. 4. §. 18. num. 49. Laiman. lib. 5. tract. 10. par. 2. cap. 4. num. 5. vers. adde 3. Vgolin. de offic. & potestat. Episcop. cap. 15. §. 10. num. 2. Barbos. eodem tract. d. alleg. 32. num. 137. & de iur. Ecclesi. vniu. lib. 1. cap. 27. num. 89.* Esto quod

9 Cappella Ducalis † ab eius iurisdictione dicatur exempta, exemptio enim, vt patet ex lectura, Præpositos, Canonicos, & bona eiusdem Ecclesiæ dumtaxat respicit, non autem comprehendit curam animarum, nec Populum sub ea degentem, ad *text. in cap. cum Cappella, vers. quo circa, de priuil. Lap. alleg. 139. n. 13. Tambur. de iur. Abb. disput. 15. quæst. 7. num. 54. Chokier. de iurisd. in exempt. par. 1. quæst. 13. num. 4. Lotter. de re benef. lib. 1. qu. 24. num. 112. cum seqq. & signanter num. 118. Rota coram Seraph. decis. 1058. num. 6. coram Penia decis. 462. num. 13. in recent. decis. 324. num. 6. par. 1. & in Rossanen. exemptionis 7. Iunii 1641. coram Reuerendissimo Salamantino*, &

10 illa † etiam de iure communi liberat tantùm à lege Diœcesana, quæ consistit in recipiendo Cathedratico, decimis, & similibus, non autem à lege iurisdictionis circa subministrationem Sacramentorum versantis, *Chokier. vbi supra par. 1. quæst. 16. num. 1. & part. 2. quæst. 45 num. 17. Bellincin. de Charit. subsid. quæst. 28. & 29.*

11 quæ † propterea in subditos extra propriam quoque Diœcesim exerceri potest, *Bonacc. de Sacram. matrim. d. quæst. 2. punct. 8. num. 13. & 14. Coninc. eodem tract. disput. 27. num. 22. Sanch. d. lib. 3 disput. 19. num. 19. cum aliis congestis per Barbos. de offic. & potestat. Episcop. citata alleg. 32. num. 95. de offic. & potest. Parochi par. 2. cap. 21. num. 58.*

12 His ita constitutis, † & validitatem matrimonii præseferentibus, non obstat metus ad illud infringendum deductus, quia non probatur ex testibus ad instantiam D. Ducis Caroli examinatis; nàm ferè omnes sunt eius domestici, famuli, vel in ipsius Castris merentes, ad *textum in cap. ex litteris de testibus l. 2. C. eodem, Alex. cons. 150. num. 14. lib. 5. Ruin. cons. 29. num. 5. lib. 5. Menoch. cons. 714. num. 25. Farin. de testibus quæst. 55. num. 1. & seqq. Rota coram Buratto decis. 553. num. 7. coram Duran. decis. 148. n. 5. in recent. decis. 156. num. 8. part. 6. & in Regien. Iurispatronatus 18. Martii 1639. coram bon. memor.*

13 *Card. Panzirolo*, aliqui non fuerunt inducti in Curia, & sic contra formam in litteris remissorialibus præscriptam, *cap. statutum, §. in nullo quoque, vbi DD. de rescript. in 6. Rota decis. 466. num. 1. decis. 655. num. 3. part. 2. decis. 156. num. 6.*

14 *part. 6. recent.* † alij cum extra locum in eis præstitum fuerint recepti, nulliter dicuntur examinati, vt firmant relati per *Modern. de manut. obseruat. 94. num. 28. vers. prout nec testes, Rota decis. 30. de rescript. in nou. coram fa. me. Greg. XV. decis. 518. num. 10. coram Caual. decis. 410. num. 5.*

15 & † consequenter metum articulatum non probant, *Rota coram Mantica decis. 142. num. 4. vers. sed non modo coram Coccino decis. 119. in prin. & decis. 430. num. 58. decis. 516. num. 6. par. 5. recen.*

16 † Eoque minus quia sunt de auditu, *cap. licet ex quadam, cap. cum litteris de testibus, Bald. consil. 406. sub num. 2. volum. 4. Aym. cons. 112. nu. 13. Verall. decis 264. num. 8. part. 3. cum congestis in Bononieñ separationis thori 10. Iunij 1650. §. ab informantibus, coram R. P. D. meo Bichio. & in Tudertina Matrimonij 11. Martij eiusdem anni §. quæ verò, coram me,* nec specificè qualitates, & circumstantias metus assignant, vt necessarium est,

17 omnes enim (primo excepto, plures, vt infra patiente exceptiones) deponunt dumtaxat D. Ducem Carolum vi, seu iussu Patris fuisse ad matrimonium impulsum, quæ generica probatio non suffragatur, *l. 2. & 3. l. ad inuidiam 6. vbi Bart. & l. sequenti, l. metum 9. Cod. de eo quod met. caus. l. timorem 7. ff. eodem, l. interpositus 13. C. de transact. Alex. in l. si cum dotem 23. §. eo autem tempore num. 11. ff. soluto matrimonio, Farin. par. 2. fragm. verb. metus num. 168. Mongol. de met. cap. 10 §. 2. num. 2. Afflict. decis. 140. num. 15. Caputaquen. decis. 221. num. 2. par. 2. Buratt. decis. 628. numer. 3. Rota decis. 463. num. 3. part. 2. decis. 516. num. 17. par. 5. recent. & in Colonien. seu Triuiren. nullitatis professionis 14. Decembris 1648. coram R. P. D. meo*

18 *Cerro*, † siquidem impulsio nihil aliud est, quam incitatio, & suasio ad contrahendum licita Parentibus, ac permissa, vt ex *D. Thom. in 3. par summæ in addit. quæst. 47. art. vlt. in resp. & Sot. in 4. dist. 29. quæst. 1. artic. 4. tradit Menoch. cons. 69. num. 41. Sanchez de matrim. lib. 4. disp. 22. num. 5. Card. Bellarm. lib. 1. eo tract. cap. 19. propos. 3. Guttier. vbi supra cap. 79. num. 5. Goffred. in summ. tit. de despons. impub. num. 12. Sperell. dec. 75. num. 22. & 75.*

19 Primus verò † testis præterquam quod est vnicus, cubicularius D. Ducis Caroli, in Curia non inductus, & extra locum Remissoriæ examinatus, non releuat, dum ait per Franciscum fuisse vi, & metu expulsionis è domo, & priuationis domorum coactum D. Ducem Carolum ad ineundum huiusmodi matrimonium, quia non deponit de certa scientia, sed propriæ tantum credulitatis indicia, & coniecturas assignat, *Couar. de matr. lib. 2. cap. 3. §. 3.*

§.3.num.9. aliisque relati per Sperell.decis.79.n.47. & seqq. Rota ddecis.136.par.1. decis.589.par.2. decis.206.vtrobique num.2.part.3. decis.380.num.17.
20 par.5. decis.259.num.12.part.6. recent. † & ipse quoque cum aliis est de auditu ab eodem D. Duce Carolo de minis prædictis, vt asseritur, conquerente, vnde intrat vulgatum axioma, quod non præstetur fides testibus, quorum repelluntur authores, *cap. fraternitatis de hæreticis, cap. nullus 3. quæst.4. cap.licet ex quadam de testibus, gloss. & DD. in auth. si quis in aliquo, C.de edend. Aym.cons.41.num.2. cons.112.num.13. Rota coram san:mem:Greg.XV.decis.570.num.2.coram Buratto decis.323.num.18.*

21 Et quidem† cum versemur in matrimonio solemniter in facie Ecclesiæ contracto, negari non potest, quin ad illud dirimendum duriores obiecti timoris expostulentur probationes, & talis qui constanti viro formidinem incutiat, *cap. significauit de eo, qui duxit in vxorem, cap. cum locum, cap. veniens il secondo, de sponsal. Laderch.cons.17.num.1. Menoch. lib.3. præsumpt.4. num.3. Decher. disert. iur. l.1. disert.9.num.5. Bonaccin. de Sacram. matrim.quæst.3. punct.8.num.8. Sanchez eodem tract. lib.4. disput.1. à num.10. cum alijs per Add.ad Buratt.decis.528.nu.9. Rota coram Penia decis.1140.num.5.& 6. decis.600.nu.1.par.4 decis.516.nu.13. par.5.recent. post secundum volum. cons.Farinac.decis.218.num.2. & in Messanen. nullitatis professionis 5.Decembris 1640.coram R.P.D.*
22 *meo Peutingero*; † adeout solius metus reuerentialis, nulla ad effectum, de quo agitur, sit habenda ratio, nisi sit qualificatus minis, & verberibus, vel grauioribus circumstantiis, *cap. ex litteris de spons. impub. cap. consultationi de sponsal. l. si patre cogente 22. ibique Bald & Salic. ff. de rit.nupt. Felin.in cap. causam matrimonij nu.3. vbi Dec.num.8.de offic. deleg. Aldobr.cons.94.nu.6. Sanchez de matrimon.lib.4.disput.6.num.7. Guttier. eodem tract.cap.77.num.1. Bonaccin.d.qu.3.punct.8. num.7. Gail. pract.obseruat.lib.2.cap.147.num.17. Paris.de resignat.benef.lib.13.qu.1.num.172.Rebell. de oblig.iust.par.2.lib.2.qu.11.sect.1.num.10.Gram. decis.103.num.49. Boer.decis.100.num.11. Capicc. decis.159.num.33. Verall.decis.221.num.9. part.2. Buratt. decis.628.num.5. & post Tamburin. de iur.*
23 *Abb. decis.3. num.10.* † illæ autem in præsenti non concurrunt, & simplices minæ, quatenus hic probarentur, nullius essent momenti, tàm attento miti, & suaui ingenio, ac indulgenti natura ipsius Francisci erga filios, ac alios, nec soliti illas executioni demandare, *ad textum in d.l.metum 9. C.de his quæ vi, l.vnica, C.si quis Imperatori, l.famosi 7. ff.ad l.Iul.Maiest. Felin.in dicto cap. causam matrimonij num. 4. vers. sed nunquid de offic.deleg. Sanchez de matrim. lib.4.disput.1.nu.20. Ponc.eodem tract.lib.4.cap.5.num.7.Sperel.dicta decis.79.num.43. Verall.d.decis.221.num.7.par.2.Penia decis.1140.num.7. Rota decis.403.num.3.par.2. decis.516.num.18.part.5. recent.* quàm perspecta magnanimitate Domini Ducis Caroli, qui
24 vsque† tunc bello incumbens armorum studiosus, & postea tot exercituum strenuus Imperator, non ita de facili terreri poterat, & inuitus paternis mandatis ad contrahendum matrimonium vrgeri; Qualitas autem metum patientis est consideranda, vt ad propositum animaduertit *gloss.in cap.cum locum, verb. metus de sponsal. Alberic.à Rosiate in l metus autem causa 3. in princip. ff.ex quibus caus.maior. Sanchez de matrim. dicto lib.4.disp.3. num.4. Coninc. eodem tract. disput.28. num.30. Guttier. vbi supra cap.77. num.12.& 13. Ponc.dicto lib.4.cap.3.num.10. Menoch.de arbitr.cas.135.nu.4. Sot.de iust.& iur.lib.7. quæst.2. Campanil.in suo diuer rub.12. cap.1. Eorr. decis.100. num.2. Rota coram san.mem.Gregor.XV. decis.326.num.25. decis.376. num.7. & decis.115. num.12. par.7. recent.*

25 Nec vis aliqua fieri potest in publica voce, & fama, quam de coacto matrimonio præfati testes asserere conantur; nam illis non est adhibenda fides, nedum ex eo, quod illius authores, & à quibus audiuerint, non referunt, *Innoc.in cap. qualiter, & quando de accusat. Bart. in l.de minore 10. §. plurimum, nu.23. de quæst. Alex. cons.79.num.9.lib.1.cons.25.num.6.lib.4. Ruin.consil.51.num.14.cons.52.nu.7.lib.5. Valenz.cons.169. num.109. Cephal.cons.65.num.49. Cyriac. controu. 488. num.90. Rota decis.256.num.9.decis.539.n.2.*
26 *part.6. recent.* † Sed etiam quia eorum dicta elisa penitùs remanent ex testibus pro D. Ducissa Nicolea examinatis de spôtaneo, & libero consensu deponentibus, idem *Valenz. cons. 92.num.209. Rota decis.182.num.7. par.1.dec.276. num.15. decis.299. num.3. part.4.tom.2. decis.205.*
27 *num.10.par.6. recent.* † Fama enim, vt sit attendenda, debet esse perpetua, illæsa, & constans apud omnes, *Bald.in l.conuenticula 15. C.de Episcop.& Cler. Roland. cons.3.num.48. & 49. vol.1. Surd.cons.151.num.79. Rota decis.277. num.3. decis.335.num.5.par.2.recent. coram sa:me:Greg.XV. decis.445. num.6. decis.489. num.13. & 14. coram Canal. decis.6.num.5. & in Toletana decimarum de Capilla 4.Iulij 1640.coram bo:me:Card.Hieronymo Verospio.*

Præterea animaduertebant DD. quo testes percutiunt tempus secundi matrimonii à D. Episcopo Tulleñ cum dispensatione Aposto-
28 lica subinde celebrati, † qua propter impulsiones paternæ, si quæ antea fuerant, & auersiones animi D. Ducis, cum potuerint tractu temporis purgari, in illud non influunt, nec eius nullitatem important, cum in ipsius actu metus non probetur incussus, *ad textum in l.1. §.metus, d.l.metum 9. in princ. ff. quod met. caus.* & in terminis obseruat *Neniz. cons.46. num.29. & seqq. Paris.cons.10.num.56.lib.1. Laderch.cons.17. sub num.4. vers.quin & si aliquem, Ricc. decis. Archiepisc.Neapol.110.num.10.par.4. tom.2. Rota coram Mantica decis.142. num.4. versic. præterea, & decis 600.num.2.par.4. decis.515.num.19. parte 4. recent.*

29 Nec releuat dissidia, † quæ consumato iam matrimonio inter hos Coniuges dicuntur intercessisse, prout nec protestatio antea per Dominum Ducem Carolum vna cum Patre facta, ista siquidem, vt ex eius lectura dignoscitur, conuentiones tantùm dotales, & prætensam in Ducatibus successionem concernit, non autem tangit fœdus matrimonij, cuius respectu, si quis metus illatus fuisset, de facili Dominus Dux eadem protestatione decla-

declarasset, vt in terminis ponderat *Laderch. d.cons.17.num.3.vers.quarto multum mouet Aymon.*
30 *cons.120.num.3.& 4.* † Illa verò, vtpotè leuia, & per subsecutam reconciliationem sublata, matrimonium non irritant, nec adhunc effectum sunt in aliqua consideratione habenda, *gloss. in c. plerumque, verb.nec reconciliata de notat. inter Vir. & Vxor. Bertazzol. consil. crimin. 228. num.12. lib.1. Rmin.Iun. consil.174.num.28. Rota coram Seraphin.decis.1315.num.3. in Hispaleñ Separationis thori 27.Februarij 1627. coram Eminentissimo D.Cardinali Macchiauello in Bononien.Separationis thori 21.Februarij 1650. §.quatenus verò, coram R.P.D. meo Bichio. & in Tridentina matrimonij 11.Martij eiusdem anni §. fin. coram me.*
33 Et hinc † non applicatur regula, quod magis credatur duobus testibus de metu deponentibus, quam mille spontaneam voluntatem affirmantibus, *ex doctrin.Innoc.in c.super hoc*
32 *de renunciat.* † Quia non procedit, quando pro validitate matrimonij, & libero consensu præsumptiones concurrunt, & coniecturæ, *Dec. in cap. final. num.25. & 26. de appellat. Bursatt. cons.72.nu.48.lib.1. Cepoll.cons.2.num.14. Pacian. de probat. lib.1. cap.50.num.6. Sanchez de matrim. lib.4. disput.27. nu.2. & 7. Bos.eodem tract.cap.12. num.397. & seq. Paris. de resignat. lib.13. quæst.1. num.89. & 90. Gabr.de testib. conclus.4. numer.16. & seqq. Farinac.par.2.fragment.verb.metus nu.157.*
33 *& num.174.* † plures autem in præsenti, & vrgentissimæ afferuntur, quia vltra præsumptionem iuris, quæ stat pro exclusione metus *l.interpositas 13. C.de transact.l.2.C.de his, quæ vi, & c.*
34 præsertim † in Patre erga filium, *Sanchez vbi supra dicto lib.4. disput. 6. num.8. vers. verum ferè omnes, Ricc.dicta decis.110.nu.8. Rot.coram Verall. decis.221. num.8. part.2. coram Mantic. decis.142.*
35 *num.2. coram Buratto decis.628. num.4.* † Concurrit mutua vtriusque Coniugis in actu desponsationis hilaritas, quam pro libertate consensus, ponderat *Paris. cons.170.nu.22.lib.4.*
36 *Menoch.lib.3. præsumpt.4.num.29.* † matrimonij geminatio, *idem Paris.cons.10.nu.57.lib.1. Aym.*
37 *cons.114.num.8. Mandell.cons.4.nu.37.* † Principum consanguineorũ, & aliorum procerum præsentia, *l.transactionem 35. vbi Ias.num.1. C.de transact. Bart. in l.frater à fratre 38. num. 51. ff.de condict.indeb. Ruin.cons.170. post num.77. lib.primo, Sanch. de matrim.lib.4. disput.27. num.2. Menoch. lib.3. præsumpt.126.nu.4. Mascard. de probat. conclus.1053.num.23. Rota coram sanct:mem: Gregor. decis.120. num.24. coram Buratto decis.783. nu.12.*
38 Domini † Episcopi Tulleñ, & Patris Dominici assistentia, & cooperatio, vt in terminis, quod ex interuentu Episcopi, seù alterius Viri Religiosi omnis in matrimonio cesset metus suspicio, tradit *Cephal. cons.91. num.49. Caball. cons.176.num.10.vol.1. Grammat. decis.66. nu.64. Sperell.decis.5.num.26. Rota coram sanct:mem:Gregor.XV. decis.188.num.9.* subsequuta copula, *c. significauit de eo, qui duxit, & c. c. is, qui fidem de sponsal. Abb. in c.veniens il primo num.7. eodem tit. Paris. d.consil.170.num.25.lib.4. Sanch.de matrim. dicto lib. 4. disput.18. num. 2. & 12. Buratt. dicta*
39 *decis.628. num.7.* † longæua cohabitatio per spatium quindecim annorum, *c.ad id de sponsal. Ferrett.cons.340.nu.11.lib.2. Neuizz.cons.46. num.32. Menoch.lib.4.præsumpt.4.num.24. Boss.de matrim. cap.12.num.390. Buratt.vbi suprà, Mant.*
40 *dicta decis.142. num.13. versic.tertiò.* † Edicta vtriusque nomine publicata, monetæ vtriusque imagine cussæ, litteræ D. Ducis Caroli, in quibus D. Ducissa Nicolea sæpiùs amantissima sponsa, & Coniux nuncupatur, *Ricc. in collect.219. vers.item probari, Crescen.decis.22. de probat. Rota decis.772. num.7. & 8. part.2. recent. coram Cardinali Millino decis.75. num.4. versic. 5. ex pluribus litteris coram Buratto decis.143.num.23.*
41 *& 24. decis.192.num.6.* † aliique actus positiui longè per informantes recensiti, qui post obitum Patris ab eodem gesti, & maritalem affectum præseferentes omnem præcedentis metus suspicionem excludunt, *Bursatt. consil.98. num.7.lib.1. Menoch.cons.15.num.11. & 12. Petr. Albignan.inter cons.matrim.diuer.cons.61.nu.9.lib.1. Mascard.de probat. conclus.1023.& concl.seq. Guttier.de matrim.cap.40.nu.6. vers.verum, & cap.71. num.12. Rota coram Caualer.decis.444.nu.2. coram Buratto decis.530. numer.6. & decis.463. numer.3. vers.quinimò part.2. recent.*

Ista verò cum militent etiam pro libertate consensus Dominæ Ducissæ Nicoleæ, cuius suspiria, & lacrymę ad aliam causam per testes assignatam referri debent, non autem ad vim aliquam, quæ ei, vt huiusmodi sponsalibus assentiret, fuerit illata, quia hæc non probatur; ideò vlteriori non indigent discussione, quæ de prætenso metu illi incusso obijciuntur,
42 præsertim † quia ipsa matrimonium spontè, ac liberè initum profitetur, & mulieris declarationi se non fuisse timore inductam affirmantis standum est, vt in terminis dixit *Rota coram Buratto dicta decis.628.num.8.*

Et ità decisum vtraque parte acerrimè informante.

R. P. D. ZARATE.

Hieraceñ Parochialis.

Veneris 24. Ianuarij 1653.

ARGVMENTVM.

Beneficium dimittens animo aliud assequendi, & non assequatur, & alter de dicto beneficio fuerit prouisus, an, & cui sit dandum mandatum de manutenendo, eruditè resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Possessio instrumentalis, quando sit manutenibilis.*
2 *Detentatio per Testes probata remanet, si dicant, quod talis possidet.*
3 *Possessio regulariter ex detentatione probatur.*
4 *Possessio probatur præcipuè ex perceptione fructuum.*
5 *Possessio ciuilis, vt dicatur amissa, quid requiratur.*
6 *Correspectiuorum natura est, vt vno sublato corruat, & alterum.*
7 *Beneficium dimittens animo aliud cõsequendi, si non consequatur, illud primum non censetur amissum.*
8 *Possessio, quando dicatur manutenibilis.*

9 *Posses-*

9 *Possessio posterior dicitur possessio clandestina, & turbatiua, & allegari non potest ad effectum manutentionis obtinendæ.*
10 *Executor litterarum Apostolicarum debet omninò citare possessorem.*
11 *Et si processerit absque tali citatione, nulliter processisse dicitur, nec priuat possessorem sua possessione, & quare num. 12.*

DECISIO CCCII.

VIRGILIVS Galluccius ob non consequutionem possessionis Ecclesiæ Parochialis Sanctæ Catherinæ à Sede Apostolica obtentæ pretendebat continuationem suæ prioris possessionis in Parochiali Ecclesia Sanctæ Mariæ Veteris, seù Sancti Blasij, quam Carolus Cæsareus etiã prouisus Apostolicus, & possessor contendebat; Idcircò per dictum Virgilium pro istius continuatæ possessionis iustificatione Remissoria obtenta, vt in decisione 4. Decembris 1651. coram me emanata, illiusque vigore factis probationibus, eisdemque in actis exhibitis, & dato dubio. Cui sit dandum mandatum de manutenendo, Virgilio dandum esse Domini responderunt.

Constat enim de istius anteriori possessione ex publico Instrumento illius apprehensionis
1 vsque de anno 1628. † Quæ possessio instrumentalis, alio tunc temporis non possidente, redditur manutenibilis, *l. prædia 48. ff. de acqu. possess. l. non idcireò 12. C. de fid. instr. Rota dec. 506. num. 1. part. 1. diuers. & alibi passim.*

Maximè, quia illius continuatio vsque ad annum 1650. quo Carolus Cæsareus possessionem eiusdem Parochialis Sanctæ Mariæ Veteris, seù Sancti Blasij occupauit, ostenditur ex pluribus Testibus mediante dicta Re-
2 missoria examinatis † deponentibus prænominatum Virgilium possedisse prædictam Parochialem Sanctæ Mariæ Veteris, seù Sancti Blasij vsque ad annum 1650. Quod certè sufficit ad probandam huiusmodi possessionem, cum possessio sit actus cadens sub sensu corporis, & Testis dicens, quod talis possidet, omninò detentationem probat, *Abb. in c. cum causam de test. Rota in Vladislauien. manutentionis 5. Iunij 1648. §. quia vltra deducta, coram Reuerendiss. Terracinen.*
3 † Et regulare est, possessionem ex detentatione probari, *Innoc. in c. cum olim de priuileg. & in d. Vladislauien.*
4 Potissimè verò, † cum dicti Testes deponant eundem Virgilium semper fructus exigisse, omniaque alia ad eius curam spectantia peregisse, præcipua argumenta possessionis, *Modern. de manut. obser. 23. per totam, Rota dec. 131. num. 3. part. 1. recentior, & coram Buratt. decis. 730. num. 4. & in præallegata Vladislauien.*

Eiusdemque possessionis amissio induci non potest ex dimissione primæ Parochialis propter consequutionem secundæ sub inuocatione Sanctæ Catherinæ. Quoniam cum dimissio hæc facta fuerit in vim decreti de dimittendo inserti in secunda prouisione Parochialis Sanctæ Catherinæ ob illius incompatibilitatem cum prima; Indè sequitur, quod dimissio primæ sit correspectiua ad acquisi-
5 tionem secundæ: † Vndè cum ex Testium depositionibus constet, acquisitionem istam suum non habuisse effectum, animus amittendi possessionem primæ Parochialis in Virgilio dimittente cessauit, vt propterea possessionem saltem ciuilem non amiserit, *l. 3. in princ. & in §. in amittenda vbi DD. ff. de acq. possess. Rota per sanct. mem. Gregor. XV. decis. 252. numer. 4.*
6 Et † ex natura correspectiuorum est, vt vno sublato corruat, & alterum, *l. etiam si patre 30. §. ex causa, ff. de minor. 25. ann. Grat. discept. for. cap. 14. num. 4. Rota in Romana Cambij 14. Februarij 1648. §. cum igitur, coram R. P. D. meo Peutingero, & in decisione huius causæ super Remissoria edita*
7 *4. Decembris 1651. coram me §. releuantia.* † Et in terminis, quod dimittens beneficium animo aliud consequendi, & non consequatur, primum illud non amittat, firmauit *Rot. dec. 313. num. 5. vers. in correspectiuis coram Merlino, quæ est etiam decis. 225. post Modern. de manut.*
8 Ex his itaque sequitur, † quod possessio Virgilij vndequaque probata sit manutenibi-
9 lis *§. Retinendæ Instit. de interd.* † Et illa Caroli vti posterior, & sic clandestina, & turbatiua allegari nequeat, *c. licet causam 9. de probat. Modern. de manut. obser. 71. nual. 2. & seqq. Rota in Romana prætensi fideicõmissi 15. Ianuarij 1646. §. Hinc*
10 *dicebant coram bo: mem: Arguelles.* † Nihil etiam refragante, quod Carolus immissus fuerit in possessionem mediante executore litterarum Apostolicarum; Nam cum executor processerit non citato Virgilio possessore omninò citando, *Felin. in c. dilectus il primò, sub numer. 1. vers. fallit 2. de rescript. Rota coram sanct: memor: Gregor. XV. decis. 46. num. 9. & in decis. super Re-*
11 *missoria, §. nec obstat,* † vtique nulliter processit, & non priuauit Virgilium sua anteriori possessione, *Rota penès sanct: mem: Grgor. XV. decis. 69. num. 3. coram Buratt. decis. 185. num. 6. in Colonien. Præpositurœ 1. Iunij 1648. §. nec obstat, quod Anna,*
12 *coram R. P. D. meo Meltio.* † Quia tunc dicitur agere vti priuatus, *Modern. Perusin. de subhastat. inspect. 50. nu. 13. Rota in Elboren. Beneficij 18. Februarij 1647. §. Non attento, coram bo: me: Arguelles.*

Atque ita pro informante, &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Cracouień Decimarum.

Veneris 24. Ianuarij 1653.

ARGVMENTVM.

Decimæ tàm ex dispositione iuris Diuini, quàm humani debentur Parocho in bonis existentibus intra fines suæ Parochiæ, quid autem dicendum sit, si adesset constitutio, quòd decimæ debeantur Ordinario, an Tertius possit se hac exceptione tueri, eruditè resoluitur. Decimarum exactio ex quibus iustificata remaneat, clarè demonstratur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Decimæ debentur Parocho ex assistentia iuris Diuini, & humani in bonis existentibus intrà fines sua Parochia.*

2 *Et quid si adesset constitutio, quod decima debeantur Ordinario.*

3 *Et in fundatione dicta Parochia Ordinarius illi addixisset omnes decimas, quas in erectione aliarum sibi reseruauerat.*

4 *Dictiones,* Omnis, & quicumque, *quid importent.*

5 *Præsentia, & taciturnitas, quid operentur.*

6 *Probare aliquid spectat ad eum, qui illud deducit pro fundamento sua intentionis.*

7 *Sententia sine actis propter antiquitatem probat etiã contrà Tertios.*

8 *Decimarum solutio benè probatur ex Instrumento transactionis, in quo quatenus transigentes defecissent in traditione summæ conuentæ, in eisdem decimis regressus Parocho attribuitur.*

9 *Aetatis testimonium approbatissimum, ac fraudis cuiuscumque exclusiuum est liber Parochi.*

10 *Decimarum exactio siuè de facto, siue de iure requiratur, ex quibus iustificata dicatur.*

DECISIO CCCIII.

DECIMAM manipularem ex hæreditate Osmolice integrè debitam Parocho Drazgouieñ, necnon ad ipsius præstationem arctari posse Collegium Societatis Iesu Cracouieñ declarauit Rota coram me sub die 27. Martij anni 1651.* super quibùs hodie repropositio dubio, iterum cogi posse decreuit ex Diuini, † humanique iuris assistentia, in ipsamet frugum specie. Parocho Decimas attribuente, ex agris intrà Parochiæ limites constitutis, *vt Exod. 22. Leuit. cap. 27. & in c. cum contingat, c. cum in tua, c. ex parte 21. c. non est 22. de decim.* cæterisque iuribus relatis *in Cracouieñ Decimarum 1. Iulij 1648. corã R.P.D. meo Meltio in princ. & in Pampilonen Decimarum de Vsurbil 1. Iunij eiusdem anni, coram R.P.D. meo Celso.* † Quæ sanè assistentia ex Synodalibus Regni Poloniæ Constitutionibus Apostolica auctoritate roboratis; successiuè munita, ex alijs eiusdem Regni Constitutionibus decimam deferentibus Ordinario, nequaquam infringitur; licet enim illa subsisteret, huic dumtaxat in causa modo non existenti, posset opitulari, non autem suffragari Collegio contrà Parochum, iuris assistentia munitum, excipientem de iure Tertij, vt aduertit *Garz. de benefic. part. 9. cap. 2. num. 299. Rebuff. in tractat. de Cong. num. 110. Rot. decis. 5. de offic. Vicar. in antiq. & in Pampiloneñ Decimarum 14. Iunii 1591. coram Bubalo,* relata per eumdem *Garz. adducto nu. 299.* † Dum maximè decimas omnium hæredum, & de quacumque hæreditate huic Ecclesiæ in fundatione de anno 1334. addixit Ordinarius, & in aliarum erectione filialium expressè reseruauit, itaut hæreditatis Osmolice decimæ, ad ipsam spectare noscantur, iuxtà *gloss. in c. ad audientiam, in verb. obuentionum de Eccles. ædificand.* quam sequitur *Butr. in c. cum contingat de decimis num. 8. vers. quandoque intra fines Ecclesiæ matricis, Rebuff. eod. tract. quæst. 6. num. 22. Tindar. num. 31. Rot. decis. 419. num. 3. & decis. 448. num. 1. part. 1. recent. & in Cracouien. Decimarũ 24. Ianuarij 1618. coram Sacrato, & in Florentina Decimarum 29. Ianuarij 1633. coram bon. mem. Cardinali Hieronymo*

4 *Verospio.* † Virtute potissimum dictionum vniuersalium, omnium, & quorumcumque hæreditatum, Osmolicensem quoque hereditatem includentium, iuxtà *text. in l. Iulianus, & in l. Testator, ff. de legat. 3. l. pediculis, §. labeo, ff. de aur. & argent. legat.* & in terminis dictionis quæcumque *l. à Procuratore, C. mandati, c. solitæ de maiorit. & obed. not. gloss. in c. quicumque, in verb. quicumque de sentens. excommun. lib. 6. cum alijs per*

5 *Tiraquell. de retract. lign. §. 1. gloss. 7. num. 20.* † neque contrarium præseferunt verba illa, *contulerunt,* Instrumento fundationis adiecta, & potius ad hæredes apta transferri, quam ad Ordinarium, quia eo præsente, & approbante legitur decimarum facta collatio, itaut consequenter ab ipso censeatur attributa, vt dicit *Rota decis. 797. part. 1. diuers. & in decis. 244. nu. 5. & decis. 322. num. 3. part. 5. recent.*

Quinimò eadem assistentia corroboratur ex subsecuta obseruantia, vigore sententiæ æditæ de anno 1427. contrà Lucam Villarum Osmolice, ac Sarny possessorem, ad manipulares decimas pro duobus annis ipsum condemnantis, in quarum solutione defecerat, ac insuper declarantis; decimas manipulares ex fructibus quibuscunque, atque seminibus retrahendas, ab annis 40. & vltrà ad Drazgouiensem Ecclesiam pertinere, necnon ex tribus successiuè concordijs; cum Patrum authoribus æditis, ac libro retaxationum de anno 1520. conscripto, ex Collegij parte producto connumerante inter cæteras huius Parochiæ Villas, alteram nomine Bialkam, quam Osmolicensem esse iura comprobant, ac Testes à Parocho exhibiti; Tum denique ex EIVSDEMMET CONFESSIONE COLLEGII, ac solutionibus ipsius successiuè peractis, manipulares decimas ab antecessoribus Patrum comprobantibus exactas, vt latè fuit in præterita decisione deductum.

Hinc Patribus suffragari non poterunt priuilegia Veñ Societati ex munificentia Apostolicæ Sedis concessa, siue Decretum S. Congregationis Concilij, decimarũ solutionem, in ea dumtaxat quantitate constituens, quæ à Laicis antecessoribus exigebantur, antequam bona in eorumdem Patrum posse deuenirent. Siue denique transactio cum præcedenti Pa-

6 rocho, à Patrum antecessoribus ædita: † Siquidem PP. priuilegia modificata noscuntur ex ipsomet Sacræ Congregationis Decreto Apostolicę auctoritatis robore munito, cuius virtute, licet iustificatio solutionis spectare videatur ad Parochum, dum ex eodem Decreto intentionis suæ, fundamenta deducit, ad tradita per *Bald. in l. 2. num. 29. vers. si verò, C. si contra ius, vel vtil. publ. Surd. decis. 230. nu. 6.*

7 *Rota coram Gregor. decis. 278. numer. 6.* † In huius tamen iustificatione non deficit, persolutas namque decimas comprobat in manipulis, nedum

nedum ex assistintia Iuris, ac Constitutionibus Regni Poloniæ, sed etiam ex obseruantia successiuè iustificata per sententiam ab anno 1427. contrà Lucam possessorem Villæ Osmolice prolatam, quæ licet actis destituta, propter antiquitatem, exactas decimas comprobat in manipulis, etiam contrà Tertios, ad tradit.per *Ruin.cons.28.num.16.lib.4. Menoch. cons.612.num.10.lib.7.* ac plures alios relatos in
8 *decis.673.num.1.cum seqq. part.2. recent.* † Accedentibus tribus potissimè concordijs, quarum vltima, cum auctoribus Collegij stipulata de anno 1617. benè concludit decimarum solutionem in manipulis ante Instrumentum transactionis, dum in earum decimarum specie, Parocho regressum attribuit, quoties in traditione conuentæ summæ defecissent transigentes, *ad text. in l. manumissiones, ff.de iust.*
9 *& iur. & in l.decem, ff.de verbor.obligat.* † Et perperam ex defectu minoris ætatis transigentiū impugnatur, dum illa ex libro priuato receptionis ipsius in Religionem solummodo concluditur, non autem ex probatione legitima, vt puta fide Baptismi, seu Parochi libro, quem approbatissimum ætatis probandæ Testimonium, ac fraudis cuiuscumque exclusiuum recenset, *Mascard. de probat. conclus.667. numer.1. Menoch. de præsumpt. præsumpt.15. numer.6. lib.2. Rot.decis.363. num.1. & decis.532. pariter num.1. part.4.recentior. & coram Caualer.decis.44.num.4.* Tum etiam quia ex legibus Regni, ætatem annorum 15. approbantibus esse legitimam, quatenus minor ætas iustificata foret, eidem prodesse non posset, dum in hac ætate annorum 15.extitisse transigentem admittitur ex
10 aduerso. † Hinc verò ex Parochi parte videtur iustificata conditio solutionis decimarum in manipulis ex bonis, antequam illa transirent ad Regulares, siue decretum iustificationem solutionis de facto requirat, siue de iure, iuxtà terminos *c.nuper de decim.* cum, & effectiua solutio in manipulis, & ab antecessoribus Patrum ex bonis prædictis decimarum concludatur exactio.

Transactio denique auctoritate Apostolica destituta, ac ipsiusmet Ecclesiæ læsiua, pluribusque defectibus obnoxia, deductis in decisione præterita, obesse non potuerit moderno Rectori, quin saltem rescissionem obtineat nomine Ecclesiæ, quæ eadem transactione non astringitur, nec afficitur, nec consequenter Patribus Societatis valet suffragari virtute decreti, approbantis ante actas transactiones, illud quippè decretum validis dumtaxat, ac iustis vires attribuit, vt deductum fuit in decisione præterita.

Et ita pluries reproposito dubio vtraq; &c.

Decisio ista emanata in hac eadem causa sub die 27.Martij 1652. coram eodem bon: me: Leone Verospio, quæ hic allegatur est suprà in hac eadem part.11. recent. decisio 133.

R. P. D. ZARATE.

Beneuentana Iurisdictionis.

Lunæ 27.Ianuarij 1653.

ARGVMENTVM.

Episcopus quoad Iurisdictionem habet pro se assistentiam iuris in Locis sitis intra limites suæ Diœcesis, vndè si quis prętenderet in eadem Diœcesi habere Iurisdictionem ordinariam, & Territorium separasum ab Episcopo, debet docere, vel de priuilegio Apostolico, vel de immemorabili; quid autem dicendum sit, quando neutrum perfectè probari possit, sed plures actus Iurisdictionales pro vtraque parte concurrerent, eruditè resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus habet assistentiam iuris in Castris sitis intra limites suæ Diœcesis.*
2 *Situatio loci ex quibus probata remaneat.*
3 *Locus, seu Castrum ex quibus probetur esse potius in vna, quàm in alia Diœcesi.*
4 *Exceptio de iure Tertij, quando apponi non possit.*
5 *Exemptio in vna persona, probata respectu vnius qualitatis, non ex hoc trahitur ad aliam.*
6 *Episcopi assistentia iuris, quam habet intra fines suæ Diœcesis, offuscata remanet, si probaretur, alios inferiores in ea exercuisse actus Iurisdictionales.*
7 *Territorium, vt superari possit ab aliqua Diœcesi, requiritur, vel priuilegium Apostolicum, vel immemorabilis.*
8 *Territorium, vt separari possit ab aliqua Diœcesi per priuilegium Apostolicum, priuilegium debet esse clarum, & expressum.*
9 *Immemorabilis, vt probata remaneat per Testes, quid requiratur.*
10 *Testes non merentur maiorem fidem in vno, quàm in alio iudicio.*
11 *ad Immemorabilem excludendam, quod sufficiat.*
12 *Immemorabilis ex quibus actibus excludatur.*
13 *Præscriptio interrumpitur per vnicum actum contrarium.*
14 *Testes deponentes se numquam vidisse, audiuisse conuincuntur de falso, quando constat de aliquo actu contrario.*
15 *Immemorabilis, vt suffragari possit, debet esse approbata per tres sententias conformes.*
16 *Ennunciatiua emanata in antiquis Constitutionibus Apostolicis, quando importet nouam concessionem.*
17 *Verbum,* habet, *denotat tempus præsens, & non recipit functionem præteriti.*
18 *Et idem importat, quàm verbum habet, vel habere debeat.*
19 *Verbum,* habet, *semper denotat tempus præsens, etiamsi tamquam verbū positiuum supponat præexistentiam tituli, & possessionis.*
20 *per Synodum Diœcesanum, quando aliquid fuit declaratum nullum, & inualidum, non potest quis deindè illo se tueri.*
21 *Constitutiones in parte tantum reuocatæ, quando nec etiam in alia parte allegari possint.*
22 *Ennunciatiuæ deductæ in Bullis Apostolicis non inducunt sufficientem proba tionem, & quare.*

23 *Litteræ patentes promotuum ad Ordines sacros ab Episcopo subscriptæ, in quibus enunciatur iurisdictio Archidiaconalis, non nocent ipsi Episcopo.*

24 *Episcopi confessiones explicitæ non præiudicant Ecclesiæ.*

25 *Nec impediunt quominus ipse Episcopus possit nomine eiusdem Ecclesiæ agere, & obtinere.*

26 *Actus in materia Iurisdictionis illi præferendi sunt, qui roborantur ex iuris dispositione.*

27 *Visitationes Episcoporum, quando debent dici factæ iure Ordinario, & non delegato.*

28 *Actus Iurisdictionales in concursu ab beneficia curata, conuocationes ad Synodum, &c. spectat ad eum, qui habet Iurisdictionem ordinariam, & Territorium separatum habet ab Episcopo.*

DECISIO CCCIV.

CAPTA resolutione in hac causa super bono iure die decimatertia Maii anni præteriti * ad fauorem Reuerendissimi D. Archiepiscopi Beneuentani, concessa fuit noua audientia D. Archidiacono eiusdem Ecclesiæ reclamanti, cuius impugnationibus, Domini in decisis perstiterunt.

1 Assistentiam † quippè Iuris pro Reuerendissimo D. Archiepiscopo visum fuit benè deduci ex situatione Castrorum, de quibus agitur intrà limites Diœcesis Beneuentanæ iuxtà allegata in prima *decis.* §.*vndè.*

2 † Et prædictam firmationem satis probari ex Testibus, Instrumentis, & Planta in dicta decisione recensitis ex §.*sunt etenim, vsque ad* §.*verùm.*

3 Ex † quibus omninò præsumitur prædicta Castra, & loca esse in Diœcesi Beneuentana, vt tenuit *Rota decis.*405.*num.*1. *part.*1. *decis.*560. *nu.*1. & 2. *part.*8. *recent.* & *in Brixinen. Iurisdict.* 11.*Aprilis* 1639. *coram Reuerendiss. Salamantino, & in Marsicen. Iurisd.* 18. *February* 1547. *coram R.P.D. meo Bichio.*

4 Vndè † ex parte d. Archidiaconi prætendi non potest prædicta Castra esse de Diœcesi distincta, & separata a Diœcesi Archiepiscopi, & in illis Archidiaconum habere ius quasi Episcopale, & exercere omnimodam iurisdictionem, prout etiam extant alia loca in eadem Diœcesi, quæ esse dicuntur de iurisdictione Abbatis S. Sophiæ, & Capituli Ecclesiæ Beneuentanæ: Nam præterquam id probatur ex simplici cuiusdam priuati fide nocere non potest Reuerendiss. Archiepiscopo, cum sit exceptio ius tertij concernens, *Bart. in l.* 2. *num.*1. *ff. de except. rei ind. Rota coram Seraphin. decis.*421. *num.*7. *in Romana restitutionis dotis* 16. *Iuny* 1643. *coram Reuerendissimo Salamantino.*

5 † Et quando Abbati S. Sophiæ, seu prædicto Capitulo aliqua exceptio ex priuilegio cōpeteret, parum prodesset D. Archidiacono, cum priuilegia non extendantur de persona ad personam, nec de re ad rem; immò in vna persona probata exemptione respectu vnius qualitatis, non tamen ex hoc trahitur exemptio ad aliam, *c. per exemptionem, vbi DD. de priuileg. in* 6. *Rota apud Seraph. decis.*1058. *num.*8.

6 Nec † assistentiam Reuerendiss. D. Archiepiscopi offuscare possunt antiquæ enunciatiuæ elicitæ ex Constitutionibus Ecclesiæ, Breuibus Apostolicis, Instrumentis publicis, & alijs Iuribus, ex quibus dictus Archidiaconus suam Iurisdictionem probare nititur, iuncta eius possessione; quibus stantibus assistentia Iuris Reuerendissimo D. Archiepiscopo non potest suffragari, iuxtà *decis. Rotæ coram Andrea* 54. *numer.* 10. *Adden. ad Buratt. decis.*578. *num.*21.

7 Siquidem verùm est, † quòd firmatur in prima decisione ad effectum separationis Territorij requiri, vel priuilegium Apostolicum, vel immemorabilem, vt tenet *Gratian. discept. for. cap.*212. *nu.*16. & 17. *Rota in recent. decis.*324. *num.*1. & *seqq. part.*1. *penès Buratt. d. decis.*578. *nu.*2. & *decis.*912. *nu.*1. *cum alys pluribus in Marsicen. Iurisdictionis* 26. *May* 1631. *coram Emmentiss. D. Card. Corrado*; quorum neutrum in præsenti concurrit.

8 Priuilegium † enim Apostolicū non ostenditur, quod quidem deberet esse clarum, & expressum, vt dixit *Rota decis.*324. *numer.*2. *part.*1. *recentior.* & post *Tambur. de iure Abbat. decis.*50. *num.*10.

9 Immemorabilis † verò non probatur ex Testibus ad id inductis cum requisitis, *Gloss. in cap.*2. *verb. memoria de præscript. in* 6. vt traditur *in prima decis.* §.*Nec magis, & vltrà ibi allegatos, Rota coram Seraph. decis.*1450. *num.*2. *penès sanct: mem: Gregor. XV. decis.*252. *num.*3. & *decis.*434. *nu.*11. *apud Buratt. decis.*673. *num.*1. & 6. *in Pampiloneñ Iurisnominandi Vicarium* 14. *Decemb.* 1648

10 *coram Eminentiss. Otthobono*, † qui Testes in alio iudicio fuerunt examinati, in quo Archidiaconus succubuit, atque ideò maiorem fidem in hoc iudicio non merentur, vt comprobatur in prima decisione §. *Testis*. Vltrà, quòd in illo non agebatur principalitèr de Iurisdictione, sed de exactione dimidiæ annatæ fructuum;

11 † Et quatenùs de Iurisdictione Archidiaconi deponerent, famam non concluderent, quia non possunt dicere nunquam auditum contrarium, dum constat, actus fecisse Archiepiscopos, & fuisse controuersos, ex quo solo immemorabilis excluditur, cum solus rumor sufficiat ad eam excludendam, *Adden. ad san: mem: Gregor. XV. decis.*298. *num.*13. *Aesina bonorum* 10. *January* 1636. *coram Buccabella, & in Cordubeñ decimarum* 18. *May* 1618. *coram*

12 *bo: me: Coccino,* §.*quantum verò, ad finem.* † Actus enim Iurisdictionales à Reuerendiss. D. Archiepiscopo gesti enumerantur in *prima decis.* §.*cessantibus*, ex quibus satis excluditur immemorabilis, ex allegatis per *Reuerendiss. Nuncium Neapolitanum decis.*69. *numer.*5. *Rota in Marsicen. Iurisdictionis* 17. *February* 1647. *coram R.P.D. meo Bichio, & 26. May* 1651. *coram Emmentiss. Corra-*

13 *do.* † Adeò vt si mille actus ad inducendam præscriptionem gesti essent, vnicus actus cōtrarius illam interrumpit, vt tradit *Reuerendiss. Nuncius Neapolitanus decis.*69. *numer.*6. *Adden. ad*

14 *san: mem: Gregor. XV. decis.*162. *nu.*15. † Ex quo eo ipso quòd constat de aliquo actu contrario Testes deponentes, se nunquàm vidisse, aut audiuisse contrarium, conuincuntur de falso, *Rota decis.*154. *num.*3. *part.*1. *recent.*

Præ-

15 Præterea, quia, † vt immemorabilis suffragaretur, deberet esse approbata per tres sententias conformes, vt aliàs declarauit Sacra Congregatio Concilij, & firmauit *Rota decis. 248. num. 1. par. 2. decis. 126. num. 2. par. 4. decision. 600. num. 15. par. 8. recent. & in allegata Marsicen. Iurisdictioni. 18. Febr. 1647. coram R.P.D. meo Bichio.*

Nec magis D. Archidiacono fauent enun-
16 ciatiuæ productæ. † Non enim illa, quæ deducitur in Constitutionibus editis de anno 1355. in illis verbis, ibi, *Habet Archidiaconus Diœcesim distinctam, & separatam.* Nam siue significent nouam iurisdictionis concessionem, vt innuere videtur 1. *decisio §. & circa,*
17 cum † verba *Habet* præsentis temporis, non recipiat functionem præteriti *Rota coram sanct. mem. Greg. XV. decis. 371. num. 1. decis. 338. num. 5.* ibique *Add. num. 15. Gonzal. ad regul. 8. Cancell.*
18 *gloss. 11. num. 48. & seqq.* † Atq; ideo idem importet quod verbum *Habeat, vel Habere debeat* ex traditis *per Bart. in l. si vxor 41. §. cum ita in fi-*
19 *ne ff. de liber. leg.* † siuè consideretur tanquam verbum positiuum supponens præexistentiã iurisdictionis, eiusq; titulum, & possessionem *ex tex. in l. stipulatio 38. §. hac quoque stipulatio vers. habere dupliciter accipitur ff. de verb. oblig. l. nomen filiarum vers. habere, vbi Rebuff. ff. de verb. signif. Rota decis. 369. num. 1. post medium part. 1. recent.*
20 Semper est verum, † quod illæ Constitutiones in synodo Diœcesana declaratæ fuerunt nullæ, inualidę, & scandalosæ per Cardinalem Sabellum, & Archiepiscopum Palumbariam, ac propterea eis se tueri non potest Archidiaconus *l. fin. ff. ad l. Cornel. de fals. vbi Bart. Rota decis. 104. num. 6. par. 6. recent.* & fuit dictum *in Tiburtina Castri S. Angeli 18. Iunij 1648. coram R. P. D. meo Meltio.*
21 Nec valet replicatio, † quod dictæ Constitutiones non fuerint in totum reuocatæ, sed in parte circa causas matrimoniales, & criminales tantum, quia earum verba contrarium suadent, dum indistinctè loquuntur, & ratio adiecta, quia nempè sunt scandalosæ conuincit, quod in totum fuerunt abrogatæ, quinimò, nec in parte allegari possunt, etiam si pars tantum esset abrogata, dum ex causa erroris, & scandali fuit cassata, vt explicat *Mascard. de general. statut. interpr. concl. 11. num. 2. & 3.*
22 Aliæ † verò enunciatiuæ deductæ à diuersis Bullis Summorum Pontificum, ac Breuibus, similibusque Instrumentis non inducunt sufficientem probationem, cum ad partium narratiuam emanauerint ex doctrina *Abb. in cap. dudum num. 3. de decimis Innoc. in cap. inter dilectos num. 6. de fid. instr. Rota decis. 552. num. 11. & seqq. par. 8. recent. & in decis. quæ reuidetur in §. tandem.*
23 Cæteri verò † actus videlicet Edicta, Deputationes Officialium, Processus, & Confessiones Archiepiscoporum, & signanter moderni D. Archiepiscopi, nihil pariter faciunt; quia, vel ex actibus contrarijs conuincuntur erronea, vt probatur in alia decisione §. vltrà; vel impeditur, ne resultet immemorabilis. Ex quo etiam Archiepiscoporum confessiones non debent attendi in litteris patentibus promotorum ad Ordines sacros; in quibus nonnulla ex locis controuersis enunciantur iurisdictionis Archidiaconalis, cum non fuerint consultò emissæ, & ob multiplicitatem litterarum huiusmodi, quę vnico contextu, & celeritèr subscribuntur, verisimile sit, sufficienter examinatas non fuisse, vt in terminis edicti subscripti ab officiali tradit *Bellon. iun. cons. 28. num. 21. & 22. Mascard. de prob. concl. 1348. numer. 23. Menoch. lib. 3. præsumpt. 66. sub numer. 31.*
24 Præterquam † etiam explicitæ confessiones Episcopi, Ecclesiæ non præiudicat *cap. præsertim de testib. in 6. Rota in Theatina Iurisdictionis S. Ioannis in Venere 10. Maij 1621. coram Coccino, & decis. 290. num. 19. & 20. par. 8. rec. cum alijs per Add. ad Buratt. decis. 453. litt. A.* & in alijs congestis *in d. Marsicen. Iurisdictionis 18. Febr. 1647. co-*
25 *ram R.P.D. meo Bichio in §. verum omissis.* † Nec impediunt quominus Archiepiscopus possit nomine eiusdem Ecclesię iudicialiter agere, & obtinere *Rota decis. 139. num. 38. par. 6. & dec. 54. num. 8. par. 7. recent.*
26 Vlteriùs † quia in concursu actuum, & probationum Archidiaconi tot actus, ab probationes pro Reuerendiss. D. Archiepiscopo adducuntur, qui cum nitantur, & roborentur iuris dispositione, vtique præferendi veniunt, vt probatur *in prima decisione §. qui omnes.* & cõfirmatur ex *Caualer. decis. 193. num. 2. & per tot. & decis. 41. num. 6. & 17. par. 5. & decis. 1417. nu. 3. coram Seraphino.*

Visitationes ab Archiepiscopis fuisse factas in Castris controuersis constat ex publicis instrumentis datis in primo Summario D. Archiepiscopi *num. 13.* Et quamuis pro parte D. Archidiaconi dicatur fuisse contradictas, & protestationes interuenisse, vt in hodierno
27 Summario Archidiaconi *num. 14.* † Tamen inter dictas Visitationes adest altera de anno 1573. quę non inuenitur contradicta, nec protestata, cum protestationes incipiant à Visitatione anni 1575. Quæ visitationes referri non debent ad iurisdictionem delegatam vigore Concil. Trid. sess. 24. cap. 9. de reformat. quia illæ competunt Episcopo viciniori, qualis his Castris est Episcopus Thelesinus Summario præterito Archiepiscopi *nu. 4.* & Summariolo *num. 3.* & alij, ac propterea dici debent factæ iure ordinario.
28 Ordinationes † vero Clericorum non dubitatur ab Archiepiscopo factas fuisse, prout etiam concursus ad beneficia Curata, & Conuocationes ad synodum, vt in prima decisione §. cessantibus, qui sunt actus iurisdictionales, & ad Archidiaconum spectassent, si iurisdictionem ordinariam, & territorium separatum haberet, vt tradit *Flores de Mena var. resol. 3. quæst. 24. num. 9. & 22. Barbos. de Iurisd. Eccles. lib. 1. cap. 17. num. 103. & 104. & num. 111.* Eoque magis probatur, quia supradicti Testes deponunt hæc omnia Archiepiscopos fecisse iure ordinario, & secundus subdit, quod, vbi Archiepiscopus ordinationes non habebat, concedebat litteras dimissorias Clericis dictorum Castrorum, non secus, ac alijs Diœcesanis.

Circa Collationes autem beneficiorum Domini dixerunt, quod particulariter videatur. Atque ita vtraque parte informante &c.

Decisio ista emanata in hac eadem causa sub 13. Maij 1652. coram eodem R.P.D. Zarate, quæ hic allegatur erit infra in Miscellan.

R. P. D. ZARATE.

Mediolaneñ Parochialis.

Luna 3. Martij 1653.

ARGVMENTVM.

Vnio ex quibus probetur, & quando fuit effectum sortita non subiacet regulæ reuocatoriæ vnionum; Vnionis effectuatio probatur per possessionem captam per procuratorem cum mandato ex præsumptionibus elicito, & ex obseruantia illius, quæ ex quibus actibus inducatur plene discutitur.

SVMMARIVM.

1 *Cura habitualis beneficij Parrochialis vniti residet penes illum cui vnitur, Vicario autem dumtaxat exercitium.*

2 *Vnio sufficienter probatur ex litteris Papæ super vnione.*

Etiam si litteræ Apostolicæ sint sumptæ de sumpto si accedant adminicula, num.3.

Et adsit obseruantia, num.4.

Et in vim illarum alias emanauerit sententia. num.6.

5 *Obseruantia facit præsumere iustificationem litterarum Apostolicarum.*

7 *Regula reuocatoria vnionum non intrat quando vnio habuit effectum.*

Quod procedit, & si effectuatio fuerit facta à Procuratore habente mandatum præsumptum. nu.8.

8 *Mandatum præsumitur ex enunciatione facta in Instrumento, & ex vitium productione.*

9 *Canonicus potest agere pro sua Ecclesia sine mandato.*

10 *Possessio beneficij probatur vacans per liberam resignationem factam in Manibus Papæ.*

11 *Possessionis beneficij vniti validitas probetur ex facultate in litteris vnionis concessa capiendi illam propria auctoritate.*

12 *Facultas capiendi possessionem propria auctoritate non censetur renunciata ex aditione extraiudiciali facta Iudici ad hunc effectum.*

13 *Præsentatio probatur effectuata per possessionem captam.*

14 *Permutatio habet vim nominationis, & præsentationis.*

15 *Nominationes medij temporis quando præsumantur.*

16 *Obseruantia refertur ad vnionem quando actus illam inducentes apparent explicite in vim vnionis gesti.*

17 *Iuspatronatus Ecclesiasticum cadit sub regula reseruatoria mensium.*

18 *Testes reddentes optimam, & sufficientem rationem optimè probant.*

19 *Vnio arguitur si à Capitulo fuerint percepti fructus beneficij, & Vicario fuerit tantummodo relicta certa portio prò congrua.*

20 *Vnio ad hoc vt dicatur effectuata non est necessarium quod fructus percepti fuerint.*

21 *Curam habitualis penes Capitulum, & actualem penes Vicarium residere probatur ex illis clausulis appositis in Bulla vnionis,* cum omnibus iuribus, & pertinentiis.

Item ex facultate concessa nominandi Præsbyterum ad nutum amouibilem pro exercitio curæ, & numer.22.

Item si vnio per viam incorporationis facta fuerit. num.23.

24 *Beneficium curatum vnitum Capitulo non est conferendum per concursum, sed ad denominationem Capituli cui fuit vnitum.*

25 *Testes deponentes cum relatione tantum probant quantum relatum.*

26 *Probatio per scripturas prænalet probationi factæ per testes.*

Præsertim cum scripturis concordent alij testes, & adminicula, num.27.

28 *Testes deponentes beneficium vnitum fuisse ab Episcopo collatum scientibus, & non contradicente Capitulo cui fuit vnitum intelligendi sunt quod præcesserint nominationes Capituli, dum illas non excludunt.*

Imò testes recenseant personas illas habentes iuncto num.25.

29 *Institutus in beneficio vigore nominationis non potest dici prouisus ex causa resignationis.*

30 *Capitulum cui fuit vnitum beneficium curatum cum facultate nominandi Vicarium non sibi ademit facultatem vnicum nominandi.*

31 *Licet alias plures nominasset inter quos fieret concursu, quia hoc præsumitur factum per errorem, & num.32. vbi redditur ratio.*

33 *Vacatio verificatur etiam in beneficijs vnitis, & manualibus, qui largo modo dicuntur vacare per remotionem, & per obitum.*

34 *Vnio, & eius obseruantia quod exercitium curæ, & modum prouidendi non alteratur per dationem Vicarij perpetui cum collatione Parrochialis in titulum.*

35 *Vicaria temporalis potest arbitrio Episcopi reduci ad perpetuam.*

Amplia etiamsi in litteris vnionis esset statuta temporalitas, num.36.

Et quomodo procedat, num.37.

DECISIO CCCV.

VACANTE per obitum Petri Fernandez Ecclesia Parochiali Sancti Vincentij de Lagoa Mindoniensis Diœcesis, controuersia fuit orta inter Ordinarium Mindonien. prætendentem Vicariam dictæ Parochialis in concursu prouidere, & Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Lucensis asserentem ad se spectare Vicarij deputationem ad nutum amouibilis, tanquam in Ecclesia sibi perpetuo vnita; Vnde præuio concursu prædictus Ordinarius dictam Vicariam contulit Francisco Mel. Capitulum vero Andream Pardo designauit, pro cuius institutione coram Ordinario institit; Quapropter appellationis causa commissa à Reue-

Reuerendissimo Hispaniarum Nuntio cuidã Iudici Synodali Ordinarij sententia fuit reuocata, & declaratum dictam Parochialem esse perpetuò vnitam Mensæ Capitulari Ecclesiæ Lucensis, quæ postea per eundem Reuerendissimum Nuntium fuit confirmata, à cuius sententia, cum mihi causa fuisset commissa, proposui dubium. An esset locus concursui, & Domini negatiuè responderunt.

Ex ea nimirum ratione; nam constat prædictum Beneficium Sancti Vincentij esse per-
1 petuo vnitum Capitulo Lucensi,† adeout penes illud resideat cura habitualis animarum, & exercitium duntaxat eiusdem Curæ Vicario incumbat, vt patet ex Bulla fæl. record. Leonis X. edita de anno 1618. data in Sum-
2 mario Capituli *numer.* 1. † ex qua sufficiens vnionis probatio inducitur *Garz. de Benefic. par.* 12. *cap.* 2. *num.* 226. *Barbos. de Iur. Ecclef. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 61. *Rota decis.* 9. *&* 10. *de reb. Ecclef. non alienan. in antiq. Buratt. decis* 734. *num.* 1. *& decis.* 870. *eod. num. & in recent. decis.* 174. *numer.* 5. *par.* 6. *& decis.* 448. *num.* 1. *&* 2. *par.* 4. *tom.* 2. *& notant Add. ad sanct. mem. Gregor. XV. decis.* 196. *nu.* 3.
3 *vers. quando igitur.* † Quod procedit quamuis prædicta Bulla non sit extracta ab originali, sed sit sumptum de sumpto accedentibus pluribus adminiculis infra referendis *Rota penes Caputaquen. decis.* 234. *num.* 2. *par.* 1. *& in Segobien.*
4 *Habitus* 28. *Ianuarij* 1613. *coram Sacrato*, † Iuncta etiam obseruantia (quæ constat) *Rota in Vrgellen. Vnionis* 27. *Iunij* 1640. *coram Reuerendissimo Salamantino, & in Barchinonen. Parochialis* 15. *Februarij* 1647. *coram Reuerendissimo Terracinen. & decis.* 482. *num.* 3. *part.* 1. *decis.* 18. *nu.* 1. *decis.* 703. *num.* 8. *par.* 2. *recent. decis.* 469. *num.* 5. *coram sanct. mem. Greg. XV. vbi Adden. littera B. decis.* 641. *nu.* 9.
5 *coram Caualer.* † Quæ etiam præsumere facit iustificationem eiusdem Bullæ concurrente longissimi temporis lapsu, *Rota coram Seraphin. decis.* 1432. *num.* 4. *& in recent. decis.* 196. *num.* 6. *& seqq. part.* 7. *in Barchinonen. Vicariæ* 12. *Decembris* 1639. *&* 2. *Martij* 1640. *coram Coccino, &* 10. *Februarij* 1645. *coram Eminentissimo Cardinali Corra-*
6 *do.* † Accedente præterea, quod alias in exequutionem illius tanquam legitimè extractæ emanauit sententia iuxtà *Caputaq. decision.* 351. *num.* 5. *par.* 2. *Seraphin. decis.* 1192. *nu.* 3. *& dec.* 465. *nu.* 3. *ac med. par.* 1. *recent.*

Effectuatio verò prædictæ vnionis adest in possessione capta per Capitulum Lucen. in executionem eiusdem Bullæ de anno subse-
7 quenti 1519. dicto Summario *num.* 2. Vnde non intrat regula reuocatoria Vnionis Adriani VI. & aliorum Pontificum, vt notat *Garz. de Beneficijs dicta par.* 12. *cap.* 2. *num.* 281. *&* 290. *Barbos. in Collect. Concil. sess.* 7. *de reformat. cap.* 6. *num.* 10. *& de iure Ecclef. d. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 16. *numer.* 65. vbi plures allegantur *Rota decis.* 402. *in princip. par.* 4. *recent. & decis.* 90. *num.* 6. *vers. quod autem eadem part.* 4. *tom.* 2. *in Bouen. Abbatiæ* 3. *Iulij* 1645. *coram bon. mem. Arguelles, & in Perusina Beneficij* 10. *Februarij* 1648. *coram R. P. D. meo Bichio.*

Contra quam allegari non valet, quod deficeret mandatum procuræ in persona eius, qui nomine Capituli cæpit possessionem, vel controuerti, quod tunc temporis possessio esset vacans, aut quod valide capta fuisset;
8 Nam † mandatum enunciatur in ipso Instrumento captæ possessionis, & præsumitur, tùm ex præcedenti titulo Vnionis, tum ex quo idem Procurator Instrumentum vnionis exhibuit *Cassad. decis.* 3. *nu.* 4. *de procurat. Rota dec.* 170. *num.* 8. *coram sanct. mem. Greg. XV. in Bononien. fideicommissi de Glauarinis* 2. *Iunij* 1639. *&* 18. *Maij* 1640. *coram Reuerendissimo Tarraconensi.* Eoque magis, quia ipse erat Canonicus eiusdem Ec-
9 clesiæ, † qui vti talis, etiam sine mandato nomine suæ Ecclesiæ agere voluit ad illius vtilitatem ex *cap. coram* 34. *de offic. deleg. cap.* 14. *de cens. cap.* 4. *de confirmat. vtil. vel. inutil. Glos. in verb. Portitoribus in cap.* 1. *de procurat. vbi Panormit. numer.* 8. *Hostien. ad tit. de Procur. num.* 13. *Valboa in cap. causam* 9. *num.* 3. *de probat. Tusch. conclus.* 821. *nu.* 8. *cum seqq. littera P. Golinus de Procurat. par.* 2. *cap.* 5. *num.* 17. *Bouer. singul.* 26. *num.* 18. *Osuald. ad Bonell. lib.* 18. *cap.* 12. *littera K. Virgil. de legitimatione person. cap.* 19. *num.* 11. *Modern. de manutent. obseruat.* 55. *num.* 133. *Rot. decis.* 630. *coram Caualerio,* & Capitulum successiue de hoc Beneficio tanquam vnito disposuit, vt infra apparebit.
10 Vacuam † verò fuisse possessionem dubitari nequit, stante resignatione per possessorem facta, non ad fauorem alterius; vt supponitur, sed libere per quam propterea statim, ac fuit à Pontifice admissa vacauit Beneficium, eiusque possessio fuit abdicata à Resignante, & vacua remansit *cap. quod in dubijs de renunc. cap. susceptum de rescript. in* 6. *Zabarell. cons.* 210. *nu.* 2. *Paris. de resignat. lib.* 1. *quæst.* 5. *num.* 27. *Viuian. de Iurepatr. lib.* 13. *cap.* 10. *à num.* 6. *Barbos. de Iure Ecclef. dicto lib.* 3. *cap.* 15. *à num.* 16. *& numer.* 66. *cum seqq. & à num.* 148. *Rot. decis.* 240. *num.* 3. *par.* 1. *rec. decis.* 231. *coram Merlin. num.* 3. *& in Hieracen. Parochialis* 4. *Decembris* 1651. *§. Deinde coram me.*
11 Validitas possessionis patet, † ex facultate in litteris Vnionis concessa Capitulo capiendi possessionem propria auctoritate, quæ non aderat in casu exaduerso allegato *decis.* 7. *num.* 9 *vers. Possessio part.* 6. *recent.* & cui non censetur renunciatum ex quo aditus fuit Executor,
12 & de eius manibus capta possessio, † dum hæc omnia extraiudicialiter emanarunt *Bart. in l creditore num.* 26. *C. de pignor. Ias. in l* 2. *nu.* 113 *vers. volens tamen C. de Iure Emph. Cancer. var. resolut. tom.* 3. *cap.* 19. *num.* 25. *Rota coram Seraph. decis.* 1003. *num.* 1. *in Romana, scilicet Veliterna restitutionis in integrum* 17. *Decembris* 1646. *§. Hac vero, & seqq. coram R. P. D. meo Bichio.*

Actus verò obseruantiæ ostenduntur, Primo ex mandato procuræ ad nominandum Vicarium, & nominatione eius vigore facta de anno 1556. sub enunciatiua prędictę Vnionis, & Bullæ Leonis X. cum facultate amouendi Capellanum, & alium nominandi, & apponendi, prout ipse Procurator nominauit Rodericum Diaz approbandum ab Episcopo, vt in dicto Sum. *num.* 3.

Deinde ex sententia Ordinarij Mindonien. ad fauorem Martij Manriquez vti nominati à Decano, & Capitulo sub eadem enunciatiua

13 Vnionis dicto Summario *num.* 4. † Maximè
cum per possessionem à dicto Manriquez cap-
tam etiam probetur præsentationis effectua-
tio *Cald.consil.*12.*de Iurepatr.Rota per Buratt. deci-
sion.*111.*num.*2. Quibus accedit alia nominatio
cum consensu Capituli in personam Petri
Fernandez del Rico, vel potius permutatio
14 facta de anno 1625. † quæ habet vim nomi-
nationis, & præsentationis *Rota decis.*793.*nu.*7.
& 8.*par.*1.*diuers.& decis.*196.*num.*3. *par.*1. *recent.*
15 Ex † quibus etiam præsumuntur nominatio-
nes medij temporis vt ex *Seraph.& alijs ibi alle-
gatis ponderauit in puncto vnionis Rota in Perusina
Beneficij* 10. *Februarij* 1648. §.*concurrunt coram R.
P.D.meo Bichio.*

Quæ obseruantia non potest referri ad aliũ
16 titulum, † quam ipsius Bullæ Vnionis; quia
prædicti actus apparent explicitè gesti in vim
Vnionis. Ac Testes deponunt de nominatio-
nibus factis à Capitulo etiam in mensibus re-
seruatis, quod non licuisset, si vt prætenditur
17 emanassent ex causa Iurispatronatus † quod
cum esset Ecclesiasticum cecidisset sub regula
reseruatoria mensium, *Rota in Compostellana
Parochialis* 17. *Iunij* 1644. *coram Eminentiss. Card.
Cecchino, &* 10. *Februarij* 1645. *coram R.P.D.meo
Verospio.*

Præterea adstipulantur tres Testes formiter
examinati pro parte Capituli Lucen. eius
Summario *num.*10. deponentes de visu,& cer-
ta scientia de nominationibus continuo factis
à Capitulo recensendo singulares personas
nominatas, & reddentes optimas, & sufficien-
18 tes rationes, † qui propterea bene probant
*Rota coram Buratt.decis.*578.*num.*6. *& decis.* 270.
*num.*1.*par.*7.*recent.*

Et vlterius addunt fructus Beneficij vniti
perceptos fuisse a Capitulo relicta solum pro
Vicario certa portione pro congrua susten-
tatione, vt etiam deponunt Testes exaduerso
19 examinati pro parte Francisci† quod quidem
est signum Vnionis, & Curæ habitualis penes
Capitulum Lucen. cui vnio facta fuit *Ioan.
Andr.in cap.exposuisti num.*8.*de præbend. Rota apud
Caputaquen.decis.*339.*num.*3.*par.*3. *Mohed.decis.*5.
*in fin.de decimis decis.*204.*num.*1. *in fine par.*2.*deci-
sis.*580.*num.*8.*&* 15.*&* 19.*in fine par.*4. *tom.*3. *rec.
in Romana Iurium parochialium* 4. *Decembris* 1651.
coram R.P.D.meo Celso. Quamuis hæc fructuũ
20 perceptio nõ requiratur, vt dicatur vnionem
effectum sortitam fuisse, vt tradit *Nicol. Garz.
dicta par.*12.*cap.*2.*num.*29.*Ricc.in prax. for. Eccles.
resol.*376.*num.*6. *Barbos.de Iur. Eccles. dicto lib.* 3.
*cap.*16.*num.*65.

Nec dubitari potest quin cura habitualis
resideat penes Capitulum Lucẽ. Actualis ve-
ro pœnes Presbyterum ab eo nominandum
21 extantibus amplissimis clausulis in Bulla cõ-
tentis scilicet cum omnibus iuribus, & perti-
nentijs iuxta tradita per Rotam apud *Caualer.
decis.*599.*num.*2.*&* 4.*Merlin.decis.*115. *nu.*6. *vers.*
22 *præterea &c.* & facultatem concessam † nomi-
nandi Presbyterum ad nutum, & amouibilẽ
pro exercitio Curæ, *Rota decis.*102. *nu.*10. *vers.
& reseruatur par.* 1. *recent. & coram Merlino dicta
decis.*115. *num.*4. *&* 5. Atque etiam ex vnione
23 facta per viam incorporationis, † vt colligi-
tur ex verbo *incorporamus*, quod efficit, vt vnio
dicatur accessoriè facta *Garz. de benef. part.* 12.
*cap.*2.*num.*51.*&* 56.*Massobr.in prax.habendi concur.
prælud.* 13. *dub.* 2. *Barbos. cum ibi adductis de offic.
Episc.alleg.*60.*d num.*23.*Rota decis.* 352. *numer.* 7.
*par.*4.*recent.& in Cathacen.pratensæ* 23.*Maij* 1650
coram R.P.D.meo Bichio.

Ex quibus omnibus inconcussa remanente
24 vnione non debet esse locus concursui; † sed
absque eo conferendum est Beneficium ad
nominatione Capituli iuxtà dispositionem
Bullæ Pij V. 47. in ordine §. 4. tradit *Gonzal.
in regul.*8.*Cancell.gloss.*5.§.3.*num.* 53. *Garz. de be-
nef.par.*9.*cap.*2.*num.*289.*& seqq.* plures quos re-
fert *Barbos.ubi proximè dicto num.*23.*cum seqq.Ro-
ta decis.* 785.*num.* 2.*& seqq.par.*3. *recent. & apud
Merlin.dicta decis.*115.*num.*2.*& decis.*187. *num.* 1.
*& penes Caual.decis.*595. *num.*4. *& seqq. & in Ge-
runden.Capellæ* 20.*Martij* 1645.*coram R.P.D. meo
Bichio.*

Qua stante, non obstant Testes in contra-
rium adducti deponentes beneficiũ tanquam
Curatum ab Episcopis collatam fuisse viden-
te, sciente, & non contradicente Capitulo
Lucensi Summario Capituli Mindonien. *nu-
25 mer.*1. *&* 4. Nam quamuis essent † contrarij,
cum se referant ad scripturas non probarent,
nisi quatenus apparent in relato *Auth.si quis in
aliquo. C. de eden. Rota in Seguntina præstimonij* 4.
Decembris 1592. *coram Orano, & decis.* 664. *sub
num.*2. *part.*3. *recent.* Immò cum ex sententijs,
& scripturis publicis supra relatis constet de
contrario, nempè Cappellanos, & Vicarios
fuisse à Capitulo nominatos, & nunquam
26 prouisos per concursum † talis probatio præ-
ualet probationi resultanti ex prædictis Testi-
bus *l.census* 10.*ff.de probat.gloss.in cap.*3 *a loco verbo
testium eodem titul.Rota decis.*64.*num.*17. *par.*5.*rec.
in Placentina Beneficij* 29.*Maij* 1648.*coram R.P.D.
meo Celso in Romana dotis* 5. *Iunij eiusdem anni co-
27 ram eodem.* Præcipuè concordent cum alijs
Testibus Capituli Lucen. aliaque adminicula
concurrant *Crauett.consil.*400.*num.* 35.*Rot.dec.*61.
*num.*8.*coram Mantic.& decis.*487. *num.* 5.*vers.&
habent iuris præsumptionem par.*2.*recent.*
28 Præterquam dicti Testes non; † excludunt,
quod præcesserint nominationes Capituli Lu-
cen. & ita intelligendi sunt, cum recenseant
personas ab Episcopo prouisas, quas habuisse
collationem præuia nominatione Capituli
constat ex dictis publicis Instrumentis, vt ac-
cidit in personam Martij Manriquez, cuius
prouisione allegari non potest prædictam ob-
seruationem fuisse interruptam, eo quod de
anno 1611. prouisus fuisset in concursu, &
collationem obtinuisset ex causa cessionis illi
factæ à quodã Varella; Nam verius est, quod
Varella, & Manriquez fuerunt insimul exa-
minati,& Varella fuit reprobatus, Manriquez
29 verò approbatus, † qui cum postea conse-
quutus fuisset nominationem à Capitulo Lu-
censi, cuius vigore etiam reportauit institu-
tionem, vt in dicto Summario *num.* 4. Vtique
dici non debet, quod illi collata fuisset Vica-
ria ex cessione dicti Varellæ.

Nec

Nec magis refragatur, quod aliquando Vicaria per concursum fuerit prouisa, cum ex eo præiudicium dicto Capitulo non inferatur, nam licet id aliquoties consenserit plures no-
30 minando inter quos fieret concursus;† non ideò sibi ademit facultatem in futurum vnicum nominandi, cui absque concursu, & cum solo examine collatio fieri debeat, vt in terminis respondit *Rota decis. 443. num. 7. vers. non obstat. & num. 3. par. 5. tom. 2. recent. vbi num. 9. vers.*
31 *& quatenus &c.* subditur † præsumi posse concursus factos fuisse per errorem sequitur *Rota decis. 580. num. 24. et tribus seqq. par. 4. tom. 3. dec. 16. num. 15. vers. neque obstare, et numm. seqq. par. 6. rec.* vbi redditur ratio, quia ad formam Constitu-
32 tionis Pij V. † faciendæ sunt collationes, & Constitutio continet decretum irritans, quod inficit omnem possessionem contrariam *Rota coram Caualer. decis. 599. in fine coram Merlino decis. 313. num. 8. et in dicta Gerunden. Capellæ 20. Martij 1645. §. non obstat il primo, et 27. Ianuarij eiusdem anni §. quia necessitas in fine coram R.P.D. meo Bichio.*

Minus autem obstat, quod dictum Beneficium fuerit collatum tanquam vacans, quod repugnare videtur vnioni, cum vnita non di-
33 cantur vacare. † Nam huic obiectioni responsum fuit vacationem largo modo verificari etiam in Beneficijs vnitis, & manualibus, cum vacare dicantur per remotionem, & per obitum *Gloss. in Clement. vnica, §. promissa verbo reuocari propè med. vers. et scias de supplen. negl. Prælat. Card. ibidem num. 8. Vitalin. num. 9. Gonzal. super reg. 8. Cancellariæ glos. 15. §. 2. sub numer. 24.* & respondit *Rota in Perusina Beneficij 10. Februarij 1648. §. fin. coram R.P.D. meo Bichio.*

Denique non aduersatur, quod de anno 1625. huiusmodi Parochialis fuerit collata Vicario non ad nutum amouibili, iuxtà dispositionem Bullæ, sed perpetuo, & quod sententia Ordinarii superius relata loquatur de
34 Vicaria perpetua. † Nam licet fuisset datus Vicarius perpetuus, & Parochialis in titulum collata, non ex eo alteraretur vnio iam facta, aut tolleretur obseruantia præcedens quoad exercitium Curæ, & modum prouidendi, vt in terminis firmauit *Rota coram Caualer. dec. 595 num. 2. vers. & licet, et num. seq. coram Merlino dicta decis. 115. num. 13. et in dicta Perusina Beneficij §. finali coram R.P.D. meo Bichio,* stante præsertim dispositione Concilij Trident. *sess. 7. cap. 7. de*
35 *reform.* † quæ arbitrio Episcopi remittit reductionem Vicariæ temporalis in perpetuum, vt tradit *Garz. de Benefic. par. 11. cap. 2. num. 9. Barbos. in Collect. Concilij dicta sess. 8. cap. 7. num. 15.* vbi
36 ait idē procedere, † quamuis in litteris vnionis esset statuta temporalitas, *et de offic. Episcopi alleg. 72. num. 190.* & refert ita fuisse declaratum per Sacram Congregationem Concilij, & animaduertit prædictam facultatem Ordinario competere, quando litteræ vnionis ema-
37 narunt ante Concilium,† & tunc requiri iustum arbitrium, & necessariam causam, quodque in visitatione fiat alioquin posse appellari à prædicta reductione, vt etiam tradit *Flores de Mena var. q. 1. num. 47. Garz. de benef. dicta par. 11. cap. 2. num. 8.* quod sequitur *Barbos. vbi proximè sequitur.*

Atque ità vtraque parte audita &c.

R. P. D. ZARATE.

Auersana Iurispatronatus.

Veneris 14. Martij 1653.

ARGVMENTVM

Anceps disceptator controuersia duarum donationum de Iurepatronatus, quæ scilicet debeat attendi ad effectum obtinendi prælationem ad fauorem alterius ex præsentatis in executionem dictarum donationum.

SVMMARIVM.

1 *Iurispatronatus pertinentiam impugnare non potest, qui ex eodem patronatu venit.*
2 *Donatio illa est præferenda, quæ est anterior.*
3 *Vicarius potest confirmare donationem iurispatronatus si ab Episcopo confirmandi facultatem habeat.*
4 *Facultas confirmandi donationes de iurepatronatus in Vicario probatur ex attestatione Episcopi.*
5 *Donatio iurispatronatus illa est præferenda, quæ primo confirmationem obtinuit ab Episcopo.*
Ius à Donatore patronatus non abdicatur ante confirmationem Episcopi, nu. 5.
6 *Confirmatio Vicarij in donatione iurispatronatus retrotrahitur à die donationis.*
Intellige vt num. seqq.
7 *Retrotractio tertio medio tempore ius acquirenti non præiudicat.*
8 *Clausula*, sine præiudicio, *alterius dicitur præseruatiua.*
9 *Instantia facta pro confirmatione donationis iurispatronatus, quando suffragetur, & num. seqq.*
11 *Ordinarij consensus requiritur etiam in translatione iuris præsentandi.*
12 *Concessa ad tempus vlterius progredi non possunt.*
13 *Donatio iurispatronatus si est nulla non abdicatur ius à donatore.*
14 *Præsentatio ad Beneficium iurispatronatus, quæ debeat attendi.*
15 *Præsentationes plures habens declarare tenetur, quo præsentatione vti velit, & num. seqq.*

DECISIO CCCVI.

VACANTE vna ex quatuor portionibus Cappellaniæ S. Ioannis Baptistæ, in Cathedrali Ecclesia Auersana de Iurepatronatus Laicorum, fuit ad illam præsentatus die 1. Februarij 1651. D. Ioannes Baptista Lombardus à D. Francisco Lombardo, vt in eius Summario num. 2. Atque etiam D. Franciscus Raguccius, ab Angelo Antonio Nicandro, & D. Alexandro Palumbo, die 20. Decembris 1650. vt pariter in eius Summario num. 9. Vnde desuper orta lite, inter dictos præsentatos coram Ordinario Auersano ad fauorem Ragucci, fuit lata sententia, à qua, cum ex parte Lombardi appellaretur, commissa

missa mihi causa appellationis disputatum fuit dubium: Quis eorum esset instituendus, & DD. instituendum esse Raguccium responderunt.

De vacatione enim Beneficij, ac de habilitate, vtriusque præsentati, nulla fuit hæsitatio, nec magis de existentia Iurispatronatus, aut de ius pertinentia respectu Alexandri Palumbi ista siquidem est inconcussa, cum tam Lombardus, quam Raguccius fuerint præsentati à successoribus Alexandri Palumbi, ad quem propterea Iuspatronatus pertinuisse ne-
1 garę non possunt, † tanquam ex eodem iure venientes, *Rota coram Bellam. decis. 268 Mantica decis. 132. num. 1. in Mutinen. Beneficij 27. Martij 1648. coram bon. mem. Arguelles.*

Tota verò quæstio processit, circa pertinentiam Iurispatronatus, respectu Iulij Cæsaris Nicandri, & Francisci Lombardi, qui litigantes præsentarunt; Nam Alexander Palumbus die 5. Augusti 1639. dictum Iuspatronatus donauit dicto Iulio Cæsari Nicandro, eiusque hæredibus, & Successoribus, Summario Ragucci num. 5. Deinde verò 2. Octobris eiusdem anni, dictus Iulius Cæsar Nicandrus retrocessit eidem Alexandro Palumbi donatori, ius præsentandi donec viueret dicto Summario Ragucci num. 6. Et præfatus Alexander Palumbus successiuè de anno 1645. hoc ipsum Iuspatronatus donauit dicto Francisco Lombardo, Summar. Ragucci num. 10. Vnde de prælatione, & valore dd. donationum contingit dubitare, & Dominis visum fuit præferendam esse Nican-
2 dri donationem, † quia est anterior donatione Lombardi, *l. si ante matrimonium, C. de donat. ant. nupt. vbi Bald. & alij*, & confirmata fuit à Vi-
3 cario, die 3. Decembris 1650. † facultatem habente ab Episcopo confirmandi tales donationes, *iuxta trad. per Ferrett. cons. 327. à num. 1. & cons. 345. à num. 6. Gratian. discept. forens. cap. 303. num. 10. cum seq. Ricc. in prax. iurisp. resolut. 189. Barbos. de iur. Eccles. tom. 2. lib. 3. cap. 12. à num. 46. Rota in Gerunden. Beneficij 30. Aprilis 1640. coram Reuerendissimo Tarraconen. in Clusina Iurispatronatus 10. Maij eiusdem anni coram eodem, in Fesulana Beneficij, seu Oratorij 5. Decembris 1646. coram R.P.D. meo Bichio*, quæ quidem facultas probatur ex attestatione, & litteris eiusdemmet
4 Episcopi, † quibus omninò credendi, *cap. post cessionem 1. & ibi gloss. de probat. Mascard. de prob. concl. 990. num. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præs. 17. num. 3. Rota decis. 1. num. 1. de probat. in nouiss.* Et sic antequam confirmaretur donatio Lombardi die 30. Ianuarij 1651. Summario Ragucci num. 8. semper namque præferendus
5 est is, † qui primo confirmationem obtinuit cum ante confirmationem, non sit abdicatū ius Donatore, *vt per DD. in cap. seculum, & cap. illud de iurepatr. Viuian. de iurepat. lib. 4. cap. 1. n. 48. Rota coram Mantica decis. 86. num. 6. Duran. decis. 463. num. 1. & in dicta Fesulana Beneficij, seu Oratorij 5. Decembris 1646. §. 1. coram Reu. P. D. meo Bichio.*

Non obstat, quod donatio facta de anno 1645. ad fauorem D. Francisci Lombardi, fuerit confirmata die 30. Ianuarij 1651. per Vicarium Generalem Diœcesis, vt in Sum.
6 Lombardi num. 5. † atque ideò Vicarij consensus, & confirmatio retrotrahatur ad diem donationis, *vt per Lambert. de iurepat. lib. 2. par. 2. quæst. 1. art. 21. num. 3. vers. casus autem noster, Mant. d. decis. 86. num. 7. & 8.* Nam ista retrotractio, non potuit tertio præiudicium irrogare, cum
7 iam fuerat ius quæsitum, † videlicet Iulio Cæsari Nicandro, anteriori donatario, ex donatione illi facta de anno 1639. & prius confirmata dicta die 3. Decembris 1650. *iuxta text. doctrinæ in l. qui balneum, ff. qui pot. in pign. hab. Sanchez respons. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 77. num. 15. Rota coram Durano dicta decis. 463. num. 7. & seqq. in dicta Fesulana Beneficij 5. Decembris 1646. corā R.P.D. meo Bichio, & in Sulmonen. Beneficij 23. Ianuarij 1647. coram R. P. D. meo Pentingero*, maximè cum consensus præstitus per Vicarium donationi Lombardi non fuisset absolutus,
8 sed conditionalis, & cum præseruatiua † sine præiudicio alterius consensus præstiti ad fauorem hæredum Nicandri, *vt tradit. Barbos. claus. 157. num. 8. & seqq. Oldrad. cons. 237. in fi. Rota apud Seraph. decis. 144. num. 6. & decis. 810. nu. 1. coram sanctæ mem. Greg. XV. decis. 332. num. 4. & ibi Addent.*

Nec releuat, quod Lombardus antea institisset pro confirmatione in curia Episcopali, scilicet die 14. Decembris 1650. quæ instantia alias prodesse solet, ad substinendam donatio-
9 nem, † etiam in præiudicium eorum, qui deinde similem donationem obtinuerunt, vel à donatore fuerunt præsentati, & efficere, & si petitio iniustè sit reiecta, aut delata Donatario, minimè noceat, sed quod confirmatio subsequens retrotrahatur, ad diem petitionis, vt per citat. *Lambert. de iurepatr. lib. 1. part. 2. q. 1. art. 2. num. 3. vers. casus autem, Mantica d. decis. 86. num. 7. & 8.* Nam etiam admissa prædicta conclusione, tunc locum haberet, quando constaret de instantia facta coram Episcopo, eius
10 Vicario, facultatem habente; † & istis recusantibus de recursu habito ad Metropolitanum, pro compellendo Episcopo ad confirmandum *Sanchez respons. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 76. num. 14.* in quibus terminis intelligendum esse, *Lambert. doctrinam declarauit, Mant. d. dec. 86. num. 9. vers. responsum fuit.* Præterquam confirmatio donationis Nicandri, nedum præcessit per duos ferè menses confirmationem donationis Lombardi, quinimmo per 11. dies instantiam à Lombardo factam pro habenda confirmatione, si quidem ista facta fuit die 14. Decembris 1650. vt constat ex Summario Lombardi num. 9. quo casu dubitari non potest de prælatione.

Vlteriùs nec debet attendi retrocessio facta per Nicandrum ad fauorem Palumbi donantis 11. Octobris 1639. Summar Ragucci nu. 6. Tum quia in ea deficit consensus Ordinarij
11 requisitus † etiam in transactione iurispræsentandi, vt post *Lambert. de iurepatr. lib. 1. par. 2. qu. 6. art. 4.* notat *Sanch. respons. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 76. num. 7.* Tum quia ista retrocessio fuit limitata ad tempus scilicet durante tantum

vita

12 vita dicti Alexandri Palumbi, † atque ideò vlterius progredi non valuit, *ex reg. iur. in l. in agris, ff. de acquir. rer. domin. cum similibus Guttier. part. lib. 3. qu. 31. num. 7. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 1. proœm. num. 6. Mantica decis. 232. num. 9. & decis. 267. num. 4. Rota decis. 690. par. 2. recent.*

Demum ex abundanti, & ex supposito, quod omnes prædictæ donationes essent nullæ ex defectu legitimæ confirmationis Iuspa-
13 tronatus † nusquam à dicto Alexandro Palumbo donatore fuisset abdicatum, vt communiter probatum, *ex d. cap. seculum, & cap. illud, de iurepatr. & ex superius traditis*, atque ideò potius deberet attendi præsentatio facta per
14 Palumbum ad fauorem Ragucci, † quem potuisse præsentare, ac si donationem non fecisset, tradit in puncto *Sanch. dict. cap. 3. dub. 77. num. 15. in fin. Rota penes Put. decis. 18. lib. 2. in correct. in dicta Fesulana Beneficij coram R. P. D. meo Bichio*:

Nec tunc obstat, quod Raguccius qui duas habet præsentationes alteram à Nicandro, al-
15 teram à Palumbo, † teneatur declarare, qua præsentatione vti velit, *iuxta text. in cap. vt qui duas de elect. in 6.* quem habere locum in præsentatione, voluit *Lapus alleg. 8. num. 3. Canaler. decis. 297. num. 3.* Nam conclusio ista procederet in actore petente se institui, secùs verò in Reo, qui non tenetur declarare, *Rocch. de iurepatron. vers. honorificum, quæst. 40. num. 72. versic. limita tamen.*

Atque ita pro Raguccio vtraque parte informante Domini concluserunt &c.

R. P. D. BICHIO.

Romana Census.

Lunæ 17. Martij 1653.

ARGVMENTVM.

Census extinguitur per emptionem fundi censiti factam à Censuario ratione incompatibilitatis, quia res sua nemini potest seruire; an autem huiusmodi census reuiuiscere valeat si dictus fundus, vel ab Inquilino, vel à Vicino vigore Bullæ Gregorianæ fuerit à Censuario retrotractus, seù auocatus? eruditissimè resoluitur; & huius occasione etiam claè demonstratur, an census semel extinctus reuiuiscere possit, & quando opus sit noua creatione ex integro, seruata forma Pianæ Constitutionis.

SVMMARIVM.

1 *Immissionem petens fatetur reum conuentum possidere.*
2 *Possessio posterior habita à Iudice præferenda est anteriori, nisi Iudex notoriè nulliter, & iniustè processerit.*
3 *Fructus census post illius extinctionem non debentur.*
4 *Compensatio in censu habet vim restitutionis sortis principalis.*
5 *Census extinctus per emptionem fundi censualis factam à Censuario, reuiuiscit per retrouenditionẽ d. fundi vigore Bullæ Gregorianæ, & quare n. 6. intellige vt num. 8. secùs vt num. 9.*
7 *Venditio, seù datio in solutum, quando est nulla, habetur, ac si non emanassent, & primæua iura remanent in suo robore.*
10 *Census dicitur extinctus vbi fundus censualis fuit à debitore venditus censuario pro certo pretio, qui pro illius rata promisit suum censum excomputare, licet postea d. fundus vigore Gregorianæ fuerit retrotractus, & quare num. 11.*
12 *Bulla Gregoriana, quæ reddit infectam venditionem fauore Vicini, seù Inquilini, disponit vt retrouenditio fiat cum omnibus pactis in prima venditione contentis.*
13 *Fundus censitus venditus censuario cum pacto excomputandi pro concurrenti quantitate cum sorte principali, si postea vigore Gregorianæ d. fundus fuerit auocatus, an census reuiuiscat, si d. pactum non fuerit seruatum.*
14 *Census dicitur resolutus eo ipso, quod per Dominum census steterit, quò minùs sortem reciperet.*
15 *Vicinus, seù Inquilinus, qui vigore Gregorianæ, vult retrahere rem venditam, debet deponere ad creditum emptoris summam, quam ille vel soluit, vel ex computauit.*
16 *Census semel extinctus, an & quando reuiuiscere possit.*
17 *Census reuiuiscere non potest inter personas in instrumento non nominatas, nec habentes causam à primo impositore, sed opus est noua creatione ex integro.*
18 *Amplia etiamsi successiuè fuissent soluti fructus.*
19 *Fructus soluti, alicuius census iam extincti, repeti possunt conditione indebiti.*
20 *Fructus census indebitè percepti ipso iure cesserunt in causam debiti principalis.*

DECISIO CCCVII.

MATTHAEVS Pepius hæres Alexandræ Iannotiæ, qui super medietate eius domus, & apothecæ positæ in platea Pontis Sancti Angeli tres Census scut. 100. pro quolibet imposuerat, ac vendiderat Petro Venturæ de Peruenturis, eamdem domum de anno 1627. vendidit ipso Petro Venturæ pro pretio scut. 1130. quod emptor promisit soluere venditori, siue in se onus soluendi accollare vsque ad summam scutorum 1090. debitam creditoribus hæreditatis dictæ Alexandræ descriptis in quodam folio inter partes concordato in quo inter cętera excomputãtur Petro Venturę emptori singulariter prępnominati tres census scut. 100. pro quolibet.

De qua venditione certioratus Bartholomæus Vestrinus tunc Inquilinus domus, & apothecæ præfatæ super illius retractu vigore Bullæ Gregorianæ impress. tomo 2. Bullar. nouo num. 22. §. 11. iudicium mouit, & facto iuxta illius formam deposito scut. 645. sententiam fauorabilem reportauit, ac successiue ei Petrus Ventura domum retrouendidit sub certis pactis, & conditionibus expressis in Instrumento dato in Summario Peruenturæ num. 3.

Hinc Ioannes Franciscus, & alij hæredes d. Per-

d. Peruenturæ prætendentes censūs, vt supra
debitos excomputatos reuiuixisse pro illorū
fructibus postea decursis ad dictam medieta-
tem domus, & apothecæ censualis associati
fuerunt per decretum A. C. executioni de-
mandatum contra Franciscum, & alios hęre-
des Bartholomæi Vestrini, necnon Michae-
lem Floranum, & Dorotheam coniugem, ad
quorum instantiam commissa mihi causa
appellationis cum clausula, *sine præiudicio legi-
timæ executionis*, emersit in primis quęstio super
1 manutentione vtrinque eam † petentibus;
nempè Vestrinis, siue dictis Coniugibus ex
anteriori possessione satis probata, ex quo
contra ipsos fuit aduerso petita immissio, *Bu-
ratt. decis. 160. num. 4. Greg. XV. decis. 485. num. 2.*
2 *& seq. Rota decis. 561. num. 2. part. 1. recent.* † &
Peruenturis ex posteriori possessione habita
à Iudice præferenda priori nisi Iudex notoriè
nulliter, & iniustè processerit, *l. iustè possidet,
l. qui vniuersas, §. item cum Prætor, ff. acq. possess.
Angel. in l. clam possidere, §. qui ad nundinas num. 2.
in fine, ff. eodem, Rota decis. 173. nu. 1. par. 1. recent.*
Ideò Domini proposito à me dubio an, &
cui sit danda manutentio, responderunt sub
die 3. Martij proximè præteriti, quod vide-
retur de bono iure etiam ad effectum manu-
tentionis; eoque hodie particulariter discusso
censuerunt constare de bono iure Michaelis
3 Florani, ac Dorotheę coniugum; † Siquidem
absque notoria iniustitia non potuit contra
ipsos relaxari mandatum de associando pro
fructibus decursis post censuum extinctio-
nem, *Cinc. de censibus quæst. 119. num. 1. & seq. Rot.
decis. 651. num. 4. coram Card. Caualerio decis. 270.
num. 4. decis. 540. num. 1. apud Cinc. de censib.* re-
4 sultante ex compensatione, † seù excomputa-
tione illorum cum parte pretij domus vendi-
tæ censuario, quæ compensatio habet vim
actus retrosimilis restitutionis sortis princi-
palis, vt in terminis dixit *Rota decis. 354. num. 1
cum 4. seqq. par. 5. decis. 148. num. 1. & seq. par. 6
recent. & in Signina Saluiani 27. Aprilis 1640.
§. sed solum, in fine, coram Reuerendissimo Sala-
mantino.*
5 Nec † subsecutus retractus, ac retrouendi-
tio fundi censualis effecit, vt census reuiui-
sceret, siue quia Censuario non fuit domi-
nium fundi acquisitum irreuocabiliter, vt in
puncto retractus vigore Bullæ Gregorianæ,
respondit *Rota penes Seraph. decis. 872. num. 3.* siue
6 quia † id præstet nullitas primæ venditionis
resultans ex verbis expressis Bullæ Gregoria-
næ in §. 9. ibi, *venditio &c. nullum ius emptori tri-*
7 *buat, & quo ad illum pro infecta sit*: † nam quan-
do venditio, seù datio in solutum est nulla,
cum habeatur, ac si non emanasset primæua
pariter iura, & contractus habentur pro non
extinctis, *l. si quis ante, §. si quis conduxerit, ff. acq.
possess. Gabr. cons. 36. nu. 66. lib. 1. Pacif. de Saluian.
inspect. 3. cap. 2. num. 564. Surd. decis. 51. num. 19.
& 20. Rota decis. 370. num. 3. par. 1. recent.* & in
puncto census *decis. 278. num. 22. par. 5. decis. 172.
num. 47. par. 6. recent.*
8 Vt enim † declarando supracitatam deci-
sionem *Seraphin. 872.* aduertit *Rota in Romana
Census 20. Februarij 1612. coram Sanctissimo D. N.
impress. apud Cinc. de censibus decis. 411. num. 7.* lo-
quitur Seraphinus de extinctione census per
confusionem nempè per simplicem acquisi-
tionem fundi censualis, qui casus maximè
differt ab extinctione per actum retrosimi-
lem solutionis, & ratio diuersitatis est, quia
vbi extinctio fit per confusionem, dominus
census non intendit illum particulariter ex-
tinguere, sed extinctio prouenit ex incompa-
tibilitate cum res suas nemini possit seruire,
quam incompatibilitate cessante per subsecu-
tum retractum, non mirùm si census reuiui-
9 scat: † vbi autem interuenit actus retrosimi-
lis partes censum omninò extinguere volue-
runt, & extinctio licet occasionaliter proue-
niat à contractu venditionis ab eo tamen
formalem dependentiam non habet, sed ab
ipsa reali solutione pecuniarum facta Cen-
suario, quarum dominium cum à Censuario
nusquam auuocatum fuerit nihil refert, quod
fuerit auuocatus fundus: Hanc ipsam distin-
ctionem amplexa fuit, *Rota in Romana domus
17. Martij 1649. §. fin. & 24. Ianuarij 1650. §. non
ita cum tribus seqq. coram me,* in quibus ita con-
ciliantur decisiones in contrarium allegatæ,
& conferunt tradita per *Cinc. de censibus q. 114.
num. 14. Modern. Manicalciatensem eodem tract.
§. 5. quæst. 33. sub num. 20. versic. benè verum est,
Gratian. discept. 3. num. 14. & seqq. aliosque allegatos
à Moderno Neapolitano in addit. ad Surd. decis. 625.
num. 9. & tribus seqq.*
10 Nos autem versamur in casu nostro, † cum
fundus censualis fuerit à debitore venditus
Censuario pro certo pretio scut. 1130. & em-
ptor promisit illa soluere creditoribus vendi-
toris descriptis in folio in quo nominatim
pro rata scut. 300. fit excomputatio trium
censuum emptori debitorum; vnde est ac si
emptor eadem scuta 300. soluisset in causam
extinctionis census numerasset Cesuario, vt
ad litteram probat, *text. in l. singularia, ibi, vt
cum ex causa mandati pecuniam mihi debeas, & con-
uenerit vt creditori nomine eam retineas, videatur
mihi data pecunia, & à me ad te profecta, ff. si cert.
pet. l. 3. §. sed si debitorem, ff. donat. inter vir. &
vxor. l. illud, ff. acq. hæred. Castr. in l. eleganter n. 5.
post med. vers. perinde enim est, ff. pignorat. act. &
cons. 165. num. 4. vers. quod patet lib. 2. Cost. de re-*
11 *trotract. cap. 27. cap. 8. num. 2.* † Suntque hi actus
distincti, & inuicem independentes, cum qui-
libet habeat suam specialem causam, vt in
his terminis ponderauit *Rota in dicta Romana
Domus 24. Ianuarij 1650. §. & in casu, & §. seq.
cora me.*
12 Ad nullitatem venditionis † respondetur,
quod Bulla Gregoriana illam non annullat
simpliciter, sed reddit infectam fauore dum-
taxat Vicini, seù Inquilini retrahere volentis
quatenus retractui sit impedimento. Immò
de cætero ipsa Bulla fauet primo venditori
debitori census, quia vult quod retractus fiat
cum omnibus pactis, & conditionibus in pri-
ma venditione contentis, & sic nedum non
annullat, sed seruari mandat pactum soluendi
pretium, & excomputandi pro concurrenti
quan-

quantitate cum forte principali censuum, quod in Instrumento primæ vẽditionis continetur. † Vt propterea intret dilegma quod
13 ait pactum hoc fuit seruatum inter retrahentem, & Peruenturam primum emptorem, ac respectiuè Censuarium, & census fuit extinctus, nec auocato fundo per retractum reuixit iuxta superius allegata; aut non fuit seruatum & sibi imputet Peruentura, qui vt etiam apparet ex pluribus pactis de nouo additis spontè retrouendidit, & formam Bullæ Gregorianæ adimpleri à retrahente non curauit, *Tiraquell. de retract. lignag. §. 8. gloss. 7. num. 1. Parisconf. 152. num. 5. lib. 4. Rota decis. 402. num. 4. in fin. parte 2. recent. & in Ampurien. seu Ciuitaten. Archipresbyteratus 26. Nouembris 1649. §. 1. circa fin. coram me.*

14 Quo magis, † quia per ipsum Peruenturam stetit quo minùs à retrahente sortem censuũ reciperet, quod in terminis extinctionis census ponderauit *Rota decis. 182. num. 4. & 5. decis. 290. num. 2. & seqq. apud Cinc. de censib.* retrahens enim iuxta formam Bullæ deposuerat in Monte Pietatis sc. 645. cũ hoc quod tercentum ex illis soluerentur Peruenturæ, ibi, *scudi &c. per pargarli al Sig. Peruentura per il prezzo, che si dice scomputato con quello che esso Sig. Peruentura è creditore di detto Pepe, e della q. Alessandra Iannozza*: at Peruentura consensit quod pecuniæ ad dictum effectum depositatæ restituerentur Vestrino retrahenti, atque ita si Peruentura non fuit reimbursatus de forte censuum excomputata id non euenit, ex quo prima venditio per retractum fuerit coactè resoluta, sed quia cum nouis pactis contra formam Bullæ voluntariè retrouendidit, & voluit respectu quantitatis Pepio primo venditori excomputatæ cum sorte censuum habere Vestrino fidem de precio, firma tamen manente extinctione censuum facta mediante dicta excomputatione, quam ipse retrahens, ac Peruentura approbauit eo ipso, quod ille deposuit summam cum sorte censuum tempore primæ venditionis excomputata, & hic consensit quod retrahenti restituerentur; nam
15 alioquin hoc deposito opus non fuisset, † quia deponi tantum debet ad creditum primi emptoris summa quam ille vel soluit, vel excomputauit, vt legitur in verbis Bullæ Gregorianæ *§. post hæc, vers. pretiumque, & versic. & pretium., tomo 2. Bullar. fol. 386.* cumque ex pacto cum debitore census inito, & actuali excomputatione, census iam essent extincti, fundusque censualis liberatus, & ad creditum Peruenturæ totidem pecuniæ depositatę, sicuti si eas pecunias Peruentura recepisset non posset amplius allegare censuum reuiuiscẽtiam; ita si illas restitui retrahenti consensit; non solùm quia, vt dicebam, eius culpa, & facto secuta non fuit reimbursatio quantitatis excomputatæ, & retrouenditio non seruata forma Bullæ fuit prorsus voluntaria, sed etiam quia semel liberato fundo censuali non potuit ex nouo pacto absque primi impositoris consensu inter primum emptorem, & retrahen-
16 tem celebrato, census reuiuiscere; † vt enim reuiuiscentiæ sit locus requiritur, vel ministerium legis, vel factum, seu consensus eius qui censum imposuit, & cum quo fuit extinctus alias inter diuersas personas in Instrumento census non nominatas, nec habentes causam à primo impositore applicabiles nõ sunt termini reuiuiscentiæ, *Rota decis. 157. num. 22. coram san. mem. Greg. XV. decis. 149. num. 7. parte 1. recent. & in Montis Alti Beneficij 28. Iunij 1645.*
17 *§. non obstat, coram me,* † sed opus est noua creatione census ex integro seruata forma Bullæ Pianæ, *ad textum in l. qui res, §. aream, ff. solut. Negus. de pign. 1. memb. 5. par. sub num. 44. vers. præterea,* & in terminis census *Rota in Tusculana Saluiani 5. Iunij 1620. §. responsum, coram bo: me: Card. Caualerio.*

18 Atque hinc nil releuat, † quod successiuè retrahens soluerit Peruenturę fructus censuũ, quia non erat in eorum potestate facere licitam solutionem fructuum censuum iam extinctorum cum impositore, nec de nouo inter ipsos creatorum, *Cinc. de censibus quæst. 49.*
19 *num. 15. & 16.* † & fructus soluti vel possunt repeti conditione indebiti, *Cic. de censibus q. 88. num. 1. & seqq. Rota decis. 540. nu. 2. inter impress.*
20 *post tractatum,* † vel ipso iure censentur in causam debiti principalis, cuius Peruentura habuit fidem de precio *Roman. conf. 238. num. 1. Io. Franc. à Ponte conf. 70. num. 25. & seqq. Franc. Ant. Costa conf. 73. num. 58. Castill. decis. 99. num. 1. Rota in Romana Cambij 16. Februarij 1642. §. nos verò, coram me.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

REVERENDISSIMO P. D. CERRO,
Sac. Rotæ Romanæ DECANO.
Cathaceñ Hæreditatis.
Lunæ 28. Aprilis 1653.

ARGVMENTVM.

Res empta ex pecunia retracta ex retrouenditione census fideicommissarij cadit sub fideicommisso tamquam subrogata, quando Testator expressè mandauit illam reinuestiri, & talis emptio licet facta à grauato ipsius proprio nomine tamen censetur facta in executionem ordinis Testatoris. Feicommisso non censetur renunciatum per diuisionem, & si fuissent in diuisione promissa euictio, & cæterata clausula, *ad habendum &c.*

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum purificatum per verificationem conditionis.*
2 *Hæres fideicommissarius qui erat grauatus reinuestiendi pecunias ex retrouenditione census recuperandas præsumitur illas inuestisse ad fauorem fideicommissi, & si inuestimentum nomine proprio fecisset, & num. 4. 5. & 6.*
Fortius quando non constat fideicommissarium habuisse alias pecunias, imò potius fuisse ære alieno grauatos, num. 8.

3 *Emptio*

3 *Emptio, & si fiet cum pecunia fideicommissi acquiritur emptori cum obligatione tamen restituendi pretium. Intellige num.4.*
4 *Hæres fideicommissarius non cogitur esse procurator vel negocium gestor pro alijs fideicommissarijs.*
7 *Res empta ex pecunia retracta à fideicommissi bonis ex testatoris iussa cadit sub fideicommisso tamquam subrogata.*
9 *Epistola recognita plenè probat contra scribentem, & eius hæredes.*
10 *Fideicommisso non censetur renunciatum per diuisionem inter fideicommissarios secutam.*
Quod absque dubio procedit, quando in diuisione non fuit dictum, quod diuidentes volebant vindicare libertatem bonorum, num.11.
Et si in diuisione fuerit promissum de euictione cum clausula habendi diuisionem ratam, gratam, & firmam num.12. & 13.
Item & si fuerit apposita clausula, ad habendũ, *dum non fuerit extensa cum licentia alienandi, sed cæterata in exequutiuis, num.14.*
Item si fuerit in diuisione antiquius fideicommissum reseruatum, num.15.
Item ex onere imposito vni ex diuidentibus de soluenda maiori parte æris alieni, si ille maiorem portionem consecutus fuisset, num.16.
17 *Fideicommissum secundum acceptans dispositionem factam à primo grauato, non dicitur repugnare antiquiori fideicommisso.*
18 *Fructus non exacti, & decursi in vita grauati, spectant ad fideicommissarium.*
Fallit in legatario, & fideicommissario particulari, num.19.

DECISIO CCCVIII.

POSTQVAM Domini ordinarunt, quod videretur de bono iure, datis hinc inde cautionibus, suspensisque disputationibus super manutentione, ac respectiuè super attentatis, proposito hodie dubio, resolutum fuit constare de bono iure Horatij quoad census, & eorum fructus, quo verò ad mobilia de bono iure legatariorum.

Controuertebatur enim census sortis principalis ducatorum octo mille debitus à Barone Clareuallis, & pro medietate obuentus Vitalino, ac pro altera medietate obuentus Decio in Instrumento diuisionis inter ipsos, ac Horatium, & Ferdinandum fratres de Scoglio celebratæ 13. Augusti 1622. eius Summ. n.5. Et quidem bonum ius Horatij redditur clarum, quia respectu portionis spectantis ad Vitalinum, iste in suo Testamento cum vniuersalem heredem substituit Decio morienti sine filijs, prohibita omni detractione cuiuscumq; quartæ, d. Summ. num.6. Portio autem obuenta Decio, seù potiùs integer census, cadit sub alio antiquiori fideicommisso q. Bartoli Scogli communis patrui, qui dd. fratres vniuersales heredes sibi instituerat, eosque ad inuicem, & reciprocè substituerat, si sine filijs decederent, eodem Summ. num.1. Vndè verificata conditione vtriusque substitutionis
1 per obitum Decij sine liberis, † vtrumque fideicommissum ad fauorem Horatij fratris superstitis purificatum fuit, vt dixit *Rota coram bo: me: Merlino decis.654.num.10.*

Non obstat, quod Decius dictum censum acquisiuerit nomine suo, & fratrum non expresso nomine fideicommissi per Bartolum constituti.

Quia cùm iste in suo Testamento expressè ordinauerit, quod pecuniæ ex retrouenditione eius censuum hereditariorum retrohabendæ, in alijs censibus, vel bonis stabilibus reinuestirentur, Princeps verò Squillacis debitor fideicommittentis ex causa census sortis principalis ducatorum 10300: illum redemerit anno 1610. persoluta in manibus Decij præfata pecuniarum quantitate, d. Summ. nu.2. quæ iuxta dictum preceptum specialiter reinuestita pro fideicommisso nullatenus iustifica-
2 tur, intrat vtique presumptio, † quod Decius voluerit dicto precepto satisfacere per subsequutam emptionem census controuersi ducat. octo mille sibi venditi anno 1612. à Barone Clareuallis, quamuis in Instrumẽto emto emptionis hoc specificè non expresserit, sed proprio, & fratrum nomine contraxerit,
3 licet enim communis sit opinio, † quod res realiter empta acquiratur emptori sub obligatione solum restituendi pretium, *Bartol. in l.Imperator, §.cum autem, num.1. ff.de leg.2. Menoch. cons.213.num.23. Pereg.cons.31.num.11. versic.secundus casus, lib.4. & in tract.de fideicomm. artic.44. num.28. Rota decis.421.num.4. versic. quæ duo, & num.14. & 15. post Cinc. de censib. coram Buratto decis.784.num.1. & 2. & per tot. & coram Durano*
4 *decis.63. num.2.* † Hoc autem procedit in simplici herede absque vllo præcepto Testatoris de inuestiendo, cum enim heres non cogatur esse Procurator, seù negociorum gestor pro fideicommissario, *l.postulante. §.sed & in huiusmodi, ff.ad Trebell. Pereg. dicto cons.31. d.num.11. vers. 2. quia hæres, & de fideicomm. d.art.44.n.28. vers. nam non cogitur*, in dubio presumitur voluisse acquirere ad sui, & heredum commodum, in quibus terminis loquuntur omnes
5 allegatę auctoritates; vbi autem, prout hic, ex precepto Testatoris pecuniæ sunt destinatę ad emptionem, & inuestiendæ pro fideicommisso, non obstante stipulatione pro se, & heredibus, acquisito censetur facta hereditati, & ad commodum fideicommissariorum, *ad tex. in l.qui negociationem, vbi Bart. ff.de administr. tut. Molin.de primog. Hispan.lib.4.cap.4.num.34. vers. in casu autem, de quo agitur, Peregr. decis. Patau. 2. sub num.9. vers. sed tamen, vt supra dicebam, Surd. decis.15.num.28. & 29. Rota decis.653.nu.2.par.2. recent. cum alys in puncto allegatis in Bononien. Bonorum 17.Iuny 1641. §.Ioannes etiam, versic. & in exequtionem præcepti, & 21. Februarij 1642. §.minus referre, cum seq. coram me*: Presumitur enim
6 quod Decius voluerit implere obligationem sibi iniunctam à Testatore, & in eius executionem pecunias inuestire, *Peregin. in d.artic.4. d. num.28. vers. quorum, Surd.d. decis.15. num.12. & seq. Rota in dicta Bononien. Bonorum coram me 21. Februarij 1642. §. pro responsione tamen, vers. præsumitur enim, & conferunt adducta per Marchabrun.cons.29.num.214.cum seqq. & nu.239. & 240.*

& in

& in Meleuitana Territorij 3. Iunij 1650. §. contraria verò, coram me. † Et consequenter d. census tanquam subrogatus in locum fideicommissarij cadit sub d. fideicommisso *d. l. Imperator 72. d. §. cum autem, ff. delegat. 2. Castr. cons. 326. num. 3. par. 2. Giouagn cons. 23. num. 11. lib. 2. Surd. d. decis. 15. num. 18. Ginrb. decis. 111. num. 21. Rota in Bononien. fideicommissi de Formagliarijs 17. Februarij 1592. coram bo: me: Card. Hieronymo Pamphilio, & 2. Aprilis 1592. coram Litta, apud eumd. Giouagn. d. cons. 23. num. 19. & num. 24. cum cæteris adductis in dicta Bononien. bonorum coram me 17. Iunij 1641. d. §. Ioannes enim, versic. ita per consequens.*

8 Idque eo certiùs in casu nostro, † tùm quia non constat dd. fratres tunc temporis alias pecuniam habuisse, immò potiùs fuisse ære alieno grauatos, eodem Summ. num. 11. quod benè ad propositum ponderauit *Rota in Auenionen. fideicommissi 14. Nouembris 1614. coram bon. mem. Remboldo apud Cinc. de censib. decis. 469. num. 8. vers. & quod non constat*; Tùm etiam quia ipsemet Decius per epistolam formiter recognitam Ferdinando fratri significauit destinasse reinuestire cum Barone Claraualli dictas pecunias restitutas à Principe Squillacis, eod. 9 Summario num. 3. † quæ contra scribentem, eiusque hæredes plenam facit probationem, *l. Publia, §. final. vbi Bart. ff. deposit. Ias. in repet. l. admonendi, num. 139. & seqq. ibiq. Ripa num. 133. ff. de iur. iur. Menoch. de arbitr. cas. 94. num. 9. Rota coram Card. Seraphin. decis. 996. num. 1. in Romana diuisionis 20. Iunij 1639. coram R. P. D. mco Bichio, §. non obstat, quod epistola, & in Romana locorum montium 11. Maij 1643. coram me, §. extrema enim vers. sed clarius.*

Nec subsistit, quod per supradictam diuisionem renunciatum fuerit dicto fideicommisso.

Quia in contrarium stat conclusio communi DD. calculo recepta, nempè, quod per diuisionem non censetur renunciatum fideicommisso inter diuidentes reciproco non-10 dum purificato, † sed futuro, & sub certa conditione purificando, quamuis de illo diuidentes certam scientiam habuerint, *l. cum pater §. hæreditatem il 2. ff. de legat. 2. DD. in l. qui Romæ §. duo fratres, ff. de verb. oblig. cum alijs plenè congestis in Romana fideicommissi de Maximis 11. Ianuarij 1649. coram me, §. diuisio verò.* Præsertim quia in proœmio ipsius diuisionis expressum 11 non fuit, † quod diuidentes volebant vindicare libertatem bonorum, & facultatem de illis liberè disponendi, sed solùm pro causa diuidendi adduxerunt, vt vnusquisque suam portionem agnosceret, & regeret, censusque exigeret, cùm aliàs bona communiter possessa deteriorentur, & sic solùm intellexerunt dissoluere communionem, vt in puncto ponderat *Peregr. cons. 93. nu. 6. vers. in proposito autem, cum duobus seqq. lib. 1. aliique adducti per Cancer. var. resolut. tom. 3. cap. 15. num. 277. cum seqq.* & in similibus terminis comprobatum fuit *in Tudertina Donationis 17. Iunij 1652. coram me, §. nec subsistit.*

Nec vlla vis fieri potest super clausulis in eadem diuisione adiectis; Promissio enim 12 euictionis non includit eam, † quæ prouenit ex natura rei, & iuxta dispositionem communis Authoris, *Bart. in l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 10. ff. de verb. oblig. Peregr. de fideicomm. art. 52. num. 69. Rota coram bo: me: Buratto dec. 89. num. 8. & in dicta Romana fideicommissi de Maximis coram me, §. nec contrarium,* vbi vlterius concluditur coniectura deducta ex onere diuidentibus, iniuncto soluendi ratam æris alieni: *& in* 13 *§. idque etiam,* reijcitur clausula † promissionis haben diuisionem ratam, gratam, & firmam, ac semper, & perpetuo obseruandam, & con-14 tra non faciendi. † Nullumque pariter effectum operatur clausula, *ad habendum,* dum non est extensa cum licentia alienandi, sed legitur cæterata, & apposita in exequutiuis *Buratt. d.* 15 *decis. 89. num. 5. & 6.* † Præseruatio autem alterius fideicommissi antiquioris relicti à Ferrante auo non excludit perneces͂sè fideicommissum Bartoli, vt reiecta contraria opinione sequendo sententiam, *Becc. consil. 111. num. 36. cum seqq. tradit Fusar. de substit. quæst. 593. n. 180. in fin. vers. sed melius.* Onus soluendi maiorem partem æris alieni impositum vni ex diuiden-16 tibus cum imponi poterit, † ex quo maior erat eius portio bonorum, redditur actus saltem æquiuocus, & sic insufficiens ad remissionem fideicommissi, *Buratt. sepius allegata decis. 89. num. 16. & in dicta Romana fideicommissi de Maximis d. §. nec contrarium, in fin.* Obseruantia denique non adest, solùm enim deducitur quod Vitalinus vnus ex diuidentibus suam portionem nouo fideicommisso supposuit, sed non constat, quod ille senserit de portione huius census subiecta fideicommisso Bartoli, & in omnem casum, dum Horatius illius 17 fideicommissarius non impugnat, † sed acceptat illius dispositionem, ipsa repugnare non videtur dicto antiquiori fideicommisso, *ex adduct. Pereg. d. cons. 63. num. 6. & 7. lib. 4. & de fideicom. art. 44. num. 32. cum seqq.*

His positis clarum pariter resulat illius bonum ius respectu fructuum eiusdem census, siue agatur de iam exactis in summa scutorū mille triginta, siue de alijs decursis post purificationem dd. fideicommissorum, & in fu-18 turum decurrendis; Nec intrat quæstio, † An fructus censuum decursi in vita grauati, & non exacti spectent ad fideicommissarium, cuius affirmatiuam tenuit *Rota apud Cinc. de* 19 *censib. decis. 458. per tot.* † Negatiuam verò in legatario, & fideicommissario particulari sequuta fuit *coram Card. Mantica decis. 14. pariter per tot.* quia hodie non agitur nisi de fructibus maturatis post mortem Vitalini pro portione spectante ad Horatium, ex quibus ipse exegit dd. ducatos 10300. & de fructibus alterius portionis maturatis post mortem Decij.

Cæterùm bonum ius legatariorum quoad mobilia hæreditaria Decij in dubium ab informantibus reuocatum non fuit, cum deducatur ex Testamento illius ad hunc effectum comprobato in illa præcedenti resolutione capta coram me die 7. Iunij præteriti.

Et ita omnibus informantibus &c.

R. P. D.

R. P. D. CELSO,
Posteà S.R.E. CARDINALI,
Bononien de Bologninis,

Veneris 2. Maij 1653.

ARGVMENTVM.

Legitima non debetur adoptiuo, qui tempore adoptionis habebat patrem naturalem, & etiam ex eo, quod non habeat ius impugnandi testamentum si prætereatur.

SVMMARIVM.

1 *Adoptiuus de tempore adoptionis habens patrem naturalem ab eo consequitur legitimam non ab adoptante.*
2 *Legitima non debetur illi cui præterito non competit ius impugnandi testamentum.*
3 *Adoptiuus præteritus nullum ius habet impugnandi testamentum.*
Quod est verum in adoptato ab extraneo secus autem ab ascendente, num.4.
5 *Hæres extraneus tenetur imputare fructus in Trebellianicam.*
6 *Legitima, & Trebellianica non detrahitur à non conficiente inuentarium, & bona fideicommissi alienante.*
7 *Immissio in bonis fideicommissarijs non retardatur sub prætextu detractionis turbidæ, & illiquidæ.*
8 *Creditum magis redditur turbidum, si creditor perceperit fructus à die motæ litis.*

DECISIO CCCIX.

THADAEVS de Bologninis, qui vna cum Bartholomæo fratre plures in partibus sententias reportauit super immissione in possessionem bonorum Bartholomæi, & Io: Mariæ de Bologninis, & deuoluta causa per appellationem ad Rotam obtinuit decisiones fauorabiles super existentia vtriusque fideicommissi super purificatione ad ipsius fauorem etiam quoad portionem Horatii, & Valerij, necnon eidem suffragari legitimationem Maximiliani patris; Prosequendo disputationem coram me in locum Eminentissimi D. Card. Otthoboni subrogato institit disputari dubium, An Palmerijs, & litis Consortibus aduersarijs aliique super ijsdem fideicommissis competerent detractiones, & nullas competere responsum fuit.

Nam in bonis Bartholomæi frustrà petitur legitima ex persona Aemilij, dum ipse non est descendens a Testatore, sed transuersalis, & de tempore adoptionis habebat patrem na-
1 turalem, † à quo legitimam debebat consequi, non autem ab adoptante, *l.cum in adoptiuis, §. sed ne articulum, ibique gloss. verbo tantummodo, C.de adopt. Decian.cons.34.num.13.lib.1. & consil.126. num.1. lib.3. Gabr. consil.24.num.6. lib.2. Tiraquell. in l. si vnquam, verbo susceperit liberos num.8. in fine, C.de reuocat. donat. Peregr. de fideicomm.art.36.num.45. Marta de success.parte 4. quæst.5.artic.2.num.42. vers. idcirco.*

Et regulare est, quod illi non debeatur le-
2 gitima, † cui præterito quærela, vel aliud ius impugnandi Testamentum non datur, *l. cum quæritur, & l. omnimodo, in fine, C.de inoffic. testam. Rota coram Gregor. decis.135.num.8.* prout illam
8 non † competere adoptato, probat *text. in §. sed ea instit. de hæred. quæ ab intest. defer. Rustic. in l. cum auus lib. 2. cap.12. sub num.2. de condit. & demonstr. Peregr.de fideicomm. dicto art.36.num.43. Mantica de coniect. lib.10. tit.8. sub num.20. vers. neque obstat, Marta de success. par.1.quæst.19.art.1. num.2. in fine, & part.4. quæst.5. artic.2. num.42. vers. ergò præteritus, & num.45.*

Non obstat *decis.360.num.21. par.5. in recent.*
4 quia † loquitur in adoptato ab ascendente, non autem ab extraneo, prout explicat, & declarat *Aret.in l.ex facto,num.12. in fine, ff.de vulg. & pupill. Bald. in d. l. cum in adoptiuis, sub num.5. C.de adopt. cum alijs per Moder. Vrbinaten. de fratribus par.1. cap.33.num.20.*

Trebellianica verò remansit consumpta ex perceptione fructuum totius hęreditatis
5 per spatium annorum 60. & vltra † quos vti extraneus idem Aemilius in illā tenetur imputare, *l. in fideicommiss. 18. vbi Ripa num.25. & l.deducta 58. §.ante diem, ff.ad trebell. l.iubemus 6. C. eodem, Peregrin. qui plures cumulat de fideicommiss. art.49.num.62. Fusar. cons.5.num.36. & consil.106.num.12. Rota coram Canal. decis.20.num.4. & decis.540. num.6. in recent. decis.152. num.3. in fine, par.1. & decis.88.num.3.part.5. & in Romana hæreditatis 14. Decembris 1646. coram bon: memor: Arguelles.*

In bonis pariter Io: Mariæ nullæ competunt detractiones, dum ipse Aemilius hęres institutus inuentarium non cōfecit, & quamplura bona dicti fideicommissi alienauit, nam
6 intrat † præsumptio, vel quod illæ fuerint factæ, vel quod fuerint subtracta bona, ex quibus potuerint fieri, vt millies censuit Rota, & signanter in *decis.77.num.3.& 4. par.5.recent. decis 88.num.23.& seqq. & decis.726.num.28. 29. & 33. par.7. Duran.decis.360.num.1.& seq. Merlin. decis.265.num.9. & decis.383. num.15. & 16. & fuit dictum in Auximana fideicommissi 13. Ianuarij 1640. & 31. Ianuarij 1642. coram Reuerendiss. D. meo Decano, in Romana fideicommissi de Spiritibus 12.Ianuarii 1643. coram R.P.D.meo Bichio, & in Bononien. fideicommissi 5. Decembris 1650. coram me, vltra plures adductos per Gratian. forens. disceptat.cap.570. num.19. & 20.* Vnde attentis prædictis non potest Thadæo retardari im-
7 missio, † cum prætensio detractionum saltem remanet turbida, & illiquida, *Rota decis.301. num.19. par.6 recent.& decis.164.num.9. par.7. in Romana fideicommissi de Palatijs 28. Iunij eiusdem anni coram bo: me: Arguelles, & in Bononien. fideicommissi de Pancaldis 23. Ianuarij 1649. coram R. P. D.meo Peutingero.*

Præsertim quia à die motæ litis semper aduersarij perceperunt fructus ascendentes ad
8 quantitatem notabilem, † ex quibus dicta prætensa credita magis redduntur turbida, iuxtà *gloss. final. in auth. perpetua, C. de sacrosan. Eccles. Alciat. cons. 63. num. 14. lib.9. Rota coram*

Merlin.

Merlin. decis. 312. num. 5. in recent. decis. 391. num. 6. & decis. 411. num. 29. part. 5. in Romana fideicommissi de Campagnolis 26. Iunij 1648. coram R. P. D. meo Pentingerio, & in d. Bononien. fideicomm. 5. Decembris 1650. & 16. Iunij 1651. coram me.

Et ita decisum altera tantum parte informante, alterà verò sæpè sæpiùs monita, & citata

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Viterbien Fideicommissi.

Veneris 2. Maij 1653.

ARGVMENTVM.

Filiationis ex parte Patris directa probatio, quia impossibilis, vel saltem difficillima reputatur, ideò concludenter probata remanet ex coniecturis, & argumentis, quorum nonnulla in præsenti decisione referuntur; & licèt in dubio filius præsumatur natus ex legitimo matrimonio, & non ex adulterio, tamen huiusmodi præsumptionem non ex matrimonio dumtaxat, sed ex successiua Coniugum cohabitatione, seù accessu Mariti ad Vxorem induci posse, constanter firmatur.

SVMMARIVM.

1 *Filiatio ex parte Patris est difficilis probationis, & ideò plenè probatur ex coniecturis, & argumentis.*

2 *Filiatio probata remanet ex eo quod quis de tempore conceptionis habuit carnalem cõmercium cum Concubina, cæterorum tunc temporis accessum excludendo.*

3 *Filiatio probatur ex eo quod quis alimenta præstitit Nutrici, & in Baptismate nomen puero indixit ad repræsentandam sui Patris immaginem.*

4 *Filiationis probatio elicitur ex tractatu, educatione, & nominatione in filium.*

5 *Filiationis quasi possessio ex quibus probata remaneat, itaut onus probandi contrarium dicatur in aduersarium translatum.*

6 *Filiatio probatur etiam ex publica voce, & fama, ac communi reputatione.*

7 *Confessio nocet confitenti, & illius successoribus.*

8 *Exceptiones contrà Testes in materia probationis Filiationis omninò difficilis non admittuntur, sed testes inhabiles recipiuntur.*

9 *Testes vnicus non probat.*

10 *Filiationis probatio ex parte Patris, quando non destruatur ex testibus deponentibus ad Concubinam patuisse etiam cæterorum accessum.*

11 *Filiationis præsumptio inducitur ex enunciatiua instrumenti cum proximiorum interuentu, & Iudicis decreto celebrato.*

12 *Vxor tamquam arctissimo vinculo coniuncta Viro præsumitur informata de rebus ab ipso gestis.*

13 *Filiationis probatio desumitur ex consensu præstito in Instrumento nomine filij, ab eo, qui talis extitisse contenditur.*

14 *Filiationis probatio iustificatur ex denominatione in filium facta in Instrumento nullo ob defectum solemnitatum.*

15 *Confessio facta à muliere, seù minore in Instrumento nullo ex defectu solemnitatum, quibus concurrentibus, illis præiudicare possit.*

16 *Coniecturæ in contrarium probationem non vrgent, quando concurrit propria confessio.*

17 *Filiationis præsumptio, vt habeat locum, quid nam probandum sit;*

DECISIO CCCX.

SVPER prædio à Franceschino modo possesso, ac olim fauore Columnelli Spiritus eiusque descendentium fideicommisso supposito, cum fratres de Spiritibus, vti filij Bartholomæi corã me ad immissionem egissent, Domini mandarunt, vt ipsius Bartholomæi filiationem ex parte Patris acriter impugnatam exaduerso, legitimis documentis ostenderent quam satis hodie iustificatse Domini responderunt, sed an ipsis fratribus in prædio controuerso competat exindè successio
1 particulari dubio reseruarunt. † Filiatio enim ex parte Patris difficilimæ probationis existit. nec directè proindè ostendi valet, sed iustificationem assumit ex coniecturis dumtaxat, ac argumentis, quæ tamen contra quoscunque plenè concludunt, *ad text. in c. per tuas de probat. l. si vicinis, C. de nupt. not. gloss. in l. Lucius, ff. de condit. & demonstrat. DD. in c. transmissa qui fil. sint legit. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 38. num. 4. & 5. Rot. decis. 430. nu. 12. & 14. part. 5. rec. & in Romana filiationis 10. Iunij 1611. coram bon. me. Pirouano impress. post 2. vol. cons. Farinacc. decis. 332. num. 1. & 2. & in Romana hæreditatis de Gratianis 28. Maij 1649. coram R. P. D. meo Cerro in princ. & in Bononien. fideicommissi de Bologninis 5. Iunij 1651. in §. & cum agatur coram Eminentiss. D. Card. Otthobono, & in Farsen. bonorum 23. Ianuarij 1647. coram Eminentiss. D. Cardin. Corrado.*

Plures autem recensentur à Testibus pro
2 fratrum parte productis. † Hi namque in sua attestatione deponunt Columnellum Spiritum de tempore conceptionis Bartholomæi cum eiusdem Matre carnale commercium exercuisse cœterorũ Bartholomæi tunc temporis excludentes accessum, ac ipsius consequenter filiationem includentes, iuxta *gloss. in c. Michael de fil. presbyt. & in Auth. quibus modis nat. effic. sui cap. 4. ad fin. not. Bald. in l. filium sub nu. 17. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. & in consil. 129. nu. 3. lib. 2. Alciat. in rub. de tiber. & posth. sub num. 46. & in reg. 3. præsumpt. cap. 37. Paleott. de noth. ac spur. cap. 20. nu. 6. Rot. decis. 314. nu. 14. part. 6. recent. & in Romana hæreditatis de Gratianis 7. Februarij 1642. in §. quinta elicita fuit coram Reuerendiss. Taraconen. & in Romana fideicõmissi de Arronijs 23. Iunij 1642. in §. casui nostro non applicatur coram R. P. D. meo Bichio,* cum maximè
3 asserant † eundemmet Columnellum ad repræsentandam sui Patris imaginem huic in Baptismi fonte idèmet Bartholomæi nomen Indixisse, ac alimenta ipsius præstitisse Nutrici, quas coniecturas ad eliciendum filiationis probationem, ponderat *Surd. in cons. 1. num. 45. & 46. Giouagn. cons. 21. num. 2. & 3. lib. 1. Rota in*

adducta Romana filiationis 11. Decembris 1634. coram bon: mem: Merlino, impress. part. 6. decis. 314.
4 num. 7. & 8. † Nec non etiam eundem semper tractasse, vt filium, ac educasse hoc quoque nomine filij sæpius appellando seque ipsius genitorem ex quibus sufficiens quoque desumitur coniectura filiationis, ex not. in cap. per tuas de probat. vbi post gloss. in verb. nominatus, Abb. & Butr. num. 8. Bald. num. 4. circa med. idem Abb. in c. Michael num. 1. in fin. Butr. num. 5. de fil. presbyt. Rot. decis. 641. num. 1. part. 2. & decis. 408. num. 4. part. 5. recent. & in adducta Romana hæreditatis de Gratianis 28. May 1649. in §. 2. ex nominatione coram R. P. D. meo Cerro.
5 † Hi quippè actus Bartholomæum in quasi possessione filiationis constituere, & in aduersarium successiuè transmiserunt onus probandi contrarium, vt not. Bart. in l. nonnullis num. 2. C. de probat. & in l. 1. num. 3. C. quorum bonorum, ibique Ang. nu. 4. Alber. nu. 2. Surd. cons. 1. num. 46. Dec. cons. 54. num. 1. volum. 2. Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 1. cas. 39. num. 69. Paleott. de noth. ac spur. fil. cap. 22. nu. 1. Rot. dec. 472. num. 3. part. 1. recentior. & coram Caual. decis. 46.
6 num. 2. & 3. † Attestantur præterea iidemmet Testes Bartholomæum, dum extitit in humanis pro filio Columnelli publicè, ac palam habitum fuisse, ac reputatum quinimmò ab eademmet Portia ipsius vxore, ac Franceschini Autrice in hoc prædio vti talem agnitum, ac educatum benè concludunt, dum vox, & fama solet exhibere non leue argumentum filiationis, cuius directa probatio, vel impossibilis, vel saltem difficillima reputatur, ad trata per Butr. in c. transmissæ qui fil. sint legit. quem sequitur Dec. in cap. 1. num. 41. de appellat. Felin. in c. veniens num. 7. in fin. & in c. præterea num. 2. de testibus, Ias. in l. cum ea, C. de transact. Alex. cons. 51. num. 2. lib. 1. & consil. 88. num. 11. lib. 7. Menoch. de
7 arbitr. lib. 2. cap. 89. num. 86. † Portiæ verò agnitio, atque confessio contrà ipsam, ac Franceschinum ipsius in hoc prædio Autricem filiationem Bartholomæi comprobat, atque concludit Aym. cons. 28 nu. 1. Socc. cons. 11. vol. 1. in fin. & cons. 13. num. 4. in fin. lib. 3. Rot. decis. 776. num. 1. part. 1. diuersor. & decis. 367. num. 3. coram Buratt. & in Bononien. fideicommissi Bartholomai de Bologninis 5. Iunij 1651. in §. & sextò coram Eminentiss. D. Card. Otthobono.

8 Horum autem Testium depositiones † perperam impugnantur exaduerso exceptionibus contrà personas deductis cum in hac materia probationis omninò difficilis exceptionis contrà personas admittantur, sed recipiantur inhabiles, ex tradit. in c. veniens 34. ibique gloss. in princip. de testib. cap. vltim. de testib. cogend. c. cum dilecti, ibique gloss. in verb. & si tres de elect. Gabr. de Testib. conclus. 7. num. 1. & 7. cum alijs adductis in Romana hæreditatis de Gratianis 7. Februarij 1642. coram Reuerendiss. Taraconen. & in Romana nullitatis Matrimonij 19. Ianuarij 1646. in §. ex quo nascitur coram bo: mem: Arguell: Allegata verò contradicta non afficiunt Testes præuia remissoria A. C. in partibus examinatos, quatenus verò alter ex ijs in ordine decimus asserit ad Luciam Bartholomæi Matrem cęterorum quoque paruisse accessum, ac cõsequenter deponere de eiusdem genitore videatur
9 incerto, † non concludit, vel tanquam vni-
10 cus, ad text. in c. veniens de testibus, † vel quia non percutit tempus præcisum conceptionis Bartholomæi, vt respondit Rota in Romana filiationis 10. Iunij 1611. coram bon: mem. Pirouano in §. quia fuit dictum, & in Romana hæreditatis de Gratianis 7. Februarij 1642. coram Reuerendiss. Taraconen. in §. minus obstat.

Quæ sanè probationum species robur assu-
11 munt † ex pluribus Instrumentis, quibus ab eademmet Portia Bartholomæus, vt Columnelli filius tractatus probatur, ac agnitus, in altero enim stipulato de anno 1615. Census ab eodemmet Bartholomæo vti Columnelli filio super prædio de quo agitur enunciatur impositus, accedente quoq; fideiussione Portiæ solemniter præstita, cum proximiorum videlicet interuentu, ac Iudicis decreto, quod regulariter omnia, & singula afficiens enunciata in Instrumento pręsumptionem proindè veræ filiationis inducit ibidem expressæ, Rot. decis. 647. num. 2. part. 2. recent. & in Perusina bonorum Emphytheoticorum 7. Iunij 1641. coram R. P. D. meo Bichio, pręsertim quia impositus fuit semper prædio ab eadem Portia possesso,
12 quæ † verò similiter passa non foret, si Bartholomæus Columnelli filius non extitisset, de cuius ideò filiatione, tanquam arctissimo vinculo coniuncta viro, Informata præsumitur, ad text. in l. Octaui, ff. vndè Cognat. & in l. non hoc, C. vndè legit. not. Bald. in l. quoniam sororem, C. de iur. delib. quem refert, & sequitur Dec. cons. 445. nu. 35. Natt. cons. 162. num. 44. Ruin. consil. 141. num. 10. lib. 5. Surd. decis. 104. numer. 17. In alio edito de anno 1620. legitur communiter facta locatio bonorũ omnium spectan-
13 tium ad familiam de Spiritibus; † In alio antecedenter confecto de anno 1618. hortum aquatilem familiæ de Spiritibus eandem Portiam, Bartholomæi accedente consensu, dixtraxisse qui cum necessarius aliter non fuisset, eundem proindè Columnelli filium extitisse demonstrat, ad text. in l. vellet, C. de reuocand. donat. & in simili ponderauit Cyriac. controu. for. cap. 29. num. 38. & 151. num. 27.

14 Non obstat, † quod talis agnitio in filium facta fuerit à Portia nullis intercedentibus solemnitatibus statuti, sine quibus eidem nocere non valeat siquidem præfatæ solemnitates in proposito casu non reputantur necessariæ, dum agitur de probando solummodo filiatione Bartholomæi, non autem de inducenda obligatione Mulieris, vt distinxit Rot. in Romana dotis 10. Ianuarij 1600. coram Card.
15 Sacrato, † ac talis pręterea confessio pluribus adminiculis fulcita mulieri, ac minori pręiudiciũ inferre censetur, vt dixit Rot. corã Acchill. decis. 1. de confess. & in Romana societatis 9. Februarij 1607. coram Orthembergo impress. post Zacch. de Societ. offic. decis. 24. numer. 5. & in Romana Pecuniaria 6. Nouembris 1637. coram clar: mem. Coccin.

16 Hinc vrgere † non poterunt coniecturæ exaduerso deductæ, tanquam ex ipsiusmet Portiæ confessione contraria penitus elisæ, ad text. in c. per tuas, vbi gloss. in verb. confirmare

de

de probat. & in c.per tuas qui filij sint legitimi, & in l.generaliter, C. de numer.pecun. & in l. etiam, ff. de probat. Necnon etiam eiusdem Bartholomæi assertio, dum legitimationem de tempore quo maior extiterat petijt, atque obtinuit, se videlicet ex Lucia Matre tunc temporis coniugata hortum traxisse. Præterquam enim erronea conuincitur ex fide obitus viri subsecuti, biennio ante ipsius concessionem, ex contraria quoque Portiæ confessione destrui-
17 tur adducta præsumptio, † dum maximè de tempore conceptionis Bartholomæi nõ probatur assertum maritum cum Lucia matre cohabitasse, vel ad eam tunc habuisse accessum, quorum alterum esset pernecesse probandum, cum filiationis præsumptio non ex matrimonio dumtaxat, sed ex successiua Coniugum cohabitatione, seù accessu mariti inducatur, vt not. *Alex. in cons. 78. num. 14. lib. 7. Soccin. Iun. cons. 80. nu. 40. lib. 2.* plenè *Surd. consil. 1. 2. 54. Rota decis. 409. num. 18. part. 5. recent.* Et ita vtraque, &c.

R. P. D. MELTIO
Postea Episcopo PAPIEN.

Bononien̄ Successionis.

Luna 5. May 1653.

ARGVMENTVM.

Statutum Bononiæ *lib. 4. sub rubr. de dot. rest. §. item & §. insuper statuimus,* disponens quòd dos non imputetur in legitimam, concordatur cum altera parte eiusdem Statuti *lib. 4. rubr. de success. lib. ascen. defic. cond. test. sub rubr. in qua legitima* mandantis, vt filiæ, vel descendentes ex eis, si quæ dotatæ fuerint ab ipso Testatore, dotem datam, & augumentũ dotis sibi debeant imputare in legitimam; & verus, ac germanus sensus dicti Statuti explicatur, ac contrarietas euitatur. Dispositio *d. l. hac edictali,* ac eius effectus, & quando per Statutum censeatur abrogata, eruditè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia in dubio præsumitur iusta.*
2 *Sententiæ validitas ex quibus reddatur clara.*
3 *Decisiones in causa factæ ostendunt iustitiam sententiæ.*
4 *Legitima debetur Nepotibus Matre prædefuncta in bonis Auitis, liberè, ac reiecto quouis onere. & num. 7.*
5 *Nepotes veniunt appellatione liberorum.*
6 *Nepotes quoad Auum rediguntur ad conditionem filiorum sublato de medio filio.*
8 *Legitima debetur sine onere, nec in tempore patitur aliquam dilationem.*
9 *Nepotes non faciunt numerum pro augenda legitima, quia vnum stipitem constituunt, & succedunt in stirpes non in capita.*
10 *sub Conditione quidquid gestum fuit, in casu contrario habetur, ac si factum non fuisset.*
11 *Dos non imputatur in legitimam secundum Statutum Bononiæ.*
12 *Nepotes secundum Statutum Bononiæ non tenentur sibi in legitimam imputare dotem maternam etiã si concurrant cum auunculis, vel materteris, & quare num. 14.*
13 *Statutum vbi adest omninò seruandum est.*
15 *Dotem maternam consequuntur filij non tanquam ab Auo profectam, vel vt matris proprium patrimonium, ac vti illius hæredes.*
16 *Dos, quod imputetur in legitimam quotiescumque neptes succedant cum materteris, omnes ferè DD. admittunt, & quare num. 17.*
18 *Statutum Bononiæ in* rub. de dot. restit. in §. insuper, *ad quem effectum conditum fuisse dicatur.*
19 *Contrarietas, vt euitetur, omnis interpretatio sumi debet.*
20 *Dos secundum Statutum Bononiæ, quando imputanda sit in legitimam, vt quando secùs,*
21 *Dotem à matre receptam, debent filiæ in legitimam imputare, vt seruetur æqualitas.*
22 *Statutum in concursu præualere debet iuri communi ac legi generali, & quare.*
23 *Clausula cæteratæ,* præsentibus, &c. *comprehendit hæredes, & successores quoscumque.*
24 *Dotem secundum Statutum Bononien. lucratur mulier, ac potest de ea disponere etiam per vltimam voluntatem quamuis dotans sibi illam reddi stipulatus fuerit.*
25 *Vir non potest relinquere plus Vxori, quam vni ex filijs primi matrimonij, non solum respectu proprietatis, sed etiam quoad vsumfructum.*
26 *Et deducta ante omnia legitima, residuum in capita, & non in stirpes diuidendum est.*
27 *Statutum quando de certo casu nihil disponit, ille remanet sub dispositione iuris communis.*
28 *Statutum potest derogare,* l. hac ædictali, C. de secund. nupt. *ac legitimam ledere.*
29 *Intellige procedere, quando Statutum est incompatibile cum dispositione,* l. hac ædictali, C. de secund. nupt.
30 *Secùs quando nulla considerari potest incompatibilitas, sed vtrumque potest suum sortiri effectum in casu suo.*
31 *Legatum sub conditione relictum, si conditio non fuerit purificata, habetur, ac si factum non fuisset.*
32 *Legatum sub conditione relictum non potest computari in detractiones, quando legatarius dictæ conditioni non acquieuit.*
33 *Vsusfructus Vxori relictus, quando existunt filij communis matrimonij restringitur ad alimenta.*
34 *Secùs quando verba legati sunt ampla, & pregnantia, quæ non patiantur restrictionem ad sola alimenta.*
35 *Vsusfructus quando fuit Vxori relictus non soli, sed cum filiabus, non restringitur ad alimenta, sed Vxor consequitur plenum vsumfructum dimidiæ.*

DECISIO CCCXI.

COMISSA mihi appellationis causa à sententia R.P.D. mei Cerri, per quam fuit declaratum D. Catherinæ, & Sororibus de Lucatellis deberi legitimam ex omnibus bonis ad hæreditatem Iosephi de Sauijs spectantibus, & sic quartam tertiæ totius assis liberè assi-

assignandam, tàm in proprietate; quàm in vsufructu vti neptibus ex Siluia filia nuptui tradita Cæsari Lucatello, quæ Siluia prædecessit d. Iosepho Patri, & vlterius ex libris 14. mil. relictis iure legati Elenæ de Ferro secundæ coniugi, cui etiam relictus fuit vsusfructus omnium bonorũ cum onere tamen vsufructuandi insimul cum filiabus testatoris hæredibus institutis, deberi tres partes dd. libr. 14. mil. & sic libras 10500. necnon tam ipsam Elenam, quam eius filias dimittere, ac relaxare debere dd. Sororibus de Luccatellis vsumfructũ pro tribus partibus quartæ partis eiusdem vsusfructus. Dubitaui an dicta sententia esset confirmanda, vel infirmanda. Et proposito sub hac die huiusmodi dubio pro illius confirmatione satis constanter per Dominos fuit responsum, stante illius validitate, ac iustitia.

1 Validitas † dictę sententię omisso quod pro ea in dubio stat semper præsumptio, iuxta *gloss. in l. post, C. de iur. & facti ignor. Menoch. consil. 110. nu. 6. lib. 2. & præsumpt. 67. nu. 1. & seq. lib. 2.*
2 hic † satis clara redditur ex reuolutione actorum ex quibus apparet de commissione causæ, mandatis procuræ, citationibus, & alijs necessarijs pro validitate sententiarum, de quibus per *Caputaq. vulgat. decis. 260. part. 2. Rota in recent. decis. 178. nu. 3. part. 6. & decis. 279. nu. 1. part. 7. & coram Merlino decis. 23. num. 1.* ac alibi passim, & quia etiam ab Elena, ac alijs de Sauijs impugnata fuit huiusmodi sententia ex capite iniustitiæ tantum, multo minus ambigendum est de illius validitate.

3 Quo verò ad iustitiam, † illa quoque pro irrefragabili habita fuit stantibus deductis in decis. in hac causa emanata sub die 3. Martij 1651. coram R. P. D. meo Cerro, vt autem decisiones in causa factæ valdè deseruiant ad ostendendum iustitiam sententiæ, plnries firmauit *Rota, & signanter coram Greg. XV. dec. 524. num. 4. decis. 395. nu. 1. in fin. part. 4. recent. & co-*
4 *ram Merlino decis. 275. num. 2.* † & quia in dicta decis. *sub §. primò* ipsis firmatum fuit eisdem Sororibus de Lucatellis deberi legitimam ex omnibus bonis ipsius Iosephi Testatoris tàm in proprietate, quàm in vsufructu liberè eis assignandam, reiecto quouis onere, ac dilatione hoc sanè procedit absque difficultate, quia nepotibus, ac neptibus vti filijs est relinquenda legitima titulo institutionibus, iuxtà *textum in §. aliud quoque Capitulum, in auth. vt cum de appellat. cognos.* ibi filium, & filiam, vel cœteros liberos pręterire, quæ verba, *Cæteros liberos*, possunt solum referri ad nepotes, ac alios descendentes, cum de filijs facta fuerit prius
5 mentio, † vltra quod appellatione liberorum veniunt nepotes, *§. vltimò inst. qui testament. tutor. dari poss. L. liberor. ff. de verb. significat.* etiam ex filia, *l. 1. & ibi gloss. C. de condit. insert. Iason. consil. 140. col. 2. vers. tertiò accedendo, & consil. 142. col. 4. vers. sed vltra lib. 2. Roman. cons. 148. col. 1. Mandell. cons. 19. num. 3. Soccin. Iun. cons. 114. nu. 4.*
6 *lib. 1.* † Idemque suadet etiã ratio, nam sublato de medio filio, neptes quoad Auum rediguntur ad conditionem filiorum, *text. in l. sed, & si in conditione, §. nepotes, ff. de hæred. instit. Tiraquell. in tractat. de iur. primog. quæst. 40. num. 62.*
7 & † propterea illis debetur legitima, *Bero. consil. 10. num. 1. & seq. & consil. 11. pariter numer. 1. & per tot. lib. 2. Cost. in tractat. de fact. scien. & ignorantia centur. 2. distinct. 2. n. 11. fol. 362. Marescott.*
8 *var. resol. lib. 2. cap. 105 num. 47. & seq.* † & vt debeatur sine onere, nec in tempore patiatur aliquam dilationem, vltra allegata in dicta decisione, *est textus in l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. testam. vbi DD. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 8. num. 9. Peregr. de fideicomm. art. 36. nu. 6.*
9 Cum † igitur legitima dd. Sororibus de Lucatellis debeatur, rectè quidem illis fuit assignata in quarta parte tertiæ partis omnium bonorum dicti Iosephi, quia cum vnum stipitem constituant, & ex secundò matrimonio tres aliæ filiæ supersint, facta inter eas omnes æquali diuisione dd. Sororibus de Lucatellis in stirpes succedentibus vnica dumtaxat competit vnica, *§. 1. instit. de hæreditat. quæ ab intestato deferuntur, Merlin. de legit. lib. 1. tit. 2. qu. 10. num. 8,* cum alijs satis copiosè relatis *in d. decis. R. P. D. mei Cerri sub eodem §. 1. ipsi deberi.*

Consequutionem huius legitimæ dd. Sororibus de Lucatellis impedire, neque valet obiecta renunciatio facta à Siluia earum Matre, dum in Instrumẽto dotationis Ioseph eius Pater voluit absolui, & liberari à quacumque pretensione, tam occasione legitimæ, quam ex alia quacumque causa cogitata, & incogitata, prout, & ipsa Siluia, ac eius maritus illũ liberarunt acceptando dotem sub tali pacto,
10 & conditione. † Nam dicta renunciatio non fuit simplex, ac pura, sed qualificata, ac conditionalis, nempè quatenus Ioseph eius Pater decessisset relictis filijs masculis, imò in casu contrario adiecta fuit ampla protestatio, quod dicta renunciatio, & liberatio pro non facta haberetur; cum autem dicto Ioseph decesserit nullis post se relictis filijs masculis, sed tantũ fœminis nullum constitui potest fundamentum super tali renunciatione, cum ea haberi debeat, ac si nõ fuisset facta, *l. quod pure, ff. quand. dies legat. ced. l. item quia, ff. de pactis, Surd. dec. 66. nu. 15. Rota in Romana Domorum 21. Aprilis 1617. coram bon. mem. Seleucien.* & firmatur in *decisione R. P. D. mei Cerri sub §. quia non fuit simplex,* cum alijs allegat. per *Modern. Neapolitanum de renunciat. cap. 10. num. 11.*

11 Vllius subsistentiæ, neque visa fuit pretensio Elenæ de Ferro, ac eius filiarum de Sauijs, quod in prefatam legitimam à Sororibus de Lucatellis imputanda sit dos, quam Siluia earum Mater à Iosepho Patre habuit. Nam claram habemus contrariam dispositionem Statutorum Bononiæ *in lib. 4. sub rubr. de dotib. restit. in §. item dicimus, quod mulier fol. 245. & deindè in §. insuper etiam statuimus fol. 272.* vbi clarè
12 & expressè legitur non teneri. Nepotes sibi in legitimam dotes maternas imputare, quæ Statuta, vt locum sibi vindicent etiamsi dicti Nepotes concurrant cum auunculis, vel materteris, declarat *Giouagn. in suo respons. 92. nu. 18. lib. 1. Rota Bononien. post eumdem in fine responsi,* & tradit *Monterent. in annot. ad d. Statutum §. insuper*

per

13 *per littera B.* † vbi autem adest Statutum illud omninò seruandum esse inquit, *Bald. in l. fin.* 14 *C. de arbitr. Mandel. conf. 96. num. 8. lib. 1.* † ratio autem à statuentibus considerata per quam excluditur necessitas imputandi dotem in legitimam valdè etiã vrgere videtur, nam dos statim exijt de patrimonio dotantis, ac liberè acquisita fuit filiæ dotatæ, ipsa potest pro libito suæ voluntatis de illa disponere, vt in eodem Statuto expresè cauetur, etiam ad fauorem cuiuscumque personæ extraneæ, *l. 1. C. de* 15 *sacrosf. Eccles.* † illiusque filij d. dotem consequuntur non tanquam ab Auo profectam, sed vt matris proprium patrimonium, ac vti illius hæredes, & hoc procedit etiam ex iuris communis dispositione, iuxtà *text. in l. quoniam nouella, C. de inoffic. testam. l. Ponponius Philadelphus, ff. famil. hercisc. Gratian. discept. for. cap. 556. nu. 37.* cum alijs plenè relatis *in d. decis. R. P. D. Cerri in §. neque in præfata legitima, & §. & hinc nihil refert, cum seq.* vbi agitur de concursu cũ materteris.

Non obstat, quod statuentes *in dicta rubr. de dot. restit. in §. insuper,* declarauerint tale Statutum fuisse conditum ad tollendas altercationes, quæ aderant super hac quæstione inter DD. Iuris Ciuilis hodie autem cessare quam-
16 cumque dubietatem, † stante quod omnes ferè Doctores admittunt imputationis dotis in legitimam esse locum quotiescumque neptes propria filia, *ad text. in l. si viua Matre, C. de* 17 *bon. matern.* † maximè cum neptis iure repræsentationis matris succedat, & sicuti mater si vixisset imputare teneretur, ita debeat esse
18 de nepte. † Quia obiectũ huiusmodi optime diluitur, *ex d. respons. Giouagn. 92. lib. 1. sub nu. 13. & per decis. Bonon. impressam post d. responsum sub nu. 27.* vbi habetur, quod de tempore conditi Statuti huiusmodi quæstio erat valdè dubia, cum quatuor tantum DD. tenuissent opinionẽ pro imputatione, tres autem pro non imputatione dicẽtes opinionem dd. quatuor esse omninò falsam, & de illo tempore alij DD. reperti non fuerunt, qui super hac quæstione consuluissent, vndè cum ea sic remanserit dubia dicendum venit, vt per dictum Statutum illa quoque remanserit determinata, atque decisa, & attendendum est tempus quo dicta statutaria dispositio emanauit, non autem tempus hodiernum ad effectum considerandi dubietatem præsentis quæstionis, *vt in d. decis. Bonon. sub num. 26.*

19 Prout non reffragatur, † quod aliud Statutum Bononiæ *lib. 4. in rubr. de success. lib. ascen. desic. cond. testam. sub §. in qua legitima,* disponat vt filiæ, vel descendentes ex eis, si quæ dotatæ fuerint ab ipso Testatore dotem datam, & augumentum dotis sibi debeant imputare in legitimam, vndè admissa supradictorum Statutorum interpretatione daretur inter ista statuta contrarietas, quæ omninò debet euitari, iuxtà *text. in l. vbi repugnantia, ff. de reg. iur. c. inter dilectos de fid. Instrum. Rot. decis. 15. num. 10.*
20 *& decis. 250. nu. 15. part. 6. recent.* † Nam excluditur quæcumque contrarietas, & huiusmodi Statuta facillimè inter se conciliantur, illud enim *in lib. 4. sub rubr. de success. lib. ascend. desic. cond. testam. sub §. in qua legitima,* loquitur de dotibus proprijs, quas filiæ, vel neptes habuerunt immediatè ab earum partibus, vel ascendentibus, & istæ non dubitatur quin veniant imputandę, statuta autem, de quibus agitur, *dicta rubr. de dot. restit.* loquuntur tantum de dotibus, quas nepotes, vel neptes habuerunt mediatè vti hæredes matris, quæ dotem habuit, non autem de bonis, quæ iure dotium habuerunt immediatè ab ascendentibus, & istæ vt non imputentur, optimè declarat *Alex. consil. 117. sub num. 4. & 8. lib. 6. Giouagn. d. respons. 92. nu. 20. Rot. Bononien. ibid. num. 28. Monterent. in d. §. in qua legitima litt. F. verb. testatur, & dicto §. insuper etiam statuimus litt. D. verb. filiabus,* vbi quod dictum verbum descendẽtes refertur ad fœminas. Et iste intellectus statutorum est sumendus, non autem exaduerso prætensus, quod dictum statutum *de success. lib. ascend. desic. cond. testam.* loquatur in casu testati statutum verò *d. rubr. de dotis restit.* in casu intestati quia hæc interpretatio data exaduerso non subsistit, vt benè aduertunt *Giouagn. respons. 92. sub num. 20. §. similiter, & seq. & decis. Bononieñ post eumdem sub d. nu. 28.* & comprobat ratio ponderata in *dicta decis. R. P. D. Cerri d. §. procedit enim, ibi quia cum.*

21 Prædictis † neque aduersatur, *text. in l. illam, C. de collation.* licet in eo disponatur per neptes imputandam esse in legitimam dotem ab earum matre habitam, vt seruetur æqualitas. Quia cum habeamus statutariam dispositionem illi omninò contrariam ea est seruanda quamuis exorbiter à iure communi, *Bald. in l. cessante num. 11. C. quomod. & quand. Iudex, & in*
22 *in l. fin. §. si verò, C. de iur. deliber.* † ratio autem qua statutum in concursu præualere debet iuri communi, ac legi generali ea est, quia in loco statuentium habetur pro iure communi secundum *Bald. in l. quicumque, C. de seru. fugit. l. Gallus, §. si eius in 2. notab. ff. de liber. & posth. cum alijs relatis per Rotã in causa Mediolan. substentationis libri 26. Iunij 1617. corã Reuerendiss. Terracinen.*

Minimè etiam Dominis obesse visum fuit; quod in constitutione præfatæ dotis Ioseph Pater stipulatus fuerit illam sibi, ac Siluię eius filiæ deberi restitui, nulla hęredum facta mentione, vndè cum euenerit casus restitutionis ea esset Patri restituenda vigore stipulationis prędictæ adeòut filiæ Siluiæ illam à Iosepho Auo habuisse dicantur, non autem à matre super quo acriter insistebant informantes pro
23 Elena de Ferro, ac eius filiabus. Nam primò fuit ponderatum, quod in dicto Instrumento reperitur apposita clausula, *Præsentibus, &c.* quę vt comprehendat hæredes, & successores quoscumque, firmauit *Rota coram Seraphino decis. 703. num. 2.* & fuit dictum in *Romana Census 12. Iunij 1651. coram Eminentiss. D. Card. Ottbobono,* vbi plures cumulantur doctrinæ. Tollere deindè circa hoc quamcumque difficultatem visum fuit prędictum Statutum *d. rubr. de dot. restit. §. item dicimus,* dum per illud sancitur,
24 quod † mulier illam lucretur, ac possit de ea disponere etiam per vltimam voluntatem, quamuis dotans sibi illam reddi stipulatus fuerit, quæ verba cũ sint clara non admittunt inter-

interpretationem in contrarium, *l. ille, aut ille §. cum in verbis, ff. de legat. 3. l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. oblig.* & in terminis *Ruin. cons.* 148. *n.* 8. *lib.* 5. *Rota decis.* 135. *num.* 5. *par.* 7. *recent.*

25 Quo verò † ad diuisionem legati librarum 14. mill. facti à Iosepho Elenæ secundæ vxori vnà cum vsufructu bonorum, vt illud diuidendum sit æqualiter inter eam, & dictas sorores de Lucatellis, adeout vnicuique earum æqualis portio obuenire debeat iuxta dispositionem *text. in l. hac adictali, C. de secund. nupt.* quæ vt non restringatur ad solam proprietatem, sed comprehendat etiam vsumfructum latæ comprobatum fuit *in decis. R. P. D. Cerri,* in hac causa facti *sub §. secundo præmissa*. Eoque minùs in huiusmodi legato debet imputari sororibus de Lucatellis d. dos Siluiæ matris dum illam vt supra habuerunt non tanquam ab auo profectam, sed vt bona aduentitia matris, vt illius hæredes vt de se patet.

Neque huic diuisioni repugnat illud statutum Bononiæ *in §. si verò, sub rubr. de dot. restit.* disponens, quod extantibus filijs ex primo, & secundo matrimonio dos æqualiter inter filios vtriusque diuidatur in stirpes, & non in
26 capita, nulla deducta legitima, † cum tamen ex dispositione *d. l. hac adictali*. Diuisio fieri debeat in capita, non autem in stirpes, & legi-
27 tima ante omnia sit deducenda. † Nam respondetur, quod hic non agitur de dote mulieris, neque de illius successione, in quibus terminis loquitur dictum statutum, sed de successione in bonis Iosephi aui, de quo casu cum statutum nihil prouideat ex quo nullum prorsus de illo verbum facit in dubium reuocari non potest, quin tamquam casus omissus ille remaneat sub dispositione iuris communis, *ad textum in l. commodissimè, ff. de lib. & posthum. cap. in nostra de iniur. cap. penult. de iur. iuran. Tiraquell. de retract. consang.* §. 20. *gloss. vnica, num.* 11. *Surd. cons.* 416. *num.* 23. *Aut. Gabr. latissimè concl.* 4. *de success. ab intest. Rota decis.* 43. *nu.* 3. *& num.* 11. *par.* 7. *recent.*

28 Vnde frustrà hic obijcitur, † quod statutũ possit derogare, *d. l. hac adictali, C. de secund. nupt.* ac legitimam lædere, vt latè probat *Gratian. discept. for. cap.* 300. *num.* 6. *& seq. Rota diuers. decis.* 432. *num.* 3. *par.* 1. *& in recent. dec.* 15. *num.* 2. *& seq. par.* 4. *tom.* 2. *& in Romana successionis* 28. *Maij* 1646. *&* 14. *Iunij* 1647. *coram Eminentissimo D. Card. Corrado, & coram Merlino de-*
29 *cis.* 853. *num.* 6. *& seq.* † Quia conclusio huiusmodi sanè procedit, quando inter statutum, *d. l. hac adictali*, cadit incompatibilitas, & repugnantia, cum statutum, vt fuit supra osten-
30 sum præualet. † At quia in isto casu nulla considerari potest incompatibilitas, & repugnantia, ideo tam dispositio *d. l. hac adictali*, quam statutaria suum sortiri debet effectum, in casu suo vnà cum alteri in nihilo præiudicet, ac contradicat *Rota dicta decis.* 432. *&* 596. *part.* 1. *diuers. & firmat dicta decisio Reu. P. D. mei Cerri §. fin.*

Respectu verò legati librarum mille à Testatore relicti Cæsari Lucatello patri dictarũ sororum de Lucatellis nulla est habenda ra-
31 tio. † Quia dum fuit relictum sub conditione, quod à legatario acceptaretur, alias nullius esset momenti, & haberetur, ac si factum non fuisset, dum illud acceptatum non fuit ex propria declaratione Testatoris euanuit, vt vt benè ponderat per plures rationes *dicta decisio R. P. D. mei Cerri §. tum quia,* quibus addi
32 etiam posse videtur, † vt cum huiusmodi legatum fuerit relictum sub conditione acceptationis illud minimè computari possit in detractione, quia constat, quod idem legatarius dictæ conditioni non acquieuit recusando tale legatum, *Rota decis.* 482. *num.* 16. *parte* 4. *recent.*

33 Demùm non obstat, † quod legatum vsusfructus relictum a Iosepho Elenæ secundæ vxori restringi debeat ad alimenta dumtaxat, eo quia existunt filij communis matrimonij secundum consuetudinem Bulgari, quam vbique seruari dicit, *Boer. decis.* 194. *numer.* 4. *Gabr. de vsufruct. conclus.* 1. *Mantica de coniectur. lib* 9. *tit.* 7. quod propterea non patitur equalem illius diuisionem inter eamdem Elenam
34 ac dictas sorores de Lucatellis. † Nam verba dicti legati sunt adeò ampla, & prægnantia, vt intelligi omnino debeant de pleno, ac integro vsufructu, nec vllo pacto restringi possunt ad sola alimenta, vt firmatur in eadem decisione *R. P. D. mei Cerri sub §. & hinc non stat*, cum alijs adductis *in Firmana Codicillorum* 15. *Nouembris* 1649. *coram eodem R. P. D. meo Cerro, Negusant. iun. quæst.* 512. *numer.* 21. *Ciriac.*
35 *consil* 242. *num.* 2. *& alibi passim*. † Vltrà quod animaduerti etiam debet, quod dictæ Elenæ vxori relictus fuit vsufructus non soli, sed cum filiabus, quo casu non restringitur ad alimenta, sed vxor consequitur plenum vsumfructum dimidiæ, *Dec. consil.* 454. *Iuridicas num.* 3. *Natt. consil.* 297. *numer.* 1. *lib.* 2. latè *Gratian. disceptat. for. cap.* 70. *à num.* 48. *vsque ad num.* 51.

Et ita fuit resolutum vtraque parte informante &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Romana Casalis Veteris.

Lunæ 5. *Maij* 1653.

ARGVMENTVM.

Emphyteusim concessam ad tertiam generationem masculinam, expirasse per obitum illius sine filijs, qui erat in secunda generatione, minimèque in ea comprehendi fœminas descendentes ex masculis, licèt ipsæ dicantur de generatione masculina constanter firmatur, & in contrarium adductis plenè respondetur.

SVMMARIVM.

1 *Inuestitura facta ad tertiam generationem masculinam expirat per obitum sine filijs illius, qui erat in secunda generatione.*

2 *Nomen*, Generatio, *in abstracto sumptum duplicem*

eem habet significationem actiuam, scilicet & passiuam.

3 *Quod tamen passiuè accipiendum sit pro persona scilicet generata, non autem generante.*

5 *Fœmina ex masculo progenita, quando non comprehendatur in emphyteusi ad generationem masculinam concessa, & num. 6.*

6 *Fœminæ à masculis procreatæ dicuntur de generatione masculina.*

7 *in Emphyteusi concessa pro se, filijs, & nepotibus per lineam masculinam descendentibus non comprehenditur filia primi acquirentis.*

8 *Instrumentum recipit declarationem à capitulis pro illius celebratione confectis, & in ipso instrumento insertis.*

9 *Adde, quod si Instrumentum habeat relationem ad capitula, de verbo ad verbum in ipso inesse censentur.*

10 *in Emphyteusi, hæredum appellatione, quando veniant solum hæredes sanguinis.*

11 *Et quid si fuit apposita qualitas masculinitatis.*

12 *Emphyteusis concepta pro masculis hæredibus, intelligitur de filijs, & nepotibus masculis, & substantiuum illud hæredibus, declaratur ab adiectiuo masculis.*

13 *Masculinum non concipit fœmininum in præiudicium Ecclesiæ.*

14 *Fœminæ comprehenduntur in contractu locationis, licèt quando versaretur in contractu emphyteutico, censeantur exclusæ.*

15 *Intellige quando exclusio deduceretur ex natura contractus, secùs si ex illius verbis.*

DECISIO CCCXII.

PRAEVIIS Capitulis in Instrumento desuper confecto insertis RR. Prior, & Canonici Regularis Sancti Petri ad Vincula concesserunt vsque de anno 1574. bon: mem: Ioannis Baptistæ de Victorijs quoddam eorũ Casale, vulgò Casal vecchio nuncupatum, *à terza generatione masculina legitima, e naturale cominciando da tutti li suoi figliuoli nati, e da nascere &c.* cum alijs pactis ibidem adiectis, quantitatem, & modum annualis pensionis, manutentionem bonorum, ac alia concernentibus & signanter consolidationem vtilis dominij cum directo finita tertia generatione præscribentibus. Cum autem per obitum Marci Antonij nepotis ex filio primo acquirentis absque prole, defuncti anno 1649. moderni Abbas, & Canonici deuolutionis iudicium intentassent contra D. Principissam Dianam illius sororem, & legitimam hæredem; Dubium hodie proposui, An Inuestituræ essent finitæ, & per Dominos affirmatiuè responsum fuit: De concessis enim præcedenter Bernardino de Victorijs anno 1539. & deinde Iulio Porcario nulla est inter partes controuersia, quia illa temporis annorum 20. ei prostituti lapsu, ista ex defectu beneplaciti Apostolici,
1 & ex cessione ipsius filij euanuit; † Vltima verò vt supra ad tertiam generationem masculinam concepta per mortem Marci Antonij sine filijs, qui erat in secunda generatione expirauit, *§. emphiteusim, auth. non alien. rebus Eccles. Clar. in §. emphiteusis q. 42. Corb. de caus. priuat. ob finit. lin. num. 1. Rota decis. 390. num. 2. parte 1. decis. 121. num. 18. par. 7. recent.* cum alijs relatis in *Rauennaten. Domus 14. Iunij 1649. & 17. Martij 1651. coram Reuerendissimo Tarraconen.* esto quod D. Principissa Diana vti descendens ex masculo in huiusmodi Inuestitura se com-
2 prehensam esse contendat; † Nam licet verbale nomen *generationis* in abstracto sumptum duplicem præseferat significationem actiuam scilicet, & passiuam ad *textum in l. filius fam. 16. vbi gloss. ff. de testam. & in §. testamenti autem factio-*
3 *nem inst. de hered. qualit. & differ.* † In concerto tamen alicuius concessionis, quando ponitur, vt hic ad denotandam personam, quę post primum acquirentem debeat succedere, ibi, *Cominciando da tutti i suoi figliuoli &c.* passiuè accipiendum est pro persona scilicet generata, non autem pro generante, vt ex *Bartol. probat in auth. si quas ruinas, num. 3. C. de sacrosan. Eccles. in auth. quod defuncto, num. 2. C. ad Tertull. Præpos. in cap. 1. §. 1. num. 7. qui feud. dar. poss. Corn. consil. 219. num. 11. lib. 2. cons. 190. num. 1. ad fin. lib. 4. Soccin. sen. cons. 25. sub num. 4. volum. 1. Menoch. cons. 1066. sub num. 2. Rauden. resolut. 16. num. 17. Rota coram bo: me: Merlino decis. 420. sub num. 4.*
4 *decis. 314. num. 2. parte 5. recent.* † & ideò cum illud in præsenti non sit prolatum ad exprimendum actum generandi, in quo generans est masculus, sed respiciat dumtaxat personã ab ipso generatam, hinc fit, quod vigore eiusdem significationis passiuę, solus masculus ex masculo, non etiam fœminina, licet ex masculo progenita, dici possit generatio masculina in huiusmodi inuestitura successibilis, vt probat *Corn. dicto cons. 190. vol. 3. Castr. cons. 300. sub num. 1. col. 2. lib. 2. Paris. cons. 22. num. 26. lib. 3. Menoch. cons. 883. num. 14. Peregr. de fideicommiss. art. 22. num. 28. Sim. de Prat. de interp. vltim. volunt. lib. 3. interp. 3. dub. 1. fol. 11. num. 67. vers. item sub his collectiuis, Fusar. de substitut. quæst. 329. num. 5. Gratian. disceptat. 295. num. 2. & 3. discept. 999. n. 3. Rota coram bo: me: Merlino decis. 454. num. 13. repetita in recent. decis. 513. num. 12. in fin. par. 5.*

5 Nec vrget, † quod fœminæ à masculis procreatæ dicantur de generatione masculina secundum *Capr. consil. 82. num. 8. quem sequitur Mantica de tacit. lib. 22. tit. 15. num. 16.* Quia obiectum forsan instare posset vbi concessio facta legitur his, qui sunt de generatione masculina, non verò applicatur quando, prout hic, ad tertiam generationem masculinam est concepta, & sic ipsi generationi dirigitur;
6 quo casu ex preallegatis non veniunt nisi masculi ex masculo, qui dicuntur generatio masculina non autem fœminæ, quæ dicuntur generatio fœminina, vt declarando præfatas authoritates, respondit *Gratian. dicta discep. 295.*
7 *num. 11. & 12.* & hac moti ratione † filiam primi acquirentis in emphiteusi pro se, filijs, & nepotibus per lineam masculinam descendentibus, non sucedere firmarunt, *Castr. in l. maritus 21. num. 5. vers. ego, ibique Iacob de S. Georgio num. 16. C. de procur. Alex. cons. 53. num. 6. volum. 6 Dec. cons. 319. nu. 1. vers. sed temen, Aldobr. cons. 27. num. 26. vlo. 1. Ruin. cons. 4. num. 1. vol. 3. Paris. consil. 22.*

sil.22.num.44.lib.3. Curt.iun.cons.44.num.8.in fin. Clar.in §.emphiteusis qu.33.num.2. versic. apparet, Caldas de nominat. emphit.lib.2. quæst.24. num.86. Peregr.de fideicomm.art.26.num.28. Molin. de primogenit.lib.1.cap.6.num.38. Fusar.de substit. quæst. 346. num.36. Modern. Fulginaten.tit.de success.q.9. num.2.& 15.alijque relati in Bononieñ fideicommissi de Barberijs 5. Decembris 1650. §. siquidem, coram Eminentissimo D.Cardinali Corrado, confirmata 19. Februarij 1652. coram R.P.D. meo Bichio.

8 Minùs obstat, † quòd adiectiuum illud *masculinam* in solis dumtaxat capitulis, non etiam in Instrumento scriptum legatur; quia cum illa pro istius forma desuper celebrandi confecta fuerint,& in eodem, vt dictum fuit, inserta, iuxta eorum tenorem, ideò Instrumentum recipit declarationem, *Surd.decis.70 num.3. versic. sed his non attentis, Rota decis.194. num.48.par.5. decis.150.nu.16. vers. semper enim, par.6.recent. in Romana situs 25.Maii 1644.coram Reuerendiss. Terracineñ,& in Rom. Vineæ 26.Iunij 1645. in princ. coram R.P.D. meo Bichio,cum alijs per Adden. ad san:mem: Greg. XV. decis.168.nu.8.*

9 eoque † magis, quia in præsenti, ad dicta Capitula expressâ sæpiùs habita fuit relatio, quæ operatur, vt de verbo ad verbum in ipso inesse censeatur, *l.asse toto 77.vbi Bart. ff.de hared. instit. gloss. in l. si negotium 16. verb.gestorum, C.de negot.gest. Rota coram Seraphino decis.451. num.4. coram Penia decis.280. num.34. coram Buratto decis.61.num.6. coram Coccino decis.487.nu.1. coram & seq. & in Rauennateñ domus 14. Iunij 1649. §. quoniam, coram Reuerendissimo Tarraconen.*

10 Hunc autem † continuatæ masculinitatis concursum, vt supra requisitum non excludere visa sunt verba illa, *Gio: Battista, e suoi heredi*, in Instrumento superaddita, licet semel, ac iterum repetita; Quia verificatur in hęredibus sanguinis comprehensis in Inuestitura, *Castr. in l.etiam 19. num.4. ff. solut. matrim. Ruin. cons.161.num.9. vers. & d.etiam opinio,lib.1. Bero. cons.102.num.14.lib.1. Decian.consil.171. num.5. Honded. cons.82.num.19.lib.1. Cephal. consil.400. num.5.& 6. Mantica.de tacit.lib.22.tit.19.num.20. Rota coram Seraphino decis.868. num.1. & decis. 407. num.4.par.4. decis.211.num.3.& 4. par.6.recent. in Caietana bonorum 3.Decembris 1646. §.iustitia coram R. P. D. meo Cerro, & in Romana deuolutionis domus 10.Decemb. 1651. in princ. coram*

11 *R.P.D.meo Bichio,*† & vti apposita post factam concessionem ad tertiam generationem masculinam, cum eadem sexus qualitate sunt intelligenda, *Castr.cons.190.lib.2. Dec.cons.319. num.2. Rota coram Verall. decis. 16. num.4. & 5. par.2. coram bon: mem: Durano decis.300. num.14.*

12 & † in terminis quod concepta emphiteusi pro masculis hæredibus, substantiuum illud, hęredibus, declaretur ab adiectiuo, masculis, adeout intelligatur tantum de filijs, & nepotibus masculis, probat *Bald. in l. Caius num.3.*

13 *vers Raynutius, ff. solut. matrim.* † quæ opinio eo libentiùs in nostro casu venit,amplectenda quia est fauorabilis Ecclesiæ, in cuius præiudicium masculinum non continet fœmininum, idem *Bald. in l.2. num.7. C. de iure emph.* & ex communi DD. sententia, firmat *Tiraquell. de retract. lignag. §.1. gloss. 9. num.181. cum seqq. Gabr.de verb. signif. concl.6.num.95. Clar.in §. emphiteusis quæst.31. versic. sed si fuerit concessa, Gratian. discept.295. num.10.* & probauit *bo: me: Cantuccius insignis Rota Auditor in suo voto, quod habetur inter decisiones diuersor. decis.125. num.13. par.2. aliique relati in Mantuana emphyteusis 7.Iunij 1638. §. & facit in contractibus, coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Faneñ, seu Senogallieñ bonorum super bono iure 14. Martij 1646. §. quod autem, coram R.P.D. meo Meltio.*

14 Nec releuat, † quod prædicta procedant in emphyteusi Ecclesiastica non autem in locatione, in qua regulariter fieri solet interpretatio pro inclusione fœminarum, vt distinxit

15 *Rota decis.737.num.4.par.4.tomo 3. recent.*† Quia, quidquid sit an concessio, de qua agitur, sapiat naturam locationis, vel emphyteusis, cũ pro vtroque contractu plures in præsenti militent hinc inde præsumptiones coniecturæ, latè per informantes congestæ, cessare visa est difficultas, ex quo fœminarum exclusio hic non deducitur ex natura contractus, sed ex eius verbis, præcisam conuentionem, & restrictionem ad tertiam generationem masculinam importantibus,quæ siue agatur de emphyteusi, siue de locatione, masculos dumtaxat, non autem fœminas comprehendunt; vt respondit *Rota coram Seraphino decis.868. per tot. in Romana domus 22. Aprilis 1644. coram Eminentiss.D.Card.Cecchino,& 19.Iunij 1645.coram Eminentiss.D.Card.Otthobono.*

Et ita decisum vtraque &c.

R. P. D. Z A R A T E

Compostellana Coadiutoriæ.

Veneris 9. Maij 1653.

A R G V M E N T V M.

Resignatio Beneficij cum annua pensione, & cum pacto illam extinguendi in tot annatis, & non aliàs, aliter, nec alio modo, an possit redargui de defectu consensus,ex quo in supplicatione non fuit petita facultas dictam pensionem extinguendi, sed à Papa, quia agebatur de Parochiali, fuit adiecta clausula, *dummodò remaneant centum pro Rectore*, non minùs clarè, quàm eruditè tractatur.

S V M M A R I V M.

1 *Clausula*, non aliàs, aliter, nec alio modo *quid operetur?*

2 *Clausula*, dummodo remaneant centum pro Rectore, *semper apponi solet in pensione, quæ constituitur super Parochiali.*

3 *Pensio reseruata cum clausula*, dummodo remaneant centum pro Rectore, *an intelligenda sit de ducatis auri de Camera, vel moneta iuxtà morem Regionis.*

4 *Procurator constitutus ad exprimendum valorem Beneficij in certa summa monetæ alicuius Regionis, non potest illam extendere ad monetam auream, vel argenteam.*

5 *Valor*

5 *Valor Beneficij expressus per assensum in certa summa in mandato procuræ, potest exprimi à Procuratore in maiori quantitate per non excessum. & quare.*

6 *Valor beneficij expressus per non excessum, in qualibet modica quantitate verificatur.*

7 *Valor beneficij quantum differt, si exprimatur per ascensum, vel per non excessum.*

8 *Supplicatio originalis Papæ porrecta, si non reperitur, præsumptio stat pro expeditoribus, quod adimpleuerit adimplenda, & quod cum gratia concordat.*

9 *Resignatio subsistit, quamuis pactum extinguendi annuam pensionem in tot annatis in supplicatione expressum fuerit à Papa reiectum.*

10 *Pensio extinguenda in tot annatis, aut nunquam, aut rarò, aut ex magna causa concedi solet.*

11 *Mandatum procuræ censetur satisfactum, quamuis fuerit omissum facere diligentias superfluas.*

12 *Resignatio cum annua pensione, cum pacto illam extinguendi in tot annatis, quado redargui non possit de defectu consensus, si non fuerit impetrata facultas extinctionis.*

13 *Ius tertij non potest quis opponere.*

14 *Secùs quando esset exclusiuum iuris agentis, declara procedere vt num. 15.*

16 *Pensio quando reseruari possit ad fauorem filij illegitimi, super beneficio ab eius patre retento, & num. 18.*

17 *Procurator qui seruauit formam in mandato procuræ præscriptam, non potest de non adimplemento redargui.*

19 *Consensus pro reseruatione pensionis adnotatus à tergo litterarum Apostolicarum, præsumitur legitimè præstitus.*

20 *Libris Datariæ omnino debet fides adhiberi, nec eos licet de mendacio arguere.*

21 *Mandatum procuræ, cuius vigore fuit facta substitutio, si fuerit amissum, an & quando in eo facultas substituendi adfuisse præsumatur, & n. 22.*

22 *Mandatum procuræ legitimum, præsumitur ex magna impensa facta à Procuratore.*

24 *Scripturarum falsificatio, ex quo intra certum tempus ad Vrbem transmitti non potuerint, vt excludatur, quid sufficiat.*

25 *Gratiæ substantia ex data, non autem ex registratione perficitur.*

26 *Intellige dum supplicatio non laceretur, aut alteri prouideatur.*

27 *Registrum Datariæ non probat tempus datæ supplicationis, & quare.*

28 *Beneficium ex quo remaneat affectum Sedi Apostolicæ, itaut Ordinario de illo non possit prouidere.*

DECISIO CCCXIII.

IMPVGNATA fuit hodie, sed non expugnata decisio in hac causa edita 7. Februarij proximè præteriti coram Reuerendissimo Tarraconen. * In qua resolutum extat litteras Apostolicas esse iustificatas, & in ea controuersia circa personas Coadiuti, & Coadiutoris fuit omninò sublata, verùm illa solum remansit circa consensum Coadiuti, & & ipsius adimplementum mandati, sed pluribus conditionibus; † quibus non adimpletis
1

gratia per Procuratorem expedita inutilis prætenditur, præsertim cum clausula, *non aliàs aliter, nec alio modo*, inserta legatur in eodem mandato, quæ consensum ab actu remouet, iuxta tradita per *Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 40 num. 272. & quæst. 41. num. 35. Rota penes Buratt. decis. 437. num. 3. cum alijs adductis in Valentina Parochialis 8. Februarij 1644. vers. vnde resignatio, & 28. Aprilis 1645. coram R. P. D. meo Cerro.*

Sed nihilominus perstiterunt DD. in decisis: Siquidem visum fuit sufficienter conditiones fuisse adimpletas; nec primo illam defecisse scilicet, quod super beneficio Parrochiali resignando à Iosepho fratre Coadiutoris, reseruari debet pensio annua ducatorum centum monetæ Hispaniæ ad fauorem Antonij de Zarraga libera à subsidio, & excusato, & alio quocumque onere imposito, vel imponendo, ex eo quod Procurator excessisset, dum in supplicatione apposuit clausulam *Dummodo remaneant centum ducati auri de Camera pro Rectore*, vel ex eo, quod gratiam ita concessam acceptauit, cum ex onere pensio
2 libera dici non posset. † Nam ista obiectio facilè diluitur, cum clausula *Dummodo*, semper censeatur excepta, vti consueta à Parrochialibus tanquam à Iure proueniens ex dispositione Concilij Tridentini *sess. 24. de refor. cap. 13.* vbi plures refert *August. Barbos. in Collect. num. 13.*

3 Nec ex eo magis, † quod Procurator in supplicatione apposuit, & acceptauit gratiam sub reseruatione dictæ congruæ Parrochialis ducatorum centum auri de Camera, potest dici fines mandati excessisse cum pro ista ratione sufficeret reseruare centum ducat. monetæ illarum partium, ex traditis per *Barbos. vbi proximè num. 14.* vt fuit decisum per Sacrã Congregationem Concilij ibi relatam. Nam præter alias responsiones tollitur hæc replicatio ea ratione, quia de dicta reseruatione nihil fuit cautum in mandato procuræ aduersus, quod in hac parte possit considerari transgressio Procuratoris, & defectus voluntatis Coadiuti, super quo dicta clausula, *non alias, aliter, nec alio modo cadere possit*; quo casu magis liberum fuit Summo Pontifici pro suo libito, vel in moneta Regionis, vel in moneta Cameræ congruam reseruare Rectori; Præterquam cum fructus beneficij narrentur in ducatis de Camera, clausula *Dummodo*, intelligitur etiam de ducatis de Camera, vt tradit *Garz. de benef. par. 1. cap. 5. num. 373.*

Vnde etiam tollitur alia replicatio scilicet, quod non possit verificari prædicta conditio, cum non remaneant centum auri de Camera liberi pro Rectore, stante quod fructus dictæ Parrochialis ex confessione partium in mandatis procuræ ascendunt ad ducat. 260. monetæ Hispaniæ, vt in Summario Roderici n. 1. qui iuxta communem sensum debent intelligi de moneta de Vellon, ex quibus detractis ducatis 140. pro duabus pensionibus remanent solum ducati 120. dictæ monetæ, qui non efficiunt 100. ducatos auri de Camera, iuxta conditionem in gratia appositam: Nam centum

centum ducati auri de Camera excedunt ducatos 180. Hispaniæ de Vellon, vt ostenditur ex supplicatione, Summario num. 2. in qua centum ducati Hispaniæ computatur pro ducatis 55. auri de Camera, ac præterea cum dicti ducati 260. intelligantur de moneta de Vallon, non possunt constituere ducatos 180. auri de Camera, in quibus fuit narratus valor beneficij.

4 Etenim † ista obiectio non subsistit, quia licet verum sit, quod dicta quantitas ducatorum 260. simpliciter prolata intelligenda sit de moneta de Vallon Hispaniæ, & facultas sic exprimendi Procuratori præscripta non possit extendi ad monetam auream, vel argenteam, vt in puncto tenet *Amaya ad tit. C. de collat. æris num. 37. lib. 10. Modern. Hispan. in laberynto credit. par. 2. cap. 8. num. 62. qui relatis Carranca, Amaya, & Negueroll.* ostendit quanta sit differentia prædictas monetas. Tamen ex eo nullus po-
5 test argui excessus, † siquidem in mandato valor beneficij in scut. 260. expressus fuit per ascensum, non autem per excessum absque vlla taxationis restrictiua, quo casu maior quantitas non excluditur, nec opponitur expressioni factæ in supplicatione in scut. 180. auri de Camera per non excessum, cum verum sit beneficium 100. ducat. non excedere 1000. *l. cum furti, ff. de in lit. iuran. l. siquidem, C. de transact. §. sin minus, vbi Ias. num. 2. instit. de act. post. Aretin. ibi Grammat. decis. 68. num. 4. Gregor. decis. 317. num. 4. Rota par. 7. recent. decis. 45. nu. 22.*
6 & † in qualibet etiam modica non excessus verificatur, *Lotter. de re benef. lib. 1. qu. 38. nu. 58.*
7 *Rota coram Mantica decis. 138. num. 2.* † & de ista differentia inter ascensum, & non excessum, *Rota coram Merlino decis. 237. num. 1. & coram Seraphino decis. 1017. num. 5.*

Minùs autem officit, quod cum alia pensio ducat. 40: reseruata fuerit ad fauorem Iosephi resignantis cum pacto hanc illico extinguendi pro vndecim annatis, Procurat, qui consensum præstitit dicatur defecisse, quia non expressit hanc conuentionem, nec impetrauit facultatem extinctionis, qua mediante, si Papa iam concessisset, aut non apposuisset quoad aliam pensionem dictam conditionem, *Dummodo remaneant centum ducati auri de Camera pro Rectore*, aut si denegasset neque Coadiutoria, neque resignatio effectum sortiretur: Nam hæc obiectio multipliciter cessare visa fuit.
8 Primò, † quod cum supplicatio originalis non fuerit exhibita non benè concluditur prædictam facultatem non esse petitam, & cum non reperiatur præsumptio stat pro expeditoribus, quod adimpleuerint adimplenda, & quod cum mandato concordet. *Paris. de resig. lib. 8. quæst. 8. num. 83. Rota apud Verall. decis. 174. num. 1. & seqq. par. 2. in Elboren. Pensionis 20. Iunij 1633. coram bon. mem. Card. Hieronymo Verospio,*
9 *§. 2. pro responsione, ad med.* † Immo etiam præsumitur prædictum pactum à Sanctissimo fuisse reiectum, quod non impedit quin resignatio subsistat, *Paris. dicto tract. de resign. lib. 99. quæst. 17. num. 141. vers. hoc tamen, Rota coram Verall. decis. 89. num. 2. & 3. par. 3. decis. 887. num. 2. par. 4. diuers. & in dicta Vallentina Parochialis 28. Aprilis 1645. & 18. Maij 1645. coram R. P. D.*
10 *meo Cerro*, † præsertim cum dicta gratia, aut nunquam, aut rarò, aut ex magna causa con-
11 cedi soleat; † qua propter diligentiæ Procuratoris essent superfluæ, & quamuis fuissent omissæ adhuc non diceretur satisfactum non fuisse mandato, *Gonzal. ad regul. 8. Cancel. gloss. 12 num. 86. & 91. Rota per Verall. d. decis. 89. num. 3.*
12 *& decis. 201. num. 32. par. 4. tom. 2. recent.* † Eoque magis cum adiecta fuerit clausula, *Si Sanctissimo placuerit*, quo casu cum pactum extinctionis conceptum fuerit sub beneplacito Sanctissimi gratia principalis de defectu consensus redargui potest, *Rota coram Cassad. decis. 2. num. 3. de Simonia decis. 3. num. 2. de renunc. & decis. 538. num. 7. 18. 20. 22. par. 4. tom. 3. & decis. 259 num. 75. par. 5. recent. & in Bracharen. Parochialis 21. Maij 1635. §. & Domini, cum seqq. confirmata 17. Decembris 1635. in princip. coram bon. memor. Coccino, in dicta Valentina Parochialis 28. Aprilis 1645. & 18. Maij 1646. coram R. P. D. meo Cerro.*

Præterquam tale pactum vti respiciens cōmodum resignantis non autem Coadiuti non potest ex defectu consensus istius annullare
13 gratiam Coadiutoriæ; Nam hoc esset opponere de iure tertij, quod non debet admitti tàm respectu huius pensionis, quàm alterius ducat. 100. vt firmatum fuit in decisione quę
14 reuidetur *in §. vltra quod.* † Nec releuat, quod Rodericus possit excipere de iure tertij, quan-
15 do illud est exclusiuum iuris agentis: † Siquidem hæc regula procedit, quando tertius declarat se tali iure vti velle, vt probatur in decisionibus allegatis *in d. §. vltra*, & explicat *Bart. & Soccin. in l. 2. ff. de except. rei iudic. Scacc. de iud. par. 2. cap. 7. cas. 3. memb. 2. num. 434. Virgil. de legitim. person. in prælud. num. 159. versic. quod dixi, & in Romana fideicommissi de Guidis 25. Iunij 1629. §. sed neque, coram bon. mem. Card. Hieronymo Verospio.*
16 Ex qua † etiam ratione remouetur obiectum deficientiæ consensus, & adimplementi mandati ob non factam expressionem, quod Antonius pensionarius esset filius Melchioris Coadiuti, vt satis fit in alia decisione *d. §. vltra* præterquam vt respondetur *in §. quoniam expressio*, illegitimitatis Antonij facta fuit per eademmet verba, quę continebantur in man-
17 dato procuræ; † Quare dum formam in mādato pręscriptam Procurator in supplicatione seruauit non potest de non adimplemento redargui, vt dictum fuit in dicta decisione in *§. nec dicatur.*
18 Vnde † nihil interest, quod dubitetur de valorae dictæ pensionis, iuxtra tradita *in Conchen. pensionis 21. May 1649. coram Eminentissimo Corrado, & 14. February 1650. coram R. P. D. meo Bichio*, & animaduertitur in decisione, quæ reuidetur in *§. quoniam*, cum hoc etiam absque discrimine non procederet, attentis verbis *Concil. Trid. sess. 25. cap. 15. de reformat.* vt explicant plures allegati *à Barbosa ibi num. 35.* & in isto casu magis prodesset expressioni factę de valore beneficij, & capacitati ipsius de medio sublata ista pensione.

Vlte-

10 Vlterius non obstat, † quod dicatur consensum prestitum fuisse à persona minùs legitima, cum appareat quendam substitutum illum præstitisse, de cuius substitutione non constat: Siquidem ostenditur actualis exhibitio mandati in vita Coadiuti, Summario responsionis Idelphonsi num. 2. & prestatio cōsensus legitur adnotata à tergo litterarum, Summario Roderici num. 3. ex quibus præsumitur litteras eb Officialibus expeditas non fuisse, nisi præuia prestatione legitimi consensus, *Rota coram Capūtaq. decis. 120. part. 1. &*
20 *in recent. decis. 20. num. 4. & seqq. par. 6. recent.* † Et comprobatur ex eo, quod libris Datariæ omnino debet fides adhiberi, nec eos licet de mendacio arguere, *vt per Modern. Auenionen. quæst. benefic. cap. 70. num. 12. Rota penes Buratt. decis. 88. num. 4. & 5.*

11 Nec releuat, † quod Instrumentum mandati, quod Notarius in actu prestationis consensus asseruit penès se admissum fuisse hodie in eius actis non reperiatur, quia imò stante de perditione præsumitur, quod in Instrumēto producto contineatur facultas necessaria, presertim quod in calce mandatorum procuræ apponi consueuerunt substitutiones propria manu substituentis, *Andr. decis. 9. num. 6. vers. eo enim, & decis. 143. num. 11. par. 2. diuers. & in Ianuen. separationis thori 27. Nouembris 1652. §. hinc releuans, coram R. P. D. meo Meltio.* Eoque faciliùs talis præsumptio debet admitti, quia in processu de partibus quoque legitur tenor mandati procuræ cum expressa facultate substituendi, quibus præeuntibus eo faciliùs substitutio præsumi potest.

22 Accedit etiam, † quod substitutus est minister substituentis, & publicè gerebat, & gerit alia eiusdem substituentis negocia, *Rota in Conchen. Beneficij 4. Aprilis 1608. §. secundò mul-*
23 *tum, coram Card. Sacrato.* † Et amplius prestatio consensus, & expeditio litterarum facta per substitutum fieri non potuerunt sine magna impensa, ex qua pariter præsumitur legitimum mandatum, *Gregor. decis. 44. num. 5. & decis. 325. num. 1. & ibi Adden. num. 6. Add. ad Buratt. decis. 593. num. 12.*

24 Quapropter † excluditur obiectio, quod mandatum procuræ non potuerit ab Hispania venire de tempore consensus cum contrarium appareat ex actuali exhibitione, ac etiam cum inter Rogitum mandati factum sub die 28. Nouembris vsque ad diem consensus lapsi fuerint 35. dies, atque ideo plus tempus sit ad iter cōficiendum cum per mare 10. dies sufficiant, & in sex diebus litteras haberi posse, firmauit *Rota in vna Dertusen. Beneficij, quam tradit Gomez. in regula de verisimili notitia quæst. 5. num. 1. & 2.* Quamobrem nihil in contrarium concludunt Testes prò parte Roderici dati, Summario num. 4. quatenus deponunt quod Tabellarius Ordinarius de eo tempore post tres menses Romam aduenit: Siquidem alia via quam per Ordinariū transmitti potuerunt, & aliquando per Ordinarium, & Extraordinarium transmittuntur, & per duplicatum & triplicatum, vt accedit in præsenti, & probatur ex depositione trium testium ex parte Roderici examinatorum eius Summario num. 4.

25 Nec magis obstat, † quod dicatur solutionem componendæ, & registrationem supplicationis factas fuisse post obitum Coadiuti, cum id nullo modo iustificetur, & quamuis iustificaretur nullatenus releuaret, quia substantia gratiæ ex data, non ex registratione perficitur, vt tenet *Rota in Romana legati pij 4. Februarij, & 12. Maij 1628. coram bon. mem. Coc-*
26 *cino, & decis. 281. num. 6. coram Merlino.* † Dum tamen interim supplicatio non laceretur, aut alteri prouideatur, vt notatur in *Asten. Coadiutoriæ 21. Iunij 1652. §. tandem, & §. licet, coram*
27 *R. P. D. meo Celso,* † vbi etiam additur, quod ex eo, quod in libro Registrationis post obitum Coadiuti legatur factam fuisse registrationem non ex eo probari tūc temporis factam fuisse registrationem cum non soleant supplicationes semper statim describi, sed aliquando notentur post quatuor, & quinque menses, vt traditur *in dicta decis. Asten. in §. huiusmodi,* & latiùs declaratur, & comprobatur *in ead. Asten. 14. Februarij 1653. coram eodem D. meo Celso, & eo minus, cum duobus seqq.*

28 Demum † quia etiam supposito, quod gratia Sanctissimi esset inutilis nullum ius Roderico ex prouisione Ordinarij potuit acquiri cum per solam Signaturam supplicationis intraret appositio manus Pontificis, & consequenter affectio, quæ ligat manus Ordinarij, *Gonzal. ad regul. 8. Cancell. glos. 52. num. 15. & n. 48 vers. licet secus, Rota decis. 45. num. 31. par. 6. & decis. 237. nu. 2. par. 7. recent. & apud Buratt. decis. 36. num. 2. & seqq.*

Atque ita pro confirmatione decisionis vtraque parte audita &c.

Decisio ista in hac causa facta sub die 7. Februarij 1653. coram Reuerendiss. Tarraconen. est inter eius impress. decis. 492.

REVERENDISSIMO P. D. MELTIO
Posteà Episcopo PAPIEN.

Pampiloneñ Vicariæ.

Mercurij 26. Maij 1653.

ARGVMENTVM.

Immemorabilis vt probata remaneat quæ requirantur, atque vt excludatur, quid sufficiat primo loco discutitur. Beneplacitum Apostolicum etiam in transactionibus de rebus Ecclesiæ requiri firmatur, & quando ex cursu temporis præsumendum sit clarè demonstratur. Demùm præsentationes quando non constituant Præsentantes in quasi possessione præsentandi eruditè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Vnio operatur vt iura Ecclesiæ vnitæ spectent ad Ecclesiam, cui fuit facta vnio.*

2 *Testes*

2 *Testes examinati in vno iudicio, quando non probent in alio.*
3 *Immemorabilis vt probata remaneat per testes quomodo deponere debeant.*
4 *Aetas vltra centesimum annum est inuerisimilis.*
5 *Diuersitas causarum, quando frustra allegatur.*
6 *Immemorabilis pro sua essentia requirit, quod initij memoria adsit.*
7 *Immemorabilis excluditur ex solo rumore, & tumultu in contrarium.*
8 *Beneplacitum Apostolicum omnino requiritur in transactione de rebus Ecclesiasticis.*
9 *Transactio nulla de rebus Ecclesiasticis non ligat Ecclesiam, nec etiam successores in ea.*
10 *Beneplacitum Apostolicum non præsumitur ex lapsu temporis.*
11 *Secùs quando vltra lapsum temporis concurreret indiuidualis obseruantia contractus.*
12 *Et circa huiusmodi obseruantiam plena requiritur probatio, & non sufficit præsumptiua, & coniecturata.*
13 *Concordia semel impugnata, non potest deinde quis ab ea iuuari.*
14 *Concordia facta cum pacto resolutiuo in casum contrauentionis, vt remaneat inefficax, quid sufficiat.*
15 *in Iudicio possessorio mera facti insistentia attenditur.*
16 *in Iudicio petitorio ius, & non factum discutitur.*
17 *Probationes quæ sufficiunt pro manutentione, non satisfaciunt ad obtinendum in petitorio, & quare.*
18 *Probationes, quando non constituant in quasi possessione præsentandi.*
19 *Præsentationes factæ post litem contestatam super iure præsentandi, non sunt habendæ in consideratione.*
20 *Iuspatronatus acquiri non potest in Ecclesia Regulari absque priuilegio Apostolico.*

DECISIO CCCXIV.

CONTROVERSIA, quæ vertit inter Abbatem, & Monasterium S. Mariæ de Yerache ex vna, & Occonomos, ac Parrochianos Ecclesiæ S. Ioannis de Estella ex altera super iure nominandi Vicarium dictæ Ecclesiæ S. Ioannis, fuit per duas sententias Rotales decisa ad fauorem præfati Abbatis, ac Monasterij, sed non acquiescen. adhuc præfatis Parochianis, & commissa mihi appellationis causa in tertia instantia. Dubitaui an dictę sententiæ Rotales essent cõfirman. vel infirman. & DD. causa plures proposita, ac vltimo loco resoluta illas confirmandas esse
1 censuerunt. † Omissa enim validitate dictarũ sententiarum, quæ nec etiam ab ipsis Parochianis fuit impugnata illarum iustitia satis clara ex eo visa fuit, quia firmata vnione dictę Ecclesię S. Ioannis facta ad fauorem Monasterij S. Mariæ Yerache, de qua dubitari hodie non potest cum illa fuerit iam per tres sententias, nempe bon. mem. Coccini, Penię, & Lancellotti canonizata, venit in necessariũ consequens, quod ius nominandi Vicarium Ecclesię vnitę spectet ad Abbatem Ecclesiæ, cui vnio facta reperitur, *ad textum in cap. super ea iuncta gloss. in verb. annexa de praben. in 6. & cap. 1. de Cappell. Monach. & cap. de Monach. de praben. Rota in recent. decis. 112. num. 1. versic. quia quando, part. 1. decis. 579. num. 4. versic. minus etiam reuelat, decis. 710. num. 2. vers. nam dicebam, par. 2. decis. 16. num. 12. & 15. par. 6.* vbi dicit hoc esse de mente Sac. Congregationis Concilij, *& in Tirasonen. iuris præsentandi 23. Maij 1588. coram Bubalo, & in Barchinonen. Beneficij 9. Februarij 1624. confirmata 19. Maij eiusdem anni coram bon. mem. Merlino*, & ita censuit etiam ead. S. Congregatio Concilij, vt pluribus declarationibus relatis firmat *Garz. de benef. par. 9. cap. 2. num. 294. & seqq.*

Neque releuare visum fuit repetitum obiectum immemorabilis consuetudinis cuius vigore deputati Parrochianorum eiusdem Ecclesię S. Ioannis de Estella prętendunt possentare. Primò, quia testes de ea deponen. fuerunt examinati in diuersa causa, & inter diuersas personas, idest contra quendam Petrum Diaz. Vnde contra Abbatem, & Monachos non citatos nullum probationis gradum facere possunt, *cap. 2. & ibi gloss. vers. admonen. vbi DD. de testibus, l. si quando, §. sed cum oportet, in fin. C. eodem tit. Ruin. consil. 14. num. 1. lib. 2. Put. decis. 166. lib. 2. Seraph. decis. 697. num. 4. Mantica decis. 105. num. 8. vers. præterea, Rota in recent. decis. 123. num. 3. vers. tum quia hoc non probatur, part. 3. decis. 162. num. 2. vers. & primo, quod testes par. 4. decis. 323. num. 22. vers. nec obstat allegata consuetudo, par. 4. tom. 2. & decis. 678. num. 2. vers. nec visa est sufficiens probatio, par. 4. tom. 3.*

3 Prętęrea admisso etiam, † quod dicti Testes probationem aliquam facere possent adhuc non concludunt immemorabilem, dum non deponunt cum requisitis, de quibus per *gloss. in cap. 1. in verb. memoria, de prescrip. in 6.* nempe de 40. annis ante motam litem, quod non adsit initij memoria, & quod nihil viderint, aut audiuerint in contrarium quam glos. cõmuniter sequũtur ibi scriben. & signãter *Lap. & Franc. num. 16.* & est ab omnibus recepta, vt tradit *Gabr. pluribus relat. lib. 5. tit. de præsumpt. concl. 1. num. 81. Couar. in regul. possessor. par. 2. §. 3. num. 7. Rebuff. de decim. quæst. 13. n. 99. Fontanell. de pact. nuptial. clausula 4. gloss. 17. par. 4. num. 51.* illamque passim sequitur etiam Rota, & signanter *in recent. decis. 284. num. 2. versic. & Domino Episcopo, decis. 405. num. 1. par. 4. corã Penia decis. 508. num. 1. vers. nam primum, & fuit resolutum in Pampilonen. Decimarum de Vsurbil 1. Iulij 1648. coram R. P. D. meo Celso §. immemorabilis, & in Placen. seu Abulen. Decimarum 28. Iunij 1649. coram R. P. D. meo Peutingero §. 1. in fin.* prout idem quoque comprobat vtraque decisio emanata in hac causa: vna sub die 3. Iunij 1643. *coram R. P. D. meo Cerro §. attamen contrarium, & altera sub die 4. Decembris 1648. coram Eminentiss. D. Card. Ottobono sub §. neque obstat immemorabilis.*

8 Repugnat inquã, † ac impossibile omninò redditur, quod in proposito casu Testes deponere possint de 40. annis ante motã litem, & sic de primo requisito. Quia cum dicta lis cępta fuerit vsque de anno 1582. necesse

est

esset, quod Testes tẽpore examinis, quod fuit de anno 1632. excederent centesimum annũ ad probandam dictã immemorabilem, quam tamen ętatem pro inuerisimili omninò reputauit, *Rota in decis. in hac causa emanata coram R. P. D. meo Cerro sub §. sed cessat difficultas*, & quotidiana experientia docet ex hominibus paucissimos admodum, & ferè nullos dictam ætatem attingere.

Neque valet replicatio, quod lis tunc cæpta cum beneficiatis verteret super iure visitan. deputan. Concionatorem, assistentiã præstan. Abbati, quãdo accedit ad Ecclesiam celebrandi causa Missam solemnem, & ita super iuribus omnino diuersis à iure deputan. Vicarium, à quo longè post in iudicium
5 deductum fuisse pręsupponitur. † Quia contrarium omninò conuincitur ex verbis expressis tam in sententia lata per Serranum de dicto anno 1582. Summario Abbatis num. 6. quàm in commissione ezecutoriali in vim trium conformium super vnione dictæ Ecclesiæ S. Ioannis, eodem Summario num. 10. ex ijs namque cum clarè colligãtur litem extitisse inter Abbatem, & Parrochianos super iure deputan. Vicarium frustrà allegatur causarum diuersitas, *Rot. coram Merlino dec. 745 num. 7. vers. cessatque motiuum*.

Deficit etiam secundum requisitum im-
6 memorabilis. † Quia constat de fundatione, & dotatione huius Ecclesiæ facta à Rege Nauarræ Sanctio, illiusque successiua donatione ad fauorem Abbatis, & Monasterij S. Mariæ de Yerache, & sic de certo initio, quo stan. cessat, & excluditur immemorabilis, cum hęc pro sui essentia requirat, quod initij memoria non adsit, *Molin. de primog. Hispan. lib. 2. cap. 6. num. 64. vers. in secunda specie, Rota coram Buratto decis. 831. num. 6. vers. nec aliqua praescriptio, in rec. decis. 14. num. 2. par. 1. & decis. 56. num. 18. vers. quare cum constet, par. 7. & fuit dictum in Toletana decimarum de Capilla 4. Iulij 1640. coram R. P. D. meo Bichio*.

7 Redditur etiam impossibilis † probatio immemorabilis ex defectu tertij requisiti. Quia stan. tot oppositionibus litibus, & controuersiis inter partes excitatis occasione prætensi iuris præsentandi ab Oeconomis, & Deputatis, Parrochianorum dictæ Ecclesiæ S. Ioannis inuerisimile omnino redditur Testes nihil voluisse, aut audiuisse in cõtrarium cum tamen ad hunc effectum, vel solus rumor contrarius sufficiat, *Adden. ad san. mem. Greg. XV. decis. 298. num. 13.* vbi plures aliæ decisiones cumulantur, & comprobat sępiùs allegata decisio Eminentissimi D. Card. Otthoboni sub §. *imò quod fortiùs*.

8 Concordia autem † inita sub die 15. Martij anni 1638. quod est secundum fundamentum cui Parrocchiani nituntur, & cuius virtute pretendunt sibi ius competere circa nominationem Vicarij minùs suffragari visa fuit, quia caret beneplacito Apostolico omnino necessario in transactione, siue in ea agatur de alienatione bonorũ Ecclesiasticorum, siue de simplici remissione iuris Ecclesiastici, iuxtà *Extrauag. ambitiosè, de reb. Eccles. non alien. Bart. in l. nulli, ff. de transact. Quarant. in compendio Bullar. verbo alienatio rerum Eccles. num. 22.* vbi de cessione iurium, & actionum, *& num. 26.* vbi de iuribus *Molin. de contract. tract. 2. disp. 465. num. 2. Redoan. de reb. Eccles. non alien. cap. 10. n. 12. & 18. Prax. Archiepisc. Neapolit. cap. 75. num. 19. & 20. Federic. de Sen. cons. 94. Ayta. cons. 323. sub num. 1. vers. dico quod Prælatus, Rebuff. de alien. rer. Eccles. num. 66. Rota in recent. decis. 241. num. 10. vers. & ideo prodesse non potest, par. 4. tom. 2. & de-*
9 *cis. 304. num. 10. par. 7.* † & consequenter dicta concordia tanquam nulla ligare non potuit Ecclesiam, prout nec etiam successores in ea, *cap. veniens, de transact. gloss. in cap. ex multiplici, in verb. eamdem de decimis, Abb. cons. 56. num. 2. lib. 1. Rota coram Martino Andrea decis. 48. num. 15. & in Marsicen. Iurisdictionis 11. Decembris 1647. coram R. P. D. meo Bichio*.

10 Nihil refragan. † præsumpto beneplacito Apostolico desumpto ex lapsu temporis, quia vltrà quod talis præsumptio remanet hodie sublata ex Constitutione san. mem. Vrbani Octaui ędita de anno 1641. de qua *Rota in Barchinonen. Exemptionis 13. Iunij 1646. coram Eminentiss. D. Card. Otthobono, tum quia, vers. & demum, & in Tiburtina Affictus 19. Iunij 1648. & in Leodien. Dominiorum 25. Iuny 1649. §. præter quod oppositiones, coram eodem Rauennaten. Domus 14. Iunij 1649. coram Reuerendissimo Tarraconen. & in Craconien. Dismembrationis decimarum 3. Iunij 1650. coram R. P. D. meo Verospio*, cessat etiam
11 ex talia ratione, quæ est quod ad dictam pręsumptionem inducendam vltra lapsum temporis requireretur probatio, obseruantiæ indiuidualis, respectu pacti contenti in dicta transactione, videlicet, quod pręsentationes fieri deberent à Parrochianis coram Abbate, *Alex. in l. qui aliena num. 11. ff. de acquir. hæred. Anchar. cons. 136. Rota in recent. decis. 694. nu. 1. par. 1. Add. ad. Greg. decis. 354. num. 18. vers. aduertendum, coram Merlino decis. 638. num. 4. vers. neque lapsus, & in recent. decis. 176. num. 45. part. 5. vers. neque in*
12 *hoc casu*, † & plena circa hoc requiritur probatio, cum non sufficiat pręsumptiua, & coniecturata, *Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 14. nu. 13. & 14. Rota in Burgen. seu Nullius iuris visitandi 14. Iunii 1647. coram Reuerendissimo Tarraconen. §. nec pariter obstat, in fin. & in Craconien. Dismembrationis Decimarum 3. Iunij 1650. coram R. P. D. meo Verospio*.

Huiusmodi autem obseruantia nedum probata non fuit, vt imò illa potius excludatur ex litibus appellationibus, & controuersiis quæ inter ipsasmet partes extiterũt, & ex actibus difformibus, de quibus deponunt etiam proprij Testes examinati ad instantiam Parrochianorum ipsi enim testantur, Vicarios à Parrochianis pro tempore nominatos de cõsensu solius Episcopi absque vlla Abbatis Sãctę Mariæ de Yerache approbatione admissos fuisse, atque administrasse, quod omninò repugnat dispositioni cõcordiæ, quę ex expresso, & speciali pacto in ea apposito, approbationem, & examen Abbatis requirit. Vltra quod de inobseruantia, imò cõtrauentione expresse etiam

etiam constat ex instrumentis conuentionum & mandatorum procuræ factorum à Parrochianis pro substinen̄ huiusmodi lite, tam diu
13 agitata super isto iure præsentan̄, † ex qua etiam contrauentione rectè infertur ad priuationem commodi dictæ concordiæ tam inspecto iure communi, secundum quod quis non debet iuuari ea re, quam expresse impugnat, *l. si quis maior, vbi gloss. in verb. priuatus,*
14 *C. de transact.* † quam attento pacto speciali resolutiuo in casu contrauentionis contento in eodem instrumanto concordiæ, cuius vigore illa reddita prorsus fuit inefficax, *l. voluntate, ff. quib. mod. pign. vel hypot. solu. Menoch. consil. 26. num. 4. & 33. & lib. 1. Peregr. cons. 77. nu. 7. lib. 3. Eugen. cons. 29. sub num. 32. vers. secundo mouet, lib. 1. Gratian. discept. for. cap. 308. sub num. 4. vers. maximè stante.*

15 Non obstant † decisiones ęditæ coram R. P. D. Peutingero ad fauorem Parrochianorū super manutentione iuris pręsentandi, quia illæ emanauerunt in iudicio possessorio in quo mera facti insistentia attenditur, *Rota in Catbacen. hæreditatis §. & ex huiusmodi insistentia,*
16 *corā R. P. D. meo Cerro,* † at hic agitur in iudicio petitorio, in quo ius, & non factum discutitur, & petitorium nihil commune habet cum possessorio, *l. naturaliter, §. nihil commune, l. per minorem, ff. de acquir. possess. l. 1. §. huius autem, ff. vti possid. Rota decis. 313. num. 10. par. 4. recent. Put.*
17 *decis. 166. num. 3. lib. 1.* † & probationes, quæ sufficiunt pro manutentione non satisfaciunt ad obtinen̄ in petitorio cum longè leuiores probationes requirantur in possessorio, quam in petitorio, ex pluribus cumulatis per *Moder. de manut. obseru. 38. num. 1. & seqq.*

18 Vlla neque † vis fieri potest in pręsentationibus factis per Parrochianos ante cōcordiam quia cum illæ appareant factæ per viam simplicis petitionis, & admissæ fuerint ab Abbatibus ad preces, & supplicationem Parrochianorum non concludunt ius aliquod coactiuū & obligatorium, sed persuasiuum tantum, & simplicem quandam honorantiam, & prærogatiuam nominan̄ Vicarium gratum, & beneuolum, *Archid. in cap. hortamur 71. distinct. Abb. in cap. quod Dei timorem de statu Monach. & in cap. venerabilis de except. Gemin. cons. 45. num. 4. Dec. cons. 134. num. 3. vers. postremo, Rota coram Caual. decis. 419. num. 3. vers. & licet,* & firmauit *Rota in secunda decisione in hac causa emanata coram R. P. D. meo Cerro, §. nec refragātur multæ nominationes.*

19 Neque aliæ † præsentationes factæ à Parrochianis de annis 1597. & 1607. atque ita post initam concordiam habitæ fuerunt, in aliqua consideratione tamquam factę postquam lis pręcedenter iam introducta fuerat super iure præsentandi, quæ contestata demonstratur vsque de anno 1582. *Rota in Meleuitana Parrochialis 26. Maij 1651. coram R. P. D. meo Cerro, §. non obstat, & in Aquilana Iurispatronat. 18. Iunij 1649 §. pendentia autem coram me.*

Et tanto magis DD. inclinarunt pro confirmatione præceden. sententiarum ad fauorem Abbatis, & Monasterij, quæ, vt supra dicebatur dicta Ecclesia S. Ioannis de Estella fuit mediante donatione liberè, & absque reseruatione alicuius seruitutis facta à Rege Sanctio, qui eam fundauerat vnita Monaste-
20 rio S. Mariæ de Yerache, † atque ita cum hodie agatur de dicta Ecclesia pro regulari habita præsentationes factę à Parrochianis remanent destitutæ omni titulo, cum prætensum iuspatronatus non possit habere locum in Ecclesia Regulari, nisi quatenus doceatur de priuilegio Apostolico sine quo illud non acquiritur, iuxta *text. in cap. nobis de iurepatronat. Mohedan. decis. 10. num. 5. vers. ratio est, eodem tit. Rota in recent. decis. 29. num. 9. num. 9. vers. quod tanto magis, par. 7.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit &c.

REVERENDISS. P. D. CERRO Sacræ Rotæ Romanæ DECANO.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 26. Maii 1653.

ARGVMENTVM.

Quæstio à DD. tam diù agitata *in l. cum quid, ff. si certum petatur,* vbi pecunia de ordine meo, Titio nil flagitanti persoluta, an sit referenda ad contractum mutui, vel potiùs ad titulum, & nomen gratuitæ donationis, in præsenti decisione, non minùs latè quam eruditè tractatur; & huiusmodi controuersiam, ex circumstantijs, peculiaribusque rationibus in casu decisionis concurrentibus, referendam esse ad contractum meræ & puræ donationis, intrepidè deciditur.

SVMMARIVM.

1 *Pecunias si quis Seio nihil flagitanti dederit, qualiter d. contractus vocandus sit, ex coniecturis, & circumstantias dignosci potest.*
2 *Donationis vehemens præsumptio ex quibus depromatur, & num. 12.*
3 *Donationi absolutè conuenit, quando quis aliquid dat, quod recipienti ita acquiri intendit, vt nunquā amplius ad se ipsum foret reuersurum.*
4 *Dictio taxatiua,* solo, *in fine posita, totam præcedentem qualificat dispositionem, & quamcumque aliam causam excludit.*
5 *Pecunia quando non animo repetendi, sed gratuito donandi tradita esse censetur.*
6 *in Epistola Tertio conscripta, donationem ad fauorem alterius importantia, non possunt dici curialia, & officiosa.*
7 *in Epistolis verba tunc considerari solēt vti officiosa, quando cum eis non concurrit aliquis actus positiuus.*
8 *Secus quando cum eis coniungitur traditio rei, & quare.*
9 *Ex subsequentibus optimè dignoscitur qualis fuerit animus in antecedentibus.*
10 *Confessio filij magnum facit adminiculum contra patrem, cuius voluntas non præsumitur ab ipso ignorari.*

11 Vo-

11 *Voluntas agentis elicitur à causa motiua dispositionis à qua ipsa dispositio regulatur.*
12 *ex Taciturnitate in repetendo pecunias, siue iudicialiter, siue extraiudicialiter, inducitur præsumptio donationis illarum.*
13 *Qualitates disponentis multùm inseruiunt pro indicanda illius mente, & voluntate.*
14 *Moriens si mandet solui debita, & de certa pecuniarum summa, de qua dubitari non contingit an sibi fuerit donata, vel mutuata, mentionem non facit, quid dicendum sit?*
15 *Donatio principaliter metienda est ab animo donantis, & quando ex animo etiam recipientis deducatur.*
16 *Mutuum debet plenè, & concludenter probari, vt Actor obtinere valeat, cum reo sufficiat reddere dubiam illius probationem.*
17 *Posteriora in confirmatione praecedentium emanata, eandem causam censentur continere.*
18 *Relatum non debet attendi vbi referens specialem determinationem contineret.*
19 *Relatum non debet attendi vbi apparet disponentem voluisse aliter determinare in referente, quàm disposuerat in relato.*
20 *Pecunias quando quis non præsumatur voluisse repetere, licet in suis libris familiaribus recipientem scripserit debitorem.*

DECISIO CCCXV.

NONNVLLAS conscripserat litteras nobilis vir Lucas Iustinianus, tunc Ianuensis Reipublicæ Dux, Mauritio eius correspõsali, in quartum alia sub die 22. Octob. 1644. certioratus, quod bon. mem. Horatius Iustinianus promotus fuerat ad Episcopatum Nucerinum demandauit dicto Mauritio, in hęc verba: *V. Sig. mi farà gratia di dargli la quì inclusa, & accennarli, che se io vaglio in seruirlo, me le offero prontissimo, e se di presente bisognasse valersi, per maggior sua commodità, di scudi mille di giulij dieci, V. Sig. glie li dia, con prenderne riceuuta, & obligo, come parrà à V. Sig. perche me li renderà quando più comandarà, e gli sarà di gusto.* In alia autem sub die 10. Martij 1645. promoto eodem Horatio ad Cardinalatus apicem, declarans ingens ipsius animi gaudium, non sine magna spe sublimioris fortunæ, iniunxit eodem Mauritio, ibi: *Voglio credere, che V.S. debba hauer fatta l'offerta al Signor Cardinal nostro, secondo l'ordine, che gli ne diedi mesi sono, e che egli mi haurà fatto l'honore, e gratia di valersene; quando nò, ne confermo à V. Sig. l'ordine, & è, che le paghi scudi tre mila di cotesta moneta, dico tre mila, ad ogni cenno, parendomi, che di presente possa bisognarne, e lo seruirò di somma anco maggiore, quando si compiacerà d' accennarmelo, douendo egli esser padrone di me, e di quanto possiedo, senza però volere, ne pretendere da S. E. &c. solo la sua gratia, e seruirlo &c.*

Primus ordo nullum habuit effectum, quia Horatius, tunc Episcopus, mutui oblationem accipere recusauit; post aliquot tamen menses iuxta præscriptum alterius epistolæ commissæ dicta die 10. Martij 1645. fuerunt persoluta eidem Horatio, tunc Cardinali, scuta tria millia, ipsoque in humanis agente, Lucas nec vnquam illorum restitutionem vllo modo requisiuit, nec de ea verbum saltem aliquando habuit; postquam verò Cardinalis vita functus est, tunc iudicium coram A. C. introduxit pro illorum repetitione contra illius hęredem, fauorabilemque sententiam reportauit; Verùm deuoluta ad me causa appellationis, dubitaui, An constaret de credito scutorum trium millium: & ter maturè discusso negocio negatiuam sententiam Domini fuerunt amplexi.

1 Licèt † enim ad quæstionem à Doctoribus agitatam *in l. cum quid, ff. si cert. petat.* inter discrepantes nonnulli putauerint, similem oblationem esse contractum mutui, alij verò depositi, vel innominatum, & demùm gratuitam alij donationem; omnes tamen conueniunt, quòd si ex verbis à tradente, vel recipiente prolatis in ipso actu traditionis qualitas contractus congruè dignosci non valeat huiusmodi controuarsia ex facti circumstantijs, peculiaribusque coniecturis veniat dirimenda, itaut prudens, & æqualis Iudex talem initum fuisse contractum existimet, qualis probabiliter suadetur, perpensis omnibus, quæ, vel personam dantis, vel recipientis merita, & qualitates, vel tempus, vel actus ipsos contemporaneos concernunt; ita magistraliter docet *Bart. in d. l. cum quid, num. 11. vers. sed si simpliciter, ibique Alciat. num. 58. cum duob. seqq. ff. si cert. petat.* cum alijs concordantibus, relatis *in Romana scutorum* 4000. 4. *Iulij* 1635. *coram bon. mem. Merlino, inter eius impress. decis.* 692. *sub num.* 19. *repetita in recent. decis.* 69. *eodem num.* 19. *part.* 7. *& in Romana pecuniaria* 17. *Martij* 1647. *coram Reuerendiss. Tarraconen. sub* §. 1.

2 In proposito autem casu plures, † atque vrgentes facti circumstantiæ, & coniecturae perpensæ fuerunt, quę mutuum, vel depositum omninò excludentes, liberam visæ sunt præseferre donationem: premissis enim arctissima amicitia, & sanguinis coniunctione, quæ inter dantem & recipientem intercedebant, & conuincunt mutuæ vtriusque epistolæ sub diuersis temporibus exaratę, eorumdemque nobilitate, ac dignitate, cum Lucas tunc esset, vt dictum est, Dux Reipublicæ Ianuensis, & ditissimus; Horatius verò S.R.E. Cardinalis, quas qualitates pro euincendo donandi animo ponderarunt, *Bart. in d. l. cum quid, sub num.* 11. *vers. item si erat fortè, ibique Alciat. num.* 59. *Surd. conf.* 534. *num.* 40. *&* 41. *Card. Mantic. de tacit. lib.* 12. *tit.* 19. *num.* 9. *& tit.* 22. *nu.* 7. *cum alijs adductis in dicta Romana scutorum* 4. *mill. num.* 20. *cum* 7. *seqq.*
3 † Superiùs relata verba dictę posterioris epistolæ post datum ordinem emissa, ibi, *senza però volere, ne pretendere da S. E. &c. solo la sua gratia, e seruirlo,* pręcisam aperiunt mandantis voluntatem, quod sicut ex sua mera liberalitate non requisitus, sed proprio motu pręfatam trium millium scutorum numerationem fieri inhibeat; ità pariter numerandam quantitatem recipienti acquiri intendebat, vt nunquam ampliùs ad se ipsum foret reuersura; hoc enim absolutè conuenit donationi, nam vt ait *Vulpianus in l.* 1. *in princip. ff. de donat.*

donat. Dat aliquis ea mente, vt statim velit accipientis fieri, nec vllo casu ad se reuerti, & propter nullam aliam causam facit, quam vt liberalitatem, & munificentiam exerceat; hac propriè donatio appellatur, idemque subdit in subsequenti §. *igitur*, ibi, *& factum demonstramus, quòd ab eo proficiscitur, qui liberalitatis gratia aliquid dat, vt confestim faciat accipientis, nec vnquam vllo facto ad se reuerti velit*, cum ceteris congestis *per Modern. Neapolit. in summ. decis. tom. 3. tit. de donat. inter viu. & donat. caus. mort.* 10. *num.* 1. *vsque ad num.* 9.
4 † attenta præcipuè illa dictione taxatiua, *solo*, quæ tanquam in fine posita totam præcedentem qualificat dispositionem, & quamcumque aliam excludit causam, vel remunerationem, *l. non solum*, §. *tale, ff. de liber. legat.* Perinde ac si Lucas dixisset, ex causa huius solutionis nolo, quòd Cardinalis mihi ad aliud teneatur, quàm ad suam præstandam gratiam.

Quod clariùs comprobatur ex præcedenti oblatione, dum recipiens erat tantum Episcopus; Ista enim cum diuersis cautelis mutuum redolentibus facta fuit, ibi, *V. Sig. gli li dia con prenderne ricevuta, & obligo, come parrà à V. Sig. perche me li renderà quando più comandarà, e gli sarà di gusto*;
5 † Vnde dum dicta posteriori epistola non solùm omnia præfata omisit, sed verba, omnimodam largitatem præseferentia, adiecit, & efflagitatam priùs restitutionem in hac non requisiuit, sed dumtaxat recipientis beneuolentiam præoptauit, vtique ex huiusmodi diuerso modo offerendi, enumerata pecunia, non animo repetendi, sed gratuito donandi verè tradita fuisse censetur, vt ponderat *Surd. d. cons.* 534. *sub num.* 29. *vers. postremo quod dotes, Rota in d. Romana scutorum* 4. *mill. sub n.* 41.
6 *vers. præsertim verò, & num.* 42. † Prætensio autem, quòd verba dictæ posterioris epistolæ sint curialia, & officiosa, in proposito non subsistit; Tùm quia non fuerunt emissa cum ipso Cardinali recipiente, sed cum tertio, nempe Mauritio, cui eius animum apertè declarasset, prout fecerat in antecedenti si mutuare intendisset ex adductis per *Odd. cons.* 64. *num.* 81.
7 *&* 82. † Tum etiam quia verba tunc considerari solent vti officiosa, quando cum eis non concurrit aliquis actus positiuus, in quibus terminis loquuntur *Corn. cons.* 129. *num.* 7. *lib.* 3. *Laderch. cons.* 101. *sub num.* 1. aliique ab altera
8 parte allegati; † secùs autem quando cum eis coniungitur, prout hic, traditio rei; hoc enim casu non ampliùs possunt dici officiosa, & curialia cum executio ostendat oppositum, vt optimè declarat *Modern. Mantuan. controu. forens. cap.* 120. *num.* 49. Idque certiùs conuincitur, siue ex subsequenti declaratione facta ab eodemmet Luca in alia epistola sub die 6. Ianuarij 1646. ibi, *il Signor Cardinale non hà altra, ne obligatione meco, che di honorarmi de suoi commandamenti &c.* siue ex confessione Laurentij illius filij, nunc in causa actoris, qui viuente Cardinali explicitè fassus fuit dictas pecunias illi fuisse donatas, Summario heredis n. 4.
9 & 7. † Et subsequentibus enim optimè dignoscitur qualis fuerit animus in antecedentibus *l. sed & Iulianus*, §. *proinde, ff. ad Maced. l. si ser-*
10 *uus plurium*, §. *fin. ff. de leg.* 1. † & confessio filij magnum facit adminiculum contra patrem, cuius voluntatem præsumi debet ab ipso non ignorari, vt benè in similibus terminis notauit *Alex. cons.* 69. *num.* 5. *lib.* 2. *cum alijs relatis per Menoch. cons.* 1153. *num.* 14. *&* 15.

Valdè etiam vrget occasio, quæ solutioni causam dedit, nempè promotio recipientis ad Cardinalatum, & maior inde spes à Luca concepta, ac in dicta epistola cum maxima animi alacritate significata; Solet enim huiusmodi personarum gratia, & beneuolentia, nedum actuali, & continuo seruitio, sed etiam muneribus aucupari, atque ideò exindè proportionata, & verisimilis adfuisse videtur occasio, quæ Lucam ad donandum potiùs quam mu-
11 tuandum impulisse censetur; † ad eliciendam enim voluntatem agentis semper recurrendum est ad causam motiuam dispositionis, à qua ipsa dispositio regulatur, extenditur, & ampliatur, vt optimè ponderauit *in dicta Romana scutorum* 4. *mill. coram bon. memor. Merlino sub numer.* 27. *versic. tertia coniectura est, cum tribus seqq.*

12 Accedunt † pariter tam taciturnitas ipsius Lucæ, qui donec vixit Cardinalis nunquam dictarum pecuniarium restitutionem petijt, siue iudicialiter, siue extraiudicialiter, vt animaduertitur *in eadem Romana scutorum* 4. *mill. n.* 36. vbi admissa fuit taciturnitas per duos tantùm annos, *& in dicta Romana pecuniaria coram Reuerendiss. Tarraconen.* §. *secundam recensebant*; quàm assertio dicti Mauritij, quòd ipse Lucas, & Petrus Iustinianus, alius consanguineus concurrebant inuicem liberali æmulatione erga Cardinalem, dicto Summario num. 5. Vt verificetur itaque terminus iste concursus æmulationis pernecesse sequitur, quòd sicut Petrus donauerat, ità pariter Lucas donare voluerit,
13 præsertim † cum non solùm pari nobilitate, & diuitiis, sed sublimioris gradus, dignitate præfulgeret, quod pro iudicanda mente, & voluntate disponentis multum inseruit, *Aldobrand. cons.* 99. *num.* 11. *lib.* 1.

Preterea plures concurrunt declarationes emissæ à Cardinali de donatione sibi facta à Luca, & honorifici tractatus hac expresè de causa ab eodem habiti erga Laurentium Lu-
14 cæ filium, † necnon eiusdem Cardinalis commemoratio in articulo mortis totius æris alieni, quod relinquebat nulla facta mentione de huiusmodi pecuniarum summa; integerrima enim, & semper perspecta innocens religiosissimi Cardinalis conscientia, tàm notabilem pecuniarium quantitatem silentio nullatenus præteriisset, si dono verè acceptam nō habuisset; præsertim in extremo vitæ discrimine, in quo æternæ saluti sedulò inuigilans vir probitate, & scientia insignis sese quacumque etiam minima, leuique culpa exonerari voluisse censetur, adeout sicut de alijs debitis quantumuis exiguæ, & paruæ quantitatis mētionem fecerit, ita etiam de controuersa fecisset, si dubitare potuisset eam sibi non fuisse donatam, sed mutuatam, vt in similibus terminis dixit *Rota in Vrbeuetana Census* 22. *Iunij*,

& 17.

& 17. *Decembris* 1635. *ac* 18. *Aprilis* 1636. *coram bon: me: Motmanno in recent. decis.* 72. *nu.* 2. *cum seqq. decis.* 81. *num.* 7. *&* 8. *& decis.* 119. *num.* 2. *part.* 7. *& in Romana fructuum census* 11. *Decembris* 1645.
15 *coram me*, §. *eòque magis*;† & licèt donatio principaliter metienda videatur ab animo dantis, attamen præter quod ex animo etiam recipientis Rota deduxit coniecturam donationis, si in ipso, ptout hic, nobilitatis, bonæ famæ, ac morum, & integritatis certa qualitas concurrat, *vt in dicta Romana scutorum* 4. *mili. nu.* 43.
16 In casu nostro animus recipientis habet concomitantiam præsumptę voluntatis ipsiusmet dantis, quæ ex supradictis saltèm omnibus simul iunctis concludenter resultat, cum tamen satis sit reddere dubiam probationem actoris, vt obtinere non valeat, ex quo agens ex mutuo plenè, & concludenter illud probare tenetur, *l. actor* 23. *vbi Bald. in princip. C. de probat. Pacian. hoc tract. lib.* 1. *cap.* 98. *num.* 53. & in his terminis *Rota in dicta Romana scutorũ* 4. *mill. numer.* 67. *& in dicta Romana pecuniaria* §. 6. *fuit in fine*.
17 Nec subsistit, † quòd posterior ordo emanauerit in confirmationem præcedentis loquentis de mutuo ob illa verba, ibi: *Voglio credere, che V. S. debba hauer fatto l'offerta al Signor Cardinal nostro secondo l'ordine, che glie ne diedi mesi sono, &c. quando nò, ne confermo à V. S. l'ordine, & è, &c.* Ideòque in ipso eadem causa repetita dicatur, addita solùm maiori quantitate, *ex Castr. cons.* 418. *per tot. part.* 2.

Quia pręter quod diuersitas notabilis summæ, & qualitatum in dicta posteriori epistola *sub die* 10. *Martij* 1644. expressarum nullo modo compatibilium cum præcedenti *sub dicta die* 22. *Octobris* 1644. pręsumere facit, quòd postremus ordo non referatur ad istam cum cautelis, & reseruationibus, mutuum redolentibus exaratam, sed ad aliam intermediam quæ dictæ vltimæ *sub dicta die* 10. *Martij* 1645.
18 conueniat in summa, & qualitatibus; † dum ordo posterior continet verba donationem præseferentia, ipsi inhærendum est, non autem priori relato *Card. Seraphin. decis.* 1083. *num.* 4.
19 Cùmque † ex supra ponderatis clarè prorsus appareat, disponentem aliter voluisse disponere in ordine referente, quam disposuerat in relato, ille, non autem iste videtur attendendus, *vt ex Decio firmat Peregrin. de fideicomm. artic.* 16. *num.* 111. *vers. limita nisi, quem refert, & sequitur Adden. ad bon: mem: Buratt. decis.* 52. *num.* 13. Præsumitur enim quòd scuta mille, quæ Lucas mandauerat solui Horatio tunc Episcopo ex causa mutui, post quinque menses ipsa cum alijs scutis bismille intelligi voluerit donata eidem Horatio, tunc inter Cardinales adscripto, dum ex prędictis, tam apertè desumitur donandi animus.
20 Nec refert; † quòd Cardinalis quietantiam fecerit Mauritio de pecunia recepta, quòdque Lucas in suis codicibus familiaribus post aliquot dies illum scripserit debitorem. Quia vtrumque reijcitur *in d. Romana scutorum* 4000. *num.* 42. *vers. nullius comprobata in dicta Romana pecuniaria*, 9. *non obstat numeratio*, ex quo scilicet gesta pręsumuntur in ordine ad campsorem; & in omnem euentum illis pręualere debent tot aliæ coniecturæ supra ponderatæ, & desumptæ ex verbis ipsius ordinis, diuersitate disponendi, causa dispositionis, & actibus ab vtràque gestis tàm contemporaneè, quàm post factam numerationem, ex quibus non mutuandi, sed donandi certus animus, & voluntas elicitur.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Cracouieñ Decimarum.

Lunæ 9. *Iunij* 1653.

Parochus licèt habeat assistentiam iuris pro exactione decimarum intra limites suę Parochię & sit in possessione decimandi; nihilominùs huiusmodi iuris assistentiam, & possessionem decimandi non suffragari, quando constat de pertinentia alterius dd. decimas exigendi constanter firmatur; talis verò pertinentia, ex quibus iustificata remaneat, eruditè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum cessante læsione non datur, licet ab Ecclesia. vel minore petatur.*
2 *Validitas processus ex quo resultet.*
3 *per Contradictas legitimè procedi potest contra personaliter priùs citatum.*
4 *Dominium, seù pertinentia alicuius Ecclesiæ; ex quibus sufficienter probata remaneat.*
5 *Inuentarium, & descriptiones rerum Ecclesiæ quando etiam admittantur contrà Tertium.*
6 *Identitas Loci, dum versatur in antiquis, leuioribus probationibus iustificatur.*
7 *Parochi assistentia iuris decimandi, quam habet intra limites suæ Parochiæ, ex quo corruat.*
8 *Ecclesiæ Parochialis existentia, ex quibus excludatur.*
9 *Et ex statu præsentis Parochialitatis an liceat arguere eumdem statum de præterito.*
10 *Locationes decimarum præsumuntur effectum sortita, & ius decimandi fauore locatoris iustificant.*
11 *Parocho vt suffragari possit possessio exigendi decimas, in concursu alterius cui debebantur, quid requiratur.*
12 *Bona Ecclesiastica absque solemnitatibus, & causa, donari non possunt alteri Ecclesiæ.*
13 *Et possessio vigore dictæ donationis deprehensa est nulla, & infecta.*

DECISIO CCCXVI.

SENTENTIAM Rotalem Venerabili Monasterio Andreouieñ sub Cistercieñ Ordine militanti adiudicantè decimas Villæ Vvyglemiec validam, ac iustam esse hodie Rota decreuit, ac petitam exaduerso restitutionem in
1 integrum consequenter exclusit, † quod illa absque læsionis concursu in proposito casu cessantis denegetur, licet ab Ecclesia, vel minore petatur, *l. si & causa adiudicati, ff. de minor. l. nam,*

l.nam, §. si minor. ff. de iur. iur. cap. 1. de restitut. in
integr. not. gloss. in l. pen. in verb. necessarium, C. si
adversus rem iudicatam, Odd. de restit. in integr. q. 36.
art. 2. nu. 3. & 15. Rot. in Romana deuolutionis Do-
mus 13. Iuny 1615. coram bon: memor: Cardinali
Fabritio Verospio.
2 Validas † enim ex processus reuolutione,
concluditur necessaria quæcumque adhunc
effectum præseferentis, iuxtà *decis. Verall. 260.*
3 *part. 2.* † semper in hoc Tribunali receptam,
necnon ex Aduersarij citatione personaliter
executa, contra quem proindè legitimè pro-
cedi potuit per contradictas, *ad text. in c. consu-*
luit de off. deleg. Rot. coram Put. dec. 371. in fin. lib. 2.
coram Gregor. decis. 430. num. 1. coram bon: mem. Vr-
gellen. decis. 98. num. 3. alijsque adductis per *Add.*
ad eandem decis. Gregorij 430. num. 5.
Iustitia verò sententiæ elucet ex decisioni-
4 bus affabre æditis in prima instantia, † ex qui-
bus intentio Monasterij fundata dignoscitur
nedum in libris Beneficiorum Diœcesis Cra-
couieñ aliisque Retaxationū eiusdem Eccle-
siæ, ac Diœcesi, necnon etiam visitationum
enunciatibus Parochialem Ecclesiam Sanctæ
Catherinę de Iurepatronatus Abbatis Andreo-
uieñ existere, sed etiam ex Inuentario rerum
temporaliū Ecclesiæ proprietatem ipsius pa-
riter enunciante ad Andreouiense Monaste-
rium pertinere. Hæ quippè probationum
species sufficientem pertinentiæ iustificatio-
nem fauore Monasterij videntur posse con-
cludere, vt pluribus comprobat vtraque deci-
sio, *lib. 2. quæst. 33. nu. 31. Ioseph Ludouic. conc. 29.*
ampliat. 36. Rot. decis. 290. nu. 5. part. 1. & dec. 573.
5 *num. 4. & 633. num. 7. part. 2. recent.* † Vbi præ-
terea firmatur cōtra tertium quoque discrip-
tiones, & inuentaria huiusmodi posse admitti,
dum pro fouendo iure Monasterij, non au-
tem in ipsius tertij præiudicium principaliter
deducuntur, *& decis. 44. numer. 1. & 2. part. 4.*
& decis. 152. num. 8. & 9. part. 7. recent.
Probata quoque remanet intentio Mona-
sterii Andreouieñ ex donationibus maximam
redolentibus antiquitatem, & signanter ex
altera Mauri Episcopi Cracouieñ Apostolicę
Sedis robore per Adrianum IV. Pontificem
successiuè munita, ac mentionem decimarū
expressè præseferente in loco de Veglono,
quod idem esse, ac Vvyglениec exindè desu-
mitur, quia locus vterque non probatur esse
diuersus. Quinimò ex præcitatis Ecclesiæ li-
bris, ac Inuentario exaduerso confecto huius
loci decimas spectasse conuincitur ad Mona-
sterium Andreouieñ ad eas aspirans non alio
titulo, quàm præfatæ dumtaxat donationis;
6 Indè † enim vtriusq; Villæ concluditur iden-
titas, quæ dum versamur in antiquis ex leuio-
ribus proindè probationibus iustificationem
assumit, vt aduertit *Riminal. cons. 154. num. 15.*
Paris. cons. 104. num. 22. & 24. lib. 1. Cephal, con-
sil. 98. num. 20. Rot. coram Gregor. decis. 172. num. 6.
& 459. num. 3. part. 1. recent. & coram Seraphin.
decis. 462. num. 8. & decis. 119. num. 4. & 607. nu. 3.
part. 2. recent. & in alijs recensitis per *Adden. ad*
eandem decis. Gregor. 172. num. 10.
7 Ex quo † sanè titulo donationis ipsius Pa-
rochi fauore corruit assistentia iuris, quæ ei-
dem regulariter decimas attribuit intra Pa-
rochiæ limites constitutas, *ad text. in c. ad deci-*
mas de restit. spoliat. lib. 6. vbi gloss. in casus figura-
tione, & in c. quoniam de decimis vbi cōmuniter DD.
Menoch. de recuper. remed. 1. num. 366. Rot. coram
bon: mem: Coccino decis. 207. num. 14. Dum maxi-
mè tunc temporis erectio Ecclesiæ Parochia-
lis exaduerso possessæ, prout necesse foret non
8 concluditur; † Itaut Monasterium negando
dumtaxat eandem Ecclesiam de tempore do-
nationis erectam in Parochialem ipsius tunc
temporis Parochialitatem propterea legitimè
excludat, vt respondit *Rot. in vna Mediolanen.*
decimarum de Varisio 30. Martij 1615. coram bon.
mem: Pirouano, & in Tarraconen. primitiarū 2. De-
cemb. 1645. coram Reuerendiss. Salamantino impress.
part. 2. decis. 674. & part. 7. recent. decis. 266. nu. 1.
9 *cum seqq.* † Et ratio est, quod ex statu præsenti
Parochialitatis non liceat arguere in præteri-
tum propter repugnantiam status de præteri-
to, qui non præsumitur in Ecclesijs Curatis,
quam ponderat eadem *decis. Mediolan. sub nu. 5.*
& notat *Bald. in l. ex persona num. 9. C. de probat.*
Anchar. in c. semper malus de reg. iur. lib. 6. Alciat.
de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 21. num. 15. Menoch.
eodem tractat. lib. 6. præsumpt. 65. num. 2. cum seqq.
& not. *Rebuff. in prax. benef. part. 1. in titul. secu-*
laria beneficia quotuplex num. 11.
10 Et hic † præterea titulus donationis vndè
deducitur pertinentia decimarū fauore Mo-
nasterij confirmationem assumit, ac robur,
ex reseruatione ipsarum in locationibus fru-
ctuum Abbatiæ, necnon etiam ex successiuis
locationibus decimarū eiusdem Villæ à Mo-
nasterij Abbatibus pro tempore stipulatis,
quæ tāquam antiquissimæ, ac numero plures
præsumuntur effectum sortitæ, atque iusti-
ficant ius decimandi fauore locatoris, *vt not.*
Gabr. de locat. concl. 4. num. 16. Menoch. de retin. re-
med. 3. num. 573. cum seqq. Rot. decis. 186. num. 19.
part. 6. recent. & in adducta *Mediolan. decimarum*
de Varisio coram bon: mem: Pirouano impress. part. 2.
recent. decis. 674. num. 9. & in Vercellen. decimarum
13. Nouembris 1645. coram R.P.D. Cerro in 1. §.
& in Leodien. decimarum 16. Iunij 1651. coram
R.P.D. meo Meltio in principio.
11 Neque † Parocho poterit suffragari allega-
ta possessio longæua plurium depositione te-
stium, vt ab ipso contenditur approbata, vel
quia contra Monasterium tùm titulo dona-
tionis, tùm pluribus quoque librorum
Ecclesiæ enunciatiuis, ac Inuentario Parochi,
tum denique diues locationum Instrumentis
centum annorum, & vltra metam exceden-
tibus innixum probari debuisset decimarum
exactio, eodem Monasterio sciente, atque
patiente, seù quod eiusdem Villæ Incolæ pe-
titas ab ipso decimas denegauerint, *ad text. in*
l. 2. C. de seruit. not. Innoc. in c. bona il secondò nu. 1.
vers. quæritur de postul. Prælat. Abb. in c. cum Ec-
clesia Sutrina nu. 25. de caus. possess. & propr. Bart.
in l. 1. & hoc interd. num. 10. & 11. ff. de init. actuq.
priuat. Rot. coram Seraph. decis. 300. nu. 1. cum seqq.
Vel quia testes adducti tempus exactionis nō
præcisè cōcludunt; eam enim actam asserunt

à quo-

quodam Rectore nomine Felicis, de quo autem tempore hic degerit in humanis se ne-
12 scire deponunt; † Ac talis propterea possessio, quatenus post donationem Abbatis ad fauorem Parochi Felicis initium sumserit, nullatenus poterit aduersario suffragari, dum eadem donatio in decisionibus reuocatur, vt nulla ex defectu videlicet solemnitatis, ac cau-
13 sæ, prout eam eidem vitio nullitatis a Sacra Congregatione Eminentissimorum Cardinalium Sac. Concilij Tridentini Interpretum declarata fuit obnoxia ex vi decreti irritañ appositi in *Extrauag. Ambitiosæ de reb. Eccles. non alien.* donationis titulum inficientis, ac possessionem eiusdem vigore tituli successiuè deprehensam, vt aduertit *Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 46. num. 70. Rot. coram Crescent. decis. 1. nu. 3. & 4. de cauf. possess. & propr. & coram bon. mem. Coccin. decis. 51. num. 4. & in Vlixbonen. beneficij 19. Decembris 1619. coram Vbaldo, & in Agnanina beneficij 15. Martij 1627. coram eodem impress. post Modern. Perus. de manut. decis. 151. nu. 14. & 236. num. 3. & in Ampurien. seù Ciuitaten. Archipresbyteratus 14. Decembris 1646. in 1. §. coram R. P. D. meo Bichio.*

Quo verò ad decimas Villæ Humieniecki, quarum reintegrationem Monasterium in sententia sibi attributam esse contendit, quippè quæ à Parocho Aduersario ex titulo præfatæ donationis inualido possideantur nihil DD. firmarunt, sed particulari dubio discutieñ reseruarunt, cum decimæ Villæ prædictæ in Instrumento donationis apertè nõ recenseantur, sed à Monasterio contendantur inclusæ sub alterius nomine Villæ quam Parochus asserit esse diuersam: negañ propterea eas ex titulo prædictæ donationis possidere.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. BICHIO.

Romana Melioramentorum.

Luna 16. Iunij 1653.

ARGVMENTVM.

Aurea est decisio in materia melioramentorum adeò in praxi necessaria ad intellectum, *text. in l. Paulus 29. §. domus in fine, ff. de pignorib.* vbi de creditore anteriore auocante à posteriore fundum per ipsum posteriorem melioratum, quæ scilicet impensæ etiam melioramenta sint in hoc iudicio reficienda.

SVMMARIVM.

1 *Auditor Rotæ non potest definire causas sine voto aliorum Coadiutorum, si partes expressè non consenserint, Amplia vt num. seq.*

3 *Duæ conformes vigore Statuti Vrbis faciunt rem iudicatam, etiam si agatur cum Ecclesiasticis.*

4 *Facultas super re iudicata concessa Archipresbytero S. Petri procedit siue sententia lata fuerit pro Ecclesia, siue contrà.*

Sententia lata in vim relationis peritorum appellationem admittit, & quando vide num. seq.

8 *Signatura rescribendo alicui Iudici,* in statu, & terminis, *eumdem in Iudicem deputare dicitur.*

9 *Comparens coram Iudice deputato, illius deputationem impugnare non potest.*

10 *Relationi peritorum concorditer referentium stare debemus.*

11 *Relatio periti, à qua non fuit appellatum, vlterius impugnari non potest.*

12 *Locationes valdè conferunt, & adiuuant peritorum relationes. & num. 21.*

13 *Domus calculantur ad rationem scutorum quinque pro centenario.*

14 *Melioramentorum in probatione situs valor, semper deduci debet.*

15 *Melioramenta voluptuaria, & inutilia in iudicio hypothecario reficienda non sunt. & vide numero seq.*

Melioramenta ea tantum reficiuntur pro quibus res hypothecata est effecta pratiosior. numer. 15. & 16.

17 *Melioramenta voluptaria quæ sint, probant relationes peritorum.*

18 *Melioramenta voluptaria dicuntur, quæ fructus rei non augent.*

19 *Melioramenta voluptuaria in viridiarijs ad delectationem paratis sunt attendenda.*

20 *Viridarij delectabilis forma, necnè ex ipso rei statu dignoscitur.*

Status præsens in melioramentorum materia attendi debet. num. 20.

22 *Iudex in contumaciam partis non eligentis potest peritum eligere.*

23 *Melioramenta æstimari non debent iuxtà pretium, quod in fabricando impenderetur, sed benè tamen iuxtà solum melioratum.*

24 *Aestimationem soluere ædificij aliud est, aliud verò restituere quantum fundus cum fabricis est factus pretiosior.*

25 *Melioramenta excipiens impensum, & melioratum, probare debet, vt actor quod minus est reficiat.*

26 *Peritorum nouæ electioni quando deueniendum non sit.*

Processus in infinitum euitari debet. num. 26.

DECISIO CCCXVII.

VNAM, & alteram sententiam immissionem sibi tanquam creditori hypothecario anteriori concedentem in domum controuersam refectis melioramentis à Vestrino possessore factis, reportauit R. P. D. Iulius Cincius a RR. PP. DD. Baranzono, & Riualdo vti Iudicibus Puellarum Sanctæ Euphemiæ, & mota deindè controuersia de pertinentia Iurisdictionis, quæ ad Eminentissimum Archipresbyterum S. Petri in Vaticano ratione directi dominij, quod super situ domus Capitulum eiusdem Ecclesiæ habet, spectare asserebatur, Signatura Iustitię desuper adita rescripsit Eminentissimo Archipresbytero, vt in statu, & terminis Iudicem deputaret eumdem D. Riualdum, qui successiuè confirmauit hoc nomine sententiam D. Baranzoni, quam etiam antea vti Iudex Puellarum præuio deposito scutor. 1123. facto à D. Cincio pro pretio melior-

lioramentorum sic æstimatorum concorditer à Chellio, & Mola peritis iudicialiter electis, & confirmauerat, & executioni demandauerat.

Sed non acquiescente Vestrino, & æstimationem dictorum peritorum erroneam allegante, D.Cardinalis Archipresbyter deputauit in Iudicem super liquidatione melioramentorum tantum R. P. D. Ghinum, & ob superuenientem eius absentiam subrogauit de consensu partium D.Baranzonum, à quo inspectis ocülariter melioramentis, & extraiudicialiter electo ad maiorem cautelam Carolo Rainaldo alio perito, qui concordem primam æstimationem Chelli, & Molæ approbauit, lata fuit sententia confirmatoria liquidationis melioramentorum factæ, vt supra coram D.Riualdo, reiciendo simul contrariam æstimationem extraiudicialem Marušcelli emanatam ad instantiam Vestrini, & declarando non esse locum vlteriori peritorum electioni, aut melioramentorum reuisioni cum perpetui silentij impositione.

Ab hac sententia appellauit Vestrinus ad Signaturam Sanctissimi, qui nihil voluit rescribere, sed oretenus iniunxit D. Cardinali Archipresbytero, vt cognosceret an adesset exaduerso magnificatus error, & adhunc effectum D. Cardinalis pro sui extraiudiciali informatione adhibuit Petrum Moraldum peritum, cuius successiua relatio cum negociū melioramētorum inuolueret illud mihi tanquam Prelato demandare placuit Eminentiæ Suæ vtraque parte consentiente: & quoniam pro D.Cincio allegabatur res iudicata, exaduerso autem ob læsiuam melioramentorum estimationem petebatur restitutio in integrū, & aliorum peritorum electio; Ego parendo reformationi san: mem: Pauli V. prohibenti
1 sub tit.de Audit.Rotæ §.7. † nè Auditor Rotæ nisi partes in actis expresè cōsenserit causam aliquam etiam si clari iuris esse videatur ea in Rota non proposita, ac DD. Coadiuto-
2 rum votis non habitis definiat, †quod in causis Auditori, vt Prelato commissis seruari solet, decidendum proposui sub die 20. Ianuarij 1652. an constet de re iudicata, vel potius de causis restitutionis in integrum, itaut sint eligendi noui Periti, & Rota distulit resolutionem ad Pisces, voluitque interim ad vberiorem veritatis cognitionem eligi extraiudicialiter in peritum Dominicum Castellium, cuius relatione nuper ædita, eodemque dubio per me hodie proposito Domini censuerunt constare de re iudicata, non autem de causis restitutionis in integrum, nec esse locum electioni aliorum Peritorum.

Siquidem super liquidatione melioramentorum, de qua tantùm est cōtrouersia adsunt duæ sententiæ DD.Riualdi, & Baranzoni ad inuicem confirmatoriæ, quæ constituunt rem iudicatam, tàm vigore Statuti Vrbis lib. 1.
3 cap.180.†seruandi inter Ciues, & Incolas quales sunt partes litigantes, etiam si agatur cum Ecclesiasticis personis, *Rot.decis.452.nu.1.par.1. diuers. decis.380.num.1.part.1. recentior.* tùm vigore particularis Priuilegij D.Cardin. Archi-
4 presbytero concessi, † quod locum habere, siue sententia lata fuerit pro Ecclesia, vel habentibus causam ab ea, siue contrà, dixit *Rota in Romana Societatis 25.Iunij 1610.coram bo. mem. Cardin. Sacrato, impress. apud Marches. de commiss. part.2. fol.229.num.3.*

5 Vndè gratis allegatus quod sententia † lata in vim relationis Peritorum detur appellatio, vt latè *Rimin.Iun.cons.212.num.4.& seqq. & post Anton.de Butr. aliosque ibi alleg. Rot.in Romana fideicommissi de Spiritibus 15. Ianuarij 1646. §. quo verò coram R.P.D. meo Cerro*; nam preterquod
6 vt infra † dicam non constat de grauamine, & *Rimin.Iun. loc. alleg.num.19.* declarat id procedere quando Periti fuerunt electi à Iudice,
7 secus† verò si à partibus, eademque distinctionem, sequitur *Menoch. consil.849.numer.1. & 5. Monach.decis.Bononien.55.num.15. & 17. Marant. in prax. part.6. tit.de sent. num.131. ad fin. Rot. in Romana pretij Fiani 14. Iunij 1610. coram Cardin. Lancellotto Iuniori sub num.3. in fin.*, ibi: *Nec ab ipsis partibus*, apud *Marches.de cōmiss.to.2.fol.206.* Cessat in casu nostro omnis difficultas stante Statuto de duobus conformibus, & particulari priuilegio appellationem prohibente de nullo presertim docto grauamine de quo cōstare supponunt omnes exaduerso allegati.

Quatenus verò obijcitur sententiarum iniustitia, vel nullitas ex defectu iurisdictionis, ex quo cum agatur de re subiecta dominio directo Capituli Sancti Petri, ad huius Iudices, non autem ad Iudices Puellarum Sanctæ Euphemiæ cognitio spectaret, respondetur nullitatem tolli ex facto, quia vt dicebam sententiæ DD.Baranzoni, & Riualdi super liquidatione melioramentorū latæ fuerunt tanquam à Iudicibus Sancti Petri in vim deputationis Eminentissimi Archipresbyteri, & rescripti
8 Signaturæ Iustitiæ, † quæ deputationem fieri rescribendo in statu, & in terminis declarauit implicitè, nec etiam antea defuisse iurisdictionem, talemque declarationem impugnare non potest Vestrinus, quia deputationi in eius
9 executionem factæ consensit † coram Iudicibus deputatis vlterius comparendo, *Felyn. in cap. cum M. Ferrariensis num.25. de constit. Scacc. de iudic.lib.1. cap.101.num.9. cum alijs allegatis in Ariminen. Saluiani 19.Iunij 1643. §.quo verò, coram me.*

Iustitia autem sententiarum hoc est liquidationis melioramentorum in scutis 1123. conuincitur ex concordi relatione Chelli, & Molæ peritorum iudicialiter primo loco ele-
10 ctorum † cui standum est, *Bald. cons.97. nu.1. lib.5. Caball.cons.20.num.4. lib.2. Gratian. disceptat.228.num.8.& 9. Coccin.decis.136.nu.2.* maxi-
11 mè quia tunc ab ea non † fuit appellatum, quod in terminis ponderauit *Rot. in Tiburtina administrationis 9.Decemb.1641.& 13.Maij 1642. corā Reuerendiss.D.meo Decano*, & quia cōsonant altera relatio Raynaldi electi à D.Baranzono, necnon plures locationes controuersæ domus exaduerso facto pro pensione ad summam
12 scutorum 60. † quas attendi debere, tradit in puncto *Peregrin.cons.76.sub num.10.ibique ex lo-*

catis-

*catione lib.4. facit, Rot.decis.*186.*nu.*12. *& 2. seqq. part.*6.*recent.*annua enim pensio scutorum 60. calculando pretium ad rationem scutorum
13 quinque pro quolibet centenario.† vt in domibus vrbanis, & presertim in locis remotis solet, *Cavaler. decis.*358.*num.*2. constituit capitale scutorum 1200. è quibus dempto valore situs ascendente ad scut.420. vt est inconfesso
14 apud partes, † quem in hac summa demendum esse tradunt allegari *per Modern.Hispanum in Labyrinth credit. part.*1.*cap.*11.*nu.*74. & exaduerso non controuertitur, pretium melioramentorum non excedit scuta 800. & sic est, longè minus quantitate, vt supra diffinita à tribus peritis.

Quibus adhæret etiam quarta relatio Castelli de ordine Rotę electi; animaduertendo, quod licet ipse mensurando quoque melioramẽta voluptuaria cannas murorum in maiori quantitate retulerit, quam primi Periti, qui solum melioramenta reficienda mensurarunt, distinguendo tamen vtilia, & necessaria ab inutilibus, & voluptuarijs, illa retulit esse valoris scutorum 1496. comprehenso situ, quem æstimauit in scutis 420. adeò quod juxtà eius relationem valor melioramentorum remanet in scut.1076. paucioribus summa à primis peritis æstimata, & per D.Cincium depositata.

Nec obstat, quod idem Castellus addiderit alia scuta 615. pro melioramentis inutilibus, & voluptuarijs;nam in hoc iudicio hypothecario auocationis rei hypothecatæ ab illius
15 emptore, † melioramenta huiusmodi reficienda non sunt, sed ea tantum ex quibus res est effecta pretiosior, vt in his terminis iubet *Iurisconsultus in l.Paulus* 29. §. *domus in fin. ff. pignor.* & tradit *Gabr.conf.*168, *sub nu.*111. *vers.vt probat lib.*1. *Couarr. variar. resolut.lib.* 2.*cap.*112. *num.*14. *Morot. de iur.offer. nu.*74. alijque plures relatis *à Modern.Hispan. in Labyrinth.cred.par.*1. *cap.*11. *num.*56. *& seqq. vbi sub num.*22. *& seqq.* fędere distinctionis conciliare nititur antinomiam, quæ videtur esse inter *textum in dicta l.Paulus*, §.*Domus, ac alium textum in l.cum postu-*
16 *lassem* 44. §. *damni infecti, ff.damn. infect.* † quæ antinomia respicit tantum refectionem melioramentorum necessariorum non reficiendorum ex sentẽtia *Garz.de melior. cap.*18.*nu.*76. *&* 68. sed quicquid sit de hoc quoad melio-
17 ramenta inutilia, & voluptaria, † quæ qualia sint standum est relationi periti, *Rota in Romana fideicõmissi de Spiritibus* 12. *Decembris* 1644. §.*sed alys, coram me*, concordant leges omnes, & Doctores, quod reficienda non sunt,vt etiã firmauit *Rota decis.*650.*num.*4. vbi voluptaria
18 dicuntur† quæ fructus rei non augent *part.*2. *recent. decis.*334.*num.*12. *coram bon: mem: Emerix. & in Romana Domus* 25.*Februarij* 1641. *coram R.P.D.meo Cerro*.

Dumque replicatur, quod in Viridarijs quippè, quæ ad voluptatem parata sunt me-
19 lioramentorũ † huiusmodi haberi rationem, dixit *Rota penès Seraphin.decis.*986.*num.*1. *& not. Alciat.in l.impensæ num.*9. *ff.verbor.signific. Ciriac controu.*261. *num.*33. *&* 34. respondetur, quod situs hic nec originaliter fuit concessus ad vsum Viridarij, sed solius fabricæ Domus, nec Viridarij delectabilis formam exhibet in
20 statu presenti, † qui debet attendi, *Gabr. consil.*168.*sub num.*111. *vers.quatenus lib.*1. *Peregr.de fideicommiss. artic.*50. *num.*70. *& seqq.* cum alijs quos refert, & sequitur *Rot.in Romana fideicommissi de Spiritibus* 22.*May* 1643. §. *& quamuis, coram me*.

Cum igitur pro D. Cincio adsint quatuor relationes quinque peritorũ, eo magis atten-
21 dendæ,† quia Instrumentis locationum corroborantur, *Dec.consf.*415.*num.*3.*&* 4. non merẽtur exaduerso adduci relationes Maruscelli, quem suo marte Vestrinus elegit in prima instantia postquam ob eius contumaciam in
22 eligendo † D.Riualdus alium elegerat,vt potuit *Seraphin. decis.*1051.*nu.*1. vel Moraldi post secundam sententiam D.Baranzoni assumpti extraiudicialiter ab Eminentiss. Archipresbytero S. Petri. Quia erroneæ conuincuntur ex antecedentibus, & subsequentibus relationibus quinque peritorum, quorum primi duo iudicialiter, & cõcorditer retulerunt, necnon ex Instrumentis locationum, & quod plus est valutant melioramẽta iuxtà pretium cementorum, vt illorum venditionibus, aut opera-
23 rijs solui solet,† cum tamen valutare debuissent quid exindè melioratum, *Peregrin. in his terminis d.cons.*70.*nu.*9. vbi dicit rationem quia
24 aliud est soluere æstimationẽ ædificij, † aliud restituere quantum fundus cum fabricis est factus pretiosior, *lib.*4.*Maresc.variar.resol.lib.*2. *cap.*114.*num.*13. *Ciriac. controu.*453. *sub num.*72. *&* 80. *Rot. in Romana Domus* 4.*Nouembris* 1642. *coram Reuerendissimo D. meo Decano, & in d. Romana fideicommissi de Spiritibus* 12.*Decemb.*1644. §. *si quid enim, coram me*, vbi in §. antecedenti firmatur vlterius, quod excipiens de melioramentis, nedum probare debet quid melio-
25 ratum, sed etiam quid impensum, vt actor quod minus est reficiat,iuxtà *tex.in l.domus* 62. *ff.leg.*1. *& alios ibi alleg.*

Quorum neutrum continent dictæ relationes Maruscelli, & Moraldi, nec aliter probatum exaduerso est quamuis longo tempore, & coram diuersis Iudicibus super liquidatione melioramentorum disceptatum principaliter fuerit, vt proindè aduersarius gratis doleat sibi non fuisse pręfixum terminum ad liquidandum, se acquiescere aliquando debeat deposito facto excedenti summam in secunda, & tertia relatione arbitratam, & ex pluribus locationibus resultantem, & ad vlteriorem peritorum electionem deueniendum
26 non sit, † ne detur processus in infinitum, *Felin. in cap.proposuisti num.*11.*circa fin. vers.quia eius officium de probat. Mandell. conf.*157. *num.*25. *& seqq. Rimin.Iun. conf.*112.*num.*21. *& conf.*335. *num.*6. *Monach.decis. Bononien.* 55. *num.*19.

Et ita decisum vtraque parte informante.

R.P.D.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Salisburgeñ Iurisdictionis.

Lunæ 16. Iunij 3653.

ARGVMENTVM.

Remissoria ad effectum iustificandi contrarium eius, quod in scripturis enunciatur, quando sit deneganda, licèt de ipso enunciato principaliter dubitari contingat, non minùs clarè, quàm eruditè tractatur.

SVMMARIIVM.

1 *Remissoria quando sit deneganda.*
2 *Iurisdictioni Ordinarij subiectio ex quibus desumatur.*
3 *Enunciatiua in scripturis antiquis emanata non probat, quando de enunciato principaliter dubitari contingat, & quando secùs num. 4.*
5 *Enunciatiua quãdo probet subiectionem Iurisdictioni Ordinarij.*
6 *Enunciatiua, quæ sapit naturam confessionis, contrà enunciantem, & ab eo causam habentes plenè probat.*
7 *Remissoria ad effectum iustificandi contrarium eius quod continetur in scripturis, denegatu.*
8 *Transactio est adinstar rei iudicatæ, & impedit vlteriorem processum in causa.*
9 *Recognitio in scripturis antiquissimis non requiritur, & quando secùs quæcumque sufficiat. num. 10.*
13 *Obseruantia proxima, non autem remota est attendenda, & quando dici possit remota. num. 12.*
13 *Obseruantia etiam remota, quando possit suffragari.*

DECISIO CCCXVIII.

SVPER iure visitandi loca de quibus agitur inter Reuerendissimum Archiepiscopum Salisburgeñ, ac Dominum Abbatem S. Lamberti, instituto vsque ab anno 1640. in hoc sacro Tribunali iudicio, decisionem fauorabilem ille recepit, eadem loca nec non ipsum Monasteriũ renunciantem intra limites Diœces. Salisburgeñ, ac ordinariæ Archiepiscopi visitationi consequenter obnoxia, & successiuè obtinuit per binas decisiones remissoriam ab Abbate petitam ad effectum probandi cõtrarium vigore immemorabilis denegari ex vi duarum potissimè transactionum, alterius videlicet. æditæ de anno 1420. alterius verò de anno 1493. sub reseruatione, authoritatis Apostolicæ stipulatæ inter Archiepiscopos tunc temporis, atque Abbates visitationem deferentis Archiepiscopo in eisdem locis tanquam consistentibus in Diœcesi Salisburgeñ. Quas sanè transactiones cum modernus Abbas forma probanti destitutas esse contenderet, nec ab altera transigentium parte subscriptas, eiusque sigillo carere ostendisset, ac inobseruatas esse iactaret in duabus successiuè decisionibus remissoriã obtinuit; aliasque eamdem coram Reuerendiss. Tarraconeñ denegantes reuocari, ex cuius ab Vrbe discessu suffectus in causa, cum decisionem vtramque ad disputationis trutinam reuocassem, ab his hodie DD. maturè discusso articulo recesserunt nedùm ex iuribus tunc vsque deductis, sed ex alijs etiam pro iustificanda veritate, ac obseruantia transactionis compulsatis in par-
1 tibus nouiterque productis, † ex quibus animaduertunt futuram probationẽ reddi inefficacem, & nullatenus pro futuram, sed potius vtrique parti allaturam esse dispendium, ac cõsequenter denegandam esse censuerunt ex dispositione *text. in l. ad probationem, ff. de probat. vbi gloss. not. in verb. non conuenit, & in c. cum contingat in verb. nihil de offic. deleg.* cum alias Rota denegauerit *coram Cassad. decis. 2. de dilat. & coram Verall. decis. 66. & 68. part. 3. vtrobique num. 1. & in alijs deductis in Auenionen. fideicommissi 4. Fe-*
2 *bruarij 1647. coram me.* † Siquidem antiquissima diplomata ab annis 400. Et vltra per Abbates pro tempore ab Apostolica Sede recepta Monasterium S. Lamberti Diœcesis Salisburgeñ esse recensent, ac consequenter eadem Archiepiscopali iurisdictioni subiecta præseferunt, *ad text. in c. cum personæ de priuileg. & in c. conquærente 16. de offic. ordin. Rota dec. 501. num. 1. part. 2. recent. & in Brixinen. iurisdictionis 11. Aprilis 1639. coram Salamantino, & in Beneuentana iurisdictionis 13. Maij 1632. & 27. Ianuarij*
3 *subsequentis anni coram R. P. D. meo Zarate,* † & licet in antecedentibus decisionibus super concessione remissoriæ emanatis ipsorũ fides elidatur ex eo, quod de enunciato in ipsis scripturis modo principaliter dubitari contingat, *vt dixit Rota in Nepesina tutela 16. Nouemb. 1618. coram bo: me: Card. Fabritio Verospio, & in dec. 633. num. 7. & decis. 552. num. 13. part. 4. tom. 3. recent.*
4 limitationem † tamen recepit præfata conclusio, quando sunt numero plures, & in diuersis temporibus emanarunt, diuersisque scripturis magnam redolentibus antiquitatẽ: Tales quippè enumeratiuæ vim obtinent famæ, ac situationem exaduerso impugnatam, proindè concludunt iuxtà sententiam *Aretin. in c. cum causa nu. 9. & 20. de probat.* in hoc sacro Tribunali receptam, *vt coram Puteo decis. 204. num. 4. lib. 2. & in decis. 202. nu. 1. & 541. num. 3. part. 1. recentior. & decis. 163. num. 2. eadem part. 1. recent.* & in alijs congestis in adducta *Beneuentana iurisdictionis 13. Maij 1652. in primo §. coram R. P. D. meo Zarate,* & comprobat *Aym. de antiquit. tempor. part. 1. §. Ampliatur numer. 7.*
5 dum † maximè ex alijs enunciatiuis robur assumunt æditis tribus in Breuibus pro erectione trium Episcoporum sub Alexandro Secundo Pontifice, ac Honorio Tertio expedit, nec non alio Breui sub Honorio pariter Tertio vigore compulsoriæ nuper exhibito, & in visitatione denique Nuncij Apostolici habita vsque ab anno 1610. & ab Abbate producta, ex quibus intra limites Diœcesis Salisburgeñ Monasterium enunciatur existere, in eaque proindè situm esse legitimè concluditur, *vt notat Riminald. Iun. cons. 314. num. 17. Rota coram Acchill. decis. 7. in fin. de iurepatron. & in decis. 130. num. 2. part. 2. diuers. & 176. nu. 5. part. 1.*
6 *recent. coram Gregor. 172. nu. 4.* † Quinimò cum eædem enunciatiuæ expressas potius sapiant

Abba-

Abbatum confessiones contra ipsosmet confitentes, ab eisque causam habentes plenum probationis gradum constituunt, cum maximè reiteratæ fuerint, & in scripturarum productionibus approbatæ, ad *text.in l.cum te, C.de numer.pecun. & in l. separatus in princip. ff.de pign. vbi DD. communiter, Bart. in l. facta, §. si hæres, ff.ad Trebell. Rota decis.180. num.4. & 575. nu.4. par.2. & 360.nu.5. part.3.recent.& coram Gregor. decis. 172. numer. 1. & coram Buratto decis. 551. num.2.*

7 Præterea † futuram immemorabilis probationem inefficacem fore demonstrat vtraq; transactio ab anno 1420. & 493. inter partes ædita sub reseruatione confirmationis Apostolicæ ab Alexandro VI. Pontifice successiuè receptæ, ac expraßè concludens Monasterium Sancti Lamberti intra Diœcesim Salisburgeñ extare, illud Archiepiscopali proinde obedientiæ recensendo suppositum, pro cuius iustificatione contrarij petitam remissoriam DD. denegarunt, vt aliàs ad iustificandum contrarium eius, quod continetur in scripturis denegarunt, *coram Seraphino decis.1460.nu.3. & 4. & coram Egid.decis.9. coram Buratto dec.351 num.1. coram bon.mem.Vrgellen.decis.131.num.13. & decis.196.num.4. & in decis.257.num.1. part.7.*
8 *recent.& sepè in alijs.* † Quarum sanè transactionum obseruantia, ac veritas ex defectu formę probantis in antecedentibus decisionibus impugnata ex iuribus nouiter compulsatis, atque productis, vera esse dignoscitur, ac inter partes obseruata, adeò quod litis ingressum, vlterioremque processum in causa adinstar rei iudicatæ, cuius virtutis esse censetur, debet impedire, *vt notant DD.in l. fratres tui, C.de transact. vbi Bart. Salicet. Alex.& alij in l.non minorem, Cod. eodem tit. & pluries dixit Rota, vt coram Verall.decis.51. part.3. coram Seraphino 1157. num.1. & in decis.402.num.4.par.5.recent.& in alijs latè deductis in Romana rescissionis concordiæ 15.Iunij 1648.in §. hæc enim, coram Eminentiss.D.Card.Corrado.* Hęc nanque obseruantia desumitur ex pluries petita facultate absoluendi à casibus reseruatis ab Abbatibus pro tempore in executione concordiæ, à Ioanne videlicet sub die 18. Februarii 1495. & ab Abbate Valentino mediãte persona Vicarij ob legitimum ægritudinis impedimentum ad Archiepiscoum trãsmissi, vt facultatem absoluendi à reseruatis, & animarum curam exercendi in executionem cõcordiæ obtineret, aliàs quoque prorogationem quatuor mensium ad comparendum postulante de anno sequenti pro facultate prędicta ad formam transactionis suscipienda. Eandem quoque obseruantiam comprobant literæ Ioannis Abbatis die 17. Decembris 1586. Archiepiscopo Salisburgeñ transmissæ, vt terminum ad comparendum pro recipienda facultate absoluendi à reseruatis ad normam transactionis sibi prorogaret, eiusque successiua concessio, plures denique supplicationes ad eundem effectum Archiepiscopo ab Abbatibus porrectæ, & subsecutæ vsque ad annũ 1623. ac compulsoriæ vigore in actis nuperrimè productæ, vt in Summario Archiepi-
9 scopi recensitæ *à num.5. vsque ad 14.* † Quarum fides nõ minuitur ex defectu validæ recognitionis, vt exaduerso contenditur, cum illa in scripturis antiquissimis excedentibus metam annorum centum, vel nullatenus requiratur, vt de scriptura non excedente metam annorum 70. dixit *Rota coram Verall. decis.5. num.3.* In scriptura verò annorum centum *coram Puteo decis.143.lib.1. & in decis.27.num.2. 693.nu.7. in fin. part.2. recent. & coram Buratto decis.667.*
10 *num.2. latè Adden. num.8. & 776. num.4.* † vel dum ex earum productione multiplici, ac numero vires assumit, leuis quæcumque sufficiat, vt respondit *Rota coram Verallo in adducta decis.5.num.4. par.3. & in decis.431.num.5. par.5. recent. & in alijs relatis in Marsicen. Iurisdictionis 18. February 1647. in penult.§. coram R.P.D.meo Bichio.*

11 Et licèt † obseruantia pro parte Archiepiscopi adducta exaduerso impugnetur tanquã remota, non autem proxima concordiæ anni 1493. quam potiùs attendendam, dixit *Rota Gregor. decis.325. vbi latè Adden. num.1. & in de-*
12 *cis.105. num.10. par.7.recent.* † Hæc tamen obiectio videtur ex facto corruere, dum post duos dumtaxat annos à die celebratæ concordiæ subsecuta dignoscitur, vt autem remota dici posset anni 40. & vltra debuissent effluere, vt dixit *Rota in Tirasonen. Sacristiæ 9. Iunii 1600. coram Iusto, & in adducta decis.105.num.12 part.7. recent. & not. Aaden. ad dictam decis. Gre-*
13 *gor. 325. num.26.* † Præterquam, dum ex pluribus supra deductis adminiculatur, eadem obseruantia, etiamsi remota foret, posset Archiepiscopo suffragari, vt dixit *Rota decis.482. num.10. part.1. recent. & coram Buratto decis.10. nu.35. & in Elboren. Iuris conferendi 4.Iulii 1640. coram Reuerendissimo Salamantino, & not. Add. ad Gregor.325.num.23.in fine.*

Ex quibus cum bonum ius Archiepiscopi appareat iustificatum, petitam remissoriam ad effectum probandi contrarium Domini denegarunt tanquam irreleuantem, & à decisis recesserunt vtraque &c.

R. P. D. MELTIO,

Posteà Episcopo PAPIEN.

Cordubeñ dimidiæ Portionis.

Veneris 20. Iunij 1653.

ARGVMENTVM.

Expositus an sit admittendus ad Beneficia Ecclesiastica stante statuto, quod nullus ex Iudæorum, seù conuersorum genere descendens ad aliquod Beneficium Ecclesiasticum admittatur, quodque præterea quotiescumque alicui prouiso daretur possessio, is se ex Iudæorum genere non esse iuramentum pręstare, & de eo sufficientem informationem tradere teneatur, acerrimè discutitur, & resolutio affirmatiua in contrarium adductis plenè satisfit.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Immissio adinstar* leg. fin. C. de edict. D. Adr. toll. *competit Prouiso Apostolico data litterarum iustificatione.*

2 *Mensis Februarij quoad collationes beneficiorum est reseruatus Sedi Apostolicæ, Episcopo non gaudente alternatiua, vel vbi collatio est simultanea.*

3 *Alternatiuam inter Papam, & Episcopum quoad collationes beneficiorum intrat in beneficiis ad liberam Episcopi collationem spectantibus, non autem in illis simultaneæ collationis.*

4 *Obitus de mense præciso respectu collationis beneficijs, an, & quando remaneat probatus per testes de solo auditu, ac de publica voce & fama deponentes, & num. 6.*

5 *Assertio facta à Papa in litteris Apostolicis de actu coram se gesto, de per se concludenter probat.*

7 *Inclusio vnius est exclusio alterius.*

8 *Resignatio beneficii probatur ex attestatione Pontificis emissa in litteris Apostolicis.*

9 *Resignatio beneficii in manibus Papæ abdicat omne omne ius, omnemque possessionem à Resignante.*

10 *Beneficium resignatum tanquam vacans potest impetrari.*

11 *Sacerdotium probatur ex litteris patentibus.*

12 *Valor beneficii quando dicatur optimè iustificatus.*

13 *Et an sufficiat vnicus testis pro illius iustificatione.*

14 *Valor beneficij obtenti iustificatur leuioribus probationibus.*

15 *Et semiplena, ac minor probatio sufficit.*

16 *Verbum,* teneatur, *quid importet?*

17 *Ortus à parentibus infidelium non præsumitur, sed debet ab allegante probari. amplia vt num. 18.*

19 *Et declaratur statutum Corduben. disponens quod in acquirendis beneficiis Ecclesiasticis,* teneatur quis sufficientem probationem dare, *se non esse ex genere Iudæorum &c.*

20 *Expositus æquiparatur vulgo quæsitis.*

21 *Legitimari quis non potest data incertitudine parentum. declara vt num. 22.*

23 *Expositus habet præsumptionem pro se, quod non sit impurus, ac sanguine infectus.*

Et asserenti contrarium incumbit onus, illud plenè & concludenter probandi, num. 25.

24 *Exposito, sola præsumptio legitimitatis sufficit ad acquirendas dignitates Ecclesiasticas.*

26 *Expositi, stante statuto, quod pro acquirendis beneficiis Ecclesiasticis teneatur quis de sanguinis puritate informationem dare, an & quando possint admitti, licèt non possint satisfacere statuto.*

27 *Expositus per dispensationem Apostolicam potest Ordines Ecclesiasticos suscipere, & beneficia obtinere.*

28 *Epositi, an ad sacros Ordines promoueri possint absque alia dispensatione, & an sint capaces successionum, Ordinum, & dignitatum.*

29 *Statutum contrarium dispositioni iuris communis non est attendendum, nisi fuerit à Papa confirmatum.*

30 *Statutum disponens, quod descendentes ex Iudæis, Hæreticis &c. non admittantur ad beneficia Ecclesiastica est contra ius commune.*

31 *Statutum disponens contra ius commune, venit restringendum.*

32 *Et nullam recipere potest interpretationem vltra illud, quod in eo exprimitur.*

33 *Expositus, stante statuto, quod descendentes ex Iudæis non admittantur ad beneficia Ecclesiastica, tamen venit admittendus, & quare.*

34 *Confirmari non potest illud, quod non est in rerum natura.*

35 *Confirmatio Apostolica, circa statuta, restringitur ad limites confirmati, & cuius natura sit.*

36 *Confirmatio, & noua concessio valde differunt inter se.*

37 *Obseruantia destruitur ex vnico actu contrario, etiamsi mille pro eo darentur.*

38 *Confirmationes, & Beneplacita Apostolica ex cursu temporis deducta fuerunt relicta, & reprobata ex Constitutione Vrbani VIII.*

39 *Obseruantia contra ius non est attendenda.*

40 *Expressè quod fieri nequit, nec tacitè licitum esse debet.*

DECISIO CCCXIX.

VACANTE dimidia portione in Ecclesia Cathedrali Corduben. per obitum Ioannis Sanchez Romero, siue per obitum Hieronymi de Leyua, & Rueda, siue per cessionem Didaci de Nauas Solano, vel per resignationem Alphonsi Nauarro, de ea à Dataria fuit prouisus Dominus Didacus Yranzu del Pino, qui subrogationem gratiosam obtinuit in omni iure, quod præfatis omnibus competebat, & præsertim in possessione in qua D. Ioannes Sanchez Romero existebat, expeditisque litteris Apostolicis illas præsentari curauit in Capitulo, à quo petita possessione illud mandauit, quod prius reuiderentur dictæ litteræ pro habēda certitudine, quod in illis narrata vera essent, & deinde respondit, quod erat paratum ad executionem dictarum litterarum, satisfacto tamen priùs per eumdem Didacum statuto puritatis sanguinis quod habet Ecclesia Corduben. ad sui fauorem auctoritate Apostolica confirmatum, vt in Summario Capituli num. 9. Cum autem de nouo facta fuisset instantia per eumdem Didacum pro obtinenda tali possessione illa ei denegata fuit, eo sub prætextu, quod minimè fuisset adimpletum dictum statutum. Commissa igitur appellationis causa in Rota dubitatum fuit an litteræ Apostolicæ sint iustificatæ ita vt D. Didacò danda sit immissio, & proposito per me sub hac die, huiusmodi dubio, quoad vtramque illius partem DD.
1 affirmatiuè responderunt, † data enim iustificatione litterarum Apostolicarum, vt Prouiso danda sit immissio ad instar, *l. final. Cod. de edict. Diu. Adr. tollen. declarat Vitalin. in Clem.* 1. *numer. 68. de caus. possess. & propriet. Bald. in l. 2. num. 65. C. de seruit. & aqua. Menoch. de adipiscen. remed. 6. num. 35. Rota coram Seraphino decis. 357. num. 1. Greg. XV. decis. 335. num. 15. & decis. 338. & 699. vtrobique num. 1. part. 5. recent. & coram Buratto decis. 433. numer. 1.* & alibi sæpiùs fuit dictum.

De iustificatione autem dictarum litterarū dubitare non posse visum fuit, quia de vacatione

tione istius beneficij, siue dimidię portionis secuta per obitum Ioannis Sanchez Romero extra Romanam Curiam de mense reseruato vt narratum fuit in litteris constat ex depositionibus Testium ser. ser. examinatorum, ex quibus colligitur dictum Ioannem Sanchez obiisse in possessione huius dimidiæ portionis de dicto mense Februarij 1646. Summar. Di-
2 daci num. 4. † qui mensis, Episcopo non gaudente alternatiua, vel vbi collatio est simultanea, prout ea gaudet Capitulum Cordubeñ, iuxta probationes datas eodem Summ. Didaci num. 5. est reseruatus ex Regula Cancellarię octaua hodie nona, *Rota coram Gregor. XV.*
3 *decis.* 103. *num.* 4. † vbi quod alternariua intrat solummodò respectu beneficiorum ad liberam Episcopi collationem spectantium, non
4 autem in illis simultaneæ collationis, † dicti autem Testes probant concludenter obitum Ioannis Sanchez de dicto mense Februarij licet deponant de solo auditu, ac de publica voce & fama, quia non datur concursus alterius prouisionis, *Rota coram Gregor. XX. dicta decis.* 103. *num.* 6. & fuit resolutum *in Maioricen. beneficii* 27. *Februarii* 1643. *coram me*; sed contradicit tantummodò Capitulum, quod habet collationem simultaneam cum Episcopo

5 Prouisio † Didaci de Nauas Solano obtenta à Sede Apostolica per obitum dicti Ioannis Sanchez, ac libera cessio dicti Didaci in manibus Papæ, necnon noua prouisio, seù mandatum de prouidendo ad fauorem Hieronymi de Leyua, y Rueda probatur ex assertione facta à Papa in litteris expeditis ad fauorem Didaci, quę maiorem non requirit probationem. Cum attestatio Papę præcisa de actu coram se gesto de per se concludenter probet, ac sufficiat absque alia probatione, ad *textum in cap. ex parte Decani de rescript. vbi Imola num.* 15. *Clemen.* 1. *de probation. Oldr. cons.* 252. *num.* 2. *Rota coram Martin. Andr. decis.* 57. *num.* 3. *& coram Merlino decis.* 407. *num.* 6. *& decis.* 838. *sub num.* 1. *&* 3.

6 Obitum † dicti Hieronymi de Leyua y Rueda secutum fuisse de mense Iulij 1649. seù alterius verioris anni probatur etiam ex depositionibus Testium datis in eodem Summ. Didaci num. 7. qui licet deponant de auditu, ac de publica voce & fama tantùm, ad istum tamen effectũ sufficiunt, *Rota coram Greg. XV. decis.* 176. *num.* 7. ex eadem ratione, quia hic agitur de concursu prouisionis, & licet Capi-
7 tulum Cordubeñ contradicat, † animaduerti tamen debet illud omnia in litteris narrata tacitè admisisse dum requisiuit à Didaco solùm adimplementũ statuti sanciẽtis super puritate sanguinis, si enim quoad reliqua narrata litterę illi visa non fuissent sufficienter iustificatę, eas quoque impugnasset ex alijs rationibus; Vnde benè hic videtur adaptari conclusio, quod inclusio vnius est exclusio alterius, *l. cum Prætor, ff. de Iudic. gloss. in l. maritus, verb. præscripserit, Cod. de procurator. Grat. consil.* 53. *num.* 54. *lib.* 1. *Rota decis.* 152. *num.* 14. *par.* 6. *recent.*

8 Prouisio verò † Alphonsi Nauarro siue ex causa obitus dicti Ioannis Sanchez, siue obitus Hieronymi de Leyua, siue cessionis Didaci de Nauas probatur, & ipsa ex attestatione Pontificis emissa in litteris, prout etiam ex eadem probatur cessio, siue resignatio liberè facta ab eodem Alphonso in manibus Papæ, quæ cum etiam sit pręcisa, ac loquatur de actu coram eodem Pontifice gesto, satis probat, ac liberat ab onere maioris probationis, vt pręter supra allegatos firmauit, *Rota in Tudertina Iurispatronatus* 9. *Iulii* 1623. *coram Manzanedo, & coram Merlino decis.* 407. *num.* 6. *&*
9 *seqq.* † Cùm igitur idem Alphonsus cesserit, & resignauerit, & ipse in manibus Papæ hanc dimidiam portionem, per talem resignationem liberè factam fuit ab eo abdicatum omne ius, & quecumque possessio, ad tradita per *Paris. de resignat. lib.* 1. *quæst.* 9. *numer.* 1. *& seqq.*
10 vbi † quod tanquam vacans liberè potuit impetrari, *& lib.* 7. *quæst.* 1. *num.* 11. *versic. declarat primo, Rota coram Merlino decis.* 231. *nu.* 3.
11 Reliqua † in dictis litteris narrata remanent quoque iustificata; Nam quod Didacus sit Sacerdos probatur ex litteris patentibus Eminentiss. Card. Vicarij Vrbis, quæ ad istum effectum sufficiunt, *gloss. in cap. inter quatuor de Cleris. Peregrin. Felin. in cap. per cessionem num.* 3. *de probation. Rota decis.* 16. *eodem titulo in antiquis, Rota decis.* 705. *nu.* 3. *in fine par.* 1. *& decis.* 455. *n.* 7. *par.* 2. *recent.*

12 Controuerti † neque potest valor narratus in ducatis auri de Camera 300. per non excessum, quia ex quatuor Testium depositionibus datis in eodem Summario Didaci num. 9. constat dimidias portiones esse annui redditus scutorum 550. aut 600. ad summum monetæ Cordubeñ nuncupatæ de Vellon, quę vt non excedant ducatos auri de Camera 300. concludunt iidem Testes, qui cum deponendo super valore percutiant tempus gratię obtentæ per Didacum valor dicitur optimè iustificatus, *Rota coram Greg. XV. decis.* 357. *num.* 4.
13 *& coram Buratto decis.* 18. *num.* 9. † pro huiusmodi enim iustificatione valoris, satis etiam fuisset vnicus Testis iunctis adminiculis, vt per *Greg. XV. decis.* 163. *num.* 2.

Remanet etiam abundè iustificata gratia circa narratiuam trium beneficiorum obtentorum à Didaco, atque illorum valorem ex eorumdem quatuor Testium depositionibus, quorum duo testantur quodlibet illorum nõ excedere valorem ducatorum auri de Came-
14 ra 24. eodem Summario Didaci num. 11. † ad obtentorum enim valorem probandum quęcumque admittuntur leuiores probationes, *Egid. decis.* 674. *&* 630. *Cotta decis.* 198. *Put. de-*
15 *cis.* 29. *lib.* 1. † Immo etiam sola semiplena, ac minor probatio sufficit ex pluribus allegatis per *Buratt. decis.* 121. *num.* 5. *decis.* 493. *num.* 6. *& decis.* 797. *num.* 2.

Non obstat statutum Ecclesiæ Cordubeñ confirmatum à Paulo V. fel. recor. requirens in prouisis puritatem sanguinis, ad cuius probationem prætendit Capitulum Cordubeñ teneri

teneri Didacum pro iustificatione suæ gratiæ, qua vsque adhuc per eum non facta Beneficii seu dimidiæ portionis possessionem illi tradere recusat, quia licet statutum per hæc verba disponat. *Quod nullus ex Iudæorum, seu conuersorum genere descendens ad aliquod beneficium in Ecclesia Corduben. admittatur quodque prœterea quotiescumque alicui prouisō tradetur possessio, is se ex Iudæorum, seu conuersorum genere non esse, iuramentum præstare, & de eo sufficientem informationem da-*
16 *re teneatur*; † Vnde ex vi illius verbi, *teneatur*, Prouisis videatur imposita necessitas probationem puritatis sanguinis faciendi, ad *textum in l. 1. ff. quod quisque iur. cum alijs per Ias. in §. curare num. 3. instit. de action. Surd. cons. 81. num. 14.* Tamen quia idem statutum continet etiam subsequentia verba: *Et si id non fecerit, quo Capitulum illam accipiat, & si per eam de contrario constiterit talis prouisus admitti non debeat, & si iam fuisset admissus pro priuato habeatur, & ad restitutionem fructuum teneatur.*

17 Ex his † existimauit Rota in similibus causis Capitulo obijcienti impuritatem, & ortū à parentibus infidelibus, vel alio modo impuris incumbere onus hoc probandi, & concludenter, cum vnusquisque purus præsumatur dum probatur contrarium, *cap. vltimo de præ-*
18 *sumpt. & l. ab ea parte, ff. de probation.* † maximè quando natus est in Regione Christianorum, vt probatur de Didaco, iuxtà *gloss. in cap. Presbyteris distinct. 8. & in cap. si eos 148. de consecrat. distinct. 4. Rota coram Mantica decis. 274. numer. 1. coram Coccino decis. 68. num. pariter 1. & in recent. decis. 167. num. 31. & 32. & decis. 182. num. 4. par. 1. coram Merlino decis. 368. num. 1. & 2.* Vbi habetur in terminis huiusmodi statutorum ita Rota semper seruare fuisse solitam, & multas refert alias decisiones.

19 Nihilque refert, † quod illa verba statuti, *sufficientem informationem dare teneatur*, videantur stare præceptiuè, quia illa intelliguntur quatenus ex abundanti ipse Prouisus vellet suam puritatem deducere, & sic hoc relinquit in eius arbitrio; Vnde in defectum adimplementi non procedit illud ad priuationem cōtra Prouisum, aut illum arcet à possessione, sed vt supra demonstratum fuit, grauat Capitulum ad faciēdum huiusmodi probationem; & quatenus ab eo probetur impuritas tunc denegat admissionem Prouiso, vt benè declarat *dicta decis. 368. coram Merlino sub num. 6. cum duobus seqq. Lotther. de re benefic. lib. 2. quæst. 43. num. 68. & seqq.*

20 Minus aduersatur, † quod Didacus ex propria confessione sit Expositus, quare æquiparandus sit vulgò quæsitis, vt per *Bart. in l. 1. in*
21 *fine, ff. de municipal.* † qui vulgò quæsiti legitimari non possunt ob incertitudinem parentū, *Put. decis. 425. lib. 1. num. 1. & 2. Seraph. decis. 1081. num. 1.* vnde stante incertitudine etiam respectu parentum ipsius Didaci, impossibile reddatur Capitulo capere informationem super
22 puritate, vel impuritate illius sanguinis. † Nā licèt vulgò quæsiti non possunt legitimari, hoc tamen procedit, quia nulla haberi potest præsumptio de eorum patribus. Si autem ab aliquo vti à patre agniti sunt legitimantur, iuxtà *Text. in l. si qua illustris circa finem, Cod.*
23 *ad orficiant.* † & ratio est, quia tunc intrat præsumptio, quod sint illius, à quo legitimantur. Cum autem Expositi pro se habeant præsumptionem, quod non sint impuri, ac sanguine infecti, *ex text. in l. sancimus, C. de Infantib. exposit.* & tenuerunt multi DD. magni
24 nominis *relat. per Dian. resol. 96. par. 10.* † hæc sola præsumptio sufficit ipsi Didaco, vt per *Menoch. de arbitr. cas. 395. num. 15. Gratian. discept. forens. cap. 135. num. 31. & cap. 267. nu. 22. Barbos. in rubr. de Infantibus &c. num. 3. vers. verum DD. magis, & in addit. tom. 6. Collect. ad eamdem rubr. num. 2. & de offic. & potest. Episcopi par. 3. alleg. 51. num. 150. latè Castropal. tom. 2. tract. 13. disput. 4.*
25 *punct. 1. num. 8. & seqq.* † adeout Capitulo Cordubensi dum intelligit illum excludere ex capite impuritatis sanguinis non sufficiat illam præsumptiuè probare, sed requirantur plenæ, ac concludentes probationes, vt *in dicta decis. Merlini 368. n. 1. & 2.* quæ hic prorsùs deficiūt.

26 Nec obstat † *decis. 185. num. 3. par. 1. recentior.* quia ibi non affirmat Rota, quod Expositi non possint admitti in Ecclesia Toletana, sed tantùm incidenter insinuat illos non posse satisfacere statuto puritatis; quod quidem manifestum est. Nam si ipsi tenerentur informationes dare nullatenus satisfacere possent statuto: At verò in huiusmodi statutis, vt supra ostensum fuit, Prouisi non tenentur probationes facere, sed hoc onus incumbit Capitulo; Ideoque benè potest stare, absque implicatione, quod Expositi non possint satisfacere statuto, & tamen possint admitti: Vltrà quod statutum Ecclesiæ Cordubeñ est diuersum à statuto Toletano.

Suffragatur etiam eidem Didaco, quod vti Expositus obtinuit dispensationem vsque de anno 1624. à san: mem: Vrbano VIII. non solùm ad suscipiendum omnes ordines Ecclesiasticos, sed etiam ad obtinendum quæcumque, & qualiacumque beneficia Ecclesiastica, tàm sine cura, quàm cum cura, vt in
27 eius Summario num. 14. † Vnde quæcumque incapacitas, quæ in eo considerari poterat vti Exposito, censetur sublata ex plenissima habilitate, & restitutione illi concessā à Ponti-
28 fice, *Rota coram Penia decis. 315. num. 9.* † licèt etiam non desint DD. qui teneant Expositos ad sacros Ordines promoueri posse absque vlla dispensatione, & esse capaces successionum, Ordinū, & Dignitatum, *Felin. in c. cum deputati n. 13. de iudic. Menoch. de arbit. cas. 396. n. 16. in fin. Grat. discept. for. cap. 135. n. 31. & cap. 267. nu. 22.*

Nihilque faciunt alia prætensa statuta Ecclesiæ Cordubeñ, disponentia modum seruandum circa traditionem possessionis, & in specie, dum mandant, quod Prouisus iuret, & det memoriale cum explicatione patris, auorum, & loci natiuitatis, quod omninò impossibile redditur ipsi Didaco; stante quod ille
29 fuerit Expositus. † Nam huiusmodi statuta, tamquam confirmatione Sedis Apostolicæ caren-

carentia, non veniunt attendenda; Cùm condi non potuerint vti iuri communi contraria quæ propterea pro eorum validitate tali cõfirmatione indigebant, ex multis relatis per
30 *Adden. ad Buratt. decis.758.num.13.* † vbi habetur statutum disponens, quod descendentes ex genere infecto, nempè Iudæorum, Maurorum, vel Hæreticorum non admittantur ad beneficia Ecclesiastica, esse contra ius com-
31 mune, iuxtà *text. in cap. eam te de rescript.* † & propterea restringendum esse, declarat *Bart.*
32 *in l. omnes populi num.56. ff. de iust. & iur.* † ita vt nullam recipere possit extensionem vltrà illud, quod in eo exprimitur, iuxta *text. in l. si*
33 *vero, §. de viro, ff. solut. matrim.* † Vnde cùm in Didaco vti Exposito non reperiatur macula, quam statutum excludit, ille admitti debet, vt per *Grat. discept. for. d. cap. 267. num. 26.*

Neque valet, quod ex parte Capituli dicatur dicta statuta facta fuisse pro maiori declaratione, & faciliori executione primi, & sic confirmationem Apostolicam illa quoque comprehendere. Quia confirmatio prima emanauit à Paulo Quarto de anno 1555. vltimo verò statuta initium habuerunt post publicationem Sacri Concilij Tridentini, quod fuit perfectũ sub Pio Quarto de anno 1563.
34 Vnde agitur de impossibili, quod dicta confirmatio Apostolica ad præfata statuta post tam longum tempus facta extendi posset, quia daretur casus, quod confirmatio fuisset facta sine confirmabili, quod non est admittendũ, cum confirmari non possit, quod non est ex doctrina *Bald. in cap. ex litteris num. 5. vers. & est ratio diuersitatis, de fid. instrum. & cons. 161. num. 1. in fine, versic. nam confirmatio non potest esse, lib. 5. Tiraquell. de legib. connub. gloss. 4. num. 26. in fine,*
35 *Vincent. de Franchis decis. 204. num. 24.* † Vltrà quod sufficit vt in eadem confirmatione non legantur dicta prętensa statuta, sed insertus fuerit, tantummodò tenor primi statuti, quia confirmatio restringitur ad limites confirmati, & illius naturæ est, non aliquid de nouo tribuere, sed quod iam tributum est, solùm roborare, *l. Aurelius, §. testamento, ff. de liber. legat. gloss. in cap. 1. verbo confirmat, de confirmat. vtil. vel inutil. Rota in recent. decis. 269. num. 44. part. 4.*
36 *recent. tomo 2.* † aliàs non esset confirmatio, sed noua concessio, quæ duo valdè inter se differunt, *cap. inter dilectos, §. cæterum, de fid instr. l. & quia, ff. de iurisd. omnium Iudicum, Abbas consil. 57. col. fin. lib. 2. Dec. in rubr. de confirm. vtil. vel inutil. num. 1. vers. ad idem.*
37 Nec aliqua confirmatio † desumi potest ex obseruantia, quia vltra quod ex abundanti dicitur, quod ex parte Didaci per Testium depositiones probatur Aluarum Pizano de Palacios aliàs fuisse receptum in Canonicum scripturalem à Capitulo Cordubensi, non obstante, quod iste fuisset Expositus, vt in eius Summario num. 16. qui solus actus aptus est destruendam quamcumque prætensam obseruantiam, etiam si pro ea mille darentur *Ciriac. controu. 460. num. 31. & 32. Rota coram Gregor. XV. decis. 162. num. 9. vbi Adden. num. 15. & fuit resolutum in Toletana Decimarum de Soluna*

22. Aprilis 1641. coram R.P.D. meo Bichio, coram Merlino decis. 554. num. 31. & in Beneuentana Iurisdictionis 27. Ianuarij præteriti coram R.P.D. meo Zarate, §. immemorabilis, circa finem, dicitur eti&
38 † quod † refugium præsumptæ confirmati otionis remanet hodie sublatum ex Constitutione Vrbana ædita de anno 1641. sub die 5. Iunij, qua, quæcumque præsumptæ confirmationes, & obseruãtiæ, ac beneplacita Apostolica ex temporis cursu deducta iure optimo fuerunt reiecta, & reprobata, prout ita firmatur *in Tiburtina Affictus 19. Iunij 1648. in Leodien. Dominiorum 25. Iunii, §. præter quod oppositiones, coram Eminentissimo D. Cardin. Corrado.*
39 Accedit † quod versamur in obseruantia voluntaria, & contra ius, quæ proinde non est attendenda, quemadmodum Capitulum non potest condere statutum contra ius, ita
40 nec inducere obseruantiam. † Nam quod non potest fieri expresè, nec tacitè licitum esse debet, vt concludit *Oinotom. super Institut. §. ex non scripto, de iur. natur.* & ibidem post eamdem conclusionem tenetur, ac in terminis firmauit *Rota in recent. decis. 577. num. 55. cum seqq. par. 5.*

Demùm prætensa obseruantia respectu vltimorum statutorum, nec potest dici probata per Testes, vt in Summario Capituli num. 5. quia cum illi deponant aut de auditu, aut de credulitate, aut in genere extare statutum super conditionibus, & qualitatibus admittendorum, istæ verificari possunt in primo Statuto à Sede Apostolica confirmato, & quamuis talis obseruantia benè probaretur adhuc nullius esset releuantiæ ex supradictis.

Et ita resolutum fuit vtraque parte informante &c.

R. P. D. BICHIO.

Albinganeñ Præcedentiæ.

Veneris 20. Iunij 1653.

ARGVMENTVM.

Prçcedentia secundum Constitutionem Gregorij XIII. debetur existenti in quasi possessione præcedendi, huiusmodi verò quasi possessio ex quibus probata remaneat, clarè demonstratur; & huius occasione, quando in Ecclesia cornu Euangelij respectu prçcedentię censeatur minùs dignum cornu Epistolæ, & quãdo secùs, eruditissimè tractatur. 1

SVMMARIVM.

1 *Præcedentia debetur antiquiori.*
2 *ad Dexteram partem incedens denotat dignitatem, et maioritatem respectu incedentis ad sinistram.*
3 *Communis hominum opinio in materia præcedentiæ multum attenditur.*
4 *Superioritas probata remanet ex vsu iubendi data obedientia, & acquiescentia illius cui iubetur.*
5 *Campana magna sicut digior est campana parua, ita digniorem esse designat quem vocat.*

6 *Dignior censetur qui à Digniori fuit institutus, data in cæteris paritate.*
7 *Præcedendi possessio, denotat in præcedente maioritatem, & dignitatem.*
8 *Testes confratres deponentes ad fauorem ipsius Confraternitatis non merentur fidem, præsertim in re magni honoris.*
9 *Intellige procedere si exinde emolumentum aliquod, vel honorem vt singuli reportarent, secus si vti vniuersi, num. 11.*
10 *Honor debitus Confratribus vti vniuersis, non debetur vti singulis.*
12 *Testes contra inducentem plenè probant.*
13 *Dextera pars dignior reputatur, quia inde est localis motus principium.*
14 *Præcedendi quasi possessio acquiritur per vnicum actum.*
15 *Præcedere in Processionibus quo titulo quis præsumatur, si haberet qualitatem Sacerdotis, & Confratris, incedendo cum Confratre alterius Societatis.*
16 *Cornu Euangelij in Ecclesia quando censeatur minùs dignum cornu Epistolæ, respectu præcedentiæ, & quando secùs.*
17 *Dextera pars in Ecclesia est cornu Euangelij in ijs, quæ sunt quodammodo pars Altaris, & Presbyterii, & ab Altare regulantur, aut vertuntur ad Populum.*
18 *Dextera pars in sacris Concilijs in quorum medio poni sacrosanctum Dei Euangelium quænam sit dicenda.*
19 *Locus ille dignior est in omnibus consessibus, qui est à latere dextero personæ primariæ in medio, & è conspectu astantium sedentis.*
20 *Intellige procedere in consessu inter personas illum integrantes, secùs autem in progressu.*
21 *Confraternitates laicales nullam partem habent in consessu Altaris, & Presbyterij.*
22 *Dextera pars in Ecclesia est cornu Epistolæ respectu eorum, qui expectant progressum ad Altare.*
23 *Dextera pars in Ecclesia respectu populi est cornu Epistolæ.*
24 *Præcedentia metiri debet ab vsu, seu consuetudine, & à communi opinione, ac æstimatione hominum.*
25 *Locus ille dignior habetur, qui digniori personæ vicinior est.*
26 *Confraternitas illa dignior reputatur, quæ Clero proximior incedit, quamuis eius Vexillum (quæ præire solent) magis à Clero distaret.*
27 *à Vexillo desumitur dignioritas illud deferentis respectu alterius sub eodem vexillo incedentis, vel quando cætera sunt paria.*
28 *Præcedendi possessio vniuersalis quando censeatur acquisita per vnicum actum particularem, & quando secùs num. 30.*
29 *Constitutio Gregorij XIII. de præcedentijs non abrogat possessori antiquitatem.*
31 *Dignior aut præcedit, aut subsequitur secundum locorum consuetudinem.*
32 *Præcedendi quasi possessionem non tribuunt actus æquiuoci.*
33 *Acquiescentia in subsequendo in materia præcedentiarum, præiudicat acquiescenti.*

DECISIO CCCXX.

ATTENDATVR dispositio iuris communis, siue Constitutio fel. record. Gregorij XIII. relata per *Barbos. de potest. Episcop. alleg. 78. num. 34. & per Moder. Hispanum de exempt. regular. dub. 368. num. 1.* præcedentiam, ac digniorem locum in processionibus publicis, seù priuatis, ac alijs functionibus deberi in Terra Tabiæ Confraternitati Confalonis sub inuocatione SS. Fabiani & Sebastiani in concursu Confraternitatis Sanctissimæ Trinitatis, decisum hodie fuit præuia particularis dubij geminata discussione.

1 Ius enim † commune digniorem locum tribuit antiquiori, *cap. statuimus, vbi gloss. verb. noui distinct. 61. l. 1. C. consul. lib. 12. l. final. C. Tyronib. eod. lib. Thob. Nonius cons. 71. num. 35. Rota decis. 718. num. 1. part. 4. diuers. & in Oppiden. Processionum 18. Maij 1646. coram R. P. D. ...neo Verospio,* ac digniori, *cap. statuimus, de maior. & obed. Mastrill. de Magistr. lib. 4. cap. 14. num. 29. & seqq. vbi allegat concord. Rota decis. 138. num. 2. parte 1. recent.*

At Confraternitatem Confalonis esse antiquiorem concedunt Testes aduersariæ, ac probant examinati ad instantiam huius Confraternitatis; necnon publicum Instrumentum fundationis, & approbationis obtentæ ab Ordinario de anno 1454. in Summario nouo n. 1.

2 Digniorem † verò demonstrant, tùm incessus, de quo infra dicam Prioris huius Confraternitatis ad dexteram Prioris aduersariæ, *cap. solitæ de maior. & obed. gloss. in l. decernimus, verb. rescindendi, C. sacrosanct. Eccles. Tiraquell. de primog. in præfat. num. 13. & seqq. Gratian. discept. 106. n. 40.*
3 *Bobadill. politic. par. 1. lib. 2. cap. 17. num. 12.* † Tum probata per Testes communis hominum opinio, quæ in hac materia attenditur, *vt ex text. in l. Athletas §. 1. ff. his, qui notan. infam. & in l. 1. ff. flumin. cap. cum olim, de consuetud. tradit Vasq. in præfat. ad quæst. Illust. num. 85. Grat. discept. 111. num. 74. & seqq. Castill. de Tert. Reg. cap. 41. nu. 38. Buratt. decis. 483. num. 13.*

4 Tùm vsus iubendi † aduersariæ in functionibus publicis præire satagenti, vt sistat cum successiua aduersariæ obedientia, & acquiescentia, de qua deponunt primus, secundus, quartus, & quintus Testis dati in primo Sùmario Confalonis sub num. 8. hoc enim superioritatem demonstrat, *gloss. in cap. olim il 3. de restit. spoliat. Alber. in diction. verb. maioritas attenditur, versic. item in obediendo, Bald. in l. 2. sub num. 79. vers. secundo casu, C. seruit. & aqua, Alex. cons. 43. num. 3. lib. 1. Vrsil. ad Afflict. decis. 301. n. 4.*
5 *Merlin. decis. 461. num. 6. & seqq.* † Tùm diuersitas in modo conuocandi; nam ad id pro aduersaria adhibetur campana parua, pro alia verò magna, quæ sicuti dignior est illa ex alleg. per *Barbos. in cap. patentibus, num. 5. circa fin. de priuileg.* arguit digniorem esse, quem conuo-
6 cat, † nec secùs, ac dignior dicitur, quem dignior instituit data in cæteris paritate, *l. 2. ff. alb. scriben. gloss. in cap. 1. verb. maior. & in cap. per tuas, verb. Subdiaconus, de maiorit. & obed. Decian. respons. 19. num. 214. lib. 3. Menoch. cons. 126. nu. 31. & seqq.*

& seq. cons.902.num.17. Boer. de auth.magn.consil. num.81. cum alijs alleg.à Moder.Hispan. de praced.
7 *quaest.1.num.20.* Tùm tandem intra ponderanda possessio præcedendi, *Felin.in rubr.de maior. & obed.num.10. aliiq. relati à d. Moder.Hispan.de praced.q.17. sub num.1.vers.& tales dicuntur, Rota decis.456.num.12.par.1.recent.*

8 Non obstat,† quod de prædictis deponant Testes, qui sunt Confratres ipsius Confraternitatis Confalonis, ac proinde ad eius fauorem non mereantur fidem; præsertim in re magni honoris, *Bal. in cap.cum Nuncius,num.1. ad fin.de testib. Felin. in cap.insuper, num.6.eod.tit.*
9 *Rota decis.136.num.1.part.1.recent.* † Quia obiectum procederet, si exinde emolumentum aliquod, vel honorem,vt singuli reportarent:
10 cum autem † minimè reportent, quia vt in singulis non debetur honor debitus vt vniuersis, *Praepos.in cap.Concilia, §.Episcopum,num.3.distinct.17. Gratian.discept.298.nu.46.& seqq.* aliosque refert *Modern.Matritensis.in summ.quaest.Re-*
11 *gular.,vol.1. tom.2.cap.15.num.23.* † plenè probant pro Confraternitate *Bald. in d. cap.cum insuper,num.3.de testib. Hond.cons.79.num.39.& 40. lib.1.* & in specie de Confratribus, *Rot.dec.290 num.13.par.5.recent.in Anconitana bonorum 13.Ianuarij 1645.§.quia etiam,coram R.P.D.meo Meltio,* & magis in puncto *in Taurinen.delationis Baldachini 4. Iulij 1646. §.& licet, coram Eminentissimo D.Card.Corrado*: maximè quia supplentur ex numero, & adminiculantur ab Instrumento
12 antiquitatis, † ac in aliquibus etiam à Testibus exaduerso inductis plenè probantibus contra inducentem, *l. si qui testib. C.de testibus, Surd.cons.390.num.18.Mant.decis.274.num.1.vers. & quod amplius.*

Constitutio Gregoriana pariter suffragatur Confraternitati Confalonis, quia inter Confraternitates mandat præcedere eam, quę est in quasi possessione præcedendi, vel hoc cessante, quæ prius saccis vsa fuit. Hanc verò Confraternitatem esse in quasi possessione
13 præcedendi probatur. † Primò, quia in Processione alias facta ad Ecclesiam nuncupatā S. Mariæ dell'Alma, in qua mixtum vtriusq; Confraternitatis Confratres bini, ac bini incedebant, Prior, & Subprior Confalonis incessit ad Prioris, & respectiuè Subprioris aduersariæ Confraternitatis dexteram, quæ dignior habetur, quia inde est localis motus principium, *gloss.in l.decernimus, verb. residendi, C. sacros. Eccles. Cassan.in Cathal.glor.mund.par.3. consid.2. Pacian.de probat.lib.2.cap.26.num.90.Penia in puncto processionum decis.456.num.4.& seqq.*
14 sufficitque † vnicus actus ad acquirendam quasi possessionem præcedendi, iuxta theoricam *Rip. in cap.cum Ecclesia,num.91. & seqq. de consuet.* quam alijs allegatis sequitur in terminis præcedentiæ, *Castill. de Tert. Reg. cap.41. num.61. Xamar.de offic.Iudic. & Aduocat. parte 1. quaest.2. num.69. Rota in dicta Taurinen. delationis Baldachini §. quia caeteris, coram Eminentiss. Card. Corrado.*

15 Gratisque dicitur † Priorem præcessisse, quia Sacerdos erat, cum enim fuisset in Priorem electus, non vt Sacerdos, sed vt Confrater,& vt Confrater processioni interesset,hoc tantum nomine non autem illo potuit præcedere, *Abb.in cap.auditis,num.4.de elect. Lanar. cons.88.num.16.& seq. Anton.de Prat. de Iurisdict. Episcop.cap.6.num.55. inter tractat. diuers.tom.13. par.2. fol.367. Contilor.de praced.num.20. & seqq. Gratian.disceptat.111.num.14. Cancer.var.resolut. lib.3.cap.10.num.117. aliique relati à Moder.Hisp. de praced.quaest.27. num.10. & 11. Rota decis.288. num.2. par.1.recent. & in dicta Taurinen.delationis Baldachini, §. quia non agitur*: præter quod in Subpriore qui similiter præcessit qualitas Sacerdotij non concurrebat.

16 Secundò, † quia, vt affirmant concorditer Testes vtriusque partis, occurrentibus occasionibus Processionum, & vtraque Confraternitate illarū progressum expectatura manente in Ecclesia, Vexillum, & Confratres Confalonis steterunt in ea parte Ecclesiæ, quā respicit cornu Epistolæ, Confraternitatis verò aduersariæ, in ea parte, quam respicit cornu Euangelij, quod in his terminis censetur minus dignum. Nam vt habetur *in Sac. Caeremon.Roman.lib.3. sect.2.cap.1.col.4.in fin. versic. hoc enim,* ac tradit *Paris de Grass. de Caerem.Card. & Episcop.cap.31.in princip.* dupliciter consideratur pars dextera in Altari, vno videlicet modo respectu ipsius Altaris versi ad populum, & sic dexterum, ac dignius est cornu Euangelij, quia illuc dexteram, ac dignius est cornu Euangelij, quia illuc dexteram protendit Crux in medio Altaris posita, ibique legitur Euangelium, quod est dignius. Alio modo respectu Sacerdotis celebrantis versi ad Altare, & sic pars dextera ipsius Sacerdotis; celebrantis versi ad Altare, & sic pars dextera est cornu Epistolæ, quia illuc tendit dextera ipsius Sacerdotis; atque hinc, ibi assistit Sacerdoti Diaconus,vt tradit *Castald.in prax. Caeremon.lib.1. sect.7.num.8. & 26.* qui est Subdiacono assistenti à parte Euangelij dignior, *cap. statuimus, de maior. & obed. Petr.Greg. Syntag.iur. lib.16.cap.7. num.4.* Pariterque cornu Epistolæ dicitur dextera habito respectu ad ingressum in Ecclesia, quia illud respicit pars dextera ingredientium, vt sensui patet.

17 Primus modus † attenditur in ijs,quæ sunt quodammodo pars Altaris, & Presbyterij, & ab Altare regulantur,aut vertuntur ad popu-
18 lum. † Eademque ratione in sacris Concilijs in quorum medio poni consueuit sacrosanctum Dei Euangelium, ad quod vultus omnium conuersi essent, quia illud repræsentabat ipsum Deum sistentem in medio Sinagogę, dignior pars censebatur, quam dextera ipsius Dei sic reprȩsentati respiciebat; itaut à dextris essent, qui habito respectu ad ingressum sedebant à sinistra, & è conuerso à sinistra qui sedebant ad dexteram, vt notat *Cardinalis Baronius Annal. tom.3. ann.325. litt. C. & tom.6. ann.451. pag.141. litt.C. Card.Bellarmin.in controu.lib.1.de Concil.cap.19.vers.itaque, Seuerin. Binius in not. ad Concilium Nicenum tom. 1. Concilior. General. pag.314. sub vers. quibus Ordinibus.*
19 Vnde † etiam in omnibus consessibus, pars illa est dignior, quæ est à latere dextero personae

sonæ primariæ in medio, & è conspectu astantium sedentis, *Anton. de Prat. de Iurisd. Episcop. cap , sub num. 56. vers. ideo qui sedet, post glossam,*
20 *Alex. & Bald. ibi alleg.* † Hæc autem omnia procedunt in consensu, & inter personas illū integrantes, ac per aliàs Ordinibus dispositis se inuicem respicientes; diuersa verò est ratio in progressu, vt ait *Baron. Annal. tom. 6. d. pag. 141, litt. C.* ibi *alia in progressu, in consessu ratio alia attendatur*.
21 Cum igitur† Confraternitates laicales nullam partem habeant in consessu Altaris, ac Presbyterij, *cap. 1. vbi gloss. verb. secus Altare, de vit. & honest. Cleric. cap. Sacerdotium, de consecrat. distinct. 2. Panuin. de Visitat. par. 2. quæst. 8. num. 26. Guglielm. Durand. de mod. celebran. Concil. General. rubr. 55. num. 2. Rota in Romana Processionis 6. Februarij 1615. corā S. D. N. & in Pampilon. Scamni 16. Ianuarij 1640. coram bon. mem. Card. Panzirolo,*
22 neque in figura consessus, † sed progressum expectantes ad Altare versæ turmatim in corpore Ecclesiæ; cuius dexteram partem esse cornu Epistolæ, tradit *Gauant. in Thes. sac. Ritu.*
23 *par. 2. tit. 6. num. 4. litt. X. pag. 101.* † maneant vti pars cæteri populi, cuius dexterum esse latus Epistolæ, ait idem *Gauant. ibid. part. 2. tit. 7. sub num. 10. col. 4. litt. D. pag. 113.* sequitur, vt illa Confraternitas fuerit in digniori loco, quæ stetit in parte collateralí cornui Epistolæ; præ-
24 sertim, † quia loco Tabiæ communis opinio, & extimatio hominum in his materijs ex supra allegatis attendenda, hæc est, vt deponunt Testes, & comprobat vsus eiusdem loci; quā ibi dignior pars Magistratus laicalis solemniter assistentis, qui dubio procul præcedere debet, ac manere in loco digniori quam Confraternitates, residet à cornu Epistolæ, quamuis locus à cornu Euangelij sit vacuus in eodemque loco respiciente cornu Euangelij, sedeant alij minus digni, & ab vsu, seu consuetudine præcedentia metiri debere, tradit *Zabarell. consil. 62. num. 1.* ac dixit *Rota decis. 288. in fin. part. 1. recent. decis. 779. num. 2. apud Merlin. & in Oppiden. Processionum 18. Maij 1646. coram R. P. D. meo Verospio, in d. Tauriaen. delationis Baldachini coram D. Card. Corrado.*
25 Tertio, † quia in funeralibus, & associatione cadauerum Confratres Confalonis Clero proximiores, quam aduersarij incesserunt, qui locus dignior habetur, quia digniori vicinior est, *l. 1. C. præposit. labor. lib. 12. cap. perlectis 22. distinct. Cassan. in Cathal. glor. mund. par. 4. consid. 75 vers. mihi tamen, Boer. de auth. magn. consil. num. 79. vers. quia in processionibus, Pacian. de probat. lib. 2. cap. 26. num. 6. Ciriac. controu. 201. num. 154.* in puncto funeralium *Anton. de Prat. de Iurisdict. Episcop. sup. cit. cap. 6. sub num. 56. versic. eo quia,*
26 quamuis † Vexillorum ante omnes regulares præeuntium illud aduersariæ minùs à
27 Clero distaret; † nam à Vexillo desumitur dignioritas illud deferentis respectu alterius Collegij sub eodem Vexillo incedentis, in quibus terminis loquitur *Decian. respons. 67. n. 7 lib. 2.* vel quando cætera correspondent, & paria sunt, vt declarat *Anton. Capic. decis. 27. n. 46. in fin.* ibi, *quoniam cæteris paribus*.
28 Nec dubitandum, † quin à præcedentia in associatione cadauerum quæsita fuerit possessio præcedendi in omnibus Processionibus, stante causa vniuersali supra probatæ dignioritatis, & antiquioritatis, *Bald. in repet. l. 1. n. 24. vers. tu dic, C. emancipat. liber. Felin. in cap. auditis, num. 19. de præscript. Rota decis. 139. num. 12. par. 2. diuers. & in Romana locorū Montium 4. Iunij 1640.*
29 *coram recol. mem. Coccino Decano*, † quam antiquioritatem Cōstitutio Gregoriana possessori non abrogat, *Modern. Hispan. de praeceden. qu. 45.*
30 *sub num. 12. vers. circa prædicta*; † licet secus esset aduersaria in possessione præcedendi, vel præcedentia in associatione cadauerum emanasset ex aliqua particulari ratione, puta quia cadauer associatum, fuisset alicuius ex Confratribus alteri ex Confraternitatis, in quibus terminis loquitur *Merlin. decis. 779. num. 6. & seqq.* quod non probatur in casu nostro; imò testes deponunt vniuersaliter de associatione cadauerum, & aduersaria in alijs functionibus non docet se esse in quasi possessione præcedendi.

Nihil ad id suffragante, quod Confraternitas aduersaria in alijs Processionibus præeunte Confraternitate Confalonis incesserit pro-
31 ximior Clero, † quia vt ait *Pacian. de probat. lib. 2. cap. 26. num. 109. in fin.* dignior, aut præcedit, aut subsequitur secundum locorum con-
32 suetudinem, † sed an locis subsequens fuerit aduersariæ concessus ex causa præcedentiæ, & an iuxta communem opinionem in Terra Tabiæ præcedentiam fauore aduersariæ importet necne, discordant Testes, & fides extraiudiciales hinc inde datę, vt propterea actus huiusmodi, saltem quia æquiuoci possessionem præcedendi aduersariæ non tribuerint, *Rota decis. 229. num. 7. decis. 333. num. 6. par. 1. recen. decis. 46. num. 7. apud Modern. Perusin. de manuten.*
33 Eo † minùs cum Testes affirment, quod Cōfraternitas Confalonis, aduersariam aliquando tentātem præire coercuit, & subsequi coegit, quod si locus subsequentis dignior fuisset habitus non fecisset, nec aduersaria acquieuisset, & per huiusmodi acquiescentiam aduersaria, vel id implicitè fassa videtur, vt saltem sibi præiudicauit, iuxta *text. in cap. ex ore, versic. per hoc de his quæ fiunt à maior. part. Capit. gloss. in cap. Abbate, verb. Abbatem Monacum, de verb. signif. Felin. in cap. pastoralis, num. 5. de offic. ordin. Aym. de antiq. temp. par. 4. §. materia ista, num. 81. Dec. cons. 206. num. 7. vers. vbi exhibens,* & in proximis terminis *Rota in supracit. Pampilonen. Scamni coram Card. Panzirolo §. nec releuat, vers. imò aliqui.*

Fortiùs, quia in dictis met Processionibus Confratres, & Vexillum Confalonis, dum in Ecclesia morabantur steterunt, vt dicebam in loco digniori, & in alia Processione facta ad Ecclesiam dell'Alma incesserūt ad dexteram aduersariæ, gaudentque prærogatiua tum antiquioritatis, tùm alijs superiùs ponderatis. Ex quibus omnibus ita decisum vtraque parte bis informante.

R. P. D.

R. P. D. LEONE VEROSPIO,

Romana deuolutionis Domus,

Veneris 20. Iunij 1653.

ARGVMENTVM.

Bona Ecclesiastica in emphyteusim concessa pro hæredibus, & successoribus quibuscumque transferuntur quoque ad hæredes extraneos; si tamen fuerit renouata inuestitura, & stipulata tantummodò pro hæredibus, & successoribus, in ea comprehensos esse hæredes sanguinis simpliciter constanter firmatur: Et licèt in nouis inuestituris etiam sub nouis pactionibus stipulatis, ex primæua inuestitura recessum solummodò censeatur, quatenus aliquid additum fuerit, vel in contrarium dispositum, tamen in præsenti decisione ex quibus possit dici constituta noua concessio, quæ cum primæua inuestitura nullam habet connexionem, clarè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis Ecclesiastica, finita linea vltimo loco inuestiti, reuertitur ad Dominum directum, & non transit ad hæredes extraneos, seu loca pia.*

2 *Inuestitura concepta sub clausula,* cæterata pro se &c. *comprehendit successores, & hæredes etiam extraneos.*

3 *Emphyteusis noua concessio regulari non debet iuxta formam primæ inuestituræ.*

4 *Et quando ex quibus noua concessio constituta dicatur, quæ nullam habeat connexionem cum primæua inuestitura.*

5 *Emphyteusis Ecclesiastica licèt stipulata fuerit pro hæredibus, & successoribus, tamen restringitur ad hæredes sanguinis, & descendentes ab inuestitis.*

6 *Amplia, quando bona emphiteutica ad alias Ecclesias seu loca pia deuenire prohibeantur.*

7 *Alienantis prohibitio in inuestituris apposita adimit vim clausulæ,* ad habendum, *ibidem adiecta, & operatur vt solùm hæredes sanguinis in inuestitura comprehendantur.*

8 *Maximè in inuestitura de sui natura non transmissibili ad extraneos.*

9 *Inuestitura quamuis fuerit stipulata pro hæredibus, & successoribus, quando tamen non includat hæredes extraneos.*

10 *Locatio potiùs dicitur, quam emphyteusis, quando concessio facta est pro pensione fructibus correspondente.*

Contra quando concurrunt coniecturæ locationi non congruentes, sed emphyteusi num. 12.

Puta quando fuit conuenta laudemij solutio num. 13.

11 *in Concessione emphyteusis Ecclesiasticæ canon ab emphiteuta persoluendus quando regulari debeat non ex primæua, sed ex posteriori inuestitura.*

14 *ex Inuestitura primæua recessum solummodo censetur per posteriores inuestituras, quoties aliquid additum fuerit, vel in contrarium dispositum.*

15 *Emphyteusis Ecclesiastica, quando non transeat ad hæredes extraneos.*

DECISIO CCCXXI.

SENTENTIAM immissionis Moniales, ac Monasterium S. Luciæ in Silice de Vrbe in hoc sacro Auditorio obtinuerant contra Hospitale B. Virginis de Carauaggio Mediolani situm super domo directo eiusdem Monastrij dominio supposita, ac deuoluta ob lineam Angelæ vltimo loco inuestitæ terminatam quàm sanè sententiam ex vtroque validitatis, atque iustitiæ fundamento in gradu appellationis coram me hodie cõfirmandam esse Rota decreuit. Ipsius namque validitas non reuocatur in dubium, & benè exactorũ reuolutione dignoscitur, iux. *decis. Verall. 260. part. 3.* Nunquam in hoc Sac. Tribunali reiectam † iustitiam verò concludit linea inuestitæ vltimo loco expirata, quæ deficiente ad Monasterium vti dominum directum reuerti debuerat emphyteusis hæc Ecclesiastica, non autem poterat ad extraneos hæredes, siue ad manus mortuas, videlicet Ecclesias, seu loca pia transire, *§. emphit. authent. de non alienan. gloss. in l. etiam, ff. solut. matrim. Clar. in §. emphyteusis, quæst. 28. vers. quæ quidem conclusio, & versic. tertius casus, Card. Mantica de tacit. lib. 14. tit. 19. num. 6. Caldas. de nomin. emphyt. lib. 2. quæst. 33. nu. 23. Rota in vna Bononien. bonorum emphyt. 7. Iunij 1647. in vltim. §. coram R. P. D. meo Meltio successiuè confirmata coram me sub die 27. Martij ann. sequen. 1648.*

2 Et licet in primo † concessionis Instrumento inuestitura concepta fuerit sub clausula pro se cęterata extendi consueta pro se, successoribus, & hæredibus quibuscumque, ac in hæredes proinde extraneos eandem concessionem apta transferre, iuxta *decis. Seraphi-*

3 *ni 703. n. 2.* † huius tamen primeuæ concessionis virtute intentata nõ fuit prefatę domus deuolutio, sed ex vi posteriorum hæredes duntaxat, ac successores includentium, quæ tanquam nouæ iuxta formam antiquæ regulari non debent, vt responsum fuit in hac eadem causa sub die 15. Iunij 1652. *in §. elaborandum ergo non est, coram R. P. D. meo Bichio,*

4 Nouam † verò præseferre concessionem, successiuas inuestituras plura argumenta in antecedentibus decisionibus ponderata, necnon noua pacta in prima concessione non adiecta suadent, quippe quæ ob deuolutam ex culpa emphyteutæ alienantis domum, ac in canonũ solutione cessantis apertam emphyteusim, non autem ob finitam lineam emanarunt. Quinimmò post subsecutam prefatæ domus incorporationem, atque apprehensam à Monialibus ipsius possessionem successiuè Iudicis decreto, ac preuia pensionum receptione confirmatam; Continent præterea caducitatis incursum ob non solutum canonem intra biennium, ac facultatem capiendi auctoritate propria, possessionem domus, vnà cum meliorамentis in casu contrauentionis Monasterio attributæ solutionem laudemij, resolutionem contractus quoties Angela inuestita monasticam vitam assumeret stipulationem pro se hæredibus, ac successoribus sine clausula

sula cęterata, canonis denique augumentum, quæ omnia deficiebant in prima inuestitura sub affrancationis tamen pacto concepta, in sequentibus non apposito, ex quibus inuestituram nouam omnino constitui, *notat. Bald.in l.4.in princ. ibiq. Alex.num.9. ff.de damn.infect. Angel.in l.quod dicitur, ff.de milit. test. Dec. in l. lecta, num.12. ff.de reb.credit. Bursat.cons.151.nu.3.lib.3 Modern.Roman.discept. forens. cap.713.num.19.* & plures alij relati per *Moder.Fulgin.de iur.emphit. in tit.de contract.emphit.quæst.9.n.12. Rot.dec.160. n.9. par. 2. diuers. & coram Seraph: dec.1262. n.3.*

5 Hinc verò sequitur, vt Angela inuestita emphyteusim hanc Ecclesiasticam non potuerit ad Hospitale hęreditario iure transmittere, licèt enim pro hęredibus, & successoribus stipulata foret non tamen includit extraneos, sed restringitur ad hęredes sanguinis, ac descendentes ab inuestitis, qui dumtaxat sub hęredum, ac successorum nomine in Ecclesiastica emphyteusi continentur, *vt not. Imol. in l.quod dicitur, ff.de verb.obligat. Castr.in l.etiam, num.4. ff. solut.matrim. Rip.in l.cum bona, num.14. ff.de priuil.cred. Gozzad.cons.39.num.6.* vbi testatur esse communem, ac plures alij relati per *Clar.in §.emphyt.quæst.28. nu.5. §.tertius est casus, Card. Mantic. de tacit.lib.22.titul.19.num.20. Rota coram Seraph.decis.268. num.1. & in Caietana bonorum 3.Decembris 1646. in §.Iustitia verò, coram*

6 *R.P.D.meo Cerro*, † cum præsertim Ecclesiastica bona ad manus mortuas, hoc est ad alias Ecclesias, seù loca Pia deuenire prohibeantur per *text.in cap.1.de alien.feud. vbi Afflict.in princ. num.4. & 5. not. DD. in cap. potuit, post gloss. in verbo prohibeatur extra locari, Rot.decis.603.par.1. recent. & in Ferrarien. bonorum 9. Decemb. 1611. coram bon.mem. Coccino. & coram Greg. XV. decis. 520. num.11. vbi latè Adden.num.14. referunt con-*

7 *cord.* † necnon alienationis prohibitio in his posterioribus inuestituris cum sub vna dumtaxat negatiua contineatur quæ clausulæ, *ad habendum*, in his concessionibus adiectæ vim adimit, & licet alias extraneos includere peraptam restringit ad sanguinis hęredes, secundum *Afflict. cap.1. §. feudum ea lege, num.35.* si de eo feudo fuerit controuersa inter dominũ, & agnatum, *Cald.de emph.lib.2.quæst.10.num.16. cum alijs deductis in Caietana bonorum 3. Decemb. 1645.in §.pro quorum comprobatione,coram R.P.D.*

8 *meo Cerro*, † necnon alteram in perpetuum coercet, atque coarctat ad personas comprehensas in inuestitura de sui natura non transmissibili ad extraneos, ad *text.in §.emphyteusim, auth.de non alien.iuncto §.licentiam*, quę ponderat *Card.Mantic. de tacit.& ambig.lib.22.tit.19.nu.21. Dec.in cap.in præsentia, num.53. attestans de comm. de probat. Rota decis.381.num.4.par.5. & dec.211.*

9 *num.7.par.6. recent.* † vbi quod plus influit in emphyteusim alienandi prohibitio quam prę fatæ clausulæ generales, vt plurimum de stylo à Notarijs appositæ, deficientibus pręsertim solemnitatibus, nec impetrato, seù reseruato beneplacito Apostolico, quibus destitutæ, eędem clausulæ concessionem non protrahunt vltra propriam emphyteusis naturã, ex traditis per *DD. in cap.emphyt. authen. de non alien. & in l. etiam. ff. solut.matrimon. & in cap.in præsentia,de probat.* vbi inter cæteros *Dec.n.153. Felin. num.27. Abb.num.29. Aldobr. cons.42.nu.3. Couar.var.lib.2.cap.17.num.5.*

10 Neque poterit † domus præfatæ transitum in Hospitale reddere licitum natura contractus locationi potius conueniens quam emphyteusi ex quo pensio in primo concessionis instrumento decreta fructibus videtur respondere, ex tradit per *DD. in l.1. C.de iur. emphyt. ibique Bart. num.4. Bald.in 2. lect. num. 27. Card. Mantica de tacit.lib.22.tit.2. num.9. cæterique relati*

11 *per Buratt. decis.334. num.1.* † Quoniam ad hunc effectum canonis coęqualis nõ quidem prima concessio, sed posteriores traditæ domus inspici debent, quoties ex qualitatibus, & pactis omninò nouis, vt in casu proposito, posteriores inuestituræ nouæ esse noscuntur, *ex not.in Extrauag. ambitiosè, de reb.Eccl.non alien. Rota coram Cæs.de Graff.decis.4.num.1.cum seq.eod. tit. & in Bononien. deuolutionis 15.Decemb. 1621. coram bon.mem. Coccino, & in Gerunden. Scribaniæ 1.Iunij 1637.coram bon.mem.Coccino inter impress. decis.756.num.15.* Adeoque ex facto corruit obiectio, posterioribus enim perspectis inuestituris pro annuo dumtaxat canone scutorum octo, domus annui redditus scut.100. &

12 vltra cõcessa dignoscitur: † Præterea nec correspondentia canonis fructibus traditæ rei locationis probat esse contractum, quoties aliæ coniecturę concurrant locationi non congruentes, sed emphyteusi, *vt not. Gabr.consil.84.lib.2.num.12. Surd.decis.198.num.23.& 24 Card.Mantic.de tacit. lib.22.tit.6. num.34. Vinc.de*

13 *Franc. decis.191. num.10.* † inter quas potissima reputatur conuenta laudemij solutio iuxta magis receptam DD. sententiam emphyteusim dumtaxat alienanti conueniens secũdum *Mantic.de tacit.lib.22.tit.3.num.15. Capic.Latr.decis.18.num.12. Rota coram Buratto decis.601.nu.5. & decis.218.num.1.par.6.recent.* & in alijs relatis iuribus *in Rom. deuolutionis Vineæ 14.Maij 1646. in §.qua sanè effectuatio, coram me.*

14 Denique non vrget, † quod in nouis licet inuestituris sub nouis pactionibus stipulatis ex prima inuestitura recessum solummodò censeatur, quatenus aliquid additum fuerit, vel in contrarium dispositum, vt responsum fuit in *Bononien.bonorum emphyt. 18.Aprilis 1597. coram clar. mem. Hieronymo Pamphilio, & pęnes Merlin. decis. 150. num. 4. & decis. 872. num.1. cum seq.* Quoniam in posterioribus alterata quoque legitur formula concessionis in his de hęredibus, & successoribus absque clausula cęterata fit mentio, & domus iam constructa conceditur, ac magni redditus pro modico tamen ca-

15 none scut. octo, † vnde iuxta prędictarum decisionum tenorem à prima inuestitura censetur in proposito casu recessum, ac in sequẽtibus proinde hæredes dumtaxat sanguinis admissi, exclusique extranei, ad quos deficiente beneplacito Apostolico, cęterisque solemnitatibus transferri non potuit, vt pręter superius deducta, *not. Affl.decis.112.nu.54. Rota in Portuen. Stagni 16. Decemb.1641. coram Card. Panzirolo in §.nec visum.* Et ita vtraq. &c.

R.P.D.

R. P. D. CELSO.
Postea S.R.E. CARDINALI.
Viterbien Beneficiorum.

Luna 23. Iunij 1653.

ARGVMENTVM.

Per resignationem Beneficii, quę ob non factam publicationem iuxtà Constitutionem fel:rec: Gregorij XIII. non fuit effectum sortita, ex quo alter à Sede Apostolica dictū beneficium impetrauit, an dicatur omninò abdicatum ius à Resignante, itaut stante prima resignatione inefectuata, nequeat denuò resignare? non minùs clarè, quàm eruditè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Collatio Beneficij vacantis ob non publicationem resignationis spectat ad Papam.*
2 *Impedimentum ob non factam publicationem resignationis beneficij, quando non sit habendum in consideratione.*
3 *Resignatio beneficij, quæ non fuit sortita effectum, non abdicauit ius à Resignante, & quare nu. seq.*
4 *in Resignatione, quæ fit ad fauorem certæ personæ non abdicatur ius, neque possessio à Resignante, nisi beneficium perfectè acquiratur Resignatio, & quare.*
5 *Et donec Resignatio plenè, & perfectè ius acquiratur, possessio remanet in pendenti penès Resignantem intellige prædicta procedere. vt num.6.*
7 *Possessio nunquam amittitur, nisi possessor habuerit animum illam dimittendi.*
8 *Resignatio, quæ non habuit effectum suum ob malam expressionem valoris non abdicat ius à Resignante.*
9 *Idem dic de resignatione ob conditiones, & pacta non seruata.*
10 *Idem paritèr de resignatione nulla ex defectu consensus.*
11 *Resignatio à Papa admissa, & effectum sortita abdicat ius resignante, illudque transfert in Resignatarium.*
12 *Resignans in fauorem alicuius, resignatione admissa habetur pro mortuo.*
13 *Resignatione admissa, si interim contingat Resignantem decedere, beneficium non vacat per illius obitum.*
14 *Sed si Resignatio non fuit publicata, beneficium vacat ob omissam publicationem, non autem per obitum Resignantis.*
15 *Resignatio beneficij efficitur resolubilis quatenùs publicatio non sequatur, sed prouisio interim non dici potest conditionalis.*
16 *Constitutio Gregor. XIII. in Bullar. nouo tom. 2. in ord. 85. resoluit simplicitèr ius quæsitum Resignatario ob non factam publicationem Resignationis.*
17 *Resignatio vbi fuit ius quæsitum, illudque abdicatum à resignante, si deindè ius Resignatary resoluitur, non reuolat ad Resignantem.*
18 *Renuncianti non datur regressus ad iura renunciata.*
19 *Resignatio quando non dicatur perfecta.*
20 *Resignans an possit à resignatione recedere post consensum præstitum in parua data.*
21 *Consensus secundum praxim Datariæ non adijcitur à tergo supplicationis, nisi ille fuerit prius extensus in Camera.*
22 *Consensus de stylo Datariæ non recipitur nisi post signatam Supplicationem, & post gratiam perfectam, & retrotrahitur ad diem supplicationis.*
23 *Stylus probatur ex attestatione practicorum, & officialium secundum subiectam materiam.*
24 *Parua data numquam apponitur, nisi supplicationes priùs manu Papæ signatæ fuerint.*
25 *Fides Officialium in materia pertinenti ad eorum officium attendenda est.*
26 *Resignans quando per primam resignationem abdicauerit à se omne ius, si postea resignatio ob non factam publicationem non subsistat, an possit denuò resignare.*
27 *Possessio posterior, & Clandestina non est manutenibilis.*

DECISIO CCCXXII.

RESIGNAVIT Petrus Paulus Guazzinus in fauorem Iacobi Paltonerij tria beneficia simplicia, quæ ob non factam publicationem iuxtà formam Constitutionis fel: recor: Gregor. XIII. Fuluius Serantonius à Sanctissimo impetrauit; illorumque possessionem adeptus fuit. Quia verò idem Iacobus nouam Resignationem à Guazzino obtinuit, & expeditis desupèr literis possessionem eorumdem beneficiorum accepit; orta fuit quęstio inter Resignatarium, & Impetrantem supèr manutentione, vndè proposito dubio sub die 17. Februarij præteriti responsum fuit, vt videretur de bono iure, quod hodie ad fauorem Fuluij fuit resolutum.

1 Ipse enim † prouisus fuit de huiusmodi beneficijs, vti vacantibus ob non publicationem resignationis, quo casu illorum collatio spectat ad Sedem Apostolicam, vt disponit eadem Constitutio Gregor. XIII. in Bullar. nouo tom. 2. in ord. 85. & notat *Paris. de resignat. lib. 11. quæst. 7. nu. 34. & seqq. Garz. de benef. par. 11. cap. 3. num. 274. in fine, & seqq. Rot. coram Merlin. decis. 422. num. 8. & in recent. decis. 539. num. 15. part. 4. tom. 3.*

2 Defectus verò † non secutæ publicationis exaduerso non controuertitur, & allegatum impedimentum carcerationis non videtur releuare, cum resignatio emanauerit de mense Decembris 1650. & carceratio secuta fuerit 17. Maij 1651. & sic post quinque menses à die resignationis admissæ per Sanctissimum, & consensus præstiti per Resignantem, quo tempore commodè poterat publicationem procurare; immò cum posteà nullas adhibuęrit diligentias, nec alia fecerit iuxtà præscriptum eiusdem Constitutionis, impedimentum non est habendum in cōsideratione, vt aduertit *Paris. de resign. lib. 11. quæst. 13. num. 109. & seq.* & firmauit *Rot. coram Merlin. decis. 329. num. 15.* & latiùs in *Tridentina parochialis 5. Decemb. 1646 coram R.P.D. meo Cerro cum notatis per Adden. ad Quarant. in summ. Bull. verb. Beneficiorum resignatorum publicatio, vers. 3. limita fol. mihi 115.* & per

Bar-

Barbos. de Iure Eccles. vniuers. lib.3. part. 15. sub num.193.

3 Non obstat, † quod resignatio facta in fauorem Paltonerij tanquàm non sortita effectum, non abdicauerit ius à Resignante, vt dixit *Rota in Neapolitana parrochialis 15. Martij*
4 *1647. coram Eminentiss. Card. Otthobono,* † ex quo in huiusmodi resignationibus, quæ ad fauorem certæ personæ fiunt, tacita semper inest cõditio quatenùs beneficium perfectè acquiratur Resignatario, itaut ante, nec ius, nec possessio abdicetur à Resignante, vt notat idem *Paris. de resign. lib.1. quæst.3. num.8. & 47. & quæst.7. num.9. & seq. Rot. in Lunen. Sarzanen. beneficij 4. Iunij 1631. coram Coccino penès Posth. de*
5 *manut. decis.354. num.5. & 6.* † vbi quod donec conditio purificetur, & Resignatario plenè, & perfectè ius, & possessio acquiratur, possessio remanet in pendenti penès Resignantem, *& in recent. decis.635. nu.8. & 9. part.3. cum alijs in Imolen. beneficij 23. Iunij 1645. coram Eminentiss. Card. Corrado.*

6 Etenim † prædicta procedunt quando resignatio non habuit effectum suum, vel ex defectu consensus partis, quia conditiones non fuerint impletæ, vel ex defectu consensus Papæ, quia narrata non fuerint iustificata, vel ex alio impedimento personali, tunc enim non potest dici, quod quæratur ius Resignatario,
7 quodque † Resignans habuerit animum dimittendi possessionē sine quo possessio nunquam amittitur, *l.3. §. in amittenda, ff. de acq. poss. Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina num.11. ante finem de caus. possess. & prop. Rot. coram Merlino dec.299.*
8 *num.9.* † Prout de resignatione ob malam expressionem valoris, quod non abdicet ius à Resignante, dixit *Rot. dec.417. nu.1. & decis.419.*
9 *num.1. & 2. part.1. diuers.* † Et de resignatione ob conditiones, & pacta non seruata firmatũ fuit in *decis.48. nu.8 & 9. & decis.830. nu.3. & 4. coram Buratto in decis.214. num.3. coram Merlino, & in Valentina parochialis 13. Ianuary 1645. corã*
10 *R.P.D. Cerro.* † Et generaliter de resignatione nulla ex defectu consensus, probat *Garz. de benef. part.11. cap.3. num.277. & seqq. Rota in Vercellen. Canonicatus coram Corduba apud eumdem vbi supra num.278.*

11 At in pręsenti casu† resignatio habuit effectum suum, & cessauit ius Resignantis, illudque in Resignatarium translatum fuit eo ipso quod Papa Resignationem admisit, & gratiam prouisiuam purè, & simpliciter ei concessit, vt aduertit *Maresc. var. resol. lib.1. cap.51. num.9. & 27. Boer. decis.348. num.4. vers. in contrariũ, & num. seq. Cassad. decis.1. num.1. de renunc. Merlin. decis.3. eod. num. vers. nec anterior, & dictũ fuit in Papien. Archipresbyteratus 11. Maij 1648.*
12 *coram R. P. D. Cerro,* † vbi quod resignans in fauorem alicuius, resignatione admissa habetur pro mortuo, *iuxtà consil. Paris. 93. num.25. lib.4. & decis. Canaler. 104. num.8.* Et cum hac distinctione transiuit *Rot. in Tridentina parochialis 13. Iunij 1648. coram R.P.D. B.chio,* ac in his terminis procedunt, & intelligendæ veniunt *decis.175. num.2. lib.3. coram Puteo decis.92. eod. nu. part.1. recent. & decis. Crotonen. parochialis 17. Decembris 1621. coram Vbaldo, aliaque plures quæ in contrarium fuerunt allegatæ.*

13 Quod adeò verum est, † vt si interim admissa resignatione, contingat Resignantem decedere, beneficium nõ vacet per illius obitum, *Rot. apud Garz. de benef. par.2. cap.1. nu.130. & part.11. cap.3. num.305. & 307. & in recentior.*
14 *decis.539. num.15. part.4. tom.3.* † vbi quod tali casu si resignatio non publicatur beneficium vacat ob omissam publicationem, nõ autem per obitum Resignantis, *& in Legionen. Canonicatus 23. Ianuarij, & 27. Aprilis 1640. coram Reuerendiss. Tarraconen.*

15 Nec onus † faciendæ publicationis eiusque incertitudo efficit, quod interim prouisio dicatur conditionalis, sed solùm quod sit resolubilis, quatenus publicatio non sequatur, vt ponderat *Caldas. cons.31. sub num.20. vers. item post acceptationem, Marescott. var. resolut. d. lib.1. cap.51. num.26. Lotther. de re benef. lib.3. quæst.21.*
16 *num.26.* † vbi notat quod Constitutio Gregoriana resoluit simpliciter ius iam quæsitum Resignatario, *Paris. de resignat. lib.11. quæst.7. nu.34. 44. & seq. Cassad. decis.24. nu.6. super reg.* & ita apertè firmatum fuit in *d. Tridentina parochialis 15. Iunij 1648, coram R.P.D. meo Bichio.*

17 Cum igitur † à principio ius fuerit acquisitum Resignatario illudque abdicatum à Resignatarij resoluitur, non propterea ad Resi-
18 gnantem reuolat; † Nam regula est satis trita, quod renuncianti non datur regressus ad iura renunciata, *l. quæritur, §. si venditor, ff. de ædil. edict. Rot. decis.433. nu.10. part.1. recent. & dec.12. num.3. part.6.*

19 Non obstat, † quod resignatio non dicatur perfecta, nisi quando est pręstitus formalis cõsensus in Camera, vel Cancellaria, & extenditur à Notario, vt inquit *Paris. de resignat. lib.8. quæst.8. nu.40. & 43. Caputaq. decis.217. nu.8. & 9. part.1. cum relat. per Barbos. de iur. Eccles. lib.3. cap.15. num.24. & per Adden. ad Buratt. decis.787. num.3. & 4.* Itaut non releuet consensus, qui
20 præstatur in parua data, † quia ille non facit actum perfectum cum etiam post paruam datam res dicatur integra, & resignans possit à resignatione recedere idem *Paris. lib.1. quæst.12. num.37. & 42. Gratian. discept. for. cap.191. nu.5. & seqq. Lotther. de re benef. lib.3. quæst.16. num.18. & 19. Rota decis.458. per tot. lib.3. part.3. diuers.*

Nàm prędicta procedunt de stylo antiquo,
21 sed† posteà inoleuit praxis, quod non adijciatur consensus à tergo supplicationis nisi ille fuerit priùs extensus in Camera, vt aduertit *Lotther. de re benef. lib.3. quæst.16. num.59. Barbos. de iure Eccles. vniu. lib.3. cap.15. num.24. vers.2.*
22 *colligitur,* † immò hodie ex nouissimo stylo idem consensus non recipitur nisi post signatam supplicationem, & post gratiã perfectam, qui consensus postea retrotrahitur ad diem supplicationis, *Paris. lib.1. quæst.12. nu.18. & seqq.*
23 Et † de hoc stylo testantur, quãplures practici, & Officiales Datariæ, quibus in hac materia stañ esse, firmauit *Rot. coram Seraph. dec.792. num.3. Comitul. decis.119. num.5.*

24 Quod autem † de eo tempore nempè de mente Decembris 1650. supplicatio iam esset signa-

signata, constat ex adnotatione paruæ datæ, quæ nunquam apponitur, nisi supplicationes prius manu Papæ signatæ fuerint, vt deponunt ijdem Officiales,
25 † quorũ fidem attendeñ esse, vltrà deductas firmauit *Rota coram Coccino decis.88. numer.2. & in Asien. Coadiuteriæ 14. Februarij præt. coram me*.

26 Nec † quicquam releuat secunda resignatio reportata per Iacobum ab eodem Guazzino de mense Iunij 1652. Quia cum prima perfecta fuerit, & ipse abdicauerit à se omne ius nõ habebat quid possit in Iacobum transferre, *Rebuff. consil.8. num.5. & consil.185. num.6. Paris. de resignat. lib.1. quæst.15. nu.16. & seq.* & faciunt adducta *per Cassad. dec.9. sub nu.1. vers. sed maior pars, de concess. præb.*

27 Firmato bono iure Fuluij, † illi manutentio concedenda venit, cum doceat de sua possessione capta sub die 2. Nouembris 1651. quæ in concursu alterius apprehensæ per Iacobum præferenda venit. Cum ista sit posterior, & capta non citato Fuluio, itaut dicatur clandestina, & non manutenibilis, *Rot. coram san. mem. Gregor. decis.6. num.3. in recent. decis.139. num.5. part.7.* & fuit dictum *in Salernitana beneficij 1. Februarij* 1651. *coram me*.

Et ita, &c. Vtraque, &c.

R. P. D. MELTIO,
Posteà Episcopo PAPIEN.

Romana Pecuniaria.

Veneris 27. Iunij 1653.

ARGVMENTVM.

Cessio iurium, quamuis fuerit verbis generalibus concepta, tamen restringi debet ad iura talia qualia penès cedentem de tempore cessionis reperiebantur; Quid autem diceñ sit, si res cessa fuerit promissa libera ab omni censu, canone, seruitute, &c. & deindè fuerit detecta aliquo onere grauata, de quo Cessionarius plenam notitiam habebat, an in tali casu sit permissum Cessionario agere de euictione, eruditè resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum facit probationem probatam, & rem manifestam reddit.*

2 *Dotis fructus, seù interusuræ, quemadmodum debebantur Mulieri, ita pariter debentur eius hæredibus.*

3 *Cessio iurium, intelligitur de iuribus talia qualia penès cedentem de tempore contractus reperiebantur.*

4 *Maximè quando fuit dictum iura* competentia, *quia tunc restringitur ad iura de tempore præsenti competentia.*

Et quid si in Instrumento cessionis adiecta fuisset promissio libertatis ab omni censu, canone, &c. num.8.

5 *Cedens, incongruum est dicere, quod ipse voluerit cedere vltrà iura sibi competentia.*

6 *Mulier vigore Statuti Vrbis non potest se obligare.*

7 *Cessio quamuis fuerit verbis generalibus, concepta tamen restringi debet ad ius, quod ipsi cedenti competebat.*

9 *Cessio iurium facta in vim decreti Iudicis, extenditur tantùm ad id, in quo per Iudicem cedens grauabatur, & non plus.*

10 *Emens scienter rem oneri obnoxiam, cum promissione venditoris, quod illa esset libera tamen præsumitur voluisse emere cum dicto onere.*

11 *Emens scienter rem oneri obnoxiam, ius solum venditoris emisse dicitur.*

12 *Adde, quod in tali casu emens non potest agere de euictione.*

13 *Obseruantia est optima rerum interpres, & ex ea dignoscitur, qualis ab initio fuerit mens contrahentium.*

14 *Quietantia de omni, & toto eo, quod quis prætendere possit, quid importet.*

15 *Fructus fauore dotis debentur in quãtitate promissa, etiam si bona pro dote assignata longè minùs redderent.*

16 *Fructus fauore dotis ex dispositione Statuti Vrbis, etiam in summam scutorum septem cum dimidio sunt liciti.*

DECISIO CCCXXIII.

NVPSIT Margarita de Pomis vna ex quatuor filiabus, quas Flaminius eius Pater reliquerat cum dote scut.1500. Bartholomeo Saniuliano, & in partem dictæ dotis nempè, pro summa scut. 750. Andreas Leonius nomine prefatæ Margaritę eius Cognatę promisit illa soluere dicto Saniuliano in quarta parte Domus, & Vineæ, quæ per Margaritam cum tribus alijs Sororibus pro indiuiso possidebantur, vel in pecunia numerata ad electionem dicti Saniuliani, qui casu, quo elegisset habere pecuniam fuit inter Partes conuentũ, vt respectu dicti capitalis scut.750. Idem Leonius interim solueret fructus ad rationem sex pro centenario, & è contrà Saniulianus teneretur curare quod Margarita cederet, ac renuntiaret eidem Leonio iura sibi competentia super dicta Domo, & Vinea, vt ex Instrumento dotalis, *Summario Gessi numer.2.* Elegit Saniulianus satisfieri in pecunia, & cõsequenter Leonius egit coram A. C. ac etiam obtinuit cessionem ad sui fauorem fieri de dicta portione Domus, & Vineæ quam tam Margarita, quam Saniulianus Coniuges in actu cessionis promiserunt liberam, & exemptam ab omni onere Census, Canonis, & alterius seruitutis, & ad ipsos pleno iure vtilis dominii, & possessionis spectare asseruerunt. Post hæc defecto Saniuliano Margarita eius Vxor transiuit ad secundas nuptias cum D. Roccho Gessio agnata ei prima dote, & signanter dicto credito scut. 750. necnon omnibus fructibus debitis à Leonio, pro quorum consecutione cum de anno 1648. Iudicium intentauerint dictæ Coniuges, opposuit Leonius exceptionem traditionis rei nõ liberæ eo quia domus grauata reperiretur annuo Canone scut. quatuor fauore PP. Sanctæ Mariæ Nouæ, & Vinea

nea alio Canone scut. 22. erga Serenissimum Ducem Parmæ, ac propterea prętendere cœpit in debitum imputanda esse plura scuta, quæ soluere coactus fuerat pro dicto Canone tam ratæ domus, quam Vineæ, quæ sibi fuerant cessæ, atque ita non teneri ad solutionem integri capitalis scut. 750. sed illud minuendum esse, habita ratione dicti oneris, & istis detractis nihil superesse de capitali, & fructibus, quod soluere deberet. Sed prosecuto iudicio post mortem Margaritæ ad instantiam Gessi illius viri, ac hæredis testamentarij obtinuit ab A.C. relictis in suspenso scut. 300. relaxati mãdatum executiuum pro residuo capitalis nempè pro scut. 450. Ab hoc mandato commissa Rotæ per Signaturam appellatione clausula, *sine præiudicio*; Dubitatum fuit in deuolutiuo An; & ad quid Leonius, & Gessius ad inuicem teneantur, & Domini dixerunt Leonium teneri non solum ad solutionem integri capitalis, sed etiam fructuum ad rationem in Instrumento conuentam nempè scut. sex pro quolibet centenario, & anno.

Ratio resolutionis fuit quia de obligatione Leonij in forma Cameræ soluendi dicta scuta 750. cum promissione dd. fructuum constat ex duobus pùblicis Instrumentis vno videlicet facto super constitutione dotis de anno 1527. altero verò super cessione Coniu-
1 gum de anno 1619. † quæ faciunt probationem probatam, & rem manifestam reddunt, *Bald. in l. interest. 21. num. 2. C. de solut. Rot. penès san. mem. Gregor. XV. decis. 195. nu. 1. & decis. 459. num. 3. Buratt. decis. 540. num. 4. & decis. 597. nu. 3.*
2 *cum vulgat.* † Et sicuti in vim dictæ obligationis Leonius tenebatur ad solutionem tam sortis, quam fructuum erga Margaritam dum viuebat, *Rot. post Zach. de oblig. Cameral. dec. 126. num. 3.* parimodo tenetur erga Gessium illius hæredem, qui eius personam reprę sentat, cum omnes actiones tam actiuæ, quam passiuæ, quæ penès eam de tempore mortis reperiebantur, in eius hæredem translatæ fuerint, *l. cum hæredes 23. ff. acquir. possess. l. 1. ff. de Bonorum possess. l. hæres, la seconda, ff. de acq. hæred. Surd. decis. 298. nu. 3. Rot. decis. 243. num. 10. part. 5. & decis. 19. num. 9. part. 7. recent.*

Non obstat quod Margarita cesserit portionem domus, & vineæ ad se spectantem cum expressa promissione, vt illa esset libera ab omni Liuello, & Canone, & nihilominus illa detecta deindè fuerit grauata d. annuo Canone, vnde pręsupponit Leonius, quod Gessius hæres teneatur excomputare Canones per ipsum solutos, necnon pretium minuere habi-
3 ta ratione d. oneris. † Quia Domini pro responsione animaduertebant, quod obligatio Margaritæ erat solum cedendo Leonio iura sibi competentia super dicta Domo, & Vinea, quæ promissio intelligitur de iuribus talia, qualia penès ipsam de tempore contractus reperiebantur, *l. mulier, ff. qui potior. in pignor. habeantur, Bar. Alex. & alij in l. si sic, §. 2. ff. de legat. 1. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 10. nu. 6. Rot. decis. 560. num. 9. part. 1. recent. Alex. cons. 187, num. 9. lib. 2. Aldobrand. cons. 107. num. 2. Speculat. in tit. de locat. §. neque aliqua quæst. 58. Franch. de-*
4 *cis. 527. num. 2.* † multo magis quando prout hic dictum fuit iura competentia, quia dictũ participium, *competentia*, tanquam præsentis temporis restringit promissionem ad iura quę competebant de tempore contractus, *gloss. in Clement. 1. in verb. dignitatibus de præbend. Ruin. cons. 158. num. 8. volum. 3. Surd. cons. 135. nu. 101.*
5 *cum seqq.* † Incongruum est igitur dicere quod ipsa voluerit se obligare in plusquam ex præcedenti contractu tenebatur, ad tradit. per *Afflict. decis. 399. num. 13. vers. nec obstat secundum motiuum, Surd. cons. 34. num. 34. vol. 1. & dec. 112. num. 36. Rot. post Pich. decis. 43. nu. 5. & in recent.*
6 *decis. 392. nu. 2. part. 1.* † Immo etiamsi voluisset, neque potuisset in plus se obligare, quia illi resistebat Vrbis Statutum, *Rot. d. decis. 392. nu. 3. in fin. par. 1. recent. & coram Buratt. dec. 361. nu. 1.*
7 *& seqq.* † ideoque dicta cessio quamuis verbis generalibus concepta fuerit ad limites tamen præcedentis obligationis hoc est ad ius tantũmodo illi competens restringi debet, *l. quædam mulier, cum gloss. ff. de rei venditat. l. insulam, ff. de verbor. obligat. Grat. discept. forens. cap. 320. nu. 43. vers. status primordialis obligationis, Rot. coram Gregor. XV. decis. 502. num. 2. & in recentior. decis. 605. numer. 2. versic. an cessio, in fin. part. 3.*
8 & † promissio libertatis ab omni censu, canone, & alia seruitute facta in Instrumento dictæ cessionis intelligi debet de libertate ab oneribus, quæ per contrahentes medio tempore imponi fortasse potuissent, non autem à canone, & alio onere quo tam grauatæ reperiebantur dictæ domus, & vinea de tempore Instrumenti Dotalis, nam respectu illorum nulla in dicto Instrumento legitur promissa libertas: sed simpliciter facta obligatio cedendi iura competentia, quæ ex iam dictis per cessionem iurium talium; qualium sufficienter adimpleta fuit.

9 Et tanto magis † hoc firmandum esse visum fuit Dominis, quia talis cessio facta etiam apparet in vim decreti A.C. quod cum solum cogat Margaritam ad concedendum sua iura absque alia promissione libertatis, indè DD. desumebant vehementem coniecturam voluntatis Margaritæ de se obligando tantum ad id, in quo per Iudicem grauabatur, & non plus, *ad trad. per Rotam penès Paris. de Saluian. decis. 138. num. 5.*

10 His accedit, † quod Leonius optimè sciebat dictas Domus, & Vineam subiectas esse oneri canonis, vt de hoc clarè constat ex eo, quia tanquam Procurator Sororum obtinuit subhastari dictam Vineam reseruato tamen Beneplacito fel: record: Cardinalis Odoardi Farnesij cui Canones per plures etiam annos persoluit, stante igitur d. scientia intrat maxima præsumptio, quod Leonius voluerit tantum emere ius, quod ipsa Margarita habebat præuia dicti oneris accollatione, iuxtà *text. in l. qui tabernas, ff. de contrahen. empt. l. qui fundum*
11 *sciens, C. de euict.* † & regulare est, quod emens sciẽter rem oneri alicui obnoxiam ius solum venditoris emisse dicatur, *Gloss. & Bald. in l. 1. C. si pignus pignori datum sit, Mangil. de euiction. quæst. 106.*

quæst.106.num.19. Rot.coram Gregor.XV decis.90. nu.11. & post Zacch.de obligat.Cameral. decis.270.
12 *num.14.* † vndè tali casu de euictione agere illi minimè permittitur secundum *Castrens.in l.emptorem, §.qui autem num.3. ff.de act.empt. Cravett. cons.12.sub num.8. vers.quia tunc ob eius scientiam, Honded. cons.3. num.42.lib.1. Dec.cons.411. nu.4. Gozadin.cons.24.num.7. Contr. variar resol. lib.3. cap.17.num.3. Roc. coram Mantic.decis.109. sub num.8. vers.& ideò, & decis.152.num.4.& decis.211.num.1. part.2. divers.*

13 Remanent† prædicta eo magis comprobata ex obseruantia plurium annorum, nam Leonius vltra canones etiam fructus cõuentus semper persoluit absque vlla cõtradictione, seù protestatione, sicque declarauit quod illi absque diminutione deberentur, & onus canonum ad ipsum spectaret, vt in simili arguit *Rot. coram Pen. decis.464.num.6. vers.quod si ista computatio*, obseruantia enim est optima cuiusque dispositionis interpres; & ex ea dignoscitur qualis ab initio mens contrahentiũ fuerit, *Surd. consil.134. num.9. Gregor. decis.502. num.10. & decis.511.num 8.*

14 Idem † suadet etiam alia satis vrgens ratio quæ est, vt de anno 1633. Leonius quietauerit Margaritam de omni, & toto eo, quod vsque ad dictam diem ab ea habere prætendebat; Ergo dicendum est, quod dd. canones, vel non fuerint debiti, vel fuerint per eum remissi, iuxtà doctrinam *Bald. in leg. sub prætextu num.19. C.de transact. Surd. decis.217. nu.12. Rot. coram Merlino decis.714.num.7.*

Pro considerabili neque habitum fuit, quod Margarita promiserit de releuando indemnem Leonium ab obligatione facta fauore Saniuliani eius primi viri occasione dictæ Dotis; ideòque donec indemnis releuetur ei competat retentio dicti crediti. Nam respondetur quod respectu scut.750. nulla erat præstanda releuatio, dum eorum loco vineam, & domum recepit Leonius.

15 Obstare † neque visum fuit, quod dd. Domus, & Vinea non præstent fructus in quantitate promissa, sed in longè minori, & sic pactum soluendi fructus ad rationem sex pro centenario sustineri non posse videatur; Quia vltra alia deducta ab informantibus pro Gessio DD. pro responsione considerabant, quod in promissione, siue obligatione facta per Leonium fauore Saniuliani pro satisfactione dotis Margaritæ continebatur, vel portio domus, & vineæ spectantis ad Margaritam, vel pecunia pro dicta summa sc.750. ad electionem eiusdem Saniuliani; Vndè cum creditũ esset dotale, & maritus elegerit satisfactionem in pecunia, indè sequitur, quod dd. fructus non dicantur debiti habito respectu ad redditus bonorum; sed ad obligationem Leo-
16 nij facta in pecunia, † propter quam fructus fauore dotis etiã in summa scut. septem cum dimidio sunt liciti sic disponente Statuto Vrbis cap.137. lib.1. *Rot. decis.85. num.8. & seqq. & decis.247.num.5. post Zacch.de obligat.Cameral. & post Fenzon. ad Stat.Vrb.decis.84. §.tum etiam, & in recent.decis.574.num 2. part.2. & decis.522.*
num.1. part.3. & fuit dictum *in Bononien. Dotis 18.Martij 1648. §.tertiò, coram Reuerendiss.D.meo Decano.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit, &c.

R. P. D. ZARATE.

Perusina Census.

Veneris 27.Iunij 1653.

ARGVMENTVM

Mulier adhuc in minori ætate constituta non potest sine debitis solemnitatibus eius Viro in dotem dare bona æstimata, æstimatione faciẽte venditionem, licèt possit illa dare inæstimata, & quare. Mulier an, & quando possit ex taciturnitate ratificare contractum ab initio nullum, & quæ requirantur, eruditè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia transit in iudicatum ob non prosecutionem appellationis infrà biennium.*
2 *Et venit exequenda, ac si ab initio non fuisset appellatum.*
3 *Validitas resultat ex reuolutione processus.*
4 *Acta necessaria, & releuantia sunt transportanda, relictis irreleuantibus.*
5 *Procurator Dominus litis effectus quando non possit reuocari.*
6 *Procurator vti Dominus litis effectus vti talis semel ab Aduersarijs admissus, tanquam illegitimus deindè reici non valet. Amplia, vt num.7.*
8 *Instrumentum facit probationem probatum.*
9 *Extinctio census non subsistit vbi facta fuit cum eo, qui nec Dominus, nec Creditor erat d.census.*
10 *Cessio non suffragatur vbi non constat de iure cedentis.*
11 *Cessionarij assertio nullam fidem meretur, quando Instrumentum cessionis non exhibetur.*
12 *Dotis designatio specialiter facta in certis bonis, inducit denegationem in alijs.*
13 *Census datus in dotem inæstimatus remanet in dominio Mulieris.*
14 *Dos inæstimata non potest constitui à Tutore, vel Muliere minore absque solemnitatibus, & quare.*
15 *Census an possit alienare à Minori absque solemnitatibus ex quo non computetur inter mobilia, vel immobilia, sed tertiam speciem constituat.*
16 *Ratificatio Minoris debet esse cum eisdem solemnitatibus requisitis in celebratione contractus.*
17 *Ratificatio Minoris non valet sine solemnitatibus, quia ratificatio recõciliat ea quæ pendent ab animo, sed non quæ pendent ex aliqua forma.*
18 *Ratificatio non inducitur absque scientia nullitatis actus, & omnium qualitatum.*
19 *Infans præsumitur affectum rei non habuisse, non autem contractum ex taciturnitate ratificasse.*
20 *Hæres potest opponere nullitatem, quam eius Author opponere poterat.*
21 *Hæres non potest impugnare factum defuncti.*
22 *Secùs si fuerit tantum Legatarius vsusfructus.*

6 *Dignior censetur qui à Digniori fuit institutus, data in cæteris paritate.*

7 *Præcedendi possessio, denotat in præcedente maioritatem, & dignitatem.*

8 *Testes confratres deponentes ad fauorem ipsius Confraternitatis non merentur fidem, præsertim in re magni honoris.*

9 *Intellige procedere si exinde emolumentum aliquod, vel honorem vt singuli reportarent, secus si vti vniuersi, num. 11.*

10 *Honor debitus Confratribus vti vniuersis, non debetur vti singulis.*

12 *Testes contra inducentem plenè probant.*

13 *Dextera pars dignior reputatur, quia inde est localis motus principium.*

14 *Præcedendi quasi possessio acquiritur per vnicum actum.*

15 *Præcedere in Processionibus quo titulo quis præsumatur, si haberet qualitatem Sacerdotis, & Confratris, incedendo cum Confratre alterius Sotietatis.*

16 *Cornu Euangelij in Ecclesia quando censeatur minùs dignum cornu Epistolæ, respectu præcedentiæ, & quando secùs.*

17 *Dextera pars in Ecclesia est cornu Euangelij in ijs, quæ sunt quodammodo pars Altaris, & Presbyterii, & ab Altare regulantur, aut vertuntur ad Populum.*

18 *Dextera pars in sacris Concilijs in quorum medio poni sacrosanctum Dei Euangelium quænam sit dicenda.*

19 *Locus ille dignior est in omnibus consessibus, qui est à latere dextero personæ primariæ in medio, & è conspectu astantium sedentis.*

20 *Intellige procedere in consessu inter personas illum integrantes, secùs autem in progressu.*

21 *Confraternitates laicales nullam partem habent in consessu Altaris, & Presbyterij.*

22 *Dextera pars in Ecclesia est cornu Epistolæ respectu eorum, qui expectant progressum ad Altare.*

23 *Dextera pars in Ecclesia respectu populi est cornu Epistolæ.*

24 *Præcedentia metiri debet ab vsu, seu consuetudine, & à communi opinione, ac æstimatione hominum.*

25 *Locus ille dignior habetur, qui digniori personæ vicinior est.*

26 *Confraternitas illa dignior reputatur, quæ Clero proximior incedit, quamuis eius Vexillum (quæ præire solent) magis à Clero distaret.*

27 *à Vexillo desumitur dignioritas illud deferentis respectu alterius sub eodem vexillo incedentis, vel quando cætera sunt paria.*

28 *Præcedendi possessio vniuersalis quando censeatur acquisita per vnicum actum particularem, & quando secùs num. 30.*

29 *Constitutio Gregorij XIII. de præcedentijs non abrogat possessori antiquitatem.*

31 *Dignior aut præcedit, aut subsequitur secundum locorum consuetudinem.*

32 *Præcedendi quasi possessionem non tribuunt actus æquiuoci.*

33 *Acquiescentia in subsequendo in materia præcedentiarum, præiudicat acquiescenti.*

DECISIO CCCXX.

ATTENDATVR dispositio iuris communis, siue Constitutio fel. record. Gregorij XIII. relata per *Barbos. de potest. Episcop. alleg. 78. num. 34. & per Moder. Hispanum de exempt. regular. dub. 368. num. 1.* præcedentiam, ac digniorem locum in processionibus publicis, seù priuatis, ac alijs functionibus deberi in Terra Tabiæ Confraternitati Confalonis sub inuocatione SS. Fabiani & Sebastiani in concursu Confraternitatis Sanctissimæ Trinitatis, decisum hodie fuit præuia particularis dubij geminata discussione.

1 Ius enim † commune digniorem locum tribuit antiquiori, *cap. statuimus, vbi gloss. verb. noui distinct. 61. l. 1. C. consul. lib. 12. l. final. C. Tyronib. eod. lib. Thob. Nonius cons. 71. num. 35. Rota decis. 718. num. 1. part. 4. diuers. & in Oppiden. Processionum 18. Maij 1646. coram R. P. D. Imeo Verospio,* ac digniori, *cap. statumus, de maior. & obed. Mastrill. de Magistr. lib. 4. cap. 14. num. 29. & seqq. vbi allegat concord. Rota decis. 138. num. 2. parte 1. recent.*

At Confraternitatem Confalonis esse antiquiorem concedunt Testes aduersariæ, ac probant examinati ad instantiam huius Confraternitatis; necnon publicum Instrumentum fundationis, & approbationis obtentæ ab Ordinario de anno 1454. in Summario nouo n. 1

2 Digniorem † verò demonstrant, tùm incessus, de quo infra dicam Prioris huius Confraternitatis ad dexteram Prioris aduersariæ, *cap. solitæ de maior. & obed. gloss. in l. decernimus, verb. rescindendi, C. sacrosanct. Ecclef. Tiraquell. de primog. in præfat. num. 13. & seqq. Gratian. discept. 106. n. 40*

3 *Bobadill. politic. par. 1. lib. 2. cap. 17. num. 12.* † Tum probata per Testes communis hominum opinio, quæ in hac materia attenditur, *vt ex text. in l. Athletas §. 1. ff. his, qui notan. infam. & in l. 1. ff. flumin. cap. cum olim, de consuetud. tradit Vasq. in præfat. ad quæst. Illust. num. 85. Grat. discept. 111. num. 74. & seqq. Castill. de Tert. Reg. cap. 41. nu. 38. Buratt. decis. 483. num. 13.*

4 Tùm vsus iubendi † aduersariæ in functionibus publicis præire satagenti, vt sistat cum successiua aduersariæ obedientia, & acquiescentia, de qua deponunt primus, secundus, quartus, & quintus Testis dati in primo Sũmario Confalonis sub num. 8. hoc enim superioritatem demonstrat, *gloss. in cap. olim il 3. de restit. spoliat. Alber. in diction. verb. maioritas attenditur, versic. item in obediendo, Bald. in l. 2. sub num. 79. vers. secundo casu, C. seruit. & aqua, Alex. cons. 43. num. 3. lib. 1. Vrsil. ad Afflict. decis. 301. n. 4.*

5 *Merlin. decis. 461. num. 6. & seqq.* † Tùm diuersitas in modo conuocandi; nam ad id pro aduersaria adhibetur campana parua, pro alia verò magna, quæ sicuti dignior est illa ex alleg. per *Barbos. in cap. patentibus, num. 5. circa fin. de priuileg.* arguit digniorem esse, quem conuo-

6 cat, † nec secùs, ac dignior dicitur, quem dignior instituit data in cæteris paritate, *l. 2. ff. alb. scriben. gloss. in cap. 1. verb. maior. & in cap. per tuas, verb. Subdiaconus, de maiorit. & obed. Decian. respons. 19. num. 214. lib. 3. Menoch. cons. 126. nu. 33. & seqq.*

& seq. cons.902.num.17. Boer. de auth.magn.consil. num.81. cum alijs alleg. à Moder.Hispan. de praeced.
7 quaest.1.num.20. Tùm tandem infra ponderanda possessio praecedendi, Felin.in rubr.de maior. & obed.num.10. aliiq. relati à d. Moder.Hispan.de praeced.q.17. sub num.1.vers.& tales dicuntur, Rota decis.456.num.12.par.1.recent.

8 Non obstat,† quod de praedictis deponant Testes, qui sunt Confratres ipsius Confraternitatis Confalonis, ac proinde ad eius fauorem non mereantur fidem; praesertim in re magni honoris, Bal. in cap.cum Nuncius,num.1. ad fin.de testib. Felin. in cap.insuper, num.6.eod.tit.
9 Rota decis.136.num.1.part.1.recent. † Quia obiectum procederet, si exinde emolumentum aliquod, vel honorem,vt singuli reportarent:
10 cum autem † minimè reportent, quia vt in singulis non debetur honor debitus vt vniuersis, Praepos.in cap.Concilia, §.Episcopum,num.3.distinct.17. Gratian.discept.298.nu.46.& seqq. aliosque refert Modern.Matritensis.in summ.quaest.Re-
11 gular.,vol.1. tom.2.cap.15.num.23. † plene probant pro Confraternitate Bald. in d. cap.cum insuper,num.3.de testib. Hond.conf.79.num.39.& 40. lib.1. & in specie de Confratribus, Rot.dec.290 num.13.par.5.recent.in Anconitana bonorum 13.Ianuarij 1645.§.quia etiam,coram R.P.D.meo Meltio, & magis in puncto in Taurinen.delationis Baldachini 4. Iuly 1646. §.& licet, coram Eminentissimo D.Card.Corrado: maximè quia supplentur ex numero, & adminiculantur ab Instrumento
12 antiquitatis, † ac in aliquibus etiam à Testibus exaduerso inductis plenè probantibus contra inducentem, l. si qui testib. C.de testibus, Surd.cons.390.num.18.Mant.decis.274.num.1.vers. & quod amplius.

Constitutio Gregoriana pariter suffragatur Confraternitati Confalonis, quia inter Confraternitates mandat praecedere eam, quę est in quasi possessione praecedendi, vel hoc cessante, quae prius saccis vsa fuit. Hanc verò Confraternitatem esse in quasi possessione
13 praecedendi probatur. † Primò, quia in Processione alias facta ad Ecclesiam nuncupatā S. Mariae dell'Alma, in qua mixtum vtriusq; Confraternitatis Confratres bini, ac bini incedebant, Prior, & Subprior Confalonis incessit ad Prioris, & respectiuè Subprioris aduersariae Confraternitatis dexteram, quae dignior habetur, quia inde est localis motus principium, gloss.in l.decernimus, verb. residendi, C. sacros.Eccles. Cassan.in Cathal.glor.mund.par.3. consid.2. Pacian.de probat.lib.2.cap.26.num.90.Penia in puncto processionum decis.456.num.4.& seqq.
14 sufficitque † vnicus actus ad acquirendam quasi possessionem praecedendi, iuxta theoricam Rip. in cap.cum Ecclesia,num.91. & seqq. de constit. quam alijs allegatis sequitur in terminis praecedentiae, Castill. de Tert. Reg. cap.41. num.61. Xamar.de offic.Iudic. & Aduocat. parte 1. quaest.2. num.69. Rota in dicta Taurinen. delationis Baldachini §. quia caeteris, coram Eminentiss. Card. Corrado.
15 Gratisque dicitur † Priorem praecessisse, quia Sacerdos erat, cum enim fuisset in Priorem electus, non vt Sacerdos, sed vt Confrater,& vt Confrater processioni interesset,hoc tantùm nomine non autem illo potuit praecedere, Abb.in cap.auditis,num.4.de elect. Lanar. cons.88.num.16.& seq. Anton.de Prat. de Iurisdict. Episcop.cap.6.num.55. inter tractat. diuers.tom.13. par.2. fol.367. Contilor.de praeced.num.20. & seqq. Gratian.disceptat.111.num.14. Cancer.var.resolut. lib.3.cap.10.num.117. aliique relati à Moder.Hisp. de praeced.quaest.27. num.10. & 11. Rota decis.288. num.2. par.1.recent. & in dicta Taurinen.delationis Baldachini, §. quia non agitur: praeter quod in Subpriore qui similiter praecessit qualitas Sacerdotij non concurrebat.

16 Secundò, † quia, vt affirmant concorditer Testes vtriusque partis, occurrentibus occasionibus Processionum, & vtraque Confraternitate illarū progressum expectatura manente in Ecclesia, Vexillum, & Confratres Confalonis steterunt in ea parte Ecclesiae, quā respicit cornu Epistolae, Confraternitatis verò aduersariae, in ea parte, quam respicit cornu Euangelij, quod in his terminis censetur minus dignum. Nam vt habetur in Sac. Caeremon.Roman.lib.3. sect.2.cap.1.col.4.in fin. versic. hoc enim, ac tradit Paris de Grass. de Caerem.Card. & Episcop.cap.31.in princip. dupliciter consideratur pars dextera in Altari, vno videlicet modo respectu ipsius Altaris versi ad populum, & sic dexterum, ac dignius est cornu Euangelij, quia illuc dexteram, ac dignius est cornu Euangelij, quia illuc dexteram protendit Crux in medio Altaris posita, ibique legitur Euangelium, quod est dignius. Alio modo respectu Sacerdotis celebrantis versi ad Altare, & sic pars dextera ipsius Sacerdotis; celebrantis versi ad Altare, & sic pars dextera est cornu Epistolae, quia illuc tendit dextera ipsius Sacerdotis; atque hinc, ibi assistit Sacerdoti Diaconus,vt tradit Castald.in prax. Caeremon.lib.1. sect.7.num.8. & 26. qui est Subdiacono assistenti à parte Euangelij dignior, cap. statuimus, de maior. & obed. Petr.Greg. Syntag.iur. lib.16.cap.7. num.4. Pariterque cornu Epistolae dicitur dextera habito respectu ad ingressum in Ecclesia, quia illud respicit pars dextera ingredientium, vt sensui patet.

17 Primus modus † attenditur in ijs,quae sunt quodammodo pars Altaris, & Presbyterij, & ab Altare regulantur,aut vertuntur ad popu-
18 lum. † Eademque ratione in sacris Concilijs in quorum medio poni consueuit sacrosanctum Dei Euangelium, ad quod vultus omnium conuersi essent, quia illud repraesentabat ipsum Deum sistentem in medio Sinagogę, dignior pars censebatur, quam dextera ipsius Dei sic repraesentati respiciebat; itaut à dextris essent, qui habito respectu ad ingressum sedebant à sinistra, & è conuerso à sinistra qui sedebant ad dexteram, vt notat Cardinalis Baronius Annal. tom.3. ann.325. litt. C. & tom.6. ann.451. pag.141. litt.C. Card.Bellarmin.in controu.lib.1.de Concil.cap.19.vers.itaque, Seuerin. Binius in not. ad Concilium Nicenum tom. 1. Concilior. General. pag.314. sub vers. quibus Ordinibus.
19 Vnde † etiam in omnibus consessibus, pars illa est dignior, quae est à latere dextero personae

sonæ primariæ in medio, & è conspectu astantium sedentis, *Anton. de Prat. de Iurisd. Episcop. cap. , sub num. 56. vers. ideo qui sedet, post glossam,*
20 *Alex. & Bald. ibi alleg.* † Hæc autem omnia procedunt in consensu, & inter personas illū integrantes, ac per aliàs Ordinibus dispositis se inuicem respicientes; diuersa verò est ratio in progressu, vt ait *Baron. Annal. tom. 6. d. pag. 141. litt. C.* ibi *alia in progressu, in consessu ratio alia attendatur.*

21 Cum igitur † Confraternitates laicales nullam partem habeant in consessu Altaris, ac Presbyterij, *cap. 1. vbi gloss. verb. secus Altare, de vit. & honest. Cleric. cap. Sacerdotium, de consecrat. distinct. 2. Panuin. de Visitat. par. 2. quæst. 3. num. 26. Guglielm. Durand. de mod. celebran. Concil. General. rubr. 55. num. 2. Rota in Romana Processionis 6. Februarij 1615. corā S. D. N. & in Pampilon. Scamni 16. Ianuarij 1640. coram bon. mem. Card. Panzirolo,*
22 neque in figura consessus, † sed progressum expectantes ad Altare versæ turmatim in corpore Ecclesiæ; cuius dexteram partem esse cornu Epistolæ, tradit *Gauant. in Thes. sac. Ritu.*
23 *par. 2. tit. 6. num. 4. litt. X. pag. 101.* † maneant vti pars cæteri populi, cuius dexterum esse latus Epistolæ, ait idem *Gauant. ibid. part. 2. tit. 7. sub num. 10. col. 4. litt. D. pag. 113.* sequitur, vt illa Confraternitas fuerit in digniori loco, quæ stetit in parte colletarali cornui Epistolæ; præ-
24 sertim, † quia loco Tabiæ communis opinio, & extimatio hominum in his materijs ex supra allegatis attendenda, hæc est, vt deponunt Testes, & comprobat vsus eiusdem loci; quā ibi dignior pars Magistratus laicalis solemniter assistentis, qui dubio procul præcedere debet, ac manere in loco digniori quam Confraternitates, residet à cornu Epistolæ, quamuis locus à cornu Euangelij sit vacuus in eodemque loco respiciente cornu Euangelij, sedeant alij minus digni, & ab vsu, seu consuetudine præcedentia metiri debere, tradit *Zabarell. consil. 62. num. 1.* ac dixit *Rota decis. 288. in fin. part. 1. recent. decis. 779. num. 2. apud Merlin. & in Oppiden. Processionum 18. Maij 1646. coram R. P. D. meo Verospio, in d. Taurinen. delationis Baldachini coram D. Card. Corrado.*

25 Tertio, † quia in funeralibus, & associatione cadauerum Confratres Confalonis Clero proximiores, quam aduersarij incesserunt, qui locus dignior habetur, quia digniori vicinior est, *l. 1. C. præposit. labor. lib. 12. cap. perlectis 22. distinct. Cassan. in Cathal. glor. mund. par. 4. consid. 75 vers. mihi tamen, Boer. de auth. magn. consil. num. 79. vers. quia in processionibus, Pacian. de probat. lib. 2. cap. 26. num. 6. Ciriac. controu. 201. num. 154.* in puncto funeralium *Anton. de Prat. de Iurisdict. Episcop. sup. cit. cap. 6. sub num. 56. versic. eo quia,*
26 quamuis † Vexillorum ante omnes regulares præeuntium illud aduersariæ minùs à
27 Clero distaret; † nam à Vexillo desumitur dignioritas illud deferentis respectu alterius Collegij sub eodem Vexillo incedentis, in quibus terminis loquitur *Decian. respons. 67. n. 7 lib. 2.* vel quando cætera correspondent, & paria sunt, vt declarat *Anton. Capic. decis. 27. n. 46. in fin.* ibi, *quoniam cæteris paribus.*

28 Nec dubitandum, † quin à præcedentia in associatione cadauerum quæsita fuerit possessio præcedendi in omnibus Processionibus, stante causa vniuersali supra probatæ dignioritatis, & antiquioritatis, *Bald. in repet. l. 1. n. 24. vers. tu dic, C. emancipat. liber. Felin. in cap. auditis, num. 19. de præscript. Rota decis. 139. num. 12. par. 2. diuers. & in Romana locorū Montium 4. Iunij 1640.*
29 *coram recol. mem. Coccino Decano,* † quam antiquioritatem Cōstitutio Gregoriana possessori non abrogat, *Modern. Hispan. de præceden. qu. 45.*
30 *sub num. 12. vers. circa prædicta;* † licet secus esset aduersaria in possessione præcedendi, vel præcedentia in associatione cadauerum emanasset ex aliqua particulari ratione, puta quia cadauer associatum, fuisset alicuius ex Confratribus alteri ex Confraternitatis, in quibus terminis loquitur *Merlin. decis. 779. num. 6. & seqq.* quod non probatur in casu nostro; imò testes deponunt vniuersaliter de associatione cadauerum, & aduersaria in alijs functionibus non docet se esse in quasi possessione præcedendi.

Nihil ad id suffragante, quod Confraternitas aduersaria in alijs Processionibus præeunte Confraternitate Confalonis incesserit pro-
31 ximior Clero, † quia vt ait *Pacian. de probat. lib. 2. cap. 26. num. 109. in fin.* dignior, aut præcedit, aut subsequitur secundum locorum con-
32 suetudinem, † sed an locis subsequens fuerit aduersariæ concessus ex causa præcedentiæ, & an iuxta communem opinionem in Terra Tabiæ præcedentiam fauore aduersariæ importet necne, discordant Testes, & fides extraiudiciales hinc inde datę, vt propterea actus huiusmodi, saltem quia ęquiuoci possessionem præcedendi aduersariæ non tribuerint, *Rota decis. 229. num. 7. decis. 333. num. 6. par. 1. recen. decis. 46. num. 7. apud Modern. Perusin. de manuten.*
33 Eo † minùs cum Testes affirment, quod Cōfraternitas Confalonis, aduersariam aliquando tentātem præire coercuit, & subsequi coegit, quod si locus subsequentis dignior fuisset habitus non fecisset, nec aduersaria acquieuisset, & per huiusmodi acquiescentiam aduersaria, vel id implicitè fassa videtur, vt saltem sibi præiudicauit, iuxta *text. in cap. ex ore, versic. per hoc de his quæ fiunt à maior. part. Capit. gloss. in cap. Abbate, verb. Abbatem Monacum, de verb. signif. Felin. in cap. pastoralis, num. 5. de offic. ordin. Aym. de antiq. temp. par. 4. §. materia ista, num. 81. Dec. cons. 206. num. 7. vers. vbi exhibens,* & in proximis terminis *Rota in supracit. Pampilonen. Scamni coram Card. Panzirolo §. nec releuat, vers. imò aliqui.*

Fortiùs, quia in dictis met Processionibus Confratres, & Vexillum Confalonis, dum in Ecclesia morabantur steterunt, vt dicebam in loco digniori, & in alia Processione facta ad Ecclesiam dell'Alma incesserūt ad dexteram aduersariæ, gaudentque prærogatiua tum antiquioritatis, tùm alijs superius ponderatis. Ex quibus omnibus ita decisum vtraque parte bis informante.

R.P.D.

R. P. D. LEONE VEROSPIO,

Romana deuolutionis Domus.

Veneris 20. Iunij 1653.

ARGVMENTVM.

Bona Ecclesiastica in emphyteusim concessa pro hæredibus, & successoribus quibuscumque transferuntur quoque ad hæredes extraneos; si tamen fuerit renouata inuestitura, & stipulata tantummodò pro hæredibus, & successoribus, in ea comprehensos esse hæredes sanguinis simpliciter constanter firmatur: Et licèt in nouis inuestituris etiam sub nouis pactionibus stipulatis, ex primæua inuestitura recessum solummodò censeatur, quatenus aliquid additum fuerit, vel in contrarium dispositum, tamen in præsenti decisione ex quibus possit dici constituta noua concessio, quæ cum primæua inuestitura nullam habet connexionem, clarè demonstratur.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis Ecclesiastica, finita linea vltimo loco inuestiti, reuertitur ad Dominum directum, & non transit ad hæredes extraneos, seu loca pia.*

2 *Inuestitura concepta sub clausula*, cæterata pro se &c. *comprehendit successores, & hæredes etiam extraneos.*

3 *Emphyteusis noua concessio regulari non debet iuxta formam primæ inuestituræ.*

4 *Et quando ex quibus noua concessio constituta dicatur, quæ nullam habeat connexionem cum primæua inuestitura.*

5 *Emphyteusis Ecclesiastica licèt stipulata fuerit pro hæredibus, & successoribus, tamen restringitur ad hæredes sanguinis, & descendentes ab inuestitis.*

6 *Amplia, quando bona emphiteutica ad alias Ecclesias seu loca pia deuenire prohibeantur.*

7 *Alienantis prohibitio in inuestituris apposita adimit vim clausulæ*, ad habendum, *ibidem adiectæ, & operatur vt solùm hæredes sanguinis in inuestitura comprehendantur.*

8 *Maximè in inuestitura de sui natura non transmissibili ad extraneos.*

9 *Inuestitura quamuis fuerit stipulata pro hæredibus, & successoribus, quando tamen non includat hæredes extraneos.*

10 *Locatio potiùs dicitur, quam emphyteusis, quando concessio facta est pro pensione fructibus correspondente.*

Contra quando concurrunt coniecturæ locationi non congruentes, sed emphyteusi num. 12.

Puta quando fuit conuenta laudemij solutio, num. 13.

11 *in Concessione emphyteusis Ecclesiasticæ canon ab emphiteuta persoluendus quando regulari debeat non ex primæua, sed ex posteriori inuestitura.*

14 *ex Inuestitura primæua recessum solummodo censetur per posteriores inuestituras, quoties aliquid additum fuerit, vel in contrarium dispositum.*

15 *Emphyteusis Ecclesiastica, quando non transeat ad hæredes extraneos.*

DECISIO CCCXXI.

SENTENTIAM immissionis Moniales, ac Monasterium S. Luciæ in Silice de Vrbe in hoc sacro Auditorio obtinuerant contra Hospitale B. Virginis de Carauaggio Mediolani situm super domo directo eiusdem Monastrij dominio supposita, ac deuoluta ob lineam Angelæ vltimo loco inuestitæ terminatam quàm sanè sententiam ex vtroque validitatis, atque iustitiæ fundamento in gradu appellationis coram me hodie cõfirmandam esse Rota decreuit. Ipsius namque validitas non reuocatur in dubium, & benè exactorũ reuolutione dignoscitur, iux. *decis. Verall. 260. part. 3.* Nunquam in hoc Sac. Tribunali reie-

1 ctam † iustitiam verò concludit linea inuestitæ vltimo loco expirata, quæ deficiente ad Monasterium vti dominum directum reuerti debuerat emphyteusis hæc Ecclesiastica, non autem poterat ad extraneos hæredes, siue ad manus mortuas, videlicet Ecclesias, seu loca pia transire, *§. emphit. authent. de non alienan. gloss. in l. etiam, ff. solut. matrim. Clar. in §. emphyteusis, quæst. 28. vers. quæ quidem conclusio, & versic. tertius casus, Card. Mantica de tacit. lib. 14. tit. 19. num. 6. Caldas. de nomin. emphyt. lib. 2. quæst. 33. nu. 23. Rota in vna Bononien. bonorum emphyt. 7. Iunij 1647. in vltim. §. coram R. P. D. meo Meltio successiuè confirmata coram me sub die 27. Martij ann. sequen. 1648.*

2 Et licet in primo † concessionis Instrumento inuestitura concepta fuerit sub clausula pro se cæterata extendi consueta pro se, successoribus, & hæredibus quibuscumque, ac in hæredes proinde extraneos eandem concessionem apta transferre, iuxta *decis. Seraphi-*

3 *ni 703. n. 2.* † huius tamen primęuæ concessionis virtute intentata nõ fuit præfatę domus deuolutio, sed ex vi posteriorum hæredes duntaxat, ac successores includentium, quæ tanquam nouæ iuxta formam antiquæ regulari non debent, vt responsum fuit in hac eadem causa sub die 15. Iunij 1652. *in §. elaborandum ergo non est, coram R. P. D. meo Bichio,*

4 Nouam † verò præseferre concessionem, successiuas inuestituras plura argumenta in antecedentibus decisionibus ponderata, necnon noua pacta in prima concessione non adiecta suadent, quippe quæ ob deuolutam ex culpa emphyteutæ alienantis domum, ac in canonũ solutione cessantis apertam emphyteusim, non autem ob finitam lineam emanarunt. Quinimmò post subsecutam præfatæ domus incorporationem, atque apprehensam à Monialibus ipsius possessionem successiuè Iudicis decreto, ac præuia pensionum receptione confirmatam; Continent præterea caducitatis incursum ob non solutum canonem intra biennium, ac facultatem capiendi auctoritate propria, possessionem domus, vnà cum meliorameutis in casu contrauentionis Monasterio attributæ solutionem laudemij, resolutionem contractus quoties Angela inuestita monasticam vitam assumeret stipulationem pro se hæredibus, ac successoribus sine clausula

sula cęterata, canonis denique augumentum, quæ omnia deficiebant in prima inuestitura, sub affrancationis tamen pacto concepta, in sequentibus non apposito, ex quibus inuestituram nouam omnino constitui, *notat. Bald. in l. 4. in princ. ibiq. Alex. num. 9. ff. de damn. infect. Angel. in l. quod dicitur, ff. de milit. test. Dec. in l. lecta, num. 12. ff. de reb. credit. Bursat. cons. 151. nu. 3. lib. 3 Modern. Roman. discept. forens. cap. 713. num. 19.* & plures alij relati per *Moder. Fulgin. de iur. emphit. in tit. de contract. emphit. quæst. 9. n. 12. Rot. dec. 160. n. 9. par. 2. diuers. & coram Seraph. dec. 1262. n. 3.*

5 Hinc verò sequitur, vt Angela inuestita emphyteusim hanc Ecclesiasticam non potuerit ad Hospitale hereditario iure transmittere, licèt enim pro hęredibus, & successoribus stipulata foret non tamen includit extraneos, sed restringitur ad heredes sanguinis, ac descendentes ab inuestitis, qui dumtaxat sub hęredum, ac successorum nomine in Ecclesiastica emphyteusi continentur, *vt not. Imol. in l. quod dicitur, ff. de verb. obligat. Castr. in l. etiam, num. 4. ff. solut. matrim. Rip. in l. cum bona, num. 14. ff. de priuil. cred. Gozzad. cons. 39. num. 6.* vbi testatur esse communem, ac plures alij relati per *Clar. in §. emphyt. quæst. 28. nu. 5. §. tertius est casus, Card. Mantic. de tacit. lib. 22. titul. 19. num. 20. Rota coram Seraph. decis. 268. num. 1. & in Caietana bonorum 3. Decembris 1646. in §. Iustitia verò, coram*

6 *R. P. D. meo Cerro*, † cum præsertim Ecclesiastica bona ad manus mortuas, hoc est ad alias Ecclesias, seù loca Pia deuenire prohibeantur per *text. in cap. 1. de alien. feud. vbi Afflict. in princ. num. 4. & 5. not. DD. in cap. potuit, post gloss. in verbo prohibeatur extra locati, Rot. decis. 603. par. 1. recent. & in Ferrarien. bonorum 9. Decemb. 1611. coram bon. mem. Coccino. & coram Greg. XV. decis. 520. num. 11. vbi latè Adden. num. 14. referunt con-*

7 *cord.* † necnon alienationis prohibitio in his posterioribus inuestituris cum sub vna dumtaxat negatiua contineatur quæ clausulæ, *ad habendum*, in his concessionibus adiectæ vim adimit, & licet alias extraneos includere peraptam restringit ad sanguinis hęredes, secundum *Afflict. cap. 1. §. feudum ea lege, num. 35.* si de eo feudo fuerit controuersa inter dominũ, & agnatum, *Cald. de emph. lib. 2. quæst. 10. num. 16. cum alijs deductis in Caietana bonorum 3. Decemb. 1645. in §. pro quorum comprobatione, coram R. P. D.*

8 *meo Cerro*, † necnon alteram in perpetuum coercet, atque coarctat ad personas comprehensas in inuestitura de sui natura non transmissibili ad extraneos, ad *text. in §. emphyteusim, auth. de non alien. iuncto §. licentiam,* quę ponderat *Card. Mantic. de tacit. & amdig. lib. 22. tit. 19. nu. 21. Dec. in cap. in præsentia, num. 53. attestans de comm. de probat. Rota decis. 381. num. 4. par. 5. & dec. 211.*

9 *num. 7. par. 6. recent.* † vbi quod plus influit in emphyteusim alienandi prohibitio quam pręfatæ clausulæ generales, vt plurimum de stylo à Notarijs appositæ, deficientibus pręsertim solemnitatibus, nec impetrato, seù reseruato beneplacito Apostolico, quibus destitutæ, eędem clausulæ concessionem non protrahunt vltra propriam emphyteusis naturã, ex traditis per *DD. in cap. emphyt. authen. de non alien. & in l. etiam. ff. solut. matrimon. & in cap. in præsentia, de probat.* vbi inter cæteros *Dec. n. 153. Felin. num. 27. Abb. num. 29. Aldobr. cons. 42. nu. 3. Couar. var. lib. 2. cap. 17. num. 5.*

10 Neque poterit † domus præfatæ transitum in Hospitale reddere licitum natura contractus locationi potius conueniens quam emphyteusi ex quo pentio in primo concessionis instrumento decreta fructibus videtur respondere, ex tradit per *DD. in l. 1. C. de iur. emphyt. ibique Bart. num. 4. Bald. in 2. lect. num. 27. Card. Mantica de tacit. lib. 22. tit. 2. num. 9. cæterique relati*

11 *per Buratt. decis. 334. num. 1.* † Quoniam ad hunc effectum canonis coęqualis nõ quidem prima concessio, sed posteriores traditæ domus inspici debent, quoties ex qualitatibus, & pactis omninò nouis, vt in casu proposito, posteriores inuestituræ nouæ esse noscuntur, *ex not. in Extrauag. ambitiosè, de reb. Eccl. non alien. Rota coram Cæs. de Grass. decis. 4. num. 1. cum seq. eod. tit. & in Bononien. deuolutionis 15. Decemb. 1621. coram bon. mem. Coccino, & in Gerunden. Scribaniæ 1. Iunij 1637. coram bon. mem. Coccino inter impress. decis. 756. num. 15.* Adeoque ex facto corruit obiectio, posterioribus enim perspectis inuestituris pro annuo dumtaxat canone scutorum octo, domus annui redditus scut. 100. &

12 vltra cõcessa dignoscitur: † Præterea nec correspondentia canonis fructibus traditæ rei locationis probat esse contractum, quoties aliæ coniecturę concurrant locationi non congruentes, sed emphyteusi, *vt not. Gabr. consil. 84. lib. 2. num. 12. Surd. decis. 198. num. 23. & 24 Card. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 6. num. 34. Vinc. de*

13 *Franc. decis. 191. num. 10.* † inter quas potissima reputatur conuenta laudemij solutio iuxta magis receptam DD. sententiam emphyteusim dumtaxat alienanti conueniens secũdum *Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 3. num. 15. Capic. Latr. decis. 18. num. 12. Rota coram Buratto decis. 601. nu. 5. & decis. 218. num. 1. par. 6. recent.* & in alijs relatis iuribus *in Rom. deuolutionis Vineæ 14. Maij 1646. in §. qua sanè effectuatio, coram me.*

14 Denique non vrget, † quod in nouis licet inuestituris sub nouis pactionibus stipulatis ex prima inuestitura recessum solummodò censeatur, quatenus aliquid aditum fuerit, vel in contrarium dispositum, vt responsum fuit in *Bononien. bonorum emphyt. 18. Aprilis 1597. coram clar. mem. Hieronymo Pamphilio, & pęnes Merlin. decis. 150. num. 4. & decis. 872. num. 1. cum seq.* Quoniam in posterioribus alterata quoque legitur formula concessionis in his de hęredibus, & successoribus absque clausula cęterata fit mentio, & domus iam constructa conceditur, ac magni redditus pro modico tamen ca-

15 none scut. octo, † vnde iuxta prędictarum decisionum tenorem à prima inuestitura censetur in proposito casu recessum, ac in sequẽtibus proinde hæredes dumtaxat sanguinis admissi, exclusique extranei, ad quos deficiente beneplacito Apostolico, cęterisque solemnitatibus transferri non potuit, vt pręter superius deducta, *not. Affl. decis. 112. nu. 54. Rota in Portuen. Stagni 16. Decemb. 1641. coram Card. Panzirolo in §. nec visum.* Et ita vtraq. &c.

R. P. D.

R. P. D. CELSO.
Posteà S.R.E. CARDINALI.
Viterbien Beneficiorum.

Lunæ 23. Iunij 1653.

ARGVMENTVM.

Per resignationem Beneficii, quę ob non factam publicationem iuxtà Constitutionem fel: rec: Gregorij XIII. non fuit effectum sortita, ex quo alter à Sede Apostolica dictũ beneficium impetrauit, an dicatur omninò abdicatum jus à Resignante, itaut stante prima resignatione ineffectuata, nequeat denuò resignare? non minùs clarè, quàm eruditè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Collatio Beneficij vacantis ob non publicationem resignationis spectat ad Papam.*
2 *Impedimentum ob non factam publicationem resignationis beneficij, quando non sit habendum in consideratione.*
3 *Resignatio beneficij, quæ non fuit sortita effectum, non abdicauit ius à Resignante, & quare nu. seq.*
4 *in Resignatione, quæ fit ad fauorem certæ personæ non abdicatur ius, neque possessio à Resignante, nisi beneficium perfectè acquiratur Resignatio, & quare.*
5 *Et donec Resignatio plenè, & perfectè ius acquiratur, possessio remanet in pendenti penès Resignantem intellige prædicta procedere. vt num.6.*
7 *Possessio nunquam amittitur, nisi possessor habuerit animum illam dimittendi.*
8 *Resignatio, quæ non habuit effectum suum ob malam expressionem valoris non abdicat ius à Resignante.*
9 *Idem dic de resignatione ob conditiones, & pacta non seruata.*
10 *Idem paritèr de resignatione nulla ex defectu consensus.*
11 *Resignatio à Papa admissa, & effectum sortita abdicat ius resignante, illudque transfert in Resignatarium.*
12 *Resignans in fauorem alicuius, resignatione admissa habetur pro mortuo.*
13 *Resignatione admissa, si interim contingat Resignantem decedere, beneficium non vacat per illius obitum.*
14 *Sed si Resignatio non fuit publicata, beneficium vacat ob omissam publicationem, non autem per obitum Resignantis.*
15 *Resignatio beneficij efficitur resolubilis quatenùs publicatio non sequatur, sed prouisio interim non dici potest conditionalis.*
16 *Constitutio Gregor. XIII. in Bullar. nouo tom. 2. in ord. 85. resoluit simpliciter ius quæsitum Resignatario ob non factam publicationem Resignationis.*
17 *Resignatio vbi fuit ius quæsitum, illudque abdicatum à resignante, si deindè ius Resignatarij resoluitur, non reuolat ad Resignantem.*
18 *Renuncianti non datur regressus ad iura renunciata.*
19 *Resignatio quando non dicatur perfecta.*
20 *Resignans an possit à resignatione recedere post consensum præstitum in parua data.*
21 *Consensus secundum praxim Datariæ non adijcitur à tergo supplicationis, nisi ille fuerit prius extensus in Camera.*
22 *Consensus de stylo Datariæ non recipitur nisi post signatam Supplicationem, & post gratiam perfectam, & retrotrahitur ad diem supplicationis.*
23 *Stylus probatur ex attestatione practicorum, & officialium secundum subiectam materiam.*
24 *Parua data numquam apponitur, nisi supplicationes priùs manu Papæ signatæ fuerint.*
25 *Fides Officialium in materia pertinenti ad eorum officium attendenda est.*
26 *Resignans quando per primam resignationem abdicauerit à se omne ius, si postea resignatio ob non factam publicationem non subsistat, an possit denuò resignare.*
27 *Possessio posterior, & Clandestina non est manutenibilis.*

DECISIO CCCXXII.

RESIGNAVIT Petrus Paulus Guazzinus in fauorem Iacobi Paltonerij tria beneficia simplicia, quæ ob non factam publicationem iuxtà formam Constitutionis fel: recor: Gregor. XIII. Fuluius Serantonius à Sanctissimo impetrauit; Illorumque possessionem adeptus fuit. Quia verò idem Iacobus nouam Resignationem à Guazzino obtinuit, & expeditis desupèr literis possessionem eorumdem beneficiorum accepit, orta fuit quęstio inter Resignatarium, & Impetrantem supèr manutentione, vndè proposito dubio sub die 17. Februarij præteriti responsum fuit, vt videretur de bono iure, quod hodie ad fauorem Fuluij fuit resolutum.

1 Ipse enim † prouisus fuit de huiusmodi beneficijs, vti vacantibus ob non publicationem resignationis, quo casu illorum collatio spectat ad Sedem Apostolicam, vt disponit eadem Constitutio Gregor. XIII. in Bullar. nouo tom. 2. in ord. 85. & notat *Paris. de resignat. lib. 11. quæst. 7. nu. 34. & seqq. Garz. de benef. par. 11. cap. 3. num. 274. in fine, & seqq. Rot. coram Merlin. decis. 422. num. 8. & in recent. decis. 539. num. 15. part. 4. tom. 3.*

2 Defectus verò † non secutæ publicationis exaduerso non controuertitur, & allegatum impedimentum carcerationis non videtur releuare, cum resignatio emanauerit de mense Decembris 1650. & carceratio secuta fuerit 17. Maij 1651. & sic post quinque menses à die resignationis admissæ per Sanctissimum, & consensus præstiti per Resignantem, quo tempore commodè poterat publicationem procurare; immò cum posteà nullas adhibuęrit diligentias, nec alia fecerit iuxtà præscriptum eiusdem Constitutionis, impedimentum non est habendum in cõsideratione, vt aduertit *Paris. de resign. lib. 11. quæst. 13. num. 109. & seq.* & firmauit *Rot. coram Merlin. decis. 329. num. 15.* & latiùs in *Tridentina parochialis 5. Decemb. 1646 coram R.P.D. meo Cerro cum notatis per Adden. ad Quarant. in summ. Bull. verb. Beneficiorum resignatorum publicatio, vers. 3. limita fol. mihi 115.* & per

Bar-

Barbos. de Iure Eccles. vniuers. lib. 3. part. 15. sub num. 193.

3 Non obstat, † quod resignatio facta in fa-
uorem Paltonerij tanquàm non sortita effe-
ctum, non abdicauerit ius à Resignante, vt
dixit *Rota in Neapolitana parrochialis 15. Martij*
4 *1647. coram Eminentiss. Card. Otthobono,* † ex quo
in huiusmodi resignationibus, quæ ad fauo-
rem certæ personæ fiunt, tacita semper inest
cõditio quatenùs beneficium perfectè acqui-
ratur Resignatario, itaut ante, nec ius, nec
possessio abdicetur à Resignante, vt notat
idem *Paris. de resign. lib. 1. quæst. 3. num. 8. & 47.
& quæst. 7. num. 9. & seq. Rot. in Lunen. Sarzanen.
beneficij 4. Iunij 1631. coram Coccino penès Posth. de*
5 *manut. decis. 354. num. 5. & 6.* † vbi quod donec
conditio purificetur, & Resignatario plenè,
& perfectè ius, & possessio acquiratur, posses-
sio remanet in pendenti penès Resignantem,
*& in recent. decis. 635. nu. 8. & 9. part. 3. cum alijs
in Imolen. beneficij 23. Iunij 1645. coram Eminen-
tiss. Card. Corrado.*

6 Etenim † prædicta procedunt quando resi-
gnatio non habuit effectum suum, vel ex de-
fectu consensus partis, quia conditiones non
fuerint impletæ, vel ex defectu consensus Pa-
pæ, quia narrata non fuerint iustificata, vel ex
alio impedimento personali, tunc enim non
potest dici, quod quæratur ius Resignatario,
7 quodque † Resignans habuerit animum di-
mittendi possessionẽ sine quo possessio nun-
quam amittitur, *l. 3. §. in amittenda, ff. de acq. poss.
Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina num. 11. ante finem
de caus. possess. & prop. Rot. coram Merlino dec. 299.*
8 *num. 9.* † Prout de resignatione ob malam ex-
pressionem valoris, quod non abdicet ius à
Resignante, dixit *Rot. dec. 417. nu. 1. & decis. 419.*
9 *num. 1. & 2. part. 1. diuers.* † Et de resignatione
ob conditiones, & pacta non seruata firmatũ
fuit in *decis. 48. nu. 8 & 9. & decis. 830. nu. 3. & 4.
coram Buratto in decis. 214. num. 3. coram Merlino,
& in Valentina parochialis 13. Ianuarij 1645. corã*
10 *R. P. D. Cerro.* † Et generaliter de resignatio-
ne nulla ex defectu consensus, probat *Garz.
de benef. part. 11. cap. 3. num. 277. & seqq. Rota in
Vercellen. Canonicatus coram Corduba apud eundem
vbi supra num. 278.*

11 At in present casu† resignatio habuit effe-
ctum suum, & cessauit ius Resignantis, illud-
que in Resignatarium translatum fuit eo ipso
quod Papa Resignationem admisit, & gra-
tiam prouisiuam purè, & simpliciter ei con-
cessit, vt aduertit *Maresc. var. resol. lib. 1. cap. 51.
num. 9. & 27. Boer. decis. 348. num. 4. vers. in con-
trarium, & num. seq. Cassad. decis. 1. num. 1. de renunc.
Merlin. decis. 3. eod. num. vers. nec anterior, & dictũ
fuit in Papien. Archipresbyteratus 11. Maij 1648.*
12 *coram R. P. D. Cerro,* † vbi quod resignans in
fauorem alicuius, resignatione admissa habe-
tur pro mortuo, *iuxtà consil. Paris. 93. num. 25.
lib. 4. & decis. Canaler. 104. num. 8.* Et cum hac
distinctione transiuit *Rot. in Tridentina parochia-
lis 13. Iunij 1648. coram R. P. D. Bichio,* ac in his
terminis procedunt, & intelligendæ veniunt
*decis. 175. num. 2. lib. 3. coram Puteo decis. 92. eod. nu.
part. 1. recent. & decis. Crotonen. parochialis 17. De-
cembris 1621. coram Vbaldo, aliaque plures quæ in
contrarium fuerunt allegatæ.*

13 Quod adeò verum est, † vt si interim ad-
missa resignatione, contingat Resignantem
decedere, beneficium nõ vacet per illius obi-
tum, *Rot. apud Garz. de benef. par. 2. cap. 1. nu. 130.
& part. 11. cap. 3. num. 305. & 307. & in recentior.*
14 *decis. 539. num. 15. part. 4. tom. 3.* † vbi quod tali
casu si resignatio non publicatur beneficium
vacat ob omissam publicationem, nõ autem
per obitum Resignantis, *& in Legionen. Cano-
nicatus 23. Ianuarij, & 27. Aprilis 1640. coram Re-
uerendiss. Tarraconen.*

15 Nec onus † faciendæ publicationis eiusque
incertitudo efficit, quod interim prouisio di-
catur conditionalis, sed solùm quod sit reso-
lubilis, quatenus publicatio non sequatur, vt
ponderat *Caldas. cons. 31. sub num. 20. vers. item
post acceptationem, Marescott. var. resolut. d. lib. 1.
cap. 51. num. 26. Lotther. de re benef. lib. 3. quæst. 21.*
16 *num. 26.* † vbi notat quod Constitutio Grego-
riana resoluit simpliciter ius iam quæsitum
Resignatario, *Paris. de resignat. lib. 11. quæst. 7.
nu. 34. 44. & seq. Cassad. decis. 24. nu. 6. super reg.*
& ita apertè firmatum fuit in *d. Tridentina pa-
rochialis 15. Iunij 1648, coram R. P. D. meo Bichio.*

17 Cum igitur † à principio ius fuerit acquisi-
tum Resignatario illudque abdicatum à Re-
signatarij resoluitur, non propterea ad Resi-
18 gnantem reuolat; † Nam regula est satis tri-
ta, quod renuncianti non datur regressus ad
iura renunciata, *l. quæritur, §. si venditor, ff. de ædil.
edict. Rot. decis. 433. nu. 10. part. 1. recent. & dec. 12.
num. 3. part. 6.*

19 Non obstat, † quod resignatio non dicatur
perfecta, nisi quando est prestitus formalis cõ-
sensus in Camera, vel Cancellaria, & extendi-
tur à Notario, vt inquit *Paris. de resignat. lib. 8.
quæst. 8. nu. 40. & 43. Caput aq. decis. 217. nu. 8. & 9.
part. 1. cum relat. per Barbos. de iur. Eccles. lib. 3.
cap. 15. num. 24. & per Adden. ad Buratt. decis. 787.
num. 3. & 4.* Itaut non releuet consensus, qui
20 præstatur in parua data, † quia ille non facit
actum perfectum cum etiam post paruam da-
tam res dicatur integra, & resignans possit à
resignatione recedere idem *Paris. lib. 1. quæst. 12.
num. 37. & 42. Gratian. discept. for. cap. 191. nu. 5.
& seqq. Lotther. de re benef. lib. 3. quæst. 16. num. 18.
& 19. Rota decis. 458. per tot. lib. 3. part. 3. diuers.*

Nàm prędicta procedunt de stylo antiquo,
21 sed† posteà inoleuit praxis, quod non adijcia-
tur consensus à tergo supplicationis nisi ille
fuerit priùs extensus in Camera, vt aduertit
*Lotther. de re benef. lib. 3. quæst. 16. num. 59. Barbos.
de iure Eccles. vniu. lib. 3. cap. 15. num. 24. vers. 2.*
22 *colligitur,* † immò hodie ex nouissimo stylo
idem consensus non recipitur nisi post signa-
tam supplicationem, & post gratiã perfectam,
qui consensus postea retrotrahitur ad diem
supplicationis, *Paris. lib. 1. quæst. 12. nu. 18. & seqq.*
23 Et † de hoc stylo testantur, quãplures practi-
ci, & Officiales Datariæ, quibus in hac mate-
ria stãn esse, firmauit *Rot. coram Seraph. dec. 792.
num. 3. Comitul. decis. 119. num. 5.*

24 Quod autem † de eo tempore nempè de
mense Decembris 1650. supplicatio iam esset
signa-

signata, constat ex adnotatione paruæ datæ, quæ nunquam apponitur, nisi supplicationes priùs manu Papæ signatæ fuerint, vt depo-
25 nunt ijdem Officiales, † quorũ fidem attendẽ esse, vltrà deductas firmauit *Rota coram Coccino decis.88. numer.2. & in Asten. Coadiutoriæ 14.Februarij præt. coram me*.
26 Nec † quicquam releuat secunda resignatio reportata per Iacobum ab eodem Guazzino de mense Iunij 1652. Quia cum prima perfecta fuerit, & ipse abdicauerit à se omne ius nõ habebat quid possit in Iacobum transferre, *Rebuff. consil.8. num.5. & consil.185. num.6. Paris.de resignat.lib.1.quæst.15.nu.16.& seq.* & faciunt adducta *per Cassad. dec.9.sub nu.1. vers.sed maior pars,de concess. præb.*
27 Firmato bono iure Fuluij, † illi manutentio concedenda venit, cum doceat de sua possessione capta sub die 2. Nouembris 1651. quæ in concursu alterius apprenensæ per Iacobum præferenda venit. Cum ista sit posterior, & capta non citato Fuluio, itaut dicatur clandestina, & non manutenibilis, *Rot. coram san.mem. Gregor.decis.6.num.3.in recent. decis.139. num.5.part.7.* & fuit dictum *in Salernitana beneficij 1.Februarij 1651. coram me*.
Et ita, &c. Vtraque, &c.

R. P. D. MELTIO,
Postea Episcopo PAPIEN.

Romana Pecuniaria.

Veneris 27.Iunij 1653.

ARGVMENTVM.

Cessio iurium, quamuis fuerit verbis generalibus concepta, tamen restringi debet ad iura talia qualia penès cedentem de tempore cessionis reperiebantur; Quid autem dicẽ sit, si res cessa fuerit promissa libera ab omni censu, canone, seruitute,&c. & deindè fuerit detecta aliquo onere grauata, de quo Cessionarius plenam notitiam habebat, an in tali casu sit permissum Cessionario agere de euictione, eruditè resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum facit probationem probatam, & rem manifestam reddit.*
2 *Dotis fructus, seù interusuræ, quemadmodum debebantur Mulieri, ita pariter debentur eius hæredibus.*
3 *Cessio iurium, intelligitur de iuribus talia qualia penès cedentem de tempore contractus reperiebantur.*
4 *Maximè quando fuit dictum iura* competentia, *quia tunc restringitur ad iura de tempore præsenti competentia.*
Et quid si in Instrumento cessionis adiecta fuisset promissio libertatis ab omni censu, canone, &c. num.8.
5 *Cedens, incongruum est dicere,quod ipse voluent cedere vltrà iura sibi competentia.*
6 *Mulier vigore Statuti Vrbis non potest se obligare.*
7 *Cessio quamuis fuerit verbis generalibus, concepta tamen restringi debet ad ius, quod ipsi cedenti competebat.*
9 *Cessio iurium facta in vim decreti Iudicis, extenditur tantùm ad id, in quo per Iudicem cedens granabatur, & non plus.*
10 *Emens scienter rem oneri obnoxiam, cum promissione venditoris, quod illa esset libera tamen præsumitur voluisse emere cum dicto onere.*
11 *Emens scienter rem oneri obnoxiam,ius solum venditoris emisse dicitur.*
12 *Adde, quod in tali casu emens non potest agere de euictione.*
13 *Obseruantia est optima rerum interpres, & ex ea dignoscitur, qualis ab initio fuerit mens contrahentium.*
14 *Quietantia de omni, & toto eo,quod quis prætendere possit, quid importet.*
15 *Fructus fauore dotis debentur in quãtitate promissa, etiam si bona pro dote assignata longè minùs redderent.*
16 *Fructus fauore dotis ex dispositione Statuti Vrbis, etiam in summam scutorum septem cum dimidio sunt liciti.*

DECISIO CCCXXIII.

NVPSIT Margarita de Pomis vna ex quatuor filiabus, quas Flaminius eius Pater reliquerat cum dote scut.1500. Bartholomeo Saniuliano, & in partem dictæ dotis nempè, pro summa scut. 750. Andreas Leonius nomine præfatæ Margaritę eius Cognatę promisit illa soluere dicto Saniuliano in quarta parte Domus, & Vineæ, quæ per Margaritam cum tribus alijs Sororibus pro indiuiso possidebantur,vel in pecunia numerata ad electionem dicti Saniuliani, qui casu, quo elegisset habere pecuniam fuit inter Partes conuentũ, vt respectu dicti capitalis scut.750.Idem Leonius interim solueret fructus ad rationem sex pro centenario, & è contrà Saniulianus teneretur curare quod Margarita cederet, ac renuntiaret eidem Leonio iura sibi competentia super dicta Domo, & Vinea, vt ex Instrumento dotalis, *Summario Gessi numer.2.* Elegit Saniulianus satisfieri in pecunia,& cõsequenter Leonius egit coram A. C. ac etiam obtinuit cessionem ad sui fauorem fieri de dicta portione Domus, & Vineæ quam tam Margarita, quam Saniulianus Coniuges in actu cessionis promiserunt liberam, & exemptam ab omni onere Census, Canonis, & alterius seruitutis, & ad ipsos pleno iure vtilis dominij, & possessionis spectare asseruerunt. Post hæc defecto Saniuliano Margarita eius Vxor transiuit ad secundas nuptias cum D.Roccho Gessio agnata ei prima dote,&signanter dicto credito scut. 750. necnon omnibus fructibus debitis à Leonio, pro quorum consecutione cum de anno 1648. Iudicium intentauerint dictæ Coniuges, opposuit Leonius exceptionem traditionis rei nõ liberæ eo quia domus grauata reperiretur annuo Canone scut. quatuor fauore PP. Sanctæ Mariæ Nouæ, & Vi-
nea

nea alio Canone scut. 22. erga Serenissimum Ducem Parmæ, ac propterea prętendere cœpit in debitum imputanda esse plura scuta, quæ soluere coactus fuerat pro dicto Canone tam ratæ domus, quam Vineæ, quæ sibi fuerant cessæ, atque ita non teneri ad solutionem integri capitalis scut. 750. sed illud minuendum esse, habita ratione dicti oneris, & istis detractis nihil superesse de capitali, & fructibus, quod soluere deberet. Sed prosecuto iudicio post mortem Margaritæ ad instantiam Gessi illius viri, ac hæredis testamentarij obtinuit ab A.C. relictis in suspenso scut. 300. relaxati mãdatum executiuum pro residuo capitalis nempè pro scut. 450. Ab hoc mandato commissa Rotæ per Signaturam appellatione clausula, *sine praeiudicio*; Dubitatum fuit in deuolutiuo An; & ad quid Leonius, & Gessius ad inuicem teneantur, & Domini dixerunt Leonium teneri non solum ad solutionem integri capitalis, sed etiam fructuum ad rationem in Instrumento conuentam nempè scut. sex pro quolibet centenario, & anno.

Ratio resolutionis fuit quia de obligatione Leonij in forma Cameræ soluendi dicta scuta 750. cum promissione dd. fructuum constat ex duobus publicis Instrumentis vno videlicet facto super constitutione dotis de anno 1527. altero verò super cessione Coniu-
1 gum de anno 1619. † quæ faciunt probationem probatam, & rem manifestam reddunt, *Bald. in l. interest. 21. num. 2. C. de solut. Rot. penès sanctmem. Gregor. XV. decis. 195. nu. 1. & decis. 459. num. 3. Buratt. decis. 540. num. 4. & decis. 597. nu. 3.*
2 *cum vulgat.* † Et sicuti in vim dictæ obligationis Leonius tenebatur ad solutionem tam sortis, quam fructuum erga Margaritam dum viuebat, *Rot. post Zach. de oblig. Cameral. dec. 126. num. 3.* parimodo tenetur erga Gessium illius hæredem, qui eius personam repręsentat, cum omnes actiones tam actiuæ, quam passiuæ, quæ penès eam de tempore mortis reperiebantur, in eius hæredem translatæ fuerint, *l. cum hæredes 23. ff. acquir. possess. l. 1. ff. de Bonorum possess. l. hæres, la seconda, ff. de acq. hæred. Surd. decis. 298. nu. 3. Rot. decis. 243. num. 10. part. 5. & decis. 19. num. 9. part. 7. recent.*

Non obstat quod Margarita cesserit portionem domus, & vineæ ad se spectantem cum expressa promissione, vt illa esset libera ab omni Liuello, & Canone, & nihilominus illa detecta deindè fuerit grauata d. annuo Canone, vndè pręsupponit Leonius, quod Gessius hæres teneatur excomputare Canones per ipsum solutos, necnon pretium minuere habi-
3 ta ratione d. oneris. † Quia Domini pro responsione animaduertebant, quod obligatio Margaritæ erat solum decedendo Leonio iura sibi competentia super dicta Domo, & Vinea, quæ promissio intelligitur de iuribus talia, qualia penès ipsam de tempore contractus reperiebantur, *l. mulier, ff. qui potior. in pignor. habeantur, Bar. Alex. & alij in l. si sic, §. 2. ff. de legat. 1. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 10. nu. 6. Rot. decis. 560. num. 9. part. 1. recent. Alex. cons. 187, num. 9. lib. 2. Aldobrand. cons. 107. num. 2. Speculat. in tit. de locat. §. neque aliqua quæst. 58. Franch. de-*
4 *cis. 527. num. 2.* † multo magis quando prout hic dictum fuit iura competentia, quia dictũ participium, *competentia*, tanquam præsentis temporis restringit promissionem ad iura quę competebant de tempore contractus, *gloss. in Clement. 1. in verb. dignitatibus de præbend. Ruin. cons. 158. num. 8. volum. 3. Surd. cons. 135. nu. 101.*
5 *cum seqq.* † Incongruum est igitur dicere quod ipsa voluerit se obligare in plusquam ex præcedenti contractu tenebatur, ad tradit. per *Afflict. decis. 399. num. 13. vers. nec obstat secundum motiuum, Surd. cons. 34. num. 34. vol. 1. & dec. 112. num. 36. Rot. post Pieb. decis. 43. nu. 5. & in recent.*
6 *decis. 392. nu. 2. part. 1.* † Immo etiamsi voluisset, neque potuisset in plus se obligare, quia illi resistebat Vrbis Statutum, *Rot. d. decis. 392. nu. 3. in fin. par. 1. recent. & coram Buratt. dec. 361. nu. 1.*
7 *& seqq.* † ideòque dicta cessio quamuis verbis generalibus concepta fuerit ad limites tamen præcedentis obligationis hoc est ad ius tantũmodo illi competens restringi debet, *l. quædam mulier, cum gloss. ff. de rei venditat. l. insulam, ff. de verbor. obligat. Grat. discept. forens. cap. 320. nu. 43. vers. status primordialis obligationis, Rot. coram Gregor. XV. decis. 502. num. 2. & in recentior. decis. 605. numer. 2. versic. an cessio, in fin. part. 3.*
8 & † promissio libertatis ab omni censu, canone, & alia seruitute facta in Instrumento dictæ cessionis intelligi debet de libertate ab oneribus, quæ per contrahentes medio tempore imponi fortasse potuissent, non autem à canone, & alio onere quo tam grauatæ reperiebantur dictæ domus, & vinea de tempore Instrumenti Dotalis, nam respectu illorum nulla in dicto Instrumento legitur promissa libertas: sed simpliciter facta obligatio cedendi iura competentia, quæ ex iam dictis per cessionem iurium talium; qualium sufficienter adimpleta fuit.

9 Et tanto magis † hoc firmandum esse visum fuit Dominis, quia talis cessio facta etiam apparet in vim decreti A.C. quod cum solum cogat Margaritam ad concedendum sua iura absque alia promissione libertatis, indè DD. desumebant vehementem coniecturam voluntatis Margaritæ de se obligando tantum ad id, in quo per Iudicem grauabatur, & non plus, *ad trad. per Rotam penès Paris. de Saluian. decis. 138. num. 5.*

10 His accedit, † quod Leonius optimè sciebat dictas Domus, & Vineam subiectas esse oneri canonis, vt de hoc clarè constat ex eo, quia tanquam Procurator Sororum obtinuit subhastari dictam Vineam reseruato tamen Beneplacito fel: record: Cardinalis Odoardi Farnesij cui Canones per plures etiam annos persoluit, stante igitur d. scientia intrat maxima præsumptio, quod Leonius voluerit tantum emere ius, quod ipsa Margarita habebat præuia dicti oneris accollatione, iuxtà *text. in l. qui tabernas, ff. de contrahen. empt. l. qui fundum*
11 *sciens, C. de euict.* † & regulare est, quod emens sciẽter rem oneri alicui obnoxiam ius solum venditoris emisse dicatur, *Gloss. & Bald. in l. 1. C. si pignus pignori datum sit, Mangil. de euiction. quæst. 106.*

quæst.106.num.19. *Rot.coram Gregor.XV.decis.90. nu.11. & post Zacch.de obligat.Cameral. decis.270.*
12 *num.14.* † vndè tali casu de euictione agere illi minimè permittitur secundum *Castrens.in l.emptorem, §.qui autem num.3. ff.de act.empt. Crauett. cons.12.sub num.8. vers.quia tunc ob eius scientiam, Hended. cons.3. num.42.lib.1. Dec.cons.411. nu.4. Gozadin.cons.24.num.7. Couar. variar resol. lib.3. cap.17.num.3. Roc. coram Mantic.decis.109. sub num.8. vers.& ideò, & decis.152.num.4.& decis.211.num.1. part.2. diuers.*

13 Remanent † prædicta eo magis comprobata ex obseruantia plurium annorum, nam Leonius vltra canones etiam fructus cõuentus semper persoluit absque vlla cõtradictione, seù protestatione, sicque declarauit quod illi absque diminutione deberentur, & onus canonum ad ipsum spectaret, vt in simili arguit *Rot. coram Pen. decis.464.num.6. vers.quod si ista computatio*, obseruantia enim est optima cuiusque dispositionis interpres; & ex ea dignoscitur qualis ab initio mens contrahentiũ fuerit, *Surd. consil.134. num.9. Gregor. decis.502. num.10. & decis.511.num 8.*

14 Idem † suadet etiam alia satis vrgens ratio quæ est, vt de anno 1633. Leonius quietauerit Margaritam de omni, & toto eo, quod vsque ad dictam diem ab ea habere prætendebat; Ergo dicendum est, quod dd. canones, vel non fuerint debiti, vel fuerint per eum remissi, iuxtà doctrinam *Bald. in leg. sub prætextu num.19. C.de transact. Surd. decis.217. nu.12. Rot. coram Merlino decis.714.num.7.*

Pro considerabili neque habitum fuit, quod Margarita promiserit de releuando indemnem Leonium ab obligatione facta fauore Saniuliani eius primi viri occasione dictæ Dotis; ideòque donec indemnis releuetur ei competat retentio dicti crediti. Nam respondetur quod respectu scut.750. nulla erat præstanda releuatio, dum eorum loco vineam, & domum recepit Leonius.

15 Obstare † neque visum fuit, quod dd. Domus, & Vinea non præstent fructus in quantitate promissa, sed in longè minori, & sic pactum soluendi fructus ad rationem sex pro centenario sustineri non posse videatur; Quia vltra alia deducta ab informantibus pro Gelsio DD. pro responsione considerabant, quod in promissione, siue obligatione facta per Leonium fauore Saniuliani pro satisfactione dotis Margaritæ continebatur, vel portio domus, & vineæ spectantis ad Margaritam, vel pecunia pro dicta summa sc.750. ad electionem eiusdem Saniuliani; Vndè cum creditũ esset dotale, & maritus elegerit satisfactionem in pecunia, indè sequitur, quod dd. fructus non dicantur debiti habito respectu ad redditus bonorum; sed ad obligationem Leo-
16 nij facta in pecunia, † propter quam fructus fauore dotis etiã in summa scut. septem cum dimidio sunt liciti sic disponente Statuto Vrbis cap.137. lib.1. *Rot. decis.85. num.8. & seqq. & decis.247.num.5. post Zacch.de obligat.Cameral. & post Fenzon. ad Stat.Vrb.decis.34. §.tum etiam, & in recent.decis.574.num.2. part.2.& decis.522. num.3. part.3.* & fuit dictum *in Bonnien. Dotis 18.Martij 1648. §.tertiò, coram Reuerendiss.D.meo Decano.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit, &c.

R. P. D. ZARATE.

Perusina Census.

Veneris 27. Iunij 1653.

ARGVMENTVM

Mulier adhuc in minori ætate constituta non potest sine debitis solemnitatibus eius Viro in dotem dare bona æstimata, æstimatione faciẽte venditionem, licèt possit illa dare inæstimata, & quare. Mulier an, & quando possit ex taciturnitate ratificare contractum ab initio nullum, & quæ requirantur, eruditè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia transit in iudicatum ob non prosecutionem appellationis infrà biennium.*
2 *Et venit exequenda, ac si ab initio non fuisset appellatum.*
3 *Validitas resultat ex reuolutione processus.*
4 *Acta necessaria, & relevantia sunt transportanda, relictis irreleuantibus.*
5 *Procurator Dominus litis effectus quando non possit reuocari.*
6 *Procurator vti Dominus litis effectus vti talis semel ab Aduersarijs admissus, tanquam illegitimus deindè reiici non valet. Amplia, vt num.7.*
8 *Instrumentum facit probationem probatam.*
9 *Extinctio census non subsistit vbi facta fuit cum eo, qui nec Dominus, nec Creditor erat d.census.*
10 *Cessio non suffragatur vbi non constat de iure cedentis.*
11 *Cessionarij assertio nullam fidem meretur, quando Instrumentum cessionis non exhibetur.*
12 *Dotis designatio specialiter facta in certis bonis, inducit denegationem in alijs.*
13 *Census datus in dotem inæstimatus remanet in dominio Mulieris.*
14 *Dos inæstimata non potest constitui à Tutore, vel Muliere minore absque solemnitatibus, & quare.*
15 *Census an possit alienari à Minori absque solemnitatibus ex quo non computetur inter mobilia, vel immobilia, sed tertiam speciem constituat.*
16 *Ratificatio Minoris debet esse cum eisdem solemnitatibus requisitis in celebratione contractus.*
17 *Ratificatio Minoris non valet sine solemnitatibus, quia ratificatio recõciliat ea quæ pendent ab animo, sed non quæ pendent ex aliqua forma.*
18 *Ratificatio non inducitur absque scientia nullitatis actus, & omnium qualitatum.*
19 *Infans præsumitur affectum rei non habuisse, non autem contractum ex taciturnitate ratificasse.*
20 *Hæres potest opponere nullitatem, quam eius Author opponere poterat.*
21 *Hæres non potest impugnare factum defuncti.*
22 *Secùs si fuerit tantum Legatarius vsusfructus.*

23 *Legatarius non cogitur habere ratum factũ defuncti.*
24 *Hæres potest impugnare factum defuncti nullum, & inualidum.*
25 *Cautio de benè vtendo, & fruendo, quam vsufructuarius debet præstare, fuit introducta fauore Proprietarij.*
26 *Ideòque Testator non potest illam remittere; secùs tamen Proprietarius, num. 27.*
28 *Solutio cedit ... causam verioris, & durioris obligationis.*

DECISIO CCCXXIV.

IMPOSITO, ac vendito annuo Censu scutorum 16. pro pretio scut. 200. per Matthiam de Cioffis de anno 1582. super suis bonis ad fauorem Virginiæ, & Euphrosinæ de Settis minorum interueniente, & stipulante Io: Antonio de Settis earum patruo, Iacobus Nonius dictæ Euphrosinæ postea Socer, sub assertione, quod Census ad se spectaret ratione dotis sibi traditæ ex matrimonio cum Thobia eius filio celebrato, illum vendidit Marco Antonio Gratiano, qui postmodum eundem Censum dicto Matthiæ impositori, & eius filijs retrouendidit pro sc. 200. & finali satisfactione fructuum: Post cuius mortem, & Thobiæ Viri, & Euphrosinæ Sororis, dicta Virginia maior effecta tàm nomine proprio, quàm hæreditario Euphrosinæ, agere cœpit pro fructibus decursis contra Paututium, & Valentinũ hæredes dicti Matthiæ impositoris: pro quibus primum à Reuerendiss. Archiepiscopo Capuano tunc A. C. Locumtenente mandatum executiuum obtinuit, sed cum pro alijs fructibus successiuè ageret coram bo: me: Caballetto ipse dictos hæredes ab impetitis absoluit, declarando censum benè fuisse extinctũ, & mandatũ Antecessoris cum omnibus indè sequutis reuocauit, quæ sententia fuit in gradu appellationis cõfirmata à Reuerendissimo Episcopo Auersano. Sed in tertia instantia R.P.D. Ronconus dictas sententias reuocauit, & mãdatum pro fructibus decursis relaxauit. Vndè cum dd. de Cioffis causam appellationis ab hac sententia extrà Rotam bo: me: Arguelles commissam non fuissent prosequuti, præuia denuò Commissione subrogatoria, & executoriali, fuit mihi cõmissa: Quapropter dedi dubium, An constaret de re iudicata, & Domini affirmatiuè responderunt.

1 Ratio resolutionis fuit, † quia appellatio interposita à sententia R.P.D. mei Ronconi, non solum infra biennium, sed nec intra quinquennium fuit prosequuta, nèc magis prorogata fatalia, atque ideò transiuit in rem iudicatam, *c. cum sit Romana de appell. Clem. sicut eodem tit. Auth. is qui, C. de temp. appell. Rot. decis. 39. num. 2. decis. 233. num. 2. & 3. part. 7. recent. & in Interamnen. fideicommissi 15. Ianuarij 1644.*
2 *coram R. P. D. meo Meltio.* † Et consequenter omninò exequenda venit, non aliter, quam si ab initio prouocatum non fuisset, *l. si contra, C. de appell. l. fin. §. illud, C. de temp. appell. Rota in d. decis. 233. n. 5. in Romana Vineæ 28. Aprilis 1648. §. appellatio coram R.P.D. meo Meltio.* Accedente præsertim illius validitate, & iustitia;
3 Validitas † enim clara resultat ex processus reuolutione iuxtà vulgatam, *Caputaq. dec. 260. part. 2.* quam passim sequitur *Rota, vt in Bonon. seù Ferrarien. Pecuniaria 12. Maij proximi præteriti*
4 *§. quinimò coram me.* † Eademque ex non integra actorum transportatione controuerti non potest: Quandoquidem, acta necessaria, & releuantia fuerunt transportata, irreleuantibus relictis, *Gratian. disc. opt. for. cap. 968. num. 11. Rot. decis. 564. num. 5. part. 2. recentior. & coram Duran. decis. 94. num. 4. & seq.* Minusque ex eo, quod Procurator, qui obtinuit sentẽtiam à R.P.D. Ronconio fuisset à Virginia reuocatus: Quo-
5 niam † ille vti Dominus litis effectus, non obstante reuocatione ad vlteriorẽ causæ prosequutionem procedere valuit, cum in hoc statu procurator, nisi causa cognita, aut eo, & Aduersario consentientibus reuocari non possit, *l. post litem 17. C. de proc. l. procuratoribus 22. C. eodem, cap. quamuis 2. eod. tit. lib. 6.* vbi plura cumulat *August. Barbos. Donell. lib. 18. comment. cap. 17. vbi 6. sub littera B. Rota decis. 195. num. 1. coram Seraph. decis. 937. num 4. coram Penia, & in recentior. decis. 282. numer. 7. & 8. part. 4. tom. 2.*
6 Præterquam † cum vti talis ab Aduersarijs admissus, & approbatus fuerit, tanquam illegitimus reijci non valet, *ex l. generaliter, C. de non numer. pec. cap. per tuas 10. de prob.* vbi communiter scribentes, *Golin. de Procur. par. 1. cap. 5.*
7 *nu. 94.* † Maximè cum Procurator dictorum de Cioffis aduersus eum duas primas sententias obtinuisset, vndè intrat regula, *l. 1. C. quod quisque Iuris, &c. Rota in Ianuen. Priuilegiorum 28. Iunij 1649. §. postremò coram Eminentiss. Corrado in Comen. Collegij 24. Februarij proximè præteriti §. quibus accedit coram me.*
8 Iustitia verò † dictæ sententiæ comprobatur ex Instrumẽto publico impositionis census ad fauorem dictarum sororum cum obligatione Camerali soluendi fructus, quod facit probationem probatam, & rem manifestam, vt de eo iudicari debeat, tanquam de casu legis, *Arias de Mesa variar. resolut. lib. 1. cap. 24. num. 1. cum seqq. Cenc. de censib. quæst. 43. num. 10. & 11. Rota apud eundem decis. 374. nu. 3.* cum alijs enumeratis in *Vrbinaten. prætensi Salarij 26. Iunij 1652. §. iustitia vers. quod Instrumentum coram me.* Et contra illud allegari non valuit iniustitia sentẽtiæ veniens ex eo, quod
9 iam census extinctus fuerat. † Nam adducta extinctio per illos de Cioffis facta fuit in manibus Marci Antonij Gratiani, qui nec Dominus, nec Creditor erat prædicti Census, vt proindè ipsa extinctio consistere non possit, *ex l. si ego, ff. de neg. gest. Giurb. decis. 79. numer. 1. Rota post Cenc. de censib. decis. 174. num. 3.* Ex propria enim persona ipsi non competebat, cum Censum non imposuisset, nec ex iure alterius vigore scilicet assertæ cessionis Iacobi Nonij: Nam omisso, quod Gratianus cessionem reportasset à Nonio, non tamen videtur iustificatum, quod dictus Iacobus Nonius cessionem haberet à Virginia, & Euphrosina Sororibus, quibus primò Census fuit acquisitus
10 quamobrem non constito de iure cedentis, cessio

cessio non suffragatur, l. si nomen, ff. de hered. vel act. vend. Bart. in l. si sic, §. 1. ff. de leg. 1. Surd. cons. 151. num. 91. Aldobrand. cons. 68. num. 2. lib. 2. Rota coram san. mem. Gregor. XV. decis. 379. num. 1. post Pacif. de Salu. decis. 162. num. 6. & 7. in recent. decis. 114. nu. 14. part. 7. & apud Merlin. decis. 113.
11 numer. 1. † Nec vllam fidem meretur assertio dicti Iacobi, quatenus affirmat se Cessionarium esse dictæ Euphrosinæ, cum Instrumentum cessionis non exhibeatur, ex notatis per Alex. consil. 3. num. 1. versic. sed si ita est lib. 2. Becc. cons. 5. num. 5. Arias de Mesa variar. resolut. lib. 1. cap. 24. num. 2. & seqq.

Neque pro cessione deseruire valet apoca matrimonialis Euphrosinæ data Summ. D. D. de Baptistis num. 3. Tum quia posterior visa fuit
12 cessione facta Gratiano. † Tum quia illa solum continet Census paternos, & maternos, & sic non comprehenditur Census controuersus ab ipsis Sororibus acquisitus; vndè ex causa dotis transferri non potuit, cum designatio dotis specialiter facta in certis bonis, inducat denegationem in alijs argumento, text. in l. maritus, C. de proc. l. stipulationes commodissimum 53. ff. de verb. oblig. Mantic. cum ibi adductis in tacit. & ambig. lib. 12. tit. 13. nu. 25. vers. nam designatio dotis.

13 Præterea, quia Census, de quo agitur, † vel fuit datus in dotem inæstimatus, & remansit in dominio vxoris, l. in rebus, C. de iur. dot. l. plerumque 11. ff. eod. Guttier. cons. 22. num. 2. Ant. de
14 Amato resol. 49. nu. 7. † Aut datus fuit æstimatus æstimatione faciente venditionem, & quia talis æstimatio alienationem importat, nec à Tutore, nec à Muliere fieri potuit, sine solemnitatibus, Bart. in l. si constante nu. 77. ff. solut. matrim. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. gloss. 7. nu. 24. Franc. Hieron Leo. decis. Valent. 31. nu. 2. cum seqq. lib. 1. Rot. decis. 588. num. 6. part. 4. recent. decis. 84. num. 22. post Cen. de cens.

15 Replicatio verò, † quod Census inter stabilia non computetur, sed tertiam speciem constituat, vt proindè alienari possit absque solemnitatibus, eliditur, ex contraria veriori sententia, quam inter alios tuentur, Grat. discept. for. cap. 367. num. 26. Rot. decis. 431. num. 8. decis. 441. num. 2. post. Cenc. de cens. & alibi passim.

16 Supposita itaque † nullitate dictę cessionis, seu assignationis, quatenus probaretur, visum fuit non intrare subsequutam mulieris ratificationem ex superueniente matrimonio, vel ex productione apochæ, aut quolibet alio actu, quia sicut expresè eadem mulier non potuisset ab initio alienare sine solemnitatibus, ita nec tacitè illam ratificare potuit sine eisdem solemnitatibus, Bart. in l. 1. §. 1. ff. de leg. 3. & in l. hæredes palam, §. sed quid post, ff. de testament. Bald. in leg. mancipia, Cod. de reb. alien.
17 vbi † quod ratificatio reconciliat ea, quæ pendent ab animo, sed non quæ pendent ex aliqua forma, vel ex alia exteriori potentia, & infert, quod ratificatio minoris non valet sine solemnitate necessaria, quia in eius contractu certa requiritur forma, vt etiam Surd. cons. 28. d. nu. 120. cum seq. Grat. discept. for. cap. 589. nu. 11. & 15. Rot. decis. 160. num. 2. & seqq. part. 3. decis. 190. num. 26. part. 6. recent. in Romana nullitatis donationis 3. Iulij 1628. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Asculana pecuniaria 27. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Celso, §. neque ex eo.
18 Immò † nec etiam Euphrosinæ ratificatio præsumitur tam ex dictis actibus, quam ex taciturnitate in non petendo fructus Census, cum non cõstet Euphrosinam habuisse scientiam nullitatis actus, & omnium qualitatum, vel quod Census fuisset in dotem datus, sine quibus in ista muliere ratificatio non inducitur, ex trad. per Gabr. cons. 36. num. 60. lib. 1. Surd. consil. 49. num. 32. cum seqq. Grat. discept. for. cap. 513. num. 30. Rota decis. 104. num. 15. in fine, & num. 16. part. 2. diuers. decis. 260. num. 12. & 13. part. 6. recentior. in Anconitana nullitatis concordiæ 16. Aprilis 1646. §. & maximè coram bona memor.
19 Arguelles. † Præsertim cum Census fuisset acquisitus pro Sororibus in infantili ætate constitutis, quæ affectum rei non habuisse intelliguntur, l. 26. C. de donat. l. 32. §. vlt. ff. de acq. possess. cum similibus.

20 Non autem releuat, † quod Euphrosina nunquam dixerit de nullitate dotis in immobilibus, quia nihilominus eius hæredes opponere possunt, l. hæredes, C. ad Velleian. Salicet. in l. sciens in vltim. notab. C. eod. Gabr. cons. 125. nu. 6. lib. 1. Rot. decis. 385. num. 4. & 5. part. 1. recent.

Nihil etiam refert, quod inter Sorores facta fuerit diuisio, nec præsumptiones, quæ pro ea inducenda afferuntur, & quod huiusmodi Census in dicta diuisione obtigerit Euphrosinæ; quia adhuc ea admissa non infertur deuenisse ad manus Viri, aut Soceri, ac deindè ad manus Gratiani, cum facta fuit extinctio, quia non probatur cessio Euphrosinæ facta Viro, vel Socero, immò nec traditio in dotē.

21 Non obstat, † quod cum Virginia fuerit hæres Euphrosinæ assertæ hæredis Thobiæ prætensi etiam hæredis Iacobi cedentis, non possint successores Virginiæ factum Iacobi authoris impugnare, Crass. in §. hæreditas qu. 12. num. 6. Menoch. cons. 89. num. 126. & seq. Rota co-
22 ram Caual. decis. 189. nu. 3. † Nam omissis alijs, illa fuit admissa responsio, quod Euphrosina non fuit hæres, sed tantum legataria vsusfructus, ex traditis per Gratian. discept. for. cap. 518. num. 7. Nizol. alleg. 19. à numer. 21. vsque ad 30.
23 Propterea licet agnouisset legatum, non indè cogeretur habere ratum factum defuncti cum ratio, l. cum à matre, C. de rei vind. in legato locum non habeat, vt ibi Barbos. pluribus relatis num. 14. Rota decis. 75. num. 6. post Modern. Foroli-
24 nien. de legitima. † Præterquam huiusmodi factum vti nullum, & inualidum, rectè poterat ab hærede impugnari, d. l. hæredes, C. ad Velleian. Rot. decis. 110. num. 1. part. 2. diuers. in Bonon. fideicommissi de Rubeis 30. Maij 1646. coram Eminentiss. Card. Corrado §. nec obstat, & in Fanen. hæreditatis 27. Maij 1652. §. fin. vers. vndè, coram me.
25 Nec tunc † Virginiæ debet opponi onus reddendæ rationis, cum id spectet ad hæredem proprietarium, qui exigere potest cautionem de benè vtendo, & fruendo, cuius fauore fuit introductum ex titulo, ff. vsufruct. quemad. cau. Alex. cons. 120. sub num. 16. vers. prima

26 *ma quia, lib.6.* † Ex quo procedit quod Testator non possit illam remittere, *l.1. C. de usufr. l. scire debetis, C. ut in possess. legat. leg. de die, §.4. ff. qui satisf. cog. Modern. Neapolit. ad Surd. dec.109.*
27 *num.1.* † Quamuis valeat proprietarius, *Bart. & Barbos. in d. l.1. Cod. de usufruct. Ripa in l. nemo potest, nu.41. ff. de leg.1. d. Modern. ad Surd. ubi sup. num.3. & decis.281. num.2. Castill. eod. tit. cap.15. num.16.*

Denique refragari nō debet, quod Euphrosina satisfacta fuerit de censu controuerso ex pecunijs ab hæreditate primi viri recuperatis, & quod in Instrumento dotali facto cum secundo viro, illi cesserit ius recuperandi ex bonis primi viri scuta 198. pro residuo dotis. Nam quomodocumque sit, nunquam constat de comprehensione istius census in dicta apoca matrimoniali, aut de vera cessione, seu extinctione legitima.

28 Illud autem, † quod Euphrosina exegit ab hæredibus primi viri, cessit in satisfactionem dotis eidē traditæ, non in causam eiusdem census, vt in veram, & duriorem obligationem, *l. in ijs, & l. cum ex pluribus, ff. de sol.* in terminis *Merlin. Pignatell. controu. foren. cap.26 num.11.*

Atque ita vtraque &c.

R. P. D. CELSO,

Posteà S. R. E. CARDINALI.

Bononieñ de Bologninis.

Veneris 4. Iulij 1653.

ARGVMENTVM

Identitas bonorum fideicommissi recte probatur ex Inuentario, & ex diuisione inter hæredes secuta in cuius instrumento sigillatim fuerint cum cōfinibus expressa bona, item ex adnotatione facta à Testatore in testamento. Existentia bonorum penes aliquem ex quibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium probat bona descripta fuisse testatoris. Non solum contra illud confitentem, verum etiam contra habentes ab eo causam num.2.*

3 *Identitas bonorum fideicommissi probatur ex diuisione inter hæredes secuta, in cuius instrumento bona fuerunt cum confinibus sigillatis expressa.*

Item probatur ex adnotatione, & descriptione facta à Testatore in testamento num.4.

5 *Existentia bonorum fideicommissi probatur esse penes illum, qui litem substentauit.*

Et cautionem præstitit pro eximendis illis à sequestro per Iudicem relaxato.

Item si possideat in loco eodem in quo possidebat fideicommittens, dum non doceat de intermedia acquisitione num.6.

DECISIO CCCXXV.

POST resolutionem vltimo loco captam, quod Palmerijs, & litis Consortibus nullæ competant detractiones in bonis Bartholomæi, & Io: Mariæ de Bologninis. Placuit DD. aggredi disputationem super illorum identitate, quam respectu fideicommissi Bartholomęi constare dixerunt ex Inuentario solemniter confecto ab Aemilio primo hærede
1 instituto, quod rectè probat,† bona in eo descripta fuisse Testatoris, iuxta *text. in l. fin. Cod. arbit. tut. Bald. cons.407. num.6. lib.1. Peregr. de fideicomm. art.44. num.2. relati per Gratian. forens. discept. cap.765. num.59. & seqq. Rota coram Penia decis.392. num.1. coram Greg. decis.575. nu.3. ibiq. Adden. litt. B. in recent. decis.442. num.2. part.3. in Bononien bonorum, seu fideicommissi de Sanctis 17. May 1647. coram R.P.D. meo Bichio, & in Romana fideicommissi de Zuccaris 4. Februarij 1650. co-*
2 *ram Reuerendissimo D. meo Decano.* † Idque non solum contra conficientem, sed etiam contra illius hæredes, & habentes ab eo causam, quales sunt Palmerij, & litis Consortes aduersarij, *Rota coram Caualer. decis.578. num.5. Merlin. decis.736. num.2. in recent. decis. 96. num.2. & 3. part.7. in Bituntina fideicommissi 20. Martij 1651. coram R.P.D. meo Albergato, & in Bonon. fideicommissi 18. Iunij eiusdem anni coram me.*

Respectu verò fideicommissi Ioan. Mariæ sufficieñ iustificatur identitas ex Instrumento diuisionis sequutæ vsque de anno 1586. inter
3 filios, & hæredes eiusdem, † in quo Instrumento sigillatim exprimuntur bona cum suis qualitatibus, confinibus, situationibus, & numero tornaturarum, vt benè in proposito ponderat *Natta cons.235. num.15. Marzar. de fideicomm. qu.58. in princip. Rota coram Coccino decis.120. num.1. & 2. coram Merlino decis.244. sub n.12. decis.262. num.1. & decis.294. in princip. in recent. decis.417. num.5. par.4. tom.2. & decis.518. num.8. & 9. part.4. tom.3. decis.84. num.9. part.5.* & dictum fuit *in Fanen. bonorum 19. Iunii 1648. coram bo: me: Arguelles, & in Bonon. fideicommissi 5. Decembris 1650. coram me.*

Et vlterius constat eadem bona fuisse adnotata, & descripta per Testatorem in eius Testamento, dum maiorem illorum partem particulari fideicommisso subiecit, & alienari
4 prohibuit. † Ex huiusmodi enim descriptione, & adnotatione probari identitatem bonorum, firmauit *Bald. cons.89. num.3. lib.1. Mascard. de probat. concl.778. num.18. & 19. Rota decis.312. num.2. par.7. recent, & in Bononien. fideicommissi de Amorinis 18. Maij 1648. coram R.P.D. meo Meltio, in Bononien. fideicommissi de Nascentorijs 20. Iunii 1650. coram R.P.D. meo Peutingero, & Meleuitana fideicommissi 20. Iunii eiusdem anni coram Emmentiss. Card. Ottbonono.*

Quod autem bona prædicta existant hodie
5 penes Palmerios, & litis Consortes, † probatur non solùm ex litis substentatione, & cautione præstita pro eximendis bonis à sequestris per Iudicem relaxatis, vt dixit *Rota coram Verallo decis.369. part.2. in recent decis.407. num.4 par.5. in Bonon. fideicommissi 7. Maii 1640. coram*

Reue-

Reuerendissimo D.meo Decano, in Firmana fideicommissi 4. Maij 1648. coram Eminentissimo Otthobono, 6 & passim in alijs. Sed etiam ex eo, † quod ipsi possident in iisdem locis, in quibus possidebant tam Bartholomæus, quam Io: Maria fideicommittentes; Vnde resultat validissimum argumentum identitatis bonorum, & quod sint eadem quæ possidebant Testatores prædicti, dum exaduerso non docetur de intermedijs acquisitionibus, iuxtà celebre *cons. Fulgos. 145. col. 2. vers. porrò si aliunde, Menoch. præs. 15. num. 34. lib. 6. Fusar. de substit. q. 618. n. 45. Pereg. cons. 48. num. 13. lib. 1. & in tract. de fideicom. art. 44. num. 22. Rota coram Greg. decis. 575. num 9. ibique Adden. num. 11. in recent. decis. 131. numer. 5. par. 1. in Firmana fideicommissi 4. Maij 1648. coram Eminentiss. D. Card. Otthobono, in Bononien. fideicommissi de Amerinis 4. Aprilis 1650. coram R. P. D. meo Meltio, cum aliis in dicta Bonon. fideicomm. 5. Decemb. 1650. coram me*, & plures cumulat *Fusar. de substit. quæst. 618. num. 45.*

Et ita in contumaciam partis recusantis comparere Thadæo tantum informante resolutum fuit.

☞ *Adest supra altera decisio in hac eadem part. 11. coram eodem Em. Card. Celso, quæ est decis. 305.*

R. P. D. PEVTINGERO.

Auenionen. Legitimæ.

Lunæ 17. Nouembris 1653.

ARGVMENTVM.

Legitimæ legatum per filium matri relictum, quando debeatur, itaut per superuenientiam liberorum non censeatur reuocatum, elegantissimè discutitur; & quamplurimæ coniecturæ pro vtraque parte adductæ, an huiusmodi legatum ex liberalitate potiùs, quàm ex proprij debiti cognitione censeatur relictum, perpenduntur, demùm pro validitate legati respondendum esse firmatur.

SVMMARIVM.

1 *Salarium datur etiam pro legitima legata non secùs, ac pro alijs legatis.*

2 *Legitima per filium matri relicta, non debetur superuenientibus liberis, & num. 45.*
Secùs si post prægnantiam vxoris, Testator vixit, & legatum non mutauit, num. 30.

3 *Legatum quantitatis, quam testator se legatario deberi asseruit, valet, etiamsi verè non deberetur, & quare.*

4 *Legatum non vitiatur per falsam demonstrationem, intellige procedere, vt num. 7.*

5 *Legatum non vitiatur ex falsa causa nisi fuerit adiecta per viam conditionis.*

6 *Legatum tenet etiam sine causæ expressione.*

8 *Legatum à Testatore in genere relictum de eo, quod debet, dum nihil debet, corruit ob incertitudinem rei legatæ.*

9 *Legatum relictum in genere de eo quod tertius debet Testatori, vel de eo quod eidem legatarius debet si de debito non constet, vitiatur ratione incertitudinis, & non existentiæ.*

10 *Legatum legitimæ dicitur legatum in quantitate, ita vt mentio legitimè stet demonstratiuè ad quantitatem implicitè in legato contentam.*

11 *Legitima relicta censetur relicta quantitas quæ potest exigi ratione legitimæ.*

12 *Quantitas quando benè exprimatur tam per nomina vniuersalia, quàm per nomina quotitatiua.*

13 *Legatum in genere relictum, vt debeatur non est necessarium quod fuerit expressa quantitas numeraliter, sed sufficit quotatiuè, seù per aliquam demonstrationem, & quare num. 14.*

15 *Legatum vitiatur ex falsa demonstratione, seu causa adiecta, quando aliàs Testator legaturus non fuisset intellige, vt num. 18.*

16 *Legatum à Testatore relictum de eo quod ipse legatario debeat, vitiatum si Testator se non habere ignorabat.*

17 *Et ad effectum vt huiusmodi legatum debeatur quid inspiciendum.*

19 *Legatum factum ex causa debiti, præsumitur causa impulsiua non finalis.*

20 *Legitima in bonis filij, quando non debeatur matri de tempore testamenti saltem in proprietate.*

21 *Legitima in bonis filiis non debetur matri saltem in proprietate ob illius transitum ad secundas nuptias.*

22 *Consensus præstitus, vt quis transire possit ad secundas nuptias, importat remissionem iniuriæ, & pœnarum secundo nubentibus institutarum.*

23 *Legitima per filium matri relicta, quando ex liberalitate, vel potius debiti contemplatione censeatur relicta. & num. 25.*

24 *Legatum relictum personæ coniunctæ, censetur ex liberalitate relictum.*

25 *Discretiuus modus loquendi in vna parte testamenti, demonstrat etiam voluntatem Testatoris in altera parte.*

26 *Grauatus post mortem suam restituere hæreditatem, intelligitur sub conditione, si sine filijs.*

27 *Et quid si in vna parte testamenti ea conditio adiecta sit explicitè vni filio, an dicatur etiam adiecta alteri filio.*

28 *Donatio vniuersalis ante filiorum conceptionem alteri facta, ob illorum superuenientiam reuocatur.*

29 *Et quid si de filijs superuenturis in aliqua parte instrumenti non in genere, sed expressè cogitatum fuisset.*

31 *Legitima vbi fuit à Testatore relicta, adiecta qualitate per verbum, sua, intelligitur de legitima proprio legatarij, & non de illa quæ voluntariè præstaretur.*

32 *Verbum, suum, continet solum id, quod pro primo est alicuius effectum.*

33 *Dos sua vbi fuit à marito vxori legata, huiusmodi legatum, quomodo sit intelligendum.*

34 *Legatum à Testatore relictum de aliquo corpore adiecta qualitate,* meo, suo &c. *est legatum conditionale, intellige, vt num. 35. & 37.*

37 *Pater relicta filijs legitima, potest de reliquis bonis disponere.*

38 *Legitima legatum non est corpus prorsus incertum, cum certum sit ratione quotæ.*

39 *Verbum, suum, diuersos habet intellectus, iuxta diuersitatem materiæ subiectæ, & quomodo, & num.42.*

40 *Legitima non potest dici res propria alicuius, antequam ab illo acceptetur.*

41 *Legitima non debetur matri in bonis filij, ipso filio viuente.*

43 *Legatum alicui relictum, quando dubitari contingat, an debeatur, & coniectura hinc inde concurrunt, in dubio pro illius validitate respondendum est.*

44 *Præsertim fauore personæ coniunctæ.*

45 *Legitima legatum per filium matri relictum quando superuenientibus liberis censeatur tacitè renocatum, & quando secùs.*

46 *Instantia de iure canonico est perpetua.*

47 *Desertio causæ non inducitur ex diurna taciturnitate, nisi in actis constet de non iure agentis.*

DECISIO CCCXXVI.

TEMPORE quo Franciscus de Anrietis filios non habebat, Testamentum condidit, & Magdalenæ matri suam in primis legitimam legauit, deinde Margaritam vxorem suam hæredem scripsit cum aliquibus substitutionibus, & limitationibus, quatenus filij superuenirent. Decessit post aliquot annos relicta vxore prægnante, ex qua filia posthuma prodijt, sed breui obijt. Ideoque eius, necnon Francisci Testatoris hereditas tota deuoluit ad Margaritam, cōtra quam pro consecutione legitimæ, vt supra legatę matri de anno 1562. Iudicium mouit Magdalena, & prosequuta fuit per plures annos, prout illa defuncta anno 1646. Anna Bella eiusdem heres, necnon Gabriel Maria Freschiet illius maritus, & cessionarius continuarunt contra Ludouicum de Berton Dominum de Griglion supradictę Margaritæ mediatum heredem, petendo immitti ex vtili Saluiano interdicto in possessionem bonorum Testatoris, succubuit tamen in prima instantia, cumque in gradu appellationis ad hoc sacrum Tribunal interpositę iterùm institit pro immissione, dubitatum hodie fuit, An ei sit danda, & affirmatiuè à Dominis resolutum.

1 Siquidem etiam † pro legitima, quando legata fuit, competit hypotheca, & immissio ex vtili Saluiano, non secus, ac pro aliis legatis, *Ripa in l. si quartum num.115. ff. ad leg. falcid. Gabr. de legit. concl.5. num.2. Mantic. de tac. lib.11. tit.13. sub num.73. Gratian. disceptat.731. num.23. Put. decis.39. num.4. lib.2. Buratt. decis.115. num.12 vbi Adden. litt. E. allegat. concordan.* & legata fuisse in casu nostro legitur oculariter in verbis Testamenti.

2 Non obstat, † quod tempore mortis Testatoris ob superuenientiam eius filiæ legitima matri Testatoris non deberetur ex allegatis per *Crass. in §. legitima quæst.4. num.1. Rimin. iun. cons.793. num.27. Modern. Forolinien. de legitim. lib.1. tit.2. quæst.12. num.12.* & sic ex falsitate suppositi, quod scilicet legitima debita esset, legatum corruat.

3 Immò enim, † quod legatum quantitatis, quam Testator se Legatario debere asseruit, valeat, etiam si verè non deberetur, probant textus apertissimi in *l. si sic legatum 78. §. si mihi* ibi, *si decem quæ Titio debeam legauero, nec quidquam Titio debeam &c. non permit legatum, ff. de legat.1. l. lenani Titio 26. §. contra autem. vers. quod si non fuit, ff. liber. legat. l.2. C. fals. caus. adiect. legat.* & notat *Piccard. in §. sed si vxori num.5. in fin.* Vbi quod si Testator legat, quod putat se debere, semper illud de suo patrimonio abesse voluit, *Instit. de legat. Donell. comment. iur. lib.8. cap.14. col.2. infra med. vers. aliud est si Titio legetur.* & infra *vers. eo enim,* vbi quod eo magis præstari debeat legatum eò quod Testator se debitorem eius rei, vel quantitatis agnouit, *Cost. select. interpr. lib.1. cap.5. num.1. Gomes. var. resol. tom.1. cap.12. num.74. & duobus seqq. Crass. in §. legatum quæst.59. nu.3. vers. sin autem,* vbi quod est communis opinio *Surd. decis.161. num.27. Ioseph Sess. decis. Aragon.31. num.6.*

4 Et ratione, † quia falsa demonstratio legatum non vitiat, *l. demonstratio falsa, l. quibus diebus, §. qui dotalem, l. cum dotalem, §. falsam, ff. de condit. & demonstrat. l. Quintus Mutius, ff. aur. & argent. legat. §. huic proximè instit. de legat.* †

5 Eoque minus falsa causa nisi fuerit adiecta per viam conditionis, *l. demonstratio, §. quod autem, l. cum tale, §. falsam causam, ff. de condit. & demonstr §. longè magis,* ibique *Ricc. num.1. instit. de legat. gloss. in l. si ita legatum. verb. causa, ff. de condit. & demonstr. Gomes. d. cap.2. num.76.* Vbi dicit rationem, quia magis est necessaria demonstratio

6 quam causa, † cum etiam sine expressione causæ legatum teneat, *Petr. Gregor. sintagm. iur. lib.42. cap.32. num.52. & seqq. Cost. select. interpr. lib.1. cap.1. num.7. in fin.* aliique relati à *Modern. Ferrarien. de vsufruct. cap.33. num.14. Io. Franc. à Pont. cons.16. num.2. lib.2. Peregr. cons.100. nu.14. lib.5. Duran. de cond. impossib. par.3. c.2. n.6. & seqq.*

7 Et quamuis † hoc procedat quando in legato expressa sit quantitas, quam Testator se debere legatario putauit, & asseruit, secus è

8 conuerso. Et ratio diuersitatis est, † quia si in genere legauit quod debet, legatum, dum nihil debet, corruit ob incertitudinem, & non existentiam rei legatæ in rerum natura, vt probatur in *l.3. C. fals. caus. adiect. legat. & §. sed si vxori instit. de legat.* ibique benè distinguendo declarat *Piccard. num.3. Io. Harppr. num.5. Io. Faber. in fin. litt. A. Oinot. num.11. & 14. idem Piccard. in §. huic proxima num.3. instit. de legat. Cost. select. interpr. lib.1. cap.5. sub num.8. col.2. circa med. versic. sed generaliter, Petr. Gregor. d. lib.42. cap.32. num.53. in fin. & 54. Ant. Faber. coniect. lib.5. cap.2.*

9 *sub num.3. vers. cum enim,* sicut etiam ob eamdem rationem incertitudinis, & non existentiæ vitiatur legatū si in genere legetur quod tertius debet Testatori, vel quod eidem legatarius debet, nec de debito constet, vt latè tradit *Donell. d. cap.12. col.2. in princip. versic. vt si legetur, & infra med. vers. vt si legat,* ibique *Osuald. Io. Harppr. in d. §. huic proxima, Cost. select. interpr. cap.4. num.2. in fin. & cap.5. sub num.7. & 8. Crass. in §. legatum d. quæst.59. num.4. Ant. Faber. coniect. d. lib.5. cap.2. num.5. & seqq.* & ex textus litteralis in *l. si sic. §. si mihi, ff. de legat.1.*

Nos

10 Nos versamur in primo casu, † quia Testator legando legitimam dicitur legasse quantitatem, & quotam, hoc est tertiam partem bonorum, quorum existentia non controuertitur, itaut mentio legitimæ stet demonstratiuè ad quantitatem implicitè in legato contentam, *Rip.in l.in quartam, sub num.153. versic.*
11 *confirmatur,* † vbi quod pater relinquendo legitimam censetur reliquisse quantitatem, quę exigi ratione legitimæ, cum legitima sit nomen iuris vniuersalis, *& num.154. vers. cum id, ff.ad leg. falcid. Salic.in l.2.num.27. C.de noxal. act. Rot.in Romana hæreditatis de Fabijs 19.Iunij 1643. §.qui est casus noster, coram R. P. D.meo Bichio, & 13.Iunij 1646. §.circa primum, coram Eminentissi-*
12 *mo D. Card.Ottbobono.* † Et paria sunt, quod quantitas exprimatur per nomina vniuersalia, vel per nomina quotitatiua, quando certa est à parte rei existentia bonorum, *Paris. cons.61. num.9. Surd.cons.168.num.50.post med. Rot.dec.59 num.2.& 3. par.2.diuers. decis.130.num.8.& seqq. par.5.recent. & in Romana fideicommissi de Spiritibus 14. Iunij 1645. §.final. coram Reu. P. D. meo*
13 *Cerro.* † Quodque non sit opus exprimere quantitatem numeraliter, sed satis sit quotitatiuè, seù per aliquam demonstrationem, tradit in terminis huius *quæst. Io. Harppr. in d. §. sed si vxori, num.5.* ibi, *an certa quantitate, seu demonstratione adiecta, instit. de legat. & ibidem Io. Fab. num.2.in fin. & num.3. Oinot. num.12. Cost. select. disput.cap.5. sub nu.8.col.2.circa fin. vers. vt quamquam, text.est in l.legaui Titio, §. contra autem,* ibi, *sed & si demonstraret quod debere se confitetur, ff.lib.*
14 *legat.* † nam semper constat de substantia legati à parte rei, quod sufficit *Crass. d.quæst.59. sub num.3.vers.quia de substantia legati constat, Petr. Greg.d.lib.42.cap.82 num.53.* ibi, *si de corpore constat, Donell. supracit. cap.14. col.2. infra med.* ibi, *nec adiecta circumstantia facit,* quominus illa sit in rerum natura cum alijs supra allegatis.
15 Non obstat, † quod falsa demonstratio, siue causa quando Testator aliàs legaturus non fuisset, vitiet legatum saltem ope exceptionis *l.cum tale, §. falsam causam, ibique gloss. verb. non cobæret, ff.cond. & demonstr. l. si pater, C.de hæred. instit. à Ponte cons.16. num.21. & 22. lib.2.* Non
16 secùs † ac vitiare si Testator se non debere ignorabat, voluit *Crass. §.legatum quæst.59.nu.3. vers.quam tamen, Surd. decis.161 num.27. in fin. & num.28.* vbi quod hæc est communis opinio, quam reprobat *Gomes. var.resolut.tom.1. cap.12. num.75. & Gabr. cons.132.quæst.2. num.15.& 17.*
17 ait † inspiciendum esse, An Testator voluerit debitum agnoscere, an verò liberalitate vti *lib.1.* cumque refert, & sequitur *Moder.Eugub. controu. foren.par.3.controu.218 num.27.*
18 Quia † ad hunc effectum probandum exaduerso esset, quod Testator noluit liberalitate vti, & ideo legauit, quia quod legebat debitum credidit, vt prabat *text.in d.l.cum tale, §.falsam, ibi,* si probetur aliàs legaturum nō fuisse, *ff.de cond.& demonstr.* & tradit *Io.Harppr.in §.lōgè magis num.3. instit. de legat. Io.Faber.in §. huic*
19 *proxima num.3.* vbi dicit rationem, † quia in dubio causa debiti præsumitur impulsiua non finalis, *instit. eodem Cost. select. d.cap.5. num.4. & num.8. vers.nam & si, Gomes.var.resolut. d.cap.12. num.76. vers.quod tamen, Surd.d.decis.161. nu.27. circa fin. vers. quod in dubio, & num.28. Io. Franc. à Ponte consil.18. sub numer.2. versic. oportet enim, lib.2.*

Nec tamen probatur, quinimmo, quod Testator voluerit liberalitate vti, colligitur.
20 Tum quia legauit legitimam, quam sciebat, nec de tempore testamenti deberi matri saltem in proprietate, vt in puncto ponderat *Gabr.d.cons.132.quæst.2. sub num.15. vers. secundo aliter lib.1.* & in proximis terminis *Aymon consil.81. num.2. Seraph.de priuil.iuram.priuil.61. sub num.24.limit.15.in fin. Rota Senen.apud Mart.Me-*
21 *dit.decis.28.examin.17.num.75.* † In ipso nanque legato expressit præcedentem transitum matris ad secundas nuptias ob quem tamquam Iuris Doctor, qualem se in testamento enunciauit, vtique sciebat matri legitimam saltem in proprietate non deberi, *Bald.in authen.ex testamento ante num.1. vers.pone ergo, C. secund.nupt. Peregr.cons.78.num.5.lib.1.Menoch.cons.237.nu.7. & seqq. Rota decis.30.num.6.& 9. par.6. recent. & in Forosempronien. bonorum 14.Martij 1650. coram*
22 *R.P.D.meo Bichio.* † Gratisque allegatur consensus Testatoris secundis nuptiis, cui consequens esse solet remissio iniuriæ, & pœnarum secundum nubentibus inflictarum, *Dec. cons. 206. num.4.& seqq. Ciriac.controu.139.num.25.& seqq. Rota decis.368. num.6.part.1. recent.* Quia nullus probatur actus positiuus consensus ante testamentum, & qui elicitur ex ipso legato legitimæ gratiosus omnino, & liberalis dici debet, siue importet agnitionem legitimæ, quam filius alias non debebat, sine pœnarum binubatus remissionem, ad quam pariter filius non tenebatur.
23 Tum quia † Testator vxori minus dilectæ quam mater, longè plus reliquit, vt in terminis ponderat *Gabr.d.cons.132.quæst.2. sub nu-*
24 *mer.17. vers.accedit quod maritus, lib.1.* † Tum quia tam arcta coniunctio sanguinis facit præsumi liberalitatem, vt benè aduertit *Cost. dicto cap.5. sub num.8. versic. quid enim facit, Coras. in l.post contractum, num.9. ff. donat. Pen. decis. 168. num.7. Peregrin. cons.65. num.3. consil.81. num.9. lib.3.*
25 Tum quarto, † quia in illa parte testamenti cogitauit Testator de superuenientia filiorum, quidque in eum casum agi vellet de hæreditate discretiuè disposuit, sicut enim de hæreditate disposuit expresè, ac diuersimodè superuenientibus necne filijs, ita disposuisset de legitima matris, vt ad propositum perpendit discretiuum modum disponendi in alia parte testamenti *Gabr.dicta quæst.2.num.17.vers.accedit*
26 *etiam,* † & in fortioribus habemus de tacita conditione si sine filijs, quæ subintelligitur ex dispositione *l. cum auus, & l.cum acutissimi, Cod.*
27 *fideicomm.* † quod si vna parte testamenti ea conditio adiecta sit explicitè vni filio, non censetur tacitè adiecta alteri filio, *Soccin. iun. cons.128. num.53. lib.1. Mantic. de coniect. lib.12. tit.8. num.21. Fusar.de substit.quæst.693. numer.19. Rota in Romana fideicommissi de Campagnolis 26.*
28 *Iunij 1648. coram me.* † Sic etiam donatio vniuersalis

uersalis ante filiorum conceptionem alteri fa-
cta, quæ ob illorum superuenientiam reuoca-
retur, ex dispositione *tex. in l. si vnquam, C. reuoc.*
29 *donat.* † non reuocantur si de filiis superuen-
turis in aliqua parte instrumenti facta mentio
aut cogitatum nō in genere, sed expressè fuit,
Bartol. in l. Titia Seio, 87. §. Imperator, sub num. 8.
vers. quandoque quis cogitat, ff. leg. 2. Tiraquell. in d.
l. si vnquam, verb. donatione largitus, sub numer. 257.
vers. sufficit autem, Giouagn. respons. 32. sub num. 20.
versic. quia vt supra, lib. 2. Menoch. consil. 496. sub
num. 12.

30 Tum tandem † quia post pręgnantiam vxo-
ris Testator vixit, & legatum non mutauit,
exinde enim præsumitur cum eadem volun-
tate relinquendi liberaliter matri legitimam,
& si filij superuenerint decessisse, *Tiraquell. d.*
verb. donatione largitus, num. 257. vers. & susceperit
liberos, num. 211. & 212. post Bald. in l. 1. col. vltim.
vers. sed vlterius quæritur, C. de inoffic. donat. aliosque
relatos in Forosempronien. Bonorum 23. Iunij 1651.
§. affirmatiua, in fine, coram R. P. D. meo Bichio.

31 Quibus stantibus † non vrget contraria con-
iectura educta ex eo quod Testator verbo, le-
gitimam, adiecerit, suam, ibi reliquit &c. suā
legitimam, ponderando verbum, *suam*, quod
sensisse Testatorem de legitima matris pro-
pria, non verò de illa, quæ voluntariè pręsta-
retur, *ad text. in l. scribit Quintus Mutius, 36. ff. aur.*
32 *& arg. leg.* † vbi sub nomine, *suum*, dicitur cō-
tineri solum id, quod proprium est alicuius
effectum, *l. cum sua ancilla 69. l. eadem 70. & leg.*
seq. ff. leg. 3. Piccard. in §. si quis debitori, num. 2. ibi,
suum enim cuiusque est, quod quis debet, inst. de leg.
33 *Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 23. & 25.* † *Surd.* in
puncto testamenti, in quo maritus legauit
vxori dotem suam *decis. 142. sub numer. 6. & 9.*
34 & † ad rem ponderat *Cost. Select. cap. 4. num. 2.*
vbi in simili de verbo, *meum*, ait quod facit
conditionem.

35 Nam verbum, † *suum*, seù *meum*, tunc de-
mum facit conditionem, quando est adiectum
corpori prorsus incerto, secùs autem si cor-
pori certo, & secundo casu stat demonstratiuè
& non restrictiuè, vt ad litteram probat *text.*
in l. nuper 83. vers. & ideo, vbi hæc distinctio ele-
gans dicitur *ff. de leg. 3. Ripa in l. cum fundus, n. 14*
vers. sed ab istis, ff. legat. 1. Menoch. cons. 349. n. 21.
36 Pariterque † tunc limitationem præsefert,
quando Testator non fuit loquutus de tota re
disponere, è conuersò verò non limitationem
sed demonstrationem importat, vt post *Iacob*
Arc. benè declarat *Castr. in l. si ex toto 6. sub nu. 5*
vers. ideo dic, ff. leg. 1. Cald. de empt. & vend. cap. 10
37 *sub num. 2. vers. vnde licet.* † At in casu nostro
Testator loquutus fuit de legitima indefinitè,
& sic de tota, potuitque de tota tertia parte
bonorū ad fauorem matris disponere, etiamsi
filij superuenerint, *l. cum quæritur, l. parentibus,*
& vtrobique glos. & Doct. C. inoffic. testam. Ias. con-
sil. 124. num. 4. lib. 1. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5.
38 *glos. 8. part. 4. sub num. 9.* † Neque legitima est
corpus prorsus incertum, cum sit certum ra-
tione quotæ, *Rota decis. 7. num. 11. decis. 97. nu. 2.*
inter impress. apud Modernum Forolinien. de legitim.
aliqque allegat. à d. Modern. lib. 1. tit. 1. quæst. 1. nu. 4.

39 Præterea verbum † *suum*, diuersos habet in-
tellectus iuxta diuersitatem materiæ subiectæ
Rebuff. in l. pupillus 239. §. verbum suum, col. 3. vbi
signanter *vers. negotium exponit suum*, idest ad
suam tendens vtilitatem, *ff. verb. signif. Dec. con-*
sil. 262. num. 6. Menoch. d. cons. 349. num. 19. Cald.
de empt. d. cap. 10. num. 37. vbi quod secundum
subiectam materiam refertur ad eum, qui do-
40 minus non est, *& text. in cap. 2. de donat.* † subie-
cta verò materia legitimæ non admittit intel-
lectum proprietatis in matre antequam acce-
ptetur, *Cancer. var. resol. tom. 1. cap. 3. sub num. 69.*
& seq. aliique allegati in Anconitana bonorum 25.
Februarij 1647. §. nam contraria, coram R. P. D. meo
41 *Bichio*, † Eoque minus de tempore testamen-
ti, quod pro expositione verbi, *suam*, ibi pro-
lati debet attendi cum viuente filio mater nul
lum ius habeat in legitima, *Bart. in auth. si qua*
mulier, num. 22. C. sacrosanct. Eccles. Suarez recept.
sent. verb. legitimam, num. 67 Grammat. decis. 101.
num. 65. Seraph. decis. 815. num. 4. Rota apud Moder.
Foroliu. de legitim. decis. 55. num. 22. decis. 50. nu. 16.
42 Vnde † pernecesse verbum, *suam*, significare
non potest nisi vtilitatem, qua mater perce-
ptura erit ex legitima, non autem limitare le-
gatum. Pręsertim concurrentibus tot conie-
cturis in contrarium supra ponderatis, vt in
terminis huius verbis tradit *Menoch. d. cons. 349.*
43 *num. 19.* † Quæ coniecturæ in omnem euen-
tum cum sint numero, & pondere plures, vel
præualent, vel saltim rem dubiam reddunt,
quo casu respondendum est pro validitate le-
gati, *l. quoties, ff. verb. dub. Cost. in puncto supracit.*
cap. 5. num. 6. vers. monetur etiam, Io. Faber. in §. huic
proxima, num. 3. vers. in 3. instit. de legat. Crass. in d.
§. legatum, quæst. 59. sub num. 3. uers. quod in re du-
44 *bia*, † præsertim fauore matris, *Peregr. cons. 65.*
num. 3. cons. 81. sub num. 9. lib. 3.

45 Tandem non obstat, † quod legitima de
tempore testamenti esset verè debita, quia filij
non aderant, & illis superuenientibus legatū
censeatur tacitè reuocatum. Nam procede-
ret obiectum si legitima fuisset legata vt debi-
ta, non vt volita, & ex liberalitate legantis, &
satis esse rem esse dubiam, ne legatum cen-
seatur reuocatum, *Peregr. cons. 43. num. 21. lib. 1.*
Fontanell. decis. 539. num. 4. cum alijs ibi allegatis.

Quæ verò forsan opponentur de præscrip-
tione, seù longissima taciturnitate in hac lite,
46 facili negotio tolluntur, † quia instantia de
iure Canonico est perpetua, *Cresc. decis. 7. nu. 8.*
de caus. possess. & propriet. Achill. decis. 5. num. 4. de
præscript. cum alijs allegat. in Romana domus 6. Fe-
bruarij 1640. coram bon. mem. Card. Panzirolo, & in
Volaterrana Prioratus 16. Martij 1646. coram R. P.
D. meo Bichio. Nec diuturna taciturnitas in-
ducit desertionem nisi in actis constet de non
iure tacentis, vt pluribus comprobatum fuit
in præcitata Romana fideicommissi de Campagnolis
coram me.

Et ita resolutum fuit &c.

REVE-

REVERENDISSIMO P. D. CERRO
Sac. Rotæ Romanæ DECANO.

Meleuitana Parochialis.

Lunæ 15. *Decembris* 1653.

ARGVMENTVM.

Liquidatio fructuum,qui fuerunt attentatè percepti spectat ad eum, qui petit procedi ad vlteriora in negocio principali, quomodo autem de stylo Rotæ admittatur attentans ad huiusmodi liquidationem faciendam, & ex quibus iustificata remaneat, non minùs clarè, quàm eruditè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Fructus attentatè recepti sunt liquidandi ab eo, qui petit procedi ad vlteriora in negocio principali,& de stylo Rotæ quomodo seruetur in praxi?*

2 *Terminus ad probandum quando præfigitur ad fauorem Actoris extra Italiam, de stylo Curiæ sunt quatuor menses.*

3 *Dictio*, circiter, *aliquid minuit prudentis Iudicis arbitrio.*

4 *Et verificatur etiam in decima parte minùs.*

5 *Valor beneficij, quomodo per verum modum probetur.*

6 *Liquidatio fructuum vtpotè difficilis probationis, contentatur leuioribus iustificationibus.*

7 *Fructuum perceptio probetur ex sola possessione iunctis adminiculis.*

8 *Remissoria data vni ex collitigantibus est communis etiam alteri ad reprobandum.*

9 *Intellige procedere quando in litteris remissorialibus fuit datus terminus reprobatorius, secùs contra.*

10 *Adde quod licèt Iudex delegatus non possit recipere testes super reprobatione, tenetur tamen recipere protestationem.*

11 *Exceptiones contra personas testium non admittuntur in iudicio summariissimi possessorij.*

12 *Item quando non requiritur plena, sed sufficit leuis probatio.*

13 *Testium personæ an censeantur approbatæ ex quo pro illis examinandis fuerunt data interrogatoria, & constitutus Interpres absque vlla protestatione.*

14 *Testes deponentes de proprio iudicio, nullum gradum probationis constituunt.*

DECISIO CCCXXVII.

POST relaxatum à me de ordine Rotæ mandatum de manutenendo ad fauorem Ioannis Matthęi Habelæ contra Dominicum Magrum in possessione Parochialis controuersæ pro reuocatione attentatorum iuxta decisiones ędítas 26. Maij, & 31. Iulij 1651.
1 ac possessione subsecuta, † dictus Dominicus condemnatus ad restitutionem fructuum facto deposito vnius iulij, cum obligatione soluendi residuum post illorum liquidationem, obtinuit commissionem mihi directam præfixionis termini pro liquidatione facienda iuxta stylum, cuius vigore petens procedi ad vlteriora in negocio principali, postquam attentauit ipse liquidare debet fructus restituendos, vel impetrare commissionem, vt præfigatur terminus alteri parti ad liquidandum, vt de huiusmodi stylo testatur *Rota coram Cardinali Seraphino decis.*655. *numer.*4. *& in Pientina Iurispatronatus* 1. *Februarij* 1599. §. *Neque obstabat, quod fructus, coram Corduba*, quam postea sæpissimè approbauit, *vt in Meleuitana bonorum prima Iulij* 1622. *coram Nauarro*, §.*probatur enim, confirmata* 4. *Iulii* 1650. *coram R.P.D.meo Peutingero*, §.*Neque vniuersitas, & in Meleuitana Territorij* 26. *Iunii* 1651. *coram me*, §. *Vltimo*;
2 † Cuius commissionis vigore ad instantiam eiusdem Dominici, præuia citatione assignaui Ioanni Mathæo terminum quatuor mensiũ prout regulariter fieri solet ad fauorem Actoris ad probandum quando præfigitur extra Italiam, vt est Insula Melitæ, *vt per text. in l.*1. *C.de dilat. testantur Seuerol.de remiss.litigat.cap.*24 *num.*2.*&* 3. *Buccacc. de litter.remiss.cap.*7. *num.*4. vbi in fine dicit, quod ita in Curia seruatur: Compilato autem processu, eoque in Rota transportato, dubitaui, Pro qua summa esset relaxandum mandatum, tàm pro fructibus, quàm pro damnis,& interesse. Et DD.quoad fructus relaxatum dixerunt in scutis 290. Testes enim concorditer deponunt redditus Parochialis controuersæ spectantes ad Parochũ absque vllo onere expensarum annuatim ascendere ad scuta 250. computatis tàm certis, quàm incertis, &à die 8. Augusti 1650. qua Magrus attentatè illius possessionem accepit vsque ad diem 3. Octobris 1651. qua Habela illam recuperauit, Procuratorem attentantis fructus percepisse ad scuta 300. circiter ascenden. dicto Summario num.7. & 9.
3 Dictio enim, *circiter*, aliquid minuit prudentis iudicantis arbitrio, *Buratt. decis.*722. *num.*3.
4 & verificatur †etiam in decima parte minus, *Corn.cons.*58.*num.*5.*lib.*4. *san.mem.Greg.decis.*128 *num.*6. *Rota in Bononien. terrarum* 16. *Iunii* §.*final.* 12. *Decembris* 1642. §. *Tandem, coram R. P. D. meo Bichio, & in Romana pensionis* 19. *Ianuarii* 1646. *coram me*, §. *penultimo*. Vndè distribuendo annuum valorem scutorum 250. in 13. menses, & dies 25. fructus attentatè percepti ad prędictam quantitatem scut.290. ascendere calculantur.

5 Nec dubitatum fuit, † quin dicti Testes plenè iustificent præfatum valorem, qua ipsi non solum deponunt de auditu, sed etiam testificantur per optimas rationes, ex quo nempè viderunt libros Parochiales, & ex quo sunt practici dictæ Parochialis, quem esse verum modum probandi valorem, tradit *Bart. in l.*1 *num.*15.*& sequen. ff. si cert.pet. Folin.in cap. cum causam.num.*5. *vers.tertio declara.de testib.Farinacc.eodem tract. quæst.*70.*num.*164. *& seq. Menoch.lib.*6.*præsumpt.*24.*num.*11.*cum seqq.* Quos in terminis sequuta fuit *Rota in Calaguritana beneficij* 2. *Decembris* 1652. *coram R. P. D. meo Bichio*
6 §.*Vt constat*, † Eoque magis ad effectum liquidationis fructuum, de qua agitur, quæ vtpotè difficilis probat omnis contentatur leuioribus

ribus iustificationibus, vt post *Bald. Corn. & alios respondit Rota coram Card. Seraph. decis. 1132. num. 1. & per totam, & in recent. decis. 272. num. 2. cum duob. seq. par. 8.*

Minusque hæsitandum videtur, quin fructus dicti temporis perceperit Dominicus, tum quia concludenter probatur a dictis Testibus eos fuisse perceptos ab eius Procurato-
7 re, † tum etiam quia dum toto eo tempore controuersam Parochialem possedit, eos percepisse præsumitur, maximè iunctis partitis adnotatis in libro Parochiali, & relatis in dicto Summario nu. 11. *Card. Seraph. decis. 1245. num. 6. san. mem. Greg. decis. 50. num. 2. Card. Caual. decis. 586. num. 1. Buratt. decis. 173. nu. 3. & 4. ibiq. Adden. num. 1. Rota in recent. decis. 269. num. 1. par. 1 & in Aquisgran. Canonicatus 22. Maij 1648. coram me, §. & licet.*

Non obstat, quod Iudex remissorialis denegauerit probationes à Dominico petitas super reprobatione Testium.

8 Licèt enim regulariter † remissoria data Vni ex collitigantibus, sit communis etiam alteri ad reprobandum, *iuxta doctrinam Vitalin. in Clem. sapè, §. verùm num. 25. ff. de verb. signific. Seuerol. vbi suprà cap. 22. num. 4. Adden. ad Buratt.*
9 *decis. 501. num. 3.* † Hoc taman procedit quando in litteris remissorialibus specialiter datur terminus reprobatorius, secùs autem quando (prout hic) in litteris datus nō fuit, tunc enim Iudex remissorialis non potest admittere partem ad reprobandum, cum careat iurisdictione, & si eam admitteret processus reprobatorius esset nullus, vt dixit *Rota coram Buratto decis. 587. num. 7. in fine, Adden. ad eundem d. dec. 501.*
10 *num. 3. vers. at nisi.* † Ex communi enim DD. sententia dictus Iudex non potest recipere tetes super reprobatione, nisi specialiter talis facultas sibi concessa fuerit, licet recipere teneatur protestationem, *Innoc. in cap. licet causam ante num. 1. verbo potuit, ibique Io. Andr. num. 4. Bellamer. num. 8. in 1. oppositione de probat. Iason. in l. 2. num. 9. ff. de iurisdict. omn. Iudic. Specul. tit. de teste, §. qualiter nu. 21. Seuerol. vbi supra cap. 36. per tot. Afflict. in Constit. Regn. lib. 2. rubr. 29. de constit. in pecun. num. 3. vers. tertio quaro, Buccacc. vbi supra cap. 8. num. 11. vers. de ista clausula.*

Plura insuper concurrunt, quæ huiusmodi
11 reprobationem excludere videntur; † Et primo quo agitur de liquidatione fructuum pro terminatione reuocationis attentatorum, & summarijssimi iudicij possessorij, in quo regulariter non admittuntur exceptiones contra personas Testium, *Couar. pract. quæst. cap. 17. num. 4. uers. septimo est. Capic. decis. 55. per tot. Farinac. de testib. quæst. 62. limit. 9. num. 193. cum duob. seqq. Card. Seraph. decis. 342. in fine, & decis. 561. in princip. san. mem. Greg. decis. 449. num. 10. ibique Adden. litt. E. Card. Caualer. decis. 44. num. 4. Rota decis. 564. in fine part. 5. & decis. 156. num. 4. par. 6. recent.*

12 Secundò † quod dictæ exceptiones personales non recipiuntur quando, (prout hic) nō requiritur plena, sed sufficit leuis probatio, *Zuccard. in l. fin. num. 302. uers. si uerò lex, Cod. de edict. Diu. Adr. tollen. Menoch. de arbitr. q. 32. nu. 11. Farinac. d. q. 62. d. limit. 9. num. 195.*

13 Tertiò demum, † quod Dominicus approbasse videtur personas dictorum Testium, dum interrogatoria dedit, & Interpretem constituit pro illis examinandis sine vlla protestatione respiciēte illorum personas, & non agitur de testibus omninò inhabilibus, vt notat *Imol. in cap. cum dilectus il 2. num. 34. de consuetud. Felin. in cap. intimauit, num. 10. de testibus. Clar. in §. final. quæst. 34. in annot. num. 39. Afflict. decis. 351. num. 8. Farinac. d. quæst. 62. limit. 8. num. 175. cum seqq. ubi num. 185.* distinguit inter approbationem dicti, & approbationem personæ.

14 Quo verò † ad damna, & interesse in scutis 60. à Ioanne Matthæo prætensa, Domini dixerunt non esse relaxandum mandatum, nam Testes pro huiusmodi liquidatione examinati simpliciter deponunt de proprio iudicio, Sūmario nu. 10. Ideoque nullum gradum probationis faciunt, *Honded. cons. 79. num. 37. lib. 1. Caputaqu. decis. 278. num. 1. part. 3. Rota decis. 245. num. 1. par. 1. decis. 173. num. 6. & decis. 407. nu. 35. par. 5. recent.*

Et ità vnica tantum &c.

Decisio ista facta in hac eadem causa sub die 26. Maij 1651. est supra decisio 152. supra in hac part. 11. recent. Altera sub die 31. Iulii 1651. erit infra in Miscell.

R. P. D. DVNOZET
S. Rot. Rom. DECANO.

Sabineñ Status Montis Libretti.

Lunæ 12. Ianuarij 1654.

ARGVMENTVM.

Peritus post peritiam factam potest cogi ad declarandum, & specificandum distinctè suam peritiam, etiam si venditio plurium rerum sit facta vnico pretio dummodo res venditæ sint diuersæ speciei, & venditio vniuersaliter facta emanauerit tanquam quid facti, non tanquam quid iuris. Præcipuè si interesse partis, & mens contrahentium hoc exposcet. Venditio plurium rerum quando dicatur vnica, vel plures venditiones.

SVMMARIVM.

1 *Peritus potest cogi ad declarandum singula corpora extimata, & particulare redditus vniuscuiusque. si ita exposcat lex mens contrahentium, & interesse partis, & per totam.*
2 *Peritus existimans plures res distinctas tenetur tradere per singula corpora distincta relationem. Quod procedit & si agatur de extimatione status à Principe venditi, qui & si vniuersitatem, & vnicitatem designet tamen secus est quando emptus fuit non vti quid iuris, sed vt quid facti vti consistens in corporibus distinctis, num. 4. & 5. & seqq.*

Amplia

2 *Amplia si in venditione Status fuerit promissa tuitio cuiuslibet ex corporibus venditis. num.6. & seq. & num.21. & 22.*
3 *Status est quid vniuersale, & sic vnicitatem designat.*
4 *Venditio rei vniuersalis quando capiatur pro vnica venditione, vel pro pluribus rebus distinctè, & separatè venditis. & num. seqq.*
7 *Dictio*, cuiuslibet, *est distributiua, & specificatiua. num.21.*
Et operatur vt vnum quodq; corpus diuersum specialiter, & indiuidualiter debeat considerari. num.8. & 9. & 21.
10 *Peritus debet æstimare res venditas distinctè, & separatè si venditio fuit facta in singulas res pretio separato.*
Secus si vnico pretio plures res fuerint vendita. num.11.
Declara procedere si agitur de æstimando pretio, & valore ipsarum rerum venditarum. num.10.
Secus si agatur de æstimanda, seù calculanda quantitate redditum, & fructuum rerum venditarum. num.14.
12 *Text. in l. Mauius 53. §. fin. ff. famil. hercis. declaratur.*
15 *Legis dispositio cessat vbi cessat ratio.*
16 *Pretium non dicitur vnicum, sed separatum quando pro singulis scutis duobus redditum fuerunt constituta singula scuta centum.*
17 *Venditiones tot dicuntur quot mensura, vel pondera vendita quando singulis ponderibus, & mensuris fuit pretium constitutum.*
18 *Venditiones reputantur diuersæ, & non vnica quando fuerint vendita res diuersarũ specierum, & si simul fuerint vendita.*
Quod procedit, & si pretium vnicum fuerit constitutum. num.19.
20 *Venditiones diuersæ, & non vnica quando à contrahentibus fuerint cogitata. & num.21. & 22.*
23 *Verba omnia Instrumẽti censentur apposita de mandato, ac voluntate contrahentium.*
24 *Emptor quando vti non possit commodo sua promissionis nisi constet sigillatim de separata æstimatione Perito.*
25 *Peritus tenetur separatam relationem facere quando alias non posset liquidari, & æstimari valor rei. & num.29. & 30.*
26 *Stipulatio ad duplum promissa in casum euictionis refertur ad pretium solutum, non autem ad valorem rei euicta.*
27 *Pretium in allodialibus æstimatur ad rationem quinque pro centenario.*
Vide, vt num. seq.
31 *Peritus tenetur pro declaratione sua relationis, & potest ex officio Iudicis cogi vbi adsit interesse partis. & à num.24. vsque ad finem.*
32 *Actus Iudiciales non exercentur sine Iurisdictione.*
33 *Declaratio in materijs extraiudicialibus admittitur etiam ex interuallo.*
34 *Protestatio efficit, vt res habeatur pro integra quoad praiudicium protestantis.*
35 *Declaratio, qua à Perito quando res non est amplius integra alias fieri non potest admittitur, quando debet fieri Iudice cogente. & 36.*
37 *Declaratio, & apertitio veritatis nemini infert damnum.*
38 *Peritus à quo declaratio sua Peritia petitur in nihilo grauatur si iam suum laborem expleuerit in conficienda peritia.*
Imò adhoc tenetur ratione muneris assumpti. numer.39.
40 *Obliuio non potest allegari ab eo, cui fuit facta protestatio.*
41 *Factum quod fuit non est attendendum, sed id quod fieri debebat.*
42 *Exemplis non est iudicandum, sed legibus.*

DECISIO CCCXXVIII.

ADHVC Dominis placuerunt fundamenta decisionis in hac causa coram me sub die 26. Iunij 1652. * edita, in qua fuit firmatum Vanninum esse cogendum ad declarandum
1 singula† corpora æstimata, & particulares redditus vniuscuiusque corporis Status Montis Libretti ab Excellentissimo Dño Don Ferdinando, & alijs de Vrsinis venditi clar: mem; Domini Principi Don Thaddeo Barberino Vrbis Præfecto cum huiusmodi declarationes exposcant Iuris communis dispositio, mens contrahentium, & interesse partis.
2 Iuris siquidem dispositio; † quia vbicumque prout hic non æstimatur vnica, sed plures res inter se distinctæ, distinctam paritèr relationem per singula corpora Peritus tradere tenetur, *l. fin. §. Praterea, C. de iur. dot.* Cuius precisa verba in decisione referuntur adductis pluribus auctoritatibus eiusdem legis dispositionem comprobantibus.

Nec subsistit, quod non agatur de plurium, sed vnius rei æstimatione, ex quo versamur
3 in venditione Status, † qui vniuersitatem,
4 & sic vnicitatem designat. † Quoniam Status controuersus à contrahentibus venditus, & respectiuè emptus fuit non vti quid iuris, sed vti quid facti, & vti in pluribus distinctis corporibus consistens, vt indicant clara verba Instrumenti, ibi: *Statum Montis Libretti consisten. in infrascriptis Terris, seù Castris, ac Tenutis, &c. Territorijs, Districtibus, Domibus, Palatijs, ædificijs, &c. Iurisdictione Ciuili, & Criminali, & mixta, &c. Angarijs, Perangarijs, &c. alijsque redditibus, prouentibus, & emolumentis, &c. Gabellis, vectigalibus, &c. Datijs, &c. Hospitijs, Tabernis, &c. Viridarijs, Hortis, Cannetis, Arboretis Oliuetis, &c. Pascuijs, Siluis, Pratis, Tenutis, Nemoribus, fructibus, &c. Collibus, Planitijs, Terris cultis, & incul-*
5 *tis, &c.* † Huiusmodi enim distincta corporum, & qualitatis eorum descriptio, & designatio vniuersitatem facti demonstrat, quæ assertam vnitatem excludit, & quodlibet corpus de per se separatim iudicandum, & considerandum esse indicat, vt doctè consulendo firmat *Sigismund. Loffred. cons. 11. num 17. & 18.* allegando *text. in l. rerum mixtura §. 1. & §. fin. ff. de vsucap. in l. in rem, §. ac si is, ff. de rei vendic. & in §. si grex instit. de legat. Aldobrand. cons. 107. nu. 8. vers. imò, & 9. lib. 1.* & hoc idem demonstrat pactum
6 manutentionis, † & tuitionis cuiuslibet ex corporibus venditis, & æstimandis, dictio
7 enim, *cuiuslibet*; † est distributiua, ac specificatiua

cati a tanquam tribuens vnicuique actum insolidum, *Barbos. dict.74. num.2.* & tanquam
8 virtutem diuisam retinens operatur, † vt vnũquodque corpus diuisim specialitèr, & indiuidualitèr, ac in sensu diuiso, non autem composito venditũ censeatur, *Merlin. de pign.*
9 *lib.1. tit.2. quæst.11. num.5.* † & vbi de specificatione corporum contrahentes cogitasse apparet non quid vniuersum, sed singula corpora Status vendita censentur, ac singulorum euictio debetur, *Vrsill. ad Afflict. decis.81. num.6. Margil. de emit. quæst.51. num.33. Mantic. de tacit. lib.4. tit.11. num.27. vers. etiam si.*
10 Nec obstat, † quod superius firmata conclusio procedat invenditione plurium rerum facta pretio separato in singulas res, vt declarat *gloss. in supradicta l. final. dicto §. Præterea, ver-*
11 *bo Coadunationem, vers. sed tunc demum*, non autem quãdo omnes res vnico pretio venduntur, *l. Mænius 53. §. fin. ff. famil. hercisc. cuncord. alleg. in Rom. consignationis sequestri 22. May 1620. coram Sanctiss. D.N. Innocentio X. §. Minus obstat.*
Etenim vltrà responsionem deductam in decisione plura alia considerantur, obiecti efficaciam eneruant, & signanter aduertendo,
12 quod † tàm *gloss.* quàm *text. in d. l. Mænius* in ea ratione fundantur, quod plus valet totum corpus vnitum, quàm in partes diuisum,
13 sed † ista ratio tunc demum forsan applicaretur, si ageretur de æstimando pretio, seù valore ipsius Status, cum tunc nè dum quantitas fructuum, sed etiam rei qualitas, quæ vnionem Castrorum, & corporum percutit, attendi deberet iuxta verba *text. in l. si quas 16.* ibi: *Rei qualitas, & redditum quantitas æstimetur, C. de rescind. vend.* ibique *Bart. & Castr. numer.3. Nigr. de subhast. cap.15. §.30. numer. 31. & 42.*
14 Verùm † quia in præsenti casu agitur solummodo de æstimanda, seù verius calculanda quantitate redituum, & fructuum dicti Status, qui semper sunt iidem, & non crescunt, crescunt, neque decrescunt per coadunationem, vel diuisionem corporum, vtique allegata ratio præsenti casui applicari non valet,
15 & † consequenter ea cessante cessat etiam legis dispositio, *l. quod dictum*, ibique *Bart. ff. de pact.* sicuti, nec applicatur præalegata *decisio Romana consignationis sequestri*, cum ibi venditũ esset vnicum Casale, & sic vnum non autem plura corpora, vt hic, & amplius, ibi agebatur de æstimatione etiã qualitatum ipsius Casalis, non autem solius quantitatis fructuũ, vt pariter hic,
Ponderatur etiam, quod conuentum pretium potius videtur separatum, quam vni-
16 cum † dum conuenta fuerunt scuta centum pro singulis scutis duobus cum vno quarto
17 reddituum, † quando enim singulis ponderibus, vel mensuris pretium constituitur tot dicuntur factę venditiones quot sunt pondera, vel mensuræ, vt de põderibus tradit *Franc. Aret. in l. si ex toto, §. si ità legat. num.6. vers. Secus esset, ff. de legat.1.* quem sequitur ibidem *Soccin. Sen. nu.20. &* de mensuris *Gabr. conf.64. nu.49.*
18 *lib.2.* † Et denique tollitur omnis hæsitatio cum agatur de rebus diuersarum specierum suamque naturam separatam retinentibus quantumuis venditis vna cum Castro, vel Statu, *Surd. conf.1 5. nu.65. vers. in proposito, cum duob. sequent. Loffred. dicto conf.11. nu.17. & 18.*
Licet enim separatio pretii sit vnus ex modis
19 distinctiuis, † ipsa tamen non est necessaria quãdo versamur in rebus diuersę, non autem eiusdem speciei, diuersitas enim specierum secum portat pretii distinctionem, proindèq; Iuris Consultus, *in dict. l. fin. d. §. præterea, C. de iur. dot.* de singulis rebus, & speciebus voluit iudicari secundũ propriam naturam, vt monuerunt etiam in *d. §. præterea, Bellapertic. versic. sed ponamus*, vbi subdit hoc esse notabile, *& Salycet. num.9. vers. de qualibet indicatur secundum suam naturam, &c. & Bald. num.2. vers. quia dissеparata non debent permisceri, &c.*
Quo verò ad mentem contrahentium illa clarè desumitur; Tum ex assertione, quod essent vendita omnia iura, nullo reseruato nisi expressis, & respectiuè declarandis à Peritis: Tum ex quo venditores promiserunt, bona vendita, ac fructus, redditus, & prouentus, aliaque à Peritis æstimanda esse vera, realia, & subsistentia Emptoremque manutenere in possessione pacifica bonorum venditorum, & cuiuslibet ipsorum, necnon cuiuslibet eorum reddituum, & fructuum æstimandorum;
20 Hinc † enim ad effectum, vt sciri posset quid venditum, & quid reseruatum, atque ad effectum, vt venditores propriam promissionem adimpleant separatam relationem, & æstimationem fieri, intellexisse censentur sicuti ponderatur *in decis. §. eoque facilius*, ac optimè adstipulatur *decis. Romana Bibliotheca 10. Maij 1600.*
21 *§. quarto quia coram Lancellotto*, † eoque magis attenta dictione, *cuiuslibet*, bis repetita, & adiecta tam corporibus, seù bonis, quam etiam fructibus illorum. cum eiusdem dictionis natura sit distribuere, diuidere, specificare, ac indiuiduare, *vt per Barbos. & Merlin. de pign.* superius allegatos, atque etiam attento parti-
22 cipio illo, æstimandorum, † quod pariter necessitatem de cuiuslibet corporis fructibus distinctim æstimandis importat iuxtà naturã dictionis, *cuiuslibet*, cum qua ipsum participium iungitur, seù copulatur, *Ciriac. controuers.303. num.95.*
Nec subsistit, quod talis forma loquendi sit solita Notariorum, nam huiusmodi assumptum nullo testimonio, vel auctoritate probatur, & in contrarium vrget; Tum communis stylus reuidendi minutas similium Instrumẽtorum ante illorum stipulationem; Tum
23 quoque præsumptio, † quod nempè omnia verba Instrumenti censentur posita de mandato, ac voluntate contrãhentium, *Gratian. discept.116. num.24.*
Interesse partis est euidens, & multipliciter in decisione consideratur.
Primò. Nempè ex eadem promissione venditorum super realitate, subsistentia, & manutentione bonorum, & reddituum, & cuiuslibet eorum per Peritos æstimandorum
24 cuius † quidem promissionis commodo emptor vti non poterit, nisi constet sigillatim de

de quolibet redditu à Peritis æstimato.

Secundò. Ex quo nisi appareat quantitas frumenti quam Vanninus ex singulis corporibus percipi æstimauit sibi solum nota, vti res in eius animo consistens,& nisi exprimantur dicta corpora, quæ inæqualiter distant à
25 Tybere † liquidari non poterit verus valor perangariæ, delationis frumenti ad dictum flumen à Vassallis negatæ. Nec refert, quod Periti non tenebantur æstimare dictam perangariam,quia non petitur ipsius æstimatio, sed solum prædicta declaratio ex qua dignosci valeat quanti dicta perangaria vendita æstimari debeat.

Tertiò. Ex quo nisi constet de pretio soluto pro vnoquoque corpore, non poterit emptor in casu euictionis alicuius eorum agere prout sibi promissum fuit ad duplum
26 cuius stipulatio † referrur ad pretium solutum, non autem ad valorem rei euictæ iuxtà *gloss. in l.si duple verb.dupli, ff. de euict. Rot. in Bononien.prædij 13.Februarij 1648.coram Reuerendiss. Terracinen.*

Nec releuat, quod in casu euictionis alicuius corporis particularis illius pretium æstimari debeat ad rationem quinque pro centenario
27 † prout fieri non solet in allodialibus abstractis à iurisdictione; non autem ad rationem duorum cum vno quarto iuxtà venditionem, cum super corpore euicto adhuc penès emptorem remaneat iurisdictio;
28 † Quia venditio Prędiorum,& corporum positorum tam intra, quam extra cōfinia iurisdictionalia pro eodem vniformi, & altissimo pretio scutorū 100. pro singulis duobus cū vno quarto fructuum, demonstrat iurisdictionē fuisse venditam per Territoria, non autem per numerum Prædiorum in eisdem Territorijs consistentium, quodque ipsa iurisdictio tanta quanta erat compręhensa, & valutata remansit sub eadem rigorosa, & indifferenti æstimatione omnium corporum etiam non iurisdictionalium,& pręterea fuit responsum, quod siue restauratio damni fieri debeat ad rationem quinque, siue ad rationem duorum cum vno quarto, cuius inspectio spectabit ad Iudicem euictionis, pro nunc semper necesse
29 erat, † vt Peritus aperiat, & declaret singula corpora, & cuiuslibet corporis redditus æstimatos ad effectū, vt Iudex certo sciat, An de corpore euincendo debeatur euictio, & quot quinque, vel quot duo cum vno quarto intrent in redditibus cuiuslibet corporis euincendi.

Quartò. Denique quia potest dari casus quod venditores locupletentur cum iactura
30 Emptoris, † nam nisi petita declaratio sequatur. Emptor non poterit obtinere liberationem à molestijs sibi inferendis,& ab alijs iam illatis super pluribus corporibus, minusque refectionem damni in casu euictionis cum Agentes pro venditoribus allegari possint, sicuti iam allegarunt rem euictam non fuisse in venditione compręhensam, & tantummodo venditum fuisse ius quod habebant, & sic non omnes fructus, sed tantummodo illi, qui ad venditores spectabant, & tamen fortasse Peritus in propria mente compręhendit talia corpora molestata, & molestanda, vel euincenda,necnon etiã omnes fructus indistinctè, & sic etiam non spectantes ad Venditores,
31 vbicumque autem adest interesse, † & altera pars locupletari potest cum alterius iactura semper intrat officium Iudicis ad interrogandum, & cogendum Peritum pro declaratione suæ relationis, *Franc.Aret.in l.age nu.4. versic.aliquis. C.de transact. Surd. consil.*101.*num.*18. *Rota in Parisien. pecuniaria* 21.*Februarij* 1618.*coram bon: mem: Coccino.*

Non obstat, quod res non sit amplius integra. Quia prçterquod obiectum procedit
32 in actibus iudicialibus, † quæ sine iurisdictione non exercentur, non autem in ma-
33 terijs extraiudicialibus † in quibus etiam ex interuallo admi ttitur declaratio, vt probant auctoritates in decisione allegatæ, obiecto diluitur, tùm ob expressam protestationem antecedenter factam pro parte Empto-
34 ris, † quæ efficit, vt res habeatur pro integra quoad eius præiudicium, *Rot.decis.*734.*num.*2.
35 *part.*1.*diuers.* Tùm † quia non procedit quando prout hic declaratio fieri debet Iudice cogente, vt de arbitrio probat *Text. in l. qualem, §.dicere, ff. de recept. arbitr. & in cap. quintauallis de iur. iuran. cum alijs allegatis in decisione §. Pre-*
36 *tered*, † vbi amplius fuit firmatum semper cogi posse vti Testem, *ex Blanch. de compromiss. ibidem allegat.*

Neque obstat generalissima promissio non reclamandi à dicta relatione in prædicto Instrumento stipulata, quia non reclamatur neque impugnatur dicta relatio quoad quantitatem æstimatam,sed solum petitur eamdem relationem perfici,atque compleri in reliquis
37 omissis, & quidem per declarationem, † & aperitionem veritatis ex qua nemini infertur damnum, Emptori verò paratur modus consequendi liberationem à molestijs, & in casum euictionis refectionem damni in quantitate condigna, & certa, nota soli Vannino,
38 qui † nec in talem veritatem aperiendo grauatur cum laborem iam expleuerit quando ex singularum rerum æstimatione vnicam summam maturè, vt in eius relatione asseritur, compilauit,sicuti subditur *in decis. §. Quæ*
39 *fortius*, vltrà quod † adhoc ipse tenetur ratione muneris assumpti, itaut stante protesta-
40 tione sibi pręcedenter facta,† nec etiam obliuionem allegare possit, *Alex. cons.*216.*num.*6. *vers. sed istud lib.*7.

Repetitum obiectum, quod Falconerius consimilem dederit relationem in confuso, sufficienter refutatur in eadem *decis. §. final.*
41 quia † scilicet attendi debet id quod facere debebat, non autem quod ipse fecit, *l. nemo, C.de sent. & interloqunt. Aym.consil.*320.*numer.*5.
42 *Barbos.axioma* 93.*num.*16. † Et si iudicandum esset prout iudicari non debet exemplis, sed legibus,*Barbos.axioma* 26.*num.*3. potius à relatione Appollonij,qui singula,vt par erat, speci-

tificauit esset in iudicando sumendum argumentum.

Et ita ex prædictis aliisque adductis in alia decisione Domini, pro illius confirmatione vtraque parte informante responderunt, &c.

Decisio emanata in has eadem causa sub die 26. Iunij 1652. coram eodem bon. mem. Dunozetto, erit infrà in Miscellan.

R. P. D. ALBERGATO.

Tullen. Matrimonij.

Lunæ 12. Ianuarij 1654.

ARGVMENTVM.

In quolibet iudicio etiam si illud esset de sui natura priuilegiatum, aut causa appellatione remota fuisset commissa post concessam primò loco remissoriam, regulariter ad concessionem secundæ non deuenitur, eo magis si concurrat præsumptio calumniæ, ac timor subordinationis Testium.

SVMMARIVM.

1 *Remissoriæ in eadem causa bis concedi non debet.*
2 *Remissoriæ duplex non conceditur, nec minus si noui producantur articuli.*
3 *Remissoria noua non conceditur publicato processu, & post didicita testificata.*
4 *Remissoria eo minus bis conceditur si causa esset matrimonialis.*
5 *Summarij receptio non impedit quo minus concedatur remissoria, nec operatur processus publicationem.*
6 *Examen nouum denegatur vbi processus originalis fuit publicatus, & traditus parti.*
7 *Publicatio processus non requiritur solemnis ad remissoriæ denegationem, sed sufficit præsentatio depositionum Testium.*
8 *Processus originalis dum deuenit ad manus Procuratoris, vel partis, semper denegatur remissoria.*
9 *Publicatio processus originalis, & traditio summarij longè differunt inter se.*
10 *Remissoria petita post publicationem processus ad euertenda fundamenta decisionis dicitur petita.*
11 *Testes examinari non debent vbi calumniæ insurgit suspicio, ac timor subornationis.*
12 *Examine primò nullo, illud est reiterandum.*
13 *Remissoria denegatur etiam si primum examen fuerit nullum vbi nō super nullitate, sed super irreleuantia vis consistit.*
Examen qui fecit nullum non debet esse melioris conditionis, quam qui validè examinauit. numer. 13.
14 *Terminus nouus ad examinandum concedi non debet vbi primus fuit sæpius prorogatus, & diuturnum tempus elapsit.*
15 *cum Testibus primò loco examinatis censetur facta melior probatio, quæ fieri potuit.*
16 *Terminus nouus ad probandum petitus ad protrahendam causæ expeditionem concedi non debet.*
17 *Testes qui nihil releuantis possint deponere examinari non debent.*
18 *Probationes vbi sunt irreleuantes, & verisimiliter non profuturæ, nec etiam in iudicijs priuilegiatis, aut summarijs admittuntur.*
Amplia, vt num. seq.
19 *Causa matrimonialis celeri expeditione terminari debet.*

DECISIO CCCXXIX.

DELATO ad Vrbem remissoriali processu compilato in hac causa matrimoniali vertente inter Serenissimos Principes D. Ducem Carolum, & D. Ducissam Nicoleam à Lotharingia, eoque diligenter perspecto, ac maturè considerato sub die 15. Ianuarij anni præteriti * fuit vnanimi DD. voto decisum constare de validitate matrimonij, vtpotè inter eosdem contracti adhibitis omnibus solemnitatibus tàm in dispensatione Apostolica, quā in Sacrosanct. Concil. Tridentino præscriptis sess. 24. cap. 1. de reform. Verùm cum ex defectu consensus adhuc impugnaretur à D. Duce Carolo, metumque sibi à Patre incussum probari posse contenderet mediante alia remissoria, ac nouo termino, illa pro repetendis iisdem testibus nulliter, vt censuit Rota, examinatis, hoc autem pro examinandis duobus alijs testibus coram Officiali Parisien. alias inductis, sed ad examen hactenus non adductis; super huiusmodi instantia consulti hodie Domini; nec remissoriam, nec nouum terminum esse concedendum responderunt.

Vrget enim pro denegatione petitæ remissoriæ, ac militat vulgata regula, quod in ea-
1 dem causa † bis non sit concedenda, *Clem. 2. de testib. Farinacc. eo tract. quæst. 77. nu. 30. Senerol. de remiss. cap. 6. num. 2. Scacc. de iud. lib. 2. cap. 8. nu. 181. Rot. coram san. mem. Gregor. XV. decis. 367. num. 2. coram Merlin. decis. 653. num. 2. in recentior. decis. 406. num. 2. part. 2. decis. 235. num. 1. part. 5. decis. 306. num. 7. part. 6.* vbi testantur ita seruari de stylo Sacri Palatij nedum super iisdem
2 articulis, † sed etiam super alijs, quatenus de de nouo producerentur, *Vestr. in prax. lib. 6. cap. vlt. num. 3. Rot. decis. 16. de testibus in nou. coram Buratt. decis. 180. num. 2. & decis. 385. num. 1. & 2. part. 4. recent. in Corduben. decimarum 4. Iunij 1610. coram Sanctiss. D. N. Innocentio X. impressa apud Marches. de commiss. part. 1. fol. 287. num. 1. in Senogallien. successionis 23. Iunij proximè præteriti coram R. P. D. meo Meltio;* præsertim quando, vt hic, petitur, publicato iam pro-
3 cessu, † & post didicita testificata, ac discussas testium depositiones, *c. fraternitatis, vbi communiter DD. de testib. Clem. fin. eo tit. Auth. at qui semel, C. de probat. Rot. coram san. mem. Gregor. XV. decis. 477. num. 1. coram Duran. decis. 137. num. 9. & decis. 146. num. 13. part. 5. recentior. in S. Angeli Lombardorum 26. Aprilis 1641. coram bon. memor. Card. Panzirolo in. Rom. successionis 14. Iulij 1642. coram Reuerendissimo Salamantino,* & in indiui-
4 duo causæ † Matrimonialis fuit decisum in *Florentina Matrimonij 6. Martij 1570. coram Oro-*

dino

dito, & in Ragusina Matrimonij 10. Martij 1578. coram Bubalo; Quidquid enim sit vbi simplex
5 tantum concurrit receptio Summarii, † quæ in Curia ob præsumptam probitatem Procuratorũ non operatur publicationem, vt dixit *Rota coram Card. Seraph. decis. 688. nu. 3. ac in alys congest. in Bergomen. Canonicatus 27. Iunii proximè præteriti §. Non obstat coram R. P. D. meo Bichio*, certum est quod vbi originalis processus, vt in præsenti, fuit publicatus, traditus Parti,
6 quæ † dictis testium perscrutatis causam acriter in Rota discussit, non est amplius indulgendum nouum examen, *Bart. in Auth. at qui semel num. 18.* ibique *Bald. num. 4. in fin. Salycet. ac alij C. de probat. Gabriel de testib. concl. 21. nu. 10. & per tot. Rot. coram san: me: Gregor. XV. decis. 583. num. 2.* vbi quod non est necessaria ad istum
7 effectum solemnis publicatio; † sed sufficit quod pars habuerit liberam facultatem perscrutandi depositiones testium, *Rot. coram Penia decis. 656. num. 5. & decis. 41. num. 4. part. 7. recent. in Monopolitana pensionis 7. Februarij 1648. §. didicita coram R. P. D. meo Bichio*, vbi quod non re-
8 fert an processus originalis† deuenerit ad manus Procuratoris, vel principalis, per *text. in auth. at qui semel, vers. si verò ibi vel aliquis Aduocatorum eius, vel alius pro eo agens, C. de prob. in c. pen. ibi neque per alium de testib.* & distinguendo inter traditionem simplicis Summarij,
9 & † publicationem originalis processus, firmauit *Rot. in Romana dotis 28. Iunij 1651. coram Eminentiss. D. Card. Corrado*; hoc enim casu re-
10 missoriæ petitio† censetur excogitata ad euertenda decisionis fundamenta, *Rot. decis. 381. num. 18. part. 4. tom. 2. decis. 606. num. 6. part. 5. decis. 142. num. 8. part. 6. decis. 31. nu. 7. part. 7. recent. in Mediolauen. bonorum 9. Maij 1597. coram præcl. mem. Card. Hieronymo Pamphilio*, & vehemens
11 insurgit calumniæ suspicio,† ac timor subornationis cuius periculo testes non sunt subijciendi, *d. c. fraternitatis, c. intimauit, c. cum venisset de testib. Clem. 2. eo tit. Surd. cons. 176. nu. 3. Cocc. decis. 20. num. 5. Merlin. decis. 665. num. 6. decis. 41. nu. 1. part. 7. recent. in Vlixbonen. nullitatis professionis 27. Iunij 1646. coram bon: memoriæ Arguelles, in Leodien. dominiorum 7. Febr. 1650. coram R. P. D. meo Verospio, in Pisauren. iocalium 11. Martij eiusdem anni §. secundus coram R. P. D. meo Meltio, & in Reatina Saluiani 18. Martij 1652. in princip. coram me, cum alijs per Adden. ad Buratt. decis. 228. numer. 23.*

Non obstat, quod examen vigore prioris
12 remissoriæ peractum sit † nullum, ideòque debeat reiterari, iuxtà *decis. Caual. 423. num. 2.* Quia id procedit vbi circumscripta nullitate constaret de releuantia depositionum, quæ in præsenti prorsus cessat, quia incussi timoris exceptio à D. Duce Carolo proposita in præcedenti decisione coram me edita, vltrà nullitatem examinis, principaliter refellitur ex eo, quod testes circumstantias, & qualitates metus, & quidem in virum constantem cadentis, vt requiritur, non assignant, neque percutiunt tempus secũdi matrimonii subindè coram D. Episcopo Tulleñ præuia dispensatione Apostolica celebrati, vndè cum vis non stet in nullitate, sed irreleuantia, dene-
13 ganda venit remissoria,† ne sit melioris conditionis qui nulliter, quam qui validè testes examinari curauit, vt in specie aduertit *Rot. in Pacen. Collegii 1. Iulii 1639. coram Reuerendissimo Tarraconen. & in Firmana pensionis 12. Maii 1642. coram R. P. D. meo Bichio*.

Hæc autem, quæ de remissoria diximus, procedere quoque visa sunt quoad nouum terminum, quia præter subornationis timorem ex publicatione processus, vt supra resultantem, obstat eius præfixioni concessa sæpius
14 prorogatio, † ac diuturnitas temporis à die concessæ remissoriæ elapsi, *l. 1. C. de dilat. Cassador. decis. 2. eo tit. Rot. decis. 381. nu. 7. part. 4. to. 2. recentior. in Bononien. fideicommissi de Nascentoris 26. Iunii 1651. coram R. P. D. meo Peutingerio*, & vrget irreleuantia depositionũ 31. testium
15 examinatorum, † ex quibus vti melioribus prælectis cum facta censeatur plenior probatio, quæ potuerit, *Aym. consil. 134. num. 3. Egid. decis. 38. versic. quia præsumitur, Buratt. decis. 23. num. 2. & 3. san: mem: Gregor. XV. decis. 414. nu. 1.* nouus propterea terminus pro examinandis subindè alijs duobus Testibus Parisijs com-
16 morantibus præsumitur calumniose petitus ad protrahendam causæ expeditionem, ideoque venit denegandus, *Egid. decis. 427. per tot. Caual. decis. 208. nu. 4. Duran. decis. 131. nu. 3. & 4. Merlin. decis. 369. num. 1. & decis. 590. nu. 14. par. 5. recent. cum aliis congestis in Barbastren. Decimarum 24. Iunii 1640. §. penultimo coram Reuerendissimo Salamantino, & in Leodien. bonorum 15. Decembris proximè præteriti coram me*, præsertim quia alter ex eis, videlicet Comes de Marcheuilla examinatus ad instantiam D. Ducissæ Niceleæ fassus est, se non adfuisse Nansey de tempore
17 secundi initi matrimonii, † quapropter cum nihil reuelans possit deponere, non est admittendus ad examen. *Gratian. discept. 803. num. 5. Rot. coram Duran. decis. 135. num. 15. coram sanct: mem. Greg. XV. decis. 87. num. 2. coram Card. Millin. decis. 5. num. 1. in recent. decis. 146. num. 8. part. 5. decis. 319. num. 16. part. 6. & in Pampilonen. decimarum de Vssurb. 1. Iulij 1650. §. & propterea coram R. P. D. meo Celso.*

Nec refragatur, quod causa hæc remota appellatione sit commissa, quia vbi probationes sunt irreleuantes, & verisimiliter non profuturæ, ac alijs defectibus superius recen-
18 sitis obnoxiæ, † in iudicijs quantumuis Summarijs, & priuilegiatis non sunt admittendæ, *Menoch. de arbitr. q. 34. num. 3. & 4. Gabr. de testib. quæst. 21. num. 16. Farinac. eo tract. quæst. 75. nu. 83. & 85.* eoque minus quando agitur de causa
19 matrimoniali,† quæ celeri indiget expeditione, *Rot. coram Verall. decis. 58. num. 9. part. 3. coram san: mem: Gregor. XV. decis. 239. num. 2.*

Et ita decisum vna tantum Parte informãte, altera verò 17. citationibus lacessita, ac sæpius monita, & informare recusante.

☞ *Decisio ista facta in hac eadẽ causa sub die 15. Ianuarij 1653. coram eodem R. P. D. Albergato est supra decisio 344. in hac eadem par. 11. recent.*

REVERENDISSIMO P. D. MELTIO.
Postcà Episcopo PAPIEN.

Tiburtina Castri S. Angeli.

Veneris 26. Ianuarij 1654.

ARGVMENTVM.

Ardua, & plerumque in praxi reiecta dispositio *l. Commissoria*, in præsenti decisione discutitur ad interpretationem contractus assignationis fructuum Creditoris fauore celebrati, quod ille in casum, & euentum molestiarum possit in venditionem transire, cum per actum huiusmodi eo tantum casu sustineatur, quo venditio sic sub conditione concepta iusti, & legitimi pretij quantitatem agnoscat.

SVMMARIVM.

1 *Pactum præseferens speciem*, l. Commissoriæ, *reprobatur à iure.*
2 *Pactum*, l. Commissoriæ, *nec iuramento, nec consuetudine roboratur. & num. 3.*
4 *Pactum*, l. Cõmissoriæ, *dicitur etiam si fuerit contractum per formam* d. l. similem.
5 *Pactum*, l. Commissoriæ, *dicitur illi simile, quando est eiusdem rationis, vel in fraudem*, d. legis.
6 *Pactum*, l. Commissoriæ, *dicitur quibuscumque verbis illud fiat siue in casum non solutionis, siue in casum molestiarum.*
Pretij iniquitatem, & iniustitiam vbi pactum continet, semper dicitur pactum, l. Commissoriæ, *num. 6.*
Ratio, l. Commissoriæ, *cessat in datione in solutum, & venditione fructuum, & ex alijs, sed vide num. seq. vbi contrarium.*
8 *Contractus dationis in solutum non dicitur vbi temporaliter tantum bona creditori assignantur ad effectum scilicet sibi satisfacien. ex fructibus.*
9 *Fructuum temporalis assignatio congruit natura cõstituti pignoris. & suprà num. 8.*
Datio in solutum operatur extinctionem debiti, & liberat debitorem. num. 9.
10 *Bona si fuissent in solutum data nequaquam fuisset conuentum de illis restituendis.*
Bona creditori assignata vsufructuanda cum pacto quod post certum tempus censeantur, vel vendita, vel in solutum data subsint ne pacto, l. Commissoriæ. *num. 10.*
11 *Datio in solutum excluditur per reseruationem dominij penès dantem, & pignoris contractus arguitur.*
12 *Verba*, dedit, transtulit omne dominiũ, &c. *licet dominij translationem importent adaptantur etiam ad pignoris assignationem.*
13 *Dominium aliud vtile, aliud directum.*
14 *Dominij translatio in contractum pignoris, refertur ad possessionem, & perceptionem fructuum.*
15 *Periculum fructuum regulariter spectat ad Dominum.*
16 *Translatio periculi fructuum in emptore dicitur superflua in contractu emptionis.*
17 *Pactum*, l. Commissoriæ, *semper improbatur sine in limine contractus, siue postea fuit stipulatum, & num. seqq.*
18 *Pactum*, l. Commissoriæ, *etiam in dote procedit.*
21 *Pactum non dicitur appositum ex interuallo, si eodem reperiantur Instrumento.*
22 *pro Iniustitia pacti*, l. Commissoriæ, *inficit quod præiudicium possit verisimiliter debitori contingere.*
23 *Datio in solutum nisi fiat producto pretio nunquam euitatur pactum*, l. Commissoriæ.
24 *Pignoris, & venditionis contractus simul fieri impossibile est.*
25 *Contractus pignoris realiter celebratur per assignationem fructuum, licet possit deindè in venditionem transire.*
26 *Retrotractione dominij non admittitur Domini duo in solidum vno eodemq; tempore esse non possunt. num. 26.*
27 *Venditio cõcepta in certum casum ante illum locum habere non potest.*
28 *Clausa*, ex nunc prout ex tunc, *adiecta contractui conditionali non operatur retrotractionem, & quando. & num. seq.*
30 *Verba*, casu quo, etiam, & in euentum prædictum, *restringunt dispositionem ad casum expressum.*
31 *Dispositio*, legis curabit, C. de actionib. empt. *procedit solum fauore venditoris, non autem simplicis Creditoris.*
32 *Interpellatio in Vidua consequi volente fructus suæ Dotis procedit etiam vigore Statuti Vrbis antiqui.*
33 *Hæredes non certiorati de debito Dotis defuncti ad fructus non tenentur.*
34 *Fructus Dotis non debentur pendente assignatione facta de perceptione fructuum.*
35 *Pactum quandoque non operatur nisi volente eo, in cuius fauore fuit conceptum. & num. seq.*
37 *Reseruari non potest Ius quod non extat.*
38 *Facultas aliquid faciendi quando transeat ad successorem.*
39 *Deuolutio non declarata à defuncto non potest acceptari per hæredem.*
40 *Dictio*, ipsi, *& expressio nominis proprij operantur dispositionem personalissimam.*
41 *Nomen proprium iunctum Dictioni*, ipsi, *eque demonstrationem, ac restrictionem importat.*
42 *Pactum personale non transit ad hæredem.*
43 *Districtiua locutio operatur exceptionem in casu omisso.*
44 *Ignorantia facti præsumitur in successionibus.*
45 *Dolus, & culpa non consideratur in hærede, qui fuit facti ignarus.*
46 *Pacto locus esse non potest non purificata conditione.*
47 *Stipulatio pœnalis defuncti etiam pœnalis transit in hæredem, siue scienter, siue ignoranter.*
48 *Dolus, & culpa sine licentia in hærede cadere non possunt.*

DECISIO CCCXXX.

Ex duobus potissimum fundamentis resolutum alias fuit non constare de re iudicata, nec esse locum executioni Sententiæ latæ ad fauorem Excellentissimi Domini Ducis Bracciani super reintegratione ad possessionem

nem controuersi Castri Sancti Angeli, scilicet ob defectum legalitatis Instrumenti Anni 1504. super quo dicta Sententia nitebatur ex rationibus adductis *in prima decisione emanata coram me sub die* 18. *Iunij* 1646. & ob purificationem pacti in eodem Instrumento appositi, quod in euentum molestiarum d. Castrū censeretur venditum, super quo fuit restricta difficultas in repropositione causæ sub die 20. Maij 1648. cuius pacti validitas firmata fuit in *secunda decisione emissa sub die* 11. *Martij* 1650. Reproposita hodie causa ad instantiam præfati Excellentissimi Domini Ducis Bracciani. Ex nouiter deductis DD. censuerunt dictum pactum minimè obstare, & ita in hac parte à decisis recesserunt quod de reliquis particulariter videatur.

Ratio resolutionis fuit, quia dictū pactum, quod in euentum molestiarū inserendarum per Ioannem Iordanum, illiusque hæredes ex nunc, prout ex tunc Castrum controuersum assignatum Alphonsinę censeretur venditum pro pretio illius summæ, in qua apparebit
1 Creditrix, † tanquam præseferens in effectu speciē, *l. Commissoriæ*, reprobatur a iure, & sustineri non potest ob expressam tam iuris Cęsarei, *in l. final. C. de pact. pignor.* quàm Iuris Canonici *in cap. significante de pignor. resistentiam, & ibi cōmuniter Doctores, & Canonista, Negusant. de pignor. part.* 4. *princip. num.* 2. *Honded. cons.* 31. *num.* 1. *lib.* 1. *Mantica de tacit. lib.* 11. *tit.* 9. *num.* 2. *cum seqq. vers. in pignoribus autem, Gait. de credit. cap.* 4. *quæst.* 9. *num.* 1102. *vers. ad secundum, Surd. decis.* 249. *nu.* 11. *vers. pactum autem, Rota in recent. decis.* 422. *nu.* 6. *part.* 4. talemque pactum adeò graue, durum, & odiosum reputatur, vt nec
2 minus vlla contraria cōsuetudine, † vel etiam iuramento confirmari valeat, vt respectu cōsuetudinis, firmat *Bald. in l.* 2. *num.* 4. *vers. tertij dicunt in fine, C. quæ sit longa consuetudo, Negusantius de pignor. dicta part.* 4. *nu.* 5. *Surdus d. decis.* 248. *Ciriacus controuers.* 393. *num.* 13. Respectu verò
3 iuramenti tenet † *Mantica de tacit. dicto lib.* 1. *titul.* 9. *num.* 13. *vers.* 7. *extenditur, Tiraquel. de retract. conuent. in fin. numer.* 119. *Couarr. variarum resolut. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 7. *Gabriel consf.* 74. *num.* 29. *vers. Iuramentum igitur lib.* 1. *Ciriacus dicta controuers.* 393. *nu.* 11. *&* 12. *Faber de error. pragmat. decad.* 21. *num.* . . . *error.* 8. *num.* 4. *Barbosa in dicto c. significante de pign. Gutier. de iuramento confirmat. part.* 1. *cap.* 33. *num.* 5. *& seqq.* Neque ad incurrendam d. pacti asperitatem requiritur, quod
4 conuentum sit secundum formulam, † *l. Commissoriæ*, sed sufficit, quod sit secundum formam illi similem, *l.* 1. *vbi Bartolus, Baldus, & Angel. C. de pact. pignor. Tiraquellus de retract. conuent. in fin. num.* 118. *Bero. cons.* 204. *nu.* 14. *vol.* 1. *Couarruuias variarum resolut. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 7. *vers. & præterea*, vbi intelligit pactum esse simi-
5 le † quando est eiusdem rationis, vel quando est factum in fraudem, *l. Commissoriæ, Surd. dicta decis.* 422. *num.* 11. *Modernus de pignor. lib.* 4. *titul.* 4. *quæst.* 123. *num.* 27.

Hinc patet de irreleuantia rationis adductæ pro parte Serenissimi Ducis Parmæ ad euitandum huius pacti inualiditatem, vt ex eo, quod conceptum fuit in casum molestiarum, non possit dici pactum, *l. Commissoriæ*, quod stipulari solet quatenus debitum certa die
6 non soluatur, † quia siue verbis directis, siue obliquis, & siue in casum non solutionis, siue in casum molestiarum pactum fiat, semper improbatur quando, prout infrà ostendetur, continet eamdem rationem prohibitionis, nempè iniquitatem, & iniustitiam pretij ex probatis per *Leotard. de vsur. quæst.* 70. *numer.* 17. *vers. vtraque forma, Couarruuias variarum resolut. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 8. *Surdus decis.* 248. *num.* 19.

Huius neque pacti inualiditas saluari posse visa fuit ex triplici responsione data in dicta *secunda decisione huius causæ coram me emanata* à §. *Neque obstare visum fuit vsque ad* §. *finalem*,
6 quod † scilicet non versemur in Contractu pignoris, sed dationis in solutum, & venditionis fructuum, quod dictum pactum non fuerit conuentum de tempore contracti debiti, sed longè postea, & demum, quia concurrente Iustitia pretij, ex quo pro credito scutor. vigintiquinque millium, quod aptum erat reddere annua sc. 1250. venditum fuerit Castrum annui redditus scutorum 480. cesset propterea ratio, ob quam pactum, *l. Commissoriæ*, in pignore improbatur; singulæ enim ex his responsionibus rectæ pōderatæ vim obiecti sufficienter tollere visæ minimè fuerunt.

Respectu enim primæ, cum Castrum assignatum Alphonsinę Creditrici fuerit illi traditum temporaneè possidendum, donec ex fructibus illius ea integraliter satisfacta remāsisset reseruato penès DD. de Vrsinis tradentes directo dominio, & proprietate, & addita conuentione, quod statim secuta satisfactio-
8 ne in ipso † instanti Castrum reuerti deberet ad eosdem tradentes, vtique contractus huiusmodi non dicitur dationis in solutum, vel emptionis, & venditionis, sed simplicis traditionis in pignus, *l. Caius Seius* 39. *ff. de pig. act.* quia verè temporalis illa fructuum assignatio congruit constitutioni pignoris, non autem
9 venditioni in solutum, † quæ principio debiti extinctionem inducit, ac debitorem liberat, *Bart. in l. Si quis aliam, ff. de solut. in princip. Surd. consil.* 243. *num.* 7. *ad med. vers.* 4. *ostenditur*, vbi rectè in similibus terminis pōderat, quod
10 si bona fuissent data in solutum, † nequaquā fuisset conuentum de illis restituē, *Alexand. cons.* 178. *in princip. & num.* 1. *lib.* 7. Loquens in terminis propositi casus, ac firmans pactum, *l. Commissoriæ*, dici, quando bona alicui assignantur vsufructuanda, cum pacto, quod si intra certum tempus debitum non soluatur, illa censeantur, vel vendita, vel in solutum tradita, *Guidopap. consil.* 81. *num.* 1. *& seqq. Lanc. Gall. consf.* 49. *nu.* 17. *cum seqq. Rot. in recent. dec.* 261. *num.* 16. *&* 17. *part.* 7. *& in Romana Subbastationis de Alexijs* 15. *Februarij* 1647. *&* 11. *Martij* 1648.
11 *coram R. P. D. meo Cerro*, † & reseruatio illa Dominij penès dantem excludit pernecesse dationem insolutum, & tanto magis arguit pignoris contractum, *Rota in Bononien. Litterarum Cambij coram R. P. D. meo Verospio inter impressas post Modern. de pignor. decis.* 146. *n.* 11. *&* 12.

Nihilque refert, quod assignatio facta fuerit per illa verba, *dedit, cessit, transtulit, insolutum transferens omne dominium vtile dicti Castri*, quia exinde inferri non potest contractum fuisse potius venditionis, vel dationis insolutum, quàm pignoris, nam licèt dicta verba regulariter, ac vbi subiecta materia patitur importare soleant dominij translationem, ac datio-
12 nem insolutum, † attamen hoc minimè operantur, quando prout hic, subiecta materia repugnat, cum assignatio facta fuerit de solis fructibus, atque temporaliter, vsque ad integram crediti satisfactionem, tali namque casu adaptantur, etiam pignori, nec immutant naturam ipsius contractus, *Socc. sen. cons. 93. nu. 3. lib. 1. Surd. consil. 243. sub n. 7. Crot. cons. 93. nu. 11 cum alijs allegatis in dicta Romana Subbastationis de Alexijs 15. Febr. 1647. §. 1. circa fin. coram R. P. D. meo Cerro*.

Præterea cum duplex sit dominium, aliud directum, nempe proprietatis aliud vtile, sci-
13 licet possessionis, & vsusfructus, & hypothecę iuxta distinctionem traditam per *Bald. in l. proprietatis, C. de probat.* inde sequitur, vt translatio dominij vtilis, de qua fit mentio in dicto contractu assignationis verificari debeat in
14 solo dominio possessionis, † ac perceptionis fructuum, quod propriè conuenit assignationi in pignus, vt in his terminis respondit *Rota in Romana Officij 31. Ianuarij 1628. coram bon. mem. Pirouano, in recent. decis. 140. nu. 7. & 8. par. 5. & in d. Romana Subbastationis de Alexijs 11. Martij 1648 §. Quia præter quod*.

Neque pro interpretatione contractus venditionis, seù dationis insolutum vis fieri potest in eo, quod periculum fructuum translatum fuerit in creditorem, cum tamen si contractus fuisset pignoris, illud spectare debuisset
15 ad debitorem. † Tùm quia huiusmodi assumptum non subsistit in facto: immò contrarium colligitur ex ipso assignationis Instrumento, in quo expresè conuentum legitur, vt in casum Belli, aut alterius impedimenti fieret tantùm imputatio eorum fructuum, qui actualiter percipi potuissent. Tùm quia ex eadem conuentione arguitur potius assignatio in pignus. Nam si verè contrahētes intellexissent contractum venditionis stipulati, superflua omninò fuisse dicta periculi
16 translatio; † quæ ex propria natura contractus inerat; in puncto *Surd. dicto cons. 243. n. 16. & 26. cum sequentibus*. Tùm denique, quia contrahentes fructus ex dicto Castro percipień liquidarunt in annuis ducat. 480. donando si quid plus ex eo perceptum fuisset, quare dicta periculi translatio censetur adiecta compensandi causa maiorem illam quantitatem, quæ forsan percipi potuisset ex dicto Castro vltra summam conuentam dd. ducat. 480.

Secunda verò decisionis responsio, quod scilicet pactum *l. commissoria*, non improbetur quando non fuit stipulatum de tempore contracti debiti, sed longè postea ex auctoritatibus in dicta decisione allegatis sub §. *Præterea*,
17 nec pariter vllius releuantiæ visa fuit. † Quia verior, & communior est Doctorum opinio, quod huiusmodi pacta à iure improbentur; siue illa conuenta fuerint de tempore contracti debiti, siue ex interuallo, ita post *Alberic. & alios tenent, Couar. variar. resolut. lib. 3. cap. 2. num. 8 vers. tertio*. Hinc etiam firmant contrariam Bartol. & aliorum opinionem falsam esse, *de vsur. in l. 2. C. de pact. inter emption. & vendition. tom. 2. num. 18. Rouasch. in addit. ad consil. Alex. 178. litt. C. in fin. lib. 7. Franc. Marc. decis. 156. num. 4. vers. ista rationes part. 2. Ar. Pinell. de resciss. vendit.*
18 *par. 2. cap. 1. num. 30.* † amplians id procedere etiam quando constituenda, vel restituenda dote alicuius mulieris agitur, & sequitur *Cald. de empt. cap. 12. num. 19.* cum alijs pluribus; quos refert, & sequitur *Leotardus de vsuris q. 76. num. 2. cum seqq.* vbi refutantur contrarij *Faber. in C. lib. 8. tit. 3. definit. 2. & idem Faber. de error. pragmat. decad. 21. error. 2. per tot.* & omnes mouentur ea ratione, quod eadem causa prohibitionis, quæ militat in pacto, *l. commissoria*, conuento in limine contracti debiti; militat
19 etiam in pacto apposito ex interuallo, † quia non minori necessitate prẹmi quis dicitur; pro subuenień suis indigentijs, pecunias mutuo recepit, quam cum aduenta die solutionis illas restituere cogitur, vtroque namque casu legem, quam indicit creditor licet durā,
20 & asperam debitor subire non recusat. † Et quamuis non desint qui tale pactum ex interuallo appositum substineri velint saltem ad effectum retinendi, & excipiendi, licèt non ad effectum agendi cuius sententiæ fuerunt *Bart. Tiraquell. Mant.* & alij in decisione allegati, istorum tamen opinio non videtur aliter accipienda; quam in casu, quo cessaret asperitas, ac violentia in creditore, fraudisque, ac doli suspicio, & ita quando venditio facta esset pro vero, & iusto pretio, vt sensit idemmet *Bart. in l. Titius, sub num. 1. vers. aut fit pactū, ff. de pignor. act.* & aduertit etiam *Couarr. in dicto cap. 2. sub num. 8. vers. 3. hinc etiam, & vers. 4. & vltimo*. Vltra quod nec potest dici ex interuallo, dum fuit appositum dictum pactum in
21 eodem Instrumento, in quo D. Ioannes Iordanus recognouit se debitorem, & in satisfactionem debiti cessit dictos fructus Castri, sed potius dicitur incontinenti, *Alex. cons. 178. n. 3. & 6. in fin. lib. 7. Lancell. Gall. d. consil. 49. num. 16. vers. conuentio hæc.*

Maior itaque difficultas ad tertiam decisionis responsionem reduci visa fuit, dum in ea iustitia pretij firmatur ex illo fundamento, quod cum creditum Alphonsinæ calculatum in summa scutorum vigintiquinque millium actus esset recedere scuta annua 1250. iuxta *gloss. in authen. præterea, verb. iusta, C. de sacrosanct. Eccles.* ideo illud non solum æquaret, sed etiā excederet valorem Castri, cui annui redditus firmati tantùm fuerant in annuis ducatis 480. Verum cum assumptum hodie tollatur ex facto, ideo, & decisionis responsio corruit.

Non enim subsistit, quod creditum Alphonsinæ de tempore assignationis illi factæ, esset scutorum vigintiquinque millium, vt supponitur in decisione, cum verè de eo tempore esset tantum creditrix ducatorum 16. m.

de

de carolenis, occasione suarum dotium, ac Antefati, & aliorum ducat. 9. mill. de carolenis, occasione dotis Catharinæ eius matris, qui redacti ad monetam currentem iuliorum decem pro scuto, summam scut. 21. mill. non excedunt. Præterea ab anno 1504. quo facta fuit assignatio Castri vsque ad annum 1538. quo illatæ fuerunt molestiæ intercesserunt anni 24. quibus cum Alphonsina continuò in possessione dicti Castri steterit, fructus pacificè percipiendo, inde apparet, quod calculando fructus ad rationem conuentam annuorū ducatorum 480. ea vsque ad dictum annum 1538. exegerit scuta 16. mil. circiter, vnde creditum valdè diminutum remansit, ac fuit redactum ad scuta 5000. tantùm, quæ propterea non iustum, immò potius iniustissimum pretium d. Castri constituunt. Addito etiam quod quamuis potuisset euenire casus contrarius, vt nempè molestiæ superuenissent tempore quo creditum Alphonsinæ æquasset iustum pretium Castri, adhuc ex hoc pacti iniquitas minimè euitaretur, quia poterant etiam superuenire molestiæ in vltima die sa-
22 tisfactionis crediti, vel paulò ante, † & pro illius iniustitia sufficit, quod casus, & præiudicium potuisset verisimiliter debitori contingere, prout cum effectu contingit, iuxta doctrinam *Bartol. in l. inter stipulationes, §. Sacram, num. 7. ff. de verb. oblig. Guidopap. consil. 81. & Lancellot. Gall. cons. 49. per tot. Modern. Forolin. de pign. lib. 4. tit. 4. quæst. 123. num. 7. & 8.* & ideò pro cau-
23 tela datur, † quo in similibus casibus fiat specifica mentio, vt datio in solutum intelligatur facta pro iusto pretio, alias dictum pactū, in pignore reprobatur, *Cyriac. contron. 393. nu. 5 & seqq. Surd. decis. 248. num. 19. circa finem, versic. si cum dictum sit, Leot. de vsuris d. quæst. 70. num. 17. vers. at verò.*

Neque dicta debitoris læsio, & pretij iniustitia tollitur ex eo, quod purificata per aduentum molestiarum venditione, dominium Castri censeatur retrotractum in Alphonsinam perinde, ac si illa purè à principio stipulata fuisset, & consequenter fructus medij tēporis, vti percepti, non ex titulo pignoris, sed dominij non imputentur in sortem, sed Alphonsina illos suos fecerit. Quia DD. habuerunt pro impossibili, quod in ipso actu stipu-
24 lationis p gnus, † & venditio simul contrahi potuerit, cuasisset enim implicantiam, & expressam contradictionem talis conuentio, si dum agebatur de assignatione in pignus, venditio eiusdem pignoris, vel purè, vel conditionaliter facta intelligitur; *ad text. in l. vltima, princip. C. de contrah. emption.* quem ad propositum expendit *Leotardus de vsuris quæst. 70. nu. 6. vers. existimabat enim, & num. 7.* Cum itaque vterque cōtractus non potuerit esse in dispositione de tempore stipulationis, & ideò venditio collata fuerit in futurum tempus aduenientis conditionis. Vtique dicendum venit, quod contractus in sui origine realiter importet pignus iuxta naturam temporalis assigna-
25 tionis fructuum, † causaliter verò venditionem, à die tamen purificatæ conditionis absque vlla retrotractione, *Gabr. cons. 74. lib. 1. n. 12 vers. sin ponamus, Guidopap. consil. 81. num. 3. Lancell. Gall. consil. 49. num. 19. & 20. Leotard. de vsur. quæst. 89. num. 19.*

Præterea obiectum retrotractionis, ob purificatam conditionem tanto minùs applica-
26 tur. † Quia quicquid sit retrotractione simplicis obligationis personalis, vel hypothecæ, quando prout hic agitur de retrotractione dominij, illa non admittitur, ne inueniantur vno, eodemque tempore duo domini insolidum, vnus verè, & alter fictè, *Baldus in leg. 1. num. 10. vers. respondeo in dominio, C. an seruus ex suo fact. &c. & ibi Salic. num. 1. in fine, vers. nec respectu dominij, Iason. in leg. si filius familias, num. 2. circa med. ff. de verb. oblig. Cost. de retrotract. effect. 4 cap. 10. num. 2. & prius cap. 8. cas. 20. num. 19. Alex. consil. 128. numer. 4. versic. immo etiam, volum. 6. Marcobrun. consil. 31. num. 18. Altograd. consil. 13. num. 23.*

Accedit vlterius, quod dictæ prætensæ retrotractioni resistit, ac repugnat omnino ipsa mens, & intentio cōtrahentium etenim dum ipsi expressè conuenerunt, quod creditum Alphonsinę extingueretur ex fructibus donec molestiæ sequerentur, illisque sequutis fieret venditio pro ea summa, in qua creditrix apparebit, sic denominando illam Emptricem
27 in euentum prædictum; † inde clarum redditur ipso noluisse, quod Alphonsina fructus medij temporis faceret suos, nec venditio antea perficeretur, quam in ipso instanti molestiarum, vt benè firmat *Lancell. Gall. d. consil. 49 numer. 20. cum seqq. & Leotardus vbi supra dicta quæst. 70. num. 17. cum seqq. & signanter numer. 49. 57. & 63.*

Neque contrariam interpretationem suadet clausula ex *nunc*, prout ex *tunc*, in Instrumento assignationis apposita, quæ ponderata fuit in alia decisione pro inducenda retrotra-
28 ctione, † nam vbi illa prout hic, adiecta reperitur contractui conditionali non solet habere vim retrotractiuam, nec parit suum effectum, nisi à die purificatæ, & existentis conditionis, *ad tex. in Clem. prima, vbi gloss. verb. ex tunc, de præbend. Honded. consil. 18. ex num. 43. lib. 2. Marcabr. cons. 31. per tot. & præsertim ex num. 3. cum seqq. Paris. consil. 32. num. 17. versic. quibus non obstat, lib. 4. Modernus Lusitan. de clausul. claus. 61. num. 4. in fine,* & firmauit *Rota coram Put. decis. 186. lib. 2. in recent. decis. 12. num. 44. part. 6. ac in Signina Castrorum 13. Nouembris 1623. coram bon. mem. Coccino, confirmata coram eodem 4. Februarij 1631. post Fenzon ad Statutum Vrbis decis. 131. §. Vlterius,* & in terminis acquisitionis fructuum pendente
29 conditione perceptorum, † quod dicta clausula, *ex nunc*, non operetur retrotractionem, consuluit *Menoch. consil. 946. num. 34. & 35. Curt. iun. consil. 74. num. 8. & consil. 76. num. 5. Altograd. d. cons. 13. num. 24. vers. meritò Salgad. in tract. Laberint. creditor. par. 2. cap. 21. num. 42. & 43.* quod eo magis procedit, dum post dictam clausulam adiecta leguntur verba illa, *casu quo creditores, aut alter ex eis molestentur,* & paulò inferius
30 ibi, † *in euentum prædictum,* quæ verba conuentam dationem in solutum, seu venditionem

ad

ad casum expressum molestiarum, restringũt, & à die tantum illius purificationis operãtur, *Menoch.d.consil.946.num.4. Cephal.cons.153.n.21 lib.2. idem Modernus Lusitanus de claus.d.claus.61. num.5.*

Neque ad tollendam pretij iniustitiam quidquam suffragatur id, quod secundo loco particulariter ponderabatur à Scribentibus pro Serenissimo Duce Parmæ, scilicet creditum Alphonsinæ fuisse fructiferum, siue ex dispositione, *l.curabit, C.de act. empt.* siue quia erat dotale, ideoque redditus Castri ab eo perceptos cedere prius debere in causam dictorum fructuum, & deinde in extinctionem sortis, quæ propterea de tempore purificatæ conditionis ferè in nihilo diminuta esset.

Quia dispositio *d.l.curabit,* habet locum fauore venditoris, qui rem fructiferam tantum-
31 modo vendidit non recepto pretio, † vnde ea non iuuatur Alphonsina, quæ nullam rem fructiferam vendidit, sed erat simplex creditrix suæ dotis, *Rota in Romana fructuum Census 16.Nouembris* 1648. *coram R.P.D.meo Verospio.*

Sic nec qualitas crediti dotalis suffragatur, vt iuxta dispositionem Statuti antiqui tunc
32 vigentis illud fructiferum dici possit, † nam *lib.1.cap.78. & lib.4. part.1. cap.20.* decernebat alimenta Viduæ vnica citatione præcedente, si in mora soluendi dotem fuissent debitores eiusdem. Vnde tunc etiam interpellationem fuisse necessariam, dixerunt *Luca Pet. in praxi lib.4.cap.8.num.5. & Rota coram Penia dec.1206. num.11. par.2.* de præterito ante assignationem non est tractandum, quia verisimiliter præseruati fuissent in Instrumento, & quia hære-
33 des non tenebantur, † dum non constat certioratos fuisse de debito defuncti dotis promissoris, *Peregrin.consil.38.num.9.lib.2. Menoch. cons.641. num.21. Surd.consil.240. num.9. & seqq. Rota decis.18.num.4.& 5. par.8. recent. & in Romana Saluiani 4.Decembris 1643. cor. R.P.D.meo Verospio, §.Demum.* De futuris verò neque de-
34 bita videntur, cum hæredes statim fecerint assignationem prædictam. Vnde in nulla mora constituti videntur, & pactum non est adiectum, vt debeantur pendente perceptione fructuum, prout fuisset necessarium, *ex tradit per Gregor. decis.573. num.6. & in Romana Crediti dotalis 13. Martij 1645. coram Reu. P. D. meo Verospio.*

Cæterùm non solùm ex iam adductis, sed ex alia etiam ratione Domini dictum pactum substineri minime posse existimarunt, quia cum de tempore illatæ molestiæ nulla facta fuerit declaratio pro parte DD. de Medicis successorum Alphonsinæ, prout ad hunc effe-
35 ctum requirebantur † ex quo similia pacta non solent operari, nisi volentibus, ac declarantibus illis, quorum fauorem respiciunt, *l.1. §.inde quæ visum, ff.de non oper. nunc. l.si sponsus, §. si quis rogatus, ff.de donat. inter vir. & vxor. l.2. ff.de leg.commiss. Rota coram Seraph.decis.650. num.1. vers.tamen cum hæc resolutio, coram Caual. decis.70. n.3.& 4. coram Buratto decis.54.nu.14. & 15. coram Coccino decis.40.num.6. vers.ad effectum, in recent.decis.422.nu.2.& 3.par.4.* vbi am-
36 pliatur id procedere quamuis pactum ipso iure operaretur, *& decis.109.num.6. par.7.* Immò ex reseruatione iurium facta in sententia Pauli Tertij ad fauorem DD. de Vrsinis, in petitorio colligitur DD. de Medicis noluisse vti dicto pacto, quia eo purificato, si vti voluissent
37 nullum † ius reseruabile remanebat, *l.2.ff.de vsufruct. cap. super denunciat. Crauett. consil.226. num.6. Menoch.cons.713.num.5.* Vtique non potest dici commissa stipulatio venditionis, non quidem de tempore illatarum molestiarum deficiente dicta declaratione, nec minus hodie quo modernus Serenissimus D. Dux in iudicio coram me pendente super restitutione
38 in integrum de tali pacto opposuit, † quia facultas faciendi huiusmodi declarationes, & acceptationes non transit ad successores, *Menoch.cons.1163.num.33.ad med. & seqq.lib.12. Rot. decis.361. num.6. versic. his accedit, & decis.362. num.1.post med. par.4.diuers.* exemplo eius, quod dicitur de domino directo bonorum emphyteoticorum, qui si priusquam decedat deuo-
39 lutionem non acceptauerit, † hæres non potest ad deuolutionis pœnam agere, *l.1.C.de iure emphyt. Alexan. consil.173.num.3.lib.4. Cephal. consil.25.num.4. Ruin.143.num.14.lib.1.*

Eoque minùs virtute dicti pacti iuuari possunt successores Alphonsinæ, quia illud appa-
40 ret personaliter conceptum fauore Alphonsinæ propter dictionem, *Ipsi,* & expressionem nominis proprij *Alphonsina*, quæ faciunt pactum personalissimum, & non transitorium ad hæredes, nisi expressè illi nominentur, vt in terminis dictionis, *Ipsi,* appositæ pacto, dixit *Bald.consil.304.num.1.lib.5. Natta consil.163.n.8. Cephal.consil.352.num.8. & pluribus seqq. Bursat. consil.131.num.38. Ruin. consil.167.numer.3.lib.1. Menoch.consil.29.nu.26. Giouagn. respons.97.n.22. in fin.lib.1. Rota in recent.decis.619.num.3.par.1.& decis.459.num.34.par.5.*

Neque releuant ponderata in decisione pro
41 extensione dicti pacti ad hæredes, & primo quod nomen proprium Alphonsinæ stet potiùs demonstratiuè, quam taxatiuè. Nam quando prout hic cum nomine proprio concurrit etiam dictio illa personalis, *Ipsi,* benè conuenit, quod demonstretur persona, & limitatiuè demonstretur, ad tradita per *Berou. consil.88.num.10.lib.1.* ac firmauit *Rota in recent. decis.396.num.4.*

Hinc insurgit responsio ad aliam rationem in contrarium ponderatam, quod pacta de sui
42 natura sint ad hæredes transitoria, † quia hoc non procedit in pactis personalibus, vt in hoc proposito benè respondet *Cephal.cons.252 num.32.*

Neque ex eo, quod Notarius in parte actiua acquisitionis Castri stipulationem conceperit pro hæredibus, & sic realiter inde inferri valet, vt in passiua respectu molestiarum inferendarum pro eisdem hæredibus conce-
43 pta dici debeat, † quia immo talis discretiua locutio maiorem personalitatem conuincit, ac operatur, vt in ea parte, in qua non sunt expressim nominati hæredes ipsi non possint intelligi comprehensi, sed potiùs exclusi, vt

benè

benè in terminis arguunt *Bursatt. consil.131. num.49. Menoch.consil.111.num.39. cum seqq. Paris.consil.5.num.5. vol.1. Natta consil.164.num.1. Rota in recent.decis.359.num.37.vers.tertio denique, & decis.360.num.33.par.5.*

Ratio autem illa pariter in decisione ponderata, quod dictum pactum tamquam appositum pro maiori cautela, & securitate exactionis crediti habeat causam successiuam, & ita sit reale tollitur ex alia fortiori ratione, quæ est, vt si dictum pactum pro tali admitteretur tanto magis illud iniquum, & asperũ redderetur, ex quo longiori tempore posset purificari conditio molestiarum inferen̄ hæredibus.

Denique pro maiori dicti pacti irreleuantia, consideratum fuit etiam, quod ad illius purificationem, requiruntur molestię ex facto vel culpa dolosa ibi facto dolo, vel culpa, cũ autem molestiæ illatæ fuerint non à Ioanne
44 Iordano promittente, sed à Francisco, † & Hieronymo successoribus, in quibus ignorãtia dicti pacti præsumitur, *l.qui in alterum, ff. de regulis iuris, l. eius qui, ff. si cert.petat.* & tradunt *Doctores in l. qui Roma, §. duo fratres, ff.de verb.*
45 *oblig. Rota coram Greg.decis.511.num.28.* † non potest in illis cõsiderari aliquis dolus, vel culpa, *l.si defunctus, ff.de procurat. l.generali, C.de tabul.lib.10. l.ex maleficijs, §. 1. vers. longè minus de act.& obligat. Rimin.iun.cons.470.num.35. Cephal. consil.390.num.11. Rota coram Greg.XV. decis.68.*
46 *num.9.* & consequenter † nec potest esse locus dicto pacto, *leg. 3. §. si quis ignorans, ff. ad Senat. Cons. Silanum, Cranett.cons.6.num 73. Cephal. d. cons.390.nu.11.lib.3. vers.& est generale, Menoch. cons.825.num.14.cum seqq.*

Demum non afficit, quod stipulatio defun-
47 cti etiam pœnalis committatur, † siue hæres sciuerit, siue ignorauerit, *ex text.in l. filius familias 49. §.in hac stipulatione, ff.de verbor.obligat.* vbi pupillum tantum excipitur, quia ille textus loquitur in stipulatione simplici, sicque inapplicabilis est casui, in quo stipulatio est qualificata, dum concurrere debent molestię,
48 cum † dolo, vel culpa, quorum neutrum sine scientia datur, *Cranett.cons.204.num.61. Cephal.cons.167.num.11. & cons.242.num.9. Eugen. cons.53.num.21. & seq. l.2.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit &c.

R. P. D. CELSO.
Posteà S.R.E. CARDINALI.

Mediolanen̄ Beneficiorum.

Lunæ 26.Ianuarij 1654.

ARGVMENTVM.

Valor Beneficij per non excessum cum possit leuioribus probationibus probari: Admittuntur testes etiam ad perpetuam rei memoriam examinati quoties sũt optimè informati & adminiculati reperiuntur. Vnire quando possit Episcopus Beneficia suæ Diœcesis.

SVMMARIVM.

1 *Testes ad perpetuam rei memoriam examinati, probant valorem Beneficij per non excessum vbi cõcurrunt adminicula.*

Valor beneficij per non excessum, leuioribus probatur probationibus. num.1.

2 *Excessus valor beneficij in modico non attenditur, & admittitur etiam in sexta parte.*

3 *Vnio non substinetur sine præcisa necessitate, uel euidenti utilitate Ecclesiæ.*

4 *Ordinarij assertio circa causas unionis non suffragatur.*

5 *Vnio uigore Concilij quando substineri possit, & ualeat.*

6 *Vnio facta cum reseruatione iurispatronatus aquè à Concilio, ac sacris Canonibus reperitur prohibita.*

Vsurpare bona Ecclesiæ dicitur Episcopus qui facit unionem cum reseruatione iurispatronatus ad sui fauorem, num.6.

7 *Indultum restrictum ad Ecclesias iam ædificatas, licet nondum perfectas non extenditur ad Ecclesias totaliter erigendas, & num. seq.*

8 *Verba ad unam Ecclesiam restricta ad aliam Ecclesiam non sunt trahenda. & sup. num.7.*

9 *Clausula,* licita tamen & honesta, *ad S.Concil. minimè contraria, eidem Concilio non derogat.*

DECISIO CCCXXXI.

PRAETENDENTIBVS Fratribus S.Theresiæ Discalceatis Beneficia controuersa S. Mariæ de Rezzano, S. Stephani de Incugnate, & S. Petri de Bebulco, de quibus à Sanctissimo prouisus reperitur R. P. D. Turrianus fuisse vnita eorum Monasterio. Et propterea prouisionem Apostolicam non suffragari obtinuerunt subscribi dubium, An gratia eiusdem esset iustificata, itaut veniret exequenda, quod hodie contra prædictos Fratres resolutum fuit; Etenim valor beneficij in ducat. 60. de Camera, & aliorum Beneficiorum S. Mariæ, & S. Stephani in ducatis similiter 24. narratus per non excessum probatur ex depositione trium testium, qui, licet fuerint ad perpetuam rei memoriam exami-
1 nati. † Nihilominus quia sunt benè informati, deponunt deductis oneribus, & adminiculantur ex attestatione Actuarij Curię Archiepiscopalis Mediolani, optimè videntur suffragari. Nam ad effectum probandi valorem per non excessum etiam leuiores probationes sufficiunt, *vt not. Garz.de benefic. part.5. cap.3.num.198. Rota decis.610. num.1. vers.valor autem, part.4.diuers. & in recent.decis.532.num.6. par.4. in Placentina Beneficij 27.Maij 1647. coram Reuerendissimo Terracinen. in Cæsenaten. Canonicatus 1.Iunij 1651. coram Eminentiss. D.Card.Corrado,* & firmatum fuit *in Amerina Beneficij 20.Februarij 1612. coram Sanctissimo D.N.Innocentio X.* vbi quod excessus in modico non attenditur,
2 & † Rota illum admittit etiam in sexta parte, & testatur *Mantica decis.182.num.4. & decis.327. num.7.*

Presbyteratus, & Doctoratus eiusdem D.Tur-

D. Turriani non cadunt in controuersiam, & alia plura expressa in litteris sufficienter iustificantur ex datis in Summario *num. 1. & seqq.* Nullitas verò vnionis ad fauorem Ecclesiæ dictorum Fratrum Discalceatorum in qua
3 cōsistit cardo difficultatis resultat eo eo, † quia facta fuit à bon. mem. Card. Montio absque causa præcisæ necessitatis, vel euidentis vtilitatis Ecclesiæ sine qua de iure vnio sustineri non valet, *iuxta text. in cap. exposuisti 33. de præb. Oldrad. cons. 261. num. 1. Guidop. consil. 134. num. 2. Rebuff. in prax. tit. de vnion. num. 38. & seqq. Hoied. de incomp. benefic. part. 2. cap. 3. num. 8. Azor. instit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 28. quæst. 4. Rota decis. 294. num. 2. & decis. 318. eod. num. par. 5. recent.*

Quod adeò verùm est, vt circa qualitates
4 prædictas non sufficiat † assertio Ordinarij, sed illæ aliunde sint iustificandæ, *ex notat. per Dec. cons. 233. num. 2. in fin. Paris. cons. 36. num. 11. lib. 4. Garz. de benef. part. 12. cap. 2. num. 120. Rota in recent. decis. 294. num. 14. & seqq. & decis. 318. num. 3 & 4. part. 5. & in Squillacen. Dismembrationis 3. Iunij 1644. coram Eminentissimo D. Cardinali Otthobono.*

Nec vnio sustineri valet ex dispositione
5 Conc. Trident. † *sess. 24. cap. 13. & 15. de reform.* Nam vigore illius possunt tantummodò Ordinarij vnire beneficia Cathedralibus, seù Parochiis habentibus tenues redditus, qui non
6 est casus noster; † immò cum talis vnio facta appareat cum reseruatione iurispatronatus ad fauorem eiusdem Cardinalis, & suorum, non solùm prohibetur expressè ab eodem Concilio *in sess. 25. cap. 9.* sed etiam de iure, *ex text. in cap. ad audientiam, & ibi gloss. in verbo Rectoris, de Eccles. ædif. & ibi Abbas num 12.* vbi quod tali casu dicitur quis vsurpare bona Ecclesiæ, *Lambert. de iurepatronat. lib. 1. tit. 1. quæst. 8. artic. 7. num. 3. & 11. Lotther. de re benefic. lib. 1. quæst 28. num. 47.* & firmauit *Rota decis. 239. in fine, par. 1. recent.*

Indultum verò Cardinali Montio concessum à san. mem. Vrbano Octauo suffragari non potest, quia loquitur de Ecclesijs iam ædificatis, licet non perfectis, vt patet ex illis
7 verbis, ibi, † *Aut fabricæ Ecclesiarum earumdem,* & ideò ad Ecclesias de nouo totaliter erigendas extendi non debet, *iuxta consil. Calder. 17. num. 1. post med. vers. item vnio, de reb. Eccles. non alien. Garz. de benef. par. 12. cap. 2. num. 193. & seq. Rota diuers. decis. 835. num. 5. & decis. 836. num. 1. & seqq. part. 4. in Cordub en. Præstimoniorum penès Marchesan. de commiss. tom. 1. fol. 444. à num. 2. ad fin. & in recent. 361. num. 3. part. 2. decis. 309. eod. numero, par. 3. & decis. 373. num. 2. & seqq. par. 4. tom. 2. & coram Merlino decis. 837. num. 1. cum alijs adductis per Add. ad sanct. mem. Gregor. decis. 258. num. 10.*

Nec aduersantur verba in eo adiecta, ibi *Ecclesia tunc erectæ, vel erigendæ;* Nam illa respiciunt tantummodo Ecclesiam S. Mariæ, quam Diuus Carolus in Collegiatam erexerat, non autem alias Ecclesias à Cardinali Montio erigendas de nouo. Cum enim san. mem. Gregor. XIII. facultatem dedisset eidem Diuo Carolo vniendi Ecclesias ad alias Parochiales, seù Collegiatas, & ipse vigore facultatis prædictæ Ecclesiam Parochialem S. Mariæ in Collegiatam erexisset instituendo in illa vnam Præposituram, & quinque Canonicatus, & Mansionarios; Quia tamen morte præuentus vnionem huiusmodi debitæ executioni demandare non potuit: ideò sa. mem. Vrbanus VIII. indulsit eidem Card. Montio, vt Mensæ Capitulari Ecclesiæ tunc erectæ, vel erigendæ Beneficia Ecclesiastica
8 vnire posset; † vnde dicta verba præfatæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ restrictiuè adiecta ad Ecclesias diuersas, & erigendas de nouo extendi non possunt, vt probat *text. in cap. fin. de rescript. & in cap. cum Cappella, ibique gloss. verbo in quantum, de priuileg. Rota in Palentina Abbatiæ de Beneuiuere 14. Decembris 1618. coram Coccino, & faciunt adducta in decis. 19. num. 4. coram Buratto.*

Præsertim quia vnio legitur expressè facta non pro vtilitate Ecclesiæ: sed vt supra dictum est pro seruitio, & commodo ipsius Cardinalis ad effectum acquirendi sibi, & suis d. ius honorificum contra dispositionem iuris, ac Sac. Concil. Trident. cui Papa non censetur voluisse derogare, dum adiecit clau-
9 sulam, *licita tamen, & honesta, ac decretis S. Conc. Trident. minimè contraria. Rota decis. 780. num. 5. & 8. part. 1. diuersor. & in recentior. decis. 21. sub num. 3. part. 2. cum alijs per Barbosam clausul. 51. num. 1. & 2.*

Et ita decisum fuit vtraque parte informante &c.

R. P. D. PEVTINGERIO.

Auenionen. Legitimæ.

Veneris 30. Ianuarij 1654.

ARGVMENTVM.

Legatum legitimæ Matri relictum non restringitur ad casum, quo Testator sine filijs decessisset, sed æquè vno, ac altero tempore inspecto semper debetur, quoties tamen de contraria Testatoris voluntate non constat, ad quem effectum, sufficit rem esse dubiam, vt legatum non admittatur.

SVMMARIVM.

1 *Filij per Patrem hæredes instituti, quamuis fuerit institutio dilata post mortem Matris, vsque à principio censentur instituti hæredes in proprietate.*
2 *Legatum debetur etiam si filij fuissent in testamento præteriti, modo tamen non ignorante.*
3 *Testamentum substinetur ex clausula codicillari, etiam stante præteritione filiorum, & quando.*
4 *Legitima, dicitur certa ratione quotæ licet incerta ratione loci, & variabilis quoad quantitatem.*
5 *Legatum factum de eo, quod Legatarius per legem accipere potuit, si nihil accipere potest, nihil debetur.*
6 *Legatum de eo, quod Testatori debebatur si nihil debetur, nihil est præstandum.*
7 *Legatum de eo, quod Testatori debebatur, & de eo, quod ipse Testator debebat differunt inter se.*

8 Le-

8 Legans legitimam filiæ videtur legare quidquid filia ratione legitimæ potest exigere.
9 Legatum legitimæ factum Matri, eatenus factum censetur, quatenus Testator sine filijs moreretur, & quando.
10 Voluntas Testatoris interpretari debet secundũ tempus mortis.
11 Testatorem alias non fuisse legaturum non probare tenetur, qui hoc allegat.
12 Testatoris voluntatem sufficit esse dubiam, vt substineatur legatum factum Matri.
13 Liber Notarij habens in sui initio adnotationem anni, alia adnotatione in sequentibus actis, vel Instrumentis non indiget.

DECISIO CCCXXXII.

CONCESSA super decisione coram me die 17. Nouembris proximè præteriti emanata ad fauorem Annæ Bellæ contrà Ludouicum de Berton Dominum de Griglion noua audientia causa hodie reproposita Domini in decisis permanserunt. Quia testamentum Francisci de Anrietis testatoris dicti Ludouici Auctoris subsistere visum fuit, neque ex defectu præteritionis filiorum eiusdem nasciturorum posse impugnari, cum ipsi quatenus nascerentur liberaliter ab ipso fuerint instituti hæredes vniuersales, per verba mere ciuilia, non substitutionem, sed veram institutionem importantia, ibi: *Prædictos tales filios fecit, & instituit suos hæredes vniuersales*; & quamuis adiecerit post mortem matris, seù vxoris,
1 hæc † verba non important substitutionem in proprietate, sed solum in vsufructu, itaut vsque à principio filii censeãtur instituti hæredes, quoad proprietatem iuxtà opinionem, quam perpetuò amplexa est, *Rota decis. 22. nu. 4. & seqq. part. 6. recent.* & in alijs relatis *in Romana Domus 4. May 1643. §. fuisse coram R. P. D. meo Bichio*, siue in omnem euentum cum filii non
2 fuerint ignoranter præteriti, † adhuc ex testamento Francisci Magdalenæ legatum legitimæ deberetur, vt ex textus expressus in *Auth. ex causa, C. de liber. præter.*, & tradit *Bald. in l. si eum vel in vtero, C. milit. testam. Gomez. ad l. Tauri 24. sub num. 3. Dec. cons. 86. num. 2. Pacian. consil. 131. num. 127. Rot. in Romana fideicommissi de Agazzarijs 19. Iunij 1647. §. nec in contrarium, coram me*; Accedente præsertim clausula Codi-
3 cillari, ex qua testamentum sustinetur, † quando filius fuit scienter præteritus, licet secus sit si ignoranter, vt pluribus allegatis dictum fuit in *Romana de Marescottis 18. Maij 1646. §. nec censuerunt, coram Reuerendiss. Episcopo Terracinen. & in d. Romana fideicommissi de Agazzarijs 12. Decembris 1644. coram me*.

Remanet igitur videndum, An testator legãdo matri legitimam suam videatur vti voluisse liberalitate, An verò ei reliquerit quatenus de iure deberetur; Et quidem attento tempore mortis testatoris, quo venter vxoris eius prægnans erat, versamur præcisè in terminis decisionis, quæ reuidetur, videlicet legati rei, quæ supponebatur esse debita, sed verè non debebatur. Neque dici potest legatum esse conditionale, vel incertum, vel quod alias testator legaturus non fuisset, nam verba nullam præseferunt conditionem, quàm non infert verbum suam, adiectum corpori certo, vt pluribus allegatis firmat *decisio in §. nam verbum, & seq.* Certa enim est legitima ratione
4 quotæ, licet incerta sit ratione loci, † & variabilis quoad quantitatem etiam firmatur in *decision. §. Nos versamur*, vbi benè ponderatur, quoad effectum, de quo agitur, nihil penitus interest, An testator vsus fuerit verbis numeralibus, an verò quotitatiuis, dummodo substantia rei legatæ demonstretur. Quod verò alias legaturus non fuisset, nullibi probatur, non enim agitur de legato eius, quod
5 legatarius per legem accipere potuit, † quo casu si nihil per legem accipere potest nihil debetur, iuxtà *text. in l. si ita quis 53. ff. de legat. 2.* Nec pariter de legato quod tertius debet te-
6 statori, † in quibus terminis, *decis. 11. num. 2. de testam. in antiq.* loquitur, seù de legato rei de-
7 bitæ ab ipso testatore, † quod verbum differre à legato rei debitæ à tertio, firmat *dicta decis. 11. num. 4. & 5.* prout etiam decisio, quæ reuidetur *in §. & quamuis, in fin.*

Non obstat *Salicet. in l. quoniam Nouella sub num. 7. versic. & nihilominus, C. de inoffic. testam.*
8 vbi ait quod legans legitimam filiæ † videtur legare quidquid exigere posset ratione legitimæ, quia non ideò sequitur quod Testator noluerit legare quantitatem pro legitima debitam.

Minus obstat *Rimin. Sen. 123. num. 22.* vbi
9 quod Testator legando legitimam † videtur eam voluisse præstari, quatenus sine filijs decessisset, itaut filijs superuenientibus legatum non debeatur; Nam præterquod in casu quo consuluit *Rimin.* Testator adiecerat vlterius, quod Mater tacita, & contenta esse deberet animaduertendum est, quod in illo casu nulla fuerit facta mentio superuenientiæ filiorum, nec aderant coniecturæ indicantes voluntatem Testatoris fuisse liberalitate in illo casu vti, & hic.

Prout ostenduntur in decisione quæ reuidetur *in §. Nec tamen, & seqq.* Itaut siue attendatur tempus mortis Testatoris, siue testamenti, iuxtà quod esse interpretanda verba, voluntatem verò interpretandam esse secundũ tem-
10 pus mortis, † quæ dispositio applicatur ad actum, tradunt allegati à *Menoch. cons. 97. n. 148. & seqq. & præsumpt. 40. num. 2. & 3. lib. 4.*

Semper verum est dicere, quod Testator voluerit liberaliter se gerere ergà suam Matrem, vel saltem de hoc posse dubitari, quod
11 sufficit, vt legatum substineatur; † & onus probandi quod Testator alias non fuisset legaturus incumbit hoc alleganti probare, vt præter allegatos in *decisione trad. Spin. de testam. gloss. 14. num. 63.* Cumque ex prædictis attendi etiam debeat tempus mortis, & tempore testamenti, testator cogitauerit de superuenientia filiorum, versamur, vt supra dictum fuit in terminis relicti do tempore, & in casu quo non debebatur.

Denique ad obiecta contrà singulas coniecturas

cturas satis est respondere, quod omnes simul iungi debent, & maximi momenti habenda est dilectio naturalis erga Matrem, quam verisimile non est in casu superuenientiæ filiorum nihil ex sua hæreditate consequi posse, dum vxori in eum casum duo prædia liberè legauerit, & plurimum vrget mentio superuenientiæ filiorum, & discretiua dispositio facta in eum casum circa vniuersam suam
12 hæreditatem, repetendo semper, † quod satis est rem esse dubiam, *ex allegat. in decisione* §. *Præterea, in fin.* Maximè quia non agitur de præiudicio filiorum, cum nulli supersint, sed extranei qualis reputatur vxor Testatoris.

Quo verò ad obiectum præscriptionis etiã respondet eadem decisio in fine. Neque dicitur per litis contestationem perpetuam esse actionem, quo casu restringitur ad 30. vel 40. annos, sed dicitur instantiam de iure Canonico esse perpetuam illique nõ censeri per diuturnam taciturnitatem, nisi constet de non iure tacentis.

Initium verò litis huius causæ benè depromitur ex libro actuum habente in fronte an-
13 num 1562. † qui cadit super omnibus annis in eo libro contentis absque alia anni annotatione, quia vt ait *Bart. in l. si quis ex argentarijs,* §. *si initium num.* 10. *circa med. ff. de eden.* Notarij quolibet anno libros conficiunt, & in principio solùm ponunt annum, posteà verò solùm diem, & mensem omisso millesimo, quia intelligitur de illo posito in principio libri.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

Decisio hæc facta sub die 17. Nouembris 1653. coram eodem bon. memoriæ Peutingero est suprà decisio 326. in hac eadem part. 11. recent.

R. P. D. MELTIO
Postea Episcopo PAPIEN.

Cordubeñ dimidiæ Portionis.

Veneris 30. Ianuarij 1654.

ARGVMENTVM.

Agitur de interpretatione Statuti Ecclesię Cordubeñ super admissione Prouisi in Capitulum recipiendi Curiam incumbat probatio puritatis sanguinis: Expositi an præsumantur legitimi.

SVMMARIVM.

1 *Immissio nunquam potest denegari, quando litteræ Apostolicæ sunt iustificatæ.*
Item ex testamento non abolito, neque cancellato, num. 2.
3 *Statutum Ecclesiæ Corduben. mandat, quod nullus admittatur in Capitulo, qui non habeat puritatem sanguinis, & quomodo hoc mandet, & num. 5.*
4 *Expositus nullam iustificationem, ac certitudinem parentum dare potest, cum omnino sint illi ignoti, & num. 13. & num. 14.*
6 *Fundamentum suæ intentionis quis debet plenè, & concludenter probare, & num. 19.*
7 *Sanguinis puritas præsumitur cum habente ortum in Regionibus Christianorum, vtpotè in Hispania.*
8 *Præsumptio iuris operatur, vt eam habens transferat onus probationis in aduersarium.*
9 *Præsumptio non eliditur nisi datur contraria probatio.*
10 *Puritas sanguinis probatio quando spectet ad Capitulum, & non ad Beneficiatos.*
11 *Statutum contrarium iuri communi, est strictissimè interpretandum.*
12 *Prouisus non debet grauari onere probandi, nedum id quod est contrarium iuri, sed etiam id quod eidem Prouiso valdè difficile redditur.*
15 *Expositus non præsumitur de sanguine impuro.*
16 *Expositi quorum natales ignorantur, præsumuntur legitimi, non autem spurij.*
Et in consequens sunt capaces successionum Ordinum, Beneficiorum, & Dignitatum, num. 17.
18 *Legitimus semper præsumitur ille, de cuius origine dubitatur.*
19 *Capitulum renuens admittere præcisè tanquam sanguinem impurum, debet hoc plenè, & concludenter probare.*
20 *Statutum Toletanum resistit admissioni Prouisorum, donec ipsi adimpleant in eo contenta.*
21 *Statutum Ecclesiæ Toletanæ non est attendendum extra illius Ecclesiam.*
22 *Statuere est actus iurisdictionis, qui exerceri non potest nisi circa administrationem rerum suarum.*
23 *Statuentes extra proprium territorium sunt velati priuati.*
Et idcirco in alieno territorio nullam tenere possunt iurisdictionem, num. 24.
25 *Statutum Ecclesiæ Corduben. circa formam admittendi Prouisos, quid mandet.*
26 *Statutum contrarium iuri communi, & sacris Canonibus quando dicatur.*
27 *Statutum contrarium iuri communi, & sacris Canonibus est inualidum, & nullum, si à Papa non fuerit specificè confirmatum.*
Et confirmatio in forma communi non esset sufficiens, num. 28.
29 *Confirmatio vnius statuti non inseruit pro confirmatione alterius, & si conditi ad maiorem declarationem primi, & num. 30. & 31.*
Quia confirmatio non extendit actũ, nec quicquam noui tribuit, num. 30. & 31.
Quod fortiùs procedit si confirmatio primi statuti præcesserit tempus, quo secundum statutum fuit conditum, num. 32.
32 *Confirmatio absque confirmabili nihil operatur.*
33 *Statutum non potest dici conditum ad declarationem alterius longè postea conditi.*
34 *Obseruantia ad hoc vt possit dici inducta, quæ requiratur.*

DECISIO CCCXXXIII.

ADHVC subsistere visa fuerunt fundamenta decisionis coram me edita die 20. Iunij præteriti, in qua fuit firmatum litteras

teras Apostolicas D. Didaci Yranzu del Pino esse iustificatas, & ideò illi esse dandam immissionem in possessionem controuersæ Dimidiæ portionis, † clarum est enim, vt quotiescumque litteræ apparent iustificatæ, quoad expressa in illis denegari non possit immissio
1
2 illam petenti; sicuti ex Testamento non abolito, nec cancellato per *l. final. C. de edict. Diu. Adrian. tollen.* vt præter allegata in principio dictæ decisionis, declarat etiam *gloss. in cap. si Capitulo, verb. exequatur. de cõcess. praben. in 6. Mohed. decis. 13. vt lit. pend. Rota in recent. decis. 605. num. 2. par. 2. decis. 520. num. 27. par. 4. tom. 3. & decis. 551. num. 1. par. 5. volum. 2.* Nec contra iustificationem dictarum litterarum ex parte Capituli Corduben. Ecclesiæ aliud objicitur pro impedienda D. Didaco immissione, nisi quod per ipsum non fuerit satisfactum statuto vi-
3 genti in eadem Ecclesia, † per quod prohibetur ne admittantur in Capitulo aliqui, qui ratione sanguinis sint impuri, cum ille nullam fecerit probationem de sui sanguinis puritate ad quam quod teneatur infertur ex illis verbis, quæ leguntur in eodem statuto, & ponderata fuerunt in decisione sub §. *Non obstat statutum Ecclesiæ. Nullus ex Iudæorum, seu Conuersorum genere descendentes ad aliquod beneficium in Ecclesia Corduben. admittatur, quodque præterea quotiescumque alicui Prouiso tradetur possessio, Is se Iudæorum, seu Conuersorum genere non esse iuramentum præstare, & de hoc sufficientem informationem dare teneatur.* Imò supponitur, quod similis
4 probatio ei impossibilis ferè reddatur, † cùm tanquam Expositus de suorum parentum qualitate, nullam dari possit iustificationem, ac certitudinem, ex quo ipsi prorsus fuerunt illi ignoti.

Hoc tamen minimè obstare censuerunt Domini, quia cum in eodem statuto fuerint immediatè apposita alia verba, per quæ imponitur necessitas eidem Capitulo talem informationem assumendi si ea data non fuerit per Prouisum, ibi, *Et si id non fecerit, quod Capitulum illam accipiat, & si per eam de contrario constiterit, talis Prouisus admitti non debeat, & si iam fuisset admissus, pro priuato habeatur, & ad restitu-*
5 *tionem fructuum teneatur.* † Ex his colligitur, quod Prouisus iuramentum præstare debeat se non ex Iudæorum, seu Conuersorum genere, & quod sufficientem informationem de hoc dare teneatur, quando ille vult assumere in se onus probandi sui sanguinis puritatem, si autem hoc facere noluerit, transfertur obligatio, ac necessitas informationem capiendi in Capitulum, itaut si illud; impedire prætendat immissionem Prouiso, huiusmodi negatiuam non puritatis sanguinis tanquam
6 fundamentum suæ intentionis plenè, † ac cõcludenter probare debeat *ad text. in l. hoc iure, Bart. num. 5. ff. de verb. obligat. idem Bart. in authen. hoc amplius, num. 7. C. de fideicommiss. Gabr. de probat. concl. 6. nu. 1. Plot. de in lit. iurand. §. 8. ante fin. vers. & facit;* cum alijs relatis per *Ioseph Ludouic. concl. 14. illat. 41.* Quod magis procedit in hoc
7 casu, dum D. Didacus, † vt si purus sanguine, ac natus à parentibus Christianis antiquis maximam habet præsumptionem pro se, cum ortum suum habuerit in Regionibus Christianorum, nempè in Hispania, iuxta *gloss. in cap. Presbyteris dist. 68. & in cap. si eos 148. de Consecrat. dist. 4.* & dum habet Iuris præsumptio-
8 nem pro se, † ista magis operatur, vt onus probandi contrarium omnino spectet ad Capitulum, *cap. quia verisimile de præsumpt. l. licet Imperator, ff. de legat. 1. l. ab ea, ff. de probat. l. si quis, 6. ff. de Iudic. Couar. var. resolut. lib. 2. quæst. 6. num. 1.*
9 *Menoch. de præsumpt. lib. 1. præsumpt. 4. num. 3.* † nec præsumptio eliditur, nisi quando datur contraria probatio, *l. final. in princip. ff. quod. met. caus. Aretin. cons. 38. vol. 2. Neuiz. cons. 81. num. 24. Rota decis. 353. num. 84. par. 5. recent.*
10 Et in terminis similium statutorum, † quod Prouisi Beneficiorum astringi non possint ad aliquam probationem puritatis sanguinis, ac descendentiæ à parentibus Christianis, cum tale onus potius ad Capitulum spectet, declarat, *Merlin. decis. 368. nu. 1. & 2.* asserens Rotam sic perpetuo sensisse *Seraphin. decis. 355. num. 1. Mantica decis. 274. num. 1. Coccin. decis. 68. pariter num. 1. in recent. decis. 167. num. 31. & 32. & decis. 182. num. 4. part. 1.* & benè explicat etiam *Valenzuel. cons. 90. num. 38. & seqq.* talemque probationem plenè, & concludenter facere tenetur Capitulum, dum venit objectiuè, vt etiã declarat *Rota decis. penult. & vlt. de except. in nouis,*
11 *Bisignett. decis. 1. eod. tit.* † & quia etiam statutũ hoc est contrarium iuri communi, strictissimè est interpretandum, vt quantum minus fieri possit, ipsum ius corrigat, & ne Prouisus
12 grauetur onere probandi illud, † quod nedum est iuri contrarium, sed, & valdè difficile ei esse potest, *Rota decis. 167. num. 32. part. 1. recent. & dicta decis. 368. num. 5. coram Merlino.*

Minus refragatur, vt D. Didacus sit Expositus Proiectus, & de eius expositione appa-
13 reat ex propria ipsius confessione; † Vnde ipse designare suos parentes non valeat, stante illorum incertitudine, & per consequens Capitulo etiam impossibile reddatur indaga-
14 re illius sanguinis puritatem † cum deficiat fundamentum informationis capiendæ, vt firmat *Rot. decis. 185. num. 3. par. 1. recent.* Quia licet non controuertatur, quod Expositus ille sit,
15 ex † hoc tamen non est præsumendus impurus sanguine, immò potius contrarium est
16 credendum, † cum illi quorum natales, & parentes ignorantur, semper pro legitimis,
17 non autem spurijs habeantur, † itaut sint capaces successionum, Ordinum, Beneficiorum, & Dignitatum, iuxta *text. in leg. sancimus, C. de infantibus exposit. Felin. in cap. cum deputati, de iud. num. 13. Card. Paleot. de noth. & spur. cap. 63. num. 3. & 7. tom. 8. par. 2. fol. 73. Menoch. de arbit. cas. 396. num. 15. & 16. Gratian. discept. forens. cap. 135. n. 31. & cap. 267. num. 22. Bald. cons. 437. lib. 5. Ruin. consil. 109. num. 30. vol. 3. Mascard. de probat. concl. 799 Rota decis. 470. num. 3. part. 1. in nouiss. Garz. de benefic.* latissimè hanc materiã pertractans *par. 7. cap. 2. num. 26.* cum alijs satis etiam diffusè relatis in decisione sub §. *minus aduersatur, & §. suffragatur.* Sufficit enim quod cadat dubita-
18 tio circa originem alicuius, † vt semper in-

dican-

dicendum veniant pro illius legitimitate ex doctrina *Anan. in cap. de infantibus exposit. Puteus decis. 2. lib. 3. Peregr. de fideicomm. art. 43. num. 31.* & sic verum erit semper dicere, quod in hoc casu dum Capitulum Cordubeñ Ecclesiæ intelligit nolle admittere D. Didacum ad possessionem suæ obtentæ dimidiæ portionis, vt
19 illius impuritate non præsumptiuè, † sed plenè, ac concludenter teneatur probare tanquã vnicum fundamentum suæ intentionis, *ad tex. in l. actor, C. de probat. Lei qui dicit, ff. eodem, Surd. cons. 34. num. 11. Rota decis. 5. de except. in antiq. & decis. 116. num. 5. par. 7. recent. & coram Merlino d. decis. 168. num. 5.*

Applicabilis huic casui neque visa fuit *decis. 185. par. 1. recent.* Quia præter responsionem datam in decisione, dicitur quod illa loquitur de statuto diuerso vigente in Ecclesia Toleta-
20 na, † quod videtur resistere admissionibus Prouisorum, donec per eos adimpleantur, quæ in eo continentur, ibi: *Nullatenus admittantur*. Statutum autem Cordubense tantam abest, quod impediat admissionem, & immò potiùs illam præsupponat, etiamsi Prouisus
21 nihil faciat, † & ideò dictum Statutum Toletanum quamuis posset considerari non vti odiosum, sed fauorabile, non est attendendum extra Ecclesiam Toletanam, neque de eo hic disputandum, *Roland. cons. 80. sub num. 29. vers. super est modo, lib. 4. Bellon. iun. cons. 74. num. 105.*
22 statuere enim est actus iurisdictionis, † qui exercetur tantummodo circa administrationem rerum suarum, *cap. final. de constitut. in 6.*
23 *l. final. ff. & C. de iurisd. omn. iud.* † & statuentes extra proprium Territorium sunt veluti priuati, *cap. per venerabilem, qui filij sint legit. cap. qua contra 8. distinct. l. 3. ff. de offic. Præsi. Bero. cons. 155*
24 *num. 14. lib. 2.* † Qui propterea in alieno Territorio iurisdictionem nullam tenere possunt, *Lap. alleg. 91. num. 7. Castren. cons. 32. num. 1. lib. 2. Peregrin. in decis. Patauin. 117. num. 2. Aldobrand. cons. 2. num. 10. & 15. lib. 1. Brun. de statut. art. 3. num. 130. vers. quidquid autem sit, Rota coram Pen. decis. 166. num. 9.*

Respectu verò alterius asserti statuti eiusdem Ecclesiæ Cordubeñ respicientis modum
25 & formam admittendi Prouisos, † qui ex eo obligantur ad memoriale exibendum cum expressione nominum, tàm parentum, quàm auorum, atque loci natiuitatis illud sanè Prouiso obesse non potest, aut enim conformatur cum statuto confirmato, prout conformari debet, & sic non videtur obligare præcisè Prouisos, sed solùm volentes, stantibus illis verbis: *Et dicente parte vel dare dictam informationem*. Ex quibus colligitur hoc fuisse remissum arbitrio, & voluntati ipsius Prouisi, ac propterea sufficit, quod in præsenti casu Prouisus nullam velit facere probationem, vt non teneatur parentes suos, & locum
26 natiuitatis in memoriali explicare. † Aut continet nouam dispositionem imponendo onus Prouisis, quo ex statuto confirmato nõ habent, & cum tali casu huiusmodi statutum sit contrarium iuri communi, ac dispositioni sacrorum Canonum aduersatiuum, *cap. cum te de rescript. cap. venerabilis 37. vers. nos igitur attendentes, de prabend. diguit. & cap. ad decorem §. vers. quocirca mandamus, iuncta ibi gloss. in verb. vndecumque, de institut.* cum non doceatur de confirmatione Apostolica super eo specificè ema-
27 nata † redditur prorsus inualidum, ac nullius roboris, *Rota coram Merlino decis. 99. sub num. 1. & 4. cum alijs relatis per Add. ad Buratt. decis. 758. num. 13. Greg. XV. decis. 267. num. 7. vbi Add. n. 14. & decis. 35. num. 13. decis. 495. num. 4. coram Penia,* & explicatur *in decis. §. Nihilque faciunt, versi. nam huiusmodi statuta,* & talis confirmatio debe-
28 ret esse expressa, † nec posset suffragari etiam quatenus esset in forma communi, quia agitur de statuto resistenti dispositioni iuris communis *Rota decis. 103. num. 12. par. 2. diuers.* & fuit resolutum in *Rauennaten. hæreditatis 14. Aprilis 1606. coram S. D. N.*

Subsistere neque visum fuit, quod tale statutum dicatur conditum ad maiorem decla-
29 rationem alterius præcedẽtis statuti, † & ideò confirmatio vnius sufficiat pro confirmatione vtriusque, quia per Dominos amplexæ fuerunt responsiones datæ ad tollendum huiusmodi obiectum *in decis. sub §. Neque valet,*
30 & † dum confirmatio Pontificis nunquam extendit actum, nec quidquam de nouo tribuit, sed tantum illum approbat in suis terminis *cap. 1. & 2. de confirm. vtil. vel inutil. Menoch. de recuperan. possess. remed. 7. num. 73. Surd. d. consil. 349. num. 7.* ita in hoc casu nulla fieri potest
31 extensio ad ea, quæ non fuerunt expressa in confirmatione, quæ restringitur ad contenta in illa tantum, *Rot. decis. 299. num. 11. & dec. 508. num. 16. par. 4. recent. tom. 3.* Hoc autem eo ma-
32 gis procedit, † quia confirmatio statuti primi emanauit per multum tempus antequam fuerit conditum statutum secundum, vt iam fuit demonstratum in decisione *in §. Neque valet*. Propterea confirmatio non potest extendi ad dictum secundum statutum ad euitandum absurdum, quod sequeretur, nam daretur confirmatio absque confirmabili, quo casu, vt illa minimè operari possit explicat *Tiraquell. de legib. connub. glos. 4. num. 26. in fin. Vinc. de Franch. decis. 204. num. 24.*

Quo verò ad aliud assertũ statutũ ex aduerso allegatũ pro tertio, nec etiam fuit habitum in
33 consideratione. † Quia cum appareat conditum fuisse de anno 1530. non potest dici declaratiuum confirmati, ex quo confirmatio subsequuta fuit longè posteriùs, nempè de anno 1555. Vnde agitur de impossibili, quod possit dici declaratiuum cõfirmati, cum fuisset conditum priusquam sequeretur confirmatio; & quidquid sit solum debet attendi tenor inserti in confirmatione, nulla habita ratione, de alijs, quibuscumque pretensis statutis maius onus Prouisis imponentibus.

Deduci neque potest præsumptio aliqua confirmationis Apostolicæ ex obiecta obser-
34 uantia à Capitulo. † Quia etiamsi doctum fuisset omnes Beneficiatos vsque adhuc receptos in Ecclesia huiusmodi parẽtes designasse ac probationes fecisse de eorum puritate sanguinis; cum hoc facere potuerint, quia eis ita placuit,

placuit, hoc nequaquam sufficit ad concludendam aliquam obseruantiam, ac cuius effectum probasse debebatur, vt quid parentes designare, ac alias probationes facere recusauerint, fuerint legitimè, & iudicialiter reiecti, itaut euitare non potuerint si admitti voluerunt hanc parentum designationem, aliasque probationes facere ad formam prætensam dicti secundi statuti cum alijs circumstantijs necessarijs ad inducendam obseruantiam, *Oldrad. consil. 337. num. 3. Rota coram Coccino dec. 930. num. 9.* & fuit resolutum in causa *S. Seuerini fideicommissi 14. Decembris 1646. coram R. P. D. meo Verrspio*.

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum &c.

☞ *Decisio ista emanauit sub die 20. Iunij 1653. corā eodem Reuerendissimo Papien. est supra dec. 319.*

R. P. D. ALBERGATO.

Tullen̄ Matrimonij.

Luna 9. Februarij 1654.

ARGVMENTVM.

Matrimonium legitimè ratum, & deinde copula consummatum, alijsque actibus conualidatum, non potest dici nullum, tanquam per metum contractum. Testes ad probandum metum quomodo deponere debeant.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria secunda denegatur ex irreleuantia priorum depositionum, quæ alterari non possint.*
2 *cum Testibus primo loco examinatis censetur facta melior probatio, quæ potuit.*
3 *Matrimonium in facie Ecclesiæ celebratum, & copula consummatum, alijsque actibus consensum præferentibus approbatum dicitur validum.*
4 *Deus quos coniunxit, homo separare non debet.*
5 *Metus reuerentialis matrimonium non annullat.*
6 *Testes affectatè, & de propria credulitate deponentes non probant.*
7 *Testis de auditu à parte non probat.*
8 *Testis nullum habens contextem nihil probat.*
9 *Metum ad annullandum matrimonium, quando testes non probent.*
Parentibus licitum est generaliter impellere filios ad aliquod matrimonium contrahendum, & quando num. 9.
10 *Mina parentum ad annullandum matrimonium debent esse præcisa, & increpationes, assidua sæpiùs repetita.*
11 *Persuasio parentum non irritat matrimonium filiorum.*
12 *Impulsiones parentum vt filiorum irritent matrimonium in ipsomet actu concurrere debent, nec sufficit quod antea interuenerint.*
13 *Metus in celebratione matrimonij non interuenisse, ex quibus remaneat probatum.*
14 *Positiones etiam post conclusum in causa, & publicatas testium depositiones possunt produci, intellige vt num. seqq.*
15 *Periurium est euitandum.*
16 *Positionibus, quæ non releuant responderi non debet.*
17 *Examini futuro censetur renunciatum per testium publicationem.*

DECISIO CCCXXXIV.

IN Hoc grauissimo nullitatis matrimonij Iudicio per Serenissimum D. Carolum Ducem Lotharingiæ intentato contra Serenissimam D. Ducissam Nicoleam sub die 15. ☞ Ianuarij 1653. * fuit concordi omnium Dominorum suffragio resolutum constare de validitate matrimonij, vtpotè quia apparet contractum seruata forma tàm in Breui dispensationis Apostolicæ, quàm in Sacrosanct. Conc. Trident. præscripta *sess. 24. cap. 1. de reformat.* ac initum iustificatur spontè, & liberè, non autem vi, & metu, vt latè probatur in *decisione prainserta die coram me edita*; quam solidissimis agnoscens innixam fundamentis D. Dux Carolus, ad eam euertendam petijt alteram sibi decerni Remissoriam pro repetendis Testibus in prima nulliter examinatis, & pro examinandis alijs duobus iam pridem inductis nouum constitui terminum, sed de vtroque sub die 12. Ianuarij proximè præteriti, Consulta Rota neutrum censuit esse concedendum, quia præter vulgatas regulas, quod Remissoria in eadem causa bis non sit danda, & nouus terminus post completum, & publicatum processum non sit prorogandus, obstant aliæ rationes in decisione nuper extensa deductæ, & signanter irreleuantia prio-
1 rum depositionum, † quæ cum alterari non possint, *Card. Caualer. decis. 425. num. 2.* inanis redderetur remissoria, & nouus terminus præsumitur exindè petitus ad protrahēdam causæ expeditionem, quia ex Testibus magno
2 numero examinatis vti † melioribus præelectis censetur facta plenior probatio, quæ potuerit, iuxta *cons. Aym. 134. num. 3. ac alias auctoritates in d. decisione congestas*; Quibus cum nec etiam acquiescerent Agentes D. Ducis Caroli, quasdam cum illius speciali mandato exhibuerunt in actis positiones, hisque institerunt per D. Ducissam responderi, sed ipsa se non teneri replicante, fuit per Rotam ordinatum, vt de istis haberetur ratio in discussione dubij principalis, super quo reassumpta hodie disputatione Domini vnanimiter steterunt in decisis, cum enim huiusmodi matrimonium solemniter in facie Ecclesiæ fuerit celebratum, per subsequutam copulam consumatum, per indiuiduam vitæ consuetudinem, alioque actus liberum consensum
3 præseferentes approbatū debet propterea cēseri validū *iux. tex. in c. sufficiat 27. q. 2. c. cum apud c. tua, c. si inte rvirū de spons. c. licet de spons. duor.* & intrat præceptū Domini dicentis apud Matth.
4 19. *Quos Deus coniunxit, † homo non separet; cap. 1. de coniung. leprof. cap. dixit Dominus 32. q. 1. c. paso, § cum ergo, cap. præceptum 32. qu. 5.*

Non obstat metus ex parte D. Ducis Caroli ad annullandum hoc matrimonium deductus, quia cum reuerentialis non sufficiat,
5 & grauis in præsenti non probetur, † nullius est momenti, *cap. cum locum, cap. consultationi, cap. veniens il 2. de sponsal. l. si patre cogente, ff. de ritu nupt.* Omissis enim alijs testibus de simplici publica voce, & fama deponentibus, quibus satis responsum fuit *in decis. quæ videtur sub §. his ita, & §. nec vis aliqua,* primi tres, super quibus totum exaduerso constituitur fundamentum, nihil quod releuet concludunt; nam Gabriel de Calabre, vltra quod est nulliter examinatus, redditur valdè suspectus,
6 cum nimis affectatè, & de propria dumtaxat credulitate deponat, *cap. relatus 5. quæst. 2. Rota coram Card. Canal. decis. 375. num. 3. coram bon. me. Coccino decis. 388. num. 6. & in Fauentina legati 28. Aprilis 1653. §. non obstant, coram R. P. D. meo Celso,* eique non venit præstanda fides, quia
7 non adducit certam causam scientiæ, † & est simpliciter de auditu ab eodem D. Duce Carolo, *cap. fraternitatis de hæret. cap. licet ex quadam de testib. cap. nullus 3. quæst. 2.* & in ea parte, in qua affirmat à Principe Francisco fuisse filiū impulsum sub minis priuationis bonorum, eiectionis è domo, & reductionis in miserrimum statum iisdem repellitur exceptionibus & est etiam vnicus in suo dicto, cum ex tot Testibus examinatis nullum habeat conte-
8 stem, † & sic non probat, *cap. licet, cap. veniens de testib. Gratian. discep. 140. num. 4. disceptat. 144. num. 10. Restaur. Castaldus in tract. de Imperat. quæst. 111. vers. 76. Sperell. decis. 79. num. 47. Rota coram sanct. mem. Gregor. XV. decis. 178. num. 1. decis. 215. num. 4. decis. 238. num. 11. & in Bononien. separationis thori 10. Iunij 1650. §. & ab informantibus, coram R. P. D. meo Bichio.*

Secundus Valtrinus Platen redarguit de contrarietate, & nihil aliud deponit, nisi, quod viderit aliquando Principem Franciscum obiurgantem, & compellentem in suo Gabinetto D. Ducem Carolum, vt huiusmodi sponsalibus consensum præstaret; qualitates verò, & circumstantias minarum non assignat
9 nec specificè de certa, vt testificatur; ideoque hæc generica impulsio resoluitur in simplicem adhortationem, & incitationem parentibus licitam vt ex *Menoch. cons. 69. num. 41.* ac alijs animaduersum fuit in præcitata decisione *§. his ita constitutis, in fin.* ad effectum autem,
10 de quo agitur, † minæ debent esse precisæ, increpationes assiduæ, & sępius repetitæ, *Sanchez de matrimon. lib. 4. disput. 7. per tot. Gratian. disceptat. 659. num. 9.* cum alijs copiosè congestis per *Moder. Lucan. cons. 8. num. 69. & 70.*

Tertius denique Ioannes Regnaut famulus Gubernatoris eiusdem D. Ducis, nec ipse qualitates refert minarum, & solum affirmat audiuisse à Petro Vicent primo Cubiculario, & à Nicolao à Turri mobilium Custode, quod Princeps Franciscus pluries, ac pluries dixit velle absolutè, vt filius præfatus iniret matrimonium cum Serenissima Nicolea, vtpote quia erat vtile, & necessarium ad conseruandos Ducatus in propria domo; ex hoc autem elici non potest metus incussio, sed potius resultat quædam suasio fundata in lucro, & spe
11 acquirendi, † quæ non irritat matrimonium, *l. cum ita legatum sit 62. vers. si Titio nupserit, leg. Titio centum 70. §. Titio centū. ff. de cond. & demon. l. 2. C. de instit. & substit. Bart. in l. si quis in testamento, circa med. ff. de condit. instit. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 18. num. 1. & 2. Pelaez. de meres. do maiorat. part. 1. quæst. 50. num. 1. Molin. de iustitia tom. 1. tract. 2. disput. 207. vers. si hæreditas, Sanchez de matrim. lib. 4. disput. 5. num. 28. Penia decis. 1140. sub num. 2.*

Sed omnis cessare visa est difficultas, quia vt deducitur in §. *præterea,* alterius decisionis nullus ex his testibus percutit tempus secundi initi matrimonii coram D. Episcopo Tulleñ, & ideo impulsiones paternæ, si quæ antea
12 fuerant, & aduersiones animi D. Ducis † cum potuerint intermedij temporis cursu euanescere, prædictum non reddunt irritum matrimonium, nisi in ipsius actu metus quoque probetur incussus, vt in puncto firmat *Neuiz. cons. 46. num. 29. & seqq. Paris. con. 10. num. 56. lib. 1. Laderch. cons. 37. sub num. 4. Ricc. decis. Cur. Archiepisc. Neapol. 110. num. 10. part. 4. tom. 2. Rota coram decis. 142. num. 4. vers. præterea, & decis. 600. num. 2. par. 4. decis. 516. num. 19. par. 5. recent.* Ille verò prorsus excluditur in pręsenti ex alijs testibus de spontaneo, & libero consensu deponentibus, necnon ex pluribus actibus positiuis in eadē decisione recensitis, ponderabatur enim mutua vtriusq; Coniugis in ipsa sponsalium celebratione hylaritas, matrimonij geminatio, Principum consanguineorum, & aliorum Procerum præsentia, D. Episcopi Tulleñ, & P. Dominici notæ integritatis Viri assistentia, & cooperatio, subsequuta copula, longæua cohabitatio per spatium 15. annorum, cōsiderabantur edicta vtriusque nomine publicata, monetæ vtriusque imagine cussæ, litteræ D. Ducis Caroli, in quibus Serenissima Nicolea dilectissima Sponsa, & Vxor aman-
13 tissima nuncupatur, quæ singula maritalem affectum redolentia, & post obitum Patris, vt plurimum, gesta pro exclusione cuiuscumque præcedentis metus conferre, tradunt *Bursatt. cons. 98. num. 7. lib. 1. Menoch. cons. 15. nu. 11. & 12. Guttierez de matrim. cap. 40. num. 6. vers. verum, & cap. 71. num. 12. Rota decis. 463. num. 3. vers. quinimo, par. 2. recent. coram Canal. decis. 444. num. 2. coram Buratto decis. 530. num. 6.* ac alij plures adducti in altera *decis. §. & hinc non applicatur.*

Hi pro validitate matrimonij firmatis decisum quoque fuit positiones exaduerso exhibitas non esse admittendas, eisque D. Ducissam Nicoleam non teneri respondere, quia
14 esto † quod etiam post conclusum in causa & publicatas Testium depositiones possint produci, *Specul. tit. depositio, §. 4. num. 2. Peregrin. decis. Patauit. 126. num. 9. Thesaur. decis. 93. per tot. Fontanell. decis. 25. num. 4.* Id tamen non procedit, quando vtraque pars super articulis de directo contrarijs suas fecit probationes, vt in nostro casu, in quo cum vir matrimonium controuersum vi & metu contractum, mulier verò spontè, & liberè initum cum iura-

mento

mento articulauerint, ista modo cogi non debet positionibus respondere, ea ratione, quia si metum vt ponitur quemadmodum verisimile est, negaret, hoc ei esset superfluũ, cum illum hic non concurrere aliunde ex testibus, & aliis documentis probauerit, si verò fateretur, esset sibi ipsi contraria, & incideret
15 in periurium, † quod est euitandum, *iux. gloss. communiter receptam in auth. principales, §. quod obseruari, verb. existimet, vers. nec ad eam, C. de iureiuran. propter calumn. Lanfranc. de Orian. in cap. quoniam, num. 14. verb. responsiones in fin. de probat. Neuiz. cons. 7. num. 6. Mascard. de probat. conclus. 1177. num. 65. Scacc. de Iud. lib. 2. cap. 7. num. 278. Rebuf. ad Constit. Galliæ tom. 3. tit. de respons. verb. credidit, art. 6. gloss. unica, num. 4. Osasc. decis. Pedemont. 10. num. 7. & 8. Surd. decis. 17. num. 5. ibique Add. nu. 3. & seqq.* Eoque minus illæ in præsenti sunt admittendę, vtpote quia eandem materiam alias articulatam, nec per D. Ducem probatam præseferentes, metum cum suis qualitatibus, & circumstantijs non continent, neque percutiunt tempus secundi matrimonij, vt omninò necessarium esse superius deductum, & probatum fuit in vtraque huius causæ deci-
16 sione, † eisque propterea non tenetur D. Ducissa respondere, *Franc. in cap. 2. num. 10. de confess. in 6. Iacob de Arena de posit. in præfat. vers. considerandum est, Pract. Papien. in forma except. contra posit. §. impertinentes, Ferzon. ad statut. Vrb. lib. 1. cap. 68. num. 91. Capic. decis. 15. num. 7. Vincent. de Franch. decis. 220. nu. 1. Rota coram Verall. dec. 327 lib. 2. coram Canal. decis. 562. num. 2.*

Non obstant ea, quæ de nouo termino in memoriali in præterita Rota porrecto replicabantur circa inductionem duorum testium examinatorum; Quia cum aliorum dicta fuerint hinc inde partibus volentibus, & consentientibus publicata non licet vlterius testes
17 producere, vel productos examinare; † nam ex huiusmodi consensu tacita resultat renunciatio futuro examini testium etiam alias inductorum, *Abbas in cap. fraternitatis, num. 6. de testib. Purpurat. cons. 59. num. 1.* vbi hanc sententiam veriorem firmat de iure Canonico, *Surd. cons. 8. num. 19. & 20.*

Et ita decisum fuit altera tantum parte informante. Altera tamen monita, & sæpius citata.

☞ *Decisio ista emana sub die 13. Ianuarij 1653. eodem R.P. D. meo Albergato est supra decisio 339.*

R. P. D. CELSO,

Postea S. R. Ecclesiæ CARDINALI.

Bambergeñ Præposituræ.

Luna 23. Februarij 1654.

ARGVMENTVM.

Subrogatio ad hoc vt concedatur sufficit vocatio Beneficij, vel per cessionem prouisi, vel per illius promotionem ad Ecclesiam, dummodò adsit lis super beneficio, quæ per solam citationem executam inducitur, nec potest lis aliquo modo dici calumniosa si pro ea adsit quæuis leuis, & colorata causa.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatio ad hoc vt concedatur quid sit necessarium, & num. 2.*
2 *Subrogatio non conceditur quando non fuit petita intra mensẽ nouæ prouisionis factæ ad fauorem alterius.*
3 *Dignitas prima in Cathedralibus vacat per promotionem obtinentis ad Ecclesiam.*
4 *Capitulum habet ligatas manus super ius eligendi, quando beneficium fuit effectum litigiosum.*
5 *Concordata Germaniæ non comprehendunt beneficia realiter reseruata.*
6 *Litis pendentia in materia subrogationis gratiosa inducitur ex citatione legitimè executa. Fortius si in citatione adsit clausula, quam, & quas, cum omnibus &c. num. 7.*
8 *Subrogatio sicuti concedenda est per mortem prouisi ita pariter conceditur per illius cessionem, vel promotionem ad Ecclesiam.*
9 *Lis calumniosa in materia subrogationis est ita probanda vt nulla excusatione possit velari. Ita quod qualibet causa leuis, & tolerata sufficiat.*

DECISIO CCCXXXV.

PLACVIT Reuerendissimo Datario consulere Rotam an esset danda subrogatio D. Principi de Nassau qui illam prætendit, tam occasione litis vertentis cum Hieronymo primo electo à Capitulo Bambergeñ, quàm etiam ex alia lite inita cum Philippo Valentino eiusdem Hieronymi successore. Et licet ex primo capite lis non reuocaretur in dubium cum fuerit introducta in partibus coram Ordinario ad instantiam Hieronymi contra Hieronymum, & vterque petierit Pre-
1 posituram controuersam vti suam; non autem, vt sibi debitam, & tanquam collatam non autem conferendam prout necessarium esse docet, *gloss. in cap. 2. verbo finita, vers. si autem petit. & tit. de lit. pend. in 6. & tradit Innocen. in cap. cum M. Ferrariensis, num. 9. de constit. Paris. de resignat. lib. 2. quæst. 3. num. 5. Garz. de benef. part. 11. cap. 3. num. 76. & seqq. Rota coram Put. decis. 485. num. 1. & 2. lib. 2. in recentior. decis. 202. num. 9. & seqq. part. 4. tomo 2.* & firmatum fuit *in Tridentina Scolastriæ 30. Martij 1648. coram Eminentissimo Card. Otthobono.*

Nihilominus ex dicta lite non inclinabant Domini ad fauorem Peincipis, Nam esto quod illa coram Ordinario non fuisset extincta per sententiam Officialis Bambergeñ latã ad fauorẽ Hieronymi, quia tamen ipso mortuo ad eamdem Præposituram electus fuit à Capitulo Philippus Valentinus, qui successiuè etiam prouisionem per obitum à Sede
2 Apostolica reportauit, † & Princeps intra mẽsem subrogationem non petijt, non potest hodie amplius concedi, non ex eo quo Regula de

de subrogans arctet ad petendam subrogationem intra mensem, sed quia intra mensem à die prouisionis factæ ad fauorem Philippi Valentini, ipse subrogationem non petiit, vt firmauit *Rota coram Puteo decis. 144. num. 2. lib. 2. Seraphin. decis. 1165. eodem numero, san. mem. Greg. decis. 125. num. 16. Coccin. decis. 350. num. 2. & seqq. in recent. decis. 342. num. 10. part. 1. & in Neapolitana Cimiliarcatus 5. May 1651. coram R. P. D. meo Bichio.*

Censuerunt tamen subrogationem esse concedendam ex alia lite inita cum eodem Valentino Hieronymi successore, per cuius
3 promotionem ad Ecclesiam Bambergen. † vacauit dicta Præpositura prima Dignitas in Cathedrali, *iuxta Extrauagan. ad regimen. de praeben.* quæ expresse loquitur in electiuis teste *Paris. de resignat. lib. 3. quæst. 6. nu. 87. & 88.* Adeò
4 vt Capitulum haberet ligatas manus, † nec posset exercere suum prætensum ius eligendi, etiam si de illo constaret prout non constat, *vt tradit Gonzal. ad regul. 8. gloss. 1. num. 8. & 9. Rota in Treueren. Canonicatus 18. Martij coram R. P. D. meo Cerro.*

5 Nec resistunt concordata Germaniæ, † quia illa non comprehendunt Beneficia taliter reseruata, vt habetur in Constitutione prima Nicolai V. in Bullario nouo tomo 1. & dixit *Rota in Paterbonen. Præpositura relata per Georgiũ Branden. ad dicta concord. notab. 3. à num. 13. & in recent. decis. 580. num. 1. & 2. part. 2. & decis. 153. num. 1. & 5. part. 6. in Salisburgen. Præpositura 3. Iunij 1623. coram bon. mem. Card. Verospio sen. & in Terdonen. Præpositura 27. February 1651. coram Eminentiss. Card. Otthobono.*

Quod autem adesset huiusmodi lis illaque introducta fuerit super titulo negari non potest cum contra ipsum Valentinum appareat executa citatio Rotalis post mortem Hieronymi, vt in Summario *num. 6. & 7.* & comparente illius Procuratore producta fuerint iura
6 pro parte Principis, vt *num. 8.* Cum tamen ad inducendam litis pendentiam pro obtinenda subrogatione gratiosa sufficiat sola citatio legitime executa, *iuxta text. in Clem. 2. ibique Vitalin. num. 7. vt lit. pend. Felin. in cap. super litteris, num. 13. de rescript. Rota coram sanct. memor. Greg. decis. 27. à num. 10. Buratt. decis. 923. num. 3. Duran. decis. 390. num. 1. in recent. decis. 607. num. 5. & 6. part. 5.* & latè firmatum fuit *in Treueren Canonicatus 18. Martij 1648. coram R. P. D. meo Verospio.*

Præsertim attenta clausula, *quam & quas,* ac alijs clausulis, *Cum omnibus inciden. dependen. annexis, & connexis, totoque negotio principali &c.*
7 quę data præexistentia prouisionis, vt in casu præsenti inducunt litem super titulo, *Sarnensis reg. de infirmis quæst. 34. num. 4. Rota coram Buratto decis. 927. eodem numero, & ibi Add. num. 31. Merlin. decis. 73. num. 6. & seqq. Gerunden. Prioratus 27. Iunij 1644. coram R. P. D. meo Bichio, in Leodien. Beneficij 22. Martij 1648. coram R. P. D. meo Peutingero, & in Maioricen. Parochialis 2. Decemb. 1650. coram me.*

Vnde sicuti si Valentinus decessisset subrogatio veniret concedenda; Ita etiam conce-
8 denda venit ex quo per illius cessionem, vel promotionem vacauit Præpositura, de qua agitur, *ad textum cap. 2. ibi cedant, vel decedant, vbi etiam Authar. sub num. 1. in 2. not. & Franch. nu. 5. vers. & idem quando vt lit. pend. in 6. Rebuff. super regul. de subrogat. gloss. 2. & gloss. 3. vers. ego intelligerem, cum alijs adductis per Viuian. de iurep. lib. 13. cap. 7. nu. 3. & per Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 20. num. 75. & 76.*

Non obstat quod lis huiusmodi prætenditur calumniosa. Nam calumnia nullo modo probatur, prout concludenter probari debe-
9 ret; † Et quidem euidens, & notoria quę nulla possit excusatione velari, *Achill. decis. 7. nu. 0. vt lit. pend. Rota coram san. mem. Gregor. decis. 27. eodem numero, & numeris seqq. Messanen. Archipresbyteratus 29. Aprilis 1641. coram R. P. D. meo Cerro, & 5. May 1642. & 19. Ianuary 1643. coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Immo cessat in præsenti casu attenta prouisione Apostolica reportata pro parte Principis ob duplicem reseruationem cum tamen
10 ad hunc effectum † quælibet causa etiam leuis, & colorata sufficiat, vt aduertit *Rebuff. super regul. de subrog. gloss. 7. num. 3. Rota coram Seraphin. decis. 1165. num. 10. & coram san. mem. Gregor. dicta decis. 27. num. 8. decis. 125. num. 5. & seqq. decis. 426. num. 8. & ibi Add. num. 11. & in recent. decis. 306. num. 2. in fine, par. 1.*

Et ita in contumaciam Partis recusantis comparere post tertiam propositionem Domino Principe tantum informante resolutum fuit.

R. P. D. CELSO.

Postea S. R. E. Cardinali.

Eugubina Emphyteusis.

Lunæ 20. Aprilis 1654.

ARGVMENTVM.

Cum in toto Statu, & Dominio Vrbinaten. adsit renouandi consuetudo, quæ plenè probatur ex assertione emissa in litteris Apostolicis, non potest Dominus directus in præiudicium hæredis, & successoris extraneos admittere, eosque præferre.

SVMMARIVM.

1 *Bona in Statu Vrbini ferè omnia sunt emphyteotica & de ratione.*

2 *Renouandi consuetudo extat in Statu Vrbini.*

3 *Pontificis narratiua emanata motu proprio plenè probat etiam cum clausula,* vt asseritur, *& supra num. 2.*

Clausula, vt asseritur, *quid operetur in motu proprio Pontificis, num. 3.*

4 *Bona emphyteotica, finita emphyteusi non deuoluuntur vnitur ad Dominum, sed de illis renouantur proximiores, vel hæredes in Statu Vrbini, & per totam.*

Scriptura vna pars declarat aliam, num. 4.

5 *Verba*

5 *Verba antecedentia recipiunt interpretationem à subsequentibus.*

6 *Emphyteuta in Statu Vrbini potest alienare, & quando.*

7 *Bona emphyteotica ex quibus dicantur redacta adinstar allodialium.*

8 *Renouationem petendi ius est quid hæreditarium.*

9 *Dominus hæreditarius tenetur potius renouare filias vel hæredes emphyteutæ, quam extraneos.*

10 *Hæres extraneus præfertur extraneo non hæredi.*

11 *Descendentes præferendi sunt in renouatione emphyteusis.*

12 *Inuestituram infra annum petere non tenetur, qui non habuit scientiam de emphyteusi finita, & num. seqq.*

Scientia probari debet ab allegante, numer. 12. & 13.

13 *Annus ad petendam Inuestituram incipit à die scientiæ.*

14 *Facultas petendi Inuestituram durat spatio triginta annorum.*

DECISIO CCCXXXXVI.

CVM per obitum Isabellæ, & Lauiniæ filiarum q. Ioannis Francisci de Bonhieronymis prædium controuersum deuolutum fuerit ad Monasterium, & Monachos S. Paterniani Ciuitatis Fani, ipsique de anno 1628. renouauerint inuestituram in personam Catherinæ, pariter dicti Ioannis Francisci filiæ, stipulantis pro se, eiusque filiis, & nepotibus masculis, & fœminis, & cum clausula, *Ad habendum &c.* Ideo defuncta eadem Catherina sine filijs, & nepotibus, instituto sibi hærede Dominico Balleono dubitaui, An Ecclesia, quæ Andream Mariottum iam inuestiuerat teneretur eidem Balleono dictam emphyteosim renouare, & teneri responsum fuit.

Siquidem in Statu Vrbini omnia ferè bona
1 sunt emphyteotica. † Non quidem concessa Laicis per Ecclesiasticos, sed quæ ipsi Laici submiserunt dominio Ecclesiæ ad euitandam illorum deuastationem, & confiscationem propter inimicitias, & bella tunc vigentia; Et si quæ fuerunt ab initio per Ecclesiasticos Laicis prædictis concessa, illa tunc erant sterilia, inutilia, & infructuosa, & proprijs expensis per eos ad culturam redacta; Adeò vt moleuerit consuetudo faciendi huiusmodi renouationes ad fauorem proximiorum, seù hære-
2 dum emphyteutæ, † vt habetur in Breui san. mem. Vrbani VIII. cuius narratiua tamquam emanata Motu proprio optimè probat, vt dixit *Rota coram Seraphino decis. 388. numer. 1.* vbi
3 etiam si illa facta fuerit cum clausula † (*sicut asseritur*) *Duran. decis. 154. num. 4. in recent. decis. 656. num. 3. part. 2.* & firmatum fuit *in Oriolen. Beneficiorum 15. Decembris 1645. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Vnde cum dictum Breue expressè præcipiat, quod quicumque Domini directi ad quos bona emphyteotica Status Vrbini de-
4 uolui contigerit, † non possint illa pro se retinere, sed teneantur iuxta antecedentes concessiones renouationem concedere illi, vel illis, siue masculis, siue fœminis, qui de iure, vel æquitate à Iurisprudentibus considerata in renouatione præferendi sunt, huiusmodi verba intelligi debent de proximioribus, vel de hæredibus, vt supradictum fuit; cum vna pars scripturæ, aliam declaret, *l. qui filiabus, ff. de legat. 1. Menoch. cons. 1. num. 186. Rota diuersor. decis. 327. nu. 1. par. 4. & in recent. decis. 587. nu. 12.*
5 *part. 4. tom. 3.* Et verba antedentia † recipiant interpretationem ex subsequentibus, *Rota cota coram Buratto decis. 872. sub num. 4. & dec. 930. num. 6. & in recent. decis. 323. num. 74. part. 6. & decis. 120. num. 14. par. 7.*

Malè igitur per Abbatem, & Monachos facta fuit concessio ad fauorem Mariotti; Nã cum adesset Balleonus hæres Catherinæ, ille omninò debebat præferri, tum vigore dicti Breuis, in quo expressè disponitur, quod pos-
6 sit emphyteuta, † tàm primus, quàm secundus, vel etiam vltimus ex comprehensis bona emphyteotica de consensu aliorum vocatorum, vel sine eorum præiudicio alienare tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate, & alias quomodolibet disponere in fauorem cuiuscumque, & quod Dominus directus satisfacto ei de canonibus, & laudemio alienationi, & dispositioni huiusmodi consentire, vel aliàs quomodolibet acquirenti inuestitu-
7 ram facere teneatur † ex quibus verbis bona prædicta dicuntur redacta adinstar allodialiũ, vt in terminis Bullę Bonifacianæ, adinstar cuius Papa reduxit bona Status Vrbini, firmat *Marcabrun. ab Anguill. cons. 26. num. 256. Ladereh. cons. 19. num. 10. vers. vltimo in terminis, Rota coram Durano decis. 254. num. 5. & in recent. dec. 319. num. 1. & 2. part. 5.*

8 Tùm etiam de iure, cum ius petendi † renouationem sit quid hæreditarium, vt dicit *gloss. in l. 1. §. permittitur, verb. impetrabile, ff. de aqua quot. & æst. Anchar. consil. 134. num. 3. vers. & istud ius, Paris. cons. 22. num. 36. circa med.* vbi fir-
9 mat Dominum directum † teneri concedere renouationem filię defuncti, vel hæredi ipsius, & illi potius gratificari, quam alteri, *& cons. 28 num. 5. lib. 1. Aldobr. cons. 21. num. 5. & 16.* vbi ait
10 nulli dubium esse, † quod hęres extraneus præferendus sit extraneo, non hæredi, *& nu. 19. lib. 2. cum alijs per Caldas. de renouat. emphyt. lib. 1. quæst. 9. num. 24.*

Nec vrget *doctrina Bart. in d. l. 1. §. permittit ur:*
11 Quia procedit quando adsunt descendentes, qui petunt præferri, secùs verò eis deficientibus, vt bene declarat *Aldobr. d. consil. 21. num. 5. vers. aliquando, & num. seq. & num. 10. & 37.* vbi *reddit rationem lib. 2. Bero. cons. 98. num. 16. versic. non obstat, lib. 1.*

Minus facit, quod idem Balleonus inuesti-
12 turam intra annum non petierit; † Nam cũ ipse non habuerit notitiam quod emphyteosis esset finita, prout exaduerso probari deberet, *Bald. in cap. ex parte il 2. num. 38. de appellat. Corbul. de caus. priuat. ob non petit. inuestit. numer. 10. cum plurib. relat. per Gratian. cap. 758. num. 9.* Non impeditur quo minus illam etiam post annũ
13 petere non possit, † cum annus non incipiat nisi à die scientiæ, vt habetur *in cap. 1. ibique gloss.*

gloss. verb. per annum §. de feud. def. contr. sit int. dom. & agnat. Vassall. gloss. in cap. 1. verb. ultra annum, quo tempore miles inuest. pet. deb. Alex. consil. 79. sub num. 11. vers. item dictum tempus, lib. 1. Iason in l. 2. num. 23. C. de iure emphyt. Tiraquell. de retract. lign. §. 35. gloss. 4. num. 12. Rota coram Seraphino decis. 610. num. 7. & 8. & decis. 630. num. 1. & plures cumulat *Gabr. de iure emphyt. concl. 1. num. 11. qui num. seq.* subdit, quod quando extraneus est
14 inuestitus, † talis facultas durat spatio 30. annorum, *Dec. cons. 395. in fin. vers. & hoc procedit, Mantica de tacit. lib. 22. tit. 32. num. 8. vers. diuersum est Marescott. var. lib. 1. cap. 3. num. 18. & 19. Gratian. cap. 88. num. 33. & cap. 748. num. 6. Valasc. consul. 101. num. 30. & consul. 123. num. 5. Rota in Ferrarien. bonorum de Schianchis impress. post Cyriac. contr. 205. num. 7. & 8. & in Imolen. bonorum coram Coccino post Fenzon. ad Statut. Vrb. decis. 66. §. neque obstat, coram Durano decis. 431. num. 3.* & latè firmatum fuit *in Gallien. bonorum 18. Aprilis 1647. coram R. P. D. meo Meltio.*

Et ita &c.

R. P. D. BICHIO.

Ariminen. Secundogenituræ.

Lunæ 18. Maij 1654.

ARGVMENTVM.

Secundogenitura à Testatore instituta, quando censeatur instituta ad fauorem secundogeniti naturaliter, vel secundogeniti ciuiliter, scilicet talis de tempore delatæ successionis, & multæ connumerantur super hoc coniecturæ.

SVMMARIVM

1 *Secundus genitus non dicitur, qui primum non vidit.*
Pro non nato quando habeatur qui prædecessit, num. 1.
2 *Secundo genitus talis debet esse de tempore delatæ secundo genituræ.*
3 *Secundo genitus accipitur naturaliter pro illo, qui secundo loco genitus fuit.*
Et ciuiliter pro illo qui habet alium fratrem ante se genitum, ibidem, & num. seqq.
4 *Successio annumeratur inter effectus ciuiles.*
5 *Secundo genitus naturaliter quoad effectum succedendi secundo genituræ per obitum sui primi fratris desinit esse secundo genitus, & euadet primus, & num. 35. & 41. & 42.*
Quod procedit quando Testator respexit tempus delatæ successionis, secus si tempus natiuitatis, num. 6.
Et tempus delatæ successionis regulariter præsumitur Testatorem respexisse. num. 7.
7 *Testator in institutione secundo genituræ regulariter præsumitur respexisse tempus successionis, non natiuitatis. & num. 33.*
Fortius si vocauerit secundo genitum incertum de certis, quia hunc non personam, sed qualitatem existentem tempore successionis contemplasse videtur. num. 8.
Attentis præsertim verbis ad idem tempus relatis, num. 9.
Item præsumitur testatorem tempus successionis contemplasse si illius dispositionem ad tempus successionis sunt collata, num. 10.
Item si verba Testatoris supponant existentiam primogeniti, vtpotè quia ordinatur secundo genito aliquis præstari primogenito, num. 12. & 13.
11 *Naturalia sunt inuariabilia.*
14 *Verbum ambiguum vnius partis interpretatur iuxta clariorem expressionem alterius partis.*
15 *Secundo genitus à Testatore vocatus ad effectum successionis, non excluditur intellexisse de tempore successionis ex alimentis illi præstandis à die ex qua nascetur.*
16 *Interpretatio semper est sumenda, vt quo minus secundo genitura debeat stare in suspenso.*
17 *Intentio testatoris non potest verificari in illo in quo qualitates ab ipso requisitæ deficiunt.*
18 *Secundo genitus quando dici non possit ille qui fratres non habeat.*
19 *Petitio est immatura, quando aliquid est expectandum.*
20 *Primogenitus nullum ius, nec etiam ciuile ad primogenituram habet viuente patre.*
Contra num. 30. & seqq.
21 *Primogenitus quis sit, consideratur tempus successionis.*
22 *Secundo genitus non potest dici ille, qui ob superuiuentiam patris nondum in primogenitura successit.*
Potentia sola succedendi in primogenitura non est considerabilis, num. 24.
23 *Absurdum est quemlibet priuari secundo genitura contra voluntatem Testatoris, & num. 25.*
26 *Clausula,* venendo il caso, in tal caso, *sunt restrictiuæ ad casum expressum.*
27 *Testator dicitur reliquisse secundo genituram in recompensam hæreditatis paternæ, si filio prohibuit legitimam, vel supplementum petere ab hæreditate paterna.*
28 *Filius ante mortem patris nihil potest prætendere ab eius hæreditate.*
29 *Correspectiuorum regula est, quod vno adempto alterum datum censeatur.*
31 *Testator vocans primo, vel secundo genitum quando dicatur vocasse in ordine ad patrem, vel in ordine ad ipsos fratres inter quos ordo verificatur. & num. 32.*
33 *Secundo genitus non consideratur respectu patris viuentis, sed tantummodo in tempore delatæ successionis secundum locum obtineat.*
34 *Secundo genitus cui deficiunt qualitates secundo genituræ à Testatore requisitæ non censetur vocatus.*
36 *Primo, vel secundo genitus licet viuente patre bona primogenituræ non possideat ea tamen habitu, & potentia.*
Et ius succedendi acquirit quod licet in vita patris sit suspensum ei tamen auferri non potest, & ad eius primogenitum transmittit, num. 37.
38 *Ius conditionale scienter cedi potest.*
39 *Dispositio Testatoris facta pro progressu successionis nihil valet inferre ad ingressum successionis, & è contra.*
40 *Conditio sufficit, quod semel impleatur tempore delatæ successionis, etiam si implementum postea deficiat.*

41 Successio alludis primogenitura aliud est, & aliud qualitas primogeniti inharens vocato ex die defi- cientia primi.
43 Secundo genitus naturaliter, qui diù pro secundo ge- nito ob mortem primi non fuit habitus, non potest inde iterum se talem dicere.
44 Obseruantia multum est attendenda pro interpretan- da voluntate defuncti.
45 Restitutio in integrum non conceditur minori sine laesione.

DECISIO CCCXXXVII.

SECVNDOGENITVRAM ab Alexandro Gambalonga seniore erectam pro filio secundogenito in domo, & familia Francisci Gambalongæ eius fratris nascituro ex illo filio Armellinę ipsius Francisci filię, quem idem Franciscus familiæ Gambalongæ aggregasset, purificatam esse ad sui fauorem prætendente Alexandro iuniore Iulij Armellinę filii in familiam Gambalongam à Francisco trāslati, filio nato post natiuitatem, & obitum Francisci iunioris, ab eodem Iulio geniti, disceptatum hodie fuit, an ad eius fauorem sit factus locus dictæ secundogenituræ, & negatiuè resolutum.

Nam ille, & si attento ordine naturæ, secundus à Iulio communi patre in lucem prodierit, quia tamen prodijt, postquam frater primogenitus decesserat dicendum est, quod
1 vel nunquam secundogenitus fuit † cum nusquam viderit alium sibi primum, & qui prædecessit habeatur, ac si natus non fuisset, *Alb.*
2 *cons.60.num.23.* vel quod delatæ secundogenituræ tempore, quod debet attendi, talis non est in puncto legati relicti secundogenito, tradit *Alciat.cons.101.num.9.& seqq.tom.3.lib.9.& in l. proximus 92. num.5.ff.verb.signific.* quem sequitur *Rip.cons.131.num.16. secundum antiq. impress. Menoch.cons.220.num.123. Surd. consil.494. sub num.1.col.2.vers.vbi vult, Peregrin.cons.33. sub num.22.vers.reperi,lib.2. Mart.cons.106. sub n.18. & cons.199. num.30. Valenzuel.consil.83. num.31.* vbi quod contraria opinio *Zasii cons.20.nu.12. lib.2.* est contra communes, & receptas traditiones, quod etiam affirmat *Mant.de tacit.lib.8. tit.10.num.8. add.ad Molin.de primogen.lib.1.cap.5 nu.20.& 21. vers.ex quibus, Pelaez de maior.2.par. quæst.5. illat. sub num.12. Thes.iun.in quæst.forens. lib.1.quæst.34.num.10. vers.& Zasium, Castil.quotidian.contr.lib.5.cap.93.§.1.num.46.in fin. Vin.decis.502. col.2. versic. secundo ista sententia, Rota in Pisauren. administrationis montis 12.Iunij 1651. §. non obstat, vers.itaut propterea, coram Eminentissimo D.Cardinali Otthobono,* vbi subditur, quod *Menoch.* qui aliud sensisse videtur *in cons.97.* contrarium tenet *in cons.442.* quodque contra eum fuisse iudicatum, testatur *Surd.consil.468. sub num.4. vers. quarto dicit*, & eius fundamentis respondit *Rim.iun.cons.544. num.160. & seqq.*

Nimirùm secundogenitus dupppliciter ac-
3 cipitur † vno modo naturaliter, quia secundo loco genitus fuerit, alio ciuiliter ad effectus
4 scilicet ciuiles, inter quos enumeratur successio, *Bald.in l.cam quam,num.44. C.fideicomm. Paris.cons.19.nu.127.& 128.lib.2. Larrea decis. Gra-*
5 *nat.8. sub num.50.* ad quem effectum † secundo loco natus per obitum primi desijt esse secūdogenitus, ac primus euasit cum nemo eum antecedat, *Isern.in cap.1. §.præterea, num.13. quæ sit 1. caus. benef. amitten. Tiraquell.de iure primog. quæst.1.num.3. Menoch.cons.442. sub num.21. Alb. cons.382.num.61. & seqq. Bursatt. cons.229.nu.21. Surd.cons.403.num.17. Molin. de primogenit. lib.1. cap.20.num.20. & ibi add. vers.vbi notat, Mantica d.lib.8.tit.10.num.6. Hier.Leo.decis.Valen.209. sub num.8.& 9. Rota decis.128.num.1.par.2.diuers. & in Pisauren. administrationis 27. Iunij 1650. §. nec subsistit, coram R.P.D.meo Cerro*, & verè, ac propriè de tempore delatæ secundogenituræ,
6 quando † ad illud Testator respexit secundogenitus dici non potest, licet secus esset si respexisset ad solum tempus natiuitatis, vt benè distinguit *Castill. d. lib.5. cap.93. num.67. & 68.* vbi reprobat contrarium sentientes *Rimin.iun. cons.154.num.164. & seqq. & num.1212. & seqq. Becc.cons.121.num.7.& seqq. Cauagnol.ad Menoch. cons.97.nu.4. & seqq. Auend.ad l.40.Thau.gloss.17 num.11. Giurb.de success. feud.cap.18. §. 2.glos.10. sub num.28.circa med. Intrig.de feud.cent.2.art.40. sub num.14. & art.45. sub num.45.*

Ad quod successionis tempus respexisse
7 Testator præsumitur † regulariter, *Bald.in l 2. num.7. C.iur.emphit. Menoch. consil.220.num.127. Alciat.cons.101. sub num.11.& 16.tom.3.lib.9.Tiraquel.de iure primogenitura quæst.34. num.28. Peregr.d.cons.33.sub num.22. Palez de maiorat.par.2. quæst.4.illat.3.num.12.* & clariùs in casu nostro:
8 primò, † quia cum vocauerit secundumgenitum, & sic personam incertam de certis, non tam personam contemplasse videtur quam qualitatem existentem tempore delatæ successionis, *Alex.Rauden cons.30.num.66.lib.2.Anton.Faber.in C.lib.6.tit.19.diff.24.la prima num.5.*
9 attentis † præsertim verbis ad idem tempus relatis, ibi, *quello, che sempre sarà pro tempore rispetto al primogenito dopo lui secondogenito,* quod in puncto ponderat *Surd.cons.494. sub num.2.vers. rursus,& num.3.* vbi quod *Decian.*& alij in contrarium allegati, non loquuntur in casu quo vocatus fuerit, qui extaret pro tempore, *Rim. iun.cons.564.num.88.& seqq. Peregr.cons.33.nu.22 in fin. lib.2. Alciat.d.cons.101. sub num.11. vers. ad idem,* vbi aduertit, quod dicta verba demōstrant incertum esse, qui sit successurus, at incertum non esset, nisi testator ad tempus successionis respexisset, quia incertum esse non potest, qui sit secundogenitus, quoad originem lib.9.

Secundo, quia si quando secundogenitus per obitum primogeniti transiret ad primogenituram erectam à Francisco fratre Testatoris, mandauit Testator secundogenituram deuolui ad tertiogenitum; & quatenus tertiogenitus non adesset, voluit secundogenituram stare in suspenso; & à deputatis administratoribus administrari donec ex secundogenito, qui primus euasit alter secundogeni-
10 tus procreetur; † dispositiones, nanque huiusmodi collatæ sunt litteraliter in tempus successionis, idemque demonstrant, quia inducunt

ducunt variationem in persona secundogeniti impossibilem si origo, & ordo natiuitatis
11 contemplatus fuisset, † quia naturalia sunt inuariabilia, *Tiraquell. de iure primogenitura q.34 num.22. Zas. con.8.num.1.& seqq. & cons.20 n.12. lib.2. Fontanell. de pact. nupt. claus.4. gloss.9. par.1. num.40. & seqq. Menoch. consil.97. sub numer.52. & seqq.*

12 Tertio, † quia præceptum iniunctum secundoganito vocato cedendi fratri maiori, quicquid ex hæreditate paterna petere potest, supponit de tempore successionis in secundogenitura, existentiam fratris primogeniti, cui cessio faciẽda est vt etiam indicat subsequẽs pars testamenti, ibi, *quello* (hoc est secundogenitus) *che sempre sarà per tempo rispetto al primogenito*, cum exinde detur intelligi non fuisse simpliciter vocatum, quod secundo natus,
13 sed qui habet, † quando secundogenituram assequitur alium fratrem primo natum superuiuentem, *Ant. Faber. in Cod. lib.6. tit.19. diffin.24 la 2. infr. med. vers. secundo enim*, eumdemque sensum habuisse censetur Testator in prima parte substitutionis, quia secundogenitum simpliciter vocauit interpretando verbum
14 ambiguum vnius partis, † iuxta clariorem expressionem factam in alia, vt debet *Paris. cons.3. num.40. lib.3. Surd. cons.468. num.8. & 9. Mantica de coniect. lib.6. tit.13 num.10.* & in puncto *Becc. consil.121. sub num.9. vers. secundo hoc maximè.*

15 Quibus coniecturis concurrentibus, † nil refert, quod secundogenito sint relicta alimenta ex die, qua nascetur, ibi, *dal giorno del natale di detto secondogenito*, quia hoc benè verificatur in casu, quo tempore eius natiuitatis superuiueret primogenitus, vt Testator iuxta prædicta semper supposuit; prout nec refert, quod in Alexandro iuniore, quia secundo loco natus est, nec alios habet fratres maiores, aut minores, ac Testatoris nomen, & arma gerit, verificetur effectus conseruationis suæ agnationis à Testatore volitus, & sit semper
16 sumenda interpretatio, † quia breuius secundogenitura in suspenso remaneat, *Rot. dec.627. sub num.16. vers. itaut, par.2. recent.* Quia Testator verbis apertissimis disposuit, quod hæreditas sit in suspenso donec secundogenitus nascatur; cumque vocauerit secungenitum, cui tempore delatæ successionis superuiueret primogenitus, & ad paternam hæreditatem ius
17 aliquod non competeret, † quæ qualitates in Alexandro deficiunt; gratis dicitur in eo verificari intentionem Testatoris, vt in puncto respondit *Alciat. in sæpe cit. consil.101 num.16. in fin. & num.17.* nihil suffragante quod alios fra-
18 tres non habeat, † quia non ideo secundogenitus dici potest, *Ant. Faber. in eodem lib.6. tit.19 defin.24. la 1. vers. quam fieri*, & expectari debet
19 an alij fratres nascantur, † interim immaturam esse petitionem, ait *Faber. ibid. versicul. & quidem.*

Cęterum informantes pro Alexandro, eum etiam ciuiliter de tempore apertę secundogenituræ esse secundogenitum asserebant attentata superuiuentia Iulij eius patris, quia hic est primogenitus in domo, & familia Francisci Gambalongæ, quem Testator vocauit, & donec viuit Alexandro illius filio primoge-
20 nituræ ius, † nec ciuiliter delatum est, *Bald. cons.275. sub num.6. lib.2. Becc. cons.231 sub n.12. & 13. Tiraquell. de iure primogen. quæst.34. num.22.*
21 *& 28.* † cumque ad iudicandum quis ciuiliter sit primogenitus, attendi debeat tempus successionis, nullo modo talis dici potest se-
22 cundogenitus, † qui ob superuiuentiam patris nondum in primogenitura successit, *Decian. cons.16. num.33. & 34. lib.4. Becc. cons.121. num.7. vers. huic etiam, cons.122. num.8. & seqq. consil.123. sub num.1. Surd. cons.403. num.18. in fin. Ludouic. à Peguer. decis.114. num.19.* vbi ponderat, quod ante mortem patris incertum omnino est, an filius sit successurus in primogenitura cum possit patri præmori, & alioquin sequeretur
23 maximum absurdum, † quod Alexander secundo natus ob solam potentiam succedendi
24 in primo genitura, nullatenus † considerabilem, *Oldrad. cons.118. sub num.2.* priuaretur secundogenitura, ac si actu successisset, & sic
25 vtraque careret; † contra voluntatem Testatoris, qui vocauit secundogenitum, vt quilibet ex filijs Iulij aliquam hæreditatem consequeretur, nec vtraque hæreditas confunderetur in eadem persona, *Palaez de maior. part.2. quæst.4. illat.3. num.11. Anton. Faber. d. difin.24. sub num.5. Menoch. cons.97. nu.90. Rip. cons.131 nu.16. post med. Senat. Dolan. apud Cinell. decis.135. n.18 Rota in supracitat. Pisauren. administrationis montis 12. Iunij 1651. §. penul. in princ. coram Eminentissimo D. Card. Otthobono.*

Non autem vt secundogenitus excludatur nisi postquam per mortem, vel alio modo transitum primogen ti ad domum de Blanchettis assecutus fuisset actu primogenituram quod apertissimè expressum videtur, ibi: *E venendo il caso, che detto secondogenito, per morte del primogenito, ò per transito alla casa Bianchetti &c. passasse dalla mia casa al sudetta di mio fratello &c. in tal caso voglio, che il detto secondogenito, già mio herede, sia tenuto lasciare tutta detta mia heredità*; ponderando clausulam illam, *e venendo il caso*,
26 geminatam, ibi: *in tal caso*, restrictiuam priuationis secundigeniti ad casum ibi expressum, *Alex. cons.101. sub num.13. vers. vbi habetur lib.7. Peregr. de fideicommiss. art.29. num.15. & 28. Barbos. claus.178. num.1. Caualer. decis.455. nu.7.* necnon iuncto quod superius Testator prohibendo secundogenito, nunquam possit aliquid prætendere in domo hæreditaria legitimæ, vel eius supplementi, sed totum cedere
27 debeat fratribus, † satis declarauit secundogenituram reliquisse, in recompensam hæredi-
28 tatis paternæ, † vt propterea cum ante mortem patris in eius bonis, quid prætendere, aut cedere possit, secundogenitus primum locũ ingressus non habeat, *l.1. §. si impubero, in fin. ff. collat. bonorum, Alex. in l. si cum dotem, num.13. ff. solut. matrim. Ias. in authen. ingressi, sub num.44. C. sacros. Eccles. Honded. cons.60. num.7. lib.2. Surd. cons.238. num.10.* sicuti nihil cedere potest, ita neque carere debeat secundogenitura ei relicta correspectiuè ad hæreditatem paternam

eiusque

29 eiusque cessionem, † iuxta regulam correspectiuorum, de qua *Rota decis.428.nu.7.par.1. recent. decis.637.num.3. apud Peruiam, Giurb.dec.5. num.2.*

Sed responsum fuit nihil obstare superuiuenti in vita illi patris, quo minus Alexander eius filius origine secundogenitus, præmortuo primo fratre primogenitus ciuiliter dica-
30 tur, † quia Testator non vocauit simpliciter secundogenitum in domo, & familia, quo casu patrem superuiuentem dici primogenitum, non autem eius filium in vita patris censuit *Bald. in aduerso allegat. cons.275. lib.2.* & alij eum sequentes, quos omnes sine iure, & ratione locutos fuisse tradunt infra allegandi, sed secũdogenitum nasciturum ex Iullo, idest ex filio Antonellinæ per Franciscum adoptan-
31 do, † & sic non intellexit de primo, vel secundogenito in ordine ad Iulium patrem, quem tamquam communem stipitem, & generantem nominauit, sed in ordine ad ipsos fratres inter se, inter quos verificatur ordo genituræ, *Soccin. iunior cons.108. sub nu.18. vers. nam si de nepotibus, lib.2. Soccin. senior cons.28. sub num.1. vers. quinimmo dicta, lib.3. Castr. consil.164. sub numer.5. circa finem, vers. sed secundum, lib.2. Roland. consil.58. num.23. lib.4. Menoch. consil.328. num.5. ex text. in cap. Ioseph, de verb. signific. & in cap.8. Epistolarũ Diui Pauli ad Romanos, ibi, Vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Ioseph Ramon. cons.100. nu.190. Rota in Bononien. de Capacellis 8. Martij 1613. coram Sanctissimo D. N. impress. apud Giouagn. resp.62. num.38. lib.1. alijque relati à Moderno Neapolitano consul.145. numer.56. & 57. lib.2. & à Moderno Saminiatense cons.27. sub n.48.*
32 quod † confirmatur ex subsequentibus verbis testamenti, ibi, *che in secondogenito non possa pretendere mai cos' alcuna nella casa, & heredità di suo padre, ma il tutto habbia à cedere a' fratelli maggiori, ò minori.*

Inspici ergo non debet an pater viuat, sed quis inter filios primum, vel secundum locũ obtineat tempore delatæ secundogenituræ;
33 adeò † quod qui tunc primum obtineat etiã si secundo natus fuerit, non sit secundogenitus, & per consequens cum non habeat qua-
34 litatem à Testatore requisitam, † non censeatur ad secundogenituram vocatus, *Soccin. sen. consil.63. num.14. lib.3. Dec. cons.287. sub num.7. Mantica de coniect. lib.3. tit.4. num.3. & seqq. Rota decis.272. num.1. apud Burattum, cum alijs allegat. in Licien. bonorum 7. Februarij 1653. in princ. coram R.P.D. meo Celso.*

Non attento in primogenituræ bona actu possideat, quia Testator id non requisiuit, sed tantum prohibuit ne succedat, qui non est secundogenitus, qualis profectò esse desijt se-
35 cundo natus, † statim defuncto primo ex su-
36 pra allegatis; † & licet nondum bona primogenituræ nactus fuerit, ea tamen habitu, & & potentia habet à principio, & vt ait *Molin. de primogenit. lib.3. cap.6. num.36. & 37.* eo ipso, quod primogenitus euadit, statim eidem cũ iure primogenituræ spes quædam certa at-
37 que incommutabilis, † ac ius succedendi in habitu ad maioratus successionem suo loco, & tempore acquiritur, quod quamuis in vita parentis suspensum esse dicatur, illi tamen non potest, sed ad eius primogenitum transmittitur, vt opinatur *Oldr. Alber. Abb. Socc. Tiraquell.* & alij plures ibi allegati quibus additur *Gratian. discept.456. num.80. & 81. Giurb. de success. feud. cap.118. §. 2. gloss.6. num.27. & 28. Ciriac. contr.23. num.34. Peregrin. de iure fisc. lib.1 tit.2. num.50. & seqq. Matthieu. in comment. ad leg. Hispan. lib.5. tit.7. l.7. gloss.5. num.6. Larr. decis. Granat.8. num.47.*

Non obstant coniecturæ in contrarium adductæ, quia præceptum cedendi hæreditatem paternem prædicatur tantum de iure cõditionali primogenituræ per obitum patris
38 purificando, quod scienter cedi potest, *leg.1. C. pact. l. heredes, 21. §. filius familias, l. pactum, 47 in fin. ff. eodem, Rota decis.12. num.5. & seqq. par.6. recent.* & in proximis terminis *Giurb. de success. feud. d. gloss.6. num.29.* Priuatio secundogenituræ in euentum, quod per obitum primogeniti, vel transitum ad familiam de Blanchettis secundogenitus efficeretur primus, determinat casum, in quo post adeptam secundogenituram, secundogenitus fierit primogenitus, ne scilicet vtraque hæreditas in eadem persona confundatur, sed exinde inferri non potest ad casum contrarium præ obitus videlicet primo nati antequam secundo nato, secun-
39 dogenitura deferretur, † nam ex dispositis à Testatore in progressu successionis, inferri nõ potest, vt idem dicendum sit in ingressu, & è contra *Valenz. consil.97. numer.77. & 78. Rota in Bononien. fideicommissi 18. Iunij 1638. §. quod si, & §. fin. coram bon. mem. Pirouano, & in eadem 17. Iunij 1639. §. cessat, & §. seq. coram Reuerendissimo Archiepiscopo Tarraconen.* confirmatis *prima Iulij 1641. coram R.P.D. meo Cerro,* facit *Vasq. de success. creat. lib.3. §. 27. num.21. vers. & postquam,* stantque simul, quod secundogenituræ possessor illam amittat, si primus euadat, nec illam acquirat, si primus euaserat, cum tunc non habeat qualitatem secundogeniti, quæ semper requiritur in ingressum, nec necessaria fuisset in progressu, nisi testator ita expres-
40 sè disposuisset, † quia sufficit semel conditionem impletam esse tempore delatæ successionis etiam si implementum postea deficiat, *l. in substitutione 31. ff. vul. & pupill. fin. §.1. C. in dict. vid. toll. Bald. in l. precibus, sub num.6. C. impub. & al. subst. Vasq. de success. creat. lib.3. §.27. sub n.10. Casanat. consil.4. num.94. & 99. Mantica de coniectur. lib.11. tit.6. num.6. Altogr. consil.60. num.4. lib.1.*

Allegatum absurdum, quod secundogenitus vtraque hęreditate careret, non est momenti, quia primogenitura non careret penitus, stante spe certa succedendi mortuo patre; cumq; vocatus sit secundogenitus, satis est, vt dicebam, quod succedere prætendens in secundogenitura, talis non sit de tempore, quo illa
41 defertur, & † aliud est actualis successio in primogenitura, aliud qualitas primogeniti inhærens vocato ex die deficientię primi, qua illicò secundus primus efficitur, *Molin. de primogenit. lib.1. cap.5. num.20. vers. cum deficiente,*

quod-

42 quodque id procedat † etiam si primogenitus natiuitate decedat viuo patre, tradit *Surd. consil. 403. sub numer. 17. versic. tamen, vbi primogenitus.*

Omnemque tollit ambiguitatem obseruantia subsequuta in persona ipsius Alexan-
43 dri, † qui ob mortem primo nati nusquam hactenus viuente patre consecutus fuit, aut petijt alimenta relicta secundogenitus, sed ea præstita fuerunt tertiogenito in locum secundi subingressu, ob cuius obitum deinde secutum, non potest Alexander iterum se dicere
44 secundogenitam *Mart. cons. 104. num. 32.* † & hæc obseruantia magnifacienda est pro interpretanda volũtate Testatoris, *ex alleg. in puncto in supracitat. Pisaurem administrationis montis 12. Iunij 1651. §. penultimo, & §. fin. coram Eminentissimo D. Card. Otthobono*, vbi quod maximè procedit, quando idem obseruatum fuit cum eademmet persona, quæ successionem prætendit, neque aduersus obseruantiam Alexander minor petere valet restitutionem in integrum, quia cum ex supradeductis ad secũdo-
45 genituram vocatus non sit, † nulla adest læsio, sine qua restitutio, nec minori datur *Thesaur. quæst. forens. lib. 1. quæst. 34. n. 36. vers. non obstat, vbi allegat. concord.*

Et ita decisum vtraque parte acerrimè informante &c.

R. P. D. BICHIO.

Romana Census, seu Saluiani.

Lunæ 8. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Præfecti Cursorum Officium Catholici Regis Hispaniarum alicui concessum, neque hypotecari posse latè in præsenti in decisione discutitur. Hinc de natura Officiorum huiusmodi plenè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Officia habentia annexam iurisdictionem, scilicet administrationem, alienari quando possint ab inferiori à Principe, quando verò alia, & per totam decisionem.*

2 *Officium Præfecti Cursorum Principis, cuius esse natura dicatur.*

3 *Regis expressioni integra debetur fides.*

4 *Militi quod datur vltrà stipendium ad Principis liberalitatem refertur Militi non debetur de condigno, num. 4.*

5 *Milites amplecti munificentia Principis congruum esse dicitur.*

6 *Donatio facta ob merita Donatarij dicitur onerosa.*

7 *Donatarius primus quando possit cæteris vocatis præiudicare.*

8 *Pecunia ex contractu census dicitur effecta propria imponentis.*

9 *Concessio vltima emanata ante finem prioris illam non substulit.*

10 *Commoditas officij dicitur hypotecabilis absque Principis consensu.*

11 *Officia dicuntur esse in concessionarij dominio, & num. seqq. vbi vide.*

13 *Officia Romanæ Curiæ sunt in libero commercio.*

Officia Romanæ Curiæ alienari non possunt sine Principis licentia, & quare num. 13.

14 *Officium Præfecti Cursorum Regis Catholici est de Regalibus ipsius Regis, & numer. seqq. vbi vide*

15 *Officium Præfecti Cursorum obtinetur tantum ex concessione Regia.*

16 *Officium Cursoris maioris dicitur concedi in feudo.*

17 *Officium Cursoris maioris contradistinguitur ab officio portitoris litterarum, & sup. num. 15.*

18 *Concessio officiorum Regalium transit in naturam feudi.*

19 *Officia Regalia penès Regem, desinunt esse talia penès concessionarium, intellige, vt num. seq.*

21 *Officium semper intelligitur concessum cum sua propria natura. & sup. num. 20.*

22 *Officium perpetuatum est illud à principio obtentum & num. seq. vbi vide.*

23 *Gratia posterior dicitur noua gratia.*

24 *Officij concessio quando dicatur facta titulo oneroso, & quando secus vide etiam sup. d. num. 4.*

25 *Solutionem quando quis dicatur fuisse de proprio.*

26 *Obligatio, nisi sequatur solutio non operatur patrimonij diminutionem.*

27 *Solutio, vt dicatur facta ratione officij à Rege concessi necesse est, vt respiciat vtilitatem ipsius Regis concedentis.*

28 *Successor in officio nõ tenetur ad debita primi acquirentis quando concessio non fuit hæreditaria.*

29 *Obseruantia inseruit etiam pro declaratione an primus acquirens possit in officio præiudicare successori.*

30 *Acquirens primus ex titulo oneroso, vel hæreditario successoribus potest præiudicare.*

31 *Principes in rescriptis derogatorijs expressè derogationem facere solent.*

32 *Facultas à Principe concessa, quando simplicem facultatem, aut etiam derogationem importet.*

33 *Officia etiam inalienabilia quando à Creditoribus subhastari permittuntur, id fit ex Principis indulgentia.*

DECISIO CCCXXXVIII.

DISTINCTIO, cuius est author *Salyc. in l. 1. sub num. 3. vers. Ideò simpliciter, C. ad l. Iul. de ambit.* inter officia habentia annexam Iurisdictionem, hoc est administrationem Iustitiæ
1 nec nè, † quod scilicet illa alienari non possint ab inferiori à Principe, alia verò possint, dum non agitur de præiudicio Principis concedentis, quam præter allegatos in *prima decis. huius causæ §. primò*, sequuntur *Valasc. de partit. cap. 13. num. 67. ad med. Salon. de Iust. & iur. tom. 1. qu. 63. art. 2. conclus. 3. col. 2. vers. diximus, fol. 349. Mastrill. de Magist. lib. 1. cap. 20. nu. 24. & seq. Auend. cons. 9. num. 2. vers. nisi officia, Sanchez consil. moral. lib. 2. cap. 1. dub. 38. sub num. 3.* vbi signanter officium
2 Præfecti † Cursorum recenset inter officia secundæ speciei, *Noguerol. alleg. 37. num. 18. Cabedo decis. Lusit. 24. sub num. 24. vers. quod procedit, Cutel. decis. Sicil. 29. num. 29. vers. quibus non obstantibus, & num. 30. vers. sed ad terminos in fin. part. 1.* aliique relati à *Modern. Lusit. de Regimine Reipublicæ*

*blica Christiana tom.*1. *part.*1. *lib.*1. *disput.*2. §.2. *num.*131. *Modern. Viennen. in praecept. Dec. tit. de iust. & contract. lib.*5. *cap.*24. *Moder. Barchinonensis var. resolut. cap.*11. *num.*116. Iterum hodie deducta fuit ab informantibus pro Gauottis aduersus contrariæ decisionis primam partem negantem potuisse à Marchione Antonio seniore de Tassis hypotecari absque Regis Catholici assensu officium Præfecti Cursorum, quod idem Marchio in Vrbe Roma ex concessione dicti Serenissimi Regis possidebat, quando census, pro cuius fructibus agitur, bonam fidem recognouit; Impugnando etiā in reliquis ipsam decisionem; Primò, quia Antonius senior officium acquisiuerat titulo oneroso, nempè mediantibus, tum egregijs seruitijs militaribus Regi præstitis contra Turchas, & in Belgio, in quorum remunerationem Rex asseruit se officium Antonio donec viueret cōcessum prorogasse ad vitam Simonis eius filij, ac deindè in perpetuum cōcessisse, vt proindè nèdum prior, sed, & hęc vltima concessio remuneratoriæ sit, attenta
3 specifica expressione Regis, † cui fides integra debetur, *Ias. cons.*227. *num.*38. *lib.*2. *Peregr. cons.*4. *n.*29. *lib.*1. *Menoch. cons.*1003. *n.*76. *& seq. Matthien. ad lib.*5. *noua recopil. tit.*10. *l.*6. *gloss.*1. *num.*19., & causam onerosam præseferat, quia etsi quidquid vltrà stipendium militi datur in recognitionem laboris, & seruitij, referatur
4 ad Principis liberalitatem, † eo quod militi non debetur de condigno, *Neuiz. inter consil. Bruni cons.*12. *num.*90. *Menoch. cons.*132. *num.*43. *&* 44. habet nihilominus rationem Iustitiæ de
5 congruo, cum congruum sit, vt Principis munificentia milites diuturno, eximioque seruitio benemeritos amplectatur, *Menoch. consil.*1003. *num.*72. *& seqq.* & prius *cons.*332. *nu.*72. vndè passim Doctores donationem factam
6 ob merita donatarij † onerosam affirmant, in puncto *Capic. Latr. decis.* 70. *num.*43. *in fine*, & latè explicant allegati per *Modern. Pontremulen. cons.*32. *num.*78. etiam ad effectum, vt pri-
7 mus acquirens † possit cæteris vocatis præiudicare, sic *Fuluius Constan. in l.*1. *num.*142. *C. de fil. official. lib.*12. *Rouit. cons.*106. *num.*22. *& seqq. lib.*2. *Reuerter. decis. impress. apud Rouit. ibid. nu.*18. *Noguerol. alleg.*37. *num.*18. cum alijs allegatis à *Modern. Hispano in laberint. cred. part.*2. *capit.*27. *num.*10.

Tùm solutione scut. 50. mil. facta Regi, & aliorum scut. 3000. Ioanni de Tassis, nec non promissione annuæ pręstationis sc.1200. Pompeio de Tassis eius vita durante; Nec refert, quod pecuniæ solutę prouenerint ex cen-
8 su imposito super hoc officio, † quia, cum ex contractu censuali effectæ fuissent propriæ ipsius imponentis, *l. si alieni nummi, ff. de solut. Surd. consil.* 4. *num.*10. *Rota decis.*463. *num.*8. *apud Cenc. de cens.* adhuc dicuntur solutæ de proprio & proprium soluētis patrimonium minuisse. iuncta pręsertim obligatione omnium bonorum ad fauorem censuarij, & solutione fructuum census, donec vixit Antonius, & officium Simon eius filius possèdit, quibus temporibus vterque officium habebat non ex hac vltima concessione, sed pręcedenti adhuc durante, & ideò nullum commodum percipiebat ex vltima, quæ, licet emanata ante finem
9 prioris, † illam non sustulit, vt per *Alberic. in l. ne cui liceat nu.*1. *ff. de locat. Abb. cons.*134. *nu.*2. *Tiraq. de retract. conuent.* §. 1. *num.*36. *& seqq.*

Secundò, quia hypotheca non prætenditur super officij proprietate, sed super fructibus,
10 & commoditate illos percipiendi † hypothecabili absque Principis assensu, *Camer. in l. Imperialem fol.*19. *col.*1. *litt. C. de prohib. alien. per Federic.* & præter allegatos *in* 1. *decis.* §. *quodque*, tradit *Fab. de Auna cons.*51. *num.*10. *&* 15. *lib.*1. *nons.*115. *num.*4. *num.*8. *& seqq. Cuiac. lib.*10. *respons. Papin. ad leg.*11. §. *vsusfructus*, *ff. de pign. Cutel. decis.*29. *sub num.*29. *Rot. in Tusculana Saluiani* 22. *Maij proximè præteriti coram R. P. D. meo Zarate*.

Verùm pro responsione ad superius allatam distinctionem Salyceti animaduersum fuit, officiorum alienationem drohibitam esse, vel ratione ambitus, qui verè non cadit nisi in officijs habentibus annexam Iurisdictionem, vel quia illorum sola administratio, ac titulus in concessionarium translatus sit, remanente penès Principem dominio, quæ ratio militat indistinctè in omnibus officijs, dummodo sint de regalibus, siue ex natura sua, siue ex reseruatione Principis, siue ex particulari constitutione loci; semper enim ortui hxpothecæ, seù facultati disponendi obstat quod, cum dominium apud Principem sit,
11 non † dicuntur huiusmodi officia esse in bonis concessionarij, nisi pro exercitio obtento à Principe, vt benè aduertunt allegati à *Modern. Forolinien. de pign. lib.*2. *tit.*1. *qu.*14. *num.*14. necnon *in prima decis.* §.2. quibus adduntur *Afflict. in const. Regni scire volumus num.*4. *&* 5. *Boss. de Princip. num.*384. *Mastrill. de Magistr. lib.*1. *cap.*13. *num.*18. alijque *apud Modern. Neapol. de regal. offic. qu.*6. *num.*10. *&* 11. *impress. post quæst. feud. à Modern. Pontremolen. cons.*37. *nu.*1. *& seqq.* vbi latè id comprobat; quæque in contrariū
12 afferuntur, † procedunt in officijs hæreditarius, vt per *d. Modern. Forolinien. d. qu.*14. *nu.*20. vel in officijs Romanæ Curiæ, quæ sunt in
13 libero commercio, † & in quorum alienatione in tantum requiritur licentia Principis, in quantum ipse Princeps intendit obuiare fraudibus, & esse certus de vacatione, *Rot. decis.*336. *sub num.*3. *versic. præterea part.*4. *diuersor. & in Tudertina officij coram Lancellott. impress. apud Marches. de commiss. part.* 1. *fol.* 756. *per totam*, *& in Romana officij scriptoriæ* 1. *Aprilis* 1588. *coram clar. mem. Card. Hieronym. Pamphilio*.

Solùm ergò videndum est, an officium Præfecti Cursorum Antonio concessum à
14 Rege Catholico † sit propriè de regalibus ipsius Regis, & pro affirmatiua habemus punctualem *decis. Larrea alleg. fiscal.*50. *num.*14. *Io: Franc. à Ponte decis.*28. *num.*45. *&* 48. quia officium hoc non versatur circa solam transmissionem Epistolarum, aut locationem equorum, non est de sui natura transmisibile ad
15 hæredes, † obtinetur tantum ex Regia concessione, *l. cui sum in fine, C. de Curs. publ. lib.*12 eaque

eaque non sit cuicumque personæ, sed nobili, quæ Oratori Regis ipsum Regem repræsentanti frequens assistit obsequio, eique Orator secretiores expeditiones fidere solet; vndè
16 officium † Cursoris maioris dici concessum in fœudum, tradit *Marta consil. 53. num. 4. post Isern. in cap. 1. num. 12. vers. vndè si esset, ex quibus caus. fœud. amittatur*, qui distinguit inter offi-
17 cium portitoris litterarum, & † an detur tali homini, cuius conditio non esset portare litteras, *Bald. in prælud. fœud. n. 48.* vbi quod officiū hoc non potest alienari, sed solum locari eius actus, redditus, *Capic. in Inuest. fœud. verb. fœudorū genera, vers. fœudū Cursoris*, quos refert, & sequitur *Moder. Neapol. de Magistr. lib. 4. c. 9. nu. 41.* & generaliter quod officiorum regalium cō-
18 concessio † transeat in naturam fœudi, quibuscumque verbis fiat, tradunt allegati à *Modern. Pontremul. cons. 37. num. 2. & seqq.*

Neque obstat quod officia, quæ sunt rega-
19 lia penès Regem, † desinant esse talia penès concessionarium, *Andr. de Isern. in tit. quæ sint regalia num. 52. in fin. Lanar. cons. 34. num. 7. & 8. consil. 39. num. 6. Vinc. de Franc. decis. 56. num. 16. Cutell. decis. 29. sub nu. 30. vers. sed in terminis in fin.* cum aliis relatis à *Modern. Neapolit. contr. forens. lib. 1. cap. 45. nu. 28.* quia intelligendum hoc est quando fuerunt concessa in allodium, nulla-
20 que adest spes reuersionis ad Regem, † alias semper retinent naturam regalium ad effectū nè sine assensu Regis valeant alienari, *Afflict. in Constitutione Regni cap. scire volumus num. 4.* relatus à *Modern. Neapol. de regal. in prælud. num. 35. Mart. cons. 53. num. 1. in fin.* & clarius distinguendo declarat *Rouit. decis. 72. sub num. 33.* quia ni-
21 mirum officium † semper intelligitur concessum cum sua propria natura, *Frecc. de sub fœud. lib. 2. quæst. 50. num. 4. quæst. 51. sub num. 2. Mart. dicto consil. 53. sub num. 3. à Ponte decis. 28. num. 9.*

Quod verò officium sit acquisitum titulo oneroso, & exindè in præiudicium successorum, licet non Regis, hypothecari potuerit ab Antonio primo acquirente, corruit ex facto, nàm merita Antonij remunerata iam fuerant per antecedentem officij ad vitam Simonis eius filiis prorogationem, quæ cum subsequenti officij perpetuatiua, etsi dicatur
22 eadem à parte rei concessæ, † quia videlicet officium perpetuatum est illud idem à principio obtentum, *Ioann. Franc. à Ponte de potest. proreg. tit. 10. de diuers. prouision. rub. de potest. subst. in offic. num. 6. & 7. Rouit. cons. 104. num. 12. lib. 2. Marcell. Maur. alleg. 10. num. 5. & 9. Larrea alleg. fiscal. 50. num. 20. Capic. Latr. decis. 26. num. 25.* differt tamen realiter in esse causæ, & gratiæ,
23 quia † posterior dicitur noua gratia, vt ex sententia *Andr. de Iseru. in cap. 1. num. 4. Quis dicatur Dux*, tradit *Frecc. de subfœud. lib. 2. quæst. 50. num. 4. Mart. de success. legal. tom. 1. part. 1. quæst. 1. art. 2. num. 12. Becc. cons. 56. num. 20.*

Vt propterea posterior non censeatur remuneratoria, quamuis talis sit prior, & assertio meritorum satis antea recognitorum ibi emissa non fuerit eius causa finalis, sed adminiculatiua, & per accidens iuxtà stylum in concessionibus solitum, quod etiam demonstrat discretiuus tenor vtriusquè concessionis, nam prima nullam aliam exprimit causam quam meritorum; in secunda verò exprimitur vlterius pro causa promissio sc. 50. mil. & liberalis donatio de eo, quod officium plus valeret, quæ tamen promissio nec satis est ad
24 eliciendum titulum onerosum; † tùm quia non præponderat vtilitati officij, vt necesse esse prætor allegatos in *prima decis. §. Respectu verò*, dixit *Gabr. cons. 57. num. 14. lib. 2. Curt. sen. cons. 79. sub num. 4. Maresc. var. resol. lib. 1. cap. 74. sub nu. 5. vers. secus si gratia, Giurb. de success. fœud. prælud. 3. nu. 58. Rot. in Rom. Domus 20. May 1647. §. Emphytheusis in fin. coram R. P. D. meo Peutingerio.*

Tùm etiam quia, vt aduertit eadem prima *decis. §. sequenti*, Antonius Regi nihil soluit de proprio, sed de pecunijs retractis ex censu imposito de consensu Regis super ipso officio,
25 quem † numquam extinxit, sed extinguendi onus spectat ad successores in officio, & ad ipsum Regem quatenus ante extinctionem officium deuoluatur; vndè verùm est dicere, quod ex parte Antonij nulla adest eius patrimonij diminutio ad effectum, de quo agitur, necessaria, iuxtà *l. si sponsus, §. si maritus, & §. fin. in fin. ff. de donat. inter virum, & uxor.* & alios *in prima decis.* allegatos, nihil in id suffragante quod Antonius propria bona pro censu obligauerit, & illius fructus, dum vixit, soluerit,
26 quia † d. obligatio, nisi sequatur solutio, non operatur patrimonij diminutionem, ad *text. in l. si pro ea, Cod. mand. c. peruenit*, ibi: *Pecuniam quam pro eis soluit, de fideiuss.*, *Ering. de fideiuss. cap. 25. num. 10. Rota in Maceraten. Census 5. Iuny 1638. coram bon. me: Card. Hieronymo Verospio, & in Romana Domus 17. Marty 1649. §. in creditum in fin. coram me*; & fructuum solutio non meretur allegari, cum Antonius biennio post decesserit, & officiū in vita Simonis eius filii durauerit solum per sex annos, nempè vsque ad annum 1625., quo emanauit sententia immissionis in possessionem officij ad fauorē D. Marchionis Antonij Iunioris; De scutis pariter 3. mil. solutis Ioanni de Tassis, & annua præstatione scut. 1200. promissa Pompeio
27 de Tassis, nulla est habenda ratio, † quia neutrum respicit vtilitatem Regis concedentis, vt in his terminis requiritur *Curt. sen. consil. 49. sub nu. 4. vers. nec est bonum, Decian. cons. 17. num. 39. in fin. & num. 40. lib. 4. Rosental. de fœud. cap. 7. concl. 34. num. 2. & litt. E. Giurb. de success. fœud. prælud. 3. num. 56.*, vbi allegat concordantes.

Quatenus verò subditur cadere saltem sub hypotheca fructus officij, & commoditatem illos percipiendi, placuit responsio primæ decisionis in *§. quodque, & §. seq.*, quod scilicet id forsan procedit viuente ipso impositore census, postea autem resoluto iure datoris resoluitur Ius acceptoris, & successor in officio, cum illud habeat ex liberalitate Regis, ex ea-
28 dem facit fructus suos; † nec tenetur ad debita primi acquirentis, quando concessio non est hæreditaria, *Gomes. ad l. 40. Thauris num. 72.*

Mo-

Molin. de Primog. lib. 1. cap. 10. num. 11. Scrader. de feud. part. 7. cap. 7. num. 32. Giurb. de success. feud. §. 1. gloss. 15. num. 24. qualem non esse eam, de qua agitur, ostendit *prima decis. in §. pariter, §. non obstat il primò, & §. seq.*

Omnemque prorsus eliminat difficultatem obseruantia subsecuta resultans primo, ex quo successiuè primus acquirens pro facultate erigendi Primogenituram super officio supplicauit Regi, eamque Rex concessit, & sic
29 vterque † agnouit non licuisse alioquin primo acquirenti de officio disponere in præiudicium successorum, *Bald. cons. 290. sub num. 6. vers. quæ licentia lib. 3. ex tex. in cap. licet de regular. Buratt. decis. 222. num. 2. Rot. in Ferrarien. Canonicatus 30. Martij 1626. §. his tamen circa fin. coram*
30 *recol. me. Coccino*; licuisset autem, † si officium esset ex causa onerosa, vel hæreditarium, *Menoch. cons. 165. num. 6. Surd. cons. 440. nu. 31. Giurb. de success. feud. prælud. 5. nu. 42. Merlin. decis. 699. num. 15. & seqq.*

Secundò, quia census ipse scut. 50. mil. non fuit impositus nisi de consensu Regis ex gratia speciali, & præuia matura supremi Consilij deliberatione; neque vrget quod in supplicatione Antonius narrauerit se vinculasse officium, nè eius descendentes illud vendere, aut obpignorare possēt; quia hæc verba stant demonstratiuè, nec præseferunt necessitatem cōsensus Regij, & derogationis vinculi quoad ipsum Antonium; cumque rescriptum, & gratia specialis Regis nullam faciat mentionem vinculi primogenituræ ei derogan-
31 do, † vt solet in rescriptis derogatoriis, vt per *Modern. à Terranoua in prax. dispens. lib. 9. cap. 7. num. 35.*, sed simpliciter concedat facultatem
32 hypothecandi officium, & fructus, † referri debet ad titulum dominij apud Regem existentis obstatiuū creationi hypothecæ absquè Regio assensu, *iuxtà Theor. quam post alios tradit Paris. cons. 7. nu. 23. lib. 2. Menoch. cons. 236. nu. 65.*

Actus, qui in contrarium afferuntur, retorquentur, quia assignatio annua scut. 1200. ad fauorem Pompei, vt subsisteret, fuit instantibus partibus conualidata à Rege in vltima concessione; Legatum scut. 2. mil. relictum Lauiniæ vxori effectum non habuit ob defectum Regij assensu; Præceptum Regis quod pro satisfactione creditorum vendantur similia officia Comitis de Villamediana, non loquitur de debitis contractis absquè assensu Regio, nec sine eo officia sub hypothecis cecidisse demonstrat; quia aliquando Princeps officia etiam inalienabilia subhastari ad fauo-
33 rem creditorum permittit, † idque fit ex Principis indulgentia, vt aduertit *Seraph. dec. 1294. sub num. 3. vers. quod si aliquando*, quem refert, & sequitur *Pacif. de Saluiano inspectione 3. cap. 2. num. 637. & 638.*

Ex quibus, necnon ex capite primogenituræ antè huius census creationem irreuocabiliter erectæ, vt latiùs in prima decisione, quæ etiam respondet ad decisionem iterum exaduerso allegatam *in Romana Dotis coram Eminentiss. D. Card. Ottbobono*: Domini steterunt in decisis vtraque parte informante.

Part. XI. Recent.

R. P. D. LEONE VEROSPIO,

Toletana Decimarum de Capilla,

Veneris 12. Iunij 1654.

ARGVMENTVM:

Remissoria in causa prophana conceditur sine fumo materiæ articulatæ releuantia. Sententia quando non afficiat non citatum. Commissio impetrata à filio importat renunciationem litis à Patre per alteram Commissionem instauratæ.

SVMMARIVM.

1 *Causa dicitur prophana licet decimarum exactionem respiciat.*

2 *Remissoria in causa prophana conceditur sine fumo, quoties concurrat releuantia materiæ articulatæ.*

3 *Litis defensio principaliter spectat ad eos de cuius principali interesse agitur.*

4 *Sententia non afficit non citatum qui principale interesse habet in causa.*

Imò sufficit quod de illius proprio interesse agatur. num. 5.

6 *Sententia lata super iure decimandi contrà vnum non afficit alios non citatos qui possessionem decimandi habent.*

Quod procedit, & si possessores haberent scientiam litis. num. 7. & 8.

7 *Dispositio,* l. sæpè, ff. de re iudicat., *nòn procedit contra possidentem, nec etiam contra habentem interesse æquale quando quis non fuit citatus. & num. 9.*

10 *Tempus quando est de substantia futuræ probationis est in remissoria petitione articulandum.*

11 *Commissio impetrata à Patre non inducit instaurationem litis contra filium ea vti nolentem, & alteram tanquam in prima impetrantem.*

Imò ex impetratione Cōmissionis posterioris factæ à filio censetur renunciatū antecedenti impetratæ per Patrem. num. 12.

13 *Remissoria non est deneganda sub prætextu æquiuocæ probationis, quia hoc non in concessione remissoriæ, sed in negotio principali est discutiendum.*

14 *Remissoria est concedenda super omnibus, & si alique ex materijs articulatis possint per scripturas probari.*

15 *Testes quando agitur de re cadente sub sensu corporis recipiuntur etiam effecti maioris ad testificandum id quod adhuc Pupilli viderunt, & audiuerunt.*

16 *Procurator sine speciali mandato non potest admittere scripturas informes.*

17 *Compulsoria petita pro scripturis informiter productis non potest retardari, & sub prætextu, quod procurator eas admiserit si ad hoc non habeat speciale mandatum.*

DECISIO CCCXXXIX.

FAVORABILEM super immemorabili decimarum exactione sententiam in iudicatum successiuè transactam D. Dux de Bejar con-

contra Reuerendiss. D. Archiepiscopum Toletanum in hoc sacro Auditorio receperat; Eam verò cum moderni Rectores Oppidi de Capilla contra se nullatenus ex qui posse cõtenderent, quod eosdem acta præcedentis instantiæ non afficerent ex defectu citationis à moderno Duce contra ipsos non exequutæ, licet tunc temporis Parochiales Ecclesiæ prętio concursu in titulum obtinerent, ac decimas proprio iure exigerent, ac possiderent, Dubium super hoc proindè proposui adhuc indecisum, successiuè verò an ipsis Rectoribus debeat remissoria decerni super articulis continentibus Parochias de tempore nouæ litis titulum iam collatas, ac possessas tunc iure proprio decimas atque exactas, & in affirmatiuam Domini deuenere sententiam.

1 Quoniam † remissoria in causa prophana, vt hæc, licet decimarum exactionem respiciat, reputatur, vt dixit *Rota coram Put. decis. 324. in fine lib. 2. coram Gregor. decis. 174. numer. 1. ibique Adden. nu. 7. & coram Verall. decis. 99. part. 1. & in decis. 677. num. 1. part. 1. recent. & in Corduben. Decimarum 16. Nouemb. 1620. coram bon: mem: Card.*
2 *Fabritio Verospio*, † regulariter sinè fumo semper admittitur, quoties articulatæ materiæ releuantia, vt in proposito casu, concurrat prout alias Rota respondit coram *Gregor. de-174. num. 2. & in decis. 183. num. 1. part. 4. recent. & in Toletana Decimarum 16. Martij 1648. coram R. P. D. meo Celso in princip.*

Illa quippè desumitur ex articulata collatione Rectoribus in titulum Parochiæ antè nouam litem à moderno Duce institutam, tum etiam ex Testibus ad perpetuam rei memoriam ex aminatis, cõprobata. Cum enim ad ipsos exindè spectaret prima causæ defen-
3 sio, † de quorum interesse principaliter agebatur, *Innoc. in c. cum Venerabilis num. 2. post med. vers. si autem non haberet de Relig. domib. ibidem à Doctorib. communiter approbatus*, vt testator *Abb. in c. cum Deputati nu. 9. in fine, ac num. 12. de Iud.* ibique *Felin. num. 6. Io: Andr. ac Imol. num. 4. Rota coram Achill. de Graff. decis. 11. nu. 3. & 4. de sent. & re ind. & in Pampilonen. Decimarum coram Comitul. decis. 133. num. 12. & 19. cum seqq.* sententia contra Archiepiscopum particulare dumtaxat in causa obtinens interesse, tanquam contra Contradictorem non legitimum successiuè prolata ex defectu citationis † non
4 exequntæ contra Rectores, eosdem non afficit, vt adduci *Maresc. var. lib. 1. cap. 86. num. 55. & num. 58. Rot. coram Comitul. d. decis. 133. num. 9. decis. 239. num. 6. part. 6. recentior.* † Satis enim
5 adhunc effectum esse censetur, vt proprium quis interesse obtineat, ne sententia sine ipsius citatione prolata eidem noceat, vt dixit *Rota coram Verall. decis. 263. num. 2. part. 3. coram Merlino decis. 345. nu. 8. & 9.* & not. *Innoc. in c. auditis num. 2. vers. alij dicunt de præscript. Imol. num. 7. Abb. num. 19. Bellam. num. 26.*

Releuantia quoque desumitur ex possessione decimandi proprio iure pariter articulata per Parochus: † Ex hac enim possessione à
6 sententia lata cõtra Archiepiscopum redduntur immunes, si in ea, vt in proposito casu, citati non fuerint, *ad text. in c. Episcopus de Præb. lib. 6. ibi gloss. not. in verb. Te non vocato, & in l. si deserta Prædia, C. si propter pub. pensitat.* ibique not. *Bald. in princ. Surd. cons. 189. num. 46. Neuizan. cons. 20. num. 13. Ruin. cons. 62. num. 24. lib. 5. Alex. cons. 7. num. 5. lib. 2. Giurb. decis. 93. nu. 2. & 6. Osasc. decis. Pedem. 65. num. 4. Rota coram Vrgellen. decis. 261. numer. 2. cum seqq. & coram Buratt. decis. 133. num. 9.*

Neque releuantia probationis eliditur ex
7 huius scientia litis à Rectoribus, † vt exaduerso contenditur, habita iuxtà *text. in l. sæpè, ff. de re ind.* Huius namque Iuris dispositio non
8 admittitur contrà Possidentem, † licet enim litem agitari non ignoret, se tamen poterit ex citationis defectu in possessione tueri, vt notat *Innoc. in c. Quamuis num. 3. de re indic. Alex. in dicta l. sæpè num. 117. & seq. vers. Quæro aliquis, Butr. in c. cum super nu. 16. in fin. de sent. & re ind. Bart. in l. à Diuo Pio, §. si super rebus num. 3. ff. eod. tit. Couuar. pract. quæst. lib. vnic. cap. 16. Scacc. de appell. quæst. 17. lim. 6. memb. 6. num. 54. & 57. Fontanell. de pact. nupt. claus. 6. gloss. 1. part. 3. nu. 37. cum seqq. Rota coram Acchill. decis. 6. de sent. & re ind. & in Romana Census 6. Februarij 1626. coram Remboldo,*
9 nec etiam procedit † contra habentes interesse coequale, *vt not. Alex. in d. l. sæpè num. 86. Bald. in l. 2. num. 1. & 2. C. quib. res iud. non noc.* ibique *Salicet. nu. 4. Bald. in l. 2. nu. 3. & 4. in tertio notab. C. de fid. Instrum. Thob. Non. cons. 77. nu. 12. Pereg. cons. 53. num. 40. in fin. & num. 44. Rot. decis. 271. num. 2. & 3. part. 1. recent. & in Bononien. fideicommissi 24. Martij 1632. §. Et quamuis coram R. P. D. meo Bichio.*

Impugnari quoque non poterit releuantia articulorum, eoque tempus præcisum delatæ Rectoribus in titulum Parochiæ non contineant, vt indè appareat litem instauratam fuisse post ipsarum in titulum collationem,
10 quod † tamen tempus præcisum tanquam de substantia futuræ probationis articulari debuisset, vt ita posset successiuè probari, ad *text. in l. maiorem, C. de probat. & not. ibi communiter Doct. Rot. decis. 361. num. 6. & 402. num. 5. part. 2. recent.*

Et eorum namque lectura conuincitur omninò contrarium, continent enim Archiepiscopum Quirogam Parochias in titulum contulisse de anno 1590. & 1591. ex tunc verò eosdem proprio Iure decimas exegisse, ac sequenter iustificant delatum Rectoribus titulum Parochiæ antè litem à moderno Duce institutam dum hæc de mense Martii sequentis anni 1592. potest contestata præsumi, à quo tempore ipse nouam Commissionem à collitigantibus independentem tanquam in prima produxit, eiusque vigore fauorabilem super decimarum sententiam à bon: me: Andrea nostri olim Tribunalis Auditore successiuè recepit.

Neque huius nouæ litis Institutio destruitur ex commissione de mente Ianuarij 1591.
11 antecedenter obtenta litis instaurationem non induxit contra filium, ea vti nolentem, sed alteram tanquam in prima impetrantem, vt in specie cõtra filium successorem in Marchio-

chionatu, dixit *Rota inspalen.decimarum de Azamonte coram Gregor.XV.decis.396.num.2.cum seqq.*

12 Verum † ex posteriori commissione moderni Ducis, antecedentis renunciatio per Patrem expeditæ præsumitur, vt dixit Rota *coram Cassad. decis.5.num.4.ilt.pend.& coram Achill.decis.8. eod. tit. coram Buratto decis.307.nu.4.cum alijs per Adden. ibidem sub littera B.*

Neque vrget in contrarium allegata decisio *coram clar: mem: Cardin. Pamphilio relata per Garz. de benef. part.6. cap.3.num.157. in fin.* licet enim ibi supponatur facta de anno 1592. à Rectoribus decimarum exactio, non tamen excluditur quin eas proprio Iure antecedenter exegerit, sub cuius proindè æquiuocæ

13 probationis prætextu † non debet denegari remissoria ex capite irreleuantiæ, cum hæc in disputatione remissoriæ acriter discuti non soleat, sed debeat in negotio principali post actas probationes examinari, vt dixit Rota *coram Gregor.decis.124.in fin.coram Verall.dec.61. num.2. part.3. & in Hispalen. Decimarum 26.Iunij 1647. in vltimò §. coram Eminentiss.D.Cardin. Corrado, & in Toletana decimarũ 16.Martij 1648. in §.Rota enim coram R.P.D.meo Celso.* Quinimò etiam si ex commissione restitutionis in integrum à Patre moderni Ducis reportata de mense Ianuarij 1591. desumatur nouæ litis Institutio ad sensum Partis aduersæ, anterior erit quoque collatio in titulum articulata de anno 1590. quippèque litem de sequenti anno 1591. institutam antecedit in qua proindè Rectores principale, vel saltem in coæquale obtinentes interesse principaliter apprehendi debuerant ex suprà deductis.

Et licet articulata concursuum indictio, ac successiua prouisio fauore Rectorũ possint congruentem ex scripturis iustificationem

14 assumere, † non tamen debet exindè remissoria denegari cum satis sit, vt aliqui ex eisdem articulis nequeant ex Testium depositione probari, vt super omnibus remissoria tribuatur, vt dixit *Rota decis.17.de test. in nou. coram Caual.decis.271.num.5.& in decis.196.nu.5.part.6. recent. cum alijs per Adden. ad decis. Gregor. 253. & in Hieracen.Parochialis 4.Octobris 1651.in vltimò §.coram R.P.D.meo Zarata.*

Cuius quoque concessio neque retardari debet ex defectu ætatis supposito in testibus examinandis; Dum enim de actu solutionis, ac receptionis respectiuè decimarum attestari debent, ac consequenter de re cadente sub

15 sensu corporis, † recipiuntur etiam postmodum effecti maiores ad testificãdum id, quod adhuc Pupilli viderant, atque audiuerant, vt respondit *Rota decis.220.num.6. cum duob. seqq. par.2.diuers.& in Perusina bonorum 14.Iunij 1647. in §.deducta contra quartum, vers. quod verò deponat coram R.P.D.meo Cerro.*

Specialem præterea compulsoriam super scripturis informibus in actis productis Rectoribus Domini decreuerunt; Licet enim

16 illæ admittantur exaduerso vti legales, † eatamen admissio per Procuratorem sine speciali mandato Principalis non suffragatur, vt respondit *Rota coram Gregor.XV. decis.79.num.3.*

17 nec † consequenter debet compulsoria retardari, vt in specie respondit *Rot.decis.79.num.3. vers.nec sub hoc prætextu poterit denegari,* vt tradit *Vestr. in prax.lib.6.cap.1.num.12.cum.seqq.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. M E L T I O,

Postea Episcopo P A P I E N.

Romana Deuolutionis Domus.

Lunæ 15.Iunij 1654.

A R G V M E N T V M.

Emphytheusis ecclesiastica non transit ad hæredes extraneos, & si dictum fuerit pro hæredibus, & successoribus pro se, &c. cum clausula, *ad habendum, &c. in perpetuum, &c.* cum pacto soluendi Laudemium, & esset facta septuagenaria destituto omni spè habendi filios. Emphytheusis renouatio non præsumitur eadem cum concessione quando ob caducitatem Canonis fuit facta, & cum pactis substantialibus diuersis. Res Ecclesiæ non potest concedi in emphytheusim absque causa, & solemnitatibus, quarum præsumptio quando excludatur.

S V M M A R I V M.

1 *Validitas sententiæ residet ex processu.*

2 *Emphytheusis Ecclesiastica non transit ad hæredes extraneos, sed reuertit ad Dominum directum.*
Etiam si fuisset concessa pro hæredibus, & successoribus, quia de hæredibus sanguinis est intelligendum. num.3. 6. & 7.

4 *Clausula,* pro se, &c. *an possit extendi pro quibuscumque successoribus. & num.5. & seqq.*

7 *Verbum hæredibus intelligitur de descendentibus succedentibus de iure ciuili.*
Verbum successoribus intelligitur de succedentibus de iure prætorio, num 7.

8 *Verba, & causam quomodolibet habentibus declarantur. & num. seqq.*
Verba quibus dederit comprehendunt quemlibet extraneum. num.8.

9 *Interpretatio quæcumque. Est capienda ne recedatur propter verba à natura contractus. & nu.10. in fine.*

10 *Clausula,* Quomodolibet, *comprehendit omnes casus & vide ibid.*

11 *Extensio clausulæ cæterata est facienda iuxtà subiectam materiam. & num.12.*

13 *Clausula,* ad habendum, *limitatur à natura contractus cui adijcitur.*

14 *Prohibitio alienationis in contractu emphytheutico plus est attendenda quam clausula generales.*

15 *Clausula.* in perpetuum, *in Emphytheusi Ecclesiastica restringitur quoad tempus, & numerum descendentium non ad qualitatem successorum.*

16 *Pactum de soluendo Laudemium appositum in Emphytheusi Ecclesiastica declaratur à subsequenti clausula,* iuxtà iuris dispositionem.

17 *Emphytheusis Ecclesiastico concessa septuagenario non potest intelligi pro hæredibus extraneis ex quia non possit habere filios, & quare.*

18 *Emphytheusim renouatio præsumitur eiusdem naturæ, & qualitatis sicut concessio.*

Fallit quãdo renouatio fuit concessa non ob lineam finitam, sed ob caducitatem incursam cum tunc dicatur noua Inuestitura non renouatio. num. 19.

Fortius si in renouatione fuerint noua pacta apposita. num. 20.

Quod indubitatè procedit si noua pacta fuerint substantialia. num. 21.

Imò tali casu censetur inuestitus primæ inuestituræ renunciasse, & si esset concessa per verba prorogamus, & extendimus. num. 22. & 23.

24 *Appellatione hæredum sanguinis veniunt tantum descendentes.*

25 *Res ecclesiastica non potest concedi sine causa, & solemnitatibus.*

26 *Beneplacitum Apostolicum non præsumitur ex lapsu temporis si deficiat obseruantia.*

27 *Beneplacitum Apostolicum non præsumitur stante Constitutione Vrbani VIII.*

Amplia si concurrat defectus causæ. num. 28.

28 *Emphytheusis Ecclesiastica facta pro annuis scutis octo de re reddente scuta 100. in fructu dicitur facta sine causa,*

29 *Deuolutio emphytheusis Ecclesiasticæ resultat ob transmissionem ad manus mortuas, & num. 33.*

30 *Res Ecclesiæ non possunt deuenire ad manus mortuas, nec etiam per viam institutionis.*

31 *Prior, & Procurator non possunt præiudicare Monasterio.*

Fortius in concessione emphyteusis facta sine causa, & beneplacito Apostolico. num. 32.

DECISIO CCCXL.

SENTENTIAM Rotalem concedentem Monasterio, & Monialibus S. Luciæ in Silice immissionem ad possessionem Domus suppositæ directo dominio earumdem Monialium, & deuolutæ ex causa lineæ finitæ Angelæ vltimo loco Inuestitæ, hodiè quo causa mihi in tertia Instantia commissa reperitur, Domini confirmandam esse censuerunt; Quia visa fuit valida, & iusta.

Validitas non controuertitur, & satis illa
1 probatur ex processibus, † in quibus fuerunt ritè seruata omnia de iure seruanda *Rot. in Leodien. dominiorum 25. Iuny 1640. coram Eminentissimo Cardinali Corrado, §. si quidem, & in Nazarena, seù Montis Viridis Beneficy 24. Aprilis 1651. coram Reuerendiss. D. meo Decano in princ.*

Nec de iustitia dubitari posse visum fuit ex inconcusso illo fundamento benè firmato in prioribus decisionibus emanatis coram RR.
2 PP. DD. meis Bichio, & Verospio, † quod nempè cum ista emphytheusis tanquam de re Ecclesiastica non esset ad hæredes extraneos transitoria, *§. Emphytheusim, auth. de non alienan. aut permutan. reb. Eccles. gloss. in l. etiam, ff. solut. matr. Gabr. cons. 84. num. 51. & 52. lib. 2. Rota in recent. decis. 211. num. 4. part. 6.* Ideò finita linea Angelæ vltimo loco inuestitæ Domus ei in emphytheusim concessa, & quæ nunc controuertitur, reuerti debet ad Moniales Dominas directas, nec illa transire potuit ad extraneos, *Ruin. consil. 160. num. 8. vers. contra tamen. Clar. plures referens in §. emphytheusis quæst. 28. sub num. 5. §. tertius est casus, vers. fundamentum autem,*
3 vbi † ampliat conclusionem huiusmodi procedere, quamuis concessio facta legeretur *Pro hæredibus, & successoribus*, quia adhuc intelligenda esset de hęredibus sanguinis, idemque sequuntur *Castr. in l. etiam num. 4. ff. solut. matrim. Bald. cons. 114. vers. sed istud lib. 5. Gratian. discept. for. cap. 351. num. 17. cum pluribus alijs cumulatis per Rot. in Caietana Bonorum 3. Decembris 1646. coram R. P. D. meo Cerro §. Iustitia verò.*

Neque dicta emphytheusis prætendi potest transitoria ad extraneos pretextu, quod in prima illius cõcessione facta de anno 1550. apposita fuerit clausula illa cæterata, *Pro se, & ea*
4 quam † informantes pro Hospitali, extendendam esse contendunt, *Pro quibuscumque successoribus*, & sic etiam pro extraneis, vt per *Seraphin. decis. 763. num. 2.*

Quia omisso, vt secundum veriorem intellectum dicta clausula veniat potius extendenda, atque interpretanda secundum subiectam
5 materiam, † *Mant. de claus. claus. 44. nu. 1. & seqq. part. 2.* & ita vt emphytheusis capiat tantum hæredes sanguinis iuxtà naturam emphyteusis Ecclesiasticæ, *d. §. emphytheusim, Auth. de non alienan. & permutan. reb. Eccles. Pereg. de fideicomm. art. 32. num. 52. Fusar. de substit. quæst. 339. num. 33. Barbos. claus. 112. num. 3. Rota in recent. decis. 211. num. 3. & 4. part. 6. recent.* Neque resistit *d. decis. Serap. 763.* ex quo ibi res non erat cum Ecclesia, nec de illius interesse agebatur, sed cum alijs, qui inter se contendebant de successione, si quidem iudicium pro parte, & ad instantiam Monialium introductum super deuolutione non fuit introductum in vim primę Inuestituræ factæ de anno 1550. ad fauorem Iosephi de Martenis, quæ fuit de simplici, & nudo situ, sed ratione tertiæ, ac vltimæ factæ de anno 1612. ad fauorem Angelæ Calandræ, in qua concessa fuit domus superædificata in
6 dicto situ; † Talis enim concessio facta simpliciter legitur, *hæredibus, & successoribus*, absque dictione aliqua cæterata, & ita dubitari non potest, quia sub ea soli hæredes sanguinis comprehendantur, quandoquidem appellatione hæredum, & successorũ in emphytheusi Ecclesiastica veniunt soli hæredes sanguinis, & ita descendentes ab ipsis Inuestitis, ad tradita per *Imol. in l. quod dicitur, ff. de verb. oblig. Castr. in l. etiam num. 4. ff. solut. matrim. Rip. in l. cum bona num. 14. ff. de priuil. credit. Alex. consil. 83. num. 1. & 2. lib. 7.* vbi testatur de communi, nec ab ea in iudicando recedendum esse, *Soccin. iun. cons. 71. num. 3. vers. quia quicquid sit, lib. 1. Bero. cons. 102. num. 14. versic. Quia respondeo volum. 1.*
7 vbi † quod verbum hęredibus intelligendum est de iis descendentibus, qui de iure Ciuili succedere possunt, verbum verò *successoribus*, de illis descendentibus, qui de iure prætorio admitti possunt, *Cephal. cons. 400. num. 6. vol. 3. Peregr. de fideicomm. art. 32. nu. 52. Mantic. de tacit. lib. 2. quæst. 22. num. 27. Surd. decis. 11. nu. 8. Rot. coram Seraph. decis. 868. num. 1. vers. Neque obstant verb. Instrumenti locationis, & in recentior. decis. 211. num. 3. & 4. part. 6.*

Neque huiusmodi interpretatio excluditur

ex ponderatione facta ab Informantibus pro
parte Hospitalis, vt ex quo in dicta tertia
Concessione facta Angelæ legitur prohibitio
alienationis, nedùm eius hæredibus, & suc-
cessoribus; sed etiam alijs causam ab ea quo-
modolibet habentibus, indè inferri possit,
quòd dicta Inuestitura comprehendat etiam
8 extraneos, quasi verba illa, † *Et causam quomo-
dolibet habentibus*, æquipolleant clausulę, *& qui-
bus dederit*, aptæ de sui natura comprehende-
re quemlibet, licèt extraneum.

Placuit enim pro remotione huius obiecti
responsio iam data in prima decisione R.P.D.
mei Bichij sub §. *Quod prohibitio*, vt nempè di-
cta verba verificari debeant in consanguineis
remotioribus in Inuestitura comprehensis,
9 in quos proximiores valeãt alienare. † Etenim
ne recedatur à natura contractus, capienda
est omnis interpretatio, & sufficit, quòd ver-
ba, vel quid minimum citrà læsionem iuris
operari possint, vt præter adductos in dicta
decisione firmat *Osasch. dec. 164. nu. 14. vers. quod
autem, & num. 15. vers. scilicet*;

Nec etiam refragatur clausula illa vniuer-
10 salis, *Quomodolibet*, † quæ de sui natura apta
est comprehendere omnes casus. Quia omisso
quòd dicta clausula significat potius modum
disponendi, quàm personas, in quas disponi-
tur, semper, ne lædatur ius commune, & im-
mutetur etiam natura contractus, recipere
debet interpretationem de habilitate, & ita
intelligenda venit in omnibus illis casibus,
in quibus quis de iure potest in dicta emphy-
theusi succedere, & à primis inuestitis reten-
ta natura emphythesis Ecclesiasticæ causam
habere, *Rota coram Buratto decis. 392. num. 4.*

Minùs pro extraneorum comprehensione
potest vis aliqua fieri in dictione illa cætera-
11 ta, *hæredes, & successores*; † Quia extensio fa-
cienda est iuxtà subiectam materiam, *Mart. de
clausul. claus. 44. nu. 1. & seqq. part. 2.* & ita vt non
egrediatur hæredes suos.

Paritèr non releuat alia clausula cæterata
*Angela absenti, &c. & me Notario cum dicto Ioanne
12 Baptista Procuratore præsente, &c.* † Quia quic-
quid dicendum esset, vbi versaremur in ma-
teria indifferenti, & trãsitoria ad extraneos, in
isto casu, in quo versamur in emphyteusi Ec-
clesiastica ad hæredes extraneos non transiti-
sibili, nõ potest fieri huiusmodi interpretatio.

Clausula, *Ad habendum*, nec etiam refraga-
13 tur, † quia induit naturam contractus, cui
adijcitur, ac ab eo limitationem recipit, *Ro-
ta coram Seraph. decis. 795. num. 8. & coram Coccì-
no decis. 75. num. 10. in recent. decis. 60. nu. 12. & 15.
part. 5. & decis. 74. num. 8. part. 6.* prout etiam
à subsequenti prohibitione alienationis, quæ
14 magis † est attendenda, & plus influit in con-
cessione, quàm faciunt clausulæ generales,
Dec. cons. 171. num. 3. vers. 4. & vltim.

Clausula, *in perpetuum*, intelligitur quoad
15 tempus, & numerum descendentium, † non
quoad qualitatem successorum, vt etiam
extranei succedere valeant, *Io. Andr. ad Specul.
tit. de Locat. §. Nunc aliqua, Bald. in auth. si quas
Ruinas post princip. C. de sacros. Eccles. Ancher. con-
sil. 126. Cephal. consil. 400. num. 21. vers. ad dictio.*

Pactum de soluendo laudemium, nec illud
facit coniecturam comprehensionis extraneo-
rum, quia vt in prima decisione R.P.D. mei
Bichij responsum fuit sub §. *Eo minus, in fin.*
illud restringitur, siue declaratur à subsequen-
16 ti illa clausula, *iuxtà iuris dispositionem*, † quæ
operatur, vt intelligi tantum debeat in alie-
nationibus à Iure permissis, & ita in illis, quæ
fiunt inter comprehensos in Inuestitura, *Rota
coram Seraphin. decis. 1290. num. 12.*

Non obstat, vt ex eo quod tempore con-
cessionis factę Angelæ ipsa reperiatur in æta-
te septuagenaria, & consequenter destituta
esset omni spe procreandi filios naturaliter,
17 indè † inferatur etiam habuisse mentem, ac
intentionem acquirendi non pro hæredibus,
& successoribus sanguinis, sed pro hæredibus,
& successoribus bonorũ, Quia ad huiusmodi
interpretationem capiendam, & ad effectum
recedendi à proprietate verborum, & natu-
ra contractus non sufficit mens, & intentio
vnius ex contrahentibus, sed constare debet
de mente vtriusque, ad firmata per *Mantic. de
tacit. lib. 3. tit. 4. num. 21.* In proposito autem ca-
su mens Monialium nequaquam in hoc con-
currere potuit, quia cum nullam de ætate,
ac qualitate personæ Angelæ notitiam habe-
rent, prout de hoc euidenter constat; Nam
sibi specialiter cauerunt, quod Procurator
Angelæ teneretur exhibere iustificationem,
quod esset Soror Andreæ; & non Monialis,
vtique non potest ex dicta qualitate Moniali-
bus prorsùs incognita prætendi recessum pro
earum parte à natura contractus, *Mant. de ta-
cit. d. tit. 4. num. 28. Gald. de emphyt. lib. 2. quæst. 20.
numer. 4.*

Denique non obstat (quod admisso etiam)
vt vltima cõcessio dici posset, facta ex pacto,
& prouidentia, & pro hæredibus, & successo-
ribus sanguinis tantum, adhuc ex quo prima
anni 1550. prætenditur hæreditaria, & quod
18 hæc posterior sit illius renouatio; † ideò
eiusdem naturæ, & qualitatis esse præsumatur
*Rota in Callien. bonorum 24. Ianuarij 1648. coram
me; & in Rauennaten. Domus 17. Martij 1651. co-
ram Reuerendiss. Tarraconen.* Domini enim cir-
ca hanc non de nouo obiectam, sed repeti-
tam exceptionem transierunt cum respon-
sione iam data in pręcedentibus decisionibus
quod dum posteriores concessiones factæ fue-
runt non ex causa lineæ finitæ, sed caducita-
tis incursæ ob nõ solutos Canones; Imò post
rei deuolutæ incorporationem, ac illius pos-
sessionem à Monialibus apprehensam, inde
19 fiat, † quod dd. concessiones dicantur omni-
nò nouæ, ac prorsus à prima independentes,
iuxtà *distinct. Bero. consil. 112. num. 3. & 4. lib. 1.
Rot. in Portuen. Stagni 10. Iunij 1641. §. Nec refra-
gatur, vers. Nihilominus coram bon. mem. Cardin.
Panzirolo.*

Idque tantò faciliùs attentis nouis pactis
in posterioribus concessionibus appositis; Ibi
enim legitur facta concessio, non de nudo
situ, sed de Domo superædificata. Vlterius
conuentũ fuit, quod concessio haberetur pro
non

non facta, quatenus Angela esset Monialis. Item quod solueretur Laudemium, & augeretur Canon, Præterea quod per solam morā biennij in soluendo incurreretur caducitas & in casum contrauentionis liceret Monialibus domum vna cum melioramentis propria auctoritate vindicare; Rursus Inuestitura in his posterioribus concessionibus legitur simpliciter concepta pro hæredibus, & successoribus absque dictione cæterata, & pacto francandi, quæ in prima adiecta fuerunt.

20 Hæc † namque pacta,& conuentiones nouæ, ex quo plerumque respiciunt nedum accidentalia, sed ipsam substantiam rei, & contractus emphyteotici efficiunt, vt inuestitura non à prima dependentiā habeat, sed prorsus sit noua, quamuis sub illius commemoratione emanauerit, & sub expræssa remissione caducitatis, vt firmatur in *decis. R.P.D. mei Verospij sub §. & licet, vers. nauau, & §. neque, & in vtraque decis. R.P.D. mei Bichij, & signanter in 2. sub §. Quapropter*, vbi vlterius declaratur remissionem caducitatis, tunc esse momenti ad

21 excludendam nouitatem cōcessionis,† quando non adsunt noua pacta, secus si (prout hic) noua pacta substantialia adiecta fuerunt; Nam tunc nedum censetur noua concessio *Bald. in l. 1. num. 4. post med. vers. nisi noua Inuestitura, ff. de rer. diuis. Oldrad. cons. 168. num. 2. versic. videtur etiam, Surd. cons. 440. num. 50. & seqq. Afflict. decis. 112. num. 15. Rota in Portuen. Stagni 16. Decembris 1641. §. Nec visum coram bon:mem. Card. Panzirolo*, vt imò recipiens emphytheusim

22 cum † nouis pactis censeatur priori renunciasse ex tradit per *Bursatt. cons. 251. num. 3. & 4. lib. 3. alijsque ibi allegatis firmat Dec. in d. Portuen. Stagni 10. Iunij 1641. coram eodem bon:mem. Card. Panzirolo*: quod etiam procedit, si noua concessio concepta reperiatur per illa verba, *pro-*

23 *rogamus, extendimus, &c.* † Quia in tali quoque casu ex adiectione pactorum substantialium censeretur mutata substantia contractus, cum talis nouitas pactorū nouam emphytheusim constituat, vt in his terminis firmauit *Rot. coram Caputaq. dec. 17. par. 2. coram Seraph. dec. 1362. num. 3. & seqq. vers. Quia magis inspicimus, & decis. 160. num. 9. part. 2. diuers. Modern. Fulgin. tit. de contract. emphyt. quæst. 9. num. 12.*

Præterea intrare quoque visa fuit Dominis deuolutio nedum per deficientiam lineæ Angelæ, sed etiam per obitum prius secutum Andreæ Calandræ, secundo loco inuestiti absque filijs, non refragante quod Angela esset illius Soror, quia cum inuestitura non esset ad extraneos transmisibilis non poterat

24 illa dici sub ea comprehensa. † Nam appellatione hæredum sanguinis veniunt tantum descendentes, & non transuersales, *Rota in dicta Caietana bonorū 3. Decembris 1646. coram R.P.D. meo Cerro, §. Iustitia verò*, vbi plures aliæ cumulantur authoritates.

Neque Angela iuuari posse visa fuit noua cōcessione ad sui fauorem facta de anno 1612

25 Nam † cum vtrumque requisitum, tam solemnitatis, quam causæ omninò necessarium in noua concessione rei Ecclesiasticæ ibi deficiat vtique illa minimè substinetur, *Dec. in Auth. qui rem num. 22. & ibi Cagnol. num. 58. C. de sacros. Eccles. Clar. in §. emphytheusis q. 6. vers. si est tamen. & quæst. 28. vers. aut verò, & in §. feudum, quæst. 13. Rot. in recentior. decis. 176. num. 42. cum seqq. part. 5. recent.*

Huiusmodi autem Beneplacitum Apostolicum præsumi neque potest ex lapsu tempo-

26 ris, quia deficit obseruantia, † quæ copulatiue cum tempore requiritur ad huiusmodi præsumptionem inducendam, *Rota coram Coccino decis. 301. num. 2. & 3. & in Pampilonen. Iurisnominandi Vicarium 14. Decembris 1643. coram Eminentiss. Card. Otthobono §. Beneplacitum verò, & in Rauennaten. Domus 14. Iunij 1649. coram Re-*

27 *uerendiss. Tarraconen. §. Nec huiusmodi.* † Vltra quod huiusmodi præsumptio sublata fuit per Constitutionem 158. san:mem: Vrbani VIII. præseruatiuam iurium Ecclesiæ, *Rota in Tiburtina Affictus 19. Iunij 1648. §. Neque prodesse, coram Eminentissimo Card. Corrado, & in Rauennaten. Domus 14. Iunij 1649. coram Reuerendiss. Tarraconen. §. Nec huiusmodi, cōfirmata 17. Maij 1651. coram eodem §. præsumptio.* At semper pro exclusione, atque irrelouantia præsumpti Beneplaciti Apostolici viget ratio, quæ deduci-

28 tur ex defectu Causæ, † quæ cum debeat esse, vel necessitatis, vel euidentis vtilitatis Ecclesiæ cessat in proposito casu, dùm Domus annui redditus scut. 100. & vltra fuit concessa in emphytheusim pro solo annuo Canone scut. octo tantum, *Rot. in Romana domorū 18. Februarij 1650. coram R.P.D. meo Bichio, & comprobauit 2. decisio huius Causæ emanata coram eodem sub §. finali.*

Denique pro clariori, & incontrouertibili controuersæ domus deuolutione, considerabant Domini, quod admisso non tamen concesso, vt dici posset, concessionem factam Angelæ fuisse validam, atque etiam ad extra-

29 neos concessionem, † adhuc semper intraret deuolutio ex illius transmissione ad manum mortuam mediante vniuersali institutione sibi facta de Hospitale B. Mariæ de Carauaggio contra expressam iuris prohibitionem, *cap. 1. de alienat. feud.* & ibi *Afflict. in princ. num. 4. & 5. gloss. in cap. potuit verb. prohibeatur,*

29 & ibi *Abb. num. 10.* & regulare est, † quod bona Ecclesiastica non possint ad manus mortuas deuenire, *Bursatt. cons. 199. num. 41. vers. 3. Rot. coram Gregor. XV decis. 520. num. 11.* ibique *Adden. num. 14.* nec etiam per viam institutionis, *Rota in recent. decis. 211. nu. 20. part. 6. recent.*

30 præsertim resistere etiam peculiari Conuentione in Inuestitura apposita, quod nec ipsa Angela succederet, si esset Monialis, vt ponderauit etiam *prima decis. Reu. P. D. mei Bichij, §. Ex quibus,*

Non obstat demum si prætendatur, quod Moniales per receptionem quindennij, ac Canonum censeantur, talem institutionem ad fauorem Hospitalis factam approbasse; Quia

31 Canones recepti fuerunt à Priorissa, vel Procuratore, qui Monialibus præiudicare minimè potuerunt, *cap. veniens & ibi DD. C. de transact. Honded. cons. 55. nu. 25. lib. 1. Bursatt. dec. 691, num. 9.*

num. 9. Multo magis deficiente, † tam solemnitate Beneplaciti Apostolici, quàm Causa vtilitatis Ecclesiæ, quorum vtrumque pro validanda in tertium alienatione domus emphiteoticæ concurrere debuit, vt præter superius allegatos firmauit *Rota in Forosempronien. seù Eugubina bonorum 4. Martii 1641. coram Reuerendissimo Tarraconen. & in Ceruien. bonorum 23. Martii 1648. coram Reuerendiss. Terracinen.*

Et ità vtraque parte &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Romana Dotis.

Veneris 19. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

Mandatum procuræ æquè ad sortem recipiendam, ac fructus successiuè exigendos, vbi per Mulierem fuerit factum; Non potest deindè solutio, quæ nullius causæ expressione munitur, ad extinctionem sortis adaptari, cum imò potius in satisfactionem fructuum sit referenda.

SVMMARIVM.

1 *Solutio vbi causa non est expressa cadit in satisfactionem fructuum.*

2 *Dotis nomen, æquè sortem, ac fructus comprehendit.*

3 *Solutio facta in executionem mandati pro sorte, & fructibus relaxati ad vtramque speciem refertur.*

Effectus à præcedenti causa declarationem assumit, num. 3.

4 *Obseruantia plurimum defert ad declarationem in quam causam cadat solutio.*

5 *Consanguineus, qui vti talis interfuit contractui, illius ignorantiam allegare non potest, & num. 4. pro intellig.*

6 *Scientia arguitur ex sanguinis coniunctione.*

7 *Actus initi inter personas diuersas contrariam probare non possunt obseruantiam.*

8 *Fideicommisso grauatus quando per solutionem fructuum dotalium sequentibus vocatis non præiudicare dicatur.*

9 *Liquidatio fructuum non requiritur vbi certa quantitas fuit promissa, quæ ex computo aritmetico potest absolutè dignosci.*

10 *Interpellatio non requiritur contrà promissorem dotis eiusque hæredes, secus vero vbi agitur aduersus hæredes mariti defuncti.*

11 *Procurator generaliter constitutus ad recipiendam sortem, & fructus non potest in causam sortis recipiendo principali præiudicare.*

12 *Pater qui se ad dotis fructus obligauit, bona filio prælegando suæ obligationi non præiudicat.*

DECISIO CCCXLI.

DOS in scut. 13. mil. à Patre constituta Victoriæ, & in eadem successiue summa tributa congrua coram me decreta fuerat, verùm cum ob euictionem super eadem dote in scut. 7000. ab anterioribus Creditoribus passam pro iterata illorum solutione instaretur scuta 1512. quæ Procurator Victoriæ de anno 1596. præuio mandato de consignando à Sacro Monte Pietatis exegerat, necnon etiã pluribus sequentibus vicibus alia scuta 695. ab eademmet Victoria ad dotis computum recepta, D. Marchio de Maximis credito sortis adscribenda esse, At D. Vitellius Creditor eiusdem Dotis in fructus pro summa longe maioris tunc temporis decursos contendebat imputanda, Ad vtriusque proinde partis instantiam dubium hodie proposui, pro qua videlicet summa mandatum debeat relaxari, & pro integra scut. 7. mil. relaxandum esse hodie Rota decreuit, innixa regulæ iuris adscri-
1 bentis solutiones exactioni fructuum † quoties causa ibidem expressa non fuerit, ac dubitationem consequenter admittat, de qua in *l. 1. C. de solut.* & notant ibi post *glos. Bart. num. 9. ceteriq. communiter l. in his §. Imperator ff. de solutionib. Cald. cons. 4. & cons. 9. num. 1. de vsur. Surd. cons. 290. num. 61. Ruin. cons. 136. num. 14. lib. 4. & cons. 162. num. 17 lib. 5.* cum alijs relatis per *Modern. Rom. discept. c. 224. num. 31. Rot. decis. 403. num. 16. par. 5. recent.*

Dubiam verò exactionem in casu proposito arguit quietantia Procuratoris dũ idem scuta 1512. recepit nomine Victoriæ ad com-
2 putum dotis sine præiudicio residui † dotis, quippe nomen vti nomen iuris speciẽ vtramque sortis, ac fructuum includit secundum *Bart. in leg. Item veniunt §. Item non solum num. 3. ff. de petit. hæred. Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 49. n. 1. Rota in Romana fructuũ dotis 15. Nouembris 1596. coram bon. mem. Orano impress. post Fenzon. ad stat. Vrb. decis. 85. §. nihil etiam obstare, & in Iannuen. separationis Thori 22. Iunij 1650. in §. ponderatum etiam coram R. P. D. meo Meltio*, à qua postrema decisione licet Rota recesserit, recessus tamen exindè processit, quando speciale mandatum ibidem pro fructibus duntaxat relaxatum nõ poterat sub altero sortis includi, non tamen conclusionem præfatam in dubium reuocauit.

Dubia pariter exactio exindè conuincitur, quando solutio facta fuit de pecuniis ab Ascanio de Maximis depositis ex prætio Roccæ Siccæ eidem à Pompeo fratre Victorię distractæ affugieñ imminentem subhastationẽ virtute executionis habitæ super eodem Castro ab ipsa Victoria in vim mandati executiui reportati pro sorte, & fructibus suæ dotis, Dum enim in vtramque Causam præcesserat executio ad vtramque proinde speciem fructuum, ac sortis referri potest subsecuta solu-
3 tio † cum effectus à præcedenti causa declarationem assumat prout etiam actus successiuus à præcedenti mandato debet regulari, vt probat *text. in l. Emptor §. huius ibique not. Bart. num. 3. ff. de pact. & in l. cum ex pluribus in princ. ff. de solut. Ias. cons. 171. col. 3. propè finem vers. 2. facit. lib. 2. Aym. cons. 407. num. 30. Alex. cons. 11. nu. 3. cum seqq. lib. 2. Paris. cons. 20. num. 77. vol. 1. Surd. cons. 418. num. 11. & decis. 93. num. 15.*

Hanc præterea solutionem in causam duntaxat

taxat fructuum cessisse demonstrat obseruantia subsequuta, successiuis namque temporibus à Pompeio fratre Victoriæ, qui vti proximior interfuit mandato procuræ cuius virtute processit exactio, Creditrix agnita fuit integræ dotis eidem postmodum persolutæ in vim sententiæ in iudicatum prolapsæ. Talis enim obseruantia imputationem antece-
4 dentis exactionis in sortem excludit, † sed in causam fructuum facieñ arguit ad *tex. in l. cum de in rem vero in fin. ff. de vsur. aliisq. relatis iuribus in Romana pecuniaria* 18. *Iunii* 1646. *in §. Praterea visa fuerunt coram Eminentissimo D. Cardinale Corrado*.

Neque præfatam obseruantiam edidit allegata exaduerso ignorantia in persona Pom-
5 pei fratris Victoriæ. † Hanc quippe elidit ipsius præsentia mandato procuræ expedito per Victoriam ad exigendas pecunias ab Ascanio Emptore Castri depositas, *vbi not. Doct. in c. 3. loco*, vbi inter cæteros *Felin. num. 7. Dec. num. 44. de probat. Ruin. cons. 145. num. 2. ad fin. lib. 5. Paris. cons. 162. num. 14. cum seqq. lib. 4. Rot. coram Gregor. decis. 315. num. 7. & 8.* nec non etiam arcta san-
6 guinis coniunctio † ad arguendam scientiam bene per apta iuxtà *text. in l. octaui ff. vnde cognat. Alex. cons. 163. num. 6. lib. 2. Paris. cons. 23. num. 219. Gozzad. cons. 33. num. 14. Surd. cons. 87. nu. 28. lib. 1. Rota coram Seraphino decis. 1485. num. 3. & coram Buratto decis. 427. num. 10.*

Non etiam eandem obseruantiam euertit contraria pro parte Marchionis deducta ex calculo inter partes inito de anno 1604. quo inter solutiones dotis fructibus ibidem assignatas descripta non legitur conuersa summa scut. 695. ab Ascanio Victoriæ persoluta. Præfatus enim calculus non respicit fructus debitos ab hæredibus Lelij Patris Victoriæ de Maximis, sed eos duntaxat à Victoria Oliua præstandos Pompeo occasione fructuum dotis eidem promissa, & pro rata scut. 7. mil.
7 cessæ Victoriæ de Maximis adeoque † initus inter personas diuersas ad probandam contrariam obseruantiam inefficax reputatur per *Text. in l. sæpe vbi Bart. num. 1. cæterique Doct. ff. de re Iud. Surd. cons. 262. num. 65. Aym. cons. 206. nu. 1. Rot. coram Greg. decis. 535. num. 4. & dec. 208. nu. 7. p. 1. rec.*

Hinc non vrget altera exceptio, quod fideicommissarijs successiue vocatis ipsemet Pompeius præiudicium aliquod inferre nequiuerit ex solutione integræ dotis, quatenus indebita foret, cum nullum fideicommissarijs præiudicium irrogauerit dum ex supradedu-
8 ctis non probatur indebita, sed potius agnita ab ipso veritas desumatur, † cuius virtute potuit ad solutionem integræ sortis non obstante fideicommisso deuenire iuxta *tex. in l. Marcellus §. resque, vbi Bart. in princ. ff. ad Trebell. Cephal. cons. 13. num. 25. & cons. 47. num. 22. Becc. consil. 100. num. 6. Aym. cons. 215. num. 4. Soccin. cons. 16 num. 13. cum seqq.*

Non obstat quod dotis fructus, siuè ex defectu liquidationis, siuè interpellationis non secutæ contra debitorem, nec proinde morosum viderentur tunc temporis indebiti, nec extractioni obnoxij siquidem certa fructuum quantitas fuerat in promissionem deducta, quæ ex computo aritmethico poterat abso-
9 lutè dignosci, † nec viteriori proinde liquidatione egebat ad tradita per *Castr. in l. 2. nu. 113. C. de Iur. emphit.* cuius auctoritatem sequitur *Rota coram Cavaler. decis. 323. prope finem, & in decis. 608. part. 3. & decis. 576. num. 3. par. 5. recent.* Interpellationis verò necessitas in proposito casu cessabat ex quo questio vertebat contra promissorem dotis, ac ipsius hæredes morosos in soluendo mulieri per statutum exclu-
10 sæ † quidquid dicendum foret si ageretur contra hæredes Viri, in quibus duntaxat viget necessitas interpellationis, vt dixit *Rota in Romana fructuum de Vellis* 10. *Nouembris* 1600. *coram Litta, & in Romana fructuum dotis* 19. *Ianuarij* 1595. *&* 15. *Nouembris* 1595. *coram Orano, cæterisq. relatis in Romana Saluiani* 4. *Decembris* 1645. *in §. respectu vero vers. nec vlla coram me.*

Aliqui etiam ex Dominis ponderabant in procuræ mandato ab ipsa Victoria nullam fuisse causam expressam in qua fieri deberet
11 exactio † ideoque Procuratorem eam sorti potius quam fructibus adscribendo sine mãdato speciali ipsi præiudicium irrogare non potuisse, vt aduertit *Ias. in l. Præses num. 12. C. de transact. Alex. cons. 22. num. 8. & 9. lib. 1. Add. ad pract. Papien. tit. posit. actis §. Simoninus num. 1. & 2. vers. aut positiones Monter. decis. Aragon. 38. nu. 24. Rota coram bo. me. Merlino decis. 414. num. 12. & in Romana, seù Veliterna Affictus 13. Ianuarij 1653. §. non obstat quod Martellas coram R. P. D. meo Bichio.*

Denique obesse non visa fuit obiectio, vt fructus dotales detrahi nequirent ex Castro Rocchæ Siccæ iure peculiaris primogenituræ Pompeo prælegato, quoniam Lelius Pater dũ ad fructus dotales se antecedenter astrin-
12 xerat † non potuit Castrum Pompeio perlegando præiudicium inferre Victoriæ, quæ illud cum cæteris bonis Patris vinculo hypothecæ retinebat obnoxium ad *tex. in l. fil. fam. §. Diui vbi Ias. num. 11. ff. de leg. 1. l. Pater filium in princ. ff. de leg. 3. l. 1. vbi glos. C. de tit. vend. pign. imped. non posse Pereg. de fideicom. art. 35. num. 8. vers. quia alias, & art. 39. num. 18. Panzirol. cons. 60. num. 5.*

Et ità vtraque &c.

R. P. D. M E L T I O.

Posteà Episcopo P A P I E N.

Romana Domus.

Lunæ 22. Iunij 1654.

A R G V M E N T V M.

Famigeratus *tex. in l. Quintus Mutius ff. de donation. inter virum, & vxorem*, latè in hac decisione declaratur ad exclusionem viduæ secundo nubentis ab assignatione dotis facta de bonis primi viri.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Immissio vig. l. fin. C. de edicto diu. Adr. tollen. non debetur in bonis à creditoribus testatoris, vel fideicommittentis possessis.*
2 *Confessio dotis receptæ plenè probat stante præcedenti promissione.*
3 *Confessio receptæ dotis quæ fuit assignata in certis creditis expressè enunciatis non potest dici ficta, & simulata.*
4 *Negligentia viri in exactione dotis vxori non præiudicat, sed parat actionem repetitionis contra eumdem virum.*
5 *Præsumptio* l. quintus Mutius *quando cessare dicatur, & num. seqq.*
6 *Mulier habens aliundè facit cessare præsumptionem* l. quintus Mutius.
7 *Præsumptio* l. quintus Mutius *fundatur in præsumptione, & coniecturis, ideoque contrariis tollitur coniecturis.*
8 *Vidua post annum luctus non subiacet præsumptioni* l. quintus Mutius.
9 *Pensiones domorum calculantur ad rationem scutorum quinque prò centenario.*
10 *Fructus dotis, & quarti debiti viduæ ab hæredibus viri calculantur ad rationem scutorum septem cum dimidio pro centenario.*
11 *Haeredes vti non possunt exceptione, quæ defuncto auctori minimè suffragabatur.*

DECISIO CCCXLII.

ERSILIA Rubina nupsit de anno 1606. Hieronymo de Pinea, eique in dotem tradidit plura mobilia per communes Amicos æstimanda, necnon scuta 800. consisteñ in diuersis societatibus officij, & alia scuta 300. consisteñ in Censu imposito per Bernardum Quadrinum, & istos promisit exigibiles, ità quod pro ea quantitate, in qua tàm dictę Societates, quàm Census inexigibiles reperti fuissent, dos diminuta intelligeretur; fideiussores autem pro eiusdem dotis restitutione extiteru t Iacobus, & Franciscus fratres prædicti Hieronymi, vt ex instrumento dotali constat, *Summ. R.P.D. Cincii num.* 1.

Defuncto Hieronymo d. Ersilia de anno 1626. transiuit ad secunda Vota cum Io: Baptista Garofolo, assignata illi dote scutorum 2. mil. videlicet scuta 1755. in vna Domo magna, & alia parua illi contigua, super quibus d. Hieronymus, dum vixit dictam dotem assicurauit, dempta tamen tertia parte, vt ipsamet Ersilia asseruit prætensa super dd. domibus à filijs, & hæredibus dicti q. Francisci à Pinea, quatenus de iure eis competat, reliqua vero scuta 245. pro complemento dd. scutorum 2. mil. tradidit partem in pecunia numerata, partem in mobilibus.

Super immissione ad possessionem huiusmodi domorum, tàm ex remedio quorum bonorum quam vigore *legis finalis C. de edict. diu. Adrian tollen.* motum fuit Iudicium coram A. C. ad instantiam Iacobi, & Catherinæ de Pineis filiorum, & hæredum Francisci eorũ Patris, ac hæredum fideicommissariorum Hieronymi, & sententiam contrariam reportarunt, A qua delata appellationis causa ad Rotam, & mihi commissa, dubitauit, an constaret de bono iure dd. de Pinea, & negatiuè quoad duas ex tribus partibus illarum reseruato, quod de alia tertia particulariter videretur Domini hodie resoluerunt.

Ratio resolutionis fuit, quia cum creditum dotale Ersiliæ Auctricis R.P.D. Cincii ascendat respectu sortis ad scuta 1600. vt ex instrumento quietantiæ, & vna cum quarto superlucrato per prædecessum viri in vim statuti Vrbis ad scuta 2. mil. ac pro eo reperiantur obligati tàm Hieronymus, quàm Franciscus, indè sequitur, vt dd. de Pinea, siue veniant hæreditario nomine Francisci Patris, siuè fi-
1 deicommissario Hieronymi Patrui,† vtroque casu solutionem dicti debiti euitare non possint, & consequenter exclusi remaneant à successione, quam prætendunt in dd. duabus tertijs partibus domorum pro eadem dote iam assignatarum *l. si quod possessor 34. §. sed si ipsi in fine ff. de petit. hæred. la quinta C. eodem tit. cum vulgat.*

Creditum dotis controuerti non potest, cum satis illud iustificetur ex præcedenti instrumento promissionis dotis iuncto alio subsequuto quiætantię, in quo Hieronymus Maritus fassus fuit se integrè satisfactum de prædicta dote scutorum 1600. & licet regulariter simplex confessio dotis receptæ nõ probet actualem illius numerationem, sed potius facta præsumatur in fraudem, vel creditorum, vel prohibitæ donationis, fallit nihilominus huiusmodi conclusio, quando, pro-
2 ut hic, dotis promissio præcessit, † nam tunc Mariti confessio optimè admittitur, & creditoribus præiudicat, tamquam facta ad bonam fidem agnoscendam *l. in contractibus §. quoniam vbi Castrens. & alii C. de non numerat. pecun. Cravett. cons. 40. num. 1. Roman. cons. 445. sub num. 15. vers. vnde si confitetur Ruin. cons. 183. num. 4. lib. 1. Afflict. decis. 402. sub num. 9. vers. sed in contrarium Rot. coram Gregor. XV. decis. 52. nu.* 6. fortius immò absque difficultate procedit in proposito casu, in quo dotis promissio, quæ præcessit, facta legitur in certis Societatibus officij, ac censibus, cum indicatione certi diei, anni, ac
3 Notarij, qui de illis se rogauit: † Hinc namque excluditur quælibet fraudis suspicio, & intrat veritatis argumentum, quod d. confessio fuerit vera, & non ficta, atque simulata, vt in his terminis bene arguunt *Soccin. sen. consil. 122. nu. 2. vers. tertio etiam lib. 3. Cefal. cons. 121. num. 10. vers. pro quibus etiam facit lib.* 1.

Non obstat, quod stante pacto in instrumento dotali apposito, quod dos censeretur minoris quantitatis, si societates, & census assignati non reperirentur exigibiles; Inexigibiles autem prętendantur duę societates officij scutorum 200. necnon Census scut. 300. hinc dos pro huiusmodi quantitate reducenda videatur, quia ommisso, quod talis inexigibilitas non probatur, necnon valeat illa deduci ex responsionibus Ersilię ad positiones pro parte illorum de Pineis datas, cum potius con-

contrarium concludant, ex quo interrogata Ersilia super dicta asserta inexigibilitate, se illam non credere respondit, Domini vlterius pro responsione animaduertebant, quod post dictum pactum incontinenti subditur, *con questo però, che dd. Compagnie si disdichino quanto prima, e si faccino le diligenze senza continuarle*, ex quo sequitur, vt cum vir illas non disdixerit, nec diligentias fecerit, sed illas continuare voluerit, immò quietantiam fecerit ad fauorem Ersiliæ vxoris, inde resultet præsumptio, quod vel dicta credita exegerit, vel saltem fuerit negligens circa illorum exactionem, quorum vtrumque sufficit pro indemnitate vxoris,
4 nam † negligentia viri, etiam attenta iuris communis dispositione non potest vxori præiudicere, immo parat actionem repetitionis dotis contra ipsum maritum, *ad textum in l. si extraneus 34. ff. de iur. dot. l. Meuia 50. ff. solut. matr. Ciriac. controu. 110. num. 5. & seq. Rota in recent. decis. 114. num. 16. par. 7.*

Minùs prætendi potest dotis diminutio ex eo, quod cum Ersilia secunda vice nubens tradiderit secundo viro scuta 150. ac etiam nonnulla mobilia, illa præsumantur fuisse
5 Hieronymi primi viri, iuxta † dispositionem *l. Quintus Mutius, ff. de donat. inter vir. & vxor.* quia exceptis nonnullis mobilibus parui valoris, quę ad eius manus peruenisse post mortem viri fassa fuit eadem Ersilia in responsione ad positiones sibi datas, quoad reliqua præsumptio dictæ legis cessat ex pluribus, & primo, quia dicta Ersilia in Instrumento dotali inito cū Hieronymo sibi reseruauit vnam Societatem officij scutorum 50. ex cuius fructibus cum spatio 20. annorum, quæ intercesserunt à die reseruationis factæ ad diem soluti matrimonij potuerit conflari non solùm dicta summa scutorum 150. sed etiam maior
6 summa. † Hinc cessat præsumptio turpis quęstus inducta *per l. Quintus Mutius, ad tradit per Bald. in l. eum oportet, num. 12. C. de bon. quæ liberis, Alex. cons. 42. nu. 2. vers. tamen illud est verum, volum. 5. Crauett. cons. 61. nu. 7. vers. solum superest, Corn. cons. 327. num. 8. volum. 1. Bursat. consil. 209. à num. 23. cum seqq.* quia declarat *d. leg. Quintus Mutius*, tamquam fundatam in præsumptio-
7 ne, † & coniecturis, contrariis quoque tolli coniecturis *Cassan. consil. 29. num. 12. Alciat. tract. de præsumpt. regul. 3. num. 4. vers. idem est, Gabr. eod. tit. de præsumpt. conclus. 15. num. 21. vers. 9. limita, Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 51. numer. 36. vers. quando autem, Rota in recent. decis. 653. nu. 4. vers. circa illud, part. 4.* Præterea præsumptio *d. l. Quintus Mutius*, non habet locum, quan-
8 do, prout hic, † agitur de Vidua post annum luctus, *ita Vegg. consil. 60. num. 17. Misinger. centur. 2. obseru. 92. num. 4. Menoch. de præsumption. d. lib. 3. eadem præsumpt. 51. num. 22. vers. ea vsi sunt ratione.*

Non obstat si fortè prætendatur Ersiliam fuisse integrè satisfactam de credito dotis ex pensionibus medio tempore perceptis ex dd. duabus tertijs partibus domorum, quæ pro dote illi assignatæ fuerant, nam vltra quod ex libello producto de anno 1633. in Curia Capitolina pro parte illorum de Pineis, & dato in *Summario R. P. D. Cincij num. 4.* apparet dictas domos non semper fuisse possessas à dicta Ersilia, immò, quod pro aliquo tempore eas quoque possederint, dicti de Pinea, ac pensiones exegerint, semper intrat sequens dilemma quod aut talis assignatio facta de anno 1625. fuit in solutum, & tunc certum est, quod D. Ersilia fecit fructus suos, aut fuit in sim-
9 plex pignus, † & adhuc calculando dd. pensiones ad rationem scutorum 5. pro quolibet centenario, & anno, vt in hac materia passim Rota seruare solet, quod signanter firmatum fuit *coram Caualerio decis. 358. num. 2. & in Romana Domorum 31. Decembris 1645. coram R. P. D. meo Bichio*, semper illæ consumptæ remanerent à fructibus in maiori summa illi debitis,
10 tam pro dote, quàm pro quarto, † nempè ad rationem scutorum septem cum dimidio pro quolibet centenario, *vt ex calculo pro parte R. P. D. Cincij dato, Gratian. discept. forens. cap. 823. num. 16. & seqq. Rota in recent. decis. 246. in princ. par. 2.* Denique non obstat prætensa exceptio cedendarum ex eo deducta, quod Ersilia liberauit Iacobum à fideiussione, quam vna cum Francisco fratre fecerat pro restitutione dotis, nam apparet, quod talis liberatio emanauit ad instantiam eiusdem Francisci, qui propterea, sicuti huiusmodi exceptione vti non pos-
11 set, † ità nec illi de Pinea illius hæredes hoc facere possunt, *Negusant. de pignor. part. 5. membro 5. num. 36. vers. 3. fallit, Merlin. eodem tract. lib. 4. tit. 2. quæst. 72. nu. 18. Grass. except. 10. n. 29. Ant. de Amat. resol. 37. num. 54.*

Respectu verò alterius tertiæ partis domorum, ex quo apparet eamdem Ersiliam assignasse D. Io. Baptistæ Garofolo eius secundo viro duas partes dd. domorum pro sc. 1755. cum speciali expressione, quod eximebat aliam tertiam partem prætensam à filiis, & hæredibus Francisci. Hinc videtur, quod hęc pars libera remanserit à dicta assignatione, & propterea meritò Domini de ista reseruarunt, vt particulariter videretur.

Et ita vtraque parte &c.

R. P. D. CELSO, Posteà S. R. E. CARDINALI.

Romana Societatis Officij.

Lunæ 22. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

Superlucrata dicitur Societas per obitum illius cuius sub vitæ periculo extabat, etiamsi fideiussores ad formam obligationis non fuerint præstiti, quoties tamen fuerint percepti fructus, quod quando procedat hæc tibi declarat decisio.

SVMMARIVM.

1 *Societas officij superlucratur per mortem dantis, etiamsi fideiussor non fuerit præstitus, modo tamen sint percepti fructus.*

2 Fru-

2 *Fructuum receptio in societate officij remittit tantũ præstationem fideiussoris pro tempore, quo illi fuerunt percepti.*
3 *Receptio partis inducit ratificationem in totum.*
4 *Obseruantia soluendi fructus in societate officij præualet illius obligationi in limine contractus apposita.*
5 *Obseruantia attendenda est, ac si ita fuisset inter partes conuentum.*
6 *Obseruantia habet vim noui contractus.*
7 *Obseruantia præualet statuto contrario.*
8 *Præscriptio non requiritur ad declarationem voluntatis contrahentium, sed sufficit quod ita fuerit obseruatum.*
9 *Obligatio præstandi fideiussores per receptionem fructuum dicitur remissa.*
10 *Solutio expressè facta in certam causam, non potest in alia referri.*
11 *Solutionem duplicatam quemquam fecisse non est dicendum.*
12 *Sequestrum impedit quominus solutio creditori fieri possit.*

DECISIO CCCXLIII.

DOMINI ex eodem fundamento, quod Societas fuerit superlucrata per obitum Saxi, super cuius vitæ periculo illa residebat, iterùm responderunt mandatum non esse exequendum, non obstante repetita exceptione R. P. D. Ciscarini, quod contractus non fuerit impletus, nec præstitus fideiussor promissus; Nam dum pro tempore, quo Saxus
1 obiit ipse fructus recepit, † satis declarasse videtur, quod voluerit in contractu persistere, & Societatem continuare, vt in his terminis firmauit *Scacc. de commerc. & camb. §.1. quæst.1. num.367. Gratian. discept. forens. cap.301 num.36 & seqq. & cap.302. num.1. Buratt. decis.674. n.7. Merlin. decis.290. nu.8. in recen. decis.192. n.18. & seqq. par.5.* & latè firmatum fuit *in Romana societatis officij 13. Martij 1648. coram R. P. D. meo Bichio.*

Neque contrarium censuit Rota in decisione exaduerso allegata *Pisauren Societatis officij 30. Maij 1639. coram Reuerendissimo Tarracon.* Nam licet ibi decisum fuerit, quod per fructuum receptionem post obitum fideiussorũ, non intelligatur perpetuò remissa obligatio illos renouandi; Nihilominus expresse firmatur, quod remissio est indubitata pro tem-
2 pore, quo fructus apparent soluti; † atque ideo cum in casu dictæ decisionis semestre solutum comprehenderet tantummodo totã diem 12. Iunij 1638. & Franciscus Maria super cuius vitæ periculo cantabat Societas obierit die 13. mensis Septembris, talis solutio non potuit operari vltra suum tempus, & sic vltra dictam diem 12. Iunij sequendo doctrinam *Gratian. in locis supra allegatis, necnon decisionem 192. par. 5. recent. aliosque relatos per Add. ad Buratt. decis.674. num.17.*

Non obstat, quod dicti fructus non fuerint integrè percepti, sed pars tantùm soluta fue-
3 rit; † nam ex solutione partis resultat ratificatio in totum, *ad text. in l. de lege, §. vlt. ff. de seq. commiss. Arezio consil.149. num.11.* Tard. qui multipliciter exemplificat *consil.104. num.8. & seqq. Gratian. d. cap.301. num.58. & seqq. & cap.302. num.17. Rota in Esina pecuniaria 26. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Bevilaqua,* cum alijs in præterita decisione adductis.

Minùs supradictum fundamentum impugnari valet ex eo, quod fructus semestruatim essent soluendi; nam ex ordinibus factis, & solutionibus subsequutis, & ex confessione
4 propria eiusdem R. P. D. Ciscarini, † constat de obseruantia contraria soluendi, scilicet de mense in mensem, *ex traditis per Gratian. cap. 716. num.19. vers. maximè quia,* vbi quod talis
5 obseruantia debet attendi non secùs, † ac si à principio ita inter partes fuisset conuentum, *Menoch. consil.49. sub num. 20. & 21. Rota coram Caualer. decis.199. num.6. & in recent. decis.208. num.10. par.4. tom.2.*

6 Obseruantia enim habet † vim noui contractus, vt inquit *Surd. cons.335. num.26. Simon. de Prat. cons.79. num.27. lib.1. Ioseph Ludouic. com. opin. conclus.38. illat.121. Gratian. cap. 675. sub num.14. Rota coram Caualer. decis.302. num.3.* &
7 præualet etiam statuto † contrario, *Surd. dicto cons.335. sub num.26. Rota post Cinc. de censib. decis.221. num.6.*

Parumque refert, quod illa non fuerit præscripta, nam cum Societas fuerit inita ad sex menses, & deinde ad beneplacitum, illa deducitur pro interpretatione dispositionis, &
8 declaratione eiusdem beneplaciti, † ad quem effectum non est necessaria præscriptio, sed sufficit, quod ita fuerit obseruatum, iuxta not. *in l. quadam. ff. de reb. dub. Alex. cons.8. num.7. lib.6. Castr. cons.347. num.4. lib.1. Aymon cons.101. sub num.4. & cons.201. num.12. Becc. qui plures cumulat consil. 101. numer. 50. lib. 1. Rota coram Buratto decis.390. num.3. in recent. decis.419. num.6. decis.448. num.3. part.1. & decis.14. num.5. part.7.* & firmatum fuit *in Comen. Præpositura 23. Maij 1644 coram Eminentiss. Card. Corrado.*

Imò etiamsi fructus semestruatim soluendi essent, adhuc pro semestre incepto die 19. Nouembris, quo Saxus obiit, solutio fructuũ controuerti non potest; siquidem solidatio facta inter partes per totum mensem Iunij 1650. est indubitata, & abinde citra in causam vtriusque Societatis ante obitum Saxi apparent soluta scuta 222. post obitum verò ipsius nempè die sequenti eiusdem mensis Nouembris scuta 60. in causam fructuum Societatis magnæ: Vnde positis dictis scutis 60. in causam expressam, & calculatis integrè fructibus eiusdem Societatis magnæ, clarè patet, quod pro fructibus societatis paruæ & pro semestre incepto die 19. Nouembris Chrysostomus soluerat notabilem quantitatem; itaut semper sit verum dicere contractum pro illo tẽ-
9 pore fuisse † ratificatum, & onus implendi remissum, vt tradit *Ruin. consil. 155. num.5. & seqq. lib.5. Rota coram Merlino decis.290. num.8. in Rom. Societatis officij 15. May 1645. coram Reuerendiss. D. meo Decano,* cum alijs supra allegatis.

Obiectum quod R. P. D. Ciscarinus esset creditor in iulijs septem menstruis in vim Ordi-

erdinis Francisci fratris pro pensione cuiusdam mansionis, qui propterea prætenduntur comprehensi sub receputa scutorum 55. non fuit habitum in consideratione; nam cum solutio facta fuerit expressè in causam vtriusque Societatis, † in aliam referri non potest,
10 *vt est text. expressus in l. 1. ff. de solut. Rota coram Caual. decis. 165. num. 2. & 3. & post Zacch. de oblig. Cam. decis. 199. num. 21. & in Romana, seu Veliterna restitutionis in integrum 17. Decembris 1646. coram R. P. D. meo Bichio.*

Et quod tollit omnem difficultatem, est impossibile, quod dicti iulij septem sint cõprehensi in reciputis scutorum 55. nam pro eisdem mensibus, pro quibus illa fuerunt soluta in causam vtriusque Societatis, dantur etiam quietantię particulares de dicta summa iuliorum septem, & signãter de mense Octobris, & Nouembris 1648. itaut non sit dicendum, † quod Chrysostomus voluerit solutio-
11 nem reduplicare, prout in simili ponderat *Rimin. consil. 348. num. 8. & seqq. lib. 2. Rota coram Merlino decis. 507. num. 1. & seqq.* Maximè cum postea superuenerint sequestra creditorum
12 eiusdem Francisci, quæ impediebant ne solutio fieret, *Caputaq. decis. 155. par. 3.* & fuit dictum *in Auenionen. Attentatorum 28. Iunij 1651. coram me.*

Et ita in decisis persistendum esse (vtraque parte informante) responsum fuit.

R. P. D. ZARATE

Calaguritana Decimarum S. Ascensi, & Daualillo.

Veneris 26. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

Diffusissimè explicatur quando remissoria sit deneganda.

SVMMARIVM.

1 *Confessio probat sola contra confitentem.*
Remissoria non datur contra propriam confessionem, num. 1.
Nec minùs contra id, quod publicis documentis probatur, num. 2. & num. 16. & 17.
Nec contra rem iudicatam proficiscentem ex eiusdem executoris sententia, num. 3.
4 *Cura animalis omnino requiritur ad Parochialitatem constituendam.*
5 *Parochialitas redditur improbabilis per lapsum duorum seculorum.*
6 *Immemorabilis consuetudo excluditur si docetur de principio.*
Probatio requirens testes annorum 254. redditur impossibilis, num. 6.
Remissoria denegatur ex capite impossibilitatis, num. 6.
7 *Remissoria denegatur pro articulo decidendo à Iudice ex quo sapiat iuris articulum.*
8 *Remissoria super iisdem materijs alias articulatis denegatur.*
Quia creditur probatio melior facta quam fieri possit, & magis idonei testes inducti, num. 9.
Maximè si concurrat effrenatus numerus testium examinatorum, num. 10.
11 *Decima prædialis debetur Ecclesiæ Parochiali in cuius territorio sita sunt prædia.*
Quæ decima ex consuetudine potest etiam solui Ecclesiæ Sacramentali, ibid.
12 *Decima quando dicantur solutæ Ecclesiæ vti prædiali, non vti Sacramentali, & num. 13.*
14 *Testes non probant quando eorum depositio emanauit cum supposito, quod non probetur, nec probari potest.*
15 *Testes deponentes de materia extra corporis sensum debent reddere rationem etiam non interrogati.*
17 *Probatio probationem non excludit, quomodo non procedat.*
18 *Remissoria denegatur super materijs, quæ per scripturas probari possunt.*
19 *Ministri non possunt præiudicare Rectoribus Capitulo, & Beneficiatis in materia decimarum.*
Remissoria denegatur stante irreleuantia materiæ. num. 19.
20 *Remissoria petita in vltimis audientijs, denegatur ex suspicione calumniæ.*
21 *Compulsoria specialis denegatur stante irreleuantia scripturæ compulsandæ, & si de releuantia, & existentia non docetur.*
Quod maximè procedit si vigeat suspicio calumniæ. num. 22.

DECISIO CCCXLIV.

IVSTIFICATIS Parrochialitate Ecclesiæ Sancti Ascensi, & intra eius limites situ Monasterij Beatæ Mariæ de Estrella, omniumque eius bonorum, & signanter illorum loci Villaricæ, Domini 17. Aprilis præteriti coram me dixerunt Rectores, Capitulum, & Beneficiatos habere intentionem fundatam in iure non solùm quoad integras decimas ex omnibus terræ fructibus soluendas, verùm etiam quoad primitias iuxtà quantitatem consuetudine taxatam de quadraginta vnum potissimè concurrente immemorabili corũ possessione has integras decimas, & primitias percipiendi generaliter ab omnibus Parochianis, & peculiariter ab ipsis Monachis, & in nihilo reluctantibus, priuilegijs, consuetudine præscriptione, & concordia per eosdem Monachos allegatis propter rationes in dicta decisione die 17. deductas, & hodie Monaci remissoriam petebant, quam Domini denegarunt ea ratione, quia articuli, vel habent materias, quibus propria Monachorum confessio, scripturæ publicæ, & res iudicata resistũt, cum, scilicet, in primo articulo Monachi probare nitantur Ecclesiam Sancti Aemiliani Villaricæ ab immemorabili tempore citra
1 fuisse, & ad præsens esse Parochialem: † & tamen nedum ex propria Monachorum confessione in Bulla Vnionis reiteratè emissa, apparet, prædictam Ecclesiam esse Ruralem, & sine cura, quæ sola sufficeret contra prędictos Monachos, *Anton. Cast. cons. 23. num. 8. & sequen. Ricc. decis. 100. num. 15. 18. & seqq. par. 4. Rota in Gerun-*

Gerunden. Prioratus 10. *Decembris* 1644. & 14. *Iunij* 1645. *coram R.P.D. meo Bichio*. Adeo vt contra eam Remissoria non concedatur, *Rota coram fa:me:Greg.XV decis.*523 *num.*4. *Duran.decis.*214.*num.*3. *Buratt.decis.*877.*num.*7.

Verùm etiam ex successiua productione per eosdem Monachos facta tàm Bullę vnionis, quàm sententiæ executoris illam præuijs probationibus pronunciatis esse Ruralem,
2 & sine cura; † Idcirco ad concessionem Remissoriæ deueniri non potest, cum illa non detur contra id, cuius contrarium ex publicis documentis ostenditur, *Rota decis.*414. *num.*5. *decis.*589.*num.*2. *par.*2. *decis.*302.*num.*12. *parte* 5. *recent. in Salisburgen. Iurisdictionis* 1. *Iulij* 1643. *§.Moti, &* 22.*Maij* 1645. *§. secundus verò, coram Reuerendiss.Tarracon.&* 16.*Iunij* 1653.*§.præterea*
3 *cor. R.P.D.meo Verospio*,† nec contra rem iudicatã quę in eiusdẽ executoris sentẽtia proficiscitur, *Rot. coram Verall. dec.*51. *par.* 3. *dec.*406. *n.*2.*infin. par.*2.*& decis.*125.*n.*10.*par.*5.*recent. cor. Buratto decis.*357.*nu.*7. *in dictis Salisburgen.* 1.*Iulij* 1643. *sub §. quibus transactionibus, coram Reuerendissimo Tarraconen. &* 16. *Iunij* 1653. *sub dicto §. Præterea, vers. quarum sanè, coram R.P.D.meo Verospio*.

Nil releuat, quod narratiua sine cura accipienda sit de cura actu. Quoniam non doce-
4 tur ante Vnionem de actuali cura,† quæ omninò ad Parochialitatem desideratur, *Moder. Auenionen. quæst. benefic. par.*2. *cap.*2. *§.*3.*num.*6. *Barbos.de offic. Paroch. par.*1.*cap.*1.*num.*26. & 35. *Pacian.de probat.lib.*2.*cap.*22. *à num.*10.

5 Nec de ea doceri valet, † post duo sæcula improbabilis omninò remaneat, cum excedat hominum memoriam; vt per *Rotam in Toletana Decimarum de Capilla* 4. *Iulij* 1640. *coram Card. Verospio iuniore, in Barchinonen. Parochialis, seu Vicariæ* 13.*Iunij* 1644. *coram Eminentiss. Card.Corrado, & in Bononien. fideicommissi de Nascentorijs* 11.*Iunij* 1649. *coram Reuerendissimo Tarraconen.*

6 Præterea excluditur prætensa immemorabilis, tùm quia datur principium Vnionis, vt in alia *decis. §.Neque etiam &c.* Tùm etiam quia illius probatio ante Vnionẽ anno 1454. secutam impossibilis redditur ex quo requirerentur testes annorum 254. circiter, & hominis vita intra centesimi terminum ex iuris præsumptione coarctetur, *l. fin. C.de sacrosan. Eccles. cap.in præsentia,de sponsal. Rota coram Coccino decis.*345.*num.*5.*coram Buratto decis.*864.*n.*4. *cum alijs allegatis in Placentina bonorum* 16. *Martij præteriti §. Quia cum ab anno* 1528. *coram me*; ideò ex capite impossibilitatis Remissoria denegatur, *Rota decis.*266. *num.*15. *&* 16. *& decis.*419. *numero etiam* 16. *par.*6. *recent. & in citata Salisburgen. Iurisdictionis* 1. *Iulij* 1643. *§. quibus transactionibus, coram Reuerendissimo Tarraconen.*

Et hinc patet respõsio tertio articulo in ea parte, in qua habetur Oppidum Villaricæ dirutum fuisse ante prædictam Vnionem, quemadmodum, & in alia, in qua ponitur etiam Parochialitatem S.Aemiliani non esse extin-
7 ctam, est reijciendus,† quia huiusmodi extinctio concernit iuris articulum cuius decisio non testibus, sed Iudici est reseruata, *Rota decis.*358.*n.*2.*par.*1.*recent. cum alijs in Leodien. bonorum* 10.*Decembris* 1653. *§. Eorum enim possessio, coram R.P.D. meo Bichio*.

Vel prædicti articuli continent materias
8 alias articulatas, super quibus iam examinati fuerunt testes, eorumque dicta discussa, & resolutiones factæ, vt sunt 2.5. & 7. In 2. enim exponitur immemorabilis super exactione decimarum per Monachos ab Incolis Villaricæ facta, & super exemptione à solutione decimarum de suis bonis in eodem loco Villaricæ, quæ omnia leguntur in productis articulis 6. 7. & 8. de Partibus, & super eis 44. testes examinati fuerunt. In 5. & immemorabilis exemptio à decimis respectu Vineę del Campo, ac situs del Cerrado exprimuntur,& hæc nõ desunt in 2. ex dictis articulis de Partibus,& super eisdem examinati 44. testes. Et septimo versatur probatur immemorabilis à non solutione primitiarum pariter in prima instantia articulata, in 8. eisdem articulis de Partibus,cui resistit immemorabilis possessio Rectorum, Capituli, & Beneficiatorum percipiendi integras primitias ab omnibus Parochianis, & ab ipsis Monachis, vt in alia decione *§. Et harum decimarum, & primitiarum so-*
9 *lutio*,† idcircò nec consentaneum est, quod super iisdem materijs Remissoria concedatur *cap. fraternitatis* 17. *de testib. Rota post* 2. *volumen consil. Farinac. decis.*272. *num.*1. vbi quod credi debet induxisse testes magis idoneos, & meliorem probationem fecisse quam potuerint, *Rota decis.*406.*num.*1. *part.*2. *recent. Merlin. decis.*101. *num.*6. *in Toletana Decimarum de Capilla* 4. *Iulij* 1640. *coram bon.mem. Card. Verospio iuniore, & in Tullen. Matrimonij* 22. *Ianuarij præ-*
10 *teriti coram R.P.D.meo Albergato*, † maximè in proposito casu ob effrenatum numerum dictorum 44. testium examinatorum, *Rota in Vlixbonen. nullitatis professionis* 27.*Iunii* 1646. *§. primo quia materiam, coram bon.mem.Arguelles, & in præallegata Tullen. Matrimonii §. hac autem, coram R.P.D. meo Albergato*.

Patrui facienda est distinctio,de qua in prędictis articulis de Partibus, & quæ repetitur in secundo articulo supra examinato, nempe quod exactio medietatis harum decimarum fiat ratione administrationis Sacramentorum ab Incolis S. Ascensij; quoniam in præsenti
11 non agitur de decima personali, † sed prędiali debita ei Ecclesiæ, in cuius territorio sita sunt prædia, *cap. quoniam, de decim. cap. fin. de Parochis, vbi etiam gloss. in verb. prædiorum*, & quamuis huiusmodi decima ex consuetudine non minùs Ecclesiæ Sacramentali,quam prędiali deberi possit, *cap. Apostolicæ,de decim. Moder. à S. Georgio Molaria de diuis. fructuum par.*1. *cap.*7. *num.*78. hæc tamen consuetudo non probatur, & indubitatum remanet,quod exactio decimarum in hoc loco de Villaricea competit Ecclesiæ Sancti Ascensi vti prędiali non autem vti Sacramentali, quia testes pro illius parte examinati, & dati in Summario primæ positionis 16. Ianuarij præteriti *nu.*11. bona per Monachos acquisita iustificant, &

7. 15. 16. 28. sub lit. A. explicant per eosdē
Monachos solutas fuisse decimas & primitias
Ecclesiæ S. Ascensi signanter de bonis loci
Villariccæ. Accedunt, & alij duo ex testibus
datis eodem Summario nu. 14. quorum vnus
loquendo de facto proprio tanquam exactor
12 in dicto loco Villariccæ spatio 20. annorum,
deponit exegisse medietatem decimarum pro
Capitulo tàm ab Incolis S. Ascensi, quàm ab
Incolis exteris ibi fructus colligentibus, cum
quo contestis est alter, quintus qui decem
& octo annos fuit decimarum Repartitor, &
comprobatur, quia iidem testes super 11. articulo,
quorum aliqui fuerunt dati, eodem
Summario num. 13. deponunt Capitulum exigere
etiam primitias ab Incolis, & de omnibus
fructibus, & bonis suorum terminorum,
& in specie de bonis Villariccæ deponit prædictus
quintus testis, in quibus quidem primitijs
Parochus prædialis, non autem Sacra-
13 mentalis de iure intentionem fundatam habet
eodem modo; quo in decimis cum primitiæ
dicantur, quia de primis fructibus sunt,
vt meritò Ecclesię prędiali debeantur, *Barbos.
de iur. Eccles. lib. 3. cap. 25. num. 8. Rota decis. 169.
lib. 3. coram Put. decis. 261. num. 1. & seqq. part. 6.
recent. cum alijs in prima decisione sub §. atque ex iis.*

Vnde semper viget, quod Ecclesia Sancti
Aemiliani de Villaricca non probetur Parochialis
ante Vnionem, sed iste locus fuerit, &
sit intrà fines Parochialis S. Ascensi, & quod
ex illo Rectores, Capitulum, & Beneficiati
decimas percipiant, vt expressè per testes datos
in prędicto Summario primę positionis
num. 14. littera B. & num. 15.

Nec turbare debent testes pro Monasterio
in partibus examinati eorum Summar. num. 5.
asserentes medietatem decimarum ad Monachos
spectare, alteram verò ad Ecclesiam,
cuius Incolæ sunt dicta bona elaborantes;
14 Etenim ipsi testes deducunt Monachorum
titulum ex ipsa Vnione, & cum supposito,
quod Ecclesia fuerit aliquando Beneficium
curatum, quod non probant, nec probari potest;
vnde cum contrarium ex ipsa Vnione,
vel sententia executoris per Monachos productis
eliciatur, eorum depositiones releuare
non possunt, *Rota coram san. mem. Gregor. XV.
decis. 510. num. 3.* Rursùm de tali distinctione,
& quod decimæ spectent potiùs ex vno, quā
ex alio titulo iidem testes cōcludentem ratio-
15 nem non afferunt, & tamen eam etiam non
interrogati exposuisse tenerentur, cum hæc
sit materia extra corporis sensum, *iuxta glos. in
l. solum, verbo solum, versus fin. C. de testam. cum
alijs per Farinac. de testib. quæst. 70. num. 6. Rota coram
Buratto decis. 296. num. 2.*

At in articulis leguntur materiæ, quibus
contrariæ Rectorum, Capituli, & Beneficiatorum
in probationes obstant, & est quartus articulus,
qui continet Parochiam Villariccæ
habuisse semper ab immemorabili fines distinctos
à finibus Parochiæ S. Ascensij, cuius
contrarium remanet probatum ex iustificationibus
per Rectores, Capitulū, & Beneficia-
16 tos factis, † qua propter de stylo huius nostri
Sacri Auditorij Remissoria denegari solet, *vt
in decis. 27. nu. 7. part. 4. tom. 2. recent. in Romana successionis
14. Iunij 1642. coram Reuerendiss. Salamantino
in d. Vlixbonen. nullitatis professionis §. nec obstare,
coram bon. mem. Arguelles.* Nihil obstare
quod ex sola probatione contraria Remissoria
non denegetur ex regula probatio proba-
17 tionem non excludit, † *vt in Narnien. iuris decimandi
19. Iunij præteriti, §. nec releuat, coram me,*
quia non procedit quando aliæ probationes,
vt in præsenti fuerunt factæ, testium dicta,
discussa, vel publicata, & resolutiones emanarunt,
*Rota decis. 27. num. 7. par. 4. tom. 2. decis. 41.
num. 1. & seqq. par. 4. recent. in Romana successionis
4. Iulij 1642. coram Reuerendissimo Salamantino.*

Siue demùm prænominati Monachi conantur
in medium afferre materias quarum
probatio non ex testibus, sed ex scripturis elicienda
est, vt in 6. articulo dato super descriptione
decimarum in Codicibus horrei Capituli,
& Remissoriam demerentur, cum hu-
18 iusmodi descriptio ex eisdem Codicibus haberi
possit, quorum etiam aliquæ partitæ fuerunt
exhibitæ, *Felin. in cap. 1. num. 4. de appellat.
Rota coram san. mem. Gregor. XV. decis. 213. vbi
latè Adden. decis. 271. num. 2. par. 5. recent. in Placentina
Beneficij 29. Maij 1648. coram R. P. D. meo
Celso, in Calaguritana Canonicatus 11. Decembris
1651. coram Reuerendissimo D. meo Decano.* Vltrà
quod hac descriptione etiam probata, non
ideò Monachi à decimarum minutarum solutione
se exemptos dicere possunt, quia Re-
19 ctoribus, Capitulo, & Beneficiatis obesse non
potest in Curia Ministrorum, *Rota in Hispalen.
Decimarum 27. Iunij 1644. coram Eminentissimo
Corrado, & in Toletana Decimarum 28. Ianuarij
1650. coram Reuerendissimo Tarraconen.* Pręcipuè
etiam quia probatum fuit in horreo Capituli
de consuetudinę commorari extraneū eidem
Parochianorum decimas deferentium sequētium,
vt in prima decisione *§. & insuper,* & ex
capite irreleuantię Remissoria denegatur, *Rota
coram Verall. decis. 68. part. 3. coram sanct. memor.
Gregor. XV. decis. 81. num. 3. decis. 122. numer. 1.
& 184. num. 3.*

Accessit etiam pro denegatione Remissoriæ
suspicio calumniæ deducta ex eo, quod
20 ista petitio fit in vltimis audientijs, atque ita
ad impediendam causæ expeditionem, *Rota
coram Caualer. decis. 208. numer. 4. coram Buratto
decis. 587. numero etiam 4. cum alijs adductis in citata
Vlixbonen. nullitatis professionis 27. Iunii 1647.
§. demum, coram bo. me. Arguelles.*

Vlterius etiam petitam compulsoriam specialem
deneganda Domini responderunt,
quia pro compulsandis scripturis iam pro-
21 ductis † inanis est petitio, dum illarum irreleuantia
firmata in prima decisione, nec
pro alijs concedi potest, dum de illarum releuantia,
immò nec de existentia docetur, *Rota
coram Buratto decis. 545. num. 1. & per totum, Duran.
decis. 376. num. 2. & 3. Merlin. decis. 590. num. 1.
& seqq. & in Anconitana Mannæ 31. Iunii 1647.
coram Eminentissimo Corrado, § minusque visa fuit,
in Perusina Suffragiorum 23. Iunij 1651. in princ.
coram R. P. D. meo Bichio.* Potissimè cum ea-

dem

dem calumniæ vigeat suspicio, ob quam eò
22 magis compulsoria specialis denegatur, vt in supra allegatis decisionibus, *& in Aretina Vnionis 2. Iunij 1651. in fine, coram Eminentissimo Cerrado*.

Etque ita &c. vtraque &c.

R. P. D. ZARATE.

Calaguritana Decimarum Sancti Ascensi, & Daualillo.

Mercurij 1. Iulij 1654.

ARGVMENTVM.

Monasterium Sanctæ Mariæ de Extrella tenetur soluere decimas Parochiali Ecclesiæ Sancti Ascensi, & Daualillo Calaguritanæ Diœcesis cum eorum bona sint intrà limites Parochiæ, nec doceatur de exemptione, imò Parochia sit in quasi possessione exigendi ab immemorabili.

SVMMARIVM.

1 *Decima debetur de omnibus bonis, & fructibus existentibus intra fines Parochiæ.*
Immo etiam debentur primitiæ decimis æquiparatæ, num. 2.

3 *Decimarum quantitas eo quod non sit in iure determinata recurrendum est ad consuetudinem.*

4 *Communicatio priuilegiorum non operatur exemptionem decimarum.*

5 *Monachi Religionis Beatæ Mariæ de Extrella, an sint exempti à decimis, & in quo casu, & numer. 6. & 7.*

6 *Soluens decimas præsumitur non exemptus, quia alias non soluisset.*

7 *Exemptio decimarum est restringenda ad solam rationem pro qua fuit concessa exemptio, quia alias esset priuare Parochum de omnibus decimis.*

8 *Monasterium cui vnitum fuit Beneficium de per se curatum etiam Parochiale debet exigere integras decimas ratione vnionis.*

9 *Parochialitas est concludenter probanda ab illo, qui in ea se fundat, cum beneficia præsumantur simplicia.*

10 *Testes de auditu non probant, & num. 15.*

11 *Capitulum S. Ascensi, & Daualillo Calaguritanæ Diœces. habet possessionem exigendi decimas ab immemorabili in bonis Villaricca.*
Existentia intra limites Parochiæ resultat ex quasi possessione exigendi decimas, num. 11.

12 *Sententia non effectuata, non releuat.*
Quod amplia fortius si fuerit inter diuersos lata, cum tunc non afficiat, ibid.

13 *Consuetudo soluendi decimas ad certam ratam, duntaxat quando induci non possit.*

14 *Nuncius est Iudex exemptorum, & potest alios Iudices exemptis subdelegare.*

16 *Referens non probat si non exhibeatur relatum.*

DECISIO CCCXLV.

RATIONES, & iura iterùm per Monachos Beatę Marię de Estrella non valuerunt remouere Dominos meos à resolutione capta 17. Aprilis præteriti coram me, quia illa non destruunt Parochialitatem Ecclesiæ S. Ascensi probatam ex propria Monachorū confessione, ex Testibus, alijsque in decisione consideratis §. *Siquidem*. Nec minùs excludunt existentiam Monasterij, eiusque bonorum, & præsertim illorum loci Villariccæ, de quibus res peculiariter agitur, intrà eiusdem Ecclesiæ Parochialis terminos iustificatam ex eisdem Testibus, vt in dicta decisione
1 §. *Ex ijsdem pariter Testibus*. † Quibus inconcussis remanentibus indubitatum est, quod ex iuris assistentia dicti Rectores, Capitulum, & Beneficiati de omnibus fructibus, & bonis Monachorū intrà suæ Parochiæ fines positis integram decimam sibi comparare debent, *cap. ex parte il 2. cap. cum est, cap. Nuncios, extra de decim. Rota in Carpentoraten. Decimarum 1. Iulii 1647. §. Ideo, coram R. P. D. meo Bichio, in Narnien. iuris decimandi 4. Iulii 1653. in princip. & 19. Iunii præteriti, §. Releuantia, vers. & hoc, coram me, cum aliis in prima decisione §. Atque ex*
2 *ijs*, sicut, † & primitias decimis æquiparatas, & sub eadem obligatione debitas, *cap. reuertimini 16. quæst. 1. Ioan. Franciscus Leones Thesaur. for. Eccles. par. 2. de primit. & oblat. cap. 13. num. 1.* & dicitur in decisione in hac causa super Remissoria ædita 26. Iunij præteriti, §. *Paruifacienda, vers. in quibus quidem primitiis, coram me,*
3 At † quia earum quantitas non reperitur determinata, *cap. 1. vers. at verò primitiæ, de decimis* recurrendum est ad consuetudinem, quæ in hoc loco est vnum de quadraginta, vt in alia decisione dicitur §. *Atque ex iis, vers. itaque protenditur*.

Iterùm perperam allegatur exemptio ex priuilegijs Religionis, quoniam vrget responsio in prima decisione considerata §. *Minusque*
4 *exemptionem*, quia illa non exibentur, † nec communicatio potest operari, vt iam resolutum fuerat per hoc Sacrum Tribunal *in Valentina Decimarum coram Lancellotto, & in Toletana Decimarum coram Reuerendissimo Tarraconen. in dicto §. Minusque allegatis,* & plenè *in Carthaginen. Decimarum coram Penia decis. 1090. num. 13. & seqq. Barbos. super cap. nuper num. 4. de decim. & de iure Ecclesiastico lib. 3. cap. 26. §. 3. num. 41. Modern. de iure Abbat. tom. 1. disput. 15. quæst. 18. n. 34. & seqq.* Hinc parùm releuat, qùod aliàs decisum fuerat huiusmodi Religionem esse in priuilegio exemptionis de bonis proprijs ma-
5 nibus, & sumptibus cultis, † vt coram *Seraph. decis. 827. & penes Peniam decis. 911.* & ideò Monachis hodie etiam proprijs manibus, & sumptibus omnia bona excolentibus priuilegia in dd. decisionibus enunciata suffragari debeant. Quoniam talia priuilegia non fuerunt Dominis exhibita, vt erat necessarium, eisq; Monasterium carere præsumitur dum ex prætensa concordia, quoad situm del Cerrado, & vineam del Campo totalem exemptionem prætendit, quoad cętera bona exemptionem, excepta quinquagesima de frumento, vino, hordeo, & quoad illa Villariccę titulum vnionis Ecclesiæ S. Aemiliani in medium affert,

& tamen vsque ad tempus motæ litis constat Monasterium semper soluisse etiam integram
6 decimam de omnibus bonis Villariccæ,† vnde exemptionis priuilegia excluduntur, quia alias non soluissent, *ex reg. in l. cum de indebito 25. vers. qui non soluit, ff. de probat. l. qui vas, §. vetare, ff. de furt.* Et quatenus etiã dicta priuilegia exhiberentur talia qualia in supra citatis decisionibus Seraphini, & Peniæ supponuntur.

Attamen Monasterium eorũ clipeo se tueri non posset ab integra decimæ solutione, quia
7 cum illa summa Monachorum † paupertas, similium concessionum causa, considerata in *cap. suggestum, de decim.* in præsenti cesset, (quia Testes Rectorum dati in Sum. positionis 26. Iunii præt. *nu. 3.* asserunt Monasteriũ B. Mariæ de Estrella multis fortunæ bonis à tertijs acquisitis affluere) quæ dicta priuilegia restringenda sunt ad eam ratam tantùm, quæ pro necessitate Monachorum ad vitam traducendam potest deseruire, *iuxt. text. in cap. ex parte il primo, de decim. vbi Abb. num. 3. Auchar. nu. 2.* qui cõsiderant quod alias Parochus omnibus decimis priuari posset, *Modern. de iure Abb. tomo 1. disp. 15. qu. 18. num. 3. Barbos. de iure Eccles. lib. 3. cap. 26. §. 3. sub num. 46. Rota decis. 493. sub nu. 1. par. 4. recent.* & ita in specie declaratur in alia *decis. Seraph. 827. nu. 6. & seq. & in alia Pen. 1272.* & etiam admittitur in alia *decis. 936. n. 5.* à qua & ab alijs receditur *in d. decis. 1090. eusdem Pen.*

Nec ancipites reddiderunt DD. Testes pro parte Monachorum examinati in eorũ Sum. *num. 1.* deponentes locum Villariccæ fuisse aliquando locum, & Beneficium curatum de per se, eiusq; Ecclesiam Monasterio vnitam,
8 Monachos † ratione huiusmodi vnionis integram decimam exigere, & Rectores, Capitulum, & Beneficiatos ab Incolis in eodem Oppido laborantibus solam medietatem ratione Campanæ, vt ipsi aiunt. Quoniam huic obiecto plenè satisfacit decisio super Remissoria 26. Iunij præteriti à §. *Paruifacienda,* quia Testes non probant Parochialitatis requisita de quibus concludenter deponere deberent cum Rectores, Capitulum, & Beneficiati iustificẽt esse locum intrà limites suæ Parochiæ, & ratione situs bonorum decimam prædialẽ de omnibus fructibus tã ab Incolis S. Ascensi, quàm ab alijs, & præcipuè à Monasterio, &
9 Monachis percipere. † Regulàre enim est, quod se fundans in Parochialitate debet illam concludenter probare cum ex iuris præsumptione Beneficia simplicia præsumantur, *Barbos. de Parochis par. 8. cap. 1 num. 36. Rota decis. 258. num. 5. & seqq. par. 1. recent. & coram sa. me. Gregor. XV decis. 387. num. 4. & seqq.*

Vltra quod Testes vniformiter deponunt de præterito, & de auditu, nec potest iustificari ex certa scientia ante vnionem, fundantque perceptionem decimarũ à Monachis in Bulla vnionis, ex qua, & sententia executoris constat de contrario, vt dictum est in vtraque de-
10 cisione, † proindeque tanquam de auditu nihil probant, *cap. ex litteris, de testib. cum alijs per Farinac. eod. tract. quæst. 69. num. 1. & seqq.*

Præterea circa assertum ius Monachorum percipiendi decimas in d. loco Villariccæ, cessat quæuis difficultas ex obseruantia contraria cum à Rectoribus, Capitulo, & Beneficiatis
11 probata fuerit † ipsorum quasi possessio exigẽdi decimas ab immemorabili etiam ex bonis Villariccæ, vt in decis. quæ reuidetur, *§. Et harum decimarum, & §. Verùm quia, in fine,* & hinc benè infertur ad existentiam eiusdem loci intrà Parochiæ S. Ascensi limites, *Butr. in cap. 1. num. 15. in fine, de Relig. domib. Menoch. de præsump. præs. 69. num. 13. lib. 6. Rota decis. 718. num. 5. par. 2.*
12 *recent.* † In nihilo resistentibus sententijs latis cum earum effectuatio non probetur, *Rot. decis. 172. num. 5. par. 5. decis. 24. num. 12. par. 7. recent.* Et illæ tãquam inter alios, & in diuersis causis Rectores, Capitulum, & Beneficiatos nõ afficiunt, *vt in alia decis. §. ad obiectum deductum ex sententijs.*

Et nihil faciendum, quod decima non sit debita nisi in quantitate quinquagesimæ, & de certis bonis iuxtà solitum. Tùm quia ex Testibus Rectorum, Capituli, & Beneficiatorum illam integraliter solutam fuisse apparet, tùm etiam quia dũ bona diuerso tempore acquisita fuerũt, etiam non docto de requisitis siue ad immemomorabilem, siue ad præscriptionẽ
13 40. annorum necessarijs† nunquam pro certa dumtaxat rata soluendi cõsuetudo induci potest, *Rebuff. de decim. qu. 13. n. 53. & 69. Rota decis. 441. n. 2. in fine, par. 2. & decis. 23. nu. 1. par. 6. recent.*

Non vrget iterùm obiecta nullitas examinis testium Rectorum, Capituli, & Beneficiatorũ desumpta ex defectu in Ordinario iurisdictionis, quam Monachi declinarũt tanquã exempti. Nam obiectum hoc tollitur ex respõsionibus datis in alia decis. §. *Nec officit.* Atque etiam deducitur validitas examinis ex præcedenti Nuncij Apostolici remissionẽ ad eumde Ordinariũ, cuius iurisdictio tali remissione, aut fuit confirmata, aut concessa ab ipso
14 Nuncio tanquam Iudice exemptorum,† qui potest alios subdelegare, iuxta *reg. text. in l. à Iudice, vbi glos. & Doct. C. de iudic. Chok. de iuris. Ordin. in exempt. par. 2. quæst. 14. per tot.*

Minùs asserta concordia turbat, quia non exhibetur, & testes super eius admissione examinati, cũ sint de auditu, & de eius existentia tenore, substantia, & qualitatibus non depo-
15 nant reijciendi veniunt,† *vt in prima decis. §. Verùm in præsenti,* quapropter nullum constitui potest fundamentum *in decis. 461. par. 4. recent.* quia ibi, *vt in num. 6.* de concordias per publicum documentum constabat.

Demùm nec vis fieri potest in d. concorcordiæ cõfirmatione, quia ista illius tenorem nõ continet, & instante Monasterio emanauit,
16 & ad Instrumentum se refert, † vt propterea non operetur nisi idem Instrumentum exhibeatur, *Rota in Mindonien. Parochialis 3. Martii 1653. §. Qua stante, coram me, cum aliis in prima decis. à §. vltrà quod.*

Cæterùm quoad reliqua in hodierna disputatione per Monachos readducta Domini cum eiusdem primæ decisionis responsionibus sine vlla difficultate transierunt.

Atque ita vtraque &c.

R.P.D.

R. P. D. BICHIO.

Bononien. Primogeniturae.

Mercurij 1. Iulij 1654.

ARGVMENTVM.

Proximior in gradu Testatoris. vel potius in linea quãdo & ex quibus dicatur ad fideicommissum vocatus. Substitutio compendiosa, quia concepta per verba omne tempus comprehendenda continet in se fideicommissariam. Proximior vocatus dicitur fideicommisso grauatus si Testator illius vocationem concepit per verba relatiua ad substitutiones antecedentes, in quibus fuit cõsiderata agnatio, vel fuit onus iniunctum proximiori desumendo nomen, & arma familiae, vel fuit omnibus vocatis interdicta alienatio, adhoc, vt bona in cognatione seruentur.

SVMMARIVM.

1 *Proximior vocatus in primogenitura intelligitur de proximiori respectu lineae vocatae non respectu gradus Testatoris.*

Quod procedit, & si Testator dixisset sibi proximiorem. num.2.

Amplia, vt num.3. & 5.

4 *Primogenitura ingressa vnam lineam non transit ad aliam donec aliquis ex ea extet etiam si remotior sit Testatori.*

6 *Gradus proximioritas non attenditur inter lineas diuersas, sed inter pares in eadem linea.*

7 *Proximior in primogenituris attenditur respectu gradus non autem lineae, quando aliquo modo ita Testotorem sensisse.*

Et tunc dicitur ita Testatorem sensisse si vocauit sibi proximiorem. num.8. 9. & 11.

10 *Testator vocans proximiorem secundum iuris dispositionem intelligitur de dispositione iuris circa ordinem intestatae successionis Testatoris.*

11 *Testatus vocans sibi proximiorem non potest intelligi voluisse vocare sibi remotiorem in altera linea.*

12 *Instrumentũ rogatum per Notarium extractum per Notarium Cõmissarium deputatum à Correctore, & Consulibus Societatis Notariorũ Bononiae plenè probat iuncta praesertim obseruantia. & nu.15.*

15 *Obseruantia praebet robur, & fidem scripturis etiam informibus.*

16 *Cõsanguinei appellatione veniunt etiam descendentes ex foemina.*

Praesertim si illi fuerit iniunctum onus assumendi nomen, & arma familiae. num.16.

17 *Substitutio concepta per verba omnia tempora deficientiae complectens tamquam compendiosa continet etiam fideicommissariam. & num.18.*

18 *Substitutus per fideicommissariam succedit etiam post aditam haereditatem à primo instituto.*

19 *Fideicommissum relictum fauore proximioris expirat in eo quo tempore purificatae conditionis fideicommissum agnoscit.*

Fallit quando Testator voluit etiam inter proximiores perpetuò conseruari agnationem. num.20.

Vel adsint in fideicommisso verba tractum successiui habentia. num.21. & 25.

22 *Fideicommissum factum ad fauorem proximioris non expirat in eo quando Testator illud ordinauit cum relatione ad antecedentes substitutiones in quibus fuit habita ratio cõseruationis agnationis.*

Quod etiam procedit ex onere imposito proximiori desumendo nomine, & armis. num.23.

Item etiam quando Testator prohibuit omnibus institutis, & substitutis alienationem, vt bona conseruentur in agnatione. num.24.

25 *Verba habentia successiuum, & perpetuum temporis tractum in fideicommissis, quae dicantur.*

26 *Vocatio Testatoris in numero plurali, vel singulari non attenditur, quando constat de illius voluntate.*

DECISIO CCCXLVI.

VIVENTE Barbara, & successiuè Laura eius filia descendentibus à Camillo tertiogenito Alexandri fratris germani olim Cardinalis de Podijs ad Primogenituram ab eodem Cardinali institutam fauore proximioris consanguinei an essent admittendę dictae foeminae Testatori proximiores in gradu, an verò Ioannes Cellesius proximior in linea vti descẽdens à Semidea filia Victorię filiae Christophori primogeniti ex dicto Alexandro Testatoris fratres, & primo loco cum tota eius Descendentia masculina ad primogenituram vocati bis anceps fuit Rota discordibus hinc indè suffragijs sub die 15. Iunij 1650. & die 6. Martij 1651.

Sed subsecuta vtriusque familiae colligantis mors sustulit quaestionem proximioritatis, quam in primogenituris vocantibus proximiorem intelligẽdam esse non respectu
1 gradus, sed lineae, † quia praedilecti censentur omnes descendentes à praedilectò, tuentur latissimè *Fontanell. decis.14. & seqq. post Molin. de Primogen.lib.3. cap.4. num.14. Mier.de Maiorat. part.2. quaest.8. num.1. Antonin. de Amato resolut.1.*
2 *sub num.39.* † idemque procedere, quamuis Testator vocasset proximiorem sibi tradi *Vasquez de successionum progressu part. 1. lib.3. §. 26. sub num.10. in fine, vers. & licet, Gamma decis. Lusitan. septima, sub nu.4. vers. iure igitur, & ibidem in addit. vers. sextus casus*, quem refert, & sequitur *Mieres dicta quaest.8. sub nu. 2. vers. vbi ampliat*, praesertim quando, vt in casu nostro Testator vocauit sibi proximiorem iuxtà iuris disposi-
3 tionem, † & sic non iuxtà formam intestatae successionis, sed iuris primogenitalis, vt explicat *Amat. resolut.10. sub nu.91.* quod disponit ne primogenitura ingressa vnam lineam,
4 donec † aliquis ex ea extat, etiamsi remotior transeat ad aliam, *cap.1. de naturali successione feud. Tiraquell. de iur. primogenitura quaest.10. sub num.21. Cephal. consil.656. num.48. & seqq. Carol. Tapia in proximis terminis decis. Ital. secunda nu-*
5 *mer.136. & num.141.* † Addebaturque magni momenti esse subsequentia verba primogeniturae, ibi: *Seruatis semper praelatione inter lineas, & sexus, & primogenitura, & integritate perpetua sua haereditatis*, cum enim Testator praelatio-

nem

nem inter lineas seruari voluerit nulla facta
mentione gradus assequimur eum sensisse so-
lum de primogenitura lineali, itaut illa me-
tienda sit à constitutis in linea, quasi non sit
6 in gradu qui non est in linea, † & gradus non
attendatur nisi inter pares in linea, *Giurb. de
success. feud. §. secundo gloss. 10. sub num. 46. & ad
consuet. Messan. cap. 12. gloss. 3. part. 1. num. 9. Ca-
sanate. consil. 38. num. 114.* facilius accedentibus
vlterius Dictionibus relatiuis ad antecedentes
substitutiones masculorũ non facientes tran-
situm ad secundam lineam, nisi prius euacua-
ta penitùs priori.

E conuerso autem informantes pro fœmi-
nis asserebant etiam in primogenituris proxi-
mioritatem accipiendam esse respectu gradus
7 non lineæ, † vbi ex aliquo verbo adiuncto,
vel aliter constat de voluntate Testatoris,
*Decian. cons. 98. sub num. 19. lib. 3. Guttier. pract.
quæstion. lib. 5. quæst. 67. num. 18. Mier. suprà citat.
quæst. 8. num. 1. Gamm. dicta decis. 7. sub numer. 4.*
8 *Rot. decis. 627. num. 5. part. 2. recent.* † eamque
desumi ex vocatione proximioris Testatori,
tradit *Peregrin. cons. 58. num. 4. lib. 4. & de fideicom-
missis artic. 20. nu. 9. Bero. cons. 163. num. 67. in fine
lib. 2. Fusar. cons. 13. nu. 21. Marta de success. legal.
part. 4. quæst. 22. art. 1. nu. 28. Buratt. decis. 801. nu. 1.
Rot. inter recent. dicta decis. 627. num. 6.* Maximè
quia in defectum lineæ masculinæ non fue-
runt vocatæ fœminæ anteriorum linearum,
sed magis proximæ vltimo defuncto, ac tan-
dem etiam lineis fœminarum deficientibus
9 vocatus proximior Testatori, † indè enim da-
tur intelligi Testatorem non prædilexisse fœ-
minas, vel proximos antecedentium linea-
rum, sed respexisse ad proximitatem gradus
erga se ipsum, vt ad propositum ponderauit
*Rot. in Vrbeuetana fideicommissi 9. Febr. 1608. co-
ram Ortembergo in Rauennaten. fideicõmissi 26. Mar-
tij 1640. coram bon: mem: Cardinali Panzirolo,
& dicta decis. 627. num. 6. vers. & tamen part. 2. re-
centior.* adeòquod subsequens relatio ad iuris
dispositionem, & prælatio lineæ, ac sexus in-
10 telligenda sit † de dispositione iuris circa
ordinem intestatæ successionis ipsius Testa-
toris, *Fusar. cons. 12. nu. 11. & seqq. cons. 84. num. 1.
& seqq. Paris. cons. 83. num. 10. lib. 2. Ruin: cons. 90.
num. 6. lib. 2. Rot. decis. 635. sub num. 1. part. 1. re-
cent.* & sortiatur effectum inter concurrentes
vnius, vel alterius lineæ pares in gradu, cum
11 alioquin repugnet, † quod Testator vocaue-
rit proximiorem sibi, & voluerit succedere
remotiorem alterius lineæ, *Ramon. consil. 100.
sub num. 489. num. 497. in fin. num. 498. & 500.
in fine.*

Quicquid igitur sit de prædictis cum nemo
alius ex lineis vocatis superſit, quam Ioannes
Cellesius primo vocati primogeniti descen-
dens ad eius fauorem constare de primoge-
12 nitura hodie decisum fuit. † Constat nam-
que de primogenitura ex publico Instrumen-
to è rogitibus Buccamatij Notarij rogati ex-
tracto per Notarium Commissarium ad hoc
deputatum à Correctore, & Consulibus So-
cietatis Notariorum, cui vigore Statuti Bo-
noniæ de Instrumentis, & actis *§. quibus Testa-
mentis fol. 188. lib. 2. plena fides est adhibenda, Ro-*
13 *nia decis. 478. num. 1.* † accedente præsertim
eiusdem Instrumenti obseruantia per plures
actus datos in *Summar. Cellesij num. 1. & seqq.*
14 quæ † etiam scripturis informibus robur, &
fidem præbet, *Aymon. consil. 101. num. 4. Penia
dicta decis. 478. num. 7. cum alijs alleg. in Bononien.
fideicommissi Barthol. de Bologninis 14. Maij 1645.
§. quod intercesserit coram Reuerendiss. Episcopo Ter-
racinen. & in Bononien. fideicommissi de Amorinis
18. Maij 1648. §. Non obstant, & §. quia legalitas
coram R. P. D. meo Meltio.*

Cumque post vocatos omnes ab Alexan-
dro Testatoris fratre Descendentes primùm
ex masculis deindè ex fœminis ipsis deficien-
tibus vocetur consanguineus, vel affinis Te-
statori proximior dubitari non potest quin
15 appellatione consanguinei, † qui per fœmi-
nam vt Cellesius consanguineus est compre-
hendatur, *Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloss. 9.
num. 4. & seqq. Fusar. de substit. quæst. 364. num. 3.
Mier. de maiorat. part. 2. quæst. 6. num. 299. & seqq.
Rot. apud Duran. decis. 116. num. 2. decis. 152. num. 1.*
16 maximè † quia consanguineo Testator iniun-
xit onus assumendi arma, & familiã id quòd
applicari non potest, nisi cognatis, cum agna-
ti assumptione huiusmodi opus non habeant,
vt notat *Boer. decis. 146. num. 6.*

Quod autem proximior consanguineus
substitutus fuerit vltimò ex lineis vocatis ne-
17 dum per vulgarem, † sed per fideicommissa-
riàm colligitur, ex quo substitutio concepta
est in casum deficientiæ omnium antea voca-
torum, ibi: *Deficientibus autem omnibus, &c.*
quæ cum omne tempus deficiẽtiæ amplecta-
tur, & sic compendiosa sit, *gloss. in l. vnic. §. vbi
autem, verb. deficiat, C. de caduc. tollen. Canal. de-
cis. 454. num. 8. Buratt. decis. 689. num. 1. cum alijs
alleg. in Ariminen. Castrorum 14. Februarij 1642.
§. eoque magis coram Reuerendiss. Dño meo Decano,*
18 continet etiam fideicommissariam, † cuius
vigore succedit secundus substitutus post adi-
tam hæreditatem à primo, *Soccin. in l. solemus
num. 6. ff. de condit. & demonstr. Ruin. cons. 132. nu. 5.
lib. 3. Menoch. consil. 1047. numer. 15. & 16. Surd.
cons. 110. num. 10. Casanatt. cons. 4. num. 105. & seq.
Buratt. dicta decis. 689. num. 1. & 2.*

Gratisque dicitur vocationem proximioris
expirasse in Barbara, quæ fideicommissum
19 agnouit, † cum regulariter fideicommissum
relictum fauore proximioris in eo, qui talis
est tempore purificatæ conditionis, & illud
agnouit, *l. cum ita, §. in fideicommisso,* ibique not.
*Cuman. num. 4. l. Peto, §. fratrem, ff. de legat. 2. Se-
raphin. decis. 812. num. 1. cum alijs relat. in Bononien.
fideicommissi de Nascentorijs 13. Iunij 1640. coram
Reuerendiss. D. Episcopo Terracinen.* nam præter
quod ex deductis in principio dubium adhuc
remanet, An in concursu Barbara, vel Cel-
lesius esset præferendus cessat omnis difficul-
tas, & fideicommissum etiam proximioris est
successiuum de vno in alium.

20 Quoties Testator † inter eos quoque voluit
perpetuò conseruari Agnationem, *Anchar.
consil. 27. per tot. Aym. cons. 161. sub num. 9. Rolan.
cons. 10. nu. 31. lib. 3. Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 15.
num. 12.*

num.12. Rota decis.464.num.20. coram sanct.mem: Gregor.XV.decis.266.num.16. part.1. recent. & in Tiburtina fideicommissi 15.Maij 1646. §. licet, vbi allegantur concordantes, & 14.Ianuarij 1647. §.&
21 *quicquid coram bon.mem: Arguelles*, vel † adsunt verba tractum successiuum habentia, *Decian. consil.10. num.49.lib.3. Menoch. cons.44. num.11. & cons.1555.num.26. Fusar. de substit. quæst.382. num.56. Peregr.decis.Patauina 111.num.3. Rot.decis.125.num.9. decis.266.num:12. part.1. recentior. & in Perusina fideicommissi de Pontanis 20. Aprilis 1646. §.1. coram R.P.D.meo Peutingero*.

Vtrumque verò applicatur casui nostro, nam ratio perpetuæ conseruationis Agnationis inter proximiores elicitur, tum ex dictione relatiua ad antecedẽtes substitutiones hanc rationem in ventre continentes in hoc vltimo gradu substitutionis apposita, ibi; *Prout supra in alijs casibus ordinatum, & dispositum extitit, & quem ordinem debere seruari in quocumque eius*
22 *successore, &c.* † quod in terminis ponderauit *Rot. in Placentina Bonorum 18.Martij proximi præteriti, §.in reliquis, vers.Dictio enim coram R.P.D.*
23 *meo Peutingerio*. † Tum ex onere imposito proximiori assumendi nomen, & insignia Testatoris, vt pariter in puncto aduertit *Molin.de Primogen.lib.1.cap.5.nu.44. Mier.de maiorat. part.2.quæst.2.nu.67. Menoch. præsumpt.76.nu.32. lib.4. Cabed. decis. Lusitan.133.num.4. part.1. Seraphin.decis.1329.num.3. Rot. in recent. decis.266. nu.16. part.1.& in Bononien. fideicommissi de Blanchettis 12.Ianuarij 1632. coram bon.mem:Cardinali*
24 *Hieronymo Verospio*. † Tum ex prohibitione alienationis inferius facta omnibus institutis, & substitutis, vt bona conseruentur in agnatione, in puncto *Peregr. decis. Patauina 111. sub num.2. vers.insuper Testator prohibuit. Rota in Tiburtina fideicommissi 25.Maij 1646. vers.vndè non multum, & 14.Ianuarij 1647. §. & quicquid sit coram bon:mem. Arguell.*
25 Verba item successiuum, † ac perpetuum temporis tractum habentia leguntur oculariter, ibi: *Seruatis semper prælatione, &c.* & infra ibi integritate perpetua dictæ eius hæreditatis, eundemque tractum importat mentio linearum, ibi: *Inter lineas*, vt explicat *Alex. consil.50. sub num.12. lib.6. Decian. cons.28.num.17. lib.2. Rot.decis.6.num.21. & seqq. part.5. recentior. & in Bononien.fideicommissi de Guidottis 24.Ianuarij 1648. §.in hoc coram bon:me: Arguelles, & prius in dicta Tiburtina fideicommissi 14. Ianuarij 1647. §.addebat coram eodem.*

Quibus positis nihil vrget, quod proximior vocatus sit in numero singulari nam his con-
26 currentibus, † quæ claram voluntatem Testatoris præseferunt nullum est discrimen inter verba numeri singularis, vel pluralis, *Peregrin.de fideicomm.artic.19. num.17. & decis.111. nu.2.post med. vers.final. Fusar. de subst.quæst.382. num.38. Berett. consil.118. num. 15. Riminal. Iun. cons.23.nu.92. Azeued.cons.18.num.1. Rota in sæpè citata Tiburtina fideicommissi 25. Maij 1646. §. & licet in fin.*

Et ita decisum vna tantum parte informante citatis tamen pluries D. Marchione Io. Baptista, & fratribus de Montecucolis Aduersarijs, &c.

R. P. D. CELSO,
Posteà S.R.E. CARDINALI.
Bononien Iurispatronatus.

Lunæ 1. Iulij 1654.

ARGVMENTVM.

Præsentatus ad parochialem de Iurepatronatus est instituendus si doceat de vacatione, de existentia Iurispatronatus de præsentatione, & de propria habilitate, quæ omnia quomodo probentur firmat hæc decisio. Iuspatronatus non præsumitur ab vniuersitate vsurpatus quando constat de illius existentia, & Vniuersitas non habeat iurisdictionem in loco beneficij.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus ad parochialem si docet de vacatione, de existentia iurispatronatus, de præsentatione, & de propria habilitate est instituendus.*
2 *Vacatio probatur ex fide obitus vltimi prouisi formiter extracta.*
3 *Habilitas præsentati ad parochialem iustificatur ex relatione examinatorum, & ex litteris patentibus Ordinarij.*
4 *Iuspatronatus probatur ex præsentationibus effectũ sortitis perlapsum centum annorum etiam in terminis Concilij.*
Imò ex illis præsumitur titulus fundationis, & dotationis. num.5.
Adeòut non requiratur alia probatio, num.6.
Et sufficit quod de primis, & vltimis præsentationibus, quia intermedia præsumitur si non doceatur de contrario. num.7.
8 *Consensus habet vim electionis, & idem operatur, ac electio.*
9 *Iuspatronatus vehementius præsumitur si cum præsentationibus per centum annos concurrant enunciatiuæ antiquissimæ super eo.*
Præsertim si vna ex enunciatiuis fuerit Ordinarij cui multũ defertur tanquam in materia eius præiudicii. num.10.
11 *Res iudicata facit rem claram indubitatam, & manifestam.*
12 *Titulus melior non potest allegari, quam proueniens ex immemorabili probata cum suis requisitis.*
13 *Iuspatronatus quando non præsumitur ab Vniuersitate vsurpatus. & num.14.*

DECISIO CCCXLVII.

VACANTE Parochiali Ecclesiæ S.Michaelis loci de Capugnano per obitum Dominici Palmerini, Communitas, & homines prędicti præsentarunt Ioannem, cui præsentationi cum Promotor Fiscalis Mensæ Archiepiscopalis se opposuerit, dedi dubium, An eidem institutio esset concedenda, & Domini re-
1 sponderunt affirmatiuè, † cum doceat de requisitis necessarijs ad eam obtinendam, nempè de vacatione Parochialis, de existentia Iurispatronatus, & præsentatione ad eius fauorem

rem facta intra legitima tempora, & de propria habilitate, quibus concurrentibus, esse locum institutioni, firmat *text. in cap. Decernimus, & c. Monasterium 16. quæst. 7. c. Cum Bertoldus,* ibique *Abb. nu. 9. & 12. de re iudic. Rot. decis. 337. num. 1. part. 2. recent. decis. 232. eodem num. part. 5. & decis. 87. à princip. part. 7. in Gerunden. Beneficij 4. Iulij 1642. & in Cracouien. Præpositurâ Sancti Floriani 28. Nouembris 1650. coram R. P. D. meo Bichio.*

2 Vacatio est indubitata, † & probatur ex fide obitus Dominici Palmerini formitèr extracta *Rot. in Placentina beneficij 7. Februarij 1650. coram Eminentiss. D. Card. Corrado, & in Bononien. beneficij 16. Februarij 1652. coram R. P. D. meo Albergato.*

Habilitas Ioannis præsentati iustificata re-
3 manet, † & ex relatione examinatorum, vt firmauit *Rota decis. 613. num. 6. & decis. 931. numer. 3. coram Buratt.* & ex litteris patentibus Ordinarij, *Felin. in c. post cessionem num. 3. & 15. de probat. Rota decis. 152. num. 24. part. 5. recentior. & in dicta Gerunden. beneficij 4. Iulij 1652. coram D. meo Bichio.*

Iuspatronatus verò, & pertinentia illius ad Homines Terræ Capugnani resultat ex pluribus præsentationibus effectum sortitis cursu
4 temporis 200. & vltrà annorum, † cùm tamen adhunc effectũ sola centenaria sufficiat, etiam in terminis Sacri Concilij Tridentini sess. 25. de reform. cap. 9. ibi: *Siue etiam ex multiplicatis præsentationibus per longissimum temporis cursum,* iuxtà *cons. Feder. de Sen. 234. num. 3. versic. Sic ad propositum, Dec. consil. 117. sub num. 2. vers. secundò non obstat, & cons. 126. num. 3. vers. & hoc etiam,* & firmauit *Rota coram Buratt. dec. 142.*
5 *num. 2. & seqq. & ibi Adden. num. 15.* † vbi quod ex continuatis præsentationibus effectum sortitis per spatium annorum centum præsumitur titulus fundationis, & dotationis, *dec. 127. nu. 1. vbi etiam adden. litt. A. & decis. 875. in princ. Duran. decis. 87. num. 21. Merlin. decis. 45. numer. 3. & in recentior. decis. 258. num. 10. part. 4. decis. 218. nu. 22.* vbi dicitur, conclusionem esse veram,
6 & receptam, *& nu. 52.* † vbi quòd non requiritur positiua probatio dotationis, & fundationis, sed sufficit illa, quæ resultat ex centenaria, *part. 6. & decis. 241. numer. 1. eadem part. 6. & decis. 29. à princip. part. 7.*

Non obstat, quòd in prima centenaria non probetur continuatio præsentationum de vno
7 in alium; † Nam concurrentibus primis, & vltimis effectum sortitis, mediæ quoque præsumuntur, dùm non docetur de statu libertatis intermedio, *Alciat. præsumpt. 2. reg. 2. versic. sed mihi videtur, Tiraq. de præscript. §. 1. gloss. 5. per tot. Rota coram Seraph. decis. 1141. num. 3. in recent. decis. 275. sub numer. 4. part. 3. coram Buratt. decis. 172. num. 10. & ibi Adden. nu. 32. & dec. 875. sub num. 2. & 3. cum alijs in Cremonen. Præpositura 23. Maij 1644. coram Eminentissimo Cardinali Corrado.*

Prout pariter non obstat, quòd nonnullæ ex prædictis præsentationibus non sint veræ præsentationes, sed cõsensus præstiti ab ijsdem
8 Hominibus in electione facienda; † Nam idẽ est aliquem ad beneficiũ præsentare, & illius electioni consentire, consensus enim habet vim præsentationis, vt firmauit *Rota coram Crescen. decis. 2. de Iurepatr. & in recent. decis. 471. num. 22. & decis. 482. num. 5. part. 4. tom. 2. & decis. 407. num. 7. coram Merlino.*

Quæ omnia faciliùs procedunt in præsenti casu, in quo vltra duplicem centenariam resultantem ex dictis præsentationibus concurrunt etiam enunciatiuæ antiquissimæ de anno 1456. 1497. & 1543. *in Summar. numer. 9.*
9 *& duob. seqq.* † ex quibus resultare vehementem præsumptionem iurispatronatus, & validum illius adminiculum, notat *Abb. consil. 54. num. 3. vol. 1. Bursatt. cons. 324. nu. 6. lib. 3. Ferreti cons. 293. eodem num. lib. 2. Rot. decis. 518. numer. 2. part. 1. recent. decis. 360. num. 3. & decis. 674. sub num. 2. part. 2. Buratt. d. decis. 142. num. 11. & decis. 172. nu. 12. vbi adden. num. 33. & coram Merlin. decis. 45. num. 2.*

Præsertim attenta vltima de anno 1543. emissa ab Ordinario in actu visitationis Eccle-
10 siæ; † Nam assertioni Ordinarij multùm deferri solet in hac materia, in qua agitur de eius præiudicio, *Felin. in c. Illud n. 6. de præscript. Gratian. forens. disceptat. cap. 597. num. 13. Rota diuersor. decis. 567. num. 2. part. 4. Mantic. decis. 350. num. 3. Buratt. decis. 111. num. 7. ibique add. litt. C. & decis. 552. num. 4. & post Viuian. de Iurepatron. decis. 26. numer. 12. & in recent. decis. 13. numer. 3. part. 1.*

Insupèr cõcurrit sententia lata de anno 1643 ad fauorem Dominici Palmerini præsentati à dictis Hominibus contra Mensam Archiepiscopalem prætendentem libertatem parochialis controuersæ, à qua cum non fuerit
11 appellatum, † resultat res iudicata, quæ facit rem claram, manifestam, & indubitatam, *ad text. in l. Ingenuum, ff. de statu homin. Rot. in his terminis decis. 147. num. 6. & decis. 210. nu. 1. par. 5. recent. & coram Buratt. decis. 26. num. 8.*

Et tollitur difficultas ex Testibus formitèr examinatis deponentibus de immemorabili requisitis, *gloss. in cap. 1. verb. Memoriam, de præ-*
12 *script. in 6.* † qua stante potest allegari melior titulus de mundo, vt millies firmauit Rota, & signantèr *decis. 27. num. 8. part. 4. tom. 2. recent. decis. 150. num. 4. & seqq. part. 5. & in Abulen. decimarum 12. Decembris 1650. & 15. Maij 1651. coram me.*

Vndè non refert, quòd versemur in Vniuersitate, in qua cadit præsumptio vsurpationis, nam attenta immemorabili, iunctis prædictis præsentationibus continuatis, & effectũ
13 sortitis per spatium tot annorum, † cessat præsumptio huiusmodi, etiam ex dispositione eiusdem Concilij, vt aduertit *Gabriel. consil. 92. num. 3. & seqq. lib. 2. Rota decis. 409. in fin. part. 1. diuersor. & coram Merlin. decis. 277. num. 3. & decis. 349. num. 2.*

Quæ præsumptio nec etiam vrgeret contra
14 Vniuersitatem de qua agitur, † cum non habeat iurisdictionem in loco beneficij, vt dixit *Rota coram Merlin. decis. 407. nu. 3. & 17. & seqq & in Cracouien. parochialis 24. Ianuarij 1628. coram eodem,* licet non reperiatur inter eius impressas

pressas

pressas cum alijs per *Adden.ad Buratt.decis.553. num.16.*

Et ita pro institutione ad fauorem Ioannis Palmerini responsum fuit, Mensa Archiepiscopali, & Saluatore Viuarello pluriès, & pluries citatis, & non informantibus.

R. P. D. ZARATE.

Romana Iurium Funeralium.

Veneris 4. Iulij 1654.

ARGVMENTVM.

Aurea est decisio, & in praxi admodum rara circa administrationem Sacramentorum, ac ius sepelliendi, quæ habent Hospitalia quoad personas in eis decedentes; Hinc plura de sepulturis, Iurisdictione Parochi, ac administratione Sacramentorum habebis ad intellectum quando, & in quibus habeat Parochus iuris assistentiam intrà limites suæ Parochiæ, & an, & cui debeatur quarta funeralis vbi lis vertitur inter verum Parochum, & Monasteria, quæ ab illa prætenduntur exempta.

SVMMARIVM.

1 *Parochus habet iuris assistentiam quoad circa parrochialia intrà limites suæ Parochiæ priuatiuè quoad alios.*

2 *Hospitale per priuilegia à iurisdictione Parochi exemptum eidem subesse non potest.*

Parochus non habet assistentiam iuris in Ecclesijs Regularium. num.2.

3 *Infirmus in Hospitali decedens non dicitur de Parochia intra cuius fines existit Hospitale.*

Parochia ad mutandum requiritur animus permanendi. num.3.

4 *Ius Parochis ex Statuto Cleri Romani ex quibus dicatur mutatum, & vide sup. num.3.*

5 *Reo sufficit vincere per non ius actoris.*

6 *Hospitale, cuius Rectoribus competit ex priuilegio ius administrandi Sacramenta infirmis, dicitur habere iuris assistentiam.*

7 *Hospitalia ex Constitutione Pontificum habere debent duos fratres Sacerdotes pro administratione Sacramentorum.*

8 *Sacerdotes in Hospitali deputati ad administrationem Sacramentorum habentur pro Parochis.*

9 *Ius sepulturæ pendet ab administratione Sacramentorum.*

10 *Cadauera in Hospitali decedentiũ in eodem Hospitali sepelliri debent. & num. seqq.*

in Cæmeterio fideles initio nascentis Ecclesiæ sepelliebantur. num. 10. & num.11.

11 *in Ecclesia sepelliri omnibus fidelibus fuit concessũ.*

12 *Decedentes in Hospitali, in illius tantùm cæmeterio sepelliri debent. & vide sup. nu.10. cum seqq.*

13 *Cæmeterij appellatione non continetur Ecclesia.*

14 *Ecclesia censetur pars integralis Hospitalis.*

15 *Cæmeterium habetur tanquam accessorium ad Ecclesiam.*

16 *Cæmeterium non qualibet Ecclesia habere potest.*

17 *Hospitali habenti cæmeterium ius sepelliendi competit. Amplia, vt numer. seq.*

19 *Quarta parochialis quoad infirmos in Hospitali decedentes eidem competit Hospitali. Amplia, vt ibidem, & num. seq.*

20 *Hospitalia habent exemptionem à solutione quartæ funeralis.*

Communicatio Priuilegiorum operatur etiam, ac si priuilegia fuissent principaliter concessa. nu.20.

21. *Communicatio priuilegiorum quando etiam operetur exemptionem à solutione quartæ funeralis.*

22 *Quartæ solutionis exemptio requirit derogationem,* Clementinæ Dudum de sepultur. *& quando, vide num. seqq.*

23 *Clementina Dudum de sepulturis derogatum censetur etiam tacitè vbi constat de voluntate Papæ derogare volentis. & num. seqq. vbi vide.*

24 *Derogatio generalis non sufficit,* Clement.dudum de sepultur. *vide num. seqq.*

25 *Derogatio,* Clement.dudum de sepultur. *apposita in priuilegio principali non operatur in illius communicatione, & quando num. seqq.*

Communicatio priuilegiorum non extenditur ad præiudicialia. num.25. & seqq. vide.

26 *Exemptio à solutione quartæ ex clausulis generalibus, & voluntate Pontificis substinetur.*

27 *Exemptio habet in ventre præiudicium tertij.*

28 *Clausula,* quorum tenores, *quid operetur.*

29 *Quarta funeralis iuxtà Conciliũ persoluitur, etiam non obstantibus priuilegijs, & quando.*

30 *Hospitalia possint ne prætendere quartam funeralium quoad eos, qui in Hospitali decedunt, licet alibi tumulentur. & num. seqq.*

31 *Exemptus à Iurisdictione Ordinarij, vel Parochi, eatenus conceditur.*

32 *Hospitalis Rectores associare non possint cadauera in eorum Hospitali decedentium si alibi tumulantur.*

Parochus, quando possit associare cadauera extrà propriam Parochiam. num.32.

33 *Priuilegia ad certum locũ restricta extrà illum non possunt extendi.*

34 *Prorogatio non admittitur vbi facultas fuit taxata, & limitatè concessa.*

35 *Monaci non habent Territorium nisi intrà claustra, & ambitum suorum Monasteriorum.*

Monasterium est Territorium Abbatis. num.35.

36 *Regulares non possunt religiosum defunctum portare per ciuitatem.*

37 *Rectores Hospitalis verè Parochi non sunt, nec habent ius Parochiæ. & num. seqq.*

Parochiam ad constituendam, quæ requirantur. num.37. & 38.

38 *Populus constat ex decem domibus, & familijs.*

Parochiam constituunt decem domus, & familiæ num.38.

39 *Parochiam habere, & curam personarum aliud est.*

Parochia sine Territorio non consistit. num.39.

40 *Parochia non datur vbi nec est Populus, nec Territorium.*

Parochi iurisdictio cessat cessante Parochia. numer.40.

41 *Parochia non deducitur ex solo iure sepelliendi, & administrandi Sacramenta.*

Ius sepelliendi, & administrandi Sacramenta ex præscriptione, seù priuilegio competere possunt. num.41.

DECISIO CCCXLVIII.

VERTENTE lite inter R.P. Guardianum, & Monasterium, & Parochum S. Bartho-
lomæi in Insula, (in cuius Ecclesia ius Paro-
chiale residet) ex vna parte: & Venerabile
Hospitale S. Ioãnis Colabitæ Ordinis B. Ioan-
nis de Deo, ex altera, super iuribus Parochia-
libus exercendis quoad infirmos ibi degentes
atque etiam Quartæ funeralium retentione
de ibidem decedentibus, & eorum associatio-
ne, aduersus dictum Hospitale duæ fuerunt
latæ sententiæ, à quibus cum causa appella-
tionis mihi fuisset commissa, proposui du-
bium, An Patres S. Ioannis Colabitæ possint
extrà eorũ Hospitale exercere iura Parochia-
lia, & Quartam funeralium retinere; & Dñi
pro resolutione sic responderunt: Patres Cola-
bitas posse dumtaxat exercere iura Parochialia
& retinere Quartam funeralium, quoad cada-
uera eorum, qui moriuntur in Hospitali, & tu-
mulantur in eorum Cœmeterio, & Ecclesia.

Quæ resolutio optimis subnixa fuit funda-
mentis. Nàm licèt regulariter verum sit,
1 iuris assistentiam Parochum habere, † quoad
iura Parochialia exercenda intra limites suæ
Parochiæ priuatiuè quoad alios, *vt per text. in
cap. 1. cap. fraternitatem de sepult. Clement. dudum,
§. verum eod. tit. cum similibus testatur Grat. discept.
forens. cap. 298. num. 78. cum seqq. Marescott. var.
resolut. lib. 2. cap. 95. à nu. 9. Barbos. de offic. Paroch.
part. 3. cap. 26. num. 66. Rot. decis. 256. & decis. 366.
num. 1. part. 1. decis. 37. num. etiam 1. part. 5. recent.
& coram Caualer. decis. 101. num. 1.* Tamen hæc
iuris assistentia Parochi Sancti Bartholomæi
quoad dictum Hospitale non suffragatur, cũ
per amplissima priuilegia Pij Quinti, Grego-
rij XIII. & XIV. Sixti IV. & V. *data in Summ.
num. 4. vsque ad 7.* ab omnimoda superiorita-
te, & iurisdictione alterius Parochiæ inuenia-
2 tur exemptum, † maximè cum Parochus
non habeat iuris assistentiam in Ecclesia Re-
gularium, ex eo quod sit intrà suos limites,
*vt per Abb. in cap. dilectus nu. 1. & 11. de Cappell.
Monach. & in cap. cum venerabilem num. 46. de ex-
cept.* tenuit *Rota in Boronen. iurium Parochialium
23. Martij 1629. penes Modernum Marradien. de
iur. Abbat. decis. 87. nu. 2. & 3.* nec magis quoad
infirmos in eodem Hospitali degẽtes, & eos,
qui ibi decedunt; dum illi de Parochia Sancti
Bartholomæi censeri non possunt, quamuis
intra eius limites ex accidenti existentes, vi-
3 delicet ex causa infirmitatis: † quo casu pri-
ma Parochia non mutatur, & alia de nouo
acquiritur; cum ad eam acquirendam ani-
mus permanendi requiratur, *c. is, qui de sepult.
lib. 6. facit l. nihil 23. ff. de captiu. l. eius qui 27. §. fin.
l. domicilium 20. ff. ad municip. l. qui saltum 67. ff. de
legat. 3. l. quæsitum 12. §. Papinianus 37. l. Seia 20.
§. Pamphila, ff. de fund. instruct.* probat *Syluester
in summa verb. canonica portio num. 15. Emanuel
Rodriqu. quæst. Regul. tom. 3. quæst. 46. art. 3. Maresc.
lib. 2. var. d. cap. 95. nu. 3. cum seqq.* plures relati
*à Barbosa in collect. Concil. sess. 24. cap. 1. de Reform.
nu. 6. & de offic. Paroch. part. 3. cap. 25. nu. 26. & 27.
Modern. Lauor. variar. lucubr. tit. 2. cap. 17. & 38.
cum seqq. Basil. Pont. de matrim. lib. 5. cap. 13. §. 2.
Parlador. rer. quotid. different. 66. §. 3. nu. 3. Amaya
in l. 7. num. 98. cum multis sequentib. Cod. de incol.*
Et confirmauit Statutum Cleri Romani, *da-
4 tum in Summ. Hospitalis num. 3.* † vbi cauetur ius
Parochiæ non mutari, nisi duobus mensibus
elapsis, in quo notari debet, domicilium non
requiri ad contrahen. Parochiam, cum suffi-
ciat habitatio cũ animo permanendi ad tem-
pus notabile, *vt per Grat. discept. forens. cap. 94.
num. 74. Maresc. var. d. lib. 2. cap. 95. nu. 11. Barbos.
de iur. Eccles. lib. 2. cap. 10. num. 33. Modern. Lauor.
var. lucubr. d. tit. 2. cap. 11. nu. 148. Reuerendiss. Epi-
scopus Eugubinus decis. 87. num. 5. Rota coram Se-
raphin. 1135. num. 1.* quod quidem sufficeret,
5 vt † Hospitale posset vincere per non ius acto-
ris, *ex l. fin. C. de rei vindic. l. actor, C. de prob. l. qui
accusare, C. de eden. Bald. cons. 431. lib. 2. Bolon.
cons. 60. num. 13. vol. 1. & cons. 67. num. 1. volum. 3.
Rota decis. 98. sub num. 1. coram Canal.*

Quinimò dicto Hospitali, & eius Rectori-
bus tanquam Parochis potius videtur assist-
6 re, † cum ipsis competat de iure speciali, &
priuilegio Summi Pontificis facultas mini-
strandi Sacramenta infirmis in eodem Hospi-
tali existentibus, iuxtà *Clement. quia contingit,
§. cæterum de relig. dom. vbi gloss. Vitalin. num. 85.
Panorm. num. 24. Imol. & cæteri antiquiores Marc.
Anton. Genuens. in prax. Curiæ Archiep. Neap. cap. 61.
num. 1. & 2. Hyppol. Maya obseru. 12. numer. 108.
cum seqq. Franc. Cesta cons. 4. num. 68.*

Atque etiam ex Constitutione Greg. XIII.
Pij V. Gregorij XIV. Sixti IV. & V. *in Summ.
Hospitali num. 4.* & Constitutione 69. Pauli V.
incipiente, *Romanus Pontifex anno 1611. apud
7 Cherub. tom. 3. pag. 261.* † in qua singulis Hospi-
talibus concessit adesse duos Fratres Sacerdo-
tes ad Sacramentorum administrationem,
& ex litteris Vrbani VIII. in forma Breuis
incipien. *Circumspecta, sub datum Romæ 18. Apri-
lis* 1628. idem conceden. tradit *Barbosa de iur.
Eccles. lib. 1. cap. 41. num. 161.* & generaliter pro
8 Parochis haberi † Sacerdotes in Hospitali de-
putatos, firmauit *Rota in Liceu. legati 22. Mar-
tij 1638. coram Reuerendiss. Tarraconen.*

Quapropter cum ab administratione Sa-
9 cramentorum † ius sepulturæ multum pen-
deat, *vt per DD. in cap. 1. de sepult. in 6. Grat. di-
scept. for. d. cap. 94. num. 74. Sanch. de matrim. lib. 3.
disp. 23. num. 74. Maresc. var. d. lib. 2. cap. 95. nu. 11.
Barbos. de offic. Paroch. part. 3. cap. 26. num. 34. & de
iur. Eccles. d. lib. 2. cap. 10. eod. num.* Proculdubio
dicen. est Hospitali, & eius Rectoribus compe-
tere ius sepeliendi cadauera in eo deceden-
10 tium, non solum in Cœmeterio, † in quo
initio nascentis Ecclesię fideles sepelire licuit
*c. perspiciendum 13. quæst. 2. Stephan. Durant. de Ritib.
Eccles. lib. 1. cap. 24. Barbos. de offic. Paroch. part. 3.
cap. 26. num. 6. Modern. Lauor. var. lucubrat. titul. 2.
11 cap. 5. num. 104.* Verum etiam in Ecclesia, † vt
postea indistinctè omnibus fidelibus fuit con-
cessum, *cap. nullus 13. quæst. 2. cap. cum liberam de
sepult.* ex ratione, quæ traditur *in cap. cum gra-
uis 14. quæst. 2.* & refertur per *Barbos. d. cap. 26.
nu. 8. de offic. Paroch.* cum pluribus ibi allegatis,
*& de iur. Eccles. lib. 2. cap. 10. nu. 8. Modern. Lauor.
variar. lucubrat. dicto cap. 5. numer. 107. titul. 2.*

Nec

Nec obstat, quod dicatur dumtaxat per-
12 missum fuisse † decedentes in Hospitali in Cœmeterio sepelire, *vt per text. in d. Clem. quia contingit, §. cæterum de relig. domib.* præsertim
13 cum appellatione cœmeterij † non cõtineatur Ecclesia, *cap. 1. de consecr. Eccles. vel Altar.* siquidem hoc obiectum ex pluribus rationibus diluitur. Primò ex eo quod tam licitum sit omnes fideles in Ecclesia sepeliri, deindè quia dicta Constitutione Pij V. & Greg. XIII. non restringitur hæc facultas ad Cœmeteriũ, sed generaliter adijciuntur illa verba; *In loco sacro, con pompa moderata*. Vlterius quia Ecclesia tanquam pars integralis, & membrum
14 Hospitalis † pro conseruatione Sacramentorum censetur, *in d. Clement. quia contingit, §. fin. de relig. domib.* & cœmeterium tanquam accesso-
15 rium † ad Ecclesiam habetur, vt notatur in *cap. vnic. de consecr. Eccles. vel Altar. lib. 6.* tradit *Barbos. de iur. Eccles. lib. 2. cap. 9. n. 1.* Prçterquam
16 plus iuris est habere cœmeterium, † cum hoc non cuilibet Ecclesiæ competat, sed tantum Parochiali, vel illi cui specialiter ex priuilegio, vel consuetudine fuit acquisitum, *Barbos.*
17 *d. cap. 9. num. 6.* Vnde clarè resultat † Hospitali ius sepeliendi competere, vt in terminis est *text. in d. Clement. quia contingit, §. fin. de relig. domib.* & ibi *gloss. verb. parochiales*, & tradit *Sylvester in summa verb. sepultura num. 1. Iul. Lauor. var. lucubrat. tit. 2. cap. 8. num. 4.* Quod maximè
18 intelligitur † cum d: Hospitale sit Ecclesiasticum, *Roman. cons. 477. nu. 12. vers. quamuis enim. Castr. cons. 167. in fin. lib. 2.*

Ex quo etiam fuit resolutum Quartam funeralium retineri posse per Fratres, & Recto-
19 res dicti Hospitalis; † quoad Infirmos in eo decedentes, qui inibi in cęmeterio, seù Ecclesia sepeliuntur, extantibus præsertim priuilegijs super ius relatis, ex quibus immunitas à solutione Quartæ competere valet, *Emanuel. Rodriqu. quæst. Regul. quæst. 39. à num. 2. Guttier. de iuram. confirm. part. 2. cap. 4. num. 3. Grat. discept. for. cap. 925. à princip. Barbos. de iur. Eccles. lib. 3. cap. 24. num. 7. Rot. in Hispalen. Quarta funeralium 4. Iuny 1590. coram bon: mem: Cardin. Hieronymo Pamphilio, & in Licien. Quartæ funeralium 15. Ianuarij 1618. coram bon: mem: Coccino. & in alia Licien. Quarta 23. Iuny 1642. corã Reuerendiss. Tarraconen. & in Elnen. iuris parochialis 6. Iuny 1631. & in Tarentina Quarta funeralis 5. Decemb. 1629. coram bon: memor: Queippo;* Priuilegio scilicet Sixti Quarti concesso Hospitali S. Spiritus in Saxia expressam exemptionem Quartæ fune-
20 ralis † continente communicato per Gregorium XIV. Hospitali S. Ioannis Colabitæ, ex qua communicatione perindè habetur, ac si principaliter huic Hospitali fuisset concessum *l. omnis, C. de Episcop. & Cleric. Oldrad. consil. 300. num. 2. Rota decis. 30. num. 2. part. 4. tom. 2. recentior. & in Ianuen. priuilegiorum 28, Iuny 1649. coram R. P. D. meo Celso.* Et licet in communicatione Gregorij facta Hospitali S. Ioannis nulla
21 mentio Quartæ habita fuerit, † tamen dum priuilegia, & exemptiones eidem communicata leguntur, hæc quoque exemptio à Quarta funeralium comprehensa intelligitur, vt in specie respondit *Rota decis. 54. num. 3. penes Moderñ. Marradien. to. 3. de iur. Abbat. & in Craconien. Quarta funeralis 25. Maij 1646. coram R. P. D. meo Pentingero.*

Accedente pręterea priuilegio speciali cõcesso per san: mem: Pium V. & confirmato à Gregor. XIII. quod principaliter emanauit ad fauorem Hospitalis Granateñ huius Religionis, & generaliter pro omnibus huiusmodi Hospitalibus erectis, & erigendis, *d. Summ. num. 4.* & in specie communicatum fuit huic Hospitali per Gregor. XIV. *vt in Summ. num. 6.* qui motu proprio illud eximit, & eius personas à Parochis infrà cuius limites consistebat, & ab eorum iurisdictione, ac superioritate ratione perceptionis eleemosynarũ, oblationum, legatorum piorum, & aliorum iurium, & obuentionum quarumcumque, quæ eidem Hospitali, & ipsius Ecclesiæ ex quacumque largitione obuenirent, attento quod proprium Rectorem haberet Ecclesiastica Sacramenta omnibus in eo existentibus ministrantem, vt latius in dicto Breui continetur ex quibus verbis dubitari non debet, quia etiam Quartæ exceptio intelligatur; quamuis de ea expressè mentio non fiat.

Nec aduersatur, quod in huiusmodi priuilegijs derogatum non fuerit, *Clementina dudum*
22 *de sepult.* † quemadmodum requiritur, vt talis exemptio possit competere, *per text. in cap. ex parte de cappell. Monach. Rota decis. 122. numer. 1. part. 1. diuers. & decis. 101. num. 2. coram Caualer. Petr. de Vbald. de canonica parochiali cap. 6.* Nãm cum exemptio per Pontifices processisset in amplissima forma, & sub verbis vniuersalibus nullam restrictionem patientibus, & expressa mentio de Quarta funeralium in priuilegio Sixti IV. habita fuerit, sub tali vniuersalitate derogatum censetur, *d. Clementina Du-*
23 *dum*, † cum per eam constet de voluntate Papæ derogare volentis, vt in terminis, respondet *Rota in dicta Craconien. Quarta funeralis 25. Maij 1646. coram R. P. D. meo Pentingerio, Barbos. de iur. Eccles. lib. 3. cap. 24. nu. 8. de offic. Paroch. d. cap. 25. etiam num. 8.* Licet aliàs sub generalitate nõ adeò comprehensiua, ex qua desumi valeat Pontificis voluntas, derogatio *d. Clem.*
24 non † inducatur quomodo intelligenda sunt in contrarium adducta, vt etiam distinguitur *in dicta Craconien. Quarta funeralis, §. Non obstat.* Et ex hac ratione tollitur obiectio, quod non sufficiat derogatio, *d. Clem. dudum*, in priuilegio
25 principali, † nisi, & apponatur in communicatione non extendatur ad præiudicialia, *vt in d. decis. 101. num. 3. coram Caual.* Nam etiam
26 ex clausulis generalibus, † voluntate Papæ adhuc exemptio substinetur, *Barbosa d. lib. 3. de iur. Eccles. cap. 24. num. 8. in fin.* Quæ voluntas colligitur ex eo, quia nominatim communi-
27 cantur exemptiones, † quæ de sui natura habent in ventre præiudicium tertij, vt proindè vlteriori derogatione opus non sit, vt ponderauit *Rot. coram Buratt. decis. 193. nu. 24.* Præsertim cum in priuilegio cõmunicationis lega-
28 tur clausula. † *Quorum tenores, & pro expressis*, de quibus in dicta *Craconien. §. Non obstat.*

Quamobrem omninò cessare visa fuit assistentia iuris communis, consuetudo Vrbis, & dispositio *Conc. Trid. sess. 25. cap. 13. de Reform.*
29 cum hæc tantum suffragentur ijs, † quibus Quarta persolui consueuit; iuxta declarationem Pii V. editam anno 1567. vt aduertunt *Gutt. de iuram. confirm. part. 2. cap. 4. num. 3. Eman. Rodriqu. quæst. Regular. to. 1. quæst. 29. ante fin. Rota in d. Litien. Quartæ funeralium decis. 84. num. 4. post Modern. Marradien. de iur. Abbat. tom. 3.* atque ideò Parocho Sancti Bartholomęi præfata iura non suffragantur, cum nullibi constet dict. Quartam persolutam, nec ab eo prætensam.

Circa eos verò; qui in dicto Hospitali decedunt, & alibi tumulantur, quamuis ex Su-
30 perioribus videatur dd. Fratribus, † & Hospitali tanquam Parochis competere retentionem, seu potius perceptionem Quartæ funeralium, iuxtà *d. Clem. dudum, §. verum de sepult. Vgolin. de offic. Episc. cap. 17. nu. 11. Barbos. de offic. Paroch. d. cap. 25. num. 20. Rot. in Mediolanen. Quartæ 14. Martij 1622. coram Merlino, quæ est inter eius impressas decis. 29. num. 2.* Illos tamen excipiendos esse ab ista regula visum fuit, cum priuilegia solũ loquantur quoad eos, qui in dicto Hospitali decedunt, & in eo sepeliuntur, quapropter vlterius eorum verba extendi non
31 debent vim in tantum à iurisdictione Ordinarii, & Parochi eximatur Hospitale, quatenus in eis conceditur, iuxtà trad. *in cap. porro, cap. cum, & plantare de priuileg.*

Quibus consequens est, quod Rectores dicti Hospitalis cum Stola, & Cocta associare non possint cadauera, quæ in aliorum Ecclesiis
32 tumulantur, † licèt alias Parochus Monachus etiam extrà propriam Parochiam, ita associare possit, & sæcularium Parochias ingredi; sicut è conuerso sæculares Regularium *ex text. in l. 3. §. non perpetuò, ff. de sepult. violat. l. 1. §. vsusfructus, ff. vsusfr. quemad. cau. l. damnas esto, ff. de vsufr. legat.* & per Sacram Congregationem declaratum fuisse testatur *Barbosa de offic. Paroch. d. part. 1. cap. 26. num. 77. & 80. & de iure Ecclesi. d. lib. 1. cap. 10. num. 76. cum seq.* Nam cum dicta priuilegia Hospitalis ad ipsius con-
33 tinentia restricta sint, † extra illud Rectores hæc omnia exercere non valent, argum. *text. in l. in agris, ff. de acquir. rer. dom.* maximè cum eorum iurisdictio, seu facultas ob fauorem Hospitalis, & in eo degentium concessa, taxa-
34 ta, & limitata fuerit, † quo casu, nec etiam prorogatio admittitur secũdum *Bald. in cap. P. & G. numer. 10. de offic. deleg. Menoch. lib. 2. præsumpt. 18. num. 13. Trentacinq. var. resol. resolut. 1. nu. 2. Modern. Hispan. de indic. lib. 1. tit. 1. disput. 2. quæst. 8. sect. 4. num. 1187.* & confirmatur ex doctrina *Card. in Clem. 1. num. 1. de stat. Monach.* dicentis Monachos non habere Territorium, nisi intra claustra, & ambitum suorum Mo-
35 nasteriorum, † quia Monasterium est Territorium Abbati, *Zerola in praxi Episcopali 1. par. verb. processionis, vers. ad quartum extra claustra, Zened. canon. quæst. 26. nu. 18. Barbos. de offic. Episc. alleg. 73. num. 7. Modern. de iur. Abb. tom. 1. disp. 15. quæst. 7. num. 39. Rota penès Capitaqu. decis. 225. part. 2. num. 3.* Atque etiam ex declaratione S. Congregationis Concilij, in qua fuit reso-
36 lutum † Regulares non posse Religiosum defunctũ portare per Ciuitatem, per Plateas, & alias Parochias; quam refert *Barbosa de offic. Paroch. d. cap. 26. nu. 68. vers. fuit tamen dubitatum.*

Præterea, quia Rectores dicti Hospitalis propriè, & verè Parochi non sunt; nec ius
37 Parochiæ penès Hospitale existit; cum ad constituen Parochiam illa quatuor requisita non concurrant, de quibus *Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 6. à num. 34.* & alios penès *Barbos. de offic. Paroch. part. 1. cap. 2. num. 27. Rota decis. 52. part. 2. diuers. & decis. 380. part. 5. recent.* & præ-
38 cipuè Populum non habeant, † qui de iure constat ex decem domibus, & familijs Parochiam constituentibus, *cap. vnico q. 3. Pacian. de prob. lib. 2. cap. 31. num. 23. Barbos. de offic. Paroch. d. part. 1. cap. 1. num. 20.* Nec refert quod d. Hospitale dicatur curam habere quoad personas
39 in eo existentes † cum aliud sit habere Parochiam, quæ sine Territorio non consistit, vt post *Io. Andr. in c. super eo de prab. in 6.* distinguit *Barbos. d. cap. 1. num. 35.* Quare deficiente Populo, & Territorio extra Hospitale, & ac
40 propterea Parochia, † proindè cessat Parochi iurisdictio, quæ extendit, aut prorogari valeat, *cap. significasti de for. compet. Bald. in l. 1. C. de pedan. iudic. Modern. Hispan. de indic. dicta quæst. 8. sect. 1. num. 971.* Nec ex eo, quod in Hospitali Sacramẽta administrentur, aut quod
41 in eo ius sepeliendi sit, ius Parochiæ, † concluditur, cum ex præscriptione, seu priuilegio hæc omnia competere possint, *vt ex Card. in d. Clem. 2. §. fin. de Relig. domib.* notauit *Steph. de litt. gratia in cap. de qualit. Benefic. nu. 4. d. cap. 1. de offic. Parochi nu. 29. cum seqq.* Ex quibus associatio dicto Hospitali, & Rectoribus tanquam Parochis extra eius ambitum denegata fuit.

Atque ita, &c. vtraque; &c.

R. P. D. BICHIO.

Bononien Successionis de Zanis.

Mercurij 9. Decembris 1654.

ARGVMENTVM.

Iusta causa conualidans egressum à Religione Societatis IESV probatur ex assertione Patris Generalis. Votum redeundi ad religionem, à qua quis fuit egressus non obligat ad redditum, nisi acceptatus fuit à Superioribus illius Religionis: Discrimen inter votum Religionis in vniuersũ, & Religionis determinatur.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Bononiæ excludit fœminas à successioni bus ab intestato extantibus masculis.*

2 *Monachus non potest egredi Religione nisi cõcurrentibus causa requisitis.*

3 *Monachus dimissus illis non concurrentibus non liberatur à nexu Religionis.*

4 *Monachus egrediens animo redeundi non dicitur egredi.*

5 Mo-

5 *Monachi egressum è Religione ex iustis causis processisse statur assertioni Generalis.*
6 *Reo satis est reddere dubias probationes actoris.*
7 *Monachus si è Religione recesserit, & deindè ingredi vult, nouum votum emittere debet, nec priori iam emisso ligatur.*
8 *Pacti resolutiui conditio purificatur per solum factũ, quamuis modico duret.*
9 *Soror præfertur Patruo in successione fratris.*
10 *Statutum exclusiuum fœminarum à successionibus ab intestato censetur honestum, & fauorabile, & inductum ad publicam vtilitatem.*
11 *Statutum non ligat Ecclesiasticos, nisi copulatiuè concurrant voluntas, & potestas statuentium.*
12 *Statutum non soluit ius commune quoad successiones ab intestato nisi prædicta concurrant.*
13 *Statutum tollit ius commune quoad personas Laicas tantum.*
14 *Ius Ciuile ligat Ecclesiasticos, vbi contractum non disponit per ius Canonicum ex approbatione Pōtificis.*
15 *Pontificis approbatio quoad ius Ciuile non extenditur ad iura municipalia.*
16 *Statutum laicale præferens primogenitum secũdogenito procedit, etiamsi secundogenitus efficitur postea Clericus.*
17 *Statuti verba directa ad tempus delatæ hæreditatis non ligant nisi eueniente casu delationis.*
18 *Primogenituræ ius dicitur à primogenito spe quæsitum à die natiuitatis, etiam viuente patre.*
19 *Hæredis habilitas, & potentia ad succedendum metitur à tempore delatæ hæreditatis tantum.*
20 *Statutum laicale an comprehendat hæreditates Clericorum, vide inferius vsque ad numerũ 26. vbi declarantur DD. oppiniones.*
27 *Statutum confirmatum à Pontifice cum clausula,* dummodo contra libertatem Ecclesiasticam non tendat, *non ligat Ecclesiasticos ex defectu voluntatis.*
28 *Statutum quando dicatur lædere libertatem Ecclesiasticam, vsque ad num. 33.*
34 *Immunitatis Ecclesiasticæ fauore in dubio est pronunciandum.*
35 *Successione Ecclesiasticorum facilè euitantur à laicis reportationem renunciationis futuræ successionis ante ingressum Religionis.*
36 *Statutum habet locum in successionibus ab intestato tantum.*

DECISIO CCCXLIX.

CENSVERAT Rota sub die 17. Maij 1641. immissionem in possessionem bonorum hæreditariorum Comitis Angeli de Zanis non esse dandam Fabroniæ, siue Monasterio Monialium Sanctissimæ Trinitatis, in quo professa erat, sed Carolo defuncti nepoti, licet illa tanquam Soror Germana proximior esset defuncto, & Carolus ingressurus Religionem Societatis IESV quibuscumque hæreditatibus renunciasset, & in eadem Societate tria vota, quæ simplicia vocant emisisset, quia concursum Sororis tollit statutum
1 Bononiæ † exclusiuum fœminarum propter masculos, *sub rubr. de success. ascendent. & Collater. §. dævero Fratres,* quod fauet etiam masculis legitimatis qualis erat Carolus, emisso autem trium votorum simplicium iuxtà Constitutiones Societatis IESV non resistit acquisitioni tam ex Testamento, quam ab intestato ad nutum Superioris, eo minus postquam Carolus cum licentia Patris Generalis fuerat è Religione egressus: Vndè etiam euanuit ipsa renunciatio cum esset concepta sub expresso pacto resolutiuo in casu egressus è Religione vt latius hæc omnia comprobantur in decisione edita coram me dicta die, & anno 1641.

Quam partes approbarunt mediante transactione paulò post inita, & ferè hactenus obseruata, cuius effectus extinctiuus litis cum fuerit nuper euacuatus speciali rescripto Sanctiss. D. Nostri emisso in plena Signatura Gratiæ; Monasterium præfatarum Monialium, vna cum Co: Carolo Antonio Zano primam litem etiam vigore nouæ Cõmissionis prosequendo, duo vt à decisis recederetur, obiecit, nempè pactum resolutiuum supramemoratæ renunciationis non fuisse purificatum per egressum Caroli è Societate IESV, & Moniales non subiacere statuto exclusiuo fœminarum propter masculos.

Primum obiectum eduxit negando egressum Caroli fuisse licitum, quia nulla concur-
2 rebat ex causis adhunc effectum † requisitis, & enumeratis *à Castropal. oper. moral. to. 3. disp. 4.*
3 *punct. 20. num. 7. & seqq. qui num. 9.* † subdit aliter dimissum non liberari à nexu Religionis, *Sanchez de præcept. decal. lib. 6. cap. 9. nu. 66. Suarez. de Relig. tom. 4. lib. 3. cap. 9. num. 11. & seqq.* necnon asserendo Carolum tempore egressus vouisse coram Patre Prouinciali reditum ad Religionem statim, ac negotia quædam temporalia, ob quæ egrediebatur compleuisset, & sic egressum fuisse simulatum sub colorato prætextu vtilitatis, neque exindè purificatam
4 conditionem † adiectam pacto resolutiuo renunciationis, quia non dicitur exire, qui exit animo redeundi, *l. quid sit fugitiuus, ff. de edilit. edict. Bald. in l. 1. num. 27. C. de seru. fugit. Gonz. super regul. 8. Cancell. gloss. 43. num. 5. & seqq. Rot. coram fan. mem. Gregor. XV. decis. 70. num. 5.*

Verum informantes pro Collegio respondebant de iustis causis egressus constare ex
5 assertione † Patris Generalis, cui iuxtà suas facultates adhibenda est fides, *Sanch. dict. lib. 6. cap. 9. num. 15. in princ. Castrop. d. punct. 20. num. 8.* assertum autem votum redeundi non probari scripturis informibus in id productis, eo minus pugnantibus hincindè Testibus, & concurrente contrario facto decennalis perseuerantiæ Caroli, in sæculo, in quo obiit, declarato sępissimè animo ducendi vxorem, adeòque fidentis de susceptione liberorum, vt ex se nascituros in vltimis tabulis morti proximus hæredes instituerit, satisque est dubias
6 reddere † probationes actoris ne suffragentur, *c. in præsentia de probat. Castr. in l. penult. §. docere num. 145. ff. ne quis eum, Dec. consil. 37. sub numer. 9.* cum alijs allegatis *in Asten. Canditaturia 21. Iunij 1652. coram R. P. D. meo Celso.*

Nec idem votum (esto quod probaretur) releuaret, nisi cognitum, & acceptatum fuerit

rit à Superiore sufficienti adhoc potestate suffulto; nam alioquin non obligaret ad redeundum; quippè obligatio, quam inter Religionem, & Religiosum vota simplicia repeterant non suspensa, sed omninò sublata semel ex vtriusque libero consensu reuiuiscere precisè, & arctare ad ingressum non potuit, nisi vtroque iterum consentiente, vt distinguendo

7 inter votum Religionis † in vniuersum, & alicuius Religionis determinatæ, probant *Diuus Thomas in 2. 2. quæst. 189. art. 3. in responsione ad 2. & ibidem Caietanus vers. adhoc dicitur, Azzor. Instit. moral. part. 1. lib. 11. cap. 3. quæst. 5. Castrop. oper. moral. to. 3. tract. 16. disput. 1. punct. 3. num. 10. & seqq. Sanchez in precept. Decal. lib. 4. cap. 15. num. 28.*

Vt propterea fateri semper oporteat constare de verò egressu tum de iure, quam de facto licet ad purificandam conditionem pa-

8 cti † resolutiui solum factum sufficeret, *l. mouius, ff. de cond. & demonstr. l. filiusfamilias, §. cum quis rogatus, ff. leg. 1. Castr. in l. si marito, §. 1. nu. 1. solut. matrim. Rot. in Romana fideicommissi de Saricijs 22. Maij 1643. coram Reuerendissimo D. Episcopo Salamantino,* quamuis modico tempore durasse, *l. si quis hæredum. C. instit. & substit. Rot. coram san. mem. Gregor. XV. decis. 5. num. 10.* aliique relati ab *Altograd. cons. 54. num. 100. cons. 60. nu. 1. & 4. lib. 1.* & in puncto *moder. Placentinus è Societatis IESV in Manual. Regular. tract. 2. cap. 9. num. 62. quæst. 30. & num. 63.*

Replicabant informantes pro Monasterio scripturas ad probandum votum productas esse in forma probanti, coadiuuari, ex quo Carolus viuens curauit absolutionem à voto regrediendi ad Religionem animo post absolutionem ducendi vxorem, idemque probari posse coniecturis, neque testes esse discordes.

His, & alijs diligenter ponderatis concordia non fuerunt super hoc obiecto suffragia Dominorũ, & ex solo secundo capite proxi-

9 mioritatis † gradus præferente Sororem Patruo in successione intestata fratris, *l. consanguinitate, C. legit. hæred. §. si igitur defunctus, il secondò, Auth. de hæred. ab intest.* recessum fuit à decisis, non suffragante statuto exclusiuo fœminarum in præiudicium Monialium, & Monasterij, etiamsi longè post illud condito Fabronia Soror monasticam professionem emiserit, vt enim statutum laicorum afficiat personas Ecclesiasticas emanasse ad publicam vtilitatem, & honestum, ac fauorabile esse,

10 quale censeri † statutum exclusiuum, dixit *Rota in Spoletana successionis 19. Iunij 1641. coram R. P. D. meo Celso,* non sufficiat cum semper

11 deficiat potestas, † iure, & voluntas statuentium in Ecclesiasticos copulatiuè necessaria, *Dec. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ nu. 186. & 187. de const. Garz. de vlt. fin. num. 59. in fin. vers. nec obstat ratio; Surd. cons. 301. num. 18. Ambrosin. de immunit. Eccles. cap. 1. 21. nu. 18. & seq. vsque ad 26.* & proindè nec dici potest sublatum à statuto ius commune, quod successionem, itaut hæ-

12 reditas non deferatur, † amplius iure cõmuni, sed municipali, vt ratiocinatur, *Castr. cons. 504. col. penult. lib. 1.* quia hoc nõ militat nisi quoad

13 personas laicas, † quas statuentes voluerunt, & potuerunt excludere, vt in specie respondet *Albertus Bur. super statut. extau. in esn. artic. 60 num. 47.* quodque dicit iura ciuilia ligare Clericos, vbi ius Canonicum aliter non disponit

14 procedit † ab expressa approbatione Papæ relata *in cap. 1. de iuram. calum. in cap. 1. de oper. nou. nunc. cap. vt Inquisitionis de hæret. in 6.* quæ non porrigitur ad leges posteà latas, & multo mi-

15 nus ad statuta, † vt distinguendo inter ius ciuile Romanorum, & statuta, tradit *Hostiensis cap. final. num. 11. de solut.* quem sequitur *Rebuff. in Const. Reg. tom. 3. in proem. gloss. 5. num. 62. & 72. Cott. in memor. verb. Clerici ligantur, vers. sed ita deberent,* vbi ait hoc esse illustre dictum, *Surd. d. cons. 300. num. 5. Vulsq. de successs. lib. 1. lib. 2. §. 26. num. 71.*

Prout neque releuat; quod mulier ante ingressum in Monasterium fuerit subiecta potestati statuentium, & propterea ex tunc statutũ iniecerit vinculum exclusionis, quod per ingressum in Religionem non dissoluitur ob quam rationem habemus in simili, quod statutum præferens primogenitum secundo-

16 genito † locum habet, etiamsi secundogenitus posteà Clericus efficiatur, *Abb. in cap. quod Clericis num. 39. & vo. de for. compet. Azzor. inst. moral. part. 1. lib. 5. cap. 13. quæst. 8. vers. tum solet.,* aliique relati à *Carol. de Graff. de effect. Cleric. effect. 2. num. 121. & 123. & num. 169. cum duobus seqq.*

Nam obiectum vrgeret, si ante ingressum fuisset hæreditas delata, aliàs si statuti verba diriguntur in tempus delatæ successionis nullum antea fuisse vinculum iniectum colligitur, tum ex verbis in illud tempus collatis qualia esse verba initio Statuti Bononiensis apposita, ibi: *Si quis intestatus decesserit, &c.* no-

17 tant infra allegandi, tum ex eo, † quod antea efformata non erat, aut applicabilis exclusio cum ad successionem Fratris viuentis Sorori nullum ius competeret nec re, nec spe probabili, *Bart. in l. qui Romæ, §. duo fratres num. 3. & 4. ff. de verb. oblig. Rip. in l. 1. nu. 25. C. pact. Bertazz. cons. ciuil. 57. nu. 4. & seqq. Cephal. cons. 526. nu. 71. & seqq.* & in hoc differt ius successionis à iure primogenituræ, quod ex die natiuitatis, etiam

18 in vita † Patris, quia à Patre aliter disponi non potest, dicitur saltem spe quæsitum, *Mandell. consil. 523. sub num. 19. Tiraquel. de iure primogenituræ quæst. 43. num. 14.* ac transmissibile *Molin. de primogen. lib. 3. cap. 6. num. 36. & 37. Gratian. discept. 450. num. 80. & 81. Ciriac. controu. 21. num. 34. Giurb. de success. feud. cap. 118. §. 2. gloss. 6. num. 27. Matth. ad leg. Hisp. lib. 5. tit. 7. gloss. 5. nu. 6. Rota in Ariminen. Secundogen. 18. Maij proximi præteritis §. non attento coram me.* Tum tertio, quia regulare est, quod potentiam, seu habilitatem

19 in persona succedere volentis non metimur à tempore antecedenti, sed duntaxat delatæ successionis, *Bald. in l. 2. C. iur. emphit. Menoch. cons. 230. num. 127. Peregr. cons. 34. sub nu. 22. lib. 2. Valenz. cons. 83. num. 31.*

Adeò, quod quicquid sit in terminis primogenituræ, vel statuti excludentis simpliciter fœminas propter masculos, absque verbis

iii

20 in tempus † mortis directis, in quibus terminis loquuntur plerique contrariæ opinionis sectatores, & signanter *Bursat. cons. 93. num. 39. Cancer. var. resol. tom. 3. cap. 11. num. 197.* aliique relati à *Modern. Pedem. disquisit. Cleric. par. 1. tit. de exempt. Cleric. à stat. §. 5. num. 23. à Modern. Neapolit. de Immunit. Eccles. cap. 8. dub. 11. sect. 4. nu. 5. Carol. de Grass. supracit. effect. 2. numer. 122. in fin. & nu. 260.* Cessat prorsus ratio vinculi iniecti ante monacatum in terminis statuti in tempus delatæ hæreditatis concepti, & per consequens ex defectu potestatis laicalis non exclu-
21 ditur, quæ tempore mortis, † ac delatæ successionis Monialis est, vt originaliter tradit in puncto *Salic. in Auth. Cassa 15. C. sacrosan. Eccles. Ruin. cons. 200. num. 8. & 9. lib. 2. Roland. consil. 57. num. 29.* vbi benè distinguit inter ingressum Monasterium ante, vel post delatam hæreditatem, & subdit quod si attendēda esset præce-
22 dens iniectio vinculi, † semper Clerici subijcerentur statutis laicalibus, quia Laici nati fuerant *lib. 2. Ceph. cons. 95. num. 14. & sequentib.* vbi respondendo contrarijs ait *Soccinum, Decium, & alios* intelligi nō posse de statuto, quod suum effectum confert in tempus successionis delatæ, quia cum illud antea, nec fœminam excludat, nec masculum includat dici nequit iniecisse vinculum exclusionis, neque sibi contrariatur in *consil. 146. num. 26.* quia ibi
23 loquitur de statuto excludente † simpliciter fœminas propter masculos, sic etiam *Mart. de iurisdict. part. 4. cas. 5. num. 1.* qui sibi contrarius non est, *in cons. 118. num. 15.* quia eo casu statutum simpliciter excludebat, *Surd. dec. 20. nu. 8. Sperel. decis. 11. nu. 20. & seqq.* vbi latè comprobat, & hanc communem, & magis veram opinionem ait, eamdemque opinionem fauore Monialis amplexa fuit, *Rota in Spoletana Bonorum 13. Aprilis 1646. §. visa fuit;* vbi signanter ponderatur defectus potestatis, & voluntatis statuentium, & dicitur hæc opinio ve-
24 rior, atque tenenda † quicquid alij senserint, quorum rationes verè non subsistunt, *coram Eminentissimo Domino Cardinali Corrado in Tudertina successionis 20. Maij 1652. per tot. coram R. P. D. meo Meltio,* & fauore Clerici, *in Rauennaten. hæreditatis 5. Iunij 1648 coram Eminentissimo D. Cardinali Otthobono, in Bononien. Hæreditatis 28. Iunij 1652. coram me, & in eadem 30. Maij 1653. coram eodem Domino meo Meltio,* vbi, & si agatur de successione passiua Clerici, idem militat
25 ibi ponderatus † potestatis, ac voluntatis defectus in successione actiua, ex allegatis per *add. ad Surd. d. decis. 20. num. 4. Mant. cons. 118. sub num. 16. vers. quia maius.*

26 Neque contrarium † aliquam sensit Rota, nam *decisionem Antonij Augustini impressam inter decis. Putei decis. 99. lib. 3. in antiq.* mendosam esse, & in nouiter impressis exemplatis, ex ipso originali manu Putei conscripto non reperiri monemur *in Montisfalsici fideicommissi 10. Decembris 1619. coram clar. memor. Coccino Decano, relata à Modern. post tract. de iur. Abbatiss. decis. 29. sub nu. 5. vers. attamen, decis. 1. Bisign. de consuetud.* ait, quod per tres sententias conclusum fuerat contrà fœminam, quæ nusquam fuit Monialis vocata, aut nominata, & quod postea de hoc fuit in Cancellaria quæstio, quam non dicit fuisse resolutam, *in Ciuitatis Castellis legitim. 15. Martij 1604 coram Cardinali Lancellotto;* non agitur de statuto habente verba explicitè directa in tempus mortis, nec disputatur articulus principalis exclusionis contra fœminas facit partem ad augendam legitimam masculorum, *decis. pariter 63. coram sanct. mem. Gregor. XV.* habet dumtaxat, quod Monialis debet dotari stante statuto exclusiuo, atque ita supponit Monialem acquiescere exclusioni, an autem acquiescere teneatur non discutit. Et animauertendum est, quod post has omnes decisiones exaduerso recensitas, *Rota in supracitata decis. 29. sub numer. 5. apud Modern. de iur. Abbatiss.* dixit, quod in sententia Rotæ fundari non potest exclusio Monialium, & quoad magis communem opinionem, Doctores, & eorum rationes esse ponderādas, quibus deindè maturè ponderatis in supradictis decisionibus *coram Eminentissimis Dominis Cardinalibus Otthobono, & Corrado, & coram R. P. D. meo Meltio, & me,* fuit pluries pro Monialibus, & Ecclesiasticis personis responsum.

Non obstat, quod statuto Bononiæ obijci nequeat defectum statuentium, vt voluntatis, quia in verbis loquitur de ingressis Religionem, ibi: *Et si tales fœminæ, &c. Religionem intrassent.,* aut potestatis, quia munitur amplissimis confirmationibus Apostolicis. Ex ipsa enim petitione porrecta à statuentibus pro obtinēda confirmatione, & ex verbis expressis confirmationis Iulij II. iuxtà quam subsequentes sunt in hac parte intelligendæ apparet noluisse illos statuendo, & Pontifices cōfirmando lædere libertatem Ecclesiæ, vt legitur, ibi: *Dummodo contra libertatem Ecclesiasticam non ten-*
27 *dat,* † quod in puncto ponderant præmemoratæ decisiones *in Bononien. Hæreditatis 28. Iunij 1652. §. final. coram me, & 26. Ianuarij 1654. §. eoque minus, & 2. seq. coram R. P. D. meo Meltio,* & tradit *Eugen. cons. 99. num. 38. lib. 2.* Hoc verò statutum si Moniales excluderet, tendere cōtra libertatem Ecclesiæ patet, quia Moniali
28 facultatem succedendi, † quam haberet de iure communi tolleret iuxtà theoricam communiter traditam à *Doct. in cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de const. Eugen. dicto cons. 99. nu. 38. vers. nec dicatur, & n. 40. lib. 2. Carol. de Grass. effect. Cleric. 2. num. 68. & 2. seqq.* necnon quia exerceret po-
29 testatem † in personam Monialis de tempore quo iàm Monialis est, contrà textus apertissimos in *cap. significasti de for. compet. in dicto cap. Eccles. S. Mariæ de constit. in cap. decernimus de Iudic. cap. fin. de vit. & honest. Cler. cap. 1. de Immun. Eccles. numer. 6.* Nec enim vt suprà dicebam attendi debet tempus, ac status laicalis ante delatam hæreditatem, quia non nisi post delatam statutum voluit masculum includere, & fœminam excludere.

30 Atque hinc gratis etiam dicitur nullum inferri præiudicium Ecclesiæ, eo quod fœmina nisi Monialis esset adhuc excluderetur ab hæreditate vigore Statuti; vt ratiocinatur, *Brun. super stat. stant. masc. art. 6. nu. 52.* quia cum

de tempore in quod confertur exclusio statutaria illi mulier non subiaceret, & per consequens posset de iure communi succedere, graue sentiret præiudicium si à statuto excluderetur, non secus, ac si post ingressum in
31 Religionem, & delatam hæreditatem † conditum esset statutum; quo casu Monialem non excludi affirmat ipse *Castr. cons.304. lib.1. aly allegati à Carol. de Graff. effect. Cleric. 2. nu. 121.* Fatendum ergo est, quod statutum in capite exclusiuo lederet, licet secus sit in capite inclusiuo masculorum, quod etiam personis Ecclesiasticis fauere vtile est Ecclesiæ, & in
32 his † terminis loquitur *Rot. in exaduerso alleg. decis. 438. nu. 59. & duob. seqq.* vbi quærebatur an Statutum Bononiæ includens Patruum fœminis exclusis prodesset Patruo in aliqua
33 Religione † professo, *part.4. tom.2. recentior.* vel si de hereditate contenderent solum laici, qui est casus exaduerso allegatę, *decis.51. par.1. recentior.*

Tandem momenti non est declaratio felic: record: Gregor. XIII. quod à statuto exclusiuo deleatur clausula sine prеiudicio locorum piorum, & personarum ibi existentium, eo quod iuris, & æquitatis ratio exposcit, vt par sit conditio fœminarum pia loca ingredientium, quam nubentium; quia ea declaratio emanauit super Statuto Perusino, & ex quo ille Pontifex voluit id indulgere Ciuibus Perusiæ, inferri non potest, quod alij Pontifices idem concedere voluerint Bononiensibus; Præsertim dum contraria voluntas euidentissimè resultat ex clausula delata, sed replicata, tum in petitione, tum in confirmatione statuti, ibi: *Dummodo contra libertatem Ecclesiæ non cedant.* Exageratum verò præiudicium quod fit laicis excipiendo Moniales, non meretur allegari, quia nemini facit iniuriam, qui vtitur facultate sibi à iure communi cōcessa, nec laicis fauendū cum læsione immu-
34 nitatis Ecclesiasticæ, † pro qua etiam in dubio est pronunciandum, *l. sunt personæ, ff. relig. & sumpt. funer. Alex. consil.190. in fin. lib.6. Decian. cons.89. num.22. lib.3. Bott. cons.87. num.52. Carol.*
35 *de Graff. effect. Cleric.3. nu.100.* † & facile laicis est id euitare reportādo ab ingressuris renunciationem futuris successionibus, vt aduertit
36 *Sperell. dicta decis.11. num.21. circa fin.* † necnon quia non tollitur Patri, & Matri facultas ad libitum testandi de bonis suis, & statutum locum habet ab intestato dumtaxat, *consil.131. num.2. vers. vndè propter lib.1. Curt. Sen. cons.37. nu.17. Rot. coram san: mem: Gregor. XV. decis.358. num.1. & 2. & coram Buratt. decis.262. num.14. vbi allegantur concordantes.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

MISCEL-

MISCELLANEA DECISIONVM SACRÆ ROTÆ ROMANÆ.

Quæ adhuc non sunt impressæ, & allegantur in ipsis Decisionibus in eisdem causis factis, tàm supra in hac Parte XI. emanatis, quàm etiam in alijs Partibus Recentiorum allegatis.

Cum alijs pluribus Decisionibus notabilibus, non adhuc impressis

R. P. D. VEROSPIO.
Posteà S. R. E. CARDINALI.

Auximana Fideicommissi.

Veneris 30. Maij 1631.

ARGVMENTVM.

Per electionem vnius viæ censetur alteri renunciatum, quod procedit etiam sit actum vigore obligationis Cameralis, & qualiter hoc habeat locum. Citatio executa in diebus festiuis quando substineatur, & quando non.

SVMMARIVM.

1 *Possessio, quod sit anterior ex quibus ostendatur.*
2 *Iudex quando nulliter, & iniustè procedit, non priuat possessionem sua possessione, si se pro spoliato non habuerit.*
3 *à Via ordinaria, ad viam executiuam transitus fieri non potest.*
4 *per Electionem vnius via censetur alteri renunciatum.*
5 *Et id procedit etiam si actum sit vigore obligationis Cameralis, nisi tamen in primo iudicio, quod fuit per actorem intentatum, fuisset ipse reus contumax.*
6 *Vel nisi Actor, qui executiuè aggressus est, refecerit omnes expensas iudicij quod cœptum, & tractatum antea fuit ordinariè.*
7 *in Fratre nepos non potest considerari necessitas instituendi.*
8 *Causa vniuersalis non potest esse præiudicialis causa particulari.*
9 *Causa, quando non tantum respectu petitionis dicatur vniuersalis, sed etiam respectu executionis.*
10 *Causa respectu executionis dicitur vniuersalis, si semper sit directa contra omnia bona, v. g. fideicommisso subiecta, & nunquam aduersus rem particularem.*
11 *Citatio executiua die festiuo non tenet.*
12 *Dilatio quindecim dierum constitui debet debitori ad releuandum pignus, antea quam illud subhastetur.*
13 *Citatio substinetur, quæ fuit executa die feriato, sed tamen cadit pro die iuridico, & iste est stylus Rotæ, cum extraiudicialis sit actus, declara vt infra.*
14 *Citatio executa in diebus, qui in Dei honorem celebrantur, nulliter dicitur executa, in tantum quod nec hoc casu valet contraria loci, aut consuetudinis consuetudo. num. 16.*
15 *Citatio executa diebus feriatis tenet, si feriæ sint inductæ propter hominum fauorem, & commodum.*
17 *Constitutionum Marchiæ Auctor fuit Cardinalis Aegidius.*
18 *Causa, quando agitur inter Laicos etiam si ventiletur in Rota, qualis stylus seruetur.*
19 *Iurisdictio delegati, & delegantis eadem est.*
20 *Excessus in executione, quando negari non possit.*
21 *Exceptio aliqua potest dici turbida, dum lis super ea pendet, & cui dicatur turbida. num. 22.*
23 *de Iure tertij dare non licet, nisi volente eo tertio.*
24 *de Iure tertij dare non licet, quando non est exclusiuum ipso iure intentionis agentis.*
25 *de Iure tertij dare non licet, quando priuatio, quæ pendet à uoluntate tertii, est solum in potentia, & non in actu, ante quam fuerit eius uoluntas declarata.*
27 *Defensionis causa dicitur communis, quando omnes ueniunt ex eodem iure.*
28 *Executio cum sit indiuidua non potest pro parte ualere, aut fauore alterius ualere solum.*

Infra in eadem causa habetur altera decisio sub die 25. Iunij 1632. coram eodem bo: me: Card. Hieronymo Verospio.

DECISIO CCCL.

POST executionem, quam obtinuerunt creditores quondam Pompilii de Rotundis in possessione prædii Fraschettalis, & deliberationem factam ab ipsis creditoribus eiusdem prædij Ioanni Florentio vltimo oblatori; Cum commissa mihi fuisset causa appellationis ex parte Phœbi filii Pompilii, qui tamquam vocatus ex fideicommisso Hieronymi fuerat immissus in eiusdem prædii possessionem; Quia in eadem commissione concedebatur etiam mihi facultas manutenēdi quem de iure, dedi dubium, quibus esset hæc manutentio concedenda, eodemque dubio hodie per me proposito, illud Domini ad fauorem Phœbi resoluerunt, informantibus tàm eodem Phœbo, quàm creditoribus Pompilii, & Ioanne Florentio, qui ex deliberatione sibi facta à creditoribus erat in possessione eiusdem prædii.

Et quia de anteriori Phœbi possessione dubitari non poterat, cum illa non solum pro-
1 baretur † ex sententia, & instrumento apprehensionis in executionem eiusdem sententię, *ad l. iustè possidet, ff. de acquirend. possess.* Verùm etiam ex actu ipsius executionis, & subhastationis, quæ contra eumdem Phœbum petita, & impetrata fuit: solùm opus erat videre, An fuerit Phœbus eadem possessione priuatus ex mādatis, & illorum executione concessa creditoribus Pompilij, quibus tanquam nullis, & iniustis idem dicebant suam possessionem sibi ademptam non fuisse. Et subsistere visæ fuerūt Dominis, tàm nullitates, quàm
2 iniustitia eisdem mandatis oppositæ, † ita vt præseruatum ex illis fuerit ius, & anterior Phœbi possessio, qui se pro spoliato non habuit, *Hostien. in Summ. tit. de restit. spoliat. §. quando facienda sit restitutio, Abb. in cap. conquerente, num. 12. eod. tit. Put. decis. 409. lib. 2. Verall. decis. 586. part. 3. Cæsar de Graff. decis. 1. numer. 2. de constit.*

Prima nullitas, quæ respiciebat ordinem iudicii, & operabatur nullitatem ipsius man-
3 dati † relaxati, fuit transitus à via ordinaria ad viam executiuam, cum post immissionem quam ipse Phœbus obtinuerat tanquam vocatus ex fideicommisso Hieronymi in pluribus instantijs, solùm ab eisdem creditoribus fuerit controuersum hoc fideicommissum; donec à vltima sententia bon. mem. Vbaldi, quæ declarauit libera eadem bona relicta à Hieronymo, appellauit Phœbus, & cōmissa causa bo. me. Manzanedo, firmatum fuit non solùm idem fideicommissum, sed quod ad illud esset vocatus ex tertia parte vna cū Pompilio patre, & Cornelio patruo, vt in decisione eiusdem R.P.D. Manzanedi 10. Nouemb. 1617. Vnde cum in hoc statu causa penderet, & cū dubitari non possit de consensu vtriusq; partis procedendi ordinariè, non potuit, relicta hac via, institui noua via executiua pro eisdem creditis, super quibus fuit iam diu actum in iudicio ordinario, vt fuit coram eodem Manzanedo in hac causa resolutum 18.
4 Maij 1619. cum † per electionem vnius viæ censeatur alteri renunciatum, *cap. vt quis, de elect. lib. 6. Bald. in l. 1. num. 1. in fin. C. de execut. rei iudic. & in l. 2. num. 54. C. de seruitut. & acq. Negusant. de pignor. 4. part. principal. num. 25. Cæsar de Graff. decis. 2. num. 2. de sentent. excommunic. Rota decis. 551. num. 5. part. 3. lib. 3. diuers. in Mediolanen. Legati 30. Octobris 1585. coram Card. Pamphilio, in Romana Pecuniaria 28. Iunii 1593. coram Litta, in Perusina Pecuniaria 28. Nouembris 1612. coram Manzanedo.* Id quod etiam procedere, quamuis actum fuerit vigore obligationis Came-
5 ralis, † tradunt *Adden. ad Gallef. de oblig. Camer. quæst. 11. num. 11.* nisi tamen in primo iudicio, quod fuit per Actorem intentatum fuisset ip-
6 se Reus contumax, vel nisi Actor, † qui executiuè agere aggressus est, refecerit omnes expensas iudicij, quod cœptum, & tractatum antea fuit ordinariè. Et huius nullitatis defectus ex eo præterea augebatur; cum omnia bona a sui, & fratrum suorum fauorem fuisse fideicōmisso supposita, nō solùm contenderet Phœbus, sed contra eosdem creditores Pompilij patris obtinuisset declarari per sententiā Cardinalis Lancellotti, imo cum nō deessent coniecturæ relatæ in decisione eiusdem Cardinalis Lancellotti 12. Iunij 1604. ex quibus vocatio Pompilij, & filiorum facta à Hieronymo Testatore concludebatur fuisse ordine successiuo, non autem simultaneo, quamuis in eodem Hieronymo, cum ipse Pompilius
7 erat † ex fratre nepos, considerari non posset necessitas instituendi, sicut regulam esse, & communem Doctorum opinionem, testatur *Ias. in l. Gallus, §. quidam rectè, ff. de liber. & posth. Peregr. de fideicomm. art. 17. num. 20.* & dictum fuit in hac eadem causa coram bon. memor. Manzanedo 10. Nouembris 1617. Si enim subsistebat idem fideicommissum, & post Pompilium succedere debebant ipsius filij, excludebatur penitus omnis actio, & prætensio creditorum contra bona Hieronymi, & clarior erat nullitas mandati relaxati propter pendentiam causæ super fideicommisso, quæ
8 tanquam vniuersalis † non poterat non esse præiudicialis huic causæ, & particulari petitioni creditorum, ex traditis per *Bart. in l. fundum Titianum, ff. de exception. & præscription. Aym. cons. 79. num. 7. Verall. decis. 117. par. 2. & fuit latè deductum in Tiburtina Castri Sancti Angeli 16. Nobris 1616. coram bon. memor. Andrea, & 15. Martij coram R.P.D. meo Merlino*: Quarum decisionū rationes benè applicantur, cum antequam per creditores cęptum fuit agi executiuè, semper ex parte Phœbi petita fuerit declaratio huius fideicommissi, & quod illud purificatū esset ad sui fauorem, itaut dubitari non pos-
9 set, † An esset vniuersale ius, quod fuit ab eo propositum, & quidem non solùm respectu petitionis, & conclusionis ipsius libelli, vt satis esse firmat eadem decisio 15. Martij 1630. coram R.P.D. meo Merlino, sed etiam respe-
10 ctu executionis, quæ semper directa † fuit contra omnia bona eidem fideicommisso subiecta, & nunquam aduersus rem aliquam particularem.

Aliæ

Aliæ nullitates, quæ plures erant respiciebant omnes ipsum processum subhastationis, & deliberationis, sed duas præcipuè Domini considerarũt, quas putarũt excusari non posse, quod scilicet citatio ad reluendum executa
11 fuerit 25. Aprilis 1630. qua die † celebatur dies festus Sancti Marci, *vt ex l. vltima, C. de feriis, docet Vant. de nullitat. ex defect. citat. nu. 46.* Et quod post solum terminum quinque dierum datum ad reluendum, deuentum fuerit ad deliberationem, cum tamen ex forma Cõ-
12 stitutionis † Marchiæ, de qua *in cap. 7. lib. 5.* constitui debuisset quindecim dierum dilatio. Neque visæ fuerunt subsistere responsiones datę eisdem nullitatibus per informantes pro creditoribus, licet enim sustineatur citatio, quæ fuerit executa die feriato, sed tamen ca-
13 dat † pro die iuridico, *argum. in l. tempus 62. ff. de hered. instituen. & tenet Io. Andr. in c. ap. conquestus, num. 3. de feriis,* quem etiam esse stylum huius Tribunalis constat, *ex decis. 1. de feriis in nou. & ex Cassad. decis. 5. de dol. & contumat.* Cum extraiudicialis sit actus eiusdem citationis, non
14 tamen id verum est semper, † atque etiam in diebus, qui in Dei honorem celebrentur, sed solum in feriis, quæ propter hominum fauo-
15 rem, & commodum inductæ † fuerint, in quibus terminis loquitur decisio Cassadori, & post *Oldrad. dixit Bart. in l. 1. §. renunciatio, ff. de nou. oper. nunciat. Bald. in l. fin. num. 2. C. de fieriis, & esse communem Doctor. opinionem testatur Lanfranc. de Orian. in cap. quoniam contra, §. citationes, verf. tandem quæritur, de probat. Vant. de nullitat. ex defect. citat. superius allegatus num. 46. Castr. con-*
16 *sil. 271. lib. 1. num. 3.* qui dicit † neque valere contrariam loci: aut regionis consuetudinem.

Sic etiam sustinebatur breuior terminus datus ad reluendum, quàm concederetur per Constitutionem Marchiæ; quia & si eadem
17 Constitutio, † cuius Auctor fuit Cardinalis Aegidius, obtinere non posset in Tribunali Ecclesiastico, in quo post mandatum sibi à Rota concessum, actum fuit per creditores pro subhastatione, dum tamen Vicarius Episcopi procedebat iure sibi à Rota delegato, &
18 & causa erat inter Laicos, † non alium stylũ seruare poterat, quàm seruet hoc Tribunal, vbi sunt in causa solùm Laici, cum eadem sit
19 iurisdictio delegantis, & delegati, *cap. sane 11. de offic. delegat. leg. & si pretor, ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. Ferrett. cons. 190. num. 4. Put. decis. 127. lib. 1.*

Præter nullitates oppositas, etiam de iniustitia mandati, & executionis concessæ creditoribus, dixerunt Domini constare propter excessum ipsius executionis; quia quamuis ex persona Pompilij expirasset fideicommissum, & ad bona Hieronymi Testatoris simul cum ipso Pompilio vocati essent Cornelius frater, & Phœbus filius eiusdem Pompilij, non tamen poterant creditores ex eodem fideicommisso consequi, nisi tertiam partem, quæ erat Portio Pompilij; atque ità negari non potest
20 excessus, † dum solùm sua portio fuit Phœbo relicta, & pro duabus ex tribus partibus concessa immissio creditoribus. Neque poterat excusari hic excessus, vel quia turbida
21 esset exceptio huius fideicommissi dum † super eo adhuc causa pẽdebat, vel quia potuerint ijdem creditores immitti pro indiuiso, & facta executione deueniri postea inter ipsum Phœbum, & creditores ad diuisionem, cum certè essent portiones cuiusque in vniuersum licet respectu singulorum corporum, & rerum particularium, quæ erant in hæreditate Hieronymi eędem res, & bona certificari etiam deberent ex diuisione, sicut consideratum fuit in decisione facta coram Eminentissimo Cardinali Virili 26. Martij 1629. Quia quoad turbiditatem exceptionis non poterat illa Phœbo nocere, dum erat ex causa eiusdem fideicommissi in possessione horum bonorum,
22 sed creditoribus, † qui se eidem fideicommisso opponebant, & à quorum replicatione oriebatur hæc turbiditas, *Afflict. decis. 03. Put. decis. 232. 241. lib. 3. in nou. Rota decis. 57. n. 3. parte 2. diuers. & in Parmen. Prioratus 23. Ianuarii 1621. coram Reuerendissimo Seleucien.* Quod vero etiam facta executione diuidi potuerint hæc bona, non tollit excessum, qui prætenditur, dum facta fuit executio in bonis filiorũ Cornelij, qui debitores non erant; & licet hoc
23 tangat, & respiciet Ius tertij, de quo † dare non licet, nisi volente eodem tertio, dum tamen filij ipsius Cornelij expresse se opposuerunt, & obtinuerunt committi causam appellationis à decreto in quo fuit hoc mandatum relaxatum, non potest dici, vt hæc exceptio contra eorum voluntatem ab ipso Phœbo
24 hodie proponatur; † sicut ob hanc solam rationem de iure tertij darę non licet, quando illud non est omninò exclusiuum Iuris agentis, cum priuatio, quæ debet pendere à voluntate eiusdem tertij, sit solùm in potentia, &
25 non in actu, † antequam fuerit hæc illius voluntas declarata, vt dixit *Soccin. sen. in l. 2. nu. 8. ff. de exception. rei iudic. Tiraquel. in l. si vnquam, in verb. reuertatur, nu. 359. C. de reuocan. donat.* quod neque poterat dici hoc casu, cum respectu
26 portionis debitæ filijs Cornelij † Ius aliquod creditores prætendere non possent, vt optimis rationibus defendit, *Thesaur. decis. 4. nu. 8. Surd. cons. 415. num. 16. & 17. & fuit dictum in Romana fideicommissi de Guidis 29. May 1628. coram me.*

Et hunc etiam sequebatur alia nullitas eiusdem mandati, cum neque citati fuerint filij ipsius Cornelij in illius expeditione, & eadem nullitas operebatur etiam ad fauorem ipsius
27 Phœbi, cum communis esset † causę defensionis, dum omnes veniebant ex eodem fideicommisso, *l. in hoc iudicio, & ibi Doctor. ff. famil. ercisc. Gard. Gaual. decis. 396. num. 2. & in Ariminen. Donationis 8. Martii 1630. coram me:* & ageretur de sustinenda executione, quæ tan-
28 quam indiuidua † non poterat ex parte, aut fauore alterius solùm valere, *Abb. in cap. cum inter, num. 24. de sent. & re iudic. Cas. de Grass. dec. 5. num. 3. eod. tit. & decis. 2. num. 8. de sent. excommun. Rota decis. 118. num. 4. par. 1. recent.*

Et ita vtraque &c.

R P D.

R. P. D. QVEIPO.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 2. Iunij 1631.

ARGVMENTVM.

Conductor non facit fructus rei conductæ suos nisi ad hoc accedat voluntas locatoris, & ideo si locator eos sibi reseruauerit donec, & quousque de affictu non fuerit satisfactus, interim nemo in eis potest acquirere aliquam hypothecam.

SVMMARIVM.

1 *Creditor hypothecarius non potest prætendere hypotheca super bonis debitoris nisi in illis, quæ in eius bonis, & dominio fuerunt.*

2 *Dominium fructuum perceptorum in re conducta acquiritur conductori, vi, & potestate, dumtaxat voluntatis Domini.*

3 *Fructus pendentes pars fundi esse dicuntur, & Domini fundi cedant.*

4 *Fructus à solo separati, & percepti non acquiruntur nisi vel ratione dominii, vel ratione possessionis ciuilis. & num. 5.*

6 *Conductor rei conducta dominus non efficitur.*

7 *Conductor rei conducta possessor non efficitur, nam dominus per eum tanquam per Instrumentum possidet.*

8 *Fructus rei locata in dominio locatoris esse debent, nisi ex eius voluntate conductoris percipienti acquirantur.*

Fructus, quandiu solo cohærent fundi sunt, & colonus eos suos facit, quia voluntate Domini possidet.

9 *Locator per simplicem traditionem rei locata fidem conductoris sequi videtur, super mercede cum facultate percipiendi fructus. & eorum dominium acquirendi.*

10 *Sed quando constat de contraria voluntate locatoris, aliud est dicendum, veluti si eos fructus sibi reseruet donec fuerit integraliter de pensione satisfactus.*

11 *Dominium rei vendita non transfertur in emptorem nisi soluto pretio, vel habita de eo fide.*

Et idem est constitutum in contractu locationis.

12 *Pretium redactum ex re hypothecata alienata, non censetur hypothecatum.*

13 *Pretium redactum ex rebus ad aliquem spectan. si res non extat quia consumpta, vel præscripta est, & debitor non est soluendo, pretium succedit loco rei. & num. 14.*

15 *Et in isto casu non applicanda distinctio inter accipientem ex causa onerosa, vel ex causa lucratiua.*

16 *Quia illa procedit, quando pretium est consumptum, non autem quando extat in specie.*

17 *Pretium ex re mihi spectan. quando extat in specie, hoc casu idem de pretio iudicatur, quam de re ipsa ac si alienata non fuisset.*

18 *Hypothecã priuilegiatam, quando quis habet, quamuis pretium redactum ex re taliter hypothecata alteri fuerit solutum, nihilominus licitum est creditori illud reuocare. & num. 19.*

20 *Cessionarius est imago cedentis, & eum repræsentat.*

DECISIO CCCLI.

IOANNES Leoncinus habens creditores hypotecarios Bartholomeum & Elisabettham de Faidettis conduxit ab Eminentissimo D. Cardinali Ludouisio fructus, & prouentus Abbatiæ S. Orestis, & Panzani pro pretio scutor. 2780. in singulos annos cũ pacto expresso reseruationis dominij eiusdem D. Cardinalis omnium, & integrorum fructuum vsque ad integram satisfactionem pretij conuenti, cui obligationi accessit Antonius Medices, qui dedit cedulam bancharium pro Leoncino ad fauorem dicti D. Cardinalis: Et cum ad instantiã dd. de Faidettis fuisset ab A.C. relaxatũ mandatum pro scut. 2190. b. 80. monetæ, quod fuit executum in aula Panzani super rubris frumenti 104. auenæ 40. ordei duob. & quinque speltæ, dictus Antonius Medices de mandato A.C. inhibuit dictos de Faidettis ne amouerent, seu amoueri facerent dictos fructus nisi prius solutis affictibus decursis.

Qui fructus fuerunt transportati ad instantiam dd. de Faidettis præcedente tamen citatione eiusdem Medices, & venditi de mense Octobris anni præteriti ad effectum vt deponeretur penès sacrum Montem Pietatis prout effectualiter depositum fuit citato eodem Medices vt solueretur, cui de iure. Vnde reportata cessione actionum per dictum Medices à D. Cardinali Ludouisio, & orta controuersia coram D. Meltio A. C. Locumtenente super prælatione prædicti pretij inter dictum Medices, & dd. de Faidettis, D. Meltius relaxauit mandatum ad fauorem Medices, à quo cum Faidetti appellationem interposuerint, & causam appellationis mihi fuerit cõmissa, & hodie ea, proposita Domini responderunt mandatum A. C. esse confirmandum.

Nam dicti de Faidettis non possunt hypo-
1 tecam † prætendere nisi illis rebus quæ fuerũt in bonis, & dominio Leõcini, *l. 2. l. 4. C. si alien. res. pig. dat. sit, l. qui filius, C. quæres pig. oblig. poss. l. rem alienam, ff. de pign. act. l. si Titio, ff. de pig.* Fructus autem de quorum pretio agitur nunquam fuerunt in dominio Leoncini, nam do-
2 minium fructuum perceptorum † in re conducta acquiritur conductore vi, & potestate dumtaxat voluntatis Domini, cum fructus
3 pendentes pars fundi esse dicantur, † & domino fundi cedant, *l. fructus pendentes, ff. de rei vendic.* & à solo separati, & percepti non acquirantur nisi vel ratione dominij, *l. fructus, l. ex diuerso, ff. de vsur. l. si dominium, Cod. de pign. l. in fideicommissaria, ff. ad Trebell. Castr. in l. si pignori, §. si prædo, ff. de pign. act. Ruin. cons. 25. ex num. 2.*
4 *& cons. 53 num. 23.* † vel ratione possessionis ciuilis, secundùm *gloss. magnam in fin. in l. 3. §. ex contrario, ff. de acqu. poss. & ibi Bart. Castr. num. 2. Aret. num. 32. Alex. num. 24. Ias. num. 34. Ant. Gomez in l. 45. Tauri num. 106.*

Conductor autem rei conductæ Dominus
5 non † efficitur, *l. non solet 39. ff. locat. & ibi gloss. & Castr. l. qui rem. C. eodem tit.* nec etiam posses-
6 sor, cum Dominus † per eum tanquam per instrumentum possideat, *l. peregre, §. quibus explicitis,*

plicitè, l. si quis ante leg. qui vniuersas, §. quod per Colonum. ff. de acquir. possess. & ibi Bart. & DD. Ant. Gomez in l. 45. Tauri, num. 109. Valasc. de iur. emphit. quæst. 20. num. 10. & fructus † in dominio locatoris manere deberent nisi ex eius voluntate conductoris percipienti acquirerentur, vt expressè traditur in l. si seruus 63. §. locaui, ibi, etenim fructus quandiù solo cohæreant fundi esse, & ideo † Colonum quia voluntate Domini eos percipere videatur suos fructus facere, ff. de furt. Nam locator per simplicem traditionem rei locatæ fidem † conductoris sequi videtur super mercede cum facultate percipieñ fructus, & eorum dominium acquirendi, gloss. verb. fidem emptoris, in §. vend. instit. de rer. diuis. Tiraq. lib. 2. de retract. in fin. num. 77. vbi constiterit de contraria voluntate locatoris conductor dominium † fructuum acquirere non valebit, vt in nostro casu contigit, in quo D. Cardinalis Ludouisius dominium fructuum sibi reseruauit vsque ad integralem solutionem assitus, & quemadmodum contractu emptionis & venditionis, & alijs contractibus, & dominium non † transfertur in accipientem nisi soluto pretio, vel de eo habita fide, secundùm text. in l. quod vendidi, ff. de contrah. empt. d. §. vendita instit. de rer. diuis. & ibi gloss. & DD. similiter in contractu locationis constitutum est secundùm text. in d. §. locaui, & ibi gloss. in verb. facere, Bart. num. 3. & communiter receptum esse tradit Dec. in l. traditionibus, num. 8. C. de pact. Barbos. in l. diuortio, in princip. 2. part. num. 35. ff. solut. matrimon. Ideoque cum dominium dd. fructuū in persona D. Cardinalis semper remanserit hypotheca ad fauorem dd. de Faidettis nunquam intrare potuit, & multo minus in eorum pretio, tùm quia licet fructus fuissent hypothecati dd. creditoribus in eorum tamen pretio hypotheca non consisteret † cum regulariter pretium redactum ex re hypothecata alienata, non censeatur hypothecatum, l. 1. ff. de distract. pig. l. quamuis, C. in quibus caus. pig. vel hypoth. tacit. contrah. l. idemq. §. fin. ff. qui pot. in pign. hab. & tradit Bart. in l. qui à debitore, in fin. ff. quæ in fraud. cred. Ias. in §. item Seruiana num. 39 instit. de act. Alciat. in l. si eum seruum, num. 6. ff. si cert. pet. Barbos. in l. 1. 6. part. num. 19. ff. solut. matrimon. tùm quia d. pretium ad D. Cardinalē spectet † cum sit redactum ex venditione fructuum suorum, & extet adhuc in specie, l. mater tua, C. de rei vendic. nam etiam in particularibus quando res non extat quia consumpta est, vel præscripta, † & debitor non est soluendo pretium succedit loco rei, l. vltima, & ibi Bald. ff. de negoc. gest. Afflict. decis. 369. numer. 4. Gamma decis. 22. nu. 3. Barbos. in l. quæ dotis, n. 141. ff. solut. matrim. l. fin. §. ad hac. C. de iur. delib. l. si pecunia, C. de priuil. fisc.

7
8
9
10
11
12
13
14

Neque applicatur distinctio communiter tradita † inter accipientem ex causa onerosa, & ex causa lucratiua, ex Bart. & Salicet. in l. 1. num. 2. ff. de distract. pign. Neguf. de pign. 5. parte memb. 1. num. 48. Rota decis. 681. num. 7. part. 1. recent. Nam procedit quando pretium † est cōsumptum; non autem quando extat in specie quo casu idem de pretio iudicari, ac † de ipsa re, si alienata non fuisset, iudicaretur tradunt omnes DD. in l. si pecunia, C. de priuil. fisc. d. leg. vltima, §. ad hac, Cod. de iur. delib. Flores de Mena lib. 1. var. quæst. 6. num. 18. ibi, vel pecunia extat recenter soluta, aut deposita, Couarr. pract. cap. 29. tot. Barbos. in l. 1. 6. parte ex num. 18. ff. solut. matrimon.

15
16
17

Et quamuis versamur in casu quo dominium fructuum conductori fuisset acquisitum hypothecam † priuilegiatam D. Cardinali necesse esset concedere, ex reg. text. in l. prædijs, ff. in quibus caus. pign. vel hypoth. tacit. contrah. per quam licet pretium ex fructibus redactū, fuisset solutum Faidettis, reuocare potuisset, d. l. pecunia, C. de priuil. fisc. & l. vltima, §. ad hac, C. de iur. delib. vt communiter receptum esse tradunt Paris. cons. 69. num. 2. lib. 4. Ioseph Ludou. decis. Perus. 45. num. 4. Phanic. de inuent. 3. parte num. 147. Gutierez lib. 3. pract. quæst. 100. numer. 5. & 7. Barbos. in l. 1. 6. parte num. 20. ff. solut. matr. atque ideo cum Medices reportauerit cessionem à D. Cardinali eodem iure vti debet, cum † cessionarius sit imago cedentis, & cum repræsentet, l. emptor, & ibi add. C. de hæred. vel act. vend. l. fin. C. de priuil. fisc. Rota decis. 532. nu. 1. par. 1. & 524. par. 2. in recent.

18
19
20

Et ita vtraque parte informante Domini responderunt.

R. P. D. VEROSPIO

Posteà S. R. E. CARDINALI.

Romana Officij Aquarum.

Lunæ 16. Iunij 1631.

ARGVMENTVM.

Officia Vrbis, ad quem spectet conferre. Et discutitur, quando quis dicatur esse in anteriori possessione alicuius officij, & alia de quibus in summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Papa habet iuris assistentiam super proprietate, & collatione omnium officiorum Vrbis.*
2 *Itaut nec possunt vendi, sine licentia, & consensu eius.*
3 *Et priuatus ea possidens potest cogi ad ostendendum titulum suæ possessionis.*
4 *per Constitutionem Pij IV. sunt renocatæ omnes dispositiones, & prouisiones priuatorum de Notariatus statu Ecclesiastici.*
5 *Sixtus V. primum Aquam Felicem in Vrbe intulit, & eam à suo nomine nuncupauit.*
6 *Possessio anterior ex quibus benè probetur, & nu. 7.*
8 *Probatio æquiuoca non releuat.*
9 *Labor quando diminuitur detrahitur de salario.*
Salarium est augendum, aucto labore, num. 9.
10 *Officium vnum potest habere plura, ac diuersa munera, & labores.*
11 Notarius, *qui instrumentum confecit, & illud postea exemplauit duplex salarium debitum est ei.*
Solitum, quid operetur.

13 in

13 *In Officijs, quando possit distinctio inter titulum, & dominium eiusdem Officij.*
14 *Alienatio rei, quæ expirat morte alienantis, tenet in eius præiudicium, & donec ipse viuit.*
15 *Datoris iure resoluto, resoluitur etiam ius accetoris.*
16 *Possessio est melior, & validior, si à titulo confirmetur.*
17 *Successor, an possit possessionem ex persona suorum antecessorum.*
18 *Actus, qui dederunt causam liti non attenduntur.*

DECISIO CCCLII.

CVM molestarentur Domini de Mancinis in perceptione emolumentorum Notariatus Aquarum Virginis, & Felicis, de cuius Notariatus titulo prouisi fuerant ab Illustrissimæ Cameræ Vrbis Conseruatoribus, per obitum Alexij Buccamatij; Et ex rescripto Sanctissimi, commissa mihi fuisset causa, cum facultate manutenendi, quem de Iure; Placuit Dominis, cum eadem causa primùm proposita per me fuisset 26. Iunij anni proximè præteriti, vt videretur de bono Iure tàm eorumdem Dominorum de Mancinis, quàm D. Io: Bernardini Nuculæ, qui in prouisione quam obtinuerat à Dataria, Notariatus Magistrorum Viarum, hunc etiam Aquarum Notariatum venisse contendebat tamquam dependentem, & annexum eidem officio. Et proposito pluries dubio, illud ad fauorem D. Nuculæ hodie Domini resoluerunt cuius possessionem, & possessionis titulũ probatum dixerunt, dum non subsistebat, siue præcipuum & vnicum fundamentum Dominorum de Mancinis, vt diuersa, ac distincta essent hæc duo Officia Notariatus Aquarum, & Viarum, siue quod ab eodem fundamento dependebat, vt ad Cameram Capitolij, & Cõseruatorum probaretur spectare Officium Aquarum, de quo ab eisdem Conseruatoribus prouisi fuerant.

Quod enim Officium Notariatus Viarum ad Summi Pontificis, & eius Datariæ collationem pertineret, non controuertebatur inter partes, & verè non poterat controuerti, nam præter præsumptionem, & Iuris assi-
1 stentiam, † quam habet Papa super proprietate, & collatione omnium Officiorum Vrbis, *ad textum in cap. vnico quæ sint regalia in vsib. feud. Mastrill. de Magistrat. lib. 1. cap. 13. num. 10. Card. Seraph. decis. 998. num. 3.* Adeo vt neque vendi,
2 neque † alienari possint, sine licentia, & consensu Principis, vt argumento *l. in diem, probat Bart. ibi in fin. ff. de aqu. plu. arc. & in l. cotem ferro, §. qui maximos num. 4. in fin. ff. de publican. Bertacch. de gabell. part. 1. num. 3. qu. 14. Io: Franc. à Ponte decis. 28. num. 28. & decis. 314. num. 16.* & priuatus
3 ea possidens † cogi possit ad ostenden. titulum suæ possessionis, *Luc. de Penn. in l. quicumq. num. 2. C. de feu. Limitroph. lib. 11. Afflict. in cap. 1. §. illud, num. 32 de probib. feud. alienat. per Federicum, & in cap. 1. num. 84. & seq. de controu. inuestitur. Roland. cons. 89. num. 24. vol. 2. Rosental. de feud. cap. 8. conclus. 33. num. 9.* Id quod etiam constitutum fuit per Constitutionem Pij IV. in qua reuocan-
4 tur, & annullantur omnes dispositiones, † & prouisiones Notariorum Status Ecclesiastici, quæ Constitutio etiam refertur *in Rauennaten. Notariatus prima Iulij 1615. coram bo. me. Buratto.* probabatur hoc ipsum tàm à prima eiusdem Officij erectione, quàm ex omnibus collationibus, quæ diuersis temporibus secutæ fuerũt, & quas nunquam nisi à Sede Apostolica apparebat fuisse admissas, cum in erectione eiusdem Officij, quæ successit tempore, & auctoritate Martini V. datus etiam, & constitutus illi fuerit Notarius Nicolaus de Mutijs, & successiuis temporibus, eumdem Notarium habuerit à Iulio III. Octauius de Gracchijs pro se, & suis hęredibus, è quibus donatus deinde fuit ex permissione, & auctoritate Clementis Octaui Alexio Buccamatio, cui demùm per resignationem admissam à Gregorio XV. successit Palmerinus.

Probabatur etiam hos eosdem qui fuerunt Notarij Magistrorum Viarum tractasse non solùm negocia, quæ administrationem, & curam vniuersam, ac generalem omniũ Aquarum, Fontium, & Aqueductuum respiciebant, quę quidem curam eidem Officio, ac Notario Viarum commissa, & imposita fuerat ex Cõstitutione Martini V. sed etiam concessionẽ, & administrationẽ in specie duarũ harũ Aquarũ Virginis, & Felicis. Idque tàm ex continuato exercitio, & diuersis expeditionibus, concessionibus, ac decretis super eisdem Aquis, de quibus ijdem Notarij apparebant rogati, quam etiam, quia respectu Aquæ Solonis additæ à Pio V. Aquæ Virginis, & respectu Felicis, quam à suo nomine appellauit Sixtus
5 Quintus; † qui primum illam in Vrbe intulit, hoc ipsum declararũt ijdem Summi Pontifices, dum propter priuilegia ex quibus ad Tribunal Magistrorum Viarum antiquitus competebat cognitio generatim, & vniuersè super Aquis, & Fontibus noluerunt illis eandem cognitionem adimere, quamuis peculiarem Congregationem propter eas duas Aquas Virginem, & Felicem instituisset. Et demùm iam vsque ab anno 1587. apparebat Octauium Gracchum obtinuisse mandatum de manutenendo in possessione exercitij, & administrationis super Aqua Virgine, tamquam Notarium Viarum, à quo tempore alij Notarij semper in eamdem possessione con-
6 tinuarunt, † quòd bene probare potest anteriorem possessionem, *cap. licet causam, & ibi Felin. num. 8. vers. tertia causa, de probat. Bart. in l. vnica, §. ac satisdactionis, num. 8. C. vti possid. Rota decis. 189. num. 3. & decis. 487. num. 1. par. 2. recentior.* Et quidem etiam respectu ipsius Officij, cuius
7 Officij causa fuit † decreta, & concessa Graccho manutentio, *Bartol. in l. 1. §. vsufructuarius, num. 18. ff. de non oper. nunciat. Abb. in cap. cum super, num. 21. vers. si verò Clericus, de caus. possess. & propriet. Card. Seraphin. decis. 60. in fin. Rota decis. 390. num. 3. par. 1. diuers. & decis. 623. num. 2. par. 2 recentior.*

Hæc omnia, quæ cum negare non possent, vltrò concedebant, & permittebant Nuculæ

DD.

DD. de Mancinis; non poterant videri sublata ex distinctione, quam postea faciebant, vt omnes actus & expeditiones, ideo facti fuissent in actis Gracchi, Buccamatij, atque ipsius Palmerini. Quia scilicet tanquam Notarij Viarum, essent etiam Secretarij Congregationis super Aquis, cui Congregationi additi fuerunt ex Constitutione Pij V. etiam Magistri Viarum, ipsarum verò Aquarum Notariatus esset Officium omninò distinctum, & diuersum ab Officio Viarum, & ad Cameră Capitolij pertineret, licet semper in vna, eademque officia resederint. Quod enim Notariatus Aquarum distingueretur ab Officio, & Notariatu Viarum, & quod ipse Notarius additus fuerit. Congregationi quæ postea fuit super Aquis instituta ex causa solius Officij, & Notariatus Viarum repugnabat expressè eidem Constitutioni. Cum imò Viarum Magistri additi fuerint Congregationi, quia ad illorum Tribunal spectabat cognitio super Aquis, & non ideò Buccamatius, & alij quod essent Secretarij Congregationis curam habuerat negociorum, & expeditionum, quæ respiciebant administrationem Aquarum, sed ideò fuerunt Secretarij eiusdem Congregationis, quia earumdem Aquarum cura ad ipsos tanquam Notarios Viarum pertinebat. Quòd vero Officium Aquarum ad Conseruatores pertineret, licet ab eodem principio penderet, quia si erat vnũ, atque idem vtrumque Officium non poterat Notariatus Aquarum esse diuersæ naturę à Notariatu Viarum cuius erat portio, tamen non alia dabatur, aut ostendebatur huius rei probatio; quam quod reperiretur hoc Officium descriptum in Tabella inter alia Officia, quibus certa emolumenta, ac stipendia singulis annis soluuntur à
8 Populo Romano, † quæ quidem probatio non poterat hoc casu quidquam concludere, cum alia plura Officia essent descripta in eandem Tabella, & in specie hic idem Notariatus Viarum quæ certum erat, nunquam fuisse collata à Conseruatoribus, aut Camera Capitolina.

Non etiam diuersitatem eiusdem Officij ostendere poterat eadem Tabella, quatenus in ea diuerso modo, ac distinctè descripti repeniebantur Notariatus Aquarum, & Viarum, sicut etiam Cõgregationis earumdem Aquarum. Quia neque hoc argumentum concludebat, dum ratione gemini, ac repetiti laboris potuerunt ijdem Notarij ferre, & habere
9 plura stipendia; † Sicut enim si contingat laborem minui detrahitur quoque de salario, *l. Seio in princip. ff. de ann. legat.* ita aucto labore, ipsum salarium oportet etiam augeri, vt benè & in proposito comprobat, *Roman. consil. 25. num. 2.* quem sequitur *Becc. cons. 27. num. 2. lib. 1. Surd. cons. 65. num. 6. Menoch. de arbitr. Iudic. casu 223. num. 7. Mastrill. de Magistr. lib. 1. cap. 21. n. 15.* Neque eiusdem salarij augumento argui po-
10 test ad diuersitatem, † ac pluralitatem Officiorum cum vnum, idemque Officium possit habere plura, ac diuersa munera, & labores, quorum causa debeantur plura stipendia ei, qui idem Officium exercet, vt est casus in *l. vlt. iuncta gloss. in verb. exemplaria, C. de princip. agent. in reb. lib. 12.* vbi Tabellioni qui Instru-
11 mentum confecit, † & illud postea exemplauit duplex salarium debitum esse dicit ad glos. cum tamen non nisi vnicum sit Officiũ Tabellionis, quam glos. postea secuti fuerunt *Bart. & Angel. in l. Argentarius num. 2. Alex. nu. 5. Ias. num. 1. ff. de ed. Roman. d. consil. 25. num. 2. in sing. 581. Becc. d. cons. 24. in princip. Surd. consil. 66. num. 11* Et hoc etiam probatum videri poterat tam ex ipsamet Tabella, in qua eodem modo notata apparebant plura Officia, quę quamuis non essent inter se distincta, ratione tamen diuersi oneris, quod ea Officia exercebant, distinctè descripta erant in eadem Tabella, vt in specie Notarius Cameræ, & Notarius Zecchæ, & Notarius Camerę, ac Notarius peculiaris, vt dicũt Eminentissimi Card. Camerarij, ac Iuramenti quod ab Officialibus pręstatur in ipso ingressu Officij, quam etiam ex solito, quod semper seruatum fuit in collatione huius Officij cum Buccamatius ex sola resignatione, & donatione quam habuit ab hęredibus Octauij Gracchi, huius tituli Notariatus Viarum, fuerit sine noua impetratione etiam Notarius Aquarum, & Secretarius Congregationis, & ipse etiam Palmerinus propter eumdem Notariatum Aquarum sibi à Buccamatio solùm resignatum. Item fuerit Secretarius Congregationis, & perceperit emolumẽta debita eidem Notariatui propter Administrationem Aquæ Felicis, quod sicut ostendere potest vnionem, atque vnitatem huius Officij, ex traditis per *Oldrad. consil. 296. Rota decis. 714. num. 1. par. 2. recent.* ita operatur
12 hoc † solitum, vt eodem modo censeatur idem Officium concessum etiam Nuculæ, *iuxta doctrinam Bart. in l. Magistratus, ff. ad municipal.*

Demùm quod ea emolumenta alienauerit Buccamatius, quæ sibi occasione administrationis Aquæ Virginis proueniebant, neque poterat concludere, vel quod Officium, & Notariatus Aquarum essent ab Officio Viarum distinctum, vel cum in resignatione, quam fecit idem Buccamatius eiusdem Notariatus Viarum ad fauorem Palmerini venire non potuerint eadem emolumenta, quæ prius fuerant alteri cessa, quod saltem illa hodie peti non possint per Nuculam, qui subrogatus in locum Palmerini in illius solùm iure & possessione successit. Nam cum hunc ipsum Notariatum Aquæ Virginis, cuius emolumenta alienabat non esse diuersum, ac distinctum à Notariatu Viarum dixerit ipsemet Buccamatius in alienatione, quam fecit (cuius confessionem non videntur posse impugnare Domini de Mancinis, dùm in eiusdem Buccamatij Iure succedere volunt) satis est, vt titulum Notariatus pro se eidem Buccamatius retinuerit cum non solùm licuerit illi id facere, sed etiam in huiusmodi officiis
13 sit † dare distinctionem inter titulum, & dominium eiusdem Officij, vt fuit dictum in *Romana Officij Scriptoriæ 13. Maij 1583. corã Aldo-*

brandino, & *1. Aprilis 1588. coram Card. Pamph.* & *coram eod. Card. Pamph. in Romana Officiorum plumbi 4. Iulij 1601.* & *in recent. decis. 305. num. 4. part. 2.* Et licet id potuerit nocere, vel Buccamatio in cuius solum præiudicium, † & donec ipse vixisset teneri potuit eadem alienatio, ad tradit. per *Peregr. de fideicom. art. 40. nu. 7. Ripa in l. obligatione num. 39. ff. de pign. Castr. consil. 217. num. 2. part. 2.* vel ipsi etiam Palmerino qui in venditione sibi facta eiusdem Officij, potuit idem Officium minoris emisse, atque ita partem pretij compensasse cum ijs emolumentis, quæ sibi cum ipso Officio vendita non fuerunt, non tamen id potest obesse Nu-

14

15 culæ, cum resoluto † eiusdem Buccamatij dantis Iure, sit etiam resolutum ius Mileti, qui ab illo eadem emolumenta habebat, *l. lex vectigali fundo, ff. de pignor. l. 3. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. l. si duobus, §. fin autem, C. comm. de leg. Castr. eodem conf. 217. nu. 2. part. 2. Cephal. conf. 319. numer. 3.* Et hoc solum firmatum fuit in *decis. bo: mem: Remboldi facta in hac causa 16. Iunij 1625.* in qua concessum fuit mandatum de manutenen̄ hæredibus Cessionarijs Mileti contra Palmerinum propter hanc eadem rationem, quia non apparebat, quod eadem emolumenta vnquam ipse Palmerinus exigisset, & quia potuit Officium sibi venditum habere sine eisdem emolumentis.

Et ex his omnibus non solum apparebat de possessione Nuculæ, quam melior, ac va-

16 lidior † titulus confirmabat, sed etiam quod eadem possessio esset anterior possessione DD. de Mancinis, cum illa deducere posset ex persona omnium suorum antecessorum

17 dum † ipsum Officium erat in hac possessione, ex notatis per *Bald. in l. vlt. num. 3. C. de edict. Diu. Adr. Specul. in tit. de petit. & possessor. nu. 37. Innoc. in c. cum super n. 4. de caus. possess. & propriet. Rot. decis. 1. de rest. spol. in nou. & coram Reuerendiss. Donea Decano decis. 490. num. 2.* ipsi verò Mancini solum probarent se possedisse, & exegisse ab anno 1627. & post mortem Baccamatij præterquam, neque eadem exactiones illis

18 poterant † suffragari tanquam eæ quæ dederunt, etiam causam huic liti.

Et ita vtraque parte informante, &c.

R. P. D. VEROSPIO,

Posteà S.R.E. CARDINALI.

Auximana Fideicommissi.

Veneris 25. Iunij 1632.

ARGVMENTVM.

Iudicij confusio, quando negari non possit. Via executiua spreta nō datur eius regressus, nam diuersa est via executiua, & diuersa ordinaria. Exceptio de Iure Tertij, quando non possit dici.

SVMMARIVM.

1 *Iudicij ordo turbatus ex quo arguatur.*
2 *Via executiua, quando fuit relicta non potest conuolari ad eam.*
3 *in Iudicio ordinario semper condemnatur reus per sententiam.*
in Iudicio executiuo reus habetur pro condemnato, & ipsa executio præcedit causæ cognitionem. num. 3.
4 *in Partis potestate esse non debet ad libitum recedere à Iudicio.*
5 *Partes, vt valeant recedere à iudicio, quid requiratur.*
6 *Consensus bene potest denegari, si ille ex facto tollatur.*
7 *Protestatio est necessaria, adhoc, ne pars ex aliquo actu acquirat ius.*
8 *Et quidem in qualibet parte Iudicij.*
9 *de Consensu partis, super reuisione alicuius fideicommissi, quando possit dubitari.*
10 *Aequalitas in iudicio, tam inter actorem, & reum est seruanda.*
11 *Rescriptum emanatum à Signatura Iustitiæ non potest intelligi nisi de Iure.*
12 *Exceptio de Iure Tertij non valet.*
13 *Exceptio, quando non potest dici de Iure Tertij*
14 *Instrumentum quando non est factum, de actis, non releuat.*
15 *Fideicommisso, quod quis renunciauerit, quando non possit dici.*

In hac eadem causa habetur altera decisio supra sub die 30. Maij 1631. est decis. 350.

DECISIO CCCLIII.

PROPOSVI iterum idem Dubium, quod fuit in hac Causa resolutum 30. Maij anni proximè præteriti, an conceden̄ esset Phæbo mandatum de manutenendo in possessione prædij Fraschettalis, super quo executionem fecerant Creditores Pompilij: & ex duobus præcipuè fundamentis Responderunt in eadecisione considerata, & non visa fuerunt hodie tolli ex his, quæ pro parte Creditorum deducebantur.

Primum fuit fundamentum ex turbato ordine Iudicij propter transitum à via ordi-

1 naria † ad viam executiuam, cum sicut in dicta decisione deductum fuit, obstaret Creditoribus, quod ipsa exceptio fideicommissi, cui dicebat Phæbus locum factum fuisse ad sui fauorem, præiudicialis esset illorum petitioni, & actioni quam intentauerant contra eadem bona Hieronymi tamquam libera, & quod super eadem exceptione agi etiam cœptum fuisset de consensu eorundem Cre-

2 ditorum, vt non potuerit postea noua † via, & executiuè agere contra eadem bona, siue huius rei Causa referenda sit ad incompatibilitatem vtriusque actionis, vt voluit *Roman. cons. 133. argumento, c. vt quis duas, de elect. lib. 6.* & *c. primi de postulat. prælat. eod. lib.* cum in Iudicio ordinario id semper agatur, vt condemnetur

3 tur Reus per sententiā † in Iudicio verò executiuo habeatur idem Reus pro condemnato, & ipsa executio præcedat Causæ cognitionem, vt considerarunt *Bald. in l.1. num.1. C.de execut. rei iudic. Castr. cons.39. num.1. in fin. lib.2. Rot. decis.446. num.2. part.2. recent.* Siue etiam id tribueñ sit Maiestati Iudicis, coram quo via Iudicij agi cœptum est, cum alias esset in potestate, & arbitrio vnius partis recedere ab eodem Iudicio, † quod intentatū fuit:
4 quod voluit *Ruin.* dicens hanc rationē omninò veram in *cons.57.nu.3.lib.4.* & idem *Roman. d. cons.133.* quatenus requiri dixit consensum Iudicis, vt in casu, super quo consuluit, † po-
5 tuissent partes ab eo iudicio recedere, *Coler. de processs. execut. part.3. cap.5. numer.37. & 38. Gloss.in Clement. sæpè, in verb. partibus, de verb. significat.*

Et quamuis negaretur hodie idem consensus, ex facto † tamen tollebatur hæc difficul-
6 tas cum tàm in partibus, vbi primum iudiciū mouit Phæbus ex remedio, *l. diffamari*, contra Creditores Pompilij, quàm introducta ab eodem Causa in hoc Tribunali, postquam Locumtenens Prouinciæ in sententia, quam tulit ad fauorem Creditorum, declarauit nullum extare fideicōmissum, de hac exceptione eiusdem fideicommissi semper posteà actum fuerit. Vt enim apparebat ex actis, & Registris huius Causæ, illa primum commissa fuit bon:mem: Cardinali Lancellotto, qui reuocata sententia Locumtenentis concessit Phæbo immissionem: Cum autem ea sententia Cardinali Lancellotti propter desertā appellationem transitum fecisset in iudicatum, fuit à Creditoribus obtenta Commissio Restitutionis in integrum, quæ directa fuit primum bon:mem: Vbaldo, cum coram eo penderet alia Causa inter Phæbum, & quosdam de Campanis, tanquam detenrores bonorum d.fideicommissi, & deindè bon.mem: Manzanedo, qui subrogatus fuit in locum Vbaldi ex consensu tàm Phæbi, quàm Creditorum, cum idem Vbaldus sententiam dedisset inter Phæbum, & Campanos. Ex his verò quæ ita gesta apparebant, non videbantur, quod posset dubitari, vel an de hoc fideicommisso actum fuerit, vel an eadem actio, & iudicium super dicto fideicommisso tractatum fuerit de consensu eorumdem Creditorum, itaut non potuerit per eosdem Creditores ab eodem iudicio posteà recedi. Licet enim subsistere posset Responsio, quam dabant Informantes pro Creditoribus, vt ex eo iudicio, quod motum à Phębo fuit in partibus per viam lactationis, & quod ijdem Creditores inuiti subire coacti fuerunt, non posset colligi aliquis illorū consensus: cui tamen responsioni obstare videbatur, quod tàm in eo Iudicio lactationis, quā in noua Causa appellationis deuoluta ad Rotam, numquam protestati fuerint ijdem Creditores, quod inuiti ad idem iudicium trahe-
7 bantur: † sicut necessaria videbatur ea protestatio, ne ex tacito suo consensu censerentur hoc sibi præiudicium fecisse, vt habetur *in l. filiusfamilias 18. ff. ad Sen. consil. Macedon.*, & notant ex ea *Gloss. Ias. in l. Quæ dotis num.92. sol matrim. Bart. in l. quo enim, §.1. ff. rem rat. hab. Castr. in l. de pupillo, §. si quis ipsi Pratori numer.4.*
8 *ff. de oper. non. nunciat.* & quidem † in quacumque parte iudicii, vt per *Mohed. decis.2. de Iudic. Rot. decis.611. num.3. parl.1. & decis.31. numer.2. & decis.55. num.5. part.2. recent.* Ipsa præterea Commissio Restitutionis, quam posteà impetrarunt Creditores post latam sententiam à Card. Lancellotto ad fauorem Phæbi eisdem præcipuè obstabat non solum quia post impetrationem, & vsum eiusdem Commissio-
9 nis, ex qua renouata fuit Causa † super fideicommisso terminata per rem iudicatam ad fauorem Phæbi, non poterat negari hic illorum consensus, vt ea exceptio fideicommissi cognosceretur, vt habetur in *decis. Achill. 12. num.6. de sent. & re iudic.* & apud *Mohed. decis.4. eod. tit Verall. decis.233. num.4. part.1. decis.278. & decis.279. part.2. Ias. in l. patre furioso num.22. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. Iur.* & fuit dictum in hac causa *corā b:me. Manzanedo 18. Maij 1619.* Sed quia dum Commissione concedebatur eisdem Creditoribus, vt venire possent contra factum primi Iudicis ex remedio ordinario restitutionis, eodemmodo permissum esse debebat Phæbo appellare à sententia, quæ
10 contra se ferri potuisset, vt seruaretur † æqualitas inter Actorem, & Reum, quam pariter rationem Doct. consideraui in proposito, vt non permissa sit hæc variatio, & transitus à via ordinaria ad viam executiuam, & notant *Contard. ad l. vnic. C. si de moment. possess. limit.14. num.15. Rugginell. de appellat. §.2. cap.3. nu.163. Scacc. super eod. tract. quæst.17. limit.9. numer.44. Rot. decis.132. num.1. part 1. diuers.*

Nec ex Rescripto Signaturæ, quod superuenit, cum Causa coram eodem Manzanedo penderet, & ex quo commissa eidem fuit hæc ipsa Causa ad Instantiam Creditorum, etiam cum facultatibus A.C. dici poterat, vt fuerit eisdem Creditoribus concessum, vt deserere illis liceret viam ordinariam, quam instituerant, cum † eiusmodi Rescriptum tanquam
11 proueniens à Signatura Iustitię non possit intelligi nisi (prout de iure) & ita quatenus eadem via executiua de iure competeret, vt notant *Ias. in l. ex facto, num.5. ff. de vulg. Bald. cons.121. n.2. lib.1. Sarmenta in compend. vtriusque Signat. num.23. Rot. decis.158. num.1. in fin. part.1. recent.* & fuit dictum *in Ferrarien. Bonorū 24. Ianuarij 1600. corā Cordub. & in Valentina dismembrationis 21. Februarij 1620. coram Eminentiss. D. meo Cardin. Verospio, & in his eisdem terminis Commissionis Causæ cum facultatibus Gubernatoris est decis. Verall.162. num.5. part.1. & fuit firmatum coram Manzanedo in d. decis. 18. Martij 1619*

Alterum fundamentum, quod fuit in eadem decisione consideratum, erat circa ipsam executionem propter excessum in ea commissum, qui excessus etiam circumscripto fideicōmisso non poterat controuerti. Etenim de sola possessione Pompilij dubitabatur, an scilicet illam liberè habuerit à Hieronymo Testatore, vel cum onere restitutionis ad fauorem suorum filiorum, qui simul cum pa-

tre vocati fuerant in eodem Testamento; Et tamen fuit Creditoribus concessa immissio in bonis filiorum Cornelii, quos etiam Testator vocauerat præter ipsum Pompilium, & illius filios. Neque poterat idem excessus excusa-
12 ri; quòd hæc exceptio tanquam † de Iure Tertii non posset ad ipsum Phæbum pertinere: Quia vt etiam in eadem decisione consideratum, & iustificatum hodie pleniùs, Causa tractabatur etiam ad instantiam filiorum Cornelij. Etenim post Rescriptum Signaturæ, in quo Commissioni directæ bonæ mem: Manzanedo additæ fuerunt facultates A. C. egerunt Creditores pro executione mandatorum, quæ antea obtinuerant ab eodem A. C. contra bona Pompilii, & quorum executionem Rota reuocauerat tamquam attentatam: cum verò eadem Executio fuisset illis concessa super duabus ex tribus partibus bonorum Hieronymi, relicta Phæbo solum sua tertia parte, ab hoc Decreto; & concessione Executionis appellarunt tàm Phæbus, quàm iidem filij Cornelij; & Causa huius appellationis primùm directa fuit bon: mem: Remboldo, cum clausula, *Si quid exequendum*, & hodiè pendet coram me, cum executionem concessam dictis mandatis confirmasset R. P. D. meus Ghislerius tamquam subrogatus in locum Remboldi. Ex quibus rectè apparebat de veritate vtriusque illius rationis, quæ pro iustificatione dicti excessus, & super secundo hoc decisionis fundamento considerata fuit in decisione, de cuius confirmatione agebatur in Dubio proposito, quòd
13 scilicet, non posset dici hæc † exceptio de Iure Tertii, aut proposita contra voluntatem filiorum Cornelij, & quod nullitas Decreti, in quo fuit Creditoribus concessa d. Executio, non citatis eiusdem Cornelii filijs operaretur etiam ad fauorem Phæbi, dum vna erat omnium defensio, & vtrisque cõmunis hæc Causa fideicommissi.

Non etiam poterat defendi idem excessus eò quod hoc prædium, Fraschettalis, super quo facta fuit executio, fuisset solius Pompilij, cum id neutiquam probaretur ex Instrumento Diuisionis secutæ super bonis Hieronymi fideicommittentis inter Pompilium, & eiusdem Cornelij filios: non solum quia
14 non † poterat aliqua probatio desumi ex eodem Instrumento, quod non erat in Actis, sed quia quando copia eiusdem Instrumenti, quæ data fuit, aliquid probaret, adhuc tamen integrum erat Ius filiorum Cornelij, dum non apparebat ex eodem Instrumento, quod notitiam habuerint huius fideicommissi Hieronymi, vt propterea dici possent, quod eidem
15 fideicommisso † renunciauerint, adnot. per *Doct. in l. 2. de his, ff. de transact. & in l. cum pater, §. hæreditate il secondo, ff. de leg. 2. per Bart. in l. qui Romæ, §. duo fratres, quæst. 5. nu. 12. ff. de verb. oblig. Gabriel de fideicomm. concl. 1.*

Demum idem excessus subsistebat etiam super portione debita Pompilio propter plures detractiones, quæ Phæbo competebant in bonis eiusdem Pompilij tàm ratione Dotis maternæ, quàm ex causa cuiusdam Census in summa scutorũ 856. quem idem Pompilius vnà cum Cornelio fratre imposuerat super his bonis fideicõmisso subiectis, & ipse Phæbus posteà extinxerat reportata cessione Iurium à Creditore eiusdem Census, quàm etiàm ratione tacitæ hypothecæ pro reintegratione fideicõmissi ob bona eiusdem fideicommissi alienata per eumdem Pompilium: quorum omnium Iurium causa erat Phæbus anterior Creditoribus, quibus concessa fuit executio.

Et ita vtraque, &c.

REVERENDISS. P. D. COCCINO
S. Rotæ Romanæ DECANO.

Viterbien Castrorum,

Veneris 22. Maij 1635.

ARGVMENTVM.

Pacti reuersiui cõditio posita in aliqua donatione, quando informet, & sit pars formalis dictæ donationis. Donatio facta pluribus successiuè, quo casu censeatur facta omnibus, cum eisdem conditionibus, & pactis, itaut in singulis dd. conditiones, & pacta censeantur repetita, & alia plura circa hanc materiam vide in hac ampla, & erudita decisione.

SVMMARIVM.

1 *Mens, & voluntas est verbis potentior.*
2 *in Donatione conditio pacti reuersiui postmodum adiecta, contractum donationis informat, & est illius pars formalis.*
3 *Et hoc maximè si dicta conditio sit in continenti reseruata, & respectiuè apposita.*
4 *Atque ita conditio ita partes intrinsecas, & substantiales donationis, vt potius cohæreant rei principaliter gestæ, quam contractui.*
5 *Verba,* cum hac conditione &c. *important formam.*
6 *Pacta dant legem contractui, etiam si conuentio sit præter, & vltra naturam contractus, & num. 7.*
8 *Donantis mens non aliter donandi, nisi conditionaliter colligitur ex sæpius repetita conditionum clausula.*
9 *Conditiones appositæ in contractibus, sunt inseparabiles, & vna substantia, cum ipsis contractibus.*
10 *Forma est indiuidua, & inseparabilis.*
11 *Donatio facta sub conditione, in quemcumque donatio transferatur, sub dicta conditione, & forma transferri debet.*
12 *Forma est duplex, vna essentialis, & altera accidentalis.*
13 *Conditiones substantiales constituunt formam essentialem.*
14 *Forma accidentalis propriè, non dicitur forma dans esse rei.*
15 *Forma respicit substantias, non autem accidentia contractus.*
16 *Conditio videtur esse accidentalis, si potest inesse, & abesse ab ipso contractu.*

17 Do-

142 *Coniecturæ non singulariter, ac separatim, sed coniunctim simul ponderari debent ad assequendam disponentis mentem.*
143 *Coniecturæ dicuntur quasi colligatura, quæ coniunguntur origini suæ.*
144 *Coniecturæ, quæ depromuntur ex verbis, etia non separatim.*
Sed simul inspecto totius scripturæ contextu discuti debent ad assequendam disponentis mentem.
145 *Coniecturæ cum inuicem sibi deseruiant, ac famulentur, leuiores etiam ab alijs roboratæ sufficiunt, & admittuntur.*
146 *Coniecturæ eliduntur, & conquassantur ab alijs contrariis coniecturis si illæ in dubietatem vocantur.*
147 *Verba (ad veram proprietatem, perpetuamque hæreditatem ac pleno iure) posita in stipulatione loquenti de solis filiis, & nepotibus, quid importent.*
148 *Clausula*, pleno iure, *in donatione posita de sui natura excludit onus restituendi aliis.*
149 *Verba*, in donationibus, *quæ repetitionem excludunt, restringuntur, & limitantur iuxta alia verba immediatè sequentia.*
150 *Verba superius posita, clarum est, quod non possint operari, nisi cum limitatione, ac modificatione ad terminos pacti subsequentis.*
151 *Filii legitimi, & naturales absurdum est, quod sint deterioris conditionis, quam bastardi.*
152 *Feudum alienandi licentia intelligitur cum eodem onere, ac pacto reuersionis ad concedentem.*
153 *Actus aliquid relinquendi alicui, si dependeat ab alicuius tantum voluntate, illa præter potestatem disponentis potest consequi.*
154 *Filius ille, non potest dici melioris conditionis, quam alii, cuius patri relicta est facultas ei aliquid relinquendi.*
155 *Loquendi modus difformis, ac discretiuus arguit difformem, ac discretiuam dispositionem, contrariamque voluntatem.*
156 *Contrahentes, quando dicantur habuisse aliqua verba pro synonimis.*
157 *Dictio*, infrascriptis &c. *est relatiua ad sequentia. & num.* 158.

Plures decisiones in hac eadem celeberrima causa emanarunt, quas annotaui supra ad decis. 417. part. 5. tom. 2. vbi etiam dixi præsentem hanc decisionem longissimam in lumine publico ponere, & nunc obseruo promissam; Melius est enim aliquando promissa obseruare, quam nunquam.

DECISIO CCCLIV.

POST maturam causæ sæpius propositæ discussionem persistentes Domini in resolutis sub die 21. Iunii 1628. iterùm censuerunt D. Valerio obstare pactum, de quo agitur; Donauit enim Gentilis Virginius Georgio recipienti, & acceptanti pro se, ac liberis masculis, ac per virilem sexum descendentibus in infinitum, quibus quidem liberis, ac nepotibus masculis de gradu in gradum descendentibus pariformiter donationem huiusmodi transferri voluit, ad veram proprietatem, perpetuamque hæreditatem, ac pleno iure Castrum Viani, ac Tenimenta Rotæ, & Ischiæ cum infrascriptis conditionibus, ac modis, & reseruationibus; inter quas conditiones, modos, & reseruationes adscripsit præcipue pactum, de quo agitur: scilicet quod si dictus Georgius sine legitimis, & naturalibus filijs ex suo corpore procreandis, vel non extantibus nepotibus masculis ex eis legitimè descendentibus moriatur, tunc, & eo casu, & casibus dicta donatio reuertatur ad ipsum donatorem, si tunc superuixerit, aliàs si ipse donator tunc non supersit ad legitimos, & naturales filios, & nepotes, siue ad hæredes, & successores eiusdem, ipso iure, & ipso facto transferatur, & translata esse intelligatur pleno iure possessionis, & proprietatis. Volens insuper idem donator, quod tot censeantur donationes, quot sunt personæ, & gradus, ad quas, seu quos transferuntur, & quod tunc directè ad dictos substitutos ordine prædicto perueniant, & acquirantur. Proinde cum per obitum Honuphrij Iunioris descendentia Georgij cum liberis tamen iamdudùm prædefuncti remanserit extincta, visum fuit omninò pactum intrare.

Quia licet in dicto pacto solus Georgius sit nominatus, ex voluntate tamen ac mente donantis tàm ex verbis, quàm ex coniecturis deducta constat in eiusdem descendentibus fuisse repetitum, nē quidem per extensionem, aut ampliationem, sed per comprehensiuam intentionem, ad intellectiuam interpretationem, vt in præterita decisione, quæ† quidem
1 mens, ac voluntas est verbis potentior, *l. labeo in fin. ff. de suppell. leg. l. nominis, & rei, §. verbum, ff. de verb. signif. cum vulgarib.*

Hanc porrò donantis voluntatem, ac mentem reassumptis decisionis præteritæ fundamentis deprehendebant Domini.

Primùm ex verbis illis, Quibus quidem liberis, & nepotibus masculis de gradu in gradum descendentibus pariformirer donationē huiusmodi transferri voluit cum infrascriptis conditionibus, ac modis, & reseruationibus, & voluit, quod tot censeantur donationes, quot sunt personæ, & gradus, ad quas, seu quos transferuntur: ex quibus resultat quod Donans eandemmet donationem in persona Georgij demonstratiuè conceptam, & in eodem esse tàm substantiæ, quàm formæ seruatam ad ipsius Georgij descendentes sub eiusdem pacti repetitione transtulerit, quod facilè apparebit firmatis duobus. Primò scilicet, quod conditio pacti, de quo agitur, sit forma donationis. Secundò, quod sub eademmet forma Georgij descendentibus sit facta donatio.

Et quantum attinet ad primum, quod conditio pacti sit de forma donationis, ponderatis verbis illis, *Quam quidem donationem fecit cum infrascriptis conditionibus &c.* sequitur, quod con-
2 ditio pacti reuersiui postmodum adiecta† contractum donationis informet, sitq; illius pars formalis, *l. septitia, ff. de pollicit, l. si conuenit, ff. de rescind.*

rescind. vend. Ias. in l. Petens, num. 13. & seq. C. de pact. Baldus in l. si duo patroni, §. si quis iurauerit, num. 4. ff. de iureiuran. & in auth. matri, & auiæ n. 8. C. quando mul. tutel. offic. fung. poss. DD. in l. 1. ff. de liber. & posthum. Paris. cons. 19. nu. 6. lib. 2. Menoch. cons. 133. num. 9. & consil. 15. num. 14. Tiraq. de retract. conuent. §. 2. glos. 1. num. 3. Rota decis. 167. n. 6. par. 2. recent. & in puncto Decian. respons. 72. nu. 31. lib. 2. Surd. cons. 572. sub num. 54. vers. nec resistit, & num. sequen. volum. 4. Rota decis. 35. numer. 6. in fine, par. 1. recent. Bellon. de potest. eorum, quæ incontinenti fiunt lib. 1. cap. 54. num. 9. And. de Exea de pact. num. 577. Ioseph de Sessa de inhibit. cap. 2. §. 1. num. 27. Mantica de tacit lib. 3. tit. 15. num. 49. & seq. maximè cum dicta conditio sit incontinenti reseruata,

3 † & correspectiuè apposita, quo casu dicitur ipsi inesse donationi tanquam pars intrinsica, & formalis, *l. lecta, vbi Bar. & alij in præterita decisione alleg. sub num. 22. ff. si cert. pet. l. iurisgentium, §. quinimmo, vbi Bald. Fulgos. & Iason in eademmet decisione relati, & benè etiam Forcatul. in Neomantia cap. 89. num. 1. ad fin. Surd. consil. 217. num. 6. & 23. in fin. cum seqq. Caccialup. de pact. in 6. num. 20. & 21.* vbi vult, huiusmodi

4 † pacta ita esse partes intrinsecas, & substantiales contractus, vt potius cohæreant rei principaliter gestę quàm contractui, pulchrè *Franciscus de Sousa in comment. ad titul. ff. de pact. artic. 8. quæst. 1. n. 3. & 7. col. 2. in princip. Gratian. discept. 692. num. 38. & seq. Felin. consil. 34. numer. 14. vers. cum ergo non posset seruari forma, & num. 14.* vbi in nostris ter-

5 minis, quod verba, † *cum hac conditione &c.* important formam, quem sequitur *Mierez. de maioritat.* dicens esse doctrinam insignem, *part. 2. qu. 4. illat. 8. num. 258.* nec dissentit *Brun. de forma artic. 9. col. 1. §. conueniat. ff. deposit. leg. si dotem, C. de iur. dot. l. in in conuentionalibus, ff. de verbor. obligat. Rota decis. 669. num. 4. in fin. part. 1. recent. & decis. 311. num. 3. par. 4. diuers.* etiam quod conuentio

7 sit † præter, & vltra naturam contractus, *Castr. cons. 219. col. 2. post princip. versic. contractus autem, volum. 2. Rota decis. 415. sub num. 4. part. 1. recent. Gratian. discept. 719. num. 23.* ita vt stante enixa

8 mente Donantis non aliter donandi, † quam cum conditionibus, vt colligitur ex repetita sæpiùs præseruatiua conditionum clausula, *ad l. Balista, ff. ad Trebellian.* & in similibus terminis ratiocinantur *Roland. cons. 44. n. 14. vol. 4. Becc. cons. 20. num. 11. in fine, & num. 12. vol. 1. Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. glos. 2. num. 54. & sequen. part. 2. Surdus consil. 344. num. 5. volum. 3.* dictæ

9 conditiones† effectæ sunt omninò inseparabiles, & vna substantia cum ipsa donatione *Petr. Greg. de feud. part. 3. qu. 1. num. 7.* quem sequitur *Intr. gliol. de feud. qu. 10. num. 66.* cum forma sit

10 indiuidua, & inseparabilis, vt notat *in l. si veritas, C. de fideicommiss. Surd. cons. 282. num. 9. vol. 2. Decian. respon. 72. num. 31. vol. 2. Bald. in l. si seruus, num. 3. vers. quarto dicitur, ff. si quis caut. Decius consil. 532. num. 5. cum alijs per Becc. consil. 12. nu. 30.* Ideoque in quemcumque dicta donatio sic

11 concepta transferatur† sub dicta formalitate, & causa transferri debeat, *l. traditio, ff. de acquir. rerum domin. l. alienatio, ff. de contraben. empt. Clem. prima de censib. Ruin. cons. 111. num. 12. lib. 5. Ceph. cons. 191. num. 2. & 3. Crauet. cons. 217. nu. 5. Paris. con. 72. num. 89. vol. 4.*

12 Nec obstat, quod cum duplex sit † forma, vna essentialis, seù substantialis, altera verò accidentalis, prędicta procedant in conditioni-

13 bus† substantialibus quæ constituũt formam essentialem, secus verò in conditionibus accidentalibus, quæ conferunt formam dumta-

14 xat accidentalem, quæ † propriè non dicitur forma dans esse rei, cum forma respiciat sub-

15 stantia, † non autem accidentia contractus, vt fuit ponderatum *in Bononien. Census 26. Iunij 1600. coram bon. mem. Card. Pamphilio, quæ est decis. 116. num. 5. apud Cenc. de censib.* In hoc autem casu conditio pacti reuersiui videtur esse po-

16 tius† quid merè accidẽtale, cum possit inesse, & abesse ab ipsa donat. *iuxta regul. text. in l. falsa ff de cond. & demonstr. l. pacta conuenta, ff de cõtrah. empt.* Quia facilè respondetur, quod aut agimus de donatione in abstracto sumpta, & ve-

17 rissimum est, pactum † resolutiuum posse considerari tanquam de accidentalibus donationis, cum verè possit siue ipsi donationi inesse, & ab eadem abesse citra subiecti, hoc est donationis ipsius corruptionem: Aut verò

18 agimus † de donatione in concreto sumpta, veluti de nostra, quatenùs scilicet vno, eodemque momento secundùm vniuersæ dispositionis formam non recipiente prius, aut posterius, Virginius donans fecit donationem sub conditione pacti reuersiui præcisè contemplati sub formali apprehensione non aliter donandi, & in hoc casu omnia pacta sunt

19 de forma, & substantia contractus, † quia sine illis illa, vel illa donatio non fuisset conuenta, prout hanc distinctionem benè deducit *Brun. in tract. de form. art. 2. de general. cognit. form. col. 1. vers. item pro declaratione fol. 10.* & etiam huic obiecto ita benè respondet *Osasch. cons. 19. n. 43. vers. nec mouere debet*, Verùm dato etiam, quod pactum istud dici posset accidentale; diceretur tamen accidentale intrinsecum, quod adesse & abesse citra donationis corruptionem nequit, vt magistraliter conclusionem illam,

20 quod† accidentia possint adesse & abesse citra corruptionem subiecti intelligendam esse de accidentibus extrinsecis, tradunt *Porphyr. in prædicabil. cap. de accid. & Surd. consil. 179. num. 7.* Quemadmodum concessio etiam citra veri

21 præiudicium idemmet pactum † reuertionis posset modus appellari, adhuc tamen esset de forma, quemadmodum tradit *Bald. in d. l. si duo patroni, §. si quis iurauerit, num. 4. ff. de iureiurand. Felin. cons. 34. num. 13. vers. & quod esset data forma, & num. 14. Brun. de form. dicto artic. 9. ex quibus consistit for. & solemn. col. 2. versic. secundo modo, fol. 19. Cassad. decis. 10. num. 7. de rescript. Surdus cons. 437. num. 33. & 34. vol. 2. Mierez de maior. par. 2. d. quæst. 4. illat. 8. citat. num. 258.* Sed quod verè pactum istud sit conditio videtur indubitatum penès ipsum Donatorem, qui illud pro conditione clarissimis verbis canonizauit ibi, quam quidem donationem fecit cum conditionibus infrascriptis, videlicet, quod si dictus Georgius &c. præsens donatio reuer-

22 tatur &c. prout etiam, quod † verbum conditio fideicommissario conueniat, *ex text. in l. 1. vbi Bart. num. 1. C. de pact. Simon de Prat. de interpr.*

interpr. ult. volunt. lib. 3. dub. 3. solut. 2. num. 2. & seqq. Rota dicta decis. 35. sub numer. 6. parte prima recent.

Quantum verò attinet ad secundum, quod sub eadem forma descendentibus Georgij sit facta donatio, adhuc insistebant DD. ponde-
23 rando in primis aduerbium † illud, pariformiter, importans paritatem formæ, vt per *Alciat. cons. 131. num. 2. lib. 9.* quem sequitur *Carol. Bardell. cons. 51. sub num. 9. vers. confert Alciat. prout etiam innuunt Casanat. cons. 33. num. 2. in fin. & num. sequen. Osasc. d. cons. 19. nu. 35. cum seqq lib. 1. Bertazzol. cons. ciuil. 39. num. 1. cum seqq.* Quorum de-
24 cisio etiam† sine lege dicitur casus legis, donec alius allegetur, qui contradicat, *Becc. consil. 35. num. 18. volum. 1. Surd. cons. 313. nu. 43. vol. 3 Gratian. discept. 531. num. 29.* quod enim impor-
25 tet eiusdem formæ repetionem, †ac coæqualem iurium omnium communicationem iuxta sensum decisionis in causa *Pistorien. Prioratus 9. Decembris 1619. coram Eminentiss. D. meo Card. Verospio, & in Romana Vigesimæ 7. Aprilis 1628. coram R. P. D. meo Pirouano,* satis etiam deducitur ex vi suæ propriæ significationis,
26 ponderando, quod Ethymologia † vocis denotans in hoc casu formæ paritatem dat verbis proprium significatum, si definitio non repugnet, quia resoluit vocem in proprium effectum rei, quæ demonstratur, *Bart. in l. omnes populi, quæst 6. princip. num. 59. ff. de iust. & iur. Euerard. in Topic. ad Ethymologia nu. 2.* Secundò id etiam suadetur ex similium dictionum potentia, atque virtute, vt in fortioribus de clau-
27 sula, † *pari modo*, quòd importet omnimodā similitudinem, *Rota d. decis. 491. num. 3. par. 4. diuers.* & de clausula, *eodem modo*, quod repetat
28 formam, † & omnes præcedentis dispositionis qualitates, *Plot. cons. 86. num. 11. Peregrin. de fideicomm. art. 16. num. 15. in fine, Gratian. disceptat. 832. num. 4. Cyriac. controu. 69. num. 38.* Quinimò quod dictiones, *sicut, prout,* & aliæ similes re-
29 spectiuæ referant formam, † & qualitatem præcedentis vocationis cum omnimoda similitudine, non secùs, ac si omnia fuissent specialiter expressa plenè exornant, *idem Gratian. d. discept. 832. num. 14. & discept. 937. num. 14. Honded. cons. 40. num. 38. vol. 2. Gabr. cons. 66. nu. 7. & 173. num. 8. volum. 2.* et in terminis repetitæ conditionis in donatione, *Aretin. cons. 21. nu. 2. vers. præterea posito,* prout de dictione, *similiter,*
30 quod † referat omnimodam similitudinem etiam quoad qualitates, *Scrad. de feud. parte 10 sect. 9. num. 179. Gabr. cons. 8. num. 8. & consil. 148. num. 13. vol. 2. Franciscus à Ponte consil. 19. num. 6.*
31 dicens, † importare per omnia ita donatum, vt prius donatum fuerat, et in puncto de paritate formæ donationis in pluribus personis ex dictione similiter est, *text. in l. si ij qui, 26. ff. de donation. caus. mort.* Quod quidem aduerbiū
32 Pariformiter, † eo certius dictam formæ repetitionem operatur, quo alijs etiam dictionibus, ac verbis repetitiuis, necnon alijs, etiā inferiùs deducendis coniecturis eandem repetitionem suadentibus corroboratur, vt in simili aduertunt *Gabr. cons. 107. num. 11. & consil. 144. num. 73. & 75. vol. 2. Mierez de maior. parte 1. quæst. 22. num. 152. Decian. resp. 17. num. 12. vol. 2.*
33 maximè ad inclusionem pacti de quo†agitur tanquam primo loco, & principaliter à Donante contemplati, *Dec. cons. 485. nu. 8. Decian. resp. 9. num. 35. volum. 2.* Ac proinde dici non potest, quod dictum aduerbium, *pariformiter,* connectat simul filios, ac descendentes Georgii, ita vt inter ipsos importet paritatem formæ succedendi, non autem connectat Georgium cum suis descendentibus quoad pari-
34 formem †donationem, vt in terminis dictionis, similiter respondit *Dec. cons. 646. nu. 2. & 3. Franc. decis. 207. num. 4. & 12.* cuius intellectus sola etiam probabilitas sufficit pro reddendi æquiuoca, & inefficaci coniectura, quæ hinc pro Donante desumitur contra Donatarium se fundantem in libera, & perpetua donationis natura ad exclusionem pacti reuersiui, quia præter responsionem in decisione deductam ex argumento ineuitabilis (quidquid
35 exaduerso dicatur) † superfluitatis, quod non adeo leue, immo validum, ac efficax iudicarunt, *Vicen. de Franc. decis. 606. num. 10. par. 4. Surd. decis. 322. num. 25. Barz. decis. 12. num. 30. Giurb. decis. 24. num. 22. Magon. decis. Floren. 3. num. 4. & Rota apud Pateum decis. 171. num. 4. lib. 1. decis. 121. num. 25. par. 1. diuers. decis. 340. num. 2. & 4. post 2. volum. consil. Farinac. & decis. 357. num. 3. dec. 687. num. 11. decis. 702. num. 3. in fin. par. 2. recent.* & plene in *Narnien. fideicommissi 6. Iunij 1611. coram bo. mem. Card. Sacrato impress. apud Gratian. discept. 306. num. 16. part. 2. cum alijs per Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 12. num. 1.* animaduertebant Domini,
36 quod obiectum posset procedere†si quælibet contrarij intellectus probabilitas apertè non excluderetur prout tam ex deductis, quàm deducendis excludi clarè censuerunt.

Secundò, quod sub eadem forma sit facta donatio descendentibus Georgij deducebatur ex eisdemmet verbis iuxta donationis contextum primo loco ponderatis, non parùm enim repetitioni dictæ formæ donationis, ac consequenter pacti, de quo agitur, deseruiunt verba illa huiusmodi donationem, cum dictio
37 illa, † huiusmodi, secundum vulgares iuris regulas sit repetitiua omnium qualitatum, & conditionum, *glos. in cap. Abbate, in verbo huiusmodi, de elect. in 6.* cum alijs latè deductis in decisione prout etiam *in decis. 373. nu. 6. par. 2. in recent. & in Papien. Præpositurae 10. Decembris 1610. coram Ortembergo, & apud Seraphinum decis. 383. num. 6. & decis. 616. num. 3.* & operatur,
38 vt † conditiones, & pacta verè, ac propriè inesse dicantur, vt aduertit *Gabr. d. consil. 107. num. 8. & seq. lib. 2.* ita vt cum donatio per relatiuam illam dictionem huiusmodi deter-
39 minata secundum † ordinem intellectus, & non scripturæ debeat considerari, *l. cum pater, §. fidei tuæ, ff. de legat. 2. leg. nec enim, ff. de solut.* proinde sequatur, quod quemadmodum ex vniuerso instrumento resultat donatio modificata, vt dictum est, & hæc in Georgij descendentes sub pariformi modificatione trāsferenda sit, ita etiam in eosdem trāsire debeat, non quoad solam substantiam, vt informantes pro Domino Valerio dicebant, sed cum suis

suis qualitatibus eam informantibus non so-
40 lùm ex regula, † quod subiectum qualifica-
tum qualitate passiua, & informante suam
semper formalem qualitatem secum defert,
l. si conuenerit, la seconda, §. si fundus, ff. de pignor.
act. l. si debitor, C. de distract. pignor. l. si prædium,
C. de euiction. Verùm etiam, quia ratione con-
41 textualitatis † eiusdem temporis, loci, rerum,
& personarum pro vnico, & indiuiduo actu
sic informato, & inesse deducto habetur, *Ias.*
in d. l. lecta, num. 14. ff. si cert. pet. Angel. cons. 145.
num. 2. vers. item ratione, Bald. cons. 327. in fin. vo-
lum. 3. Becc. cons. 42. num. 8. Surd. d. cons. 217. nu. 9.
vol. 2. Honded. cons. 32. num. 14. volum. 1. cum alijs
superiùs deductis.

Tertiò, plurimùm etiam conferre videba-
42 tur verbum illud † transferri, quod donatio-
nis translationem cum eisdem oneribus, con-
ditionibus, ac qualitatibus importat, vt in
puncto de translat. de persona ad personam
est text. in l. Caio Seio, vbi gloss. in verbo transfere-
batur, ff. de alim. & cib. legat. & de translat. pri-
mæ donationis in secundam exemplo transla-
tionis legati, firmant, *Dec. Rimin. Natta.* & alij
43 in præterita allegati, quæ procedunt † non
solùm indistinctæ in vltimis voluntatibus, &
in actibus inter viuos, ac in donatione, vt plu-
ribus comprobat *Casanat. cons. 10. num. 1. & seqq.*
sed etiam tunc maximè, quando vt in casu
44 nostro translatio † fit ex dispositione hominis,
non legis, tunc enim conditiones repetitæ
censentur, vt declarant *Cagnol. in Auth. ex causa*
num. 108. & ibidem Alex. num. 9. Iason numer. 11.
Bolognett. num. 66. versi. respondet Bart. C. de liber.
præter.

Non obstat prædictis dictionibus, ac verbis
45 repetitiuis, quod forma deducta ex † con-
dictione pacti reuersiui, cohæreat personæ
Georgij, ac proinde cesset repetitio quoad
alias personas, *l. quæ conditio, ff. de condition. &*
demonstrat. Bart. in l. fin. §. Seio, de legat. 2. Alex.
cons. 158. num. 6. & 13. lib. 6. Soccinus iun. cons. 144.
num. 3. lib. 3. & ibidem Mazzol. cons. 1. nu. 13. & 14.
Peregrin. de fideicomm. art. 16. num. 55. & in termi-
nis etiam translationis videtur *text. in l. legatum*
sub conditione, ff. de admin. legat. & in alia l. legatum
sub conditione 94. ff. de condit. & demonstr. & tradit
Mantic. de coniect. lib. 12. tit. 3. sub num. 3. vers. se-
cundo debet, & Peregrin. d. art. 16. num. 95. & fuit
ponderatum in *Bononien. fideicommissi de Panno-*
linis 14. Februarij 1602. coram bon. memor. Card.
Sacrato.

Quia respondetur vnico verbo, hoc esse
supponere id, de quo quæritur quod enim
pactum reuersionis Georgio adiectum stet ad
illius personam demonstratiuè non autem
restrictiuè ex deductis plenè suo loco con-
stabit.

Minùs officit, quod in donatione facta Ca-
rolo eadem die coram iisdem Notario, & te-
stibus vsus fuerit Donans prædictis dictioni-
bus pariformiter, huiusmodi, & transferri, &
tamen postea apponendo explicitè pactum
reuersiuum illud sub difformi, & discretiuo
modo loquendi nominatim adiecerit non so-
lùm ipsi Carolo, sed etiam eius filijs, nepoti-
bus, & descendentibus, hincque arguendo à
46 vicinis scripturis, *iuxta text. in l. si seruus plurium*
§. fin. ff. de legatis 1. inferatur, quod ipse Dona-
tor dictiones prædictas non adhibuit in nostra
donatione ad inducendam ex vi ipsius dictio-
nis repetitionē pacti in descendentibus Geor-
gij prout in hunc sensum non adhibuit in di-
cta donatione Caroli Primo, quia vt respon-
sum fuit in præterita donatione argumentum
47 illud † tanquam broccardicum retorqueri
potest à solito, per doctrinam *Abb. in cons. 36.*
num. 1. lib. 1. Gabr. de testam. concl. 10. num. 1. & 6.
Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 13. nu. 8. & seq. Menoch.
lib. 4. præsump. 84. num. 6. & 7. Molina de primogit.
lib. 3. cap. 5. num. 56. Peregr. de fideicomm. artic. 25.
num. 28. Natt. cons. 132. nu. 4. Rota decis. 235. n. 10.
in meis impressis, & apud san. mem. Gregor. dec. 308.
48 *num. 6.* & in terminis donationis † ad effectum
arguendi repetitionem à donatione alteri fa-
cta, *Castren. cons. 244. num. 3. ad fin. lib. 1.* & plenè
Casanat. cons. 47. num. 43. & seq. Maximè vbi, vt
49 in casu isto † concurrit non solùm identitas,
sed etiam maioritas rationis, *vt per Crauet. con-*
sil. 62. num. 14. Menoch. cons. 452. num. 26. & consil.
224. num. 22. Paris. cons. 32. num. 54. ad medium, &
sequen. lib. 1. Casanat. dicto cons. 47. num. 46. & seq.
Et vlterius accedit, quod aliunde etiam ex
corpore donationis vniformis mens, & vo-
luntas repetendi comprehenditur, quo casu
cessare argumentum à discretiua adductum,
& intrare in contrariam regulam à solito, ita
50 vt † vna scriptura aliam declaret, explicant
Ruin. cons. 146. num. 9. lib. 2. Gratus consil. 7. nu. 13.
& 14. lib. 1. Crauett. cons. 297. num. 7. vers. sexto,
pro responsione *Mandel. cons. 109. num. 20. Me-*
noch. cons. 1157. num. 23. latè Castill. controuers. iuris
51 *lib. 4. cap. 14. num. 19.* Et quod hoc casu † opinio
Abb. in dicto cons. 36. tanquam magis commu-
nis præualet opinioni Ananiæ contrarium
scribentis *in cons. 22. num. 3.* firmant *Gabr. con-*
sit. 94. num. 28. ad med. ibi in eadem ipsa ratio, vol. 1.
Casanat. dicto cons. 47. num. 50. Menoch. d. cons. 452.
num. 27. Secundò animaduertebant Domini,
quod in præfata Caroli donatione dicta verba
pariformiter, huiusmodi, & transferri non
reperiuntur adminiculata alijs verbis & con-
iecturis infra ponderatis dictam repetitionem
importantibus, ac si pactum reuersiuum fuis-
set expresè appositum. Quo casu intrat re-
52 gula, quod † taciti, & expressi eadem est vir-
tus, *l. cum quid, ff. si cert. pet. cum vulgar.*

Quartò præcipuum repetitionis dictæ for-
mæ, ac pacti argumentum præstat clausula
53 illa, † cum infrascriptis conditionibus, ac
modis, & reseruationibus in subsequenti do-
nationis serie non solùm sæpius à Donante
repetita ad effectum ostendendi magis certam
enixam, atque indubitatam mentem, ac in-
tentionem non aliter donandi, quam cum
dictis conditionibus, vtpotè donationem ip-
sam restringentibus, ac sub determinata for-
ma modificantibus ex latè superiùs deductis;
54 verùm etiam continens dictionem, † *Semper,*
quæ omnem casum, omnemque tempus cō-
prehendit, *gloss. in l. 1. in verb. semper, ff. solut.*
matrim. Boer. decis. 158. num. 4. Magon. decis. Flo-
rent.

rent. 37. num. 36. Surdus decis. 275. numer. 7. Rota decis. 231. num. 4. par. 2. recent. & ad effectum recedendi à consil. Oldrad. 21. ponderauit Rota in Bononien. fideicommissi 11. Decembris 1623. coram R.P.D. meo Merlino, prout in terminis repetitionis Panzirol. consil. 9. num. 10. & Peregrin. in cons. 44. num. 28. col. 1. Quæ clausula non solùm
55 ex vi dictionis † illius infrascriptis ad subsequentia relatiuè operatur, vt descriptæ postmodum conditiones, & præcipua pacti, de quo agitur, referendæ sint, atque inserendæ capitulo, in quo fuerunt reseruatæ, ac si ibidem specialiter expressę fuissent, vt in dicta l. si testamentum 8. in princip. & versic. sin autem conditiones, C. de institut. & substitut. Ruin. d. cons. 101. num. 19. vers. quia ergo, lib. 2. Sed post omnes do-
56 nationes ad coæqualem illarum† determinationem appositæ; iuxta sensum præteritæ decisionis tàm ad Georgij descendentes, quam ad Georgium ipsum æqualiter refertur ex deductis in eadem decisione quibus addi potest, Parisius cons. 52. num. 19. & seq. lib. 2. Menoch. consil. 334. num. 64. Immò, vt fortiùs, meliusque Domini hodie intelligebant, cum dicta clau-
57 la tanquam † proxima verbo illo, transferri ab eodemmet verbo regatur, ex l. 1. §. deinde, ff. de postul. sanct. mem. Gregor. decis. 33. num. 3. sequitur, quod velut apposita in stipulatione loquente de solis filijs, ac Georgij nepotibus, non autem de Georgio, & filijs (prout etiam admittebant informantes pro D. Valerio, dū ponderabant in contrarias coniecturas verba illa, ad veram proprietatem, vt inferius dicetur) sequitur inquam, quod dicta clausula eo magis, certisque dicti pacti relationem, ac consequenter repetitionem quoad ipsos filios ac nepotes operetur; ex quibus, & ex alijs etia deducendis, ac in decisione deductis cōstat manifestè cessare prorsus intellectum il-
58 lum, quod†singula singulis congrui referendo, conditio istius pacti referri possit ad Georgium dumtaxat.

Nec obstat, quod dicta pacti reuersiui conditio reperitur Georgio, dumtaxat apposita sub expressione nominis proprij, & cum dictione restrictiua ad personam ipsius, ibi, dictus Georgius, quia, vt inferius probatur persona Georgij fuit demonstratiuè, non verò restrictiuè contemplata.

Secundò eundem etiam repetitæ formæ, ac pacti intellectum deducebant Domini ex alia clausula, quod tot censeantur donationes, quot sunt personę, & gradus ad quas, seù quos transferrentur, & quod directè ad dictos substitutos perueniant, cum enim quilibet ex vocatis iure directo veniat, & vnoquoque
59 gradu † vocatorum vna esse receptio, vocatioque censeatur, ita vt excluso primo gradu sequens iure suo, non iure transmisso succedat, eademque donatio in præcedenti gradu iam consumpta in sequenti tanquam noua,
60 ac ex se principaliter subsistens † incipiat, & instauretur ex latè deductis in decisione quibus addi possunt, Bald. in l. irritam, in fine, C. de vsucap. pro donat. Isern. in cap. 1. sub num. 9. vers. item si de successiou. feudi, Molin. de primogen. lib. 1. cap. 1. num. 17. & cap. 4. num. 16. Io. Garzia de nobilit. gloss. 6. in princip. sub num. 38. colum. 3. versicul. quinto quia, Bellon. iun. cons. 61. num. 3. ad finem, cum seq. & ante illum Menoch. cons. 895. num. 10. vers. tertio perpendo, Grat. consil. 5. numer. [illegible] vers. item quia, & sequen. lib. 2. Marcambr. in puncto consil. 10. numer. 52. versic. tertia coniectura, proinde sequitur, quod sicuti quilibet ex vocatis substantiam, ac formam vnius eiusdemque donationis in Georgio originatæ in seipso renouatā agnoscit, ita etiam teneatur easdem conditiones, pacta, ac qualitates, quæ donationē ipsam informarunt admittere, cum originalis
61 forma † concessionis inspici debeat, quæ in eo esse conseruatur, in quo formam assumpsit Bald. in l. 1. num. 40. versic. item super eo, & num. 30. C. quand. non pet. part. Petr. Gregor. de feud. part. 3. quæst. 10. num. 1. & seqq. Menoch. cons. 191. num. 44. Cephal. cons. 27. num. 1. & 3. Rimin. iun. consil. 542. num. 25. & 26. & consil. 780. num. 7. & in puncto Andreas de Isern. in cap. Imperialem, num. 38. in fine, de prohib. feud. alien. per Federicum. Et sanè repugnat iuris principijs, quod donatio Virginij sit vnica, & de Georgio in ipsius descendentes transferibilis, & tamen transeundo diuersas assumat qualitates contra regulam, quod subie-
62 ctum†qualificatum semper secum trahit suas qualitates ex supradictis deductis, ita vt vna adiecta, vel detracta, noua dicatur dispositio, Bald. in l. penultima, in fine princip. ff. de excusat. tut. Soccin. sen. consil. 87. num. 9. in fine, volum. 4. Quod ex eo etiam magis comprobatur, dum Virginius donans primo impositurus conditiones sub numero 16. & secundo contentorum in donatione, promittens obseruantiam sub numero 24. vtitur voce illa singulari, ibi, Cum quidem donationem, vt sub generali maioris vniformitatis significatione indicaret, quoad conditiones, & robur donationis, omnes donationes pro vnica habuisse, quod clarius etiā iddemmet Virginius sub num. 19. dum exprimendo conditionem superioritatis quam sibi super bonis donatis reseruabat, vtitur similiter voce singulari, ibi, Aliam insuper conditionem dictæ conditionis apposuit, quem, certum est, indistinctè tàm ad Georgium, quàm illius descendentes referri.

Et in prædictis cessat, quòd si pactum, de quo agitur, forma potest appellari, quod Donans de tali conditionum forma ad Georgij
63 descendentes transferenda haud†intellexerit, cum de illa nullam adhuc mentionem fecisset, ideoque non esset adhuc inesse posita, vt videtur innuere, Gabr. cons. 56. num. 6. lib. 1. Rota decis. 191. ante num. 1. par. 4. diuers. cum repetitio
64 in†non expressis non detur, Bart. in l. Auia 76. ff. de condit. & demonstr. Decian. consil. 86. num. 25. lib. 2. Peregr. de fideicomm. art. 16. num. 12. Sed dicendum est sensisse de forma, de qua ipse in
65 oratione immediatè † præcedenti expressè fuerat locutus num. 2. ibi, Ac omni meliori modo, via, sine forma &c. Quia vltra prædicta, quæ videntur tollere omnem difficultatem Aduertendum est, quod forma donationis non consistit in verbis proximè relatis, sed vt iam firmatum in conditionibus inferius

adseri-

adscriptis, quæ licet ibidem non enunciatæ, pro expressis, tamen habitæ solius etiam mẽtione donationis, si ab illis integraliter infor-
66 matæ habentur, cum † forma contractus respiciat totam dispositionem, *ad textum in d. leg. cum dote, C. de iur. dotium, Bart. in l. contract. num. 4. & 5. C. de fide instrument.* ita vt non detur prius,
67 nec † posterius, sed omnia simul, & semel robur sumant, *Surd. cons. 217. num. 9. decis. 155. num. 5. Neniz. cons. 12. num 23. Gonzal. ad regul. 8. gloss. 53. num. 32. & sequen. Rota decis. 148. num. 9. par. 2. diners. & apud sanct. mem. Gregor. decis. 568. num. 2. Becc. consil. 45. num. 33. & seqq. volum. 1.* &
68 cum immediatè subsequatur † clausula, Cum infrascriptis conditionibus illa operatur, vt in eadem periodo descriptæ censeantur omnes conditiones inferius appositæ, *vt est text. clarus in l. testamentum, 8. in princip. & in versic. sin autem conditiones, vsq. ad finem, C. de instit. & substit. Ruin. d. cons. 101. num. 19. versic. quia ergo, lib. 2. Mandell. Alben. in his terminis cons. 346. num. 12.* & facit etiam *Dec. consil. 92. incipiens viso puncto, nnmer. 2. vers. & ratio ista, Osasch. cons. 10. num. 30. & seqq.*

69 Nec obstat, quod si dicta consequentia, † & argumentatio teneret, omninò destrueretur communis Theorica *Cini in Auth. sed & si quis num. 6. vers. vltimò colligitur, C. de secundis nuptijs*, & receptissimum *consil. Oldradi* 21. ex eo, quod non solum in donatione, verùm etiam in in-
70 stitutione, † ac substitutione tot substitutiones censentur, quot sunt personæ, vt per *Molinam de primogen. lib. 1. cap. 1. num. 17.* Quia neutrum ex prædictis casui nostro conuenire suo loco inferius demonstrabitur.

Secundò principaliter eandemmet Donantis voluntatem, ac metem repetendi conditionem, seu pactum, de quo agitur, in descendentibus Georgij colligebant Domini ex ipsomet conditionis, seu pacti contextu; ibi, *Si dictus Georgius sine legitimis, & naturalibus filijs ex copore procreandis, vel non extantibus nepotibus masculis ex eis legitimè descendentibus moriatur*, quod tunc, & eo casu, & casibus præsens donatio reuertatur ad ipsum Donatorem, si tunc; superuixerit, alias, si ipse Donator tunc non supersit ad legitimos, & naturales filios & nepotes, siue ad heredes & successores eiusdem ipso iure, & facto transferatur &c.

Et primo in verbis illis, *Si dictus Georgius sine legitimis, & naturalibus filijs ex suo corpore procreandis, vel non extantibus nepotibus masculis ex eis legitimè descendentibus moriatur*; Ex quibus constat pactum reuersiuum fuisse cõceptum sub præfata duplici, & alternatiuè concepta conditione. Prima scilicet, si Georgius sine filijs moriatur, altera si ex illis nepotes non extiterint,
71 prout † ità resoluitur ablatiuus ille absolutus, Non extantibus nepotibus, *Bart. in l. 1. nu. 34. ff. de conditionib. & demonstrat. Peregrin. artic. 29. num. 20. Rustic. de liber. in cond. posit. lib. 6. cap. 1.* itavt reuersionis grauamen non solum Georgio sine filijs decedenti, sed illius etiam liberis ac nepotibus iniunctum censeatur, vel saltem ipsimet impositum Georgio sub dicta duplici
72 conditione, si ipse, vel eius descendentes decesserint, prout decesserunt sine masculis, *Bart. in l. Centurio, num. 37. ff. de vulgar. & in l. sed & si sic, num. 3. ff. de legat. 3. Alex. cons. 105. num. 1. & 4. in fine, vol. 1. & cons. 302. num. 2. volum. 7. Soccin. cons. 69. num. 7. vers. & ad rationes, & consil. 104. num. 8. vers. 1. lib. 3. Mantica de coniect. lib. 11. tit. 3. nu. 2. vers. hæc autem sententia, Paris. cons. 18. n. 51. lib. 2. vbi de communi Rustic. de lib. in cond. posit. lib. 4. cap. 5. in princip. Rota decis. 212. num. 5. par. 2. diuersor.*

Nec obstat, quod per verbum illud *Moriatur*, solam Georgij personam respiciens conditio non existentiæ tàm filiorum, quàm nepotum videatur restricta ad tempus mortis eiusdem Georgij, tum quia dictum verbum *Moriatur*, tanquam in fine totius perfectæ ora-
73 tionis positum, vtrumque † casum æqualiter respicit, & pariformiter determinat, ex regula *text. in l. iam hoc iure, & l. Lucius 45. vbi Bart. in §. fin. ff. de vulgar. & pupill. Augel. cons. 143. in fin. Iason cons. 162. num. 7. lib. 1.* tùm quia regulari-
74 ter qualitas † adiecta verbo secundum tempus verbi intelligitur, *l. 2. & 3. ff. de auro & argent. legat.* plenè *Surd. cons. 216. num. 2. & cons. 403. num. 59.* prout in simili casu tradunt *Abb. consil. 40. num. 1. par. 1. Decius cons. 287. num. 11. vers. nec obstat illa verba, Soccin. iun. consil 180. num. 38. lib. 2.* cum alijs relatis per *Peregrin. cons. 52. nu. 5. lib. 1. Casanat. cons. 4. num. 105.* & in terminis doctrinæ Cyni, & consil. Oldradi, tradit *Alexan. cons. 53. num. 11. & consil. 139. num. 3. lib. 6. Ruinus cons. 132. num. 5. & 6. lib. 3. Decius consil. 208. sub num. 3. Soccinus iun. d. cons. 180. num. 62. & pluribus seqq. Rota decis. 486. num. 7. par. 1. recent.* quæ maximè procedunt concurrentibus dictionibus restrictiuis quoad personã, tempus, ac casum: quoad personam quidem, ibi, *Si dictus Georgius*, specificatam non solum sub expressione no-
75 minis proprij, verum † etiam cum dictione relatiua, *dictus*, Ex quibus præterea dicta cõdi-
76 tio vti merè personalis † ad alios extendi non potest, *l. qui liberis, §. hæc verba, ff. de vulg. & pupill. l. vltima, C. de hæred. instit. Decius cons. 218. n. 9. Decian. cons. 2. num. 25. 26. & 27. lib. 2. Honded. consil. 60. num. 65. 66. & sequen. Crauett. cons. 98. n. 14. Mantica de coniectur. lib. 11. titul. 6. num. 6. Casanat.* qui concordantes cumulat *cons. 4. n. 127. & 129.* & latè deducunt informantes D. Valerio; Quo verò ad tempus, & casum ibi in clausula tunc
77 & eo casu &c. vt in proposito primæ † dictionis temporalis, Tunc, *Roland. cons. 56. n. 20. lib. 3. Menoch. cons. 117. num. 34. & cons. 740. num. 6. Peregrin. de fideicommiss. art. 29. nu. 15. 28. & 36. cum alijs per Fusar. dicta quæst. 480. num. 3. & Casanat. d. cons. 4. num. 142. & 143. Gamma decis. 124. nu. 6. Surdus decis. 207. num. 16. 17. & 18. Rota dec. 491. num. 3. circa med. par. 4. diuers.*

78 Et de casualibus verbis, † eo casu, quod restringant conditionem, vt hic voluntariam ac casum expressum, *Crauett. cons. 98. num. 6. Roland. dicto cons. 56. num. 20. lib. 3. Peregrin. de fideic. art. 13. num. 63. Surd. cons. 488. num. 30. cum alijs per Fusar. dicta quæst. 480. num. 3. Casanat. d. consil. 4. num. 137. & 138. Gratian. discept. 554. num. 7.*

Nam quantum attinet ad verbum *Moriatur*, ponderabant Domini, quod Donator non dixit, prout facillime, ac magis expeditè dicere

poterat

poterat, si dictus Georgius sine filiis, vel nepotibus moriatur, sed consultò, ac misteriosè induxit verba illa, Vel non extantibus nepotibus,
79 per ablatiuum†absolutum indeterminatè cōcepta, *Bellon. iun. consl.50. num.11. & seqq.* quæ sunt apta comprehendere omne tempus, omnesque Georgij descendentes ex eo quod ap-
80 pellatione nepotum†continentur descendentes in infinitum, ob dispositionem in futurum euentum collatam, *Bart. in leg.1. §. si quis, ff. de suis, & legit. Alex. cons.5. lib.3. num.9. Cozzad. consil.59. num.12. Paris. cons.37. num.23. vol.2. Gabr. de verb. signific. concl.1. num.44. Peregr. de fideicom. artic.22. num.54. & cons.41. num.5. lib.5. Fusar. de substit. quæst.320. num.75.* & sunt intelligenda
81 de†non extantibus quandocumque, ex trad. per *Calcan. cons.103. sub num.2. vers. & pro isto facit, Marzar. cons.4. num.6. Andr. Gail. obseruat.136.*
82 *num.3. lib.2.* prout idem de verbo†non remanentibus, seu deficientibus, *Alexan. d. consil.53. num.12. lib.6. Rnin. d. cons.132. num.5. & cons.133.*
83 *in princip. lib.3.* cum tractum temporis † successiuum denotent, *Bertazzol. cons. ciuil.30. n.16. Fusar. quæst.320. num.68. Senat. Dolan. decis.135. num.15. & seq. Seraphin. decis.409. num.14.* In his enim casibus vbi verba tractum successiuum
84 importantia †concurrunt considerata dicitur descendentium extinctio, vt inquit *Thesaurus decis.270. num.29. versic. hoc autem, Simon de Pret. de interpret. lib.3. num.11. fol.316. Peregrin. de fideicommiss. artic.29. num.9.* Ac proinde euanescunt argumenta à communioribus regulis petita: Primùm quidem desumptum ex eo, quod
85 verbum *Moriatur*, in fine†positum vtrumque casum æqualiter respiciens illos pariformiter determinet ex dispositione *tex. in dicta l. iam hoc iure, ff. de vulgar. & pupillar.* facilè tollitur, ad-
86 uertendo, † quod præfati textus dispositio limitatur, quando eadem ratio non militat in vtroque casu, vt colligitur *ex text. in leg. si ita scriptum, ff. de manumiss. testam, & l. si seruus liber. ff. de stat. liber. Imol. in l. Caius n.2. ff. solut. matrim. Dec. cons.456. n.12. & cons.394. n.3. Ias. cons.162. nu.8. vol.2. Osasch. decis.20. nu.5. Surdus consil.31. num.15.* & fuit alias dictum *in Viterbien. Castrorum 19. Ianuarij 1579. coram Blanchetto.* Quod autem in hac facti specie eadem ratio non militet in vtroque casu, patet euidenter: quia in primo casu Donator non existentiam filiorum Georgij expresè voluit restringere ad mortem ipsius; secus verò in posteriori, in quo non existentia nepotum tàm ex deductis quàm deducendis satis colligitur ex eiusdem donantis, etiam vltra eiusdem Georgij obitũ porrecta; Posterius autem argumentum de-
87 ductum ex regula, † quod qualitas adiecta verbo intelligitur secundum tempus verbi, *dicta l.2. ff. de aur. & argent. legat.* & ex alijs superius allegatis non obstat. qui dicta regula non procedit, quando, vt in casu nostro, ex verbis,
88 aut verisimili†mente disponentis colligitur disponentem vltra mortis euentum, in futura etiam prospexisse, *Ripa in l. Centurio, num.144. & in l. ex facto, numer.44. in fine, ff. de vulg. Roland. cons.39. num.54. lib.4. Alciat. consil.50. num.22. & cons.82. num.10. lib.9. Rota decis.213. num.3. vers. quarto quia, part.2. diuers. Mierez de maior. part.2. quæst.6. num.212. Salzed. de repræsent. lib.2. cap.30. num.31. Casanat. cons.15. num.56.* in terminis ad limitationem *cons. Oldradi 21.* quod procedit
89 non solum † quoties verba adiecta denotant tractum temporis successiuum, quia eo casu non restringuntur, sed verificantur in alio etiam tempore, quam sit illud, cui adijciuntur, *Card. in cap. perpendimus, colum.6. in med. vers. sed redeundo ad contrarium, de sent. excomm. Sarnen. in regul. de annal. quæst.50. num.4. vers. nec obst. ut.* & dixit *Rota in Bononien. fideicommissi de Elephantuccijs 12. Nouembris 1584. coram Vicecomite, quæ est dicta decis.213. par.2. diuers.* quam cum prædictis refert *Marescott. variar. resolut. lib.1. cap.45.*
90 *num.7.* prout etiam quando† denotant perpetuitatem, *Peregrin. d. art.29. num.30.* & plenè *Rot. decis.193. nu.14. par.1. recent. & in Bononien. fideicommissi de Luparis 26. Iunij 1618. coram bo: me: Remboldo,* & in terminis latè *Bellon. iun. cons.50.*
91 *num.41.* Sed etiam quando ex alijs†verbis apparet de mente, quod disponens considerauerit solum defectum nepotum, vt in his terminis *Mantica de coniect. lib.11. tit.6. num.7. ad finem, Crauett. cons.326. num.6. vers. sed in casu de quo agitur*, Et in puncto, quod verbum *Moriatur*, ad-
92 iunctum alicui†verbo indeterminato intelligatur etiam post mortem, est textus expressus *in l. si quis posthumos 9. §. si filium, vers. sed & si hæres, vbi Bart. num.3. Castren. num.7. ff. de liber. & posthum.* prout etiam facit *l.3. §. hæc verba, iuncta gloss. in ver. cum is moritur, ff. de negot. gest. Marcambr. cons.162. num.51. & seqq. latè idem Bellon. in d. cons.50. num.11. ad med. & seq. & num.39. vers. quinto confirmatur. cum duobus seqq.* & in simili *Paris. cons.75. sub num.59. & seqq. lib.2.* & bene etiam *Soccinus iunior cons.69. num.31. vers. & licet*
93 *lib.3.* vbi quod verbum † potest ordine intellectus ex aliqua circumstantia intelligi postpositum licet fuerit antepositum. Ea verò quæ in contrarium latè deducuntur, veniunt intelligenda, vt possint procedere, quoties nō concurrunt verba, dictiones, aut clausulę, quę vt hic conuincant tractum successiuum, causam perpetuam, aut futurum tempus indeterminatè contemplatum fuisse.

Quantum verò attinet ad verba illa, *si dictus Georgius*, quod intelligenda sint stare illic demonstratiuè ad personam primi Donatarij, non verò restrictiuè ad Georgium ipsum, vt inducāt pacti personalitatem Domini ex pluribus eliciebatur: Et primo à causa, seu fine
94 huiusce pacti; cum†enim pro indicanda qualitate pacti, an sit reale, per personale inspicienda sit non expressio nominis proprij, sed illius causa, & finis, vt eleganter notat *Alberic. in l.15. qui in potestate, §. si extraneo, num.3. ff. de legat. præst. Bald. in cap. de cætero, sub num.1. versic. porrò realitas, de transact. & in cons.115. nu.1. vol.1. Ancharan. cons.327. num.3. Dec. cons.261. sub n.2. col.2. vers. quinto considerandum, Mantica de tacit. lib.1. cap.7. num.5. Crauett.* alios cumulans in *cons.929. num.1. & 13. vol.5. Bellon. iun. consil.27. num.45.* & pulchrè *Casanat. cons.45. numer.133.* Causa verò huiusce pacti sit, vt bona donata redeant ad Donantem, illiusq; in perpetuum descen-

descendentes, vt iam firmatum est; sequitur, quod ex hac causa, sine fine habente tractum
95 perpetuum,† ac successiuum vltra personam Georgij pactum non personale, sed reale, ac ad prædictos descendentes transitorium censeri debeat, *ex Anchar. consf.27.nu.7. versf. certum est enim, & d.consf.327.num.4.* quem communiter sequuntur *Natt.consf.531.nu.18. & seq.vol.3. Simon de Pret.de interpret.vlt.vol.lib.3. interpret.9. dubit.1. solut.9.num.15. fol.281. Decian.respons.1. num.277.volum. . . respons.10.num.7. vers. secundo respondeo,vol.3.& respons.77.nu.26.vol.5. Menoch. cons.173.num.37. col.2. vers.quinto ea ratione. Aldouin.cons.91.num.78. Grat.cons.5.num.54. & seq. lib.2. Barbos.in l.quia tale 14. in fine, ff. soluto matrimon. Bellon. iunior cons.11. num.13. vers.nec obstat, Casanat.* qui plures alios congerit *cons.33. num.9. Rota apud Mantic. decis.19.num.4. vers. secundo fuit responsum, & decis.575. numer.3. & seq. par.1. diuers.*

Secundo idem etiam deducebant Domini ex ipsiusmet donationis contextu, in qua variæ dispositiones citrà controuersiam æquè Georgio, ac descendentibus communes, in ipsiusmet Georgij persona simpliciter, nullaque de filijs, aut nepotibus mentione habita cum dictionibus personalissimis concipiuntur, vt sub num.10. & 12. ibi, *ita quod &c. agat, excipiat &c.* & clarius sub num.14. vbi potestatem Georgio personalissimè tributam immediatè exponit etiam in ipsius Georgii filijs,& nepotibus masculis, ibi, Et dedit idem Illust. Dominus Donator potestatem idem Domino Georgio, quod possit, & valeat tam ipse, quam eius filij, & nepotes masculi &c. Vnde arguendo à communi vsu, ac stylo loquentis
96 verba,† *dictus Georgius*, eademmet recipiunt interpretationem, vt ad instar aliorum stent demonstratiuè, aut restrictiuè, *l. vniuersorum, vbi gloss. ff.de pignor. act. l.vtrum, ff.de petit.hæred. Surd.cons.179. nu.6. Mantica de coniect.lib.6.tit.9. Casanat.consil.17. num.2. Soccinus iunior consil.53. num.16. & 17. lib.2. Crauett. cons.15. num.3.* Ac proinde expressio nominis Georgij non est in casu nostro considerabilis ad inducendam restrictionem pacti ad illius dumtaxat personā,
97 quia†persona pactis inseritur,non vt personale pactum fiat, sed vt demonstretur persona, cum qua pactum initur, *l.iuris gent. §.pactorum, ibi plerumque enim, ff.de pact. vbi etiam Iason n.20. Bald.num.6.vers.tertio & vltimo, Francisc.à Sousa in comment.ad tit. ff.de pact. quæst.vnic. fin. artic.9. num.8.* affirmantes hanc esse regulam iuris, *Eugen.cons.93.num.40.& seq. vol.1.Thesaur.dec.270. num.28. vers.cumque donator iun. num.30. Cephal. cons.630.num.38. & cons.331.nu.44.vol.4. Bellon. iunior d.cons.27. sub num.53.* Quam regulam in
98 terminis nostris, vbi†concurrunt coniecturæ pro repetitione pacti etiam concepti in personam vnius sequuntur *Castren. cons.343.nu.2. in princip.& ad finem, vers.& licet apposuerit,lib.1. Decian. cons.31. num.172. iuncto themate consil. in princip. & vers. & si casus fuerit, lib.1. Thesaur. d. decis.270. num.28. versic. cumque donator, Randen. narrar.resolut.cap.39.num.6. Siluan.cons.65.nu.22. vers.& sic etiam,& num.23. vers. & dicta, Osasch. dicto consil.19.num.20.& sequen. & numer.35. post medium vsque in fin.lib.1. Honded.cons.29.num.92. lib.1. Menoch.cons.647.nu.13. & cons.1053.nu.12. & sequen. Ruin. cons.106.num.6. vers.vel secundo, lib.2. & cons.114.num.7.lib.3. Gabr.cons.96.n.32. in fine cum sequen. lib.1. Paris. cons.32. num.80. in fin.& seq. lib.1. Grat.cons.5. num.54.& seq. lib.2.*

Prout etiam quando, vt hic, translatio dispo-
99 sitionis de vno † in alium fit à Testatore, vel contrahente, quod non attendatur personalitas termini à quo, sed termini ad quem benè declarat, *Cagnol.in auth. ex causa, num.108. C. de liber. præter, & ibidem Alex. num.9. in princip. & in vers. adducit tamen in contrarium,* cum quibus concordant *Iason num.11.in fine versic.iuxta hanc conclusionem, & Bolognet. num.66. versic. respondet Bart.*

Quo verò ad clausulam illam *Tunc*, & eo casu, multipliciter respondebant Domini, & primo non esse verùm, quod huiusmodi
100 verba considerata† simpliciter sint taxatiua, cum potius sint demonstratiua, nisi adijciantur dictiones, tantùm; dumtaxat, & similes, *Dilect.de art. testandi tit.5. cautel.5. sub numer. 3. & seqq. Crauet. inter consil.Marzar. cons.5.nu.57. in fine, Decian. respons. primo, num.148. cum seqq. volum.1. Magon.decis.Florent.3.num.42.Mantic.de coniect.lib.3.tit.5.num.1.& seqq. & tit.14.num.10. in fin. Surd.cons.236.nu.46. volum.2. & cons.344. num 19.vol.3. & decis.37.num.32.* & plenissimè *Menoch.consil.432. num.12. vers. Respondeo primò volum.5. Ioseph de Rusticis cons.1.num.47. & seqq. post tractat.de liber.in conditione positis,* & in *l.cum Auus in probem. cap.2. num.104. ff. de conditionib. & demonstrationib. Alciatus cons.91.nu.9. vers. Præterea ergo lib.9. Menoch.cons.117.num.29.Gratian. discept.487.num.17. & seq. Parisius cons.20.nu.36. volum.3. Fusar.quæst.460.nu.11.* Et hanc sententiam tenet Rota,vt per *Cassador.in decis.1.nu.6. de testament. Rota decis.240. num.5. part.2. diuers. & in Rom. hæreditatis de Aquilanis 18. Iunij 1600. coram bon. mem. Episcopo Paceñ, in Ariminen. Bonorum 30.Aprilis 1610. coram Eminentiss. D. meo Pamphilio in Romana Fideicommissi de Surdis 11. Maij 1618. coram bon. mem. Vbaldo in Ferrarien. Fideicōmissi de Rasuris 24.Maij 1621. coram Eminentiss.D.meo Verospio,* & deindè *25.Febr. 1622. coram R.P.D. meo Merlino,* & tandem *in Fanen. Fideicommissi 4.Decembris 1624.coram bon.memor. Remboldo,* & in terminis fideicommissi facti in donatione fuit firmatum in *Romana Fideicommissi 17.Nouembris 1617. coram eodem,* & si prædicta clausula,& dictiones in illa comprehensæ non impediunt extensionem in fideicom-
101 missis, † & substitutionibus, si aliundè constat de coniecturata mente disponentis, multo minus in donatione limitata possunt impedire comprehensionem resultantem non solum ex coniecturata disponentis mente,
102 verùm etiam ex identitate, † quinimò maioritate rationis ex latè deductis in decisione, quibus pro innumeris, qui possent referri addidisse sufficiat, *Tiraqu. in l.si vnquàm in ver. libertis num.45. C.de reuocat. donat.* Secundò, ac tandem aduertebant cessare prorsus obiectū
103 ex verbis illis, & casibus, quæ † omnem penitus

penitus restrictionem ad vnicum dumtaxat casum obitus Georgii reijciunt, quod sufficit ad restrictionem destruendam, vt benè *Mant. dicto lib.3.tit.14. num.10. vers.secundò, quod illud Paris.cons.92.num.60. ad fin. & seq. lib.2. Decian. cons.44. nu.35.lib.3. cons.3.num.45. & seq. lib.2. Cels.Vgo consil.20.num.38. vers.cọnsidero insuper*, quem referunt, & sequuntur *Rustic.de liber. in cond. posit. lib.5. cap.6. num.12. Fusar. quæst.437. num.128. & quæst.31.nu.4. Surd.cons.347. nu.19. vers. respondetur etiam, Manent. cons.134.num.22.* & firmauit *Rot.in d.Ferrarien.de Rasuris 24.Maij 1621. coram Eminentiss. D. meo Verospio*, prout etiã idem sensit *in Romana fideicõmissi de Vrsinis coram R. P. D. meo Pirouano, quæ est decisio 344. num.18.part.2. recent.*

Secundò ex eiusdemmet conditionis, seu pacti contextu deducebant Domini voluntatem, ac mentem donantis repetendi etiam in descendentibus Georgij ipsammet conditionem, seu pactum in verbis illis præsens donatio reuertatur ad ipsum donatorem, si tunc superuixerit, aliàs si ipse donator tunc nõ superfit, ad legitimos, & naturales filios, & nepotes, siue ad heredes successores eiusdem, &c transferatur, &c. cum enim in actiua ista nepotum, hæredum, ac successorum vocatione negari non possit, quin comprehendantur omnes Georgij descendentes in infinitum, ex latè deductis in decisione, quibus, quoad id,
104 quod etiam in contractibus † appellatione nepotum veniant pronepotes, & alij etiam successiui descendentes, qui semper dicuntur
105 nepotes, licet † cum additione particulariũ pro, ab, tri, quæ ad graduum distinctionem ipsi verbo præponuntur, vt in puncto *Bart.in l. Gallus, §. instituens, ff. de liber. & posthu.* addi possunt, *Bart.cons.77. nu.2. & 3.lib.2. Castillion. cons.26.num.9. Alex.cons.125.nu.11. vers. & primo lib.5. Crot. consil.25.num.12. & seq. Ruin. consil.166. num.8. lib.2.* vbi de communi *Gozzad. cons.59.num.10.& seq. Rustic. ad l.cum Auus lib.6. cap.15.num.18. Rouit. consil.52.num.9. Mantic. de tacit.lib.22.tit.25.num.26.* & in alijs etiam materijs de magis communi *Ruin.cons.62. num.4. lib.3. Fusar. quæst.322.numer.1.* sequitur, quod effectus conditionis, seu pacti, de quo agitur, sit collatus in remotissimum tempus, de quo tempore nec Virginius donans, nec Georgius donatarius in humanis esse poterant, ac proindè quemadmodum idemmet donator vocauit suos descendentes, ac successores in infi-
106 nitum, † ita etiam in infinitum censeri debet grauasse descendentes Georgij, ne frustratoria redderetur priorũ vocatio iuxtà doctrinam *Imolæ in l.Gallus, §.instituens, nu.48. vbi Alex. num.7. ff. liber. & posthum. Menoch. præsump.69. num.13. & seq. lib.4. Peregr. de fideicom. artic.22. nu.50. Mantic.de coniect.lib.8.tit.6.num.20.* quam doctrinam passim sequitur Rota prout in *Bononien. fideicommissi de Desiderijs 20. Maij, & 26.Iunij 1626. coram R. P. D.meo Merlino*, quæ conclusio quamuis per Rotam non admittatur regulariter, recipitur tamen indubitatè,
107 quando, † vt in casu nostro exuberant coniecturæ id suadentes, vt fuit resolutum coram me in causa *Vrbeuetana fideicõmissi 3.Apr. 1609. & in decis.181.num.5.ad fin. part. 1. in recentior.* & benè deducitur in eadem *Bononien. de Desiderijs 26.Iunij coram R.P.D.meo Merlino.*

Nec obstat, quod oneris esset repetitio, quando onus ad certum tempus restrictum
108 apparet, † etiamsi in actiua vocatione disponens expresserit verba, vel rationes præseferentes infinitatem, *Peregr.cons.63.num.1.& seqq. lib.5. Menoch.consil.647.num.6. Simon de Pret. de interpret.vlt.vol. n.217.fol.171. Peregr.de fideicom. artic.29. num.3. Rustic.ad dictam l.cum Auus, ff.de cond., & demonstr.lib.4.tit.2.num.7. & 8. Honded. cons.60.nu.65.66.& 81. lib.1. Rota dec.490.nu.1. in fin. & decis.491.num.4. vers. Non obstat part.4. diuers.* quia facilè respondetur tàm ex dedu-
109 ctis, quàm † deducendis huiusmodi restrictionem ad certum tempus satis, superque excludi.

Tertiò principaliter mentem, ac donantis voluntatem repetendi, etiam in descendentibus Georgij cõditionem; seu pactum, de quo agitur, suadebat, identitas, immò maioritas rationis ex eo deducta; quod ijdemmet descendẽtes remotiores, ac pariformes donatarii
110 omninò extranei, ac penitùs incogniti, † & consequenter minus directi censeri debent grauati multo magis, quàm Georgius prior donatarius cognitus, dilectus, ac benemeritus iuxtà terminos *l.Publius, §.vlt.ff.de condit, & demonstr. Soccinus Sen. cons.250, col.5. vers. item si filiabus lib.2. Curt.Iun. cons.22.nu.8. cons.91.nu.6. & cons.112.num.5. Rub.cons.150.num.2. vers. præmissis tamen, Menoch.consil.95. num.31. & seqq. & cons.334.num.12. & 191. num.23. Becc. cons.127. num.9. Osasch. cons.71. num.19. Cuttierez cons.18. num.41. & 43. Peregr. cons.33.num.11. lib.2. Valenzuel consil.23. num.37. Alciatus resp.82.num.2. post med.& num.3, lib.9. Rustic.dicto cons.1. nu.69. post tit.de lib.in cond. posit. Aymon. cons.397.nu,10. Casanat. consil 15. num,25. vers. si quidem passim, Decianus respons.84. nu.20. & 21. vol.3. Crauett. consil.62. num.7. & 8. Fusar. quæst.466. num.10. & seqq. & quæst.478.nu.27. Rota decis.51. vers.3. est part,3. & decis.93.nu.4. lib.2. & decis.21.lib.3. part.3. diuers. & decis.364. num.12. vers. & illa, part.1.recent.* prout etiam *decis.301.num.7.* apud *sanct: mem: Gregor.* in nostris terminis *Thesaur. dicta decis.270. num.29. versic. Quintò si donator*, vt dictum fuit in causa *Romana Donationis de Grandis 5. Maij 1603. coram bon: memoriæ Penia*; quæ est identitas, quinimmò maioritas rationis operatur, vt non solum faciliùs fiat relatio cum omnibus qualitatibus, & modis, ita
111 vt † conditio. & qualitas vni adiecta, in altero repetita censeatur ad *text. in leg. nihil, ff.de coniug. cum emancip. liber.* & latè deductum fuit in præterita, sed efficit, vt casus dicatur per viam comprehensionis in dispositione contentus, quamuis non exprimatur, vt præter *gloss. in l.quamuis, in verb.Curauit, vers.Et hoc tacitè*, vbi *Bald.in princip. Ias.num.7.C.de fideicom.* & alios in præterita allegatos firmant *Colleg. Patau. inter consil. Peregrin. consil.38. num.24. volum.1. Tiraquell.* qui vnus pro omnibus sufficeret in *l.si vnquam in verb.libertis. num.45. C.de* reuo-

reuocan.donat. Decian.respon.43.num.43. volum.2. Surdus consil.443.num.31. volum.3. Curt.Iun. consil.113.num.10. Roland.cons.14. num.30. volum.3. Crauett. cons.896.num.37. Ruin. consil.143.num.5. volum.2. Bellon.Iun. cons.2.nu.47. & seqq. & fuit dictũ in *Romana Dotis de Maximis 7. Maij 1606. coram bo:me:Penia in Ariminen. Bonorum 20. Aprilis 1610. coram Eminentissimo D. meo Pamphilio, & in dicta Ferrarien. de Rasuris 24. Maij 1611. coram Eminentissimo D. meo Verospio*. Quod argumentum corroboratur etiam ex duobus. Primum ex eo, quod Donator nedum donationis translationem sub num.quarto, verùm alias etiam dispositiones sub num.12.13.&14. restringens ad liberos, & nepotes per virilem sexum descendentes visus est illis solum,
112 & non † alijs voluisse donare, quasi habita fuerit ratio agnationis effectiuè Georgij, & masculis descendentibus ab ipso Georgio limitatè donatum, vt per *Socinum Iun. consil.53. sub num.6. versic. Præterea, & num.8. cum sequent. lib.2. Bursat.cons.31.num.7. volum.1. Peregrin. de fideicommiss. art.51.num.21. versic. quartò, Thom. Docc.consil.106,num.4. & 5. Achill. decis.1. nu.5. de donat.* affirmantes sufficere, quod fuerit de reuersione cogitatum, pro qua opinione facit doctrina elegans,& communiter apud Hispanos recepta in donationibus, quas in nostris terminis fecit Henricus II. in hæc verba: *Dono tibi,& filio tuo masculo per viam maioratus, & si decesserit sine filio legitimo, tunc bona donata reuertantur ad Coronam Regiam*; tenent enim DD.
113 infrascripti, quod † pactum reuersiuum appositum tantum in persona filij secundi donatarij censeatur repetitum in omnibus eius descendentibus, adeò vt bona donata numquam reuertantur ad Regiam Coronam, nisi quando vltimus possessor etiamsi fuerit millesimus, decesserit sine liberis, cuius opinio-
114 nis ratio est, quia Rex donauit per viam maioratus, *Guttierez pract.lib.2.quæst.92.Mierez de maior. part.2. quæst.4. illat.3.num.4. Matien. in l.11. titul.7. lib.5. gloss.8. num. 3. & 4. Parlador. differ.13. §.1. num.7.*

Secundò accedit, quod idemmet donator cõcedens Georgio facultatem disponendi fauore illegitimorum eam concessit taxatiuè
115 pro filijs bastardis tantum, † sic excludendo eorumdem bastardorum hæredes saltem extraneos, *Socin.Iun.consil.53. num.3. & seq. vol.2.* quo fit, vt hinc iustum argumentum repetitionis pacti ad extraneorũ exclusionem possit etiam desumi.

Nec dici potest, quod si argumentum istud procederet, actùm esset tàm de Cyni theorica, quàm de consil.Oldradi, in quorum casi-
116 bus semper militat hæc identitas;† seu maioritas rationis ab institutorum, seu primò substitutorũ prædilectione desumpta, prout ita arguunt *Dec. cons.465. num.15. Rol. cons.56. nu.24.lib.2. Crauett.cons.98. sub num.14. circa fin. vers. non obstat, & num.15. Casanat. dicto consil.4. num.197.& seq. Menoch.cons.85.num.120.& seqq. lib.1.& cons.636.num.30, & præsũpt.69. nu.21. vers.cæterum lib.4.Odd. cons.66. nu.103. Intrigliol. de subst. cent.3. quæst.73. in fin. Peregr. de fideicom. artic.29. num.34. vers.verùm argumentatio, Fusar. quæst.479.nu.123.& 124.& quæst.480.nu.7.& 8.* Quia præter id, quod DD. exaduerso allegati intelligi possent, vel quando ex ipsa disposi-
117 tione constat,†quod minus dilecti ex disponentis voluntate efficiuntur melioris conditionis,quàm magis dilecti,vt declarat *Casanat. dicto cons.4. num.190.* de qua hic non constat, vel quando extranei, aut cognati substituun-
118 tur,non verò quando,vt hic, agnati † iuxtà opinionem magis receptam, quam distinguendo tenent *Dec. Socin.Gozzad. & alij quos refert, & sequitur communem dicens Molin. de primogen.Hisp. lib.3.cap.3.num.52. vers.& quamuis*, cui potest addi *Rauden. var. resol.cap.39. nu.36. & num.40.* aduertendum est, quod obiectum indubitatè procederet, si sola ista coniectura, seu argumentum ad conijciendam disponen-
119 tis mentem deduceretur, † sed cum sit in casu nostro tot, tantisque alijs præsumptionibus, coniecturis,ac argumentis, & etiam ex verbis ipsis corroborata, negari non potest, quin plurimum suffragetur, *sanct:mem:Gregor. decis.315.num.7. Menoch. cons.1195.num.23. cum plurib. seqq.* cum receptissima sit apud omnes conclusio, quod concurrentibus coniecturis,
120 quæ † hic superabundant tàm à *Cyni Theorica*,quàm ab *Oldrad.cons.Recedatur*, ex latè cumulatis,cui quoad Cyni theoricam addi possent, *Castrens.dicto consil.344.nu.2. vsque ad finem lib.1. Alciat. cons.3.num.27. vers.Et licet aliquibus lib.8. Peregrin.de fideicommiss. artic.51.num.22. in quarto argumento, versic. Et procedunt rationes Thesaur. dicta decis.270.num.28. vers.Cumque donator, Rauden.variar. resolut.d.cap.39.num.6. Paul.Leon. consil.11. numer.30. post princip. Decian. consil.10. num.34. & sequen. & num.38. & 63. Mandel.Alb. consil.346.num.22. vers.Præterea Cynus, & nu.28. cum sequen. Honded.cons.29.num.105.lib.1.Franc. Molin.de pact.nupt.lib.3.quæst.24.nu.54.* & tenuit *Rota in Romana fideicommissi 17.Nouembris 1617. coram bon: mem: Remboldo*, & quoad consilium
121 Oldradi,quod non † procedat quandocumque ex expressis, & dispositis apparet, vt hic, consideratam fuisse perpetuitatem, firmant *Marzar.* dicens esse receptissimũ, & in omnibus Tribunalibus obseruatum *in cons.4.per tot. & consil.7.num.10. Capic.decis.108. Guidopap.decis.531. in fin. Thesaur. decis.96. num.34. & dicta decis.270.num.29. Peregrin. art.22.nu.50. & dicto art.29.num.36. & consil.31. num.15. lib.2. & consil.49. num.5. volum.1. & num.96. Crass. §. fideicommissum quæst.8.num.2. & quæst.33.num.6. Menoch.lib.4. præsumpt.69. num.8. Honden. consil.29. num.105. volum.1. Rustic.dicto consil.1.nu.30. cum sequen. Molin. de Primogen. lib.1. cap.6.numer.29. Odd. consil.39. num.59. Surd. consil.336. numer.9. & seqq. & cons.403.num.21. Put.decis.256.num.5. lib.2. in correct. Seraphin.decis.409.numer.11. Rot. decis.718.num.2.in fin. part.2.recentior. in Tusculana fideicommissi 23.Martij 1620. coram me, in dicta Bononien. de Desiderijs coram R.P.D.meo Merlino*, & plenè etiam *in Florentina fideicõmissi de Cambijs 26.Februarij 1627. corã R.P.D.meo Dunozett.*
122 Quamuis enim sola † mens tacita, quæ ab expressis non colligitur non sufficiat pro recessu

cessu ab Oldrad. collecta tamen ab expressis, & dispositis sufficit *Bald. in l. cum virum nu.* 20. *C. de fideicommiss. Socin. Sen. in l. hæredes mei, §. cum ita nu.* 10. *vbi Rip. nu.* 34. *& Zanch. part.* 3. *nu.* 72. *ff. ad Trebell. Ruin. consil.* 108. *num.* 15. *volum.* 2. *Menoch. lib.* 4. *præsumpt.* 67. *numer.* 15. *Mantic. de coniectur. lib.* 8. *tit.* 1. *nu.* 18. 20. *&* 23. *Gabriel. consil.* 121. *num.* 39. *vol.* 1. *Decian. latè resp.* 44. *nu.* 10. *&* 11. *volum.* 3. *Casanat. dicto consil.* 4. *num.* 269.

Quartò, ac tandem principaliter pro eiusdem conditionis, seu pacti repetitione ponderabant Domini qualitatem bonorum donatorum non solum ex eo, quod essent castra, & iurisdictionalia illustria, ac insignia membra Comitatus Anguillariæ, super quibus verosimile est donatorum voluisse ad exclusionem extraneorum, & in concursu cum
123 proprijs † descendentibus coustituere pactū perpetuum non autem temporale, vt præter allegatos in decisione tradunt *Castr. d. cons.* 544 *Leon. cons.* 1. *num.* 40. *Marcambr. consil.* 10. *nu.* 63. *in fin. cum seq. Menoch.* 117. *nu.* 9. *cons.* 220. *nu.* 27. *cons.* 803. *num.* 8. *& cons.* 1195. *num.* 20. *Paris. consil.* 32. *nu.* 29. *& seqq. lib.* 1. *Mierez de maior par.* 1. *quæst.* 51. *num.* 280. *& seq. & part.* 2. *quæst.* 5. *num.* 9. *Gratian. discept.* 487. *num.* 16. *Bellon. Iun. consil.* 2. *num.* 20. Sed etiam quia donator visus est fecisse concessionem quasi feudalem, & conse-
124 quenter † iuxtà naturam feudi repetijsse pactum euersionis etiam in descendentibus ad extraneorum exclusionem ex deductis in præterita, prout etiam benè aduertunt *Castr. dicto consil.* 344. *nu.* 2. *lib.* 1. *& Molina pe Primogen. lib.* 1. *cap.* 6. *nu.* 18. *&* 19. *Peregr. de iur. fisci lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 101. *&* 102. Quod autem donator feudalitatem prędictam contemplatus fuerit, colligitur ex pluribus, & primò dum voluit, quod Castrum Viani cum suo Territorio, & alia tenimenta donata semper essent, & remanerent subiecta protectioni, & recommendationi ipsius donatoris, & suis hæredibus,
125 & successoribus † recomendatio enim Vassallos, protectio autem dominium feudi designat, *c. primo, an apud iud. vel Cur. c. cæterum, vbi Doct. de iudic.* Secundò dum expresè disposuit, quod ipse donans, & sui hæredes, & successores semper haberent, & retinerent, superioriratem in dictis Castris, & tenimen-
126 tis, † superioritas enim est qualitas feudalis, *Petr. Greg. de concess. feud. part.* 2. *quæst.* 2. *num.* 12. *cum trib. seqq.* Tertiò dum pariter iussit, quod idem Castrum Vassalli, & Vniuersitas ipsius cum d. tenimentis; & locis essent, & esse tenerentur, ac deberent perpetuò confœderata cum omnibus alijs Terris, Castris ipsius donatoris, suorumque hæredum, &c. & cum ipso donatore, & hæredibus, ac successoribus
127 eiusdem, † confœderatio enim operatur, vt simul confœderata vnū quasi corpus vniforme constituant, *Alex. consil.* 84. *in fin. lib.* 3. *Scrader. de feud. part.* 9. *cap.* 4. *num.* 9. *&* 10.

Quartò, dum idemmet donans mandauit, vt Castri, ac bonorum donatorum Vassalli tenerentur, & obligati essent eidem donatori, eiusque hæredibus, ac successoribus perpetuam præstare sequelam sicut alij Vassalli, & subditi ipsorum tenebantur, etenim dictio
128 illa, *sicut*; † adiecta verbis: alij Vassalli, denotat similitudinem cum illis, *Tiraquell. de iure primogen. quæstione* 40. *num.* 30.

Quintò, dum præcepit iisdemmet Vassalli Castri, & bonorum donatorum, vt amicos,
129 ac boneuolos pro amicis, † & beneuolis; hostes, vel inimicos pro inimicis habere, tenere, ac tractare tenerentur, quæ verba arguunt feudalitatem, *Scrader. vbi suprà part.* 6. *cap.* 6. *num.* 92.

130 Sextò, dum vlterius eosdemmet † Vassallos grauauit, vt tenerentur armigeros stipendiarios, ac soldatos receptare, quod pariter est onus feudale, vt per *Scrader. loc. proximè citat. cap.* 7. *numer.* 23. Septimò, dum voluit insuper, quod Vassalli præfati deberent, ac obligati essent omnia alia facere, pati, & sustinere in fauorem: & commodum, vtilitatem, & honorem, status, & dominij ipsius donatoris, eiusque hęredum, & successorum, ac pro ipsorum tutela, & defensione, quæ alij veri subditi, & vassalli ipsius donatoris, eiusque hæredum, & successorum, & alij recommendati.
131 & † confederati in omni casu necessitatis facere tenentur, solent, & debent, quæ omnia ostendunt seruitium feudale fuisse retentum, *Afflict. rubr. ex quibus caus. feud. amitt. num.* 286. *vers. vel dominus, & in cap.* 1. *num.* 286. *ex quibus feud. amitt. Zas. de feud. part.* 1 *nu.* 2. *Scrader. par.* 2. *nu.* 12. *Gram. decis.* 77. *nu.* 1. *Menoch. præsumpt.* 91. *num.* 35. *lib.* 3. Octauò, dum fuit expresè conuentum, quod in iuramento fidelitatis, vassallagij pręstando per Vniuersitatem, & Communitatem dicti Castri prædictæ conditiones, & qualitates omnes apponantur, & adijcian-
132 tur, † iuramentum namque fidelitatis est præcipuum feudalitatis argumentum, *Afflict. vbi supra dicto num.* 286. *vers. vel dictum, Mastril. decis.* 200. *num.* 20. *&* 22. Nonò, àc tandem idipsum demonstrat exemptio personarum Georgij, & successorum à prædicto onere iuramenti, prout certum est, concessionem
133 etiam † feudalem fieri posse cum remissione dicti iuramēti tam quoad omnes, quàm quoad aliquos, *Petr. Greg. de feud. part.* 1. *quæst.* 9. *nu.* 3. *&* 4. Sed admisso citra veri præiudicium, quod versaremur in donatione Castri allodialis, adhuc militat eadem prĕsumptio superius
134 ponderata, † cum in allodialibus etiam loquantur, *Castr. Leon. Marcambr. & Menoch. loc. suprà prox. alleg.*

Nec dicatur, quod quamuis etiam ageretur de feudalibus adhuc non intraret dicta præsumptio, quemadmodum non admittitur in casu Cyni, in quo pariter agebatur de Castri donatione, quia pro responsione ad obiectum istud animaduertebant Domini,
135 quod cum ad effectum † iudicandi qualitatem, pondus, ac mensuram rei donatæ pro assequenda intentione donantis inspicienda sit eiusdemmet donantis qualitas, & persona. *Afflict. in rubr. quæ sunt regal. nu.* 15. *Dec. cons.* 278. *in fin. vers. non obstat, Rip. resp.* 88. *num.* 52. *vers. & considerata*. Non est mirum, si simplicis Castri donatio inspecta supremi Regis persona,

136 de qua Cynus loquitur, † habita non fuerit pro illustri, & qualificata ad ipsiusmet donationis restrictionem, *Rip. dicta resp.88. num.51. vers. alienatio autem*, vbi quod donatio integri Ducatus,& Comitatus facta per Regem Gal-
137 liæ dicitur modica † inspecta illius Regis qualitate, & benè comprobant *Alex. consil.1. num.28. volum.5. & Felin. in cap. ad audientiam num.4. & seq. de præscript.* & in persona magnæ Comitissæ Matildæ, firmat *gloss. in l. sed etsi susceperit 52. §.1. versic. modica, ff. de iudic.* prout
138 etiam confert vulgatum illud, † quod de Alexandro scribunt Historici, & facit communis conclusio, quod supremi Principis
139 beneficium latiùs † semper interpretatur, vti in his terminis ponderat *Suar.consil.10. numer.36. in fin. num.37. 52. & 82.* In nostro autem casu non solum agitur de Castro insigni, sed de pluribus alijs bonis Iurisdictionalibus donatis non à Rege, sed à Barone, qui licet
140 magnanimitate regiam † æquaret conditionem,non parum tamen detrimenti percipiebat ex hac importuna dismembratione bonorum ab vmbilico Status Bracciani, quorum propterea reuersio tantò facilius præsumitur cogitata, *ad text.in l.si cui fundus 96. ff.de legat.2. Mantic.de coniectur. lib.6. titul.12.num.8.*
141 attentis † maximè tunc temporis Magnatum Romanorum simultatibus, ac recenti bello Ducis Valentini, vt benè ad propositum *Menoch. dicto consil.1195. numer.29. ante fin. vers.his intelligimus*.

His porrò firmatis, quæ non singulariter, ac separatim, sed coniunctà simul ponderat
142 debent ad assequendam disponentis mentem, ac voluntatem vt præter deducta in decisione aduertit *Surd.conf.372. num.20. vers.hoc verbo, Rota decis.146. num.1. decis.166. num.19. & decis.320. num.16. part.1. recent. & in Romana fideicommissi 17.Nouembris 1617. coram bon:mem: Remboldo, in Romana Donationis 11.Martij 1615. coram bon:mem:Vbaldo, & apud san: mem: Gregor. decis.320. num.10. & sequ.* vt enim eleganter ratiocinatur *Cutt. Sen. consil.69.numer.2.in fine*, coniecturæ ex eo ita nuncupari posse viden-
143 tur, † quasi sint coniecturæ,seù colligaturæ, quæ coniunguntur origini suæ, præsertim vbi depromuntur ex verbis, quæ etiam non separatim, sed simul inspecto totius scriptu-
144 ræ contextu discuti debent † ad colligendam disponentis voluntatem, *Surd. post alios consil.554. num.40. in fin. cum seq.* ac proindè fit,
145 vt cum inuicem sibi deseruiant, † ac famulentur, leuiores etiam ab alijs roboratæ sufficiant,& admittantur, vt benè declarat *Mantic. de coniecturis lib.3. tit.5.num.3.*

Nec obstat, quod quatenus etiam in hac facti speciei concurrerent coniecturæ aliquæ legales, & à Doctoribus approbatæ, illæ nihi-
146 lominus conquassarentur,† & colliderentur infrascriptis contrarijs coniecturis,quæ etiam in omnem euentum satis operarentur, si ex ipsis aliæ indubietatem vocarentur, vt per *Gabr.conf.132.num.37. lib.1.*

Nam quantum attinet ad primam desumptam ex verbis illis, Ad veram proprietatem, perpetuamque hæreditatem, ac pleno iure;
147 quæ posita in † stipulatione loquente de solis filijs, & nepotibus Georgij, vt dictum est, quoad eosdem videntur repugnare pacto reuersiuo, vt ad veram proprietatem, perpetuamque hæreditatem, latè prosequitur *Marcambr. conf.111.num.126. cum pluribus seqq.* & in terminis huiuscemet donationis arguit *Gratian. discep.534. num.2.* & de clausula pleno iu-
148 re,† quod de sui natura excludat onus restituendi alijs *Soccinus Sen.conf.498.num.9.* & in terminis donationis, *idem Soccinus consilio 53. num.14.lib.1.Marcambrun.conf.66.nu.236.& 237.* Domini præter responsiones in alia decisione datas vlterius firmiter ponderabant, omnem
149 cessare † prorsus difficultatem ex eo, quod cum prædicta verba immediatè reperiantur restricta, ac limitata à reseruatione conditionum per clausulam illam cum infrascriptis conditionibus, in qua ex superius firmatis cõditio, seù pactum reuersiuum pro expresso habetur, clarum est, eadem verba non posse
150 operari † nisi cum limitatione, ac modificatione ad terminos pacti subsequentis,vt benè, & latè *Crauett. conf. 482.num.6. & seqq. Menoch. conf.987. num.7. cum alys* in præterea allegatis.

Quantum attinet ad secundam quæ depromitur ex facultate Georgio concessa disponendi de parte bonorũ in bastardos, arguendo, quo quemadmodum illa est in Georgio merè personalis exclusiuè quoad ipsius descendentes,idem etiam ex vi pariformis translationis dicendum sit de pacto reuersionis, alias enim admissa difformiter in descendentibus eiusdem pacti repetitione, sequeretur
151 absurdum, quod filij, & † descendentes legitimi essent deterioris conditionis, quàm bastardi,vt in puncto arguit *Gratian.discep.554 nu.4.* Respondetur in primis negando assumptum, quod dicta facultas sit in Georgio merè personalis, quia cum in hac etiam parte persona Georgij dici possit demonstratiuè contemplata ex superius firmatis, sequitur, quod dicta facultas, quatenus vti essentialis informaret donationẽ pariformiter in Georgij descendentes translatam, ad ipsos etiam descendentes esset æqualiter referenda,vt pro-
152 batum est, & in † simili, quod licentia alienandi feudum intelligatur cum eodem onere, ac pacto reuersionis ad concedentem tradunt *Isern.in cap.Imperialem num.1. versic. Sed si vendebatur de probib.feud.alien. per Feder.Cannett. in extr. volentes vers. quid enim si Princeps fol.200. Rosental. de feud. cap.9. conclus.38. num.4. vbi in glossa tertia*, de veriori magisque communi testatur. Sed admissa citrà veri præiudicium, dictæ facultatis relatione ad Georgium dumtaxat, adhuc non sequitur: quod filij illius legitimi sint deterioris, bastardi verò melioris conditionis, quia Virginius legitimis Georgij descendentibus donauit pariformiter omnia in ipsius Georgij donatione contenta, bastardis verò nihil concessit,sed Georgio sotam tribuit facultatem ipsis relinquendi par-
153 tem bonorum, ac proindè † cum actus relinquen-

-linquendi esset in Georgio merè voluntarius, bastardi nihil præter potestatem illam in alterius arbitrium collatã à Virginio agnoscunt, *Castr. cons.*200. *sub num.*2. *lib.*1. *Peregr. decis.Patau.*106. *nu.*3. *& seqq.* & in terminis quod non
154 possit † dici melioris conditionis ille filius, cuius patri relicta est facultas ei aliquid relinquendi tenuerunt, *Gabr.cons.*100.*num.*18. *lib.*2. *Curt.Sen.cons.*63.*num.*13. *vers.*3.*corroborando Cephal.cons.*46.*nu.*29. *Honded. cons.*57.*nu.*62. *& seq. lib.*1. & quod dicta facultas non sit ex huiusmodi absurdo in hac facti specie incompatibilis cum pacto reuersiuo, colligitur ex donatione Caroli, cui licet dederit donator facultatem disponendi fauore bastardorum vsque ad summam ducat.25.mill. tunc temporis admodum considerabilem, nihilominus illius filiis, ac descendentibus legitimis idem pactum imposuit.

Quantum attinet ad tertiam, & vltimam coniecturam, in quam reincidunt aliæ etiam ponderatæ illa ab eademmet Caroli donatione deducitur ex duobus. Primò scilicet, quia Virginius in illa expresè filijs, ac descendentibus Caroli adiecit pactum reuersiuum, quod propterea consultò censeri debet in donatione nostra omisisse. Secundò, quia non semel idem donator exprimendo conditiones ex Caroli persona in ipsius descendentibus repetitas, vsus est dictione relatiua, cum eisdem, non verbo *Cum infrascriptis*, vt in casu nostro,
155 qui † difformis, ac discretiuus modus loquendi arguit difformem, ac discretiuam dispositionem, contriamque voluntatem, *iuxtà cons.Anan.*22. *num.*3. *Alex. consil.*12.*num.*6. *circa fin. lib.*9. *Ruin. consil.*41. *sub nu.*9. *vers.tertiò istud lib.*1. & in terminis *Menoch.cons.*85.*n.*110. 111. *& seqq.* Sed quoad primum obiectum existimabant Domini illud tanquam brocardicum, vt supra dictum fuit, ac omninò alienum à nostris terminis stante maioritate rationis alijsque coniecturis satis, superque rey manere sublatũ non tam ex deductis in præterita, quam etiam ex alijs latè superius ponderatis. Quo verò ad secundum Domini aduertebant, non esse verum, quod Virginius donator in Caroli donatione vsus semper fuerit dictione relatiua, eisdem cum non semel adhibuerit etiã dictionem illam, infrascriptis scilicet sub num.5. ibi: *Cum infrascriptis conditionibus, ac modis, & reseruationibus, &c.* prout etiam ante pactum reuersiuum immediatè sub num.13. ibi: *Cum conditionibus infrascriptis*, videlicet. quod si Carolus decesserit, signum
156 euidens, quod donator † habuit dictiones prædictas pro synonimis, vt in simili arguunt *Crauet.cons.*155.*num.*3. *Bellon.Iun. cons.*2. *sub numer.*39. *vers. at in casu nostro*, *Corn. cons.*207. *sub nu.*13. *vers.secundum plurimum*, *& ad fin. vers.ex quibus patet lib.*2. *Soccin.Iun. cons.*2.*num.*9. *in fin. lib.*3. & quod dictio relatiua, infrascriptis,
157 sufficiat † ad effectum repetitionis pacti, de quo agitur, est in puncto *text.in leg.Testamentum* 8. *C.de instit.& substit.* Quæ maximè procedunt attenta necessitate, quam secundum rationem recti sermonis habuit donans adhibendi in nostra donatione verbum illud, *infrascriptis*, ex eo, quod cum in superiori parte donationis conditiones nondum fuissent expressæ, sed inferius post modum adscriptæ,
157 iure merito vsus est verbo relatiuo, † *infrascriptis*, quod est repetitiuum sequentium, *Ruin. dicto consil.*101. *sub num.*19. *lib.*2. *Menoch. consil.*200. *num.*31. *vol.*2. & dixit *Rota decis.*307. *num.*17. *in meis impressis*.

Et ita conclusum parte vtraque non ingeniosè minus, quàm acriter informante.

R. P. D. MACHIAVELLO,
Posteà S.R.E. CARDINALI.

Assistieñ Emphytheusis.

Veneris 2.*Iunij* 1635.

ARGVMENTVM.

in Emphytheusis concessione facta pro se, filijs, & nepotibus, simpliciter, absque dictione eius, vel ipsius, non comprehenduntur pronepotes, qui cum hoc casu representent quartam generationem, euidenter remanent exclusi à vocatione tertiæ generationis.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis maximè Ecclesiasticæ concessio ad tertiam generationem absque dictione eius, vel ipsius non comprehendit pronepotes.*

2 *Verbum,* generatio, *non solum ex generante, sed etiam ex generato constatur.*

3 *in Emphytheusi concessa simpliciter ad tertiam generationem, primus recipiens vti generatus ab aliquo constituendus est in prima generatione, eius verò filius in secunda, Nepos autem in tertia.*

4 *Et sic pronepotes tanquam representantes generationem quartam, remanent à vocatione tertiæ generationis euidenter exclusi. Et hæc opinio plurimorum, & grauissimorum DD.calculo approbata est, de quibus hic latè.*

5 *in Concessione emphytheusis, quando non adsunt pronomina eius, vel ipsius, primus acquirens congruè accipi potest pro prima generatione.*

6 *Contrahentium verba accipienda sunt, secundum naturam contractus quatenus fieri potest.*

7 *in Emphytheusis Ecclesiasticæ concessione fieri debet interpratatio, ne recedatur ab eius natura.*

8 *Emphytheusis Ecclesiastica non transit ad pronepotes.*

9 *sub Generatione ipsius recipientis non comprehenditur ipse recipiens.*

10 *Nam tunc ille considerari debet tanquam principiũ præscindens, & separatum à generationibus inuestitis, cum non possit sui ipsius esse principium.*

11 *in Emphytheusis concessione simpliciter facta ad tertiam generationem, existentia nepotum constituunt tertiam generationem, si post nominationem primi acquirentis, facta est explicita mentio filiorum, & nepotum.*

12 *Contrahentes, si aliquid voluissent ibi expressissent.*

13 *de Contrahentium voluntate manifesta, si dubitari non*

non potest, non nihil curandum de Doctorum altercationibus, & distinctionibus.

14 *Emphytheusis concessio, quando est facta pro se, filijs, & nepotibus, si dictum est vsque in ipsius tertiam generationem, sine copula, non includuntur pronepotes.*

15 *Emphytheusis concessio facta, pro se filijs, & nepotibus tantum, restringitur ad expresiè nominatos, & continet negationem, quo ad alios.*

16 *Dictionum taxatiuarum natura est excludere omnia, præter expressa.*

17 *Relatio est facienda ad dictum principale, non autem ad qualitatem.*

19 *Consuetudo non generaliter, sed in casu omninò simili, & in specie probanda est.*

20 *ad Obseruantiam inducendam sunt probandi actus omninò conformes, cum omnibus suis qualitatibus.*

21 *super Obseruantia fieri non potest fundamentum; quando vniformiter in omnibus casibus non fuit ita seruatum, sed aliquando etiam fuit obseruatum contrarium.*

22 *Dictio taxatiua*, tantum, *est omninò restrictiua, omnemque ampliationem excludit.*

23 *Instrumentum non potest recipere extensionem, stante solito contrahentium.*

DECISIO CCCLV.

RESOLVTUM iam fuerat in Inuestitura de qua agitur Pronepotes neque ex vi verborùm, neque ex consuetudine dici posse cōprehensos, vt ex duabus amplissimis decisionibus apparet, quæ die 27. Iunij 1629. & 18. Martij 1630. coram R. P. D. meo Merlino emanarunt, à quo de partium consensu fuit iam extrà Rotā hæc causa proposita: verùm cum pars quæ succubuerat huiusmodi resolutionibus adhuc non acquiesceret, Canonici Sancti Saluatoris in Lauro adiuere Signaturā Sanctissimi, & hanc eandem causam (iuxtà tamen Rotæ votum definiendam) A.C. committi obtinuerunt: ideòque cum ego super tali dubio Dominorum iudiciū exposcerem, placuit eis dictarum decisionum solidis inherere fundamētis, atque ita responderunt hanc emphytheusim ad fratres de Terminis Pronepotes primi Inuestiti nequaquam extendi.

Receptissima enim visa fuit opinio quod in
1 emphytheusi† maximè Ecclesiastica concessa ad tertiam generationē absque dictione, *eius*, vel *ipsius*, pronepotes non comprehendantur; itaut verbale illud nomen videlicet genera-
2 tio, quod non solum ex generante,† sed etiam ex generato conflari videtur, & vtramque significationem actiuam scilicet, & passiuam amplectitur in hoc casu passiuè tantum sumi debeat, vndè tot veniunt numerandæ generationes quot sunt personæ gradatim genitæ,
3 atque ita ipsemet † primus recipiens vti generatus ab aliquo constituendus est in prima generatione, eius verò filius in secunda, Nepos autem in tertia, & sic pronepotes tanquā representantes quartam generationem remanent à vocatione tertiæ generationis euiden-
4 ter † exclusi, hæc autem opinio fuit plurimorum, & grauissimorum Doctorum calculo approbata, qualis est *Bart.* relatus per *Bald.* qui eum sequitur in *Auth. si quas ruinas nu.4. C. de Sacros. Eccles.* idem *Bald. in Auth. defuncto nu.2. C. ad Tertull. Castr. in d. auth. si quas ruinas num.4. & in cons.338. num.1. lib.2. Anchar. in Clement.1. nu.8. de pœnis Imol. in l. quod dicitur nu.8. ante fin. vers. interdum conceditur, ff. de verb. oblig.* & ibidem *Alex. nu.22. ad fin. vers. item pato concludendum, & in cons.110. num.18. lib.3. Aretin. in §. adeo nu.3. Institutionibus de locato, Prepositus in cap.1. num.71. qui fœudum dare possunt, Soccin. cons.25. num.5. lib.1. Corn. consil.233. num.4. Iason. in l.2. num.166. C. de iur. emphyt. Crot. consil.25. num.7. lib.1. Gozzadin. consil.25. num.8. & num.17. Curt. Iun. tract. de feud. part.1. membr.2. nu.51. Purpurat. cons.484. nu.14. Gabr. tit. de iur. emphyt. conclus.4. num.1. & nu.4.* vbi de magis communi *Nicol. Bellon. cons.80. num.7. vers. non obstat nunc decisio, Cephal. cons.345. nu.12. vers. postremo, & cons.582. num.8. Gabr. cons.68. num.1. & seqq. lib.2.* vbi de communi *Cumia de fœud. success. verb. vsque numer.12. Simon de Pret. consil.88. num.3. Villalob comm. opin. verb. emphytheusis nu.50. Anton. Croff. cons.111. num.2. & seqq. lib.1. Honded. consil.54. num.12. lib.1. Menoch. consil.883. per tot.* vbi de magis communi opinione testatur, & rationes adducit respondendo cōtrarijs *Fab. Turret. cons.33. nu.18. & seqq. lib.1.* vbi de magis communi *Schrader. de fœud. part.7. cap.7. num.11. Hieronym. Papon. cons.87. & cons.88. per tot. Mart. de success. part.1. quæst.3. art.1. nu.11. Carolus Bardell. cons.48. n.4. lib.1.* vbi dicit esse veram, & communem opinionem *Ciriac. controu.23. num.30. Marescott. var. resolut. lib.2. cap.53. num.1.* vbi de communi, & hanc eandem opinionem sæpè amplexa fuit Rota, & signanter *coram Verall. decis.17. num.3. & decis.18. per tot. & decis.113. per totam part. 2. & in Farsen. Villæ Capreolæ 20. Maij 1592. coram bon: mem: Penia, & inter recent. decis.305. num.1, part.1. coram Reuerendiss. D. meo Decano*, in quibus omnibus decisionibus approbatur hæc opinio tanquam magis communis à qua nō fuit recessum *coram Greg. XV. decis.522. num.1. post med.*

Et differentia est inter hunc casum vocatæ generationis simpliciter, & casum quando fuit vocata generatio eius, vel ipsius, quia vt
5 patet ex supradictis, vbi non adsunt † talia pronomina primus recipiens congruè accipi potest pro prima generatione, cum ità ipse de natura verborum non cōtradistinguatur à generationibus vocatis in Inuestitura, & ideò intrat tunc regula accipienda esse verba con-
6 trahentium † secundum naturam contractus quatenus fieri potest, vt per *Surd. cons.43. n.32. & seqq. & Rot. coram Reuerendiss. D. meo Decano*
7 *decis.422. nu.6.* & per consequens † fieri debet interpretatio ne recedatur à natura emphy-
8 theusis Ecclesiasticæ quæ est, vt non † transeat ad pronepotes *§. emphytheusis, Auth. de non alien.* Verùm hęc ratio non applicatur quādo adest verbum, *eius*, vel *ipsius*, quia tunc manifestum videtur Inuestituram determinatè loqui de
9 generatione ipsius recipientis † sub qua idem recipiens contineri nequaquam potest: sed con-

cònsiderari debet tanquam principium præ-
10 scindens, ac † separatum à generationibus
Inuestitis cum non possit sui ipsius esse prin-
cipium, vndè meritò hos casus distinxerunt,
Bart. & Bald. cum cæteris suprà alleg. & egregiè
ponderatum fuit in *decis. R.P.D. mei Merlini* in
hac causa facta die 27. Iunij 1629. quæ Domi-
nis valdè placuit.

Hæc autem opinio quod per existentiam
11 nepotum tertia terminetur generatio, † tunc
facilius, ac sine difficultate procedit, quando
(prout in casu nostro) post nominationem
primi acquirentis facta est etiam explicita
mentio filiorum, ac nepotum, quamuis enim
in tali casu addita simul legãtur verba (vsque
in tertiam generationem) nihilominus cum
ante dicta verba non adsit dictio (&) vel alia
similis ampliatiua, intelligenda sunt demon-
stratiuè, seù expositiuè non autem extensiuè,
& sic vltrà gradus specificè in Inuestitura de-
scriptos non debent quoque extendi ad per-
sonas pronepotum ibi non nominatas; sed
restringenda suut ad ipsos filios, ac nepotes
12 dispositiuè, & singillatim expressos, † cum
facilè potuissent contrahentes, vel per apposi-
tionem particulæ, (&) vel per expressionem
vlterioris gradus semetipsos declarare si vo-
luissent in tertia generatione pronepotes etiã
esse connumerandos, vndè stante simili ex-
pressione nihil de Doctorum altercationibus
seù distinctionibus curandum videtur cum
13 de manifesta † contrahentium mente dubi-
tare non liceat cui in his terminis adeò esse
deferendum putarunt Domini cum *Paul. de Castr. d. cons. 338. nu. 2. lib. 2. vers. præterea Bartol.*
vt non obstantibus etiam pronominibus eius
14 vel ipsius, aut similibus adhuc † contra pro-
nepotes in hoc casu respondendum esse exi-
stimauerint tale enim, *Castr. consil.* sequuntur
Cephal. cons. 582. num. 14. & seqq. Onded. cons. 54. nu. 13. lib. 1. Gabr. cons. 68. nu. 6. lib. 2. Fab. Turret. d. consil. 33. num. 22. lib. 1. Maresc. var. resol. lib. 25. cap. 33. nu. 2. & seqq. Ambros. decis. Perus. 18. nu. 6.
Cum reliquis cumulatis in dd. R. P. D. mei
Merlini decisionibus.

15 Quibus rationibus pro exclusione † prone-
potum adductis, accedit demum ex abundan-
ti taxatiua dictio (tantum) in eadem Inue-
stitura apposita, cuius virtus est restringere
dispositionem ad expresè nominatos, & con-
tinere negationem quoad alios, vt in his ter-
minis dixerunt *addentes ad Alex. cons. 125. verb. distinguendum lib. 5. Vin. decis. 499. numer. 13.* est
16 enim † natura taxatiuæ excludere omnem
aliam personam preter expressam, vt per *Surdum cons. 403. num. 63. & seqq.*

Nec subsistere visum fuit hanc dictionem
taxatiuam referri posse qualitati masculinita-
tis, ab huiusmodi Inuestitura in successoribus
primi acquirentis requisitæ; nam indubitan-
ter debet referri verbis filijs, ac nepotibns,
17 & sic graduum designationi, † quæ stat ibi
principaliter, non autem qualitati masculini-
tatis quæ stat accessoriè iuxtà doctrinam *Bart. in l. fin. §. Titia in princ. ff. de libert. legat. cum concordantibus per Menoch. cons. 839. nu. 23.* & in his
terminis *Ruin. cons. 45. nu. 11. in fin. & seqq. lib. 1.*
cũ adductis in decisione huius causæ 18. Maij
1630. quibus concordat *Fusarij consilium 124. nu. 10.* atque ex his satis superque probatum
18 remanet † verba Inuestitura pro eorũ signi-
ficatu trahi non posse ad pronepotes.

Verùm neque etiam vigore consuetudinis
visum fuit licere pronepotibus hanc emphy-
theusim prætendere, cum Instrumenta, quæ
ad talem vsum probãdum exhibita fuere sint
19 inter se diuersa cõsuetudo † autem non pro-
batur per Instrumenta nisi contineant casum
omninò similem, & cum iisdem circumstan-
tiis, vt simili consuetudine probanda per alia
Instrumenta, latè aduertit *Natt. cons. 575. nu. 15. & seqq. Rot. decis 72. nu. 31. par. 2. diuers.* idemque
tradit *Mandell. cons. 353. nu. 16. Grat. discept. 767.*
20 *num. 9.* & generaliter quoad † inducendam
obseruantiam sunt probandi actus omninò
conformes cum omnibus qualitatibus. *Surd. cons. 313. num. 32.* vbi etiam *num. 33.* subiungit
21 non posse † super obseruãtia fieri fundamen-
tum, quãdo vniformiter in omnibus casibus
non fuit ità seruatum, sed aliquando etiam
fuit obseruatum contrarium concordant alij
latè cumulati per *Rot. d. decis. 72. num. 27. ad med. & seqq. part. 2. diuers.*

Quæ omnia tanto magis procedunt in casu
præsenti propter illãm supranotatam dictio-
22 ne taxatiuam (tantum) † quæ cum sit omni-
nò restrictiua omnem ampliationem exclu-
dit, itaut saltem ex hoc capite non possit hu-
23 iusmodi Instrumentum † recipere extensio-
nem per solitum contrahentium, vt benè de-
clarat *Ruin. cons. 74. nu. 7. & seqq. lib. 1.* sequitur
Cardin. Mantic. de tacit. & ambigu. lib. 3. titul. 9. num. 70.

Atque ità cum iam in dd. R.P.D. mei Mer-
lini decisionibus Doctissime, ac luculenter
extensis, omnia quæ in contrarium afferri
possent obiecta soluta omninò remanserint.
Canonicis tantum informantibus resolutum
fuit Inuestituram de qua agitur loqui non
posse de Pronepotibus, &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Locationis.

Luna 21. Iunij 1635.

ARGVMENTVM.

Domum, si quis locauerit primo vni, cum hy-
potheca omnium bonorum, & posteà alteri
eamdem pariter locauerit, cum prædicta hy-
potheca, & dato, quod iste secundus cõductor
sit in quasi possessione, seù detentatione Do-
mus, quæritur, quis eorum sit manutenendus.

SVMMARIVM.

1 *Conductor secundus, si detineat rem conductam potesi se tueri à molestijs conductoris anterioris.*
2 *Conductor, nullum ius reale acquirit in re locata.*
3 *Conductor habet solam actionem personalem contra Dominum rei locatæ.*

4 *Actio*

4 *Actio personalis numquam solet transire in successorem singularem.*
5 *Conductor non sibi, sed domino possidet.*
6 *Conductoris detentatio in re locata, potest reddere possessionem plenam, aut semiplenam.*
7 *Conductor ex causa suæ possessionis habet sua remedia possessoria, ne turbetur in ea detentatione.*
8 *Conductor habens anteriorem hypothecam in re cōducta, præfertur habenti posteriorem.*
9 *Hypotheca non potest extendi ultra terminos contractus, in quo apponitur.*
Locationis cōtractus non admittit in locatore aliam obligationem, quam ad præstandam patientiam in usu rei locatæ. num. 9.
10 *Actio ad interesse succedit pro mero facto.*
11 *Hypotheca, cum sit accessoria obligationi personali, non potest augere vires, & naturam eiusdem obligationis.*
12 *Conductor, si præter hypothecam, reperiatur etiam in possessione rei locatæ, potest in ea persistere, pro suo iure, & interesse, tanquam comprehensa sub eadem obligatione.*
13 *Quasi tùm demum, & non aliter quam per viam retentionis possit conductor, siue quicumque alias detentor resistere singulari successori.* & nu. 14.
15 *Bart. cautela in* l. 1. §. quod ait Prætor, ff. de superfic. *apposita in locatione, debet intelligi apposita pro faciliori exactione ipsius interesse.*
16 *in Manutentionis iudicio summarissimo quæritur solum de veritate facti, reseruata omni cognitione iurium, tàm in petitorio, quàm in possessorio plenario.*

DECISIO CCCLVI.

CONTENDEBANT super possessione domus ad usum officinæ Salgamariæ Lucas, & Franciscus occasione locationis, quam eorum vterque obtinuerat super eadem domo, & dubitatum fuit vtrum esset dandum mandatum de manutenendo Lucæ, qui licet esset posterior in conductione tamen actu retinebant possessionem eius officinæ siue potius mandatum de Euacuando Francisco cui primo apparebat factum fuisse Instrumentum locationis, & DD. pro Luca responderunt cum plurimum visa fuerit illi suffragari ea
1 detentatio ex qua dicebatur † esse in possessione domus conductæ, vt posset se tueri à molestiis primi cōductoris ex ratione *tex. in l. quoties, C. de rei vendic.* determinauit *Rot. in decis. 2. num. 3. de locat. in antiq.* & voluerunt *Alex. in consil. 122. num. 3. lib. 5. Soccin. Sen. cons. 25. nu. 3. & 7. lib. 4. Gomes. variar. resolut. lib. 2. cap. 2. num. 20. in secund. extensione, & reiecta contraria, Ias. in dicta l. quoties, de veriori opinione attestatur Purpur. in additione ad eundem limit. 13. sub num. 22.*

Et quidem visum fuit potiorem esse debere causam secundi huius conductoris, quia licet ille æque, ac primus nullum sortiretur
2 Ius reale in re locata, vndè neque † dicebatur propriè possidere, sed solum esse in possessione eiusdem rei quorum terminorum differentiam, benè declarat *Paulus in l. possideri, §. vlt. ff. de acquir. poss.*

Tamen poterat se defendere aduersus eundem primum conductorem in vim retentio-
3 nis, quia cum primus conductor † solum haberet actionem personalem contra Dominū rei locare nō poterat ea vti contra secundum conductorem ex natura eiusdem actionis,
4 quæ † nunquam solet transire in singularem successorem, *l. vltim. vbi etiam notant. DD. ff. de contrah. empt. §. in personam Instit. de action.* & considerauit *Rot. decis. 2. de locat.* cuius rationes amplexus fuit *Couarr. var. resolut. lib. 2. cap. 19. nu. 8. Gomes. var. resolut. cap. 2. lib. 2. nu. 20.* in loco superius addito: Et quamuis hæc etiam detentatio ob quam secundus conductor videbatur præferendus primo diceretur non posse producere hunc effectum neque respectu possessionis ciuilis, quæ nunquam fuit amissa à lo-
5 catore, vndè etiam erat quod † ille non dicebatur sibi possidere, sed Domino, *vt in l. si id quod, §. & per colonos. & l. qui vniuersas, §. quod per colonum, ff. de acquir. possess.* & notant vtrobique *DD. & in l. 1. C. comm. vsucapion.* tamen ea de-
6 tentatio potuit reddere † possessionem plenam aut saltem semiplenā, vt voluit *gloss. in §. quod autem ad eas res. instit. de vsucap.* quam tanquam singularem commendat *Angel. in l. si me in vacuam num. 2. ff. de acquir. possess. Ias. in l. traditionibus num. 23. C. de pact.* & ex causa eius possessio-
7 nis habebat † secundus hic conductor sua remedia possessoria ne turbaretur in ea detentatione, & declarat in proposito *Couarr. d. lib. 2. cap. 19. num. 8.* & tradiderunt *Menoch. de retinend. possess. remed. vltim. num. 18. & de recuper. possess. remed. 17. num. 21.* idem *Couarr. pract. cap. 17. nu. 5. Bald. in cap. licet causam num. 35. de probat.*

Nec visa fuerunt obstare, quæ dicebantur adhunc effectum de anteriori hypotheca, quam Franciscus videbatur habere super domo conducta cuius causa voluerunt aliqui
8 anteriorem † conductorem præferri debere posteriori, vt præ cœteris tenuit *Ias. in d. l. quoties nu. 28.* quem refert. *Gabr. decis. Lusitan. 130. nu. 2.* & voluit *Natt. in con. 261. num. 10. Cephal. consil. 718. num. 35.* Ea enim hypotheca non poterat extendi, vltrà terminos, & naturam
9 ipsius locationis, quæ † non admittit in locatore aliam obligationem, quam ad præstandam patientiam in vsu rei locare, *vt in l. ædem,*
10 *C. locat,* & ideò ad merum factum † pro quo succedit actio ad interesse, vt probat *text. in leg. fundum, cum l. seq. ff. loca,* & tradunt *DD. in l. stipulationes non diuiduntur, ff. de verb. obligat.* vbi *Bart. num. 40. gloss. in l. 2. §. vltim. ff. de verb. oblig.* Vnde occasione eius hypothecæ non poterat considerari in Francisco ius aliquod reale; tum propter rationem prædictam, tum quia
11 eadem hypotheca † tanquam accessoria obligationi personali non poterat augere vires, & naturam eiusdem obligationis, vt benè in proposito considerauit *Surd. consil. 331. num. 23. Negusan. de Pignor. 1. membr. 2. part. num. 7.* Non autem poterat hoc idem dici de Luca ad cuius fauorem se etiam obligauerat Dominus pro obseruatione contractus, & manutentione rei locatæ, quia cum præter hypothecam sub qua habebat generaliter obligata omnia bon-

bona locatoris reperiretur etiam in possessio-
12 ne domus locatæ poterat † in ea persistere pro suo iure, & interesse tanquam comprehensa sub eadem obligatione, vt declarat *Bart. in d. l. qui fundum, ff. locat. & in l. emptorem num. 2. C. eodem tit.* quasi tunc demum, & non alter,
13 quam † per viam retentionis possit cõductor siue quicumque alius detentor resistere singulari successori, *Alex. consil. 118. num. 20. lib. 5. Barb. cons. 36. num. 25. lib. 2.* vbi adhunc effectum approbat cautelam, quam tradit ibi *Bart. in Instrumento locationis* apponatur clausula. quod conductor ex nunc incipiat iure pignoris, & pro suo interesse possidere, sequitur *Couarruvar. resolut. cap. 15. num. 3.* qui conclusionem firmat etiam in terminis hypothecæ generalis quod etiam voluit *Surd. d. consil. 331. numer. 23. Rot. coram Gregor. decis. 68. num. 3.* & licet etiam
14 respectu Lucæ posset considerari † præstatio huius interesse loco ipsius facti, & patientiæ respectu vsus siue habitationis domus locatę, vt voluit *Salyc. in d. l. emptorem numer. 7.* quem refert. & sequitur *Barbat. d. cons. 36. num. 25.* vbi explicando ex illius mente doctrinam *Bartol.*
15 dicit cautelam ab eo traditam intelligi † debere appositam solum pro faciliori exactione ipsius interesse, & voluerunt *Couarr. & Surd. in locis superius adductis Rolan. cons. 6. num. 8. lib. 1. Soccin. Sen. cons. 29. num. 11. lib. 4.* Tamen non poterant hæc pertinere ad naturã huius Iudicij Summarijssimi manutentionis quod Lucas hodie prosequebatur, cum in eo solum
16 quæratur † de veritate facti reseruata omni cognitione Iurium, quæ possent alteri parti competere, tam in petitorio, quam in possessorio plenario, vt declarat *Menoch. in tract. de retin. possess. remed. vlt. num. 38. Neniz. consil. 81. num. 17.* & censuit *Rot. in decis. 41. num. 8. part. 1. diuersor. & coram Gregor. decis. 75. num. 14.* Prout neque pertinere hæc visa sunt ad Franciscum qui solum erat in causa, quia cum ratione locationis sibi factæ nullum haberet Ius reale in re locata non poterat offerre Lucæ id interesse, sed hæc oblatio solùm spectare potuisset ad Dominum ipsius domus, aut etiam ad alium singularem successorẽ in quem translatum fuisset Dominium eiusdem domus in quibus terminis quæstionem proponit *Bart.*, & alij *DD.* superius relati qui eum sequuntur. Et ita vtraque, &c.

REVERENDISS. P. D. COCCINO.

Sacræ Rotæ Romanæ DECANO.

Forosempronien. & Eugubina, seu nullius Emphytheusis.

Lunæ 16. Iunij 1636.

ARGVMENTVM.

In hac Magistrali decisione plura adducuntur circà absolutã Papæ potestatem in bonis Ecclesiasticis. Inuestitura emphytheusis, quando non extendatur vltra nepotes, non obstantibus deductis in decisione. Et multa habentur circà æquitatem, nec non pactum renouandi Inuestiturã emphyteusis finitæ agnatis. *Thema latè vide in decisione.*

SVMMARIVM.

1 *Inuestitura etiam durante, potest alium inuestire Dominus directus, de consensu vltimi comprehensi.*
2 *Inuestituræ omne ius euanescit per mortem vltimi comprehensi.*
3 *Inuestitura euanescit per mortem nepotum, si in ea non erant comprehensi proneptes.*
4 *Inuestituræ cum cõtineant dispositionem stricti iuris, strictè sunt interpratandæ.*
5 *Emphytheusis natura est, vt pro tribus personis regulariter concedatur, nisi aliud exprimatur. numer. 7.*
6 *§. Emphytheusim in Auth. de alien. & emph. videtur correctus in §. licentia, Auth. de alienat. & num. 41.*
8 *Papa tam iure proprio. tam praeueniendo, quam concurrendo cum Ordinario potest conferre bona Ecclesiastica.*
9 *Papa ratione supremæ potestatis qua omni Ecclesiæ præsidet potest res, & bona omnium Ecclesiarum Orbis administrare, & disponere pro libito suæ voluntatis. & num. 103.*
10 *Papa quicquid facit, videtur procedere ab ore Dei.*
11 *Papa, si quid faciat, detrahendo Iuri aliorum, tolerandum est.*
12 *Papa alienando bona particularia alicuius Ecclesiæ non vendit rem alienam, sed suam.*
13 *Papæ sunt omnes res Ecclesiarum quoad plenam & liberam potestatem.*
14 *sine Papæ auctoritate saltem tacita nullus Mundi, Prælatus de rebus Ecclesiæ facere nihil potest.*
15 *Papa, tanquam pater patrum cum omni Prælato in potestate iurisdictionis concurrit.*
16 *Papa potest infeudare non solum res Ecclesiæ Romanæ, sed aliarum etiam Ecclesiarum.*
17 *Papa de rebus Ecclesiæ potest quascumque personas inuestire etiam sibi coniunctas, & hoc maximè, quando concurrunt merita. num. 18.*
19 *Papa de bonis Ecclesiasticis Ecclesiæ potest disponere tam praeueniendo, quam concurrendo cum Ordinarijs.*
20 *Papa durante etiam inuestitura bonorum alicuius Ecclesiæ potest in casu deuolutionis praeueniendo, inuestire.*
21 *Papa in bonis Emphytheuticis Ecclesiarum est absolutus Dominus, & Administrator.*
22 *Papa in omnibus rebus, & bonis Ecclesiarum habet liberam potestatem.*
23 *Papæ authoritas vbi concurrit, cessat potestas inferioris.*
24 *in Inuestituris, verba, vsque ad tertiam ipsius generationis non possunt verificari, quoad primum acquirentem in quo prima generatio non potest verificari. & num. 26.*
25 *Generare se ipsum nemo potest.*
27 *Inuestitura, quando est concessa vsque ad tertiam ipsius inuestiti generationem completam, tunc in ea comprehenduntur etiam pronepotes.*
28 *Sed ista opinio procedit, quando facta est simpliciter*

ter concessio Titio, & suis descendentibus usque ad tertiam illius generationem completam.

29 Non autem procedit si specificè concedatur Titio, filijs, & nepotibus ad tertiã generationem absque copula, & quia tunc dicta verba stant demonstratiuè. & num. 30. & 31.

32 in Inuestitura, si voluisset comprehendere pronepotes, id expressisset, Dominus directus.

33 Inuestitus de aliqua emphytheusi vti generatus ab aliquo, constituit prima generatio.

34 Generatione 14. enumerantur apud Matth. cap. 1. ab Abraham usque ad David, & Abraham licet primus generans ponitur in prima, & sic habetur de alijs 14. num. 35.

36 Inuestitura aliqua quod comprehendat solum nepotes, & non pronepotes. id confirmari potest ex adminiculis, & coniecturis.

38 Scriptura vna pars aliam declarat.

39 Linea ascendentium capit initium à prima persona.

40 Emphyteusis Ecclesiastica iuxta formam antiquam, pro tribus dumtaxat personis, extensiuè ad solos nepotes, regulariter conceditur.

42 Contrahentes præsumuntur se voluisse conformare dispositionibus Iuris.

43 Inuestiturarum materia est stricti iuris, & in ea facienda est stricta interpratatio.

44 Dictio, tantum, habet, vim comprehensionis, quoad expressa solum.

45 Dictio, tantum, restringit etiam latitudinem verborum subsequentium.

46 Relatio debet fieri ad rem magis principalem.

47 Emphytheusis concessa usque ad tertiam personam. tunc incipit à primo acquirente, & terminatur in nepotibus.

48 Testes probant, quod inuestituræ fiunt usque ad nepotes, si deponant de consuetudine valida, ac declarata per actus repetitos, & vniformes.

50 Hieron. Gabriel fuit vir præstantissimus, & in Inuestiturarum negocijs maximè peritus.

51 Consuetudo patrocinantur, & extenduntur de loco ad locum, & maximè si sint secundum Ius.

52 Consuetudo Ecclesiæ vicinæ in materia concessionis emphytheusis deseruit pro adminiculo.

53 Prælati mens concedentis emphytheusim circa extensionem interpretatur ex stylo, obseruantia, & cõsuetudine Ecclesiæ.

54 Nepotum appellatione non veniunt pronepotes, quãdo voluntas concedentis repugnat.

55 Filiorum appellatione non veniunt nepotes, quando Testatoris, vel legis mens repugnat.

56 Nepotum appellatione non veniunt pronepotes ex tacita contrahentium voluntate. & num. 57.

58 Ius renouandi Inuestituram, quando non competat.

59 Papa in bonis Ecclesiæ emphytheuticis habet absolutam, & omnimodam potestatem.

60 Princeps supremus potest æquitati derogare.

61 Aequitas, quando est Iuris positiui potest per supremum Principem tolli.

62 Papa non ligatur æquitate renouandi Inuestituram finitam agnatis.

63 Renouatio deuolutæ emphytheusis quando denegatur non agitur de tollendo iure quæsito Agnatis, sed de præseruanda Iuris, legisque Ciuilis dispositione.

64 Emphytheusi finita, de Iure res ad ipsum Dominũ reuertitur.

65 Emphytheusis deuolutæ renouatio fiunt ex æquitate contrà regulas iuris.

66 Renouationis emphytheusis finita est æquitas exorbitans.

67 Aequitans traducto à greco vocabulo aliter Epitheiam DD. nuncupare consueuerunt.

68 Aequitas restringit, & moderatur rigorem Iuris.

69 Rigor Iuris, quando moderatur per viam interpretationis, in casu dubio pertinet ad Principis potestatem.

70 Aequitas aduersus legem vniuersaliter scriptam, videtur casum particularem respicere, tanquam supplens, vel corrigens defectum ipsius legis iuxtà Legislatoris.

71 Princeps in vno casu potest restringere, relaxare, ac moderare rigorem Iurrs, & non in alio ad libitum voluntatis.

72 de Bonis Ecclesiasticis quando agitur latius patet, & exuberat potesta s, & officium Summis Pontificis.

73 Princeps tunc multo magis potest derogare alicui æquitati, quando res ad suam naturam, & prima iuris principia reducitur.

74 Papa, quando ex iusta, & rationabili causa concedit alicui bona emphytheuti Ecclesiastica, sufficit ad effectum præuentionis, & concursus cum Prælatis.

75 Renouationi expiratæ emphytheusis derogatio, iusta causa esse potest quando supremus Princeps alteri, quam agnato concedit propter benemerita.

76 Meritorum causa dicitur iustissima, & rationabilis in concedente, etiam in materiam prohibitoria.

77 Alienari, & donari prohibita per tutorem rectè donantur, ac alienantur, vt fiat remuneratio benemeriti.

78 Princeps, qui alias non potest donare, neque alienare Terras suis Vassallis, id tamen poterit præstare causa remunerationis meritorum.

79 Meritorum probatio non est necessaria, quando sunt notoria.

80 Carolus Barberinus felic. record. Vrbani Octaui frater germanus fuit qui vita ipsam publicæ vtilitati consecrauit generosè.

81 Assertioni Papæ etiam in terris præiudicium standum est, si sit facta ex certa scientia, & motu proprio.

82 circa Benemerita assertioni ipsius Principis standum est. Amplia num. 84.

83 Princeps, vbi etiam se fundat in facto alieno, tunc præsumitur pro illius assertione, quamuis contrarium probari possit, & hoc maximè si motu proprio procedat.

85 Papa præsumitur voluisse derogare alicui dispositioni, ex concessione de sui natura præiudiciali.

86 Derogatio expressa non requiritur ubi constat de tacita.

87 Derogandi uoluntas satis deprehẽditur ex amplissimis clausulis derogatorijs.

88 Agnatis ius petendæ renouationis finitæ emphytheusis, procedit in emphytheusi per obitum vacante. Limita num. 89. & 90.

91 Ius æquitatis petendi renouationem finitæ emphyteusis concessum agnatis non est considerabile; cum non competat immediatè ex contractu. Amplia num. 92. & 93.

94 Agnati facto expresso possunt renuntiare æquitati reno-

renouationis finita emphyteusis.
95 *Actus vnicus non sufficit ad inducendam consuetudinem renouandi inuestituram agnatis.*
96 *Papa, si vult potest consuetudinibus derogare.*
ex Pacto, & conuentione, si quis nullo vnquam tempore ius reale, aut possessionem habuit, nihil suffragatur.
98 *Renouationis emphyteutis pactum factum cum agnatis, durante inuestitura, ante conditionis euentum, ac diem, nullum ius considerabile tribuit.*
99 *Iure suo, qui vtitur, nemini iniuriam facit.*
100 *Pactum factum cum agnatis, quoad renouationem finita emphyteusis, nullum dat ius in re, seu in bonis, sed solum actio personalis contra Dominum directum, ad factum, & num.104. & 110.*
101 *Pactis, & conuentionibus Papa si vult potest derogare.*
105 *Inferior non debet, nec potest ligare manus superioris, nec illi legem imponere.*
106 *Administratores Papa, dicuntur Episcopi, & alij inferiores Domini in bonis Ecclesiasticis.*
107 *in Contractibus quibuscumque, & promissione, ac fide etiam iurata semper intelligitur praeseruata authoritas superioris, & num.112.*
108 *Papa factum preualet facto omnium Episcoporũ.*
109 *Emphyteotica concessio tacitam uidetur habere conditionem, scilicet nisi emphyteota, & Domini consensu aliud disponat.*
111 *Ius suum, si quis non exercere potest, & facto superioris excusandus uenit.*

Decisio ista emanata in eadem causa sub die 16. Iunij 1636. coram bon. mem. Coccino, quæ allegatur in parte 8. recent. ad decis.39. in fin. est præsens.

DECISIO CCCLVII.

PAVLVS de Migdalburgo, Episcopus Forosempronieñ sub die 26. Decembris anni 1628. bona, de quibus agitur per se, suosque Successores & vice, & nomine d. Episcopatus &c. dedit, cessit, & concessit in emphyteusim, & iure emphyteotico dicti Episcopatus renouauit glor. mem. Eleonoræ de Gonzaga, Vrbini Ducissæ &c. stipulanti, & recipienti pro se ipsa, & eius filijs, & nepotibus masculis tantùm, & deficientibus masculis, prædictis: pro filiabus, & nepotibus masculis, & fœminis, ex se ipsa, de legitimo matrimonio descendentibus, per lineam directam, vsque in eius tertiam generationem, & personam completam &c. cum clausula, Ad hadum &c. & cum pacto expresso, quòd finita linea, dictæ res renouatæ, cum omni eorum melioramento, liberè in, & ad dictum Episcopatum reuertantur, & recedant &c. & tunc liceat, & licitum sit prædicto Domino Episcopo, vel eius successoribus &c. realem tenutam, & corporalem possessionem apprehendere, & retinere, sua propria auctoritate, absque alicuius Iudicis, vel Curiæ, aut Prætoris licentia, non obstantibus aliquibus legibus, statutis, constitutionibus &c. in contrarium disponentibus, vel loquentibus; quia sic inter ipsos factum extitit, & conuentum.

Anno autem 1534. die 6. mensis Iulij Federicus Fregosius, Archiepiscopus Salernitatanus, tunc perpetuus Commendatarius Monasterij S. Grucis Fontis Auellanæ, Ord. S. Benedicti, Eugubinæ, seù nullius Diœcesis, alia bona, de quibus agitur, ad idem Monasterium iure directi dominij, pertinentia, dedit, cessit, confirmauit, & renouauit eidemmet Eleonoræ, Vrbini Ducissę &c. stipulanti, & recipienti pro se, & ipsius filijs, & nepotibus, masculis, & fœminis, per directã lineam descendentibus, vsq; in eius tertiã generationem, & quartam, ad renouandum &c. cũ clausula, *ad haben. &c.* necnon expressa conuentione, quòd si quo tẽpore dictæ res renouatæ deuolutæ fuerint ad d. Monasteriũ, per lineam finitam &c. possint præfati Commendatarius, Sindicus, ac Procurator eiusdem Monasterij tenutam, & corporalem possessionem dd. rerum renouatarum accipere, & eas retinere, & fructuare, cum omni suo melioramento, eorum propria auctoritate, & prout sibi placuerit, & in emphyteusim concedere, sine licentia alicuius Officialis, vel Iudicis, aliquibus statutis, ordinibus, reformationibus, & constitutionibus in contrarium non obstantibus &c. quibus expresè renunciauit &c.

Eleonora ex Francisco Maria Duce suscepit Guidobaldum, ac Iulium Cardinalem, Guidobaldus procreauit Franciscum Mariam postremum Vrbini Ducem, qui Serenissima Victoria, ex Federico filio prædefuncto, nepte superstite, paucis ab hinc annis, decessit, necnon Virginiam, Isabellam, ac Lauiniam. Virginia, & Isabella sine liberis defecerunt. Lauinia autem, Vasti Marchionissa, susceptis filiabus Catherina Nouellariæ Comitissa, iam defuncta, necnon Isabella Pischariæ Marchionissa, ac Maria in Monasterio Pisaurensi S. Catherinæ Moniali professa, Sorore Maria Lauinia nuncupata, viuentibus, cùm post obitum pręfati Francisci Mariæ Ducis, tãquam vnica neptis, ex Ducissa Eleonora superstes, & sic in pręfatis duabus inuestituris cõprehensa, possessionis dictorũ bonorum emphyteoticorũ assequuta fuerit, eadem bona, & alia quęcunque, in supradictis inuestituris, & qualibet earum quomodolibet comprehensa, seù alias quomodolibet dependentia anno 1632. sub die sexta Maij cessit, transtulit, & renunciauit Sanctissimo D.N. pro quacumque persona, à Sanctitate Sua, ad eius beneplacitum, & liberam voluntatem, quandocumque nominanda, prout eodemmet anno 1632. septimo Kal. Iunii, Illustrissimum, atque Excellentissimum D. Thadæum Barberinum, Vrbis Pręfectum, & Prænesti Principem nominauit, eumdemque, præuia narratiua tenoris dictarum Inuestiturarum, & superexistentiæ dictarum Serenissimæ Victoriæ, Isabellæ, ac Sororis Mariæ Lauiniæ, Motu proprio, & ex causa benemeritorum, cum amplissimis clausulis derogatorijs, inferiores dictorum bonorum emphyteoticorum directos Dominos præueniendo, inuestiuit, vt in litteris, de quibus

bus in Summario num.8. Quas etiam litte-
ras, postmodum, subsequuto præfatæ Mar-
chionissæ Lauiniæ obitu, necnon omnia in
illis contenta, respectu dictę nominationis, &
Inuestiturarum, idem Sanctissimus, ipsomet
anno 1632. Idibus Iunii, confirmauit, & de
nouo, cum eisdem clausulis derogatorijs,
concessit, vt in Summario num.10.
Verùm cum Serenissimæ Victoriæ cuius
agentes ius, & possessionem D. Præfecti con-
trouertebant per sententiam Reuerendissimi
D. Vrbini Vicelegati, instante Illustrissimo
D. Alphonso Gonzaga, necessario defensore,
vti hærede Marchionissæ Lauiniæ latam,
fuerit pronunciatum nullum ius compete-
re, & nihilominus etiam præfata Isabella,
Piscariæ Marchionissa, & Soror Maria Laui-
nia, seù, illius nomine, Monasterium præten-
derent, Inuestituras Ducissæ Eleonoræ fa-
ctas adhuc post Lauiniæ Marchionissæ obi-
tum, ad sui fauorem durare, vel, ex illis, sal-
tem ius renouandi ipsis competere; Proinde-
que Sanctissimi D. N. concessiones non pos-
se ipsis præiudicare. Causa mihi commissa,
dubitaui, An Inuestituræ Apostolicæ Do-
mino Præfecto suffragentur. Cuius dubij re-
solutio, iuxta prætensiones, superius proposi-
tas, pendet à duabus principalibus inspectio-
nibus, quarum prima est; An Inuestituræ,
Ducissæ Eleonoræ olim factæ, expirauerit, vel
potiùs adhuc durent ad fauorem dictarum
Isabellæ Marchionissæ, & Sororis Mariæ La-
uiniæ. Altera, An ex eisdem Inuestituris cō-
petat ius aliquod renouandi;
Quantum attinet ad primam inspectionem
visum fuit Dominis expirasse Inuestituras;
cum contineant solam concessionem pro
Ducissa, filijs, & nepotibus. Quo casu, tam
per cessionem, seù renunciationem, quàm
per obitum dictæ Marchionissæ Lauiniæ, tan-
quam posterioris Eleonoræ Ducissæ neptis, &
sic vltimę comprehensæ, nullis alijs supersti-
tibus, dictæ Inuestituræ expirarunt. Per ces-
sionem quidem, seù renunciationem præfa-
1 tam; cum Prælatus possit, † durante adhuc
Inuestitura, alium inuestire, de consensu vlti-
mi compreusi, *Bald. cons.431. in fin. vers.6. & vltimo, lib.2. cum aliis per Caldas. de iure emphyt. lib.1. quæst.5. num.3. versic. de consensu tamen*, &
tamen conferunt notata per *Valasc. de iure em-
phyt. quæst.28. num.24. vers. in emphyteusim*. Per
obitum etiam; cum Ius omne, competens
2 ex † dictis Inuestituris, euanuerit, tanquam
limitarum ad solos nepotes, saltem tacitè;
3 cùm de pronepotibus † nullam dictæ Inuesti-
turæ faciant mentionem, *Clar. §. emphyt. qu.42.
vers. aliquando est concessa in tertiam, Castr. cons.68
circa med. vers. similiter etiam, & cons.338. n.1. lib.2
Corn. cons.219. nu.11. lib.2. Socc. cons.25. nu.5. & 6.
lib.1. Ceph. cons.582. n.1.* Qui postremi Doctores
mouentur ex eo, quòd; cùm huiusmodi In-
4 uestituræ contineant † dispositionem stricti
Iuris, strictè sunt interpretandæ, *leg. quicquid
astringendæ, ff. de verb. obligat.* Quæ interpretatio
tanto magis admittenda est; cum sit consona
naturæ ipsius emphyteusis, quæ regulariter
5 pro tribus personis conceditur, *vt in §. emphy-
teusim; in Authen. de non alien. & pemutat.* Cuius
6 dispositio † non videtur correcta *in §. licentia,
in Auth. de alienat. & emphyt.* nisi quando em-
7 phyteusis expresè conceditur, † in perpetuū,
vel vsque ad pronepotes inclusiuè, vt bene, &
eleganter aduertit *Rota in causa Assisien. Emphy-
teusis 27. Iulij 1629. coram R. P. D. meo Merlino.*
Hinc inferendo ad resolutionem dubij, de
quo agitur, An, scilicet, Inuestituræ Aposto-
licæ Excellentissimo D. Principi Præfecto
suffragentur, appositè sequitur, quod, quem-
admodum in prędictis casibus, potuissent Do-
mini directi, inferiores, de dicta emphyteusi,
sic deuoluta disponere, multò magis idem
8 facere potuerit; & quidem † iure proprio,
Sanctissimus D. N. tàm præueniendo, quàm
concurrendo cum eis, *ad text. in cap. dudum; cap.
quamuis, & cap. si à Sede, de præben. in 6. Clem.1.
vt lit. pend. Baldus qui loquitur de infeudatione, in
præiudicium Domini inferioris, in cons.233. num.1.
& 2. vol.3.* & in contractu locationis, in quo
Papa præuenit inferiorem, latè, ac eleganter,
in cons.24. per tot. vol.2. vbi num.1. dicit, quòd
9 Papa, ratione supremæ † Pontificalis poten-
tiæ, & potestatis, qua omni Ecclesiæ præsidet,
potest res, & bona omnium Ecclesiarum Or-
bis administrare, & disponere, pro libito suæ
voluntatis. Præsertim subsistentibus causis,
10 ita vt, quod fit ab eo, † videatur procedere
ab ore Dei; Ideoque tolerandum, si quic-
11 quam facit, detrahendo † de iure aliorum, &
benè etiam *in cons.175. num.2. vers. præterea hic
Dominus Papa, eodem vol.2.* vbi in fortioribus,
quòd Papa, alienando bona particularium
12 Ecclesiarum, † non vendit rem alienam, sed
suam; nam omnes res Ecclesiarum sunt ip-
13 sius, † quoad liberam, & plenam dispositio-
14 nem: † & nullus Prælatus Mundi, potest ali-
quid facere sine auctoritate, saltem tacita Pa-
pæ, qui tanquam Pater Patrum cum omni
15 Pręlato † in potestate iurisdictionis concurrit,
*vt notat Io. Monach. in cap. si eo tempore, de elect. in 6.
Corn. cons.343. num.2. vers.2. & fortius, vol.1. Sta-
phil. de lit. grat. vers. post hæc, num.6. Fortun. Garz.
de vltim. fin. Iuris Can. & Ciuil. num.15. Iordan. de
Roman. Sed. orig. cap.12. num.20. Franc. Varg. de au-
ctoritate Pontif. cofirm.7. num.3.* & quod Papa
possit infeudare non solum res Ecclesiæ Ro-
16 manæ, † sed aliarum etiam Ecclesiarum, ita
vt concurrat cum omni Prælato, firmant
*Bald. in cap.1. num.2. vers. qui potest, vbi etiam Ias.
num.5. Afflict. num.6. vers. quod Papa, cum numer.
seqq. Præposit. num.9. de his, qui feud. dare posse, Ge-
min. cons.14. num.2. & 3. Bald. cons.95. num.2. lib.3
Castr. cons.414. nu.1. vers. item, vt alibi dicit, lib.1.
Card. cons.92. num.1. versic. quoad secundum, Curt.
iunior de feud. parte 1. secundæ partis quæst.11. n.3.
Felin. in cap. ad audientiam, nu.2. de præscript. quem
cum alijs refert Redoan. de reb. Eccles. non alien. qu.7.
num.1. Intrigliol. de feud. centur.1. quæst.53. n.108.
& seqq. Schrader. de feud. quæst.4. cap.2. num.4. Pe-
regrin. de iur. Fisc. lib.1. tit.3. num.38. & 90.* vbi
17 quod potest inuestire † quascumque personas
etiam sibi coniunctas. Præsertim si iusta, ac
rationabilis causa concurrat, qualis est illa,
quæ

18 quæ vt inferiùs † dicetur, in Excellentissimo D. Principe Præfecto, exuberat, simulque expressa est Excellentia meritorum, *Bald. in l. cum multa, num. 2. vers. Papa, C. de bonis, quæ liberis*, & benè *Parisi. cons. 23. num. 251. lib. 1. Redoan. de rebus Eccles. non alien. quæst. 2. num. 63. Afflict. in dicto cap. 1. num. 19. de his, quæ feud. dare poss. & innuit Alex. cons. 3. num. 8. vers. vnde dicit, volum. 5.*
19 & in specie, quòd de bonis † emphyteoticis Papa possit disponere, tàm præueniēdo, quàm concurrendo cum Ordinarijs, *Caldas. de iure emphyt. lib. 2. cap. 21. num. 58. & lib. 4. cap. 15. nu. 55. Gabr. cons. 30. num. 8. & seqq. vol. 1. Parisi. cons. 24. num. 12. vol. 4.* & quod, etiam durante Inuesti
20 tura, possit Papa † in casu deuolutionis, præueniendo inuestire, *Rota decis. 644. nu. 11. par. 2. recent.* cum in ipsis bonis emphyteoticis Ec
21 clesiæ, sit absolutus † Dominus, & administrator, *Seraph. decis. 45. num. 4.* quemadmodum est
22 in omnibus alijs rebus, & bonis Ecclesiæ, † in quibus habet liberam potestatem, *Rota dec. 11. num. 7. par. 2. recent.* Hinc in his terminis, dici
23 mus, quod vbi † Papæ concurrit auctoritas, cessat potestas inferioris, *idem Seraph. decis. 580. num. 1. & decis. 1027. num. 8.*

Nec præfatæ bonorum deuolutioni, superiùs firmatæ, obstare visa sunt verba dicta
24 rum † Inuestiturarum, ibi, vsque ad tertiam ipsius generationem, quæ, cùm non possint referri ad primum acquirentem, in quo dicta generatio non potest verificari; cum nemo
25 generet † seipsum. Propterea operantur, vt prima generatio incipiat à filijs, secunda continuetur in nepotibus, & tertia in pronepotibus finiatur: Iunctis præsertim dictione, vsque
26 pronomine, † ipsius, ac verbo, completa, de quo in prima Inuestitura. Ideoque ad hodiernam dictarum Inuestiturarum durationē & successiua dictarum Marchionissæ, Isabellę,
27 & Sororis Mariæ Lauiniæ pronepotum, † in præfatis Inuestituris comprehensionem, intret doctrina Bart. quam expendit, *Bald. in authen. si quas ruinas, num. 4. versic. aut Instrumentum dicit, C. de sacrosanct. Eccles. Soccinus senior con. 25. nu. 3. & 4. volum. 1.* & passim admittit *Rota dec. 220. per tot. par. 4. diuers. & in recent. coram me, in decis. 305. numer. 1. & seqq. par. 1. & decis. 221. num. 1. par. 3. & decis. 407. num. 2. par. 4.* Prout etiam apud *san. mem. Gregor. decis. 522. num. 11.* Quia, pro resolutione huius obiecti, considerarunt Domini, quod sententia Baldi cum cæteris,
28 quæ † in obiecto ponderantur, possunt procedere, quando facta esset simpliciter concessio Titio: vel Titio, & suis descendentibus, vsque ad tertiam illius generationem completam. Non autem quando procedit expressa determinatio, seù designatio personarum, quibus specificatim conceditur, prout in casu nostro,
29 in quo prius Ducissa acquisiuit specificè, † ac determinatè pro se, filijs, & nepotibus, additis immediatè verbis, ad tertiam generationem; quæ propterea hoc casu, in quo deficit
30 vlterius copula, &, † stant demonstratiuè, nō autem augmentatiuè, ad personas expressas, tanquam cōstituentes tertiam generationem, paternam, vel pulcherrimè aduertit *Castrens. d. cons. 338. num. 2. lib. 2. idem Soccin. d. cons. 25. nu. 4. vers. licet secus, cum pluribus seqq.* qui licet *sub num. 3.* dicat articulum esse dubium. Attamen inferius sub num. 28. vers. ex persona hæredis, residet in hac opinione, vt aduertit *Simon de Pret. cons. 2. num. 3. lib. 1.* quam etiam admittunt *Cephal. cons. 582. num. 13. & 14. lib. 4. & cons. 585. num. 8. lib. 2. Honded. cons. 54. num. 13. lib. 1. & consil. 32. num. 38. & 41. lib. 2. Turrett. cons. 33. nu. 22. Simon de Pretis d. cons. 2. num. 3. in fine, & num. 4. & cons. 20. num. 13. & cons. 88. num. 24. vers. præterea, lib. 1. Modern. Bononiensis var. resolut. cap. 53. nu. 2. lib. 2. Ambrosin. decis. Perus. 19. num. 5.* Prout hanc opinionem passim sequitur etiam Rota, vt subobscurè in *decis. 112. per totam, apud Verall. & clarius in Perusina emphyteusis 20. Martij 1628. coram R. P. D. meo Dunozetto, & in Assisien. emphyteusis 27. Iunij 1629. coram R. P. D. meo Merlino,* in qua benè fuit ponderatum, quod Castrensis in hoc dicto à nemine reprobatur, & quod
31 verba illa, vsque † in tertiam ipsius generationem, ne contrarientur antecedentibus, debent exponi, pro recipiente, eiusque filijs, & nepotibus, & si Prælatus voluisset comprehē
32 dere etiam pronepotes, † quemadmodum filios, nepotesque expressit. Quæ fundamenta reassumuntur etiam in eadem *Assisien. coram præfato R. P. D. meo Merlino 18. Martij 1630. & coram R. P. D. meo Macchiauello 2. Iunij 1635.* &
33 iuxta hunc intellectum, Pater, † vti generatus ab aliquo, dicitur in prima generatione, passiuè suscepta, filius in 2. & nepos in 3. sic gradatim progrediendo, *c. parentelæ 35. quæst. 5.* & præcæteris est optimus textus, & quidem Euangelicus apud *Matth. cap. 1.* vbi enumerando quatuordecim generationes, ab Abraham
34 vsque ad Dauit, Abraham quidem licet † primus generans, ponitur in prima generatione, Isaac in secunda, & sic gradatim vsque ad Dauid, existentem in 14. generatione: Idemque habetur etiam de alijs 14. generationibus, in
35 quibus primus † generans ponitur semper in prima generatione, vt in his terminis doctè aduertit *Simon de Pret. d. cons. 20. n. 16. & cons. 88. num. 8. & ante num. 17. & num. 24. lib. 1.*

Verùm quatenus conclusio ista, quæ apud Dominos, pro indubitata habebatur, aliquam pati posset dubietatem, consideratum fuit, illam de plano, & absque difficultate aliqua, procedere in casu isto, in quo concurrunt, ad
36 illius † confirmationem, adminicula, & coniecturæ, ex ipsa contrahentium voluntate desumptæ, quas etiam in similibus terminis exquisiuit, aliàs *Rota. vt apud Seraphin. decis. 1362. num. 2. vers. & hanc conclusionem, & in decis. 6. n. 4. in recentis, alias par. 5. recent.*

Prima desumitur ex interpretatione, quam insinuat subsequens clausula, ad habendū &c. in qua, dùm datur facultas comprehensis in Inuestitura, vtendi, fruendi &c. d. facultas
37 expressè, † ac nominatim conceditur Ducissæ, filijs, & nepotibus, signum euidens, quod de illis solis, ità sæpius expressis, fuit cogitatum, vt in puncto aduertit *Simon de Pretis dicto cons. 20. num. 11. post med. vers. id clarius lib. 1.* Re
38 gula est enim, quod vna pars † scripturæ aliā decla-

declarat, vt in proposito arguit *Soccinus iunior conf. 14. num. 8. verf. 4. quod filij, vol. 4.* & aduertit *Rota decis. 499. num. 3. & 4. par. 3. recent.* & innuit in eadem *Perusina emphyteusis 20. Martij 1628. coram R.P.D. meo Dunozetto.*

Secunda elici potest ex verbis illis, per lineam directam, arguendo, quòd quemad-
39 modum linea sumit † initium à primo acquirente, idem etiam contrahentes verisimiliter senserint, de proximo verbo, generationem, ità vt, idemmet primus acquirens in ea debeat computari, tanquàm principium generationis, vt animaduertit *Simon de Pretis dicto consil. 2. num. 4. & seqq. & consil. 88. num. 9. lib. 1.* quem sequitur *Honded. d. cons. 32. nu. 42. lib. 2.*

Tertia deducitur ex natura, ac qualitate
40 emphyteusis † Ecclesiasticæ, quæ sicuti, iuxta formam antiquam, pro tribus dumtaxat personis, extensiuè ad solos nepotes, regulariter conceditur, *vt in d. §. emphyteusim, iuncto etiam, §. quia verò Leonis, & §. neque illud, ac §. alienationis, in Auth. de non alien. Anchar. cons. 134. in princ. Anan. cons. 184. num. 4. Natt. cons. 3. num. 12. Ruin. cons. 15. num. 7. lib. 1.* Quæ forma non fuit
41 correcta † *in §. Licentia, in Auth. de alien. & emphyt.* vt superius ponderatum fuit ex *decision. Assisien. coram R.P.D. meo Merlino*, Ità etiam præsumendum est, vt concedens huic formæ
42 se † conformare voluerit, vt in puncto considerant *Castr. sæpius alleg. cons. 138. num. 1. libro 2. Soccin. dicto cons. 25. num. 5. vers. item quia, libro 1. Simon de Pretis dicto cons. 88. nu. 3. & seqq. Puppon. cons. 86. num. 3. Menoch. cons. 883. num. 3. & 4. Cephal. d. cons. 582. num. 12. & 17. lib. 4. Gabr. cons. 68. num. 2. lib. 2.* Quam coniecturam passim quoque amplectitur *Rota, vt in præfatis Perusina emphyteusis 20. Martij 1628. coram R. P. D. meo Dunozetto, & in Assisien. emphyteusis 27. Iunij 1629. coram R. P. D. meo Merlino, & in eadem 2. Iunij 1635. coram R.P.D. meo Macchiauello*, Quę præ-
43 sumptio tanto magis ex eo, † quòd, cùm agatur de materia stricti iuris, vt firmat *Valasc. de iure emphyt. quæst. 5. num. 7. & 8. & quæst. 28. ante num. 22.* facienda est stricta interpretatio *l. quicquid adstringendæ, ff. de verbor. obligat.* & in puncto considerat Castrens. & Soccinus locis prędictis.

Quarta coniectura, respectu inuestiturę Forosempronien̄, colligi etiam potest ex taxatiua dictione illa, tantùm, immediatè adiecta verbis illis, ibi, pro se, & nepotibus masculis,
44 tantùm, quæ † dictio, cùm vim comprehensionis restringat ad personas, specificatas, & sic ad solos nepotes, ad *textum in l. Iulianus, & l. non tantùm, ff. de petit. hæred. Rimin. iunior consil. 257. num. 33. & 34. Caldas. de iure emphyt. lib. 1. qu. 11. num. 15. Surdus decis. 291. num. 19. Rota decis. 600. num. 7. & decis. 740. num. 4. par. 2. recent.* vtrique
45 interpretatur, † & restringit etiam subsequētem latitudinem verbi, generationis, ad solos nepotes, vt benè *Adden. ad Alex. cons. 125. in littera B. in fin. vol. 5. Vinian. decis. 499. nu. 13. Surd. cons. 403. num. 63. Rota decis. 499. num. 4. par. 3. rec.* & ponderatum fuit *in d. Assisien. emphyteusis 18. Martij 1630. coram R.P.D. meo Merlino*, in qua fuit vlterius ingeniosè animaduersum, quòd eadem dictio, tantùm, non stat relatiuè, ad proximam qualitatem masculinitatis, il-
46 lic accessoriæ. Sed restrictiuè, † ad latitudinem tertiæ generationis, tanquam magis principalis, prout fuit etiam eleganter deductum *in eadem Assisien. 2. Iunij 1635. coram R. P. D. meo Macchiauello.*

Quinta coniectura, respectu eiusdemmet Inuestituræ Forosempronien̄, desumi potest, ex verbo illo, personam, quod, sicuti opera-
47 tur, vt emphyteusis† concessa ad tertiam personam, incipit à primo acquirente, & terminetur in nepotibus; Ita etiam præstare potest congruam declarationem verbo, generationis, vt in puncto considerat *Gabr. cons. 68. nu. 4. lib. 2.* & benè *Simon de Pret. d. cons. 2. nu. 10. vers. 2. etiam corruit, cum seq. lib. 1.*

Sexta tandem, & vltima, quæ ponderata fuit ex abundanti, elicitur ex consuetudine, & obseruantia, sic interpretandi Inuestituras istarum Ecclesiarum, pro cuius probatione, respectu Ecclesiæ Auellanæ, concurrunt, non solùm duo testes, formiter examinati, in Sum-
48 mario num. 11. qui benè probant; cùm † deponant de consuetudine valida, ac declarata, per actus repetitos, & vniformes, ac etiam de publica voce, & fama, iuxta tradita per *Rotam in causa Farfen. Villæ Caprolæ 12. Februarij 1593. bon. mem. Penia, quæ est decisio 518. numer. 2. par. 4. diuers.* Sed etiam accedit attestatio olim facta Iuris Consulto, Attilio Rugerio, cuius meminit *Rimin. iunior. cons. 257. num. 26. vol. 3.* Qui-
49 nimmò concurrunt † vlterius consuetudines finitimarum Ecclesiarum, Senogallien̄, & Vrbinaten̄, de quibus attestatur *Gabr. cons. 88. n. 4.* vbi dicit, *à iudicatum, & obseruatum, & consil. 90. num. lib. 1. & cons. 68. num. 6. lib. 2.* cui tanquā
50 viro præstantissimo, † & in huiusmodi negotiis maximè perito, credendum esse, in hoc, firmat *Cephal. d. cons. 582. num. 22. lib. 4.* prout eum sequitur idem *Rimin. iunior dicto cons. 257. num. 27. & 28.* Quæ quidem consuetudines pa-
51 trocinantur, & extenduntur de † loco ad locum, vt per DD. relatos per *Rimin. d. num. 28. & 29.* Maximè cum non sint contra Ius; sed conformes dispositioni Iuris, vt in voto *bon. mem. Cardinalis Camlerij, & Patriarchæ Manzanedi, emanato in causa Senogallien̄ Castrorum inter postremum Vrbini Ducem, & Marchionem de Ruere, in Summar. numer. 12.* cuius etiam meminerunt *Addentes ad secund. Gregorium decis. 522. n. 20. in fine*, in quo voto ponderatum fuit, quòd,
52 quicquid sit, an consuetudo Ecclesiæ vicinæ patrocinetur, ad minus deseruit pro adminiculo. Respectu verò Ecclesiæ Forosempronien̄ benè intrat proximè ponderata ex consuetudine vicinarum Ecclesiarum. Ideoque firmata prædicta consuetudine, optimè procedit vulgaris conclusio, quòd mens Prælati
53 concedentis, † circa extensionem, interpretatur ex stylo, obseruantia, ac consuetudine Ecclesiæ, *Bald. in d. Auth. si quas ruinas, num. 4. versic. credo in hoc, C. de sacros. Eccles. Soccin. d. conf. 25. num. 8. lib. 1. Iason in l. 2. num. 66. C. de iure emphyt. Alex. cons. 125. num. 4. & 5. lib. 5. Gabr. d. cons. 88. num. 4.*

num.4. & consf.90.num.1.lib.1. & consf.68. num.6.
& 7. lib.2. Rimin. iunior d.consf.257.& seqq. Hon-
ded.alleg.cons.54.num.10.lib.1. Turrett.d.consil.33.
num.2. Cephal.praecit.consil.582.numer.2. Simon de
Pretis cons.20.nu.2. Mantica de tacitis lib.22.tit.25
& 28. & alios concordantes cumulat *Caldas.*
de iure emphyt. lib.1.quaest.9.num.15. Ambrosin.de-
cis. Perus. 19. num.7. & obseruauit etiam *Rota*
in causa Farfeñ Villae Caprolae 20. Maij 1592. corā
bon. mem. Penia, & in eadem 12. Februarij 1593.
coram eodem, quae est decis.518.num.4. par.4.diuers.
prout etiam *in praallegat. Assisien emphyteusis 8.*
Martij 1630. coram R.P.D.meo Merlino.

Ex quibus etiam apertissimè liquet, non
esse discutiendum fundamentum illud con-
trariæ opinionis, an scilicet, iuxta *Ruin. in con-*
sil.166.num.8.lib.1. & alios,quos refert *Mantica*
de tacit.lib.22. tit.25. num.26. vers.praeterea, appel-
latione nepotum, veniant pronepotes; quia, quic-
54 quid sit,an in contractu stricti Iuris † veniant
planè constat, in casu isto, venire non posse
cum repugnet concedentis voluntas, quæ
abundè ex ponderatis elicitur. Prout in simili
videmus appellatione filiorum, nepotes non
55 venire; † quando Testatoris, vel legis volun-
tas resistit, *Menoch.cons.215.num.47. & praesum-*
ption.94.num.2.lib.4. Mantica de coniect.lib.8.tit.8.
num.8. & in terminis istis, quòd appellatione,
56 nepotum, † non veniat pronepotes, ex tacita
contrahentium voluntate, tenuit *Castren. dicto*
cons.338.d.num.1.lib.2. Corn.cons.122.nu.19.lib.2.
qui firmat, tunc non venire, quando constat
57 de † voluntate contrahentium, *Simon de Pretis*
d. cons.20.num.11. iuncto num.9. lib.1. Ambrosin.
in d.decis.19.num.3.& 4.

Quantum attinet ad principalem secundam
inspectionem,an, scilicet prædictis Marchio-
nissæ Isabellæ, ac Sorori Mariæ Lauiniæ, ex
præfatis Inuestituris, competat hodie Ius ali-
58 quod renouandi, DD.responderunt, Ius nul-
lum competere; Aut enim deducunt præfa-
tus Ius, ex æquitate, aut ex conuentione, ad
tradita per *Bald.in Auth. si quas ruinas,num.5. &*
seq. de sacros. Eccles.

Et quantum attinet ad æquitatem, de qua
Bart.in l.1.§.permittitur, ff.de acq.quot.& astiu. cū
ex superiùs deductis,certissimū sit, Papam in
59 bonis † Ecclesiæ emphyteoticis habere abso-
lutam, & omnimodam potestatem, facilè re-
spondetur quòd Sanctiss.D.N.tanquam Prin-
60 ceps † supremus, potuit, & voluit huic æqui-
tati derogare. Potuit quidem; † quia cùm
61 huiusmodi † æquitas sit Iuris positiui, potest
per supremum Principem tolli, *Gemin. in con-*
sil.53. in princip. vers. quaedam est potestas suprema,
Abbas cons.84.num.3. & seqq. lib.1. Verall.dec.62.
num.6. & decis.316.num.3. part.2. Mohed.decis.5.
de sent.& re iudic. Rota decis.666.num.3.par.4. di-
uers. & decis.687.num.8. part.2.recentior. & facit
etiam *Alex.cons.2.num.20. lib.1. Card. in cons.85.*
num.2. vers. respondeo, Iason cons.227. num.45. &
seqq. vol.2. & in puncto tenuit *Paris. consil.23.*
n.250.vol.1. quem refert & sequit. *Gabr.de iur.*
emphyt. conclus.1. num.22. Rosental. de feud. cap.7.
conclus.24. numer.24. vbi gloss. in littera T. Rouitt.
cons.79.num.48. Valasc.de iure emphyt. quaest.3.n.9.

& benè *Rota in causa Clusinā Postae 20. Martij*
1615. coram R. P. D. meo Pirouano, quae est dicta
decis.664. num.9. par.2. recent. vbi quòd Papa
62 non ligatur † huiusmodi æquitate. Quæ con-
clusio tantò facilius in casu nostro procedit;
primò quia in deneganda deuolutæ emphy-
phyteusis renouatione agnatis, non agitur de
tollendo Iure, ipsis agnatis quæsito, ex dispo-
63 sitione iuris, seu legis ciuilis: sed imò † de
præseruanda Iuris, legisque ciuilis dispositio-
ne, secundum quam, finita emphyteusis con-
64 cessione, † res ipsa ad Dominum reuertitur,
ex regul. text.in l.ne cui, & l.legem, C.locat. & leg.
dudum, C. de contrah. empt. Itaut propterea di-
65 cantur huiusmodi renouationes, † ex æqui-
tate, contra iuris regulas procedere, *Caldas. de*
iure emphyt.lib.1.quaest.7.num.28. & quaest.9. nu.1.
66 vbi æquitatis istius decisionem,† exorbitantē
appellat. Ideoq; licet per d.æquitatē quā tra-
ducto à Græcis vocabulo aliter *Epicheiam* DD.
67 nuncupare consueuerunt, dicatur † restringi,
vel moderari rigor Iuris, *Laym.in Theol.Moral.*
lib.1. tractat.4. cap.19. in princip. & num. seqq. &
68 quidem per viam interpretationis, quæ † in
casu dubio pertinet ad Principis potestatem,
l.1. C.de legib. in quo propriè dicitur dispen-
satio, *Salas.de leg. disput.20. sect. prima, numer.3.*
vers. si verò probabiliter. Attamen, quemad-
modum dicta æquitas, aduersus legem, vni-
uersaliter scriptam, videtur casum particula-
69 rem respicere, † tanquam supplens, vel cor-
rigens defectum ipsius legis, iuxta mentem
legislatoris, vt ex *Arist. 5. Ethicor. cap.10. &*
D. Thom. 2. 2. quaest. 120. à 1. deducunt Salas. d.
tract.14. quaest.94. disput.5. sect.10.num.68. versic.
nota tamen, & Laym. d.cap.19. num.2. Ita Prin-
70 ceps potest restringere, † relaxare, ac mode-
rare in vno casu, & non in alio, ad libitum
suæ voluntatis, *Salas.vbi supra d.num.68.versic.*
nec semper peccabit Princeps, Vnde id maximè
videtur admittendum, in casu isto, in quo,
71 cum agatur de bonis Ecclesiasticis, latius pa-
tet, & exuberat,ex superius deductis,potestas,
& officium Summi Pontificis,in concedenda
derogatione, per quam res ad suam naturam,
72 & † prima iuris, vt dictum est, principia re-
ducitur,argumēto *text.in l.penultima,ff.de iust.&*
iur.l.si vnus, §. pactus non peteret, vers. quod, & in
specie, ff.de pact. & in similibus terminis huius-
modi argumēto vtitur *Rum.cons.45.n.20.lib.1.*
Secundò, quia in Domino Præfecto exuberat
iusta, & rationabilis causa excellentiæ meri-
73 torum, † per Summum Pontificem, potissi-
mè contemplata, quæ sufficit, vt in terminis
præiudicij,quod sequitur inferioribus directis
Dominis ex præuentione, vel concursu Pa-
pæ deductum fuit superius, *ex Bald. in l. cum*
multa, num.2. versic. Papa, Cod. de bonis,quae liber.
quem sequitur *Iason dicto cons.227. nu.35.vol.2.*
Alex. cons.3. num.8. vers.vnde dicit, vol.5. Afflict.
in cap.1. num.19. de his, qui feud. dar. poss. Redoan.
de reb. Eccles.non alien.quaest.2.num.36. Peregrin.de
iure fisc. lib.1. tit.3. num.88. & 90. & in puncto
præiudicij, quod infertur agnato, tenet *Paris.*
praecit.consil.23. numer.251 lib.1. quem sequitur
Gabr.de iure emphyt.d.concl.1.num.22. referens ex

Parif. iustam causam derogandi esse, quando
74 supremus † Princeps alteri, quam agnato concedit propter benemerita; causa enim meritorum dicitur iustissima, & rationabilis in
75 concedente, † etiam in materia prohibitoria, vt latè ad propositum considerat *Iason dicto consil. 227. num. 36. 36. & 37. lib. 2. vbi etiam Add. in littera S, & I, & cons.* 101. *num.* 12. *&* 13. *vol.* 4.
76 vbi quòd prohibita alienari, seù donari, † per tutores rectè donantur, ac alienantur; vt fiat remuneratio benemeriti, & in Principe, qui aliàs non potest donare, neque alienare terras
77 suis Vassallis, † quòd causa remunerationis benemeritorum id præstare possit, latè deducit incertus Auctor *post regul. Soccin. reg. 6. incip. dare non potest, in prima & secunda falleutia*, quorum quidem meritorum probatio non est ne-
78 cessaria † in præfato Domino Præfecto; Primo qui sunt notoria, pleniusque comprobata felicissimo Ecclesiasticorum armorum principatu, in quo difficillimis planè temporibus, tàm ipse vigilias suas, quàm recol. mem. Ca-
79 rolus † illius Parens, vitam ipsam publicæ tranquillitati consecrauit generosè, vt in simili *Iason d. cons. 227. num. 37. vers. & si diceretur, volum. 3.* Secundo etiam, quia sunt auctorizata, assertione ipsius Sanctissimi D. N. in illis motu proprio, & ex certa scientia se fundan-
80 tis, † cui quidem assertioni, etiam in tertij præiudicium standum esse, firmarunt *Iason d. consil. 227. num. 38. iuncto num. 40. vol. 2. & consil.* 101. *num.* 16. *&* 17. *vol.* 4. vbi quòd circa bene-
81 merita, assertioni ipsius Principis, † in hoc se fundantis est standum, vt in *Clem. prima de probat.* subiungens, quòd immò etiam vbi Princeps se fundat in facto alieno, tūc præsumitur pro illius assertione, quamuis contrarium
82 probari † possit; præsertim si motu proprio concedat, iuxtà *Abb. in cap. dudum, de priuileg. & in d. Clem. 1. de prob.* Quæ conclusio tantò facilius admittenda est in casu nostro, in quo factum istud benemeritorum præfati D. Præfe-
83 cti, non est omninò alienum, † respectu ipsius Sanctissimi D. N. ex eo, quòd assistit lateri Sanctitatis Suæ, obtinetque supremam, non tàm Vrbis, quàm Militiæ Apostolicæ Præfecturam: Itant Sanctitas Sua possit agnoscere, ac scire, pleraque beneficia, quæ præter alia, Orbi toto notissima, tàm præfatus eius Parens, quàm ipsemet, mediantibus officijs suis, sibi, & Apostolicæ Sedi impenderunt, vt in puncto considerat *Iason d. consil.* 101. *num.* 16. *vers. & tantò magis, vol.* 4.

Quòd autem Sanctissimus Dominus Noster, voluerit eidemmet æquitati derogare,
84 clarè ostendit. Primò qualitas ipsa † concessionum de sui natura præiudicialium, ad quas præuia narratiua Innestiturarum, olim factarum Ducissæ Eleonoræ, necnon superexistentiæ dictarum Serenissimæ Victoriæ, Marchionissæ Isabellæ, & Sororis Mariæ, & sic cum indubitata scientia iuris, ex dicta æquitate competentis processit, quo casu nulla ex-
85 quiritur expressa derogatio, † cum sufficiat tacita, quæ venit ex natura actus præiudicialis, ad latè tradita per *Rotam in decis.* 607. *nu.* 4. *par.* 3. *recent.* & alibi passim. Secundò idem demonstrant amplissimæ clausulæ derogatoriæ, quæ reperiuntur non solùm in præfatis concessionibus, verùm etiam specificè continentur in Breui eiusdem Sanctissimi D. N. expedito sub die prima Iunij eiusdemmet anni 1632. Pro-
86 ut † eas in his terminis ponderat etiam *Iason d. consil. 227. num. 43. 50. & 53. vol. 2. Gabr. dicto cons. 30. nu. 6. vol. 1. cum alijs latè per Paris. cons. 24. num. 11. & seqq. lib. 4.*

Hæc autem potestas, simulque voluntas derogandi huic æquitati, tantò magis remanet iustificata in casu isto, attenta renunciatione, seu cessione, quam Marchionissa Lauinia fecit in manibus Sanctissimi, licèt enim *Bart. in d. §. permittitur*, ex præfata æquitate interpre-
87 tatiua concedat † Ius petendi renouationem agnatis in emphyteusi per obitum vacante. Non id tamen admittit, quando emphyteusis
88 vacat per resignationem, † aut cessionem vltimi comprehensi, factam in manibus, vel ad fauorē directi Domini, aut alterius; hoc enim casu cessio, renunciatio, seù refutatio nocet iis, quibus per mortem cedentis, resignantis,
89 aut refutantis, † illa erat acquirenda; itaut citrà aliquam derogationem, nullus esset locus dictæ æquitati, ad tradita in simili per *Lucan. de Penna in l. Sancimus* 1. *in fine, C. de consulibus lib.* 12. quem refert *Tiraquell. de retract. lign. §. 34. glos. 1. num. 4.* & facit etiam *Bald. cons.* 301. *num.* 5. *vol.* 1. quos in puncto refert *Caldas. de iure emphyt. lib. 1. quæst. 9. num. 1. & seqq.* vbi dicit se ità obtinuisse in Curia Braccharensi, & benè conferunt deducta per *Rotam in decis.* 186. *nu.* 1. *par.* 3. *recent.* & in terminis tenuit *Ruin. d. cons.* 45. *num.* 20. *vers. & eodem modo, lib.* 1. quem refert & sequitur *Gabr. d. consil.* 30. *num.* 10. *&* 11.
90 *lib.* 1. vbi quòd Ius istius † æquitatis non est considerabile; cum non competat immediatè ex contractu, & multo minus ante casum de-
91 uolutionis, † maximè si vt in casu nostro factum Principis præueniat. Et sanè si vera est opinio, quam in fortioribus terminis, disputato latè articulo firmat *Valasc. de iure emphyt. quæst. 49. num. 6. ante finem, in vers. & ideo posset*, nempè quod in emphyteusi, siue hæreditaria,
92 siue non hæreditaria, † siue noua, siue antiqua possit pater filijs vocatis non præiudicare, aliēnādo, renūciando, aut prælegendo vni ex filiis, quos casus parificant DD. vt testatur idem *Valasc. eadem. qu. 49. num. 2. vers. tertium caput est, & dicto num. 6. in princip.* Vtique sine aliqua difficultate, admittenda erit conclusio superior, per quam non agitur de præiudicando
93 vocatis, † in iure quęsito, sed agnatis nullibi vocatis in iure quęrendo ex dicta æquitate, vt in simili etiam faciunt cumulata per *Soccinum iunior. cons. 9. num. 13. lib. 3.* quod loquitur de præiudicio agnatis in petenda renouatione, oriente ex non solutione Canonis.

Quæ omnia tantò magis, sine aliqua difficultate procedūt in Inuestitura Ecclesię Auellanæ, in qua cùm fuerit expressè conuentum, vt in casu deuolutionis posset Ecclesia ingredi liberè possessionem bonorum, illaque alteri
94 concedere in emphyteusim, † pernecesse sequitur

quitur, vt æquitati renouationis fuerit renun-
ciatum pacto expresso, prout renunciati po-
test, *Rimi̇̄nal. iunior d. consil. 257. num. 110. & seqq.
Soccinus iunior cons. 9. num. 14. vers. sed non eundo,
lib. 3. Rota decis. 185. nu. 2. par. 2. diuers. quæ est apud
Seraph. decis. 610. num. 2.*

Aut verò iuxtà secundum membrum su-
perioris distinctionis, præfatæ Marchionissa
Isabella, & Soror Maria Lauinia deducunt
Ius prætensæ renouationis, ex consuetudine
istarum Ecclesiarum, quam obseruandam es-
se, superius firmatum est, & quicquid sit, an
ex præfatis Inuestituris, vtpotè factis Ducissę
Eleonorę per viam renouationis, d. renouan-
di consuetudo dicatur sufficiantur probata,
95 cum † vnicus actus, ad huiusmodi probatio-
nem non sufficiat, vt per *DD. in l. de quibus,
de legibus, Abbas consil. 53. nu. 1. lib. 2.* & in simili
ponderat *Rota in præfata Assisien. 18. Martij 1630.
coram R. P. D. meo Merlino,* facilè responsum
fuit, quod eidemmet consuetudini, si quæ
95 adesset, † potuit, voluitque Sanctiss. D. N.
derogare, vt de potestate, ac voluntate hu-
iusmodi non est dubitandum ex proximè de-
ductis: & vlterius, quoad hanc consuetudi-
nem tàm in vtraque Sanctissimi D. N. con-
cessione, quàm in dicto Breui adest expressa,
& specifica derogatio ad vsus, & consuetudi-
nem tàm Ecclesiæ Forosempronieñ, quàm
Monasterij Auellañ.

Aut denique iuxta tertium, & vltimum
membrum præfatę distinctionis, supradictæ
Marchionissa Isabella, & Soror Maria Lauinia
pręteńdunt idem Ius renouandi ex particulari
conuentione, de qua in Inuestitura Monaste-
rij Auellani, in qua facta fuit concessio pro
Ducissa Eleonora, illiusque filijs, & nepoti-
bus vsque ad tertiam ipsius generationem, &
quartam ad renouandum; Et responsum fuit
per Dominos, Primò quod pactum istud nō
potest aduersus concessiones Apostolicas, de
quibus agitur, in nihilo suffragari; cum su-
pradictę Marchionissa Isabella, & Soror Laui-
97 nia, † nullo vnquam tempore Ius aliquod
reale, aut aliquam possessionem ex huiusmo-
di pacto, aut conuentione habuerint, ad tra-
dit. per *Castren. in l. cum hæres, circa fin. ff. de acq.
hæred. & in l. 3. num. 3. ff. de testam. & in consil. 34.
num. 5. volum. 2. Gozzadin. cons. 8. numer. 53.* quos
refert, & sequitur *Rouit. d. cons. 79. num. 53. in fin.
vers. est bene uerum.* Non quidem de tempore
cessionis, aut renunciationis per Marchionis-
sam Lauiniam factę in manibus Sanctissimi,
& sic ante casum deuolutionis; quia pactum
98 istud † durante Inuestitura ante deuolutionis
euentum, ac diem, nullum tribuit ius consi-
derabile, aut reale, *Gabr. d. conf. 30. ante fin. n. 11.
& conf. 88. num. 1. & 3. volum. 1. Ruin. consil. 45.
num. 20. volum. 1.* vbi in istis terminis vocat ius
istud quęrendum, non curabile. Nec etiam
de tempore sequutæ deuolutionis, non so-
99 lùm † quia Sanctissimus pręuenerat, prout
poterat ex deductis, vtendo iure suo, vt ad-
uertit *Ruin. d. consil. 45. num. 20. uers. & eodem modo,*
dicens, *quòd agnati in hoc casu conqueri non possunt,
& quod hoc est uerissimum;* Sed etiam quia in
omnem euentum ex eodem pacto, aut con-
100 uentione de renouando, † nullum compe-
tit Ius in re, seù in bonis, sed sola actio perso-
nalis contra inferiores Dominos directos ad
factum, vt scilicet fiat renouatio, *Angel. consil.
184. num. 3. uers. & illa uerba, & cons. 411. num. 3.
Alex. cons. 165. num. 7. lib. 2. Soccinus iunior consil. 9.
num. 17. uersic. respondetur, quod nullum, uolum. 3.
Gabr. d. cons. 88. num. 1. & 3. lib. 1, Caldas. de iure
emphyt. qu. 9. num. 5. lib. 1. Mantica de tacit. lib. 22.
tit. 23. num. 1, Rota decis. 215. num. 2. par. 1. & decis.
369. num. 1. par. 2. recent. san. mem. Greg. dec. 348.
num. 3. & decis. 567. num. 2,* Secundò responsum
fuit per Dominos, quòd admissio nunquam
tamen concessio, quod huiusmodi pactum
101 posset in † aliquo suffragari, adhuc cessaret
omnis difficultas ex eo, quod idem Sanctissi-
mus potuit, voluitque in præfatis concessio-
nibus, Breuique huic pacto, ac conuentioni
derogare, ex latè superiùs ponderatis, prout
in terminis bene resoluit *Rota in dicta dec. 664.
ante num. 12. par. 2. recent.* vbi considerat Ius pe-
tendi renouationem ex pacto. Nec præfatæ
Marchionissa Isabella, & Soror Maria Launia
possunt in hoc conqueri; Nam vt latè fuit
102 superiùs deductum cùm Papa, † ratione su-
premæ Pontificalis potentiæ, ac potestatis,
qua omni Ecclesiæ tanquam Ordinariorum
omnium Ordinarius præsidet res, & bona
quarumcumque Ecclesiarum, tanquam ab-
103 solutus Dominus possit administrare, † de
illisque disponere pro libito suæ voluntatis,
etiam in tertij pręiudicium, pręsertim iustis
subsistentibus causis, vtique vtendo Iure suo,
& sic inuestiendo personam benemeritam,
nullam fecit iniuriam, aut aliquod grauamen
intulit prędictis Marchionissæ Isabellæ, ac So-
104 rori Mariæ Lauiniæ, quę † licet habeant pro
se pactum & conuentionem, cum inferiori
directo Domino: attamen quicquid sit, an
pactum & conuentio huiusmodi subsistineatur
ad tradita per *Bald. in d. Auth. si quas ruinas, nu. 1.
uers. item non posset, & num. 2. C. de sacros. Eccles. &
Caldas. de iure emphy. lib. 1. qu. 8. num. 6. uers. addu-
cunt, & uers. fortius;* in omnem euentum pactū
istud, aut conuentio prædicta nihil possent
operari in præiudicium superioris Domini;
105 quia † inferior non solùm non debet, nec
potest ligare manus Superioris, nec illi legem
imponere, *cap. inferior 21. distinct. Roman. consil. 2.
num. 2.* & benè ad propositum *Angel. consil. 397.
num. 7.* vbi loquitur de Administratoribus Pa-
106 pæ, † quales dicuntur Episcopi, & alij in-
feriores Domini in bonis Ecclesiasticis, iuxta
notat. per *Gemin. in d. cons. 14. num. 1. & 2.* Sed
neque etiam id pręstare velle censetur; Ideò
107 enim † videmus, quod in quibuscumque
contractibus, & promissione, ac fide etiam
iurata, semper intelligitur pręseruata auctori-
tas, & factum Superioris, *ut in l. fin. ff. ad muni-
cip. & in cap. quia contigit, de relig. domib. cap. ue-
nientes, cap. ea te, de iur. iur. cap. significanti, de elect.
gloss. penult. in cap. quæ contra mores, ubi Gemin. 8.
distinct. Iason in l. ult. num. 6. cum seqq. ff. qui satis
dar. cogant. & in l. si quis maior. num. 19. C. de tran-
sact. & in §. Item si quis postulante, num. 80. de act.*

Garzon.

Carzon. de Laudo meri iuris part. 3. qu. 9. numer. 7. latius Anton. Corsett. de Iurament. euident. 1. nu. 47. latè etiam *Melchior Palaez. de maior. par. 4. q. 36. num. 8. Gregor. Magal. de securitate parte 2. num. 5. Bellamer. de permut. benef. par. 7. quæst. 2. numer. 21. Fortun. Garz. de ultimo fine Iuris num. 383.* Factū
108 enim † Papæ præualet facto omnium Episcoporum, *Iacob. de concil. lib. 6. art. 2. num. 46.* Quibus etiam accedit Regula, quòd minùs concessio emphyteotica tacitam videtur ha-
109 bere conditionem, scilicet † nisi emphyteuta ex Domini consensu, aliter disponat. Quam regulam *ex Tiraquell. expendit Caldas. de iure emphyt. lib. 1. d. qu. 9. num. 2. in fin.*

Quo verò ad inferiores directos Dominos, prædictæ Isabella Marchionissa, & Soror Maria Lauinia minùs possunt de illis conqueri;
110 quia licet ipsæ habeant † contra illos actionem personalem, nihilominus cum prædicti inferiores directi Domini legitima auctori-
111 tate, ac iusto facto superioris † iure suo vtentis, aliisque superiùs deductis ad implendam dicta conuentione remaneant impediti, ac vlteriùs per dictum Breue ex prædictis concessionibus Apostolicis declarati liberi, immunes, & absoluti à prædicta renouatione, cuicumque alteri facienda, vtique condignam merentur excusationem, *Bald. consil. 57. num. 3. vers. contrarium, cum num. seqq. lib. 1. Castr.* qui loquitur in impedimento præstito per Papam *cons. 228. num. 2. uers. dicitur autem, libro 2. quod est apud Roman. cons. 252. num. 8. & seqq.* Cum ad huiusmodi casum nec illorum mens, nec obligatio trahi possit, ex regula superiùs ponde-
112 rata, † quod factum, & auctoritas Superioris semper intelliguntur præseruata, & faciunt in simili, tradita per *Molin. de primog. Hispan. lib. 2. cap. 13.*

Et ità negocio maturè discusso vnanimiter conclusum, Inuestituras Apostolicas Excellentissimo Domino Principi Præfecto suffragari.

REVERENDISSIMO D. COCCINO
Sacræ Rotæ Romanæ DECANO.
Romana, seù Amerina Aperitionis oris.

Veneris 27. Iulij 1635.

ARGVMENTVM.

Oris aperitio aduersus Indultum concessum per Principem, cum clausula sublata, decreto irritanti &c. vt concedatur, quid nam sit probandum.

SVMMARIVM.

1 *Causa potissima concedendi oris aperitionem est defectus intentionis Summi Pontificis.*

2 *de voluntate clara Papæ in aliquid concedendo, quando constat, de defectu intentionis dari non potest.*

3 *Gratiæ substantia tota pendet à voluntate concedentis.*

4 *Gratia Principis non debet esse inanis, sed potius debet perpetuari.*

5 *Princeps non præsumitur velle tollere ius tertij.*

6 *Sed hoc est verum in dubio, sed secus est, quando constat de clara mente Papæ.*

8 *Posterior creditor non potest præiudicare creditoribus anterioribus.*

9 *Debitorum bona, quando creditoribus distrahuntur, si creditores cautionem præstent de restituendo prioribus, & potioribus creditoribus, quoad istos creditores perinde, ac si dicta bona adhuc extarent.*

10 *Debitorum pecuniæ, quando creditoribus sunt consignandæ, si creditorum numerus sit magnus, sufficit citatio per edictum.*

11 *Debitor si ad necessitatem peruenit, & concordauit cum creditore, si peruenerit ad pinguiorem fortunam in foro conscientiæ vtrum teneatur ad integrum.*

12 *Debitor, si ante rem minimè præoccupauerit, non tenetur ex contractu ad restitutionem, si ad pinguiorem fortunam deuenerit.*

DECISIO CCCLVIII.

VIRGINIA creditrix Dominorum de Ferratinis in scutis mille petebat aperitionem oris aduersus Indultum concessum per san. memor. Paulum V. Ferratinis cum clausula sublata, decreto irritanti, & quod subreptione, & obreptione dari non possit: ideò de ordine S. D. N. dubitaui: an dicta aperitio oris esset concedenda, & Domini negatiuè resoluerunt, quia aut ille prætenditur ex defectu intentionis Summi Pontificis in
1 concedendo dicto † Indulto, quæ est potissima causa concedendi oris aperitionem, *iuxta notata per Abbatem in cap. cum olim, num. 15. de re iudic. Cassador. decis. 3. numer. 4. de pension. Ruinus consil. 215. sub num. 19. volum. 1.* Et ille defectus intentionis non adest, quia in Indulto expressè dicitur, quod solutis scutis 16. mil. Ferratini ab omnibus, & quibuscumque obligationibus etiam Cameralibus, & iuramento vallatis, etiam ad fauorem viduarum, & pupillorum, & quarumuis aliarum personarum quantumuis priuilegiatarum ratione debitorum &c. penitùs liberi, & exempti remaneāt, & remansisse intelligantur, & eorum prætextu molestari, aut perturbari nequeant, & propte-
2 rea cum constet † de clara voluntate Summi Pontificis non potest dari de defectu intentio-
3 nis cum substantia gratiæ pendeat † à voluntate concedentis, *cap. cum super de officio delegat. Bald. in cap. 1. versic. item nota, eodem tit. Gigas de pens. cap. 9. num. 4. Card. cons. 96. Gabr. de claus. concl. 2. num. 20. 21. & 34.*

Aut prætenditur oris aperitio ex causis al-
4 legatis, & neque est danda, cum non allegetur causa vrgens prout requiritur, nam † gratia Principis non debet esse inanis, sed potius debet perpetuari, *cap. decet de regul. iur. in 6. cap. si cum nulla de praben. in 6. Caputaq. decis. 128. nu. 3. par. 1. Gonzal. ad regul. 8. gloss. 66. numer. 13. Rota decis. 461. num. 1. parte 1.* & fuit in puncto aperitionis oris resolutum *coram bon. mem. Vbaldo in Fer-*

in Ferratien. de Taffonibus 14. Iunij 1621. & in alia Elboreñ pensionis 12. Iuny eiusdem anni, & in Farfen. seu Nullius Prioratus 26. Aprilis 1624.

Neque videtur sufficiens causa, quę deducitur ex eo, quod Indultum tollat omne ius crediti Virginiæ, vnde resultet nedum defectus intentionis, sed etiam causa legitima
5 aperitionis oris, † quia Princeps non intelligitur voluisse tollere ius tertii, *l. 2. §. merito, & §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico, cap. super eo, de offic. deleg. Abbas in d. c. cum olim ante num. 16. de sent. & re iudic.*

Nam fuit responsum, quod fundamentum
6 est † verum in dubio, secùs autem, quando constat de clara voluntate Papæ, vt patet ex prędictis, eoque magis cum Summus Pontifex hoc fecerit cum maxima causa, ex qua excluditur causa allegata per Virginiam videlicet, quia Ferratini non habebant alia bona, quam subiecta fideicommisso, & ferè omnia debita erant sub vsuris, itaut fructus bonorum subiectorum fideicommisso non sufficerent pro illis soluendis, & sic vt consuleret in aliqua parte creditoribus concessit facultatem alienandi bona subiecta fideicommisso, & ex dicto pretio fuit consultū maiori
8 parti creditorum, † nec poterat Summus Pontifex omnibus consulere habita ratione ad patrimonium illorum de Ferratinis, vt benè ad propositum considerat *Vincent. de Franc. decis. 186. num. 3.*

Minùs etiam pro causa sufficit, quo Virginia non fuerit citata, quia vt supra ex verbis Indulti apparet; Papa occurrit huic malo, & sic non intrat defectus intentionis ex isto capite, nec ex ista non citatione resultat aliqua vrgens, sed nec minima causa, quia etiam
8 quod Virginia fuisset citata cum esset † posterior non poterat præiudicare creditoribus anterioribus; Immò si fuisset anterior satis illi fuerat cautum per cautionem præstitam ab
9 alijs creditoribus † restituendo prioribus, & potioribus ex qua cautione dicitur pretium adhuc extare, *Castrens. in cons. 286. num. 1. in prin. lib. 1.* eoque magis cum in consignatione pecuniarum omnes creditores fuerint per edi-
10 ctum citati, † quæ citatio sufficit cum magnus esset numerus, *Roland. cons. 9. num. 10. lib. 1. Gratian. discept. 797. num. 13.*

Hæc est verùm, quod Ferratini habeant Pastrum Pedis luci, de quo non fuit facta mentio in dicto Indulto, quia notū est, quod illud Castrum spectat ad Cameram, licet aliqua emolumenta ex ipso spectent ad Ferratinos, & ideò hoc tanquam minùs verùm poterat omitti.

Denique non obstat, quod prætendatur aperitio oris ex quo Ferratini deuenerunt ad pinguiorem fortunam, & ideò teneantur ad
11 restitutionem in foro conscientiæ, † sicut tenetur debitor, qui ad necessitatem peruenit, & concordauit cum creditore. Quia licèt hæc fuerit opinio Nauarij, & aliorum, alij ta-
12 men tenent, †quod si debitor ante rē minimè præoccupauerit non tenetur ex contractu ad restitutionem nisi ad pinguiorem fortunā venerit, vt latè per *Petrum Nauarr. de restit. tom. 2. lib. 4. cap. 4. num. 17.*

Sed quicquid sit de hac opinione, non fuit opus in hac facti specie illam discutere, quia non constat Ferratinos ad pinguiorem fortunam peruenisse, & hodie non agitur in foro conscientiæ, sed in foro fori.

Et ita conclusum vtraque parte informante.

REVERENDISSIMO P. D. COCCINO S. Rotæ Romanæ DECANO.

Romana Hæreditatis,
Lunæ 19. Nouembris 1635.

ARGVMENTVM.

Sicuti creditur Notario de rogitu testamenti nuncupatiui simpliciter, ita quoque propter identitatem rationis ei fides adhibenda est de rogitu consignationis schedulæ à tergo illius scripto, quod pariter testamentum nuncupatiuum, nuncupatione implicita nominatur, *& Modestin. Pistor. in cons. 31. num. 36. lib. 1.* contrarium sentiens refutatur, eiusque obiectis plenè satisfit: demùm nonnulla circa identitatem schedulæ deducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum denegetur etiam priuilegiatis quando non constat de lesione.*

2 *Immissio ex remedio l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. tollen. non denegatur haredi scripto habenti testamentum validum non cassum, non abolitum, neque cancellatum.*

3 *Testamentum nuncupatiuum vnde dicatur, & illius validitas inficiari non potest quando constat de identitate schedula.*

4 *Testamentum an sit validum quoad legata, si Testator coram testibus, adhibitis solemnitatibus requisitis dixerit, volo quod hares meus det illud, quod scriptum est in folio, quod dedi Guardiano S. Francisci.*

5 *Et quid in haredis institutione.*

6 *in Testamento nuncupatiuo debet Testator ore proprio haredem nominare, uel scribere.*

7 *Et an sufficiat quod nomen* heredis *exprimatur, uel alio modo indubitabili demonstretur.*

8 *Item satis est, quod nominatio sit specialis, licet non singularis.*

9 *Et quid si cedula ad quam se refert Testator non sit scripta propria manu ipsius.*

10 *Identitas schedule licet facilius probetur si fuerit scripta manu Testatoris.*

11 *Non tamen tollitur quod eadem identitas ex alijs probationibus, uel coniecturis legitimis ostendi possit.*

12 *in Testamento nuncupatiuo simpliciter creditur Notario, qui est rogatus ut scribat, & sufficit quod attestetur de prasentia testium, idem dicitur.*

13 *Et quid de testamento nuncupatiuo, nuncupatione implicita, quando Notarius scripsit à tergo schedula rogitum & testes.*

14 *Secùs autem ubi rogitus Notarij non esset appositus à tergo*

à tergo schedulæ data per ipsummet Testatorem.

15 *Rogitus Notarij quando apparet scriptus à tergo schedulæ Testatoris, non agitur amplius de simplici scriptura priuata, sed de instrumento publico.*

16 *Modestinus Pistor* cons. 31. num. 36. vers. respondeo lib. 1. *refutatur.*

17 *inter Testamentum nuncupatiuum simpliciter, & nuncupatiuum nuncupatione implicita nulla adest differentia, & quare num. 19.*

Et in contrarium adducta reiciuntur. numero 20. & 21.

18 *in Testamento clauso non est necesse, quod Testator ore proprio nominet hæredem, sed sufficit quod testes audierint, contenta in dicta schedula esse ipsius testamentum.*

22 *in Testamento clauso identitas non probatur ex sigillis in eo appositis, & quare.*

23 *Secùs, quando Testator confidit de Notario, & ista fides ex persona ipsius Notarij non vacillet.*

In hac celebri causa emanarunt tres Decisiones. Prima sub die 19. Nouembris 1635. quæ est præsens decisio. Altera verò sub die 17. Aprilis 1636. coram bon. memor. Coccino, quæ erit infra in hoc Volumine. Tandem tertia quæ confirmatoria istarum duarum præcedentium, emanata sub die 8. Martij 1652. coram bon. mem. Leone Verospio, est iam impressa supra in hac parte 11. recent. decis. 228. vbi promisi superiores duas decisiones in hac causa edere cum non sint impressæ, me ad publicum bonum editurum.

DECISIO CCCLIX.

BON. MEM. Pompeius de Angelis Romanus, Canonicus Sanctæ Mariæ Maioris 22. Septembris 1629. vocato Notario, & testibus coram ipsis consignauit dicto Notario duo folia complicata, tribusque sigillis obsignata, continentibus in corpore Coronam, Tres Stellas, Sbarram, hoc est latinè loquendo fasciam, siue trabeam, & tres Montes, & asseruit in dictis filijs contineri suum vltimum Testamentum, & vltimam voluntatem, hæredum institutionem, legata, & alia, quæ voluit valere post mortem, & esse scriptum, & subscriptum, de suo tamen ordine, & commissione manu D. Lelij Lauri, & illud valere voluit iure Testamenti nuncupatiui &c. & à tergo dictorum foliorum Notarius confecit rogitum, descriptis septem testibus.

Mortuo Testatore fuerunt aperta folia, & repertum quod in illis fuerant scripti hæredes Monachi Sanctæ Potentianæ, qui obtinuerunt Immissionem aduersus hęredes ab intestato, qui prius fuerant immissi, & cum ob non prosecutionem causæ, iudicium transierit in iudicatum, consulta Rota, fuit dubitatum, an constaret de causis restitutionis in integrum, & solis prætensis hęredibus ab intestato informantibus Rota resoluit, non constare de causis restitutionis, † cum lęsio non appareat, sine qua etiam priuilegiatis denegatur restitutio, *l. nam postea, §. si minor, ff. de iureiuran. l. si ex causa iudicati, ff. de minor. Natta cons. 548. numer. 35. Rota decis. 1. de restitut. in integr. in non. & fuit dictum in causa Romana rescissionis contractus 18. Decembris 1615. coram Eminentissimo bo: me: Card. Verospio.*

2 Monachi enim † habent testamentum validum non cassum, non abolitum, neque cancellatum, & ideo illis non potuit denegari immissio; ex remedio *l. final. C. de edict. Diu. Adrian. tollend.*

3 Validitas † Testamenti in hoc casu, cum de alijs non dubitetur, non potest inficiari, quia Testamentum vocatur nuncupatiuum, nuncupatione implicita, scilicet per relationem ad illa folia, quæ sunt certa, & indubitata, & de illorum identitate sine hęsitatione constat, *Bart. in l. si ita scripsero, num. 1. ff. de cond. & demonstr.* † qui tenet Testamentum valere quoad legata, si Testator coram testibus, adhibitis solemnitatibus requisitis dixerit, volo, quod hæres meus det illud, quod scriptum est in folio, quod dedi Guardiano S. Francisci, dummodo legitimè constet schedulam esse Testatoris, quam doctrinam testatur communem *plures DD. quos allegat Guttier. pract. qq. lib. 2. quæst. 41. num. 5.* † & habere locum etiam in hæredis institutione, *idem Guttier.* ex communi eodem loco testatur, & idem dicit *Padill. in l. cum quidam, num. 14. ff. de legat. 2.* & latissimè *Magdalen. de numero testium cap. 27. num. 9.* qui infinitos cumulat, & simpliciter hoc dicunt *Alex. cons. 176. num. 6. libr. 5. Castr. cons. 414. num. 3. vol. 2. Clar. in §. testamentum, quæst. 4. versic. sed pone. Dilect. de arte testand. tit. 2. cauthel. 4. nu. 2. Paris. cons. 19. num. 13. lib. 3. Modestin. Pistor. cons. 31. quæst. 2. num. 25.* & alios congerit *Matth. Berlich. concl. 4. num. 25. in fin. par. 3. Couarru. in cap. cum tibi in princip. num. 5. de testam. & Gratian. discept. 973. num. 1. & seqq. & in specie num. 43. & discept. 605. num. 36. & 37.* & hanc sententiam pluries fuit secuta Rota allegando etiam alios DD. *Verall. decis. 260. num. 1. part. 3. & in causa Romana Testamenti 28. May 1582. coram san. mem. Clem. VIII. & in alia Romana Testamenti 9. Decembris 1620. coram me, & in eadem 9. Decembris 1624. coram bo. me. Francisco Vbaldo, & in causa Romana hæreditatis de Arrigonijs 23. Iun. 1627. coram bo. me. Card. Virili, & in causa Narnien. hæreditatis 24. Ianuarij & 28. May 1629. coram Reuerendissimo D. meo Episcopo Vrgellen. & in eadem causa 16. Nouembris 1629. coram R. P. D. meo Ghisilerio.*

4

5

6 Nec in istis terminis obstat, † quod Testator ore proprio hæredem non nominauerit, neque scripserit, quod est necessarium in testamento nuncupatiuo, *l. hac consultissima, §. per nuncupationem, vbi gloss. & DD. & l. iubemus, Cod. de testam. l. hæredes palam, ff. eodem tit.* † Quia cũ hæc nominatio non requiratur pro forma substantiali actus, sed pro forma demonstratiua, & pro certitudine ad euitandas fraudes, sufficit, quod nomen hæredis exprimatur, vel alio modo indubitabili demonstretur, vt constat

7

stat

stat, ex lib.1.& 2. ff.de liber.& posthum. & in istis terminis tenet, & latè comprobat *Guttierez. pract. qq. allegat.lib.2 quæst.41.num.3.& 4. & Ludouic.Lana in cons.1.num.15. post tractat. de testam. formul.* & latissimè etiam *Thomas Maulius lib.1. vltim. volunt.lib.16. de hæred.instit.folio mihi 248. hæres debet nominatim, ibi exceptio 2. Vasquez de succeß.creat.lib.2.§.17.num.54. vers. adde quod potissima ratio, Couarr.in d.cap.cum tibi n.5.de testam. Castr.in l.hac consultissima, §.per nuncupationem, C. de testam. & in l. vbi autem non apparet, §. qui vinum, ff.de verb.oblig. Guidopap. decis.459. Peralta in rubr.de hæred. instit. num.76. & 77.* & de communi testatur *Paris. d.cons.19.num.13.lib.3. Tellius Fernandez ad leges 37. Thauri n.5.* & ista est cōmunis magis & communis sententia, vt videre est apud *Guttier. loco allegato, & latissimè etiam Magdalen. loco supracitato num.10.& nu.11.*

8 dicit † quod hęc nominatio est vera, & propria, saltem specialis, licet non singularis, & latissimè etiam *nn. seqq.* vbi respondet contra-

9 rijs, † & procedit etiam, quod cedula, ad quā se refert Testator non sit scripta propria manu ipsius, prout in casu nostro, si modo constet eam esse, de qua Testator sensit, *Castr. in l. hac consultissima, §. per nuncupationem num.3. versicul. mihi non videtur necessarium, C. de testam. Iason in Authen. quod sine num.1.vers.tertius casus, C.de testam. Alex.cons.176.num.3. vers.2.respondeo, lib.5. Clar.in §. testamentum qu.4. vers. sed pone aliquis, Padill. in l.cum quidam, num.13. ff.de legat.2. Hippolytus Riminaldus instit.de testam.in princip.n.496. Ludouicus Lana de testam. formul. nu.37. & cons.1. post dicto tractat.num.71. Fusar.cons.41.num.27.* & non dissentit *Menoch. cons.313. numer.47. & fuit dictum in dicta causa Romana Testamenti coram bo: me: Francisco Vbaldo, & fuit etiam admissum in dd. decisionibus Narnien. coram DD. meis Vrgellen. & Ghisilerio*, cum in illo casu Testamentum non esset conscriptum manu ipsius Testato-

10 ris, † licet verum sit quod facilius probatur identitas, si schedula sit scripta manu Testa-

11 toris, *Fusar. dicto consil.41. numer 27. in fin.* † sed non propterea tollitur, quod eadem identitas ex alijs probationibus, vel coniecturis legitimis ostendi possit, *Bart.Angel.& alij, quos allegat Fusar. dicto loco num.28.*

Nec potest dubitari de certa, & indubitata identitate foliorum datorum Notario, quia cum agatur de testamento nuncupatiuo, nun-

12 cupatione implicita † sicuti in testamento nūcupatiuo simpliciter creditur Notario, qui est rogatus, vt scribat, & sufficit, quod attestetur de præsentia testium, quia Testator cōfidit de ipso, *Bart.in l.2.ante num.2. vers. si enim creditur Notario, ff.quemadm. testam. aperiant. Fulgos.cons.56. num.1. & 2. Soccinus cons.142. num.7. in fine lib.1. Lana de formul.testam. num.47. & 48. & dicto cons.1.post d.tract.num.49. & seqq.& n.74.* & considerauit *Rota in dicta causa Romana Testamenti coram bon.mem.Vbaldo, & in dicta causa Romana de Arrigonijs, & in alia Narnien hæreditatis*

13 *coram R.P.D.meo Ghisilerio*, † ita in testamento nuncupatiuo, nuncupatione implicita, cū non possit allegari congrua ratio diuersitatis inter testamentum nuncupatiuum simpliciter, & testamentum nuncupatiuum, nuncupatione implicita, quando Notarius scripsit à tergo schedulæ rogitum, & testes, vt patet ad sensum, & benè ad propositum *Lana d. tract.de testam. formul.* & optimè *Clarus in §. testamentū, qu.4.num.3.in fin.* vbi protulit hæc verba; Consulo tamen, quod Testator faciat per Notarium à tergo ipsius schedulæ, vel scripturæ clausæ apponi tempus, & nomina testium, & rogitum, ne postea contingat dubitari circa identitatem scripturæ, & hoc dictum sequitur *Moder. de probat, concl.1352.num.82. in fin. vol.3.*

14 *& Gratian. lib.5. & discept.973. num.46.* † & licet *numeris seqq.* concludat contrarium in casu suo tamen ibi rogitus Notarij non erat appositus à tergo cedulæ datæ per ipsummet Testatorem, prout rogitus est positus in casu nostro, & prædicta corroborantur ex tribus sigillis, cum quibus dicta folia fuerunt obsi-

15 gnata quæ etiam hodie inspiciuntur, † & ista benè videntur procedere, quia quando rogitus Notarij est à tergo scriptus, non agitur amplius de simplici scriptura priuata, sed de Instrumento publico, quia de dicta cedula constat per Instrumentum publicum, vt considerauit *Rota Maceratē in decis.82. numer.26. in nouiss. impressis*.

16 Neque obstat, † quod *Modestinus Pistor in d. cons.31 num.36. vers.respondeo lib.1.* conetur afferre rationem diuersitatis, videlicet, quod Notario creditur, quando testamentum habet iustam formam, prout testamentum nuncupatiuum, quia in eo nulla alia forma requiritur, quam vt Notarius voluntatem Testatoris coram testibus declaratam, coram septē testibus in forma publici Instrumenti redigat & propterea cum testamentum habeat formam suam Notario creditur, nec subsit in eo tantum periculum, quantum in testamento redacto in scriptis per Testatorem, vel per alium de ordine suo, & postea consignato Notario, absque eo, quod fuerit lectum coram testibus, quia si in testamento nuncupatiuo Notarius aliter scripserit voluntatem Testatoris, quam ab eo fuerit prolata, facilè potest de mendacio per testes qui volūtatem

17 Testatoris audiuerunt conuinci. † Nam huic fundamento satis subtili, fuit responsum, non adesse diuersitatis rationem inter testamentū nuncupatiuum, nuncupatione implicita, & testamentum nūcupatiuum simpliciter, quia sicuti adimpletur forma in testamento nuncupatiuo, scribendo coram testibus id, quod dicit Testator, ita in hoc testamento nuncupatiuo, nuncupatione implicita seruatur forma, quando datur Notario schedula, & dicit Testator disponere iuxta contenta in dicta

18 cedula. Quia sufficit, quod testes simpliciter audierint contenta in dicta schedula, esse suum testamentum absque eo, quod ore proprio Testator nominet hæredem, vt dicunt *DD. supra allegati, Bart. in d. l. si ita scripsero in fine, vers. respondeo quod sufficit, ff.de condit. & demonstr. Castr.in d.cons.414. num.3. vers.respondeo, num.2. Alex.in d.cons.176.num.6.vol.5, Lana allegat. cons.1. num.72. & consentiunt, & tenent omnes*

DD.

19 DD. *suprà allegati*, † & sic circà fidem Notarij non potest considerari diuersitatis ratio, in Testamento simpliciter nuncupatiuo, & Testamento nuncupatiuo, nuncupatione implicita, quia vtrumque Testamentum habet suam formam, & sic in vtroque casu est locus, quod Testator confidat de Notario.

20 Nec placuit illla diuersitatis ratio, † quod in Testamẽto nuncupatiuo simpliciter si Notarius scriberet cõtrarium, posset redargui de falso per Testes, quod nõ potest fieri in Testamento nuncupatiuo nuncupatione implicita ex quo Testes ignorant disposita à Testatore, quia fuit responsum, quod vt plurimũ Testes moriuntur ante ipsum Testatorem, & fides stat in sola inscriptione Notarij, & ideò hoc

21 argumentum nihil videtur facere. † Secundò fuit responsum hoc nihil facere quoad fidem quam habuit Testator respectu ipsius Testamẽti nuncupatiui nuncupatione implicita, quia in hoc genere Testamenti confidit de Notario, & si noluisset de eo confidere, poterat facere Testamentum nuncupatiuum simpliciter, non autem nuncupatione implicita, prout fecit.

22 Denique non obstat, † quod sit facienda vis in sigillis appositis dictis folijs ex eo, quod pinguia legata fuerunt facta certis familiaribus, qui potuerunt apponere sigilla, vt in simili considerat *Modestinus Pistor. loco citato*,

23 quia † sicuti ex prædictis non subsistunt rationes ipsius circà alia, neque subsistit illud fundamentum, quia si Testator confidit de Notario, sigilla deducuntur adminiculatiuè, & *Modestinus* mouetur ex eo, quod sigilla erant penès Notarium, & dicit, quod ad libitum suum poterat scribere alia folia, & non considerauit, quod ista præsumptio reijcitur ex quo Testator, confidit de Notario, & sufficit, quod quocsique modo adminiculetur, quod ista fides habita de Notario, ex persona ipsius, non vacillet, prout in casu isto ex rogitu scripto à tergo dictorum foliorum cum relatione ad dicta folia, & ex sigillis appositis in dd. folijs.

Et sic contrà informantes conclusum non constare de causis Restitutionis in integrum.

R. P. D. PANZIROLO,

Postea S.R.E. CARDINALI.

Romana Pecuniaria.

Mercurij 23. Ianuarij 1636.

ARGVMENTVM.

Lucrum habet eadem priuilegia, quàm sors tacita hypotheca per susceptionẽ Tutelæ oritur in bonis Tutoris ad fauorem Pupilli. Tutor quando teneatur ad vsuras pupillares. Solutio in dubio, in quam causam dicitur cadere.

SVMMARIVM.

1 *Lucrum sortis de Iure gaudet eadem priuilegio prælationis, sicuti sors.*

2 *Debitor, si in proprijs libris, aliquem creditorem pro certa summa descripserit, vtique illa debetur, si debitor voluerit, quod in hoc staretur eius assertioni.*

3 *per Tutelæ susceptionem oritur tacita hypotheca ad fauorem pupilli, super omnibus bonis Tutoris.*

4 *Hypotheca tacita, si est prior, preferenda est, & expressa posteriori.*

5 *Tutor tenetur ad vsuras pupillares si pecunias pupilli non posuerit ad honestum lucrum, prout tenebatur.*

6 *Tempus conuentionis non solutionis attendi debet ad effectum anterioritatis.*

7 *Prior, vt quis dicatur, & præferatur in obligatione alteri creditori attendetur initium contractæ obligationis, non autem dies destinata solutionis.*

8 *Solutio præsumitur facta in extinctionem debiti antiquioris.*

9 *Solutio est potius referenda in extinctionem fructuũ, & vsurarum quam sortis.*

DECISIO CCCLX.

Ex quatuor partitis, quas petebant Ardiccionij tanquam creditores anteriores in bonis Caroli Ghezzij in concursu D. Bonanni, & aliorum, Domini sub die 1. Decembris 1634. cœperunt resolutionem solum quoad partitam scutorum 1300. datam Carolo ad lucrum de anno 1608. super negotio serico, quod exercebat, vt patet ex decisione tunc emanata; Hodie verò reassumpta fuit disputatio super alijs tribus partitis, quarum prima est scut. 2744. 91. quæ conflatur ex scut. 1651. prouenientibus ex lucro supradicti capitalis scutorũ 1300. ac etiam ex alijs scuta 1093. quæ asseruntur extitisse penès Carolum de tempore obitus Patris ipsorum de Ardiccionijs. Et pro istis duabus summis Domini non dubitarunt constare de Anterioritate illorum de Ardiccionijs; Nam quoad dicta scuta 1651. quæ proueniunt ex dicto lucro, clarè patet ex quo Carolus expresè obligauit se tàm pro restitutione sortis, quàm pro solutione lucri; & dato etiam, quod pro

1 lucro † non se expresè obligasset, illud tamen de Iure gaudet eodem priuilegio prælationis sicut sors. *l. si Insula, l. Lucius, ff. qui poss. in pign. hab. Rip. in l. priuilegia num. 9. ff. de priuileg. Cred. Neguz. de pign. 5. part. membr. 2. num. 9. vers. tertiodecimo, ampla Surd. consil. 7. num. 18. lib. 1. Amtor. Rodriquez de priuileg. cred. part. 2. artic. 1. num. 10. vers. sed, & si nihil nominatim.* Nec facta fuit aliqua difficultas quoad dicti lucri quantitatem, quia Carolus voluit quod in hoc staretur ipsius assertioni, & sic cum ipse annuatim in proprijs libris descripserit Ardiccionium

2 creditorem † pro certa quantitate, vtique illa visa est deberi, *c. si cautio, & ibi gloss. verb. si causam de fid. Instrum.* Pro reliquis verò scut. 1093. dictum fuit competere etiam anterioritatem, quia cum hæc quantitas extaret penès Carolum de tempore obitus Ardizzoni Patris pupillorum

pillorum, vt supra dictum est, Pupilli statim per aditionem hereditatis fuerunt effecti Domini huius crediti, de quo tempore, nec Bonannus, nec alij habebant bona Caroli hypo-
3 thecata; quare cum per susceptionem † tutelæ orta fuerit tacita hypotheca ad fauorem pupillorum super omnibus bonis dicti Caroli Tutoris, *l. pro officio, C. de admin. tut.* vbi *Bart. & Salyc. in princip. Felic. de Censibus lib. 3. cap. 5. num. 18. Amator. Rodriq. d. part. 2. artic. 5. num. 10. verf. dicens id procedere.* ista hypotheca tacita,
4 quæ † est prior, preferenda est expressæ posteriori ipsius Bonanni, ac aliorum, *Din. reg. qui prior,* & ibi *Adden. de reg. iur. in 6. Alex. conf. 58. num. 5. lib. 7. Fulgos. conf. 132. nu. 1. Neguf. de pign. 2. part. membr. 4. numer. 98.* qui loquitur de pupillo, *& allegat. Text. in l. 1. C. rem alien. geren. Hermannus Mentex. de praeferentijs cred. lib. 2. tit. 7. num. 6. & seqq.*

Secunda partita est scut. 1735. pro interesse supradictæ partitæ decurso ab anno 1619. quo Carolus tutelam suscepit, vsque ad eius obitum de anno 1628. Et etiam in hac Domini dixerunt Ardiccionis competere anterioritatem, cum sint vsuræ pupillares, quæ deben-
5 tur, ex quo Carolus † pecunias pupilli non posuit ad honestum lucrum, prout tenebatur *text. in l. si Tutor constitutus, l. ob fænus, ff. de admin. Tut. Bald. conf. 109. nu. 2. verf. Tutor tamen lib. 2. Signorol. consil. 107. sub num. fin. & Angel. Aretin. consil. 8. sub num. 1. Gabr. consil. 26. num. 12. lib. 1. Couarr. variar. lib. 3. cap. 2. sub num. 1. verf. illud sanè obseruandum.*

Adest denique vltima partita scutorũ 2636. quæ Carolus Tutor exegit ex fructibus hæreditarijs à d. anno 1619. vsque ad annum 1628. Et pro hac pariter summa Ardiccionij habiti sunt pro anterioribus. Nam licet Bonannus habeat suam hypothecam de anno 1616. attamen stante prædicta obligatione Caroli circa administrationem de anno 1619. attendi de-
6 bet † tempus conuentionis non hodiernæ solutionis, *l. qui Balneum, l. potior, §. videamus, l. Lucius, ff. qui post in pign. hab. Rodericus, Suarez in l. post rem indicatã in declaratione legis Regn. limit. 7. num. 4. ad fin. Rebuff. in comment. ad l. gall. tit. de constit. reddit. art. 1. gloss. 8. num. 9. Neguf. de pign. part. 5. membr. 2. num. 10. Balduin. de pignor. cap. 1. Donell. eod. tract. cap. 12. Connan. lib. 4. comment.*
7 *cap. 17. num. 3.* & generaliter initium † contractæ obligationis non diem destinatæ solutionis inspiciendum esse, vt quis prior dicatur, & præferatur in obligatione alteri creditori, docet *Iureconsul. in l. 1. verf. utique, ff. qui pot. in pign. hab. Roderic. Suarez vbi supra, Paz in prax. 5. part. tom. 1. cap. 4. num. 5. & 6.*

Non obstat, quod Carolus durante Tutela soluit pro pupillis scuta 3790. 92. quæ cen-
8 sentur soluta † in extinctionem debiti antiquioris, & sic scut. 1300. quæ erant sub vsuris, quia fuit responsũ solutiones prædictas fuisse factas à Carolo de fructibus redditnum dictæ hæreditatis quos sicut annuatim exigebat, ita etiam annuatim pro victu, & substentatione pupillorum soluebat: Et quateuus etiã dictæ solutiones in aliquo excederent fructus hæ-
9 reditatis, illæ potius † veniunt referendæ in extinctione fructuum, & vsurarum, quam sortis, *l. 1. verf. si uenter, C. de solut.* vbi *Salyc. in fin. Castrens. in l. Titia 44. in princip. ff. de solut. Imol. in l. 1. col. 3. in fin. verf. sed certè, ff. eodem, Menoch. conf. 121. nu. 57. verf. secundo respondeo,* qui loquitur in terminis societatis Diepparia, *Gratian. discept. 204. num. 31.*

Cœterum Domini reseruarunt particulariter videre an D. Bonanno saltem competat prælatio ex cessione per ipsum reportata à filiabus Caroli in bonis maternis.

Et ita fuit decisum parte vtraque informante;

R. P. D. DVNOZET.

Romana Prætensæ Deuolutionis.

Luna 18. Februarij 1636.

ARGVMENTVM.

Emphytheusis caducitas, si non sit declarata contrà Authorem, nullatenus declarari potest contrà Successorem, & quare. Proprietarius, si postquam emphytheuta incidit in cõmissum ob non solutum canonem, non declarauit factum esse locum caducitati, eam acceptando, si moriatur absque dicta declaratione, censetur dictam caducitatem remisisse, & nec eius hæres potest illam acceptare, & alia, &c.

SVMMARIVM.

1 *Emphytheusis, quando est priuata, transitoria est ad quoscunque heredes.*
2 *Quod multo magis procedit, quando concessio facta fuit pro se, heredibus, & successoribus in infinitum, & cum clausula,* ad habeñ.
3 *Canonis non solutionis negatiua probatur, eo ipso, quod emphytheuta non docet se soluisse.*
4 *Caducitas non declarata contrà Authorem non potest declarari contrà Successorem.*
5 *Actio omnis criminalis tendens ad uindictam, morte delinquentis extinguitur, nec amplius potest suscitari. & num. 48.*
Actio commissi re integra morte extinguitur. numer. 5.
6 *Actio criminalis morte non extinguitur, quando pœna uigore pacti incurritur. Sed hoc procedit in pœna conuentionali, & non in expressa à iure. num. 7.*
8 *Emphytheuta cessante in solutione Canonis per triennium cadit ab emphytheusi, si eam obtinet à priuato, quia si ab Ecclesia sufficit biennium.*
9 *in Contractibus, si fiat aliqua expressio, quæ sit in omnibus, & per omnia conformis dispositioni iuris, nihil operatur. & num. 14. & num. 59.*
10 *Pactum est intelligendum secundum naturam contractus, & subiectam materiam.*
Iuramentum sequitur naturam contractus. nu. 10.
11 *Pactum etiam conforme iuri communi causat deuolutionem ipso iure.*
12 *Bona ob non solutum canonem ipso iure deuoluuntur*

tur stante pacto, quod absque Iudicis sententia, & ipso iure deuoluantur.

13 Caducitas nō solum incurritur ob alienationem irrequisito Domino, sed etiam ob non solutum canonem ipso iure.

15 Caducitas incurritur, quatenus Dominus directus uelit. Et ideò requiritur eius declaratio.

16 Caducata non potest dici emphytheusis absque Domini declaratione.

17 Caducitatem si in eius uita dominus directus non acceptauit, censetur illam remisisse, itaut illius hæredes non possunt illam acceptare.

18 Hæredes domini directi non possunt acceptare caducitatem non acceptatam à defuncto, etiam stante pacto, quod bona ob non solutum canonem deuoluantur ipso iure.

19 à Voluntate mera Domini directi dependet, an uelit acceptare caducitatem.

20 Hæres legata tacitè reuocata per inimicitias inter legatarios, & defunctum contractas, negare quamuis aliter non reuocauerit, aut uoluntatem suam expresserit.

21 Feudo priuatur filius ob culpam patris, licet in uita eius tacuerit Dominus.

23 Caducitas, quando est inducta ob non seruata pacta in concessione apposita, id nocet etiam hæredibus quamuis in uita Vassalli Dominus tacuerit, nec conquestus fuerit.

24 Text. in l.3. §.final. ff. de alimen. leg. declaratur. & num.20.

25 Hæredi nō licet semel remissam iniuriam à defuncto suscitare.

26 Emphytheuta per commissum simpliciter non cadit à iure suo, sed ita demum si Domino placuerit.

27 Quæ conditio etsi resolutiua sit non suspensiua, exigit tamen, quod Dominus uoluntatem suam declaret.

28 in Feudis, nullo iure cauetur, quod eorum caducitas pendeat à uoluntate Domini, sed secus est in emphytheusi.

29 Pactum in emphytheusi continens, quod emphytheuta ipso facto cadat à iure suo efficit, ut pœna sit transitoria ad hæredes.

30 Pactum appositum in concessione emphytheusis, sequitur naturam ipsius emphytheusis.

31 Voluntatem declarandi ius adeò personale, quod morte extinguitur. Et hoc maximè in præiudicium tertij. num.32.

33 Legitima supplementum à filio uiuente non petitum censetur remissum, itaut ab eius hæredibus peti non potest.

Caducitas non potest per hæredem Domini contra emphytheutam, & illius hæredes intentari. & num.33.

34 Voluntatis declaratio morte extinguitur.

36 Reuocatio inducta ob causam non sequutam, seù pacta non seruata ad hæredes transit ad instar pœnæ conuentionalis.

37 L.fin. C.de reuocan.donat. est odiosa, & contra iuris regulas.

38 Donatio semel perfecta amplius reuocari non potest.

39 Donatio ob ingratitudinem reuocanda est, dicta reuocatio tanquam odiosa solis donatoribus tribuitur, & successoribus denegatur.

40 Donationem reuocandi potestas ad solos donantes restricta est. num.41.

42 L.fin.C.de reuocan.donat. cum sit odiosa est restringenda ad casum ibi expressum.

43 Emphytheuta culpam, ob quam incidit in caducitatem, Dominus tacendo, moriendo videtur remisisse.

44 Proprietarius, ut dicatur tacitè remisisse caducitatem emphytheutæ, debet probari eius scientia, & in dubio præsumitur ignorantia in Domino, nisi probetur scientia.

45 Proprietario defuncto, si illius hæredes agunt contra emphytheutam, qui incidit in caducitatem, tunc ut caducitas censeatur remissa, probari debet, quod Dominus habuerit notitiam caducitatis, sed quando agitur contra hæredes emphytheutæ, non est probanda dicta sententia. Vide rationem numer.47. & 48.

49 Actio commissi ex mero delicto procedit, nec per actionem ex contractu purgatur.

50 Emphytheuta ex vi contractus, & pacti vinculo tenetur canonem soluere, rem etiam non vendere Domino inconsulto, nec illam deteriore.

51 Actio ex contractu, quàm Dominus emphytheusim ex causa commissi repetit est in rem scripta, quæ contra tertium possessorem transit.

52 Emphytheuta cessante à solutione canonis, vel alienante inconsulto Domino oritur contra eum duplex ius Ordinarium, & extraordinarium.

53 Ordinarium prouenit ex contractu ipso, quod continet damnum, & interesse Domini, & hoc ius transit ad hæredes.

54 Aliud ius extra ordinarium pœnale, quo Dominus potest declarare emphytheutam cecidisse à Iure suo, & istud prouenit ex dolo, & culpa emphytheutæ, & istud ius fit personale ad alias personas non debet extendi. & num.56.

55 Incendiarij hæredes, seù alicuius alterius delinquentis sunt censuris compellendi ad resarciendum damnum.

57 Commissi pœna est legalis, & non conuentionalis.

58 Pœna inducta à lege an transeat ad hæredes, ipso iure.

60 Procurator habens speciale mandatum, præsumitur certiorasse Dominum de his, quæ accidunt.

61 Officialis censetur certiorasse suum Dominum, licet secus est in procuratore generaliter constituto.

62 Emphytheuta, quando non est eiusdem fori, quod est proprietarius, non tenetur ire ad eius domum ad soluendū canonem, sed ipse Dominus debet accedere ad domum Emphytheutæ. & num.64.

63 Nec hoc casu protestatio emphytheutæ est necessaria, nisi ad benè esse. & num.65.

66 de Deuolutione, quando agitur contra successorem ex facto defuncti, vt non habeat effectum, sufficit, quod res sit dubia.

67 Feudi successor, quando est priuandus eo, ex facto defuncti, requiritur quod deuolutio sit adeò clara, quod nullo pacto negari possit, aut defendi, sed si egeat aliqua probatione feudum nullo modo potest ab eo tolli, quod multo magis procedit in emphytheusi.

68 de Delicto mortui, valdè iniquum esset, si hæres non posset se defendere.

69 Emphytheusis deuolutio cessat, si mora fuerit purgata tempore habili.

70 in Canonis solutione annus debet considerari à die concessionis, non à die, quæ canon solui debet.

71 Ce-

71 Cedula productio deserdit prosolutione.
72 ad Deuolutionis effectum requiritur, quod cessatio à solutione sit per triennium integrum.
73 Emphyteuta, si soluat canonem pro primo anno, & pro secundo anno non, & pro tertio soluat, sed pro quarto non soluat, non potest expelli.
74 Mora, quando sumus in casu purgabili, satis est, quod purgetur.
75 Rot. decis. 466. num. 1. part. 1. diuers. declaratur. & num. 94.
76 Hæres emphyteutæ est excusandus si iusto errore ductus canonem non soluerit integrum.
77 Proprietarius potest sperare solutionem Canonis, factam à tertio.
78 Corbul. de caus. priuat. ob non solut. canon. limit. 7. num. 2. & alij declarantur.
79 Pecunias, si quis deponat nomine alterius, adhoc, vt soluat aliquem canonem, animo se reualendi. ista verba important, quod mutuo ei dedit illas pecunias.
80 in Emphyteutico contractu si dies, & pœna sint apposita ab homine mora non potest purgari.
81 in Contractu emphyteutico, quando dierum est oppositus ab homine, & pœna à iure, isto casu admittitur purgatio moræ ante acceptatam deuolutionem.
82 Moræ purgatio ex æquitate à lege est introducta.
83 Lex vna ab alia tollitur, & declaratur.
84 Mora celeri satisfactione purgatur, & hoc secundū æquitatem Iuris Canonici, quod maximè innititur æquitati.
85 Mora, quando dicatur celeriter purgatur, statur arbitrio.
86 Emphyteuta dicitur celeriter purgasse moram, si eam purget antequā Dominus declaret velle esse locum caducitati.
87 Iudex in dubio in eam sententiam inclinare debet, per quam caducitas euitetur.
88 Text. in c. potuit de locat. procedit tantum in emphyteusi Ecclesiastica, non autem Laicorum.
89 in Emphyteusi laicorum si procedendum est secundum æquitatem, & sola rei veritate inspecta, seruari debet, c. potuit de locat. etiam in terris Imperij.
90 Mora purgatio in emphyteuta, vt euitetur, Dominus statim lapso tempore debet acceptare caducitatem.
91 Emphyteuta dicitur esse in mora, postquam Dominus acceptauit caducitatem, quæ post modum purgari potest celeri satisfactione, ac per depositum. & num 29.
93 Emphyteuta, vt dicatur celeri solutione purgasse moram, cum hoc resideat in arbitrio Iudicis, quod arbitrium intellige, vt non operetur vltra duos menses, quod est verum post acceptatam à Domino deuolutionem, sed secus est ante.
95 Caducitatis pœna, si Canon non soluatur per triennium est pœna legalis, non autem ex dispositione hominis, etiam quod legatur in Instrumento.
96 Pactum appositum in aliquo contractu, si sit per omnia conforme dispositioni Iuris communis, non non alterat ipsum ius commune.
97 Ius petendi rem, quæ incidit in commissum, quinquennio præscribitur.
98 Ius commissi contra emphyteutam post quinquennium non durat.
99 Emphyteutæ hæres si ex facto proprio deficiat in solutione per triennium, &c. potest contra eum intentare caducitatem Dominus.
100 Emphyteuta in re emphyteutica certum est, quod potest constituere vsumfructum.
101 Emphyteutico rei vsufructu legato, vsufructuarius tenetur ad solutionem Canonis, cum istud onus sit reale.
102 Vsufructuarius ab onere soluendi canonem non potest se eximere. & num. 103.
104 Immissus Saluiani vigore, si non sit immissus propter debitum Domini, sed Antecessoris, tenetur ad solutionem Canonis, itaut si non soluat emphyteuta non cadit pro tempore quo res reuertitur ad ipsum Dominum.
105 Patri debetur vsusfructus in bonis aduentitijs filiorum.
106 Pater, si committat delictum, ob quod bona feudalia transeant in Fiscum, intelligitur durante vita patris.
107 Et si eius filij nihil habent ex istis bonis deuolutis, in vita patris ali debent.
108 Prælatus in vita æquiparatur vsufructuario, & in morte vsuario.
109 Prælatus, si delictum commiserit, ob quod sit priuandus feudo, deuolutio sit ad Dominum ipso prælato viuente, & post mortem illius reuertitur ad successorem in prælatura.
110 Ecclesia damnum non patitur si eius Prælatus aliquod delictum commisserit, sed d. Prælatus delinquens, in eo, quod viuus habere debet.
112 Prælato, aut Rectore quolibet delinquente, tandiu feudum Ecclesiæ Domino applicantur, donec ipsi viuunt, & ista est communis opinio, licet aliqui contrarium sentiant. & num. 116.
113 Ecclesia, ex eo, quod eius Prælatus non soluit canonem emphyteusis, cadit solum ab ea durante vita Prælati, & eo mortuo reuertitur ad Ecclesiam.
114 ob Prælati ingratitudinem, res donata Ecclesiæ non potest auferri, nisi tempore vitæ Prælati ingrati.
115 Imperator si commiserit aliquod delictum contra Vassallos Imperij Romani, nempè contra Reges Marchiones, &c. propter quod delictum Imperator proprietatem Feudi amittere mereatur, ille Vassallus contra quem Imperator deliquit, tantum, donec viuit ille Imperator, & non vltra à Iuramento fidelitatis absolutus est.
117 Culpæ appellatione, secundum propriam significationem, omnis omninò culpa comprehenditur, siue consistat in faciendo, siue in omittendo.
118 Constitutio quantumuis pœnalis extenditur ad omnes casus, qui suam propriam significationem sub generalitate verborum comprehenduntur.
119 in Prælato deficiente in solutione Canonis habet etiam locum cap. 1. §. fin. de capit. Corrad.
120 Feudum datum in dotem an perdatur per Feloniam Mariti. vide num. 123. & 124.
121 Dominium rei dotalis transit in Maritum.
122 Vxor si det feudum in dotem, ipse non habet potestatem recognoscendi, & fidelitatem iurandi Domino, sed adhoc tenetur Maritus. & num. 132.
123 ob Mariti Feloniam, ipse tantum feudo, & eius commoditatibus priuatur ad ipsius vitam, & post illius mortem, feudum reuertitur ad Vxorem absque aliqua distinctione.

126 *Mulier naturaliter remanet Domina rei dotalis.*
127 *Res mea, mihi sine facto meo aufertur.*
128 *Mandatum ad delinquendum numquam censetur datum, nisi id specialiter exprimatur.*
129 *Alienare prohibitus fauore Tertij, non potest delinquendo rem perdere.*
130 *Maritus res dotales fauore Vxoris alienare non potest.*
131 *Dotales res, & aliæ ipsius Vxoris ob delicta Mariti numquam publicantur.*

Confirmatur infrà hæc decisio coram eodem Dunozet. sub die . . . . . quæ decisio erit infrà.

DECISIO CCCLXI.

DIE 13. Iulij 1585. Cardinalis Io: Antonius Sorbellonus S. Georgij nuncupatus, tanquam Procurator Comitum Ioan. Baptistæ, Alexandri de Sorbellonibus, concessit in emphytheusim bona de quibus agitur, Octauiano Mascarino, & Simoni Carabello insolidum, suisque hæredibus, & successoribus in perpetuum, pro annuo Canone scut. 31. soluendorum in duobus terminis, videlicet in festiuitatibus Natiuitatis Domini, & Paschatis Resurrectionis, pacto adiecto, quod si dd. emphytheutæ deficerent in solutione d. Canonis per triennium continuum, caderent ab omni iure, actione, & commodo dictæ concessionis, & bona ipso iure, & facto deuoluerentur.

Obijt Octauianus 6. Augusti 1606. instituta hærede vsufructuaria Dominica eius Vxore, ac proprietate relicta Isabellæ, & Dorotheæ ex fratre Nepotibus, quæ hæredes Proprietariæ sub die 5. Septembris eiusdem anni, citarunt Procuratores dd. Comitum Io: Baptistæ, & Alexandri ad recipiendum Canones decursos duorum annorum, aliàs ad videndum illos deponi, prout de facto sub die 12. d. mensis deposuerunt scut. 62. in Monte Pietatis, & Cedulam depositi produxerunt in actis, sub die 23. eiusdem mensis.

De anno 1615: & nc post nouem annos ab obitu Mascarini Comes Fabritius filius, & hæres dicti Io: Baptistæ, litem mouit contrà d. Dominicam hæredem vsufructuariam, super deuolutione dd. bonorum, ob non solutionem Canonum, contra quam obtinuit mandatum de associando, citatis dd. Isabella. & Dorothea hęredibus Proprietarijs pro omni iure, & interesse.

Cumque de anno 1620. obijsset dicta Dominica, dicta Dorothea hæres Proprietaria, & Flauius Angellottus hæres Isabella alterius cohæredis Proprietariæ petierunt immitti in possessionem dd. bonorum vigore, *l. final. C. de edict. Diu. Adr. toll.* sed à R. P. D. Cecchino iudice ab A. C. deputato sententiam contrariam pro denegatione immissionis reportarunt. Causa appellationis à dicta sententia pro parte dd. hæredum interpositæ mihi commissa. Dubitaui An illa esset confirmanda, vel infirmanda, & DD. sub die 27. Nouembris 1634. dixerunt esse infirmandam, ex rationibus in d. decisione deductis. Cui resolutioni dictorum DD. de Sorbellonibus non acquiescentibus; Placuit DD. nouam eis indulgere audientiam super ijsdem, super quibus sæpius reproposita causa, ac re longa, & matura discussione examinata, tandem hodie in decisis præstitum fuit.

Siquidem quod dd. hæredibus competeret immissio in possessionem dictorū bonorum, etiam quod illa sint emphytheutica, visum fuit carere difficultate, cum † versemur in
1 emphyteusi priuata, & sic transitoria ad quoscumque hæredes, *Calder. in §. emphytheusis, de locat. Alex. cons. 128. nu. 8. vers. licet secundum eos, lib. 1. Clar. in § emphytheusis, quæst. 28. vers. tertius casus, Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 9. num. 1. & tit. 19. num. 2. cum alijs in d. decisione relatis.* Maximè
2 cum dicta concessio fuerit facta † pro se, hæredibus, & successoribus in perpetuū, & cum clausula ad habeñ, &c. *Soccin. cons. 266. num. 36. lib. 2. Soccin. Iun. consil. 124. num. 75. lib. 1. Caual. decis. 293. num. 2. & 3. Rot. decis. 294. num. 4. part. 2. recentior.*

Difficultas ergo restringebatur ad prætensam caducitatem; quam Sorbelloni duplicem esse prætendebant.

Prima dicebatur incursa in vita Octauiani ob non solutionem Canonis ab anno 1602. vsque ad illius obitum, sequutum de anno 1606.

Altera verò deducebatur ob non solutionem eiusdem Canonis ab obitu dicti Octauiani, vsque ad annum 1615. quo fuit actum ad caducitatem.

Quæ negatiua videbatur satis probari, eo
3 ipso, † quod emphytheuta non probabat se soluisse, *gloss. in l. 2. in verb. repellere, versic. item quis probabit, & ibi Bart. num. 9. C. de iur. emphyt. Ias. in l. in illa stipulatione la prima, num. 15. vers. secundo fallit, ff. de verb. obligat. Natt. cons. 226. nu. 2. & 3. Corbul. de caus. priuat. ob non solut. Canon. q. 4. num. 1. Clar. in § emphytheusis quæst. 10. versic. sed pone.*

Circa primam caducitatem fuit consideratum, primo illam non obstare, quia caduci-
4 tas † non declarata contra Authorem, non potest declarari contra successorem, *Cuman. in cons. 164. num. 3. vers. quinimò etiam, Rip. in l. fin. quæst. vlt. num. 236. C. de reuoc. donat. Ruin. cons. 10. nu. 4. lib. 1. Gabr. de crimin. conclus. 35. nu. 2. & seqq. Rimin. Iun. consil. 22. num. 25. & seqq. lib. 1. Gabr. cons. 67. num. 7. & 10. cum seqq. lib. 2. Bursatt. de communi consil. 447. num. 6. lib. 4. & post multos in cons. 257. num. 11. lib. 3. Cassad. decis. 2. num. 2. de locat. Osasch. decis. 29. num. 13. vers. Verumtamen, Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 27. num. 34.* vbi quod ita fuit resolutum *in Romana Domorum in Burgo 6. Iunij 1582. coram Robusterio, Honded. cons. 55. nu. 20. lib. 1. Caldas. de renou. emphyt. lib. 4. cap. 17. nu. 29. & 30.* vbi affert rationem, quia omnis
5 actio † criminalis tendens ad vindictam qualis est ista commissi re integræ morte delinquentis extinguitur, nec amplius potest suscitari, *Rip. in d. l. fin. nu. 27. & seqq. C. de reuoc. donat.*

Ruin.

Rim. consil.159.num.31. vol.1. Bursatt. consil.91. ante nu.6. idem *Caldas.in repet. l.vnic.C.ex delict. defunct.*

6 Neque obstat, quod ista conclusio † non habeat locum, quando pœna vigore pacti incurritur, *Bero. consil.122. num.10. lib.1. Gabr.de crimin. d. conclus.35. num.14. sanct. mem. Gregor. decis.529. num.20.* Quia conclusio procedit in

7 pœna conuentionali, non autem † quando in contractu exprimitur pœna, quæ de iure inest, scilicet quod cessante emphytheuta in solutione Canonis per trienniũ cadat ab em-

8 phytheusi, † si eam obtinet à priuato, quia si ab Ecclesia sufficit biennium, *l.2.C.de iur.emphyt. & auth.qui rem,C.de sacros. Eccles.c.potuit de locat. Corbul.de caus.priuat. ob non solut. Can. in princip.* Et propterea ista expressio nihil operatur, cũ

9 in † omnibus, & per omnia sit conformis dispositioni iuris, *l.3. ff. de legat.1. l.non rectè, C.de fideiuss.* Et quia pactum est intelligendum

10 secundum naturam contractus, † ac subiectā materiam sicut iuramentum, *l.si vno, ff.locat. l. si Insulam de præscript.* & ita in istis terminis respondit *Rot.apud Cassad.decis.9.num.6. vers.sed quando, de locat.* Vbi materiam exornat, quare parum curandum est de *Bero.d.consil.122.nu.10.*

11 *lib.1.* qui tenet † quod pactum etiam conforme iuri communi causat deuolutionem ipso iure, quia ad quod probandum nihil allegat; & in cōtrarium habemus sententiam Rotæ *apud Cassad. vbi suprà.*

Nec obstat, quod secus est, quando adest

12 pactum, † quod bona ob non solutum Canonem deuoluantur ipso iure, & absque Iudicis sententia, prout in casu nostro, vt voluit *Honded.consil.51.num.32. vol.1. Bursatt.consil.252.num.4.lib.3. Vig.cons.68.num.314.& 315.*

Quia non refert huiusmodi pactum cum sit conforme dispositioni iuris, secundum

13 quod incurritur † caducitas non solum ob alienationem irrequisitio Domino, sed non solutum Canonem ipso iure, *ex alleg. per Caldas.de emphyt.extinct.l ib.4.cap.17.nu.2.* & in specie *Cassad. d. decis.2.num.1. & decis.4. num.3. de*

14 *locat.* & propterea † hoc pactum non alterat contractum, *Cassad. d.decis.3.num.7.de locat.*

Secundò considerabant DD. quod de tempore obitus Mascarini, erant Domini directi prædicti Comites Io:Baptista, & Alexander, qui cum non acceptauerint d.caducitatem, censentur illa remisisse, & propterea Comes Fabritius non potuit illam acceptare, etiam quod Mascarinus viueret; Ergo multo magis non potest contra hæredes ipsius, quia

15 caducitas † incurritur, quatenus Dominus directus velit, & ideò requirebatur declaratio dd.Comitum Io:Baptistæ, & Alexandri, *Bart. in l.2. num.7. C.de iur. emphyt.* quem DD. communiter sequuntur, vt dicit *Paris. in consil.108. nu.33.lib.1.* communem quoque dicit *Rimin.Iun. in cons.94. num.16. Io:Anan. consil.84. in princip, Ias.qui etiam de communi in l.2.num.10. C. de iur. emphyt. Dec. cons.146. col.3. Cassad.de-*

16 *cis.2. & 3. de locat.* Et sine declaratione † non potest dici res caducata, *Alex. consil.82. num.3. lib.7. Clar. dict. §.Emphytheusis quæst.9. in princip.*

vbi de communi testatur. Et propterea cum

17 dd.Comites Io:Baptista, & Alexander † non acceptauerint in eorũ vita caducitatem, censentur illam remisisse, ilaut Comes Fabritius illorum hæres non potuerit illam acceptare, *arg. text.in l.fin. C.de reuoc.donat. & in l. eum qui, §.iniuriarum. ff. si quis caut. & in l.1. C. de reuoc. donat.* quæ iura ponderat, *Caldas.de iur.emphyt. lib.4. de emphyt.extinct. cap.17.à num.13. vsque ad num.15.& ita in puncto dicunt gloss.in l.omni modo, verb. non licebit, C. de inoffic. testam. & ibi Castrante in fin. nu.5. vbi declarat d.gloss.& Salyc.nu.6.* & videtur etiam *text. clarus in l. fin. C. de reuoc. donat. Hyppol. de Marsil. in l. vnic. num.63. C.de rapt. Virg. Rip. in l.fin.num.206. C.de reuoc. donat. Tellius Fernandez ad l.4. Tauri, num.53. & seqq.*

18 Vbi dicit hoc † procedere etiam stante pacto, *Paris.consil.108. num.33. & seqq. lib.1. Afflict. in in cap.1. §. porrò, num.18. quæ fuit prima causa, Curt.de feud. 4.part. num.156.* qui de communi testatur, & respondit contrarijs, *Thob. cons.2. num.50. & seq. Misinger.cent.3. obseruat.97. nu.3. vers.porrò, Gama decis.17. nu.2. & ibi Add.* testatur de communi, *Bursat. cons.91. sub numer.5.* vbi de communi, *lib.1.* & latissimè *Cald. de emphyt. extinct. part.4. cap.17.num.5. & sequentib.* Vbi ponderat alias rationes, *à numer.18. vsque ad 24.* tollit contraria, & hanc sententiam tenet Rota, *vt per Cassad. decis.2.de locat. & in decis.3. eod.tit. num.1. 3. & 7.* Vbi hæc sententia procedit etiam stante pacto, quia non est admittendum Dominum voluisse pacisci, vt emphytheuta omninò caderet, etiam si sibi displiceret, & non declararet, non est enim

19 verisimile, † quod per tale pactum voluerit perdere iuris arbitrium, attento quod dependeat à mera voluntate ipsius Domini, quam de facili poterat declarare.

Nec prædictis contradicit *text.in l.3. §.final. ff.de adimend.legat.* Vbi habetur posse hæredem

20 legata † tacitè reuocata per inimicitias inter legatarios, & defunctum contractas negare, quamuis Testator illa aliter non reuocauerit, aut voluntatem suam expresserit, quem text. ad propositum de quo agitur, ponderat *Barbatia in cap.final. num.13. circa med. vers.ego verò dubito,de donat.* prout nec alius *text.in c.Vassalli, tit. si Vassallus feudo priuetur*; Vbi feudo priua-

21 tur filius propter culpam patris, † licet in vita eius, Dominus tacuerit, quem *text.adhoc po. Isern. vbi perpendit Afflict. in d.cap.1. §.porro, num.48.* quæ sit prima causa, &c. Quæ iura eo magis videntur procedere, stante pacto apposito in concessione, quod si Canon per

22 triennium † non soluatur, bona cadant in commissum, *Bald.in l.cap.1. §.insuper, numer.7. in fin. de prohib. feud. alien. per Frider.* qui dicit

23 ad caducitatem inductam † ex pactis concessionis non seruatis, hæredibus nocere, quamuis in vita Vassalli dominus tacuerit, nec conquæstus fuerit, & sequitur *Afflict. in d.cap.1. §.porrò num.55. quæ fit prima causa.* Respondentur enim quod *text.in d.l.3. §.fin.* non

24 facit † ad præsentem casum in quo ex Domini directi taciturnitate inducitur quædam commissi remissio, propter quam non licet

25 hæredi semel remissam † à defuncto offensam suscitare, vt supra dictum fuit, & ideò non est recedeñ à communi opinione, vt placuit *Curt. lib. 4. feud. num. 156. Cald. de iur. emphyt. part. 4. de emphyt. extinct. num. 19. & 24.* vbi dicit
26 emphytheutam per commissum non † simpliciter cadere à iure suo, sed ita demum, si Domino placuerit, quæ conditio etsi resolutoria sit, non suspensiua, exigit tamen quod Dominus voluntatem suam declarat, quod
27 vbi † viuus non facit remittere caducitatem videtur, vt firmat *Bald. in l. fin. nu. 5. C. de reuoc. donat. Imol. in cap. fin. nu. 24. de donat. Iaf. in l. omni modo. in fin. C. de inoffic. testam. Cassad. d. dec. 2. & 3. de locat. Barbatiam, & in d. cap. fin. nu. 13. de donat.* tenent hanc sententiam in emphytheusi contrarium defendens in feudis, quia iure expres-
28 sus non reperitur eorum † caducitatem pendere à Domini voluntate, quocircà planè fatetur cōtrarium resoluendum in emphytheusi, in qua id expressum reperitur. Et hac ratione cessat etiam dispositio *text. in c. Vassalli, si Vassall. feud. priu.* Quia procedit in feudo, non autem in emphytheusi, in qua habemus claram dispositionem, vt caducitatem intelligatur, quatenus Dominus voluerit.

Ad *doctr. verò Bald. in cap. 1, §. insuper num. 7. de prohib. feud. alien. per Frider.* qui dicit pactum
29 continen † quod emphytheuta ipso facto cadat à iure suo, efficere pœnam transire ad heredes. Respondetur, quod d. pactum appositum in concessione emphytheuta sequitur naturam emphytheusis, & consequenter pati-
30 tur illam tacitam conditionem; si Domino placuerit, quamobrem nisi Dominus declaret se velle, moriens magis videtur remisisse, quia ius declarandi voluntatem adeò perso-
31 nale † est, quod morte extinguatur, nec ad hæredes transeat, vt dicunt *DD. in l. qui Romæ, §. Flauius, ff. de verb. oblig. Ex ea de pact. nu. 175. cum seqq. & fuit sententia gloss. in l. idem Pomponius, §. fin. verb. appareat, ff. de rei vendic.* & notat *Bart. in l. inter stipulantem, §. 1. num. 3. ff. de verbor. oblig.* maximè in præiudicium emphytheutæ, cui
32 dicitur † remissa pœna commissi, *Angel. in §. si generaliter, num. 3. versic. sin autem, instit. de legat. Ias. in l. si quis filios, §. si quis plures nu. 4. & 9. ff. de leg. 1.* Et concordant illi, qui hac eadem ratione, & argum. contendunt legitimæ supple-
33 mentum † à filio viuente non petitum, quasi remissum ab eius hæredibus peti non posse. Quoniam illa declaratio voluntatis personalis
34 est, † & morte extinguitur, vt benè considerat *Cald. de emphyt. extinct. part. 4. cap. 18. nu. 25. vt suprà dixi Rot. tenet, vt videre est apud Cassad. d. decis. 2. & 3. de locat.* Quod caducitas non
35 possit † per hæredem Domini, cōtra emphytheutam, & illius hæredes intentari, etiam stante pacto, vt suprà dictum est.

Et cessat quoque id, quod dicit idem *Bald. in l. fin. C. de reuoc. donat.* scilicet reuocationem
36 inductam, † ob causam non sequutam, seù pacta non seruata ad hæredes transire, ad instar, & similitudinem pœnæ conuentualis.

Nam respondetur quod d. lex est odiosa, &
37 cōtra † iuris cōmunis regulas, secundū quas
38 perfecta † semel donatio amplius reuocari non potest, *l. perfecta, C. de donat.* quæ sub modo, *l. sicut ab initio, C. de action. & oblig. cap. quod semel placuit de reg. iur.*

Aduersus quæ iuris principia Legislatoribus æquum visum est ob ingratitudinē posse
39 reuocari; † quàm reuocationem tanquam odiosam ipsis solis donatoribus tribuerant, & successoribus negarunt, quamobrem vbi ob pacta nō seruata, seù ex causa non sequuta *Baldo, & alijs DD.* placuit potestatem dare re-
40 uocandi, huiusmodi † reuocatio procedit secundum iuris communis regulas, & consequenter restringitur ad ipsos donantes, vt sunt verba clara *Montal. in ll. for. tit. 3. de las donationes, l. 2. gloss. 2. litt. I. fol. 100. col. 4. in princip. Cald. d. cap. 18. num. 26.* Qui subdit quod quoties ob causam non sequutam, seù pacta non serua-
41 ta, donatio reuocatur magis † ex defectu voluntatis, & intentionis donantis, quasi nunquam fuisset facta, reuocata censeri debet, quam in pœnam Donatarii, non adimplentis causa, & promissa, quapropter non est mirum si *d. l. fin. C. de reuoc. donat. ob caus.* non sequut.
42 odiosa † sit, & restringenda ad causam, in quo propter ingratitudinem, vel similem causam agitur de pœna infligēda delinquenti, seù Donantem offendenti, cuius culpa tacitè remissa ab offenso videtur, quemadmo-
43 do contingit in Emphytheuta, † cuius culpa Dominus tacendo moriens videtur remisisse, vt suprà pro ratum fuit ex pluribus auctoritatibus.

Neque obstat, quod prædicta procederent, si Dominus sciuisset caducitatem, si autem
44 nesciuit, non censetur remissa † caducitas ex DD. cumulatum per *Cald. de Emphyt. extinct. l. 4. cap. 18. num. 27. Corbul. de iur. Emphit. de caus. priu. ob non solut. Canon. amp. 45. num. 25. Cassad. decis. 2. num. 7. & decis. 1. de locat.* Et in dubio præsumitur ignorantia in Domino, nisi probatur scientiam, *ex alleg. per Cald. loc. proximè alleg. num. 28.*

Nam huic fundamento datur responsio prima est quando defuncto Domino illius hæredes agunt contra Emphytheutam, tunc vt caducitas censeatur remissa debet probari,
45 quod † Dominus habuerit notitiam illius caducitatis, sed quando agitur contra hæredes Emphytheutæ defuncti, non est probanda scientia caducitatis, *Rip. in l. fin. C. de reuoc. don. num. 205. & seqq. Ruin. consil. 159. num. 13. lib. 1.* Et ratio est, vt supra etiam dictum fuit, quia
46 omnis actio † criminalis tendens ad vindictā qualis est ista commissi, re integra morte delinquentis extinguitur, nec amplius potest suscitari, ex congest. per *Cald. in repet. l. vnic. C. ex delict. defunct. Rip. in d. l. fin. num. 205. & seqq. C. de reuoc. donat. Ruin. d. cons. 159. num. 13. col. penultim. Bursat. dict. consil. 91. ante num. 6.* Quare non est attendenda ista Domini directi scientia, vel
47 ignorantia, cum delictū Emphytheutæ, † qui alienauit, per mortem sic extinctum, *Corbul. d. amplia. 45. num. 25.* Secus autem esset, quando hæres ipsius Domini directi, vellet agere
48 contra eundemet Emphytheutam, † qui ceci-

cecidit ob alienationem irrequisito Domino,
vt distinguendo dicit *Caldas. d.lib.4. de emphyt.*
extinct. cap.18. num.3.

Neque obstat, quod *Bursatt. d.cons.91. versic*
respondetur namque, lib.1. teneant contrarium,
quem videtur sequi, *Caldas. de emphyt. extinct.*
lib.4. cap.18. num.3. dicit enim verum non esse
49 actionem† commissi ex mero delicto proce-
dere, nec per actionem ex coniectu purgari,
sed ex contractu Dominum aduersus emphy-
50 teutam agere quoniam emphyteuta † ex vi
contractus, & pacti vinculo tenetur canonem
soluere, rem etiam non vendere Domino in-
consultò, nec illā deteriorare, *gloss. & DD. in*
§. adeo, instit. locat. Corn. cons.67. nu.25. lib.2. Ce-
phal. cons.139. num.16. Quamobrem contrafa-
faciens ex ea actione pacti conuenti priuatur
emphyteusi, & cōsequenter per eam actionem
51 delictum purgat, † Actio enim ex contractu,
qua Dominus emphyteusim ex causa com-
missi repetit est in rem scripta, quę contra ter-
tium possessorem transit, *Alex. cons.113. in prin-*
cip. lib.4. Dec. cons.184. num.7. & seqq. cum alijs per
Caldas. loco modo suprascitato num.32. Huic fun-
damento respondetur, quod, vt inquit *Berou.*
in cap. potuit num.76. de locat. Emphyteuta ces-
52 sante à solutione canonis, † vel alienante in-
consulto Domino oritur contra eum duplex
Ius ordinarium & extraordinarium, ordina-
rium prouenit ex contractu ipso, quod conti-
net damnum & interesse Domini, videlicet
53 satisfactionem pensionum, & donorum, † &
dictum Ius transit ad hæredes emphyteutæ, vt
dicunt *Canonistæ in cap. fin. & ibi gloss. de sepult.*
Vbi aiunt quod hęredes Incendiarij, siue ali-
54 cuius alterius † delinquentis sunt censuris
compellendi, quod confirmatur *in cap. in litte-*
ris de rapt. Aliud extraordinarium Ius est pœ-
nale, quo Dominus directus potest declarare
55 emphyteutam cecidisse à Iure suo, & istud
prouenit ex dolo, & culpa emphyteutæ, non
autem ex contractu, sed ex prouisione legis.
56 Ideoque illud Ius, non est† extendendum ad
alias personas, cum dicatur Ius personale, vt
in l. fin. & in l. bis solis, C. de reuoc. dan. & bene di-
cit Alciat. in l.4. §. Cato num.64. ff. de uera obligat.
57 quod ista pœna † commissi est legalis, non
conuentionalis, & licet *Caldas. ubi supra nu.22.*
58 dicat idem respondendum esse, † quia pœna
inducta à lege, ipso Iure ad hęredes transit,
l. si quis in graui, §. fin. ff. ad Sillanian. Bero. con-
sil.98. numer.28. lib.1. Attamen hæc responsio
videtur secundam distinctionem *Bero. supra*
allat. sed non sufficit in casu isto, & hæc pro-
cedunt etiam, quod in contractu fuerit dictū,
quod caducitas incurratur, si per triennium
59 fuerit cessatum à solutione canonis, † cum
solum fuerit expressum id quod de Iure in-
erat, vt pulchrè per *Cassador. decis.3. num.7. de*
locat.

Secundo respondetur, quod aut erat Pro-
curator in Curia DD. Comit. Io: Baptistæ, &
Alexandri ad exigendum Canones, aut non
erat, qui tale munus in Curia haberent, si ade-
rat Procurator specialis ad exigendum, &
60 hoc casu cum Procurator† haberet mandatū
tum speciale, presumitur Dominos certio-
rasse, *Lap. in cap. gratia, nu.3. de rescript. in 6. quem*
refert Rom. in cons.481. in princ. & tennit Rot. apud
Cost. decis.80. Prout etiam in simili videmus
61 in Officiali, ad quem † spectant Iure alicuius
rei, licet secùs sit in Procuratore generali cō-
stitutio, *Sardus in cons.556. num 14. lib.4.* Aut
verò non aderat Procurator in Curia ad exi-
gendum, & cum solutio deberet Rotæ fieri,
vt clarè dicitur in Instrumento concessionis,
& DD. Comites essent diuersi fori, scilicet
62 Mediolanenses, emphyteuta† non tenebatur
ire ad domum creditoris, sed ipse Dominus,
vel ipsi Domini ad domum emphyteutæ de-
bitoris, *Bart. in l. item illa num.9. uers. & per hoc*
dico, de const. pecun. & sequitur Iason in l.2. num.92.
63 *ff. de iure emphyt.* Nec protestatio † emphyteu-
tæ debitoris erat necessaria, nisi ad benè esse,
Corbul. de caus. priuat. ob non solut. Can. limitat.9.
num.1. & 2. Itaut Dominus teneatur probare
64 se † die solutionis, vel eius legitimum Pro-
curatorem fuisse in Vrbe, *Corbul. ubi supra li-*
mit.15. num.2.3. & seqq. Vbi etiam dicit, quod
65 protestatio solùm† requiritur ad bene esse, &
est de mente *Mantica de tacit. & ambig. lib.22.*
tit.27. num.66. Et sufficit etiam ad hunc effe-
66 ctum, quod materia esset, dubia, quia† cum
agatur de deuolutione contra successorem ex
facto defuncti, requiritur etiam in feudis, quod
plus est, quod deuolutio sit adeo notoria, &
67 inexcusabilis, † quod nullo pacto negari pos-
sit, aut defendi, sed si eget aliqua probatione,
vel possit aliquo colore excusari, non potest
hoc casu feudum, & sic multo minus emphy-
teusis ab hærede reuocari, cum sit valdè ini-
69 quum, vt de delicto† mortui, qui se defende-
re non potest agatur in præiudicium hæredis,
vt prudenter considerat *Clar. in §. feudum q.65.*
num.1. uers. quam opinionem.

Secundò principaliter dicebant DD. non
intrare caducitatem, quia mora fuit purgata,
& quidem tempore habili, & quod fuerit pur-
gata satis probatur, quia vt supra dictum fuit
Comites Io: Baptista, & Alexander concesse-
runt emphyteusim die 3. Iulij 1585. & canon
sc. 31. erat soluen in duobus terminis, Nati-
uitatis Sanctissimi D. N. & Paschatis Resur-
rectionis, & sic annus incipiebat dicta die 3.
Iulij 1585. & finiebat 3. Iulij 1586. ad hunc
70 enim effectum annus est considerandus† à die
concessionis, non à die, qua canon debet sol-
ui, *Corbul. de caus. priuat. ob non solut. canon. qu.1.*
per tot. Grat. cons.79. num.8. & 9. vol.1. Quare
cum ponderatur, quod ab anno 1602. citra,
canon non fuerit solutus, debet hoc intelligi,
quod non fuerit solutus à die 3. Iulij 1602.
quia tunc incipiebat annus, & propterea cum
Mascarinus obierit die 6. Augusti 1606. à 3.
Iulij 1602. vsque ad dictam diem obitus erant
elapsi 4. anni, Vnde cum die 5. Septembris
eiusdem anni 1606. dd. hæredes Proprietariæ
Mascarini fecerint citari Procuratores dd. Co-
mit. Io: Baptistæ, & Alexandri, ad recipiendū
canonem, aliàs viden deponi, & obtinuerunt
decretum ad fauorem, & die 18. eiusdem
mensis Septembris, bo: me: Io: Baptista Bo
lognet-

lognettus deposuerit in Monte Pietatis de proprijs pecunijs, animo se reualendi contra dd. hæredes sc.62. pro canone duorum annorum, & die 23. eiusdem mensis, Procuratores dd. hæredũ Proprietarium Mascarini in actis
71 produxerint dictam cedulam depositi, † quæ productio sufficit pro solutione, cum dd. Procuratores recusauerint recipere, *l.2. in fin. C.de iure emphyt. Guidop. decis. 123. num. 1. in fin. Ripol. uar. resolut. cap.7. num.223. Butius decis.50. nu.46.* Ideo fuit purgata mora, licet non fuerit solutus canon totius quadriennij, quia sufficit,
72 quod† debitum pro integro triennio non remaneret, ad effectum enim deuolutionis requiritur, quod cessatio a solutione sit per
73 triennium, aliàs res non cadit in† commissũ, Ita vt si emphyteuta soluat canonem pro primo, & secundo anno, & pro tertio soluat, sed pro quarto non soluat, non potest expelli, *Corbul. post alios de caus. priu. ob non solut. canon. qu.3. num.1. & 2. & per totam quæst.* Ita in proposito cum versemur in casu, quo mora po-
74 tuerit purgari, vt infra dicetur, † satis est quod mora fuerit purgata, itaut Comiti Fabritio hæredi Com. Io: Baptistæ & Alexandri competeret solùm actio ad repetendum residuum canonis, *Cassad. decis.3. num.2. de locat.* Nec his resistit *decis.466. num.1. uers. depositum, par.1. di-*
75 *uersor.* † Quia ibi dicitur, quod depositum non erat integrum, & factum post declacationem Capituli, & illa decisio non examinat ex professu hunc articulum, neque supradictas cõclusiones. Et cessat omnis difficultas, ex quo Mascarinus in Testamento scripsit se debitorem canonis pro duobus annis tantùm, Vn-
76 de † dd. hæredes Proprietariæ sunt excusandæ, si isto errore ductæ non soluerint integrũ canonem, *Alexan. in l. in excusatione, §. item si ita num.5. uers. prædicta enim, de uerb. obligat. Clar. in §. Emphyteusis, qu.8. uers. hoc autem de plano, circa med. Gabr. cons.66. num.59. lib.2. Mantica de tacit. lib.22. tit.27. num.53.*

Nec subsistit quod Procuratores dd. Com. Io: Baptistæ, & Alexandri poterant spernere
77 dictam solutionem † tanquam factam a tertio, nempè à Io. Baptista Bolognetto, *ex alleg. per Corbul. de caus. priu. ob non solut. can. limit.7. numer.2.* Quia in hoc casu non agitur de solutione facta à tertio pro dd. hęredibus Masca-
78 rini, in quibus terminis loquitur, † *Corbul. & alij per eum allegati*; Sed Io: Baptista Bolognetto nomine dd. Mulierum hæredum de-
79 posuit pecunias in Monte Pietatis animo† se reualendi, quæ verba important, quod mutuo dederit illas pecunias, & Procurator dd. Mulierum hæredum produxit in actis dictam cedulam depositi, & sic tertius non soluit pro dd. Mulieribus hæredibus, sed Procurator ipsarum soluit earum nomine, & sic cessat obiectum.

Quod autem purgatio moræ fuerit facta in tempore, satis apparet, quia ante acceptatam
80 caducitatem vera est distinctio, † quod si dies, & pœna sunt apposita ab homine, mora non potest purgari, Secùs autem quando dies est
81 apposita ab homine, † & pœna à Iure, quia isto casu admittitur purgatio moræ, ante acceptatam deuolutionem, *Guidop. post Din. & Bart. quo allegat. decis.171. numer.1. in fin. & sub num.2.* dicit rationem esse, quia lex subrogat sibi pœnam commissi si non seruatur dies statuta ab homine, & cum per legem sit intro-
82 ducta † de ęquitate purgatio moræ; Ideò nõ mirùm si pœna, quam lex subrogat etiam tollatur per purgationem, quam etiam lex
83 introduxit, † & sic vna lex per aliam tollitur, vel declarans, & hanc distinctionem claris verbis facit, *Put. in decis.66. lib.3.* quamuis non alleget, *Guidopap. & optimè etiam Clar. in §. Emphyteusis, quæst.8. num.15. uers. item quæro,* dicit quod secundum dispositionẽ Iuris Canonici,
84 quod † maximè innititur æquitati, mora celeri satisfactione potest purgari, *cap. potuit de locat.* & subdit quod secundum magis com-
85 munem opinionem DD. statur arbitrio† Iudicis quando dicatur celer purgatio moræ, &
86 in dicto dubio celer satisfactio † dicitur, antequam Dominus declaret velle esse locũ caducitati, quod & tenet *Ferrer. in add. ad decision.*
87 *Guidopap. & subdit etiam idem Clar.* quod † Iudex debet semper inclinare in sententiam, per quam caducitas euitetur, tanto magis procedendo sententiam æquitatem Canonicam, &
88 dicitur etiam, quod licet † *text. in cap. potuit de locat.* procedat tantùm in Emphyteusi Ecclesiastica, non autem laicorum, & priuatorum, vt dicunt DD. communiter tamen si esset iudicandum secundum æquitatem, & sola veri-
89 tate inspecta posset † seruari dispositio *d. cap. potuit* etiam in Terris Imperij, in Emphyteusi etiam Laicorum, & dicit illud esse æquissimum, & Sen. tus ita fuerat, & benè etiam *Cepol. caut.135.* Vbi quod cautela est ad purga-
90 tionem moræ euitandam, † vt statim lapso tempore acceptetur caducitas, quia tunc mora non poterit purgari nisi celeri solutione, aliàs enim non facta protestatione mora pote-
91 rit purgari, † & benè etiam *Bart. dec.50. nu.46.* Vbi quod mora com mittitur post delarationem factam, quæ postmodum purgari potest infra modicum tempus, & celeri satisfactione, ac per depositum, *Mantica de tacit. & ambig. lib.22. tit.27. num.35.* Vbi quod mora ante declarationem potest purgari, immò & facta de-
92 claratione, † celeri satisfactione, & allegat alios DD. Vnde clarè patet quod cum *Corb. de caus. priuat. ob non solut. canon. limit. 41. in fin.* dicat, quod communis sententia est, quod ar-
93 bitrium † Iudicis non potest operari vltra duos menses, sit intelligendus facta acceptatione secùs autem non facta acceptatione, &
94 ita non obstat † *dicta decis.466. parte 1. diuersor.* quia vt supra fuit responsum, in casu illius depositum fuit factum longè post acceptatam caducitatem, sed in casu isto non constat de acceptatione.

Ex quibus clarè constat, quod in casu isto pœna caducitatis, si canon non soluatur per
95 triennium, † est apposita à lege non autem ab homine, etiam quod legatur in Instrumento ex supra deductis, *Cassad. decis.3. num.6. de locat.* Ea ratione, quod cum istud pactum per omnia

omnia sit conformi dispositioni Iuris cōmu-
96 nis, non † alterat ipsum Ius commune, & quod propterea mora ante accepta: tam caducitatem potuerit purgari, prout fuit purgata.

Quarto principaliter pōderabant DD. quod caducitas ob non solutum canonem in vita Mascarini defuncti de mense Augusti 1606. aut fuit intentata de anno 1615. aut solùm hodie intentatur, & neutro istorum temporum potuit intentari, cum esset lapsum quinquen-
97 nium, quia Ius † petendi rem, quæ incidit in commissum, quinquennium præscribitur, *l. 2. C. de vectigal. & commiss. quem text.* tanquam singularem notat *Roman. singul. 479.* incipiens Ius
98 petendi rem: Vnde post quinquennium non durat illud Ius commissi, *Alex. in add. ad Bart. l. forma, §. si vuis veniam, ff. de cens. Bart. in leg. commissa, quast. fin. ff. de public. & vectigal. Cald. de emphyt. extinct. lib. 4. cap. 11. num. 11.*

Quantum attinet ad caducitatem prætensam post obitum Mascarini intentatam de anno 1615. licet Comes Fabritius potuerit in-
99 tentare, † caducitatem ob non solutionem factam per triennium suo tempore, *Cassad. dec. 3. num. 3. de locat.* Tamen pro resolutione huius articuli repetendum est, quod supra dictum fuit, nempe Mascarinum reliquisse Dominicam vxorem vsufructuariam, hęredes autem proprietarias Isabellam, & Dorotheam ex fra-
100 tre neptes, & † certum est potuisse in d. re emphyteutica constituere dictum vsumfructum, *Bald. in l. 1. §. 1. per d. text. ff. quib. mod. vsufruct. amit. & in l. 3. num. 3. vers. quaro hic, C. de servit. & aqu. Alex. cons. 120. in fin. lib. 1. & in l. 3. §. ex contrario ante numer. 37. & ibi Iason num. 30. ff. de acquir. possess. Soccinus iunior cons. 80. num. 48. lib. 3. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 20. num. 5.* Et propterea solutio canonis spectabat ad dictam Do-
102 minicam vsufructuariam, nam legato † vsufructu rei emphyteuticæ, vsufructuarius tenetur ad solutionem canonis, cum istud onus sit reale, quod sequitur possessionem ipsius rei, quæ est obnoxia solutioni; Itaut vsufructuarius non possit se eximere, *Gabr. cons. 47. num. 6. & 7. lib. 1. Pinel. in l. 1. §. 1. C. de bon. matern. n. 76. vers. 3. ampliantur, Caualcan. de vsufruct. mulier. relict. num. 60. Castill. de vsufruct. cap. 37. num. 11. & Clarius in cap. 56. num. 16. Ripol. var. resolut. cap. 7.*
103 *num. 364.* Et in specie † quod vsufructuarius teneatur ad solutionem canonis, dicit idem *Castill. decis. 56. num. 14.* Et in simili videmus, quod immissus vigore Saluiani, si non fuit immissus propter debitum Domini, sed ante-
104 cessoris, tenetur ad solutionem † canonis, ita vt si non soluat, emphyteuta non cadat pro tempore quo res reuertitur ad ipsum Dominum, vt fuit resolutum in causa *Romana prætensa deuolutionis 2. Maij 1589. coram bo: me: Comitulo, quem refert & sequitur Mantica de tacit. lib. 22. tit. 27. num. 47. & seqq.*

Hinc sequitur, quod & si Dominica hæres vsufructuaria non soluerit canonem, non propterea Isabella, & Dorothea fuerunt priuatæ emphyteusi, sed solùm emphyteusis fuit reuersum ad Dominum durante vita ipsius
105 Dominicæ vsufructuariæ, † vt de vsufructu debito patri in bonis aduentitiis filiorum, si pater committat delictum, quod bona feudalia transeant in Fiscum, durante solùm vita
106 patris, † scilicet donec duret vsufructus, secundùm formam *l. vsufr. ff. solut. matrim. dicunt Bald. in l. corruptionem. num. 7. C. vsufr. Salic. in l. si quis post hac. C. de bon. præscript. num. 1. Rom. in l. si finita, §. si vectigal. nu. 12. ff. de damn. infect Boer. decis. 7. num. 4. ubi num. 5.* etiam dicit, quod
107 si filius nihil habet ex istis bonis † deuolutis in vita patris ali debet, *Peregr. de iure fisc. lib. 5. tit. 1. num. 126. vers. sed aduerte, Menoch. de recup. remed. 9. num. 243. & seq. Roderic. in repet. l. si post rem numer. 13. ff. de rei vend. Franc. Marcb. decis. 827. num. 4. parte 1. Gabr. cons. 123. num. 10. vol. 1. Rosental. de feud. part. 2. cap. 10. concl. 6. numer. 11. & 13.*

Hinc etiam videmus, quod si Prælatus Ec-
108 clesiæ, † qui est vsufructuarius in vita, & vsurarius in morte, dicit *Iason cons. 75. num. 4. cum seqq. & in fin. lib. 3.* delictum commiserit,
109 feudum † deuoluitur ad Dominum ipso Prælato viuente, & post mortem illius reuertitur ad successorem in Prælatura, *cap. 1. §. fin. tit. 46. de cap. Corr. decis. 16. feud. lib. 2.* vbi expressè dicitur propter culpam Prælati, Ecclesiam
110 pro tempore † vitæ Prælati feudo priuari, & notant communiter *DD. in cap. fin. de cap. & c. post gloss. in verb. ad Regem, Iacob de Beluis, Bald. Lauden. Aluarot. & aly Cuiac. in tit. 49. lib. 4.* Vbi
111 quod Ecclesia damnum † non patitur, sed Prælatus delinquens in eo, quod viuus habere debet, *Iacob de Ardilion. in summ. tit. quib. mod. feud. amit. rubr. 63.* Vtrum Vassallus, *Blanch. lib. 2. cap. 3. num. 3. Capic. de iniust. feud. cap. feudatariorum delicta, col. 2. §. Prælati delictum, Hostien. in summ. tit. de lic. §. qualiter contrahatur scriptura interueniente, vers. quod ergo si factus sit non soluendo Corbul. de iure emphyt. caus. priuat. ob non solut. can. ampl. 22. num. 4. & ampl. 27. num. 22. Clar. in §. feudum qu. 67. Abb. in cap. verum num. 19. de for. comp. Scrader. de feud. par. 20. par. 9. sect. 9. qu. 37. num. 10 & seqq. cum alys per Rosental. de feud. par. 2. cap. 10. concl. 3. num. 2. in littera C.* Vbi quod hęc habent locum in omni Prælato, aut Rectore delinquente, vt tamdiù feudum Domino applice-
112 tur, & is eas vtilitates, † quas Prælatus inde pro mensa, aut commodis suis percipiebat, capiat, quosque delinquens viuit, & est in administratione, & optimè respicit contrariis, & quamuis aliqui teneant contrarium, quos recenset *Rosental. loco alleg. nu. 7. in littera F. & G.* tamen à priori opinione, tanquam à communi non est recedendum.

113 Et in terminis solutionis canonis, † quod Ecclesia cadat solùm durante vita Prælati, & ipso mortuo emphyteusis reuertatur ad Ecclesiam, *Io. Andr. in cap. constitutus, num. 17. & 18. de relig. dom. Abbas in cap. 1. num. 18. de dol. & contum. Roman. singul. 270. Ripa in repet. in l. fin. num. 175. C. de reuoc. don. Bald. de Episcop. parte 5. num. 163. Caldas. de emphy. extinct. par. 4. cap. 19. num. 11 Vbi allegat. Rosental. de feud. d. parte 2. cap. 10. conclus. 3. littera M. ante fin. Scrader. de feud. 9. parte princip. quæst. 2. sect. 9. num. 71. fol. 367. vers. quæ*

tamen

tamen pœnâ ultrà uitam Prælati, & põderat quod
114 propter † ingratitudinem Prælati res donata Ecclesię non potest auferri, nisi pro tempore vitæ Prælati ingrati, *Roman. conf. 284. n. 4. Ripa in repet. l. fin. num. 174. Cod. de reuocat. donat. Bald. in l. executorem, num. 42. & seqq. C. de execut. rei iudic. quod dictum Bald. refert, & sequitur Præposit. in cap. 1. §. fin. de caput. Corrad.* Ponderandum insuper, quod si Imperator commiserit
115 tale delictum contra † Vassallos Imperij Romani, nempe contra Regẽ, Marchiones, Duces, Comites, vel similes propter quod delictum Imperator proprietatem feudi amittere mereretur, ille Vassallus contra quem Imperator deliquit tantùm donec viuit ille Imperator, & non vltra à Iuramento fidelitatis absolutus est, *Bald. in dicta l. executorem, col. fin. in fin. ponderat denique quod text. in dicto cap. 1. §. final. de capit. Corrad.* expresè dicit propter
116 culpam † Prælati, Ecclesiam pro tempore vitæ Prælati feudo peiuuri, & subdit, quod
117 omni dubio caret, quod appellatione † culpæ, secundum propriam, & genuinam vocabuli significationem, omnis omnino culpa comprehendatur, siue illa consistat in faciendo, siue in omittendo, *arg. l. si mora, & ibi gloss. in verbo ne facto, & DD. ff. solut. matrimon. l. in l. Aquila 49. ff. ad leg. Aquil. l. magna negligentia 226. ff. de verb. sing.* & subdit certum esse, quod
118 constitutio, † quantumuis pœnalis extendatur ad omnes omnino casus, qui summum propriam significationem sub generalitate verborum comprehenduntur, *l. cum lege 26. & ibi Franc. Aretin. ff. de testamen. gloss. in cap. contra Christianos, uerbo procedere, de hæret. in 6. Tiraq. in repet. l. si unquam, in princip. C. de renoc. don. Vnde infert idem Scrader. locis ex præsentis rationib. quod text. in d. cap. §. fin. de capit. Corrad.* habeat locum
119 cum † etiam quando Prælatus deficit in solutione canonis.

Hinc, & tertio videmus, quod licet quæ-
120 stio sit; in feudum datum † in totum prædatur per Feloniam Mariti, & affirmatiuam teneant sententiam quamplures *DD. quos allegat Rosental. de feud. dicto cap. 10. concl. 5. in lit. A.*
121 ea ratione quod vtil. † dominium in maritum transit, *l. doce Ancilla, de rei uendit. l. in rebus, C. de iure dot.* & vtrobique notant DD. Et sic maritus videtur esse in illo iure vassallus, & rei dotalis dominus, cum mulier non habeat
122 potestatem recognoscendum, & fidelitatem iurandi, sed hoc spectet ad maritum, qui ad fidelitatem, & seruitia tenetur. Et dd. DD. volunt, quod feudum ita amittatur, vt tenea-
123 tur maritus, † illiusque hæres vxori, aut eius hæredi matrimonio dissoluto damnum, & æstimationem feudi præstare & resarcire, & aliqui ex dd. DD. restringant doctrinam, quod
124 si † maritus non sit soluendo, feudum in subsidium non amittatur, sed mulieri, eiusque hęredibus matrimonio dissoluto, dominum teneri ad restitutionem feudi.

Attamen alijs DD. tenent, quod ob feloniam mariti, ipse tantùm feudo, & eius ho-
125 noribus, † & commoditatibus priuetur ad vitam ipsius, post illius verò mortem ad vxorem reuertatur sine aliqua contradictione, sed distinctione, An sit soluendo maritus, vel nõ, *& dd. DD. allegat Rosental. loco prox. citato litt. D. & num. 7.* dicit, quod hoc verius, & equius vi-
126 detur primo, quia mulier naturaliter † remanet rei dotalis, *l. in rebus, cum ibi notat. C. de*
127 *de iure dot.* Iure autem cautum † est, vt res mea mihi sine facto meo non auferatur *l. id quo nostrum, ff. de leg. iur.* Nec potest dici; quod maritus habuerit mandatum delinquen-
128 di, † cum hoc nunquam intelligatur datum nisi id specialiter exprimatur. Secundo idem *Rosental. loco citato*, considerat, quod regula
129 Iuris est, quod fauore tertij alienare † prohibitus, non potest delinquendo rem perdere,
130 & notum est, quod maritus † res dotales fauore vxoris alienare non potest, tertio cõsiderat, quod æquitas suadent hanc opinionem esse tenendam, cum mulier hac ratione facilius seruetur indemnis, & litium difficultates subire necesse non habeat litigando an maritus iustè, vel iniustè fuerit priuatus; Vel
131 an sit soluen, vel non, quarto † considerat, quod res dotales, & aliæ ipsius vxoris ob delicta mariti nunquam publicantur. Quinto quia id quod dicitur de Prælato, sine difficultate ex identitate rationis, habet etiam locum in Marito. Quare omnia eo magis videntur admittenda, quando agitur de emphyteusi, quia tunc cessant rationes deductæ pro con-
132 traria parte, videlicet † quod maritus est vassallus, cum ad ipsum spectet seruitium, & iuramentum fidelitatis.

Non obstat, quod quando fuit actum contra Dominicam vsufructuariam, fuerunt citatæ Isabella, & Dorothea hæredes proprietariæ pro suo iure, & interesse, quia vt fuit
133 dictum in alia decisione, ista citatio † nihil facit, ex quo Comes Fabritius contra dictos hæredes proprietarias non habebat ius, sed solùm potuit illa operari, quod non possit immissio per ipsam impediri contra Dominicam hæredes, vsufructuariam; *Alex. in l. sæpe num. 5. & seqq. ff. de re iudic. Castr. in l. cum filius familias, num. 3. uers. & aduerte, ff. de uerb. obligat.* Vbi quod fecit remanere confusum quemdam magnum Aduocatum, qui non considerauerat virtutem talis citationis, & ita se obtinuisse dicit per tres conformes, sequitur *Dec. in cons. 186. col. 2. super 2. dub. uers. sed ad ista, n. 2. & cons. 700. num. 4.*

Et ita vtraque &c.

REVERENDISSIMO P. D. COCCINO SAC. ROTAE DECANO

Romana Hæreditatis.

Lunæ 7. Aprilis 1636.

ARGVMENTVM.

Notario quemadmodum creditur de rogitu testamenti nuncupatiui simpliciter, ita pariter ei credendum est de rogitu consignationis cedulæ

dulæ ſcripto à tergo illius propter identitatem rationis, & Modeſtin Piſtor. *in conſil.31. num.36. lib.1.* contrarium ſentiens refutatur, An autem requiratur ſubſcriptio teſtium à tergo ipſius ſchedulæ, & recognitio manus eruditè reſoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum nuncupatiuum nuncupatione implicita de iure eſt validum, & huiuſmodi genus teſtandi vnde dicatur.*

2 *In his autem teſtamentis requiritur ſubſcriptio teſtium in rogitu Notarij contra num.3. 14. & 18. & quare num.4. & vide num.16. ſecus in teſtamento in ſcriptis num.5.*

4 *Teſtamentum in ſcriptis à Teſtatore præordinatum, ſi non habet debitas ſolemnitates, non valet, vt nuncupatiuum.*

6 *Teſtamentorum plura ſunt genera.*

7 *Sed duo tantum ſunt in vſu, videlicet, & quænam ſint.*

8 *Teſtamentum nuncupatiuum in ſcriptis quando dicatur fieri.*

9 *Et huiuſmodi diſpoſitio dicitur valdè periculoſa.*

10 *Teſtamentum nuncupatiuum in multis diſtat à teſtamento in ſcriptis, & quare.*

11 *Legatum factum de ſcripto in cedula, quam legans dedit Guardiano S. Franciſci, quando valeat.*

12 *Teſtamentum factum per relationem ad aliam ſcripturam, ex qua reſultat plena probatio eſt validum, & num.13. 15. & 16.*

17 *Maximè quando conſtaret ſchedulam illam fuiſſe ſcriptam manu ipſiuſmet Teſtatoris.*

19 *Teſtamentum nuncupatiuum nuncupatione implicita non eſt opus, quod ſcriptum, aut ſuſcriptum ſit manu ipſius Teſtatoris, ſed quid ſufficiat.*

20 *Identitas teſtamenti clauſi ex quibus iuſtificata remaneat, clarè per ſex coniecturas demonſtratur.*

21 *in Teſtamento in ſcriptis ſubſcripto à Notario, & teſtibus, an ſit neceſſaria recognitio manus.*

Confirmata fuit præſens deciſio vna cum alia in hac eadem cauſa emanata ſub die 19. Nouembris coram eodem bon. mem. Coccino, poſtea coram bon. mem. Leone Veroſpio ſub die 8. Martij 1652. quæ eſt ſupra deciſ.228.

DECISIO CCCLXII.

1 VT aliàs dictum fuit † Teſtator conſignauit cedulam Notario munitam ſigillis, & illam eſſe ſcriptam manu Lelij Lauri, & eſſe ſuam vltimam voluntatem aſſeruit coram ſeptem teſtibus, & Notarius à tergo dictæ cedulæ ſcripſit rogitum teſtamenti, habita relatione ad dictam cedulam, & deſcripſit nomina ſeptem teſtium, quod genus teſtandi, vocatur teſtamentum nuncupatiuum, nuncupatione implicita, & de iure valere eſt cōmunis opinio, vt fuit firmatum *in deciſione facta 19. Nouembris 1635. coram me*, quæ concluſio non controuertebatur in repropoſitione cauſæ, † ſed dicebatur ſolùm non applicari
2
huic caſui, quia teſtes non ſe ſubſcripſerunt in rogitu Notarij ex deductis per *Coſtam de remed. poſſeſſ. cap.82. numer.4.* quem ſequitur *Gratian. diſcept.973. num.4.* Vnde difficultas fuit reſtricta ad duo dubia. Primo an dicta ſubſcriptio teſtium requiratur ad probandam identitatem cedulæ. Secundo quatenus non quæ recognitio requiratur, & an adſit recognitio, quæ ſuffragetur in caſu iſto.

3 Et quantum † attinet ad primum opinio Coſtæ, quam ſequitur Gratian. non eſt vera, immo valdè periculoſa, quia ſi teſtes ſe ſubſcriberent, poſſet dubitari de validitate teſtamenti nuncupatiui, † nam ſi Teſtator vult, quod teſtes ſubſcribant, & ſigillent, videtur eligere viam teſtandi in ſcriptis, & ideò, ſi tale teſtamentum non habet ſolemnitates teſtamenti in ſcriptis, non valet, vt nuncupatiuū, vt in puncto dicit *Caſtrenſ. in l. hac conſultiſſima, §. per nuncupationem, ante fin. verſ. ſolutio ſubſtinendo Bartolum, C. de teſtam.* qui contrarium non dixit *in l. 1. in fin. C. eodem tit.* in illis verbis, adeò teſtes eorum ſubſcriptiones, & ſigilla recognoſcant, † quia loquitur in teſtamento in ſcriptis, non autem in teſtamento nuncupatiuo, vt in vtroque loco dicit, † nam & ſi teſtamentorū plura ſint genera, *vt inſt. de teſtam. ord.* ex † ijs duo tantum in vſu ſuperſunt, reliquis antiquatis videlicet teſtamentum in ſcriptis, & nuncupatiuum in ſcriptis, quando Teſtator vult diſpoſitionem ſuam eſſe ſecretam, & † dicitur fieri tunc, quando Teſtator manu ſua, vel aliena, teſtamentum ſcribit, illudque ſigillat, & ſeptem teſtes pariter ſe ſubſcribunt, & ſigillant, & aliàs iuxta formam, de qua *Roland. in conſ.36. num.2. & ſeqq.* † quæ quidem diſpoſitio eſt valdè periculoſa, vt conſiderat ipſe *Roland. ibidem num.1.* Nam ſi teſtes prędecederent Teſtatorem, poſt illius mortem non poſſent recognoſcere manum ſuam, & ſigillum, & ſic corrueret teſtamentum, † ideo inuenta fuit forma Teſtamenti nuncupatiui, quod in multis diſtat in teſtamēto in ſcriptis, quia in eo non exigitur ſcriptura, niſi in teſtamento cæci, in quo deſideratur, & nuncupatio, & ſcriptura neque requiruntur ſolemnitates ſubſcriptionis, & conſignationis, *l. hæredes, ff. qui teſtam. fac. poſſ. l. hac conſultima, §. per nuncupationem, C. de teſtam. & ibi notant DD.* nec *Alex. in conſ.176. num.6. lib.5.* in quo caſu teſtes ſe ſubſcripſerunt contradicit *Caſtren. in d. §. per nuncupationem*, quia vt patet ex numeris præcedentibus eiuſdem conſilij conſtabat, quod Teſtator voluerat facere nuncupatiuum teſtamentum, quod non tollit periculum conſideratum à Caſtrenſe, qui benè loquitur, & Coſta, & Gratianus malè loquuntur, nec DD. per Coſtam allegati probant ſuum dictum, vt ſtatim dicetur, & Gratianus ſimpliciter allegat Coſtam.
4
5
6
7
8
9
10

Quod verò DD. allegati per Coſtam non probant id, ad quod allegantur, patet, quia *Bart. in l. ſi ita ſcripſero num.1. C. de condit. & demonſtrat. verſ. ego dico*, † ponit quæſtionem, an valeat legatum factum deſcripto in cedula quam legans dedit Guardiano S. Franciſci, &
11

oppo-

opponit, & postea dicit, ego dico hoc esse verum quando apparet schedulam non esse manu Testatoris ex legitima litterarum comparatione, vel alijs legitimis inditijs, aliàs puto quod valeat, vt hic, & postmodum respondet obiectis per eum factis.

12 Soccinus senior, † qui secundo loco à Costa allegatur, *in l. si ita scripsero num. 3. vers. secundus casus*, firmat valere testamentum per relationem ad aliam scripturam, ex qua resultaret plena probatio.

13 *Iason* † *in l. hac consultissima, §. per nuncupationem num. 1. C. de testam.* firmat valere huiusmodi modum testandi per relationem, dummodo constet quod illa sit schedula, de qua dixit Testator ita quod non posset sequi captio.

14 *Alex. in d. conf. 166. num. 6. lib. 5.* licet † dicat, quod testamentum in casu suo erat subscriptum per testes, non tamen dicit quod illa subscriptio esset necessaria, neque firmat, quod in testamento nuncupatiuo, nuncupatione implicita requiratur subscriptio testiũ, vt supra dictum est.

Couarr. in cap. cum tibi num. 7. de testam. versic. satis tamen, dicit satis esse ad validitatem huius testamenti, si res illa, ad quam relatio fit, sit indubitata, nec controuertatur eam esse, cuius Testator meminit.

Clar. in §. testamentum part. 5. num. 5. vers. con-

16 *sulo*, dicit consulo † tamen, quod Testator faciat per Notarium à tergo ipsius schedulæ vel scripturæ clausæ apponi tempus, & nomina testium, & rogitum, ne postea contingat dubitari circa identitatem scripturæ, licèt *quæst. 36. in fin.* dicat valere huiusmodi formã testandi, dummodò liquide constet illam schedulam vel scripturam, quæ exhibetur esse illam, ad quam Testator se retulit, alias dispositio esset penitus nulla.

17 *Menoch. conf. 129. num. 21.* dicit † solù valere hunc modum testandi, quando constat schedulam illam fuisse scriptam manu ipsiusmet Testatoris, & sic loquitur in casu suo; in quo schedula fuerat subscripta à Testatore.

18 Ex quibus omnibus clarè † constat, non esse veram, neque tutam opinionem, quod

19 testes debeant se subscribere, † & non esse opus quod scriptura sit scripta, aut subscripta manu ipsius Testatoris, vt colligitur ex DD. prædictis, & clarissimè dicit *Castren. in d. §. per nuncupationem n. 3. vers. mihi non videtur necessarium*, vbi dicit sibi non videri necessarium, quod debeat constare, quod sit manus Testatoris, sed sufficit constare quod illa sit scriptura, de qua Testator sensit.

Quantum attinet ad secundum, an constet de identitate schedulæ, visum fuit affirmatiuè respondendum.

20 Primo, quia Notarius † à tergo foliorum dictæ schedulæ scripsit rogitum, vt consulit esse faciendum. *Clar. in d. §. testamentum quæst. 4. num. 5.* Secundo quia folia fuerunt subsignata tribus sigillis ipsius Testatoris. Tertio quia concurrit legalitas Notarij. Quarto quia pia causa fuit instituta, nempe Monachi S. Bernardi Ordinis Fulliensis strictioris Obseruantiæ. Quinto fuit considerata legalitas Lelij Lauri, de quo multum confidit Testator, & testamentum de ordine eiusdem Testatoris scripsit, quod plurimum fuit, vt considerat *Soccinus senior in dicta l. si ita scripsero num. 3. vers. tamen potest per vnum certum testamentum.* Sexto quia Testamentum fuit cõditum 27. Septembris, & 29. eiusdem mensis fuit solemniter apertũ vnde videtur quasi impossibile, quod inter istud breue tempus fuerit excogitata huiusmodi falsitas, executionique demandata corrumpendo primo Notarium, & secundo corrumpendo scriptorem cedulæ virum probum.

21 Neque obstat † *Modestinus Pistor in consil. 31. num. 16. vol. 1.* quia loquitur in alijs terminis, videlicet respondendo doctrinæ *Castren. in l. iubemus num. 7.* qui tenet Testamentum in scriptis subscriptum à Notario, substineri etiam quod testes in eo descripti non recognoscant manum suam, & sigillum, & dicit hanc doctrinam non esse veram, quia cum Notarius, & testes ignorent disposita in testamento in scriptis, opus est, quod recognoscant sua sigilla, & manum, & mouetur Pistor ex fraudibus quæ possent fieri eiusque dictum esse verùm patet ex deductis per *Roland. dicto loco supra allegato,* & sic non loquitur in nostris terminis, in quibus cessant rationes per eum consideratæ, ex supra ponderatis. Ad abundantiorem tamen cauthelam, & ad tollendas omnes difficultates voluerunt Domini, quod D. Lelius recognoscat manum suam, cum ipse cedulam scripserit.

Et ita cõclusum vtraque parte informante.

Idest sub die 19. Nouembris 1635. coram eodem bon. mem. Coccino, est decisio 228.

R. P. D. MACCHIAVELLO

Posteà S.R.E. CARDINALI.

Imolen. Saluiani.

ARGVMENTVM.

Quæ Peritorum relationes circa melioramentorum æstimationem, sint attendendæ. In melioramentorum æstimatione, non sunt computanda ea, quæ nomen illud non merentur, sed potius subrogationis.

SVMMARIVM.

1 *Melioramenta omnia non veniunt vti melioramenta & num. 7.*
2 *Peritorum relatio illa est attendenda, quæ est magis rationabilis, & in qua omnes concordant.*
3 *Periti an dicantur nulliter retulisse, stante appellatione partis ab intempestiua ipsorum electione.*
4 *Peritorum relationes si emanauerint ad instantiam alicuius, contra ipsum valdè præponderantur.*
5 *ab Appellatione censetur recessum, stante successiua patientia appellantis, amplia num. 6.*

8 *Me-*

8 *Melioramentorum æstimatio potest ex Iudicis arbitrio regulari.*

9 *Peritorum relationes si sint irrationabiles, & inanes non sunt attendendæ, & num.11.*

10 *Meliorationis opus non est, sed non conseruationis nomen meretur, subrogationes nouorum germinum in locum antiquarum, vel demortuarum plantarum.*

11 *Melioramenta ea non possunt dici, quæ tendunt solummodo ad vberiorem, & commodiorem fructuum perceptionem.*

12 *in Melioramentorum refectione refici debet, quod minus impensum est, vel quod minùs melioratum.*

13 *in Melioramentis, quando apparet id, quod minus est impensum, nihil est curandum de magnitudine hodierni temporis.*

14 *in Melioramentorum refectione factarum à vero domino, est reficiendum, quod minus soluit, sed secus est in bonæ fidei possessore, sed Rota adhuc quæstionem hanc non definiuit, num.15.*

16 *per Euictionem fundi aufertur domino suorum meliorarmentorum dominium, sed secus est, si petatur immissio vigore Saluiani.*

17 *Immissio vigore Saluiani, est temporalis possessio, donec creditor ex fructibus satisfiat.*

18 *Redditus bonorum stabilium in Rota solent æstimari ad rationem quinque pro centenario.*

Sequentes duæ decisiones sunt in eadem causa.

DECISIO CCCLXIII.

PRAEFIXO termino ad liquidanda melioramenta, quorum sola exceptio dubitabatur, an esset sufficiens ad impediendam immissionem in Saluiano; quam Rota non obstantibus quibuscumque alijs difficultatibus concedendam esse DD. Papottis, & Quainis in quoddam prædium à Domino Marchione Riario possessum per tres decisiones responderat, examinati fuerunt super antiquo, & moderno statu huiusmodi prædij tam in Curia, quàm in Partibus nonnulli testes, electique ibidem tres Periti, quorum omniũ depositionibus, ac relationibus semel atque iterùm diligenter consideratis; hodie denique censuerunt Domini, melioramenta ascendere ad libras 2485. pro quibus dixerunt solui debere eidem Domino Marchioni summam proportionatam ex fructibus, ad rationem quinque pro centenario pro quolibet anno, & sic DD. Papottis, & Quainis dandam esse immissionem.

Quamuis enim primo intuitu videretur similium melioramentorum valor ad summam valdè maiorem peruenire posse; adhuc tamen: ad prædictam solummodò librarum quantitatem eorumdem pretium restringendum esse iudicatum fuit; quia ex diligenti rerum animaduersione apparuit, non magis fore existimanda ea, quæ verè in hoc casu pro melioramentis veniunt accipienda, cum non
1 omnia, quæ ex parte D. Marchionis † prætendebantur possent vti melioramenta appretiari secundum communem DD. ac Rotæ opinionem.

Et etiam, quia stante discordia Peritorum, ac Testium circa liquidationem huiusmodi valoris, non illius excessus in quo vnusquisque ipsorum an alio differt; sed supradicta minor summa à duobus primis Peritis de-
2 sumpta, † tanquam magis rationalibus; & in qua omnes concordant attendi debet, *Magon. decis. Florent. 49. num.25. Rota decis.356. num.4. part.2.recent. & coram Reuerendissimo Domino meo Decano decis.136. num.2. & in Ariminen. liquidationis 20. Iunij 1625. coram eodem.*

Nec aliqua potest oriri difficultas ex deductis ad demonstrandum hos Peritos nulliter
3 retulisse† propter interpositam à Dominis Papottis, & Quainis appellationem ab intempestiua ipsorum electione; nam cum hæ relationes emanauerint ad instantiam Domini
4 Marchionis, † contra ipsum valdè præponderare videntur, ex traditis per *Menoch. cons.367. num.15.* non obstante simili appellatione, à qua per accessum Iudicis remissorialis, atque ambarum partium simul cum dictis Peritis
5 ad prædium, de quo agitur, ac † successiuam præstitam pacentiam, quod ipsi referrent, satis superque recessum fuisse apparet, *Aegid. decis.137. Achill. decis.19. tit. de appellat. & dictum fuit in Camerineñ Beneficiorum coram Gypsio impr. per Marches. par.1. fol.329.num.3. ad med. & seq.* prout pariter sensisse desumitur prædictus Iu-
6 dex remissorialis; dum † non solùm dictæ appellationi nequaquam detulit; sed facta deinde earumdem relationum recognitione medio Iuramento mandauit eas in processu registrari: Verùm quidquid esset de nullitatibus; sublata nihilominùs remãsit omnis ambiguitas ex eo, quod Rota hisce relationibus non omninò detulit; sed negocio maturè perpenso cum viderit in ipsis ea pro melioramentis
7 reputari, † quæ verè melioramenta sunt pretiique ibidem appositi proportionabiliter cõsiderauit, meritò minorem valoris quantitatem in ipsis exaratam, vti iustam approbauit,
8 atque attendendam esse decreuit, cum † possit ex arbitrio Iudicis hæc materia regulari, *l. in fundo 39. ff. de rei vendic. Menoch. de arbitr. casu 358. num.1. Thesaur.decis.251.num.4.*

E contra autem penitùs reicienda visa fuit tertij Periti relatio, tanquam irrationabilis, & inanis; cum in ipsa fuerint vti melioramenta recensitę subrogationes nouorum germinum in loco antiquarum, vel demortuarum plan-
9 tarum, † quod opus non meliorationis, sed conseruationis nomen meretur, *Peregr.cons.76 numer.12. versic. cæterum si fundi, lib.4. Rota coram Cardinali Seraphino decis.413.num.4.* & aliæ etiã rerum species, quæ nequaquam melioramenta dici possunt, cum tendant solummodò ad
10 vberiorem, † vel commodiorem fructuum perceptionem; prout sunt foueæ stercorationes, & similia, *l. penultim. ff.de impens.* in rebus dotalibus factis *Menoch. de recuperan. remed.15. num.513. Rimanald.iunior cons.411.num.16.,vol.4. Barz.decis.124.num.7. Rota decis.398.nu.6. par.1.*

diuersor. & plurima pretia appareant in albo
11 relicta, & aliqua adeò † imprudenter apposita, vt meritò vtraque etiam pars in suis Informationibus talem relationem reprobauerit.

Nec aliquid releuare potuit pro augenda horum melioramentorum æstimatione comparatio facta de antiquo redditu huius prędij; cum eo quod hodie ex ipso percipitur; nam
12 cum † refici debeat, quod minùs expensum, vel quod minùs melioratum, *Gabr. cons.178. num.115.lib.1. Peregrin.de fideicom. art.5.num.71. Vincent. de Franch. decis.109.numer.5. Gamm. decis.173.num.2. Molin.de contract. dispu.473.nu.11. Rota in Perusina fideicommissi de Grattianis 28. Iunij 1630. & in Sabinen. Melioramentorum 4. Iunij 1635. & in Tiburtina Spolij 18. Februarij 1636. coram Reuerendissimo Domino meo Decano.* & ex supradictis appareat quantùm sit illud mi-
13 nùs, † quod probatur impensum, nihil curandum visum fuit de magnitudine hodierni reditus.

Neque hic immorandum esse putarunt DD. in dirimenda illa quæstione, an scilicèt, aliqua adsit differentia inter verum Domi-
14 num, † ac simplicem bonæ fidei possessorem meliorantē, ita ut huic iuxtam regulam supradictam refici debeat quod minùs; alteri verò id quod melioramenta valent de tempore restitutionis, in quibus terminis modo reperimur, nàm vltrà quod ex decisionibus hucusque in Rota circa hanc materia emanatis colligi posse videtur; nunquam de hoc aliquod habitum esse discrimen, sed semper indistinctè tàm in vno, quàm in alio casu iudicatum
15 fuisse; accedit etiam, quod † si quando incidit huiusmodi disputatio noluit eam Rota definire, prout apparet ex *decis.198.parte 2. diuersor. & decis.650. sub numero 3. parte 2. recent.* vnde multo minùs necessaria visa fuit in præsentia huius dubii resolutio, cùm non agatur de euictione prædij per quam auferatur Domino Marchioni suorum melioramentorum
16 dominium, † sed petitur immissio in vim Saluiani per quam cum concedatur solum-
17 modò temporalis possessio † donec ex fructibus creditor satisfiat, sufficienter visum fuit DD. indemnitati Domini Marchionis esse cōsultum si quolibet anno ipse recipiat summam proportionatam ex fructibus dictorum melioramentorum, prout fieri mandarunt
18 quousq; illa sunt duratura ad rationem † quinque pro centenario cum ita soleant in hoc Tribunali bonorum stabilium redditus æstimari, iuxta *decis.570.num.1.par.2.recent.* & aliàs passim.

Et ita post tertiam dubij propositionem DD. Papottis, & Quainis dandam esse immissionem vtraque parte informante resolutum fuit &c.

R. P. D. MACCHIAVELLO

Postea S. R. E. CARDINALI.

Imolen̄ Saluiani.

Lunæ 9. Iunij 1636.

ARGVMENTVM.

Creditum, quando non possit dici illiquidum, ad effectum impediendi immissionem vigore Saluiani interdicti.

SVMMARIVM.

1 *Creditor posterior soluens pro anterioribus creditoribus, & ab eis iurium cessionem reportando, in hoc euadit anterior.*
2 *Tertius, si in negocio non habeat aliquam causam, immissionem impedire non potest.*
3 *Solutio venit imputanda in causam antiquiorem.*
4 *Solutio, si sit facta vltra iustum pretium, quis eam retinere non potest, tanquam pars eiusdem pretij.*
5 *Creditum si consistat in pecunia, tunc hypoteca per commixtionem extinguitur.*
6 *Immissio non impeditur per exceptionem incertam.*
7 *Creditor, quando de suo credito est satisfactus, nulla ei amplius actio competit super bonis debitoris.*
8 *Possessionis causam præsumitur quis mutasse absque aliqua declaratione nouo, ac validiori titulo superueniente.*

Antecedens, & sequens decisio sunt in eadem causa, quæ est præsens decisio.

DECISIO CCCLXIV.

REIECTA per particularem decisionem melioramentorum exceptione; denuò existimatum fuit reliquas exceptiones Domino Marchioni suffragari ad effectum impediendi immissionem in Saluiano DD. de Papottis, & Quainis de iure debitam, & sic cōfirmatæ fuerunt hodie omnes resolutiones huic immissioni fauorabiles, quæ hucusque in Rota emanarunt, & præsertim decisio 11. Maij anni præteriti coram me.

Non enim iudicatum fuit subsistere exceptio incertitudinis crediti, pro quo petitur immissio, nam cum de quantitate huiusmodi crediti liquido apparuerit ex Instrumento census, rationes, quæ pro inducenda eius incertitudine adducebantur nō fuerunt visæ releuantes, & primò nō potuit hæc incertitudo induci ex eo, quod DD. de Papottis, & Quainis post emptionem factam à dicto Marchione prædii controuersi habuerint ipsi quoque ab Alexandro Saxatello quædam bona, pro quorum rata dicendum videbatur, quod ipsi modo tenerentur tantum de suo credito diminuere, quantum posset ab ipsis secuta immissione D. Marchio pro releuatione suæ indem-

nitatis

nitatis vindicare; nam placuit responsio aliàs data, quod videlicet DD. de Papottis, & Quainis licet posteriores quorundam bonorum acquisitores, nihilominùs ad talem crediti diminutionem cogi non possint, dum per solutionem factam de antiquioribus debitis eiusdem Saxatelli reportando iurium cessionem à creditoribus D. Marchione anterioribus
1 † tuti euaserunt, quod aduersus ipsos tanquam similium creditorum cessionarios Dominus Marchio nunquam actionem vllam experiri poterat ex iuribus in supradicta huius causæ decisione allegatis.

Nec veritas facti in qua huiusmodi responsio fundatur controuerti valet ex quadam datione in solutum tornaturarum 80. facta Francisco Quaino de anno 1619. nam cum iste Franciscus non sit in causa, nec aliquod ius habeat in censu cuius vigore intentatum fuit hoc Saluianum licet similis datio in solutum posset ei obstare quando ipse talem immissionem peteret, non tamen aliquod afferre potest impedimentum Iacobo Quaino, & eius hæredibus hanc immissionem postulantibus, † qui non habent in hoc negocio aliquam causam à dicto Francisco, iuxta notata in *l. si frater, C. resint. ali. act.* sed quatenùs etiam dicendum foret Iacobum, & Franciscũ iura esse communia cessaret nihilominùs ex hoc capite omnis difficultas, cum dictæ 80. tornaturæ assignatæ fuerint pro duobus censibus, quorum vnus de mense Aprilis anni 1598. & sic ante venditionem prædij factam D. Marchioni alter de anno 1602. creatus apparet, vnde cum valor dictarum 80. tornaturarum vix sufficiens fuerit pro satisfactione primi census anterioris in illius extinctionem venit † imputandus tanquam in causam antiquiorem, *l. in his verò, & l. cum ex pluribus, ff. de solut. Rota decis.* 113 *num.* 3. *par.* 1. *diuersor.* atque ita pro istis 80. tornaturis ad fauorem DD. de Papottis, & Quainis adhuc subsistit fundamentum anterioris hypothecæ, vt patet.

Quæ pariter anterioritas cum indubitabilis sit, quoad palatium subhastatum de anno 1619. ad instantiam Lauiniæ vxoris Annibalis pro suo credito dotali, & deliberatum DD. Papottis, & Quainis cum omnium Lauiniæ iurium cessione inficiari non potest sub prætextu, quod per assignationem aliquorum bonorum factã de anno 1612. ab Alexandro dicti Annibalis patre tale creditum Lauiniæ extinctum remansit, & sic quod similibus iuribus dotalibus possint modò dicti cessionarij contra posteriores creditores se tueri, nam, vt patet ex Instrumenti inspectione, huiusmodi assignatio bonorum emanauit, solummodò pro alimentis dictorum coniugum, ac eorum familiæ cum expressa reseruatione iuris agendi, quandocumque ad veram dotis repetitionem, ideoque dici non potest, quod ex tali assignatione fuerit Lauinia de suo credito satisfacta, cum exinde illorum bonorum dominium ipsa non acquisiuerit, sed solummodò commoditatem percipiẽdi fructus pro alimentis, quæ commoditas nil aliud importat præterquàm simplicem vsumfructum, iuxta not. in *l. fundi Trebatiani, ff. de vsufruct. leg. Surd. cons.* 162. *num.* 31. in fortioribus enim terminis, quod bona assignata pro assecuratione dotis, non censeantur data in solutum, tenuit *Afflict. decis.* 9. *num.* 2. *Vincent. de Franch. decis.* 617. *num.* 7. *Gratian. discept.* 974. *num.* 27. *& Rota in Romana quarti dotalis* 19. *Iunij* 1628. *& in Camerin. assecurationis dotis* 17. *Maij* 1634. *&* 15. *Iunij*, *&* 17. *Decembris* 1635. *coram Reuerendissimo D. meo Decano*, quod procedit in hoc casu sine difficultate stante supradicta protestatione, quæ indubitanter præseruauit eidem Lauinia ius agendi quandocumque pro sua dote, *l. quarta* §. 1. *ff. quib. mod. pign. vel hypoth. sol. Glos. in leg. eleganter, verb. pro solut. vbi Bart. numer.* 4. *ff. de pignor. at act. Mart. part.* 1. *clausula* 150. *numero* 9. *Crauett. cons.* 33. *num.* 17. *Gratian. discept. forens. discept.* 456. *num.* 29. *& discept.* 470. *num.* 8.

Nec aliquid releuat, quod saltèm pro medietate istius palatij subhastatio apparere possit iniusta, dum talis medietas ad Iulium alterum filium Alexandri spectasse prætenditur, qui Iulius non erat pro tali dote obligatus, & sic quod neque valeant DD. de Papottis, & Quainis pro hisce iuribus dotalibus integrum palatium retinere, sed teneãtur pro eius medietate ratam fructuum census excomputare; nam vltra quod rei non iustificatur identitas, accedit vlterius, quod cum talis subhastatio facta probetur seruatis seruandis, debet etiam iusta præsumi, nec tertiò contrarium dicenti exceptionis ope succurri potest, sed cogendus est agere via ordinaria in iudicio rescissorio per tres conformes, iuxta *text. in l. à Diuo Pio*, §. *si post ad dictum, ff. de re ind. vbi Castr. post princ. Alex. num.* 3. *& Ias. num.* 1. & dictum fuit in omnibus huius causæ decisionibus.

Denique nec partita scut. 200. soluta ex precio prædij Montis Richi quibusdam Colonis, ac partita librarum 3076. quæ exacta fuit à Cozzano affictuario vigore cessionis habitæ à supradicto Francisco Quaino tamquam posterioribus debitis applicatæ fundamentum anterioris hypothecæ DD. Papottis, & Quainis fauorabile excludunt, nec eorum crediti certitudinem destruunt, nam quoad primam scut. 200. vltra quod dictorum Colonorum posterioritas non probatur, tollitur etiam omnis scrupulus ex eo, quod integer valor dicti prædij Montis Richi non excedebat scut. 4700. vnde cum DD. de Papottis, & Quainis soluerint ad computum talis precij creditoribus Domino Marchione anterioribus scutor. 5091. & sic plusquam deberent, nullam possunt super tali prædio à Domino Marchione euictionem pertimescere, nec consequenter pro aliqua rata tenentur eorum creditum diminuere, etiam si probarentur dicta scuta 200. cessisse in causam posterio-
4 rem, † quia tamquam soluta vltra iustum precium, non possunt à D. Marchione veluti pars eiusdem precij aliqua ratione prætendi, ex traditis in *l. tertia, ff. ad l. falcid.*

Secunda verò partita librarum 3076. nihil visa fuit releuare, tùm quia, vt supradictum est, nec Franciscus agit in hoc iudicio, nec posterioritas talis crediti probatur, tùm etiam quia D. Marchio licet anterior, non posset nihilominus talem summam auocare à creditori posteriori, quia bona fide præuenit in
5 exactione, seù veri crediti † consistentis in pecunia cuius hypotheca per commixtionem extinguitur, *Afflict. decis. 109. per totam, Paris. consil. 69. per totum libro 4. Menoch. cons. 25. numero 1. Rota decis. 540. numero 1. & 2. libro 3. parte 3. diuersor. Cardinal. Seraphinus decis. 166.* & dictum fuit *in Beneuentana Census coram Reuerendissimo D. meo Decano impress. per Cenc. post tract. de cens. decis. 187. num. 2. & 3.*

Nec prætensa incertitudo potuit in hoc credito pro quo petitur immissio similiter considerari ex eo, quod ab ipso detrahendus sit valor 30. tornaturarum, quæ hodie denique compertæ sunt superabundare in datione in solutum prædiorum Babinæ, & Saluadore, nam cum talis valor faciat libras 2250. si à summa librarum 27000. quæ est quantitas crediti census dematur, remanebit etiam eiusdem crediti certa quãtitas in libris 24450.
6 pro quibus non potest ex hac † prætensa exceptione incertitudinis, vt patet ex supradictis immissio retardari.

Sed neque etiam hoc fieri potest ex altera exceptione retentionis, quam Dominus Marchio prætendebat sibi competere super prædio, de quo agitur, ex persona filiorum Alexandri vigore dotis Lucretiæ eorum matris, nam inter aliàs responsiones datas in supradicta huius causæ decisione, quæ ex contrarijs replicationibus hodiernis non visa fuerunt subuerti potissima, & optimè subsistens existimata fuit illa, quod nimirùm cum dicti filij mediante sententia graduatoria, per quam inter reliquos creditores Alexandri patris pro dote materna graduati fuerunt in secundo loco remanserint iam de tali credito satisfacti
7 nemini † potest amplius in bonis Alexandri pro dote Lucretiæ actio competere ex *Bart. in l. cum qui certarum, §. 1. num. 4. ff. de verb. oblig.* cum reliquis adductis in d. decisione huius causę. Nec releuat quod ex huiusmodi graduatione non inferatur necessario ad satisfactionem crediti dotis, quoniam cum ex inhibitione A. C. per quam isti filij se tuebantur à molestiis aliorum creditorum euidẽter appareat ipsos de tempore graduationis in possessione bonorum Alexandri patris titulo familiaritatis extitisse, pernecesse etiam concludi debet, quod sequuta hac iudiciali bonorum assignatione ad eorum fauorem acceptauerint similia bona in extinctionem crediti dotis
8 maternæ † mutando sibi ipsis causam possidendi absque alia declaratione nouo, ac validiori titulo superueniente, *Rota coram Acchill. decis. 4. de caus. possess. & propriet. & coram Puteo decis. 441. lib. 1. in correct. & coram Card. Mantic. decis. 245. num. 12. & coram Reuerendissimo Domino meo Decano decis. 72. num. 4. & coram R. P. D. meo Merlino in Alexandrina Archipresbyteratus impressas inter recentissimas decis. 97. num. 4. & seqq. parte 5.*

Et ita vtraque parte informante decisum fuit &c.

REVERENDISS. GHISILERIO, Posteà Episcopo IMOLEN.

Imoleñ Saluiani.

Veneris 27. Februarij 1637.

ARGVMENTVM.

In Saluiano Interdicto, quæ exceptiones non admittãtur. Soluens pro alio, reportans ab eo cessionem, in illius locum succedit. Decoctio non præsumitur, & quando non probetur, Creditor anterior quo casu possit auocare solutionem factam posteriori Creditori, & quando non.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum, facit probationem probatam.*
2 *in Spolio extremum secundum probatur ex litis substentatione iunctis adminiculis.*
3 *Saluianum, tanquam iudicium possessorium summariè tractari debet.*
4 *ad Saluiani prorogandũ effectũ non sunt admittendæ exceptiones incontinenti non probatæ, vel non probandæ in continenti.*
5 *Saluiani iudicium non distingueretur à petitorio, in quo exceptiones discutiuntur ad longum, si ita fieret in eo.*
6 *Dictio in solutum cedi debet in extinctionem antiquioris debiti.*
7 *Probatio incerta, & æquiuoca non releuat.*
8 *Iura extracta lite pendente, & sine citatione partis non probant pro tertio contra tertium.*
9 *Cessionarius potest excludere eos, quos cedens etiam excludere poterat.*
10 *Soluens pro alio, & reportans ab illo cessionem iurium meritò illico in illius locum successit. & num. 16.*
11 *Pignus pro vno credito acceptum pro alio credito in solutum potest retineri.*
12 *Quod procedit etiam si non esset hypothecatum pro alio credito, pro quo creditor vult retinere.*
13 *Retentio non datur pro vsura alterius contractus, sed eiusdem cuius ratione fuit assignatum pignus.*
14 *in Retentionis materia multũ operatur intentio partium. & num. 15.*
15 *Solutio alicui pro alio, reportando cessionem ab eo, subintrat in illius anterioritatem.*
18 *Solutiones, anterioritates, & iurium cessiones, quando dicantur satis iustificatæ.*
19 *Census fructuum solutiones anticipatæ sunt prohibitæ.*
20 *Sed hoc non procedit in solutionibus voluntarijs, absque aliquo pacto conuento in impositione census, secus verò è contra. num. 21.*
21 *in Venditione veniunt ea, quæ sunt pars contractus.*
22 *Solutio facta uerò creditori, licet posteriori, & bona fide*

na fide sit consumpta solutio hoc casu non potest per anteriorem creditorem auocari.

24 Sed ista regula non habet locum in casu derogationis quia tunc potest auocari.

25 Decoctio non præsumitur, nisi probetur.

26 Decoctus, quis nõ potest dici, si numquam foro cesserit, nec omnia bona fuerint assignata creditoribus, & docetur plura bona apud illum permansisse, & semper ab eo fuerunt administrata.

27 Creditor anterior non potest condicere pecuniam habitam à creditoribus posterioribus, nisi praiua excussione bonorum communis debitoris.

28 Actio, quæ competit anteriori creditori ad auocãdam solutionem factam posteriori creditori, tanquam subsidiaria non competit nisi prius excusso principali debitore.

29 Solutio facta erroneè, potest reuocari, maximè si non sit facta simpliciter, sed cum præseruatiua iuriũ, & animo repetendi.

30 Minorum obligatio sine debitis solemnitatibus non valet.

31 Donatio non dicitur vninersalis, si non comprehendat futura, & quædam alia excipiantur.

32 Donationis vniuersalis formalitas consistit in eo, si sit facta de omnibus iuribus, & actionibus.

33 Bona alienari prohibita non veniunt in generali dispositione.

34 Expressio aliqua, quæ in est contractui, non alterat illius qualitatem.

35 Possessor superueniente nouo titulo potest mutare causam possessionis absque alia declaratione.

36 Et hæc opinio tanquam æquior, & legibus consentanea semper fuit seruata.

37 Bona materna, quoad vsumfructuum spectat ad Patrem, sed quoad proprietatẽ, & dominium spectat ad filios.

38 Sententiæ verba, semper sunt intelligenda iuxtà iuris communis dispositionem.

39 Actus extraiudiciales de iure præsumuntur facti.

40 Mandata, postquam fuerunt relaxata executa, & executiones consumptæ non est amplius locis exceptionibus.

Antecedentes duæ Decisiones sunt in eadem.

DECISIO CCCLXV.

CORAM me subrogato in locum R. P. D. mei Macchiauelli absentis iterum fuit dubitatum an Papottis, & Quainis esset danda immissio in Saluiano in possessionem prædij nuncupati *il Giardino* à D. Marchione Riario possessi; & causa pluries proposita vtraque parte audita iuxtà resolutiones in pluribus decisionibus factas tàm coram Reuerendissimo D. meo Decano, quàm coram eodem R. P. D. meo Macchiauello pro affirmatiua fuit resolutum eo quia, vt fuit dictum in dd. decisionibus plenè fuerunt iustificata extrema necessaria in hoc Iudicio si quidem ex Instru-
1 mento census, † quod facit probationem probatam Papotti, & Quaini ex persona hæredum Nicolai, & Iosephi de Clauaris probant creditum cum hypotheca, prout ex Testibus probatur possessio Alexandri Saxatelli, à quo fuit impositus census super prædio, de quo agitur possessio D. Marchionis rei conuenti
2 ea † quoque probatur ex litis substentatione concurrentibus adminiculis deductis ex depositionibus testium.

Nec Dominis visæ fuerunt obstare exceptiones deductæ pro parte D. Marchionis ad iustificandam diminutionem, & deductionem crediti pro quo fuit decreta immissio Papottis, & Quainis, quia satis est, vt sint turbidæ adhoc, vt reijciantur ad petitorium cum Sal-
3 uianum † tanquam Iudicium merè possessorium summariè tractari debeat, nec ad protogandũ eius effectum sint admittendæ excep-
4 tiones in continenti † non probatæ, vel non probandæ in continenti, vt benè firmatur in dd. decisionibus alias hoc Iudicium non distingueretur à petitorio, in quo prædictæ ex-
5 ceptiones, † quæ requirunt altiorem indaginem discutiuntur ad longum.

Incertitudo crediti deducta ex eo, quod Quaini in diminutionem sui crediti teneantur imputare valorem 80. tornaturarum pro fructibus census Capuccinarum, & bon: memor: Pauli Spadæ, quorum alter est posterior D. Marchione tollitur cum datio in solutum fuit facta pro vtroque credito, vndè cedere
6 debet in † extinctionem antiquioris census, & sic Capuccinarum, *l. in ijs verò, l. cum ex pluribus, ff. de solut. Corn. cons. 91 num. 25. lib. 1, Paris. cons. 122. num. 4. lib. 4. Soccin. cons. 24. num. 1. lib. 3.* Et licet obijciatur fructus dicti census fuisse per Alexãdrum solutos vsque ad annũ 1604. vndè valor dictarum tornaturarum 80. cedere deberet in extinctionem census Spadæ posterioris credito D. Marchionis, excipitur tamen contra partitas librorum, quod non cantant magis in causam vnius, quàm alte-
7 rius census, & sic † probatio indè resultans vti incerta, & æquiuoca non releuat, *l. neque natales, C. de probat. cap. in præsentia, eodem titul.*
8 quod fuerunt extractæ lite pendente, † & sine partis citatione, quæ propterea non probant pro tertio contra tertium, *Felin. in cap. ad audientiam nu. 16. de præscript.* nec tollant anterioritatem Quainis, qui soluerunt fructus vsque ad annum 1629. quo census fuit extinctus reportãdo amplissimam cessionem à credito-
9 ribus anterioribus Marchionis, † à quibus sicuti Marchio excluderetur, *l. potior, ff. qui pot.* ita etiam excluditur à cessionarijs illorum *in l. si potiores, C. de his, qui prior. cred. loc.* succedunt, *Rota coram Reuerendiss. D. meo Decano decis. 356.*
10 *nu. 1. & seqq.* ea ratione quia soluendo, † & reportãdo cessionem iurium iure illico in illorum locum successerat, *l. final. C. de his, qui in prior. credit. loc. succed.* & pignus pro vno cre-
11 dito acceptum pro alio credito † in solutum posse retineri, firmauit *Rota coram sanct. memor. Gregor. XV. decis. 254. num. 3. ex text. in l. vnica, Cod. etiam ob Chirographar. pecun. pign. teneri poss.*
12 etiamsi res non esset hypothecata † pro alio credito, pro quo creditor vult retinere, *Surd. qui alios congerit decis. 46. num. 9. Rota in Fauentina bonorum coram Card. Platto 27. Iunij 1586. pené Marches. de commiss. part. 1. to. 2. fol. 976. & in Macera-*

ceraten, Saluiani 12. Maij 1608. coram bon: mem: Patriarcha Manzanedo, penès *Zacch. de oblig. Cameral. decis. 130. nu. 6.* nec valet replicatio, quod
13 non detur † retentio pro vsura alterius contractus, sed eiusdem cuius ratione fuit facta assignatio, quia non prætenditur per Quainos pro vsura diuersi contractus, sed eiusdem cuius ratione fuit facta assignatio supradictarum tornaturarum 80. præsertim quia in Instrumento assignationis adest amplissima præseruatiua cuiuscumque hypothecæ anterioris, & ideò multo magis competit retentio ex
14 causa solius dicti census anterioris, cum † in materia retentionis multum operetur intentio partium, vt per *Salicet. in l. 1. col. 2. vers. aut est actum, vt pro alio debito detineatur, C. etiam ab Chirographar. pecun.* & per protestationem, & præseruationem eiusdem clarè apparet,
15 quod † partes præseruarunt ius, & facultatem retinendi, etiam ex altera causa, *Surd. cons. 385. num. 20. Gratian. discept. forens. cap. 357. num. 37. & 38.*

Præterea censuerunt DD. competere retentionem pro iuribus reportatis à Lomellonis Veronis, & Maluasia creditoribus anterio-
16 ribus D. Marchione in quorum † locum soluendo successerunt Papotti, & Quaini pro rata librarum 20. millia in circa iisdem creditoribus anterioribus soluta ex iuribus supra allegatis; non enim visum fuit DD. subsistere in facto, quod soluendo Lomellinis extinxerint debitum proprium, quia in emptione prædij Montis Richi accollauerint in se onus extinguendi census prædictos, nam ex lectura Instrumẽti satis patet Papottos non accollasse in se onus extinguendi totum debitum fructuum census, sed tantum ratam, quæ super erat satisfactis primo Maluasijs Veronis, & illis de Sanctis; indè verò si quid solutis dd. supererat, promiserunt illud erogare in extinctionem crediti dicti census illorum de Lomellinis, vndè pro eo quod postea soluerunt vltra ratam pretij prædicti prædii Mon-
17 tis Richi benè † potuerunt reportare cessionem à Lomellinis ad effectum subintrandi in illorum anterioritatem, *l. final. C. de his, qui in prior. credit. loc. succed. l. si quis tum haberet, in princip. & l. ait prætor, §. ita demũ de his, quæ in fraudem credit.* ex quibus iuribus anterioribus possunt se tueri in possessionem dictarũ 80. tornaturarum assignatarum in extinctionem crediti anterioris D. Marchioni. De cessione iurium reportata à creditoribus satisfactis in actu solutionis constat ex Instrumentis facientibus probationem probatam; nam respectu partitæ scutorum 1191. auri in auro factæ à Maluasijs probatur ex publico Instrumento dato in summario respectu scutorum 300. monetæ librarum 4. pro scuto solutorum Veronis pariter iustificatur ex Instrumento cum amplissima iurium cessione, idemque militat respectu scutorũ 3600. iuliorum 10. pro scuto solutorum Lomellinis, & respectu aliorũ scutoru m 3500. iuliorum 10. solutorũ ipsis Lomellinis, pro quibus non est admittenda cõpensatio, & diminutio crediti illorum de Papottis, & Quainis, sed pro summis solutis debetur retentio, maximè cum non possit dubitari de anterioritate cum Dominus Marchio metiatur suam hypothecã à die 9. Octobris 1598. & census illorum de Maluasijs probetur impositus 12. Nouembris 1530. censũ illorũ de Verona 27. Octobris 1581. & illorũ de Lomellinis, & Grimaldis 2. Martij 1589. & similiter iustificatur censum Capuccinarũ esse anteriorem cum fuerit impositus 3. Aprilis 1598. & sic ante emptionem D. Marchionis, vt ex supra allegatis instrumentis, ex qui-
18 bus † remanent probatæ solutiones, anterioritates, & iurium cessiones, per quas Papotti & Quaini ad omnem effectum successerunt in locum cedentium.

Neque obstat, quod D. Marchio prætendat ex credito DD. de Papottis, & Quainis esse diminuendos fructus tornaturarum 30. duorum prædiorum Babinæ, & Saluatoriæ, quæ fuerunt eis de anno 1619. assignata pro tornaturis 170. in extinctionem fructuum huius census cum pacto, quod si in mensuratione facienda fuissent reperta maioris quantitatis dictarum tornaturarum 170. illud plus cederet in extinctionem fructuum eiusdem census ducurrendorum, & ideò cum deindè fuisset probatum dicta duo prædia fuisse in totum tornaturarum 200. & sic excedere dationem factam in tornaturis 30. fructus eadem decursi à die dationis in solutum debeant diminui ex nostro credito, sicuti illud diminuitur pro valore dictarum tornaturarum 30. quia obiectum tollitur cum assignatio fuisset facta pro fructibus decursis, & decurrendis de volũtate ipsius Saxatelli debitoris, & translatum integrum dominium prædiorum in DD. Papottos, & Quainos creditores pro decursis, & decurrendis vtique statim euaserunt bonæ fidei possessores, itaut in posterum fecerint fructus suos, & quamuis
19 solutiones † fructuum census anticipatæ sint prohibitæ ex Bulla sanct: mem: Pii Quinti super censibus. latè explicata per *Cenc. de censib. part. 2. cap. 1. quæst. 3. artic. 2. per totam*; nihilominus dicta constitutio non habet locum in so-
20 lutionibus † voluntarijs qualis fuit ista, quæ processit ex mera voluntate debitoris absque aliquo pacto conuento in impositione census, vt tenuit *Rota in Bononien. Census coram bon. mem: Card. Pamphilio decis. 123. n um. 5. cum seqq.* penès *Cenc. de censib.* quam deindè approbauit in altera *Bononien. Census 10. Iunij 1611. coram bon: me: Card: Lancellotto*, sed tantum in coactis,
21 & ex † particulari partium conuentione prouenientibus, vt sic distinguendo declarat *Cenc. in gloss. super Bulla glossa 9. per totam*, ea ratione, quia constitutio prohibet tantum pactum de soluendo anticipatè, & sic motiuum non applicatur, & fructus non sunt imputandi.

Neque sunt computanda semina per Saxatellum dimissa coloris pro primo anno, quia sunt accessoria, & necessaria pro perceptione fructuum ex dictis prædijs, & quia in specie
22 adest pactum illa dimittendi, † & sic dicuntur pars contractus, & veniunt in venditione,

gloss.

glossf. in l. qui concubina, §. si fundum, ff. de legat. 3.
Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 16. nu. 46. & seqq.
latè Tiraq. de retract. lignag. §. 23. gloss. 1. per totum.
Minus est cōputanda partita librarū 3076.
exacta per Quainos à Cozzano Assictuario
Saxatelli occatione fructuum dictorum cen-
23 suum, cum fuerit soluta verò creditori, † &
bona fide consumpta quo casu non potest per
anteriorem creditorem auocari, vt latè in
decisione R. P. D. mei Macchiauelli 9. Iunij præteriti,
& quamuis regula limitetur in casu decoctio-
24 nis, † quia tunc potest auocari, Seraphin. de-
cis. 1074. num. 4. tamen in præsenti non doce-
tur de tali decoctione, quæ non præsumitur
25 vulgata, † l. in bell. ff. de captin. & post lim. reuers.
quinimò ex deductis in facto constat de con-
trario cum nunquam foro cesserit, nec omnia
26 bona fuerint assignata † creditoribus, & do-
ceatur Alexandro plura remansisse bona, quæ
semper ab eo fuerunt administrata, sanct. mem.
Gregor. XV. decis. 406. num. 10. & 11. & ideò non
potest dici decoctus per ea, quæ notat Angel.
cons. 62. & quatenus etiam decoctio probare-
tur, cum nihilominus iura cessa per Lomel-
linos, & Grimaldos, ac Moniales Capucci-
nas longè superent æstimationem 80. torna-
turarum eadem ratione, qua firmatum est
superiùs cōpetere retentionem respectu ipsa-
rum tornaturarum 80. competit etiam pro
27 dictis libris 3076. non potest igitur D. Mar-
chio condicere pecuniam à Quainis posterio-
ribus, nisi præuia excussione bonorum com-
munis debitoris ex natura actionis subsidia-
28 riæ, † quæ non datur nisi excusso principali
debitori, Bart. in l. pupill. vers. ego dixi, vbi Alberic.
num. 2. ff. de his, quæ in fraud. cred. idem Bart. in
l. 1. num. 1. & 2. vbi etiam Salycet. numer. 2. ff. de
distract. pignor. Peregr. de iure fisc. lib. 3. tit. 6. num. 8.
in fin. vers. intellige cum principaliter.
Nec partita scutorū 1550. exacta à Quainis
ab Equite Vandino confideiussore in censu
Spadæ potest operari diminutionem crediti
cum non fuit soluta simpliciter, sed cum prę-
seruatiua iurū, & animo repetendi tanquam
erroneè facta, quæ cum possit auocari non
29 potest in ea fieri fundamentum per D. Mar-
chionem dum Vandinus docto de errore
possit iterato eam repetere, ideòque si cessat
actio erit quoque sublata incertitudo, & cō-
pensatio.
Denique prædicta immissio retardari non
potest exceptione anterioris hypothecæ de-
ducta ex causa dotis maternæ scutorū 3000.
auri in auro debitæ filijs Saxatelli, qui in In-
strumento venditionis prædij, de quo agitur
obligarunt pro euictione illius omnia sua bo-
na. & sic etiam creditum dotale Matris; quia
præterquam quod satisfaciunt responsiones
datæ in decisionibus R. P. D. mei Macchia-
uelli ex pluribus cessat difficultas. Primò,
quia obligatio Annibalis, & Iulij filiorum,
30 tunc † minorum est nulla vti facta absque
solemnitatibus necessarijs tam de iure, quàm
vigore Statutorum Imolæ. Secundò, quia
probatur dotem fuisse restitutam stante do-
natione vniuersali facta per maritum Lucre-
tiæ, quæ non subsistit, quod non fuerit vni-
31 uersalis cum non comprehenderit † bona
futura, & excipiantur emphytheotica; satis
enim est respectu futurorum, quod fuit de
omnibus bonis iuribus, & actionibus, in quo
32 stat formalitas † vniuersalitatis, etiam sine
expressione causæ, ad text. in l. non quocumque mo-
do, §. fin. de legat. 1. & in l. huiusmodi legat. in princ.
cum ibi notat. ff. eod. cum alijs allegat. in decis. 11.
Maij 1635. coram R. P. D. meo Macchiauello. Re-
spectu verò emphytheuticorum in illis nulla
cadit difficultas cum ageretur de bonis, quæ
ex pacto, & prouidentia spectabant ad voca-
tos in Inuestitura, & tanquam prohibita
33 alienari † non veniunt in dispositione vni-
uersali vndè hæc expressa reseruatio, quæ
34 inerat contractui non alterat illius † qualita-
tem, ad l. Corn. ff. de hered. instit. l. 3. ff. de legat. 1
Tertiò, probantur consumpta supradicta iura
dotalia ex eo quod Annibali, & Iulio pro illo-
rum satisfactione in graduatoria sententia fue-
runt assignata tot bona stabilia dum Iudex ne
dum mandauit assignari bona dotalia, sed etiā
confirmauit expresse eorum possessionem,
ibi: Et propterea dictos hæredes in possessione dicto-
rum bonorum confirmamus, &c. ex quibus sequi-
tur, quod ipsi præuia hac iudiciali bonorum
assignatione ad illorum fauorem acceptaue-
rint dicta bona in extinctione eorum crediti
dotis maternę mutando sibi causam possesso-
35 ris † absque alia declaratione verò hoc titulo
assignationis superueniente, Mantic. decis. 245.
nu. 12. Acchil. decis. 4. ad fin. de caus. possess. & pro-
priet. vbi dicitur hanc opinionem tanquam
36 magis † æquam, & legibus consentaneam
semper fuisse seruatam, Put. decis. 451. lib. 1. Ro-
ta decis. 324. num. 2. part. 1. diuers. & decis. 557. nu. 2.
part. 1. recent. Nec releuat quod ex quo adhuc
viuebat pater titulus superueniens non fuit
validus ad translationem dominij, nec præ-
buerit sufficiētem occasionem mutandi cau-
sam possidendi, ideòque prædicta assignatio
sit intelligenda loco assecurationis non loco
dationis in solutum, quia fuit responsum,
37 licet bona materna † quoad vsumfructum
pertineant ad Patrem tamen, quoad proprie-
tatem, & dominiū esse filiorum, l. 1. & l. quæ-
cumque, C. de bonis, quæ liber. & l. 1. in princip.
ibi dominio videlicet earum ad liberos perti-
nente, C. de bonis matern. Et propterea dum Iu-
dex mandauit assignari filijs Alexandri tot
bona pro concurrenti quantitate crediti dotis
maternæ, vtique censetur illis adiudicasse
proprietatem, & dominium bonorum, non
38 autem ius vsusfructus adhoc; † vt sententia
intelligatur iuxtà iuris communis dispositio-
nem, prout semper intelliguntur verba sen-
tentiæ, l. Hæremnius, ff. de euictione, l. miles, §. de-
cem, ff. de re iudic. Bartol. in l. si fundus, §. in vendi-
catione sub num. 4. ff. de pignor. Rot. coram sanct. mem.
Gregor. XV. decis. 74. num. 7. & decis. 176. num. 3.
Nec facit quidquam defectus æstimationis
39 bonorū, quia tanquam actus † extraiudicialis
de iure talis æstimatio præsumitur adhibita,
vt per Rot. decis. 406. num. 1. & decis. 437. num. 12.
part. 1. recent.

Tan-

Tandem ex solutione debiti vigore obligationis factæ à Lucretia cum Annibale, & Iulio filijs ad fauorem illorum de Rotis ante venditionem factam D. Marchioni apparet creditum dotale esse extinctum eo quia creditum illorum de Rotis absorbet totam hanc dotem, cum esset longè maioris summæ, vt ex benè deductis in facto pro Papottis, & Quainis, & comprobatis in illorum *Summario numer.* 10. *&* 12. ex quibus apparet fuisse relaxata duo mandata ad instãtiam eorumdem de Rotis diuersa, & separata, quæ simul congesta absorbent, & superant creditum dotale, vt ex dictis Instrumentis, & mandatis Rotalibus datis in summario quatenus, etiam doceretur de solutione dotis in suprascripta summa scutorum 3000. auri in auro, & licet opponatur de nullitate obligationis ex defectu solemnitatis adhibendæ in contractibus mulierum, & minorum, hæc exceptio quatenus posset opponi per D. Marchionem,
40 attamen †cum mandata fuerint relaxata executa, & executiones consummatæ, & perempta per rem iudicatam, *l.* 1. *& seqq. ff. & C. de re iudic.* & in omnem euentum, prout fuit dictũ in vltima decisione R. P. D. mei Macchiauelli in hoc Iudicio non est agendum de nullitate sed agendum via ordinaria; in Iudicio recisorio per tres conformes.

Ex quibus, & alijs deductis in decisionibus in hac causa factis iterum fuit dictũ dandam immissionem, & causam expediendam, &c.

R. P. D. BVCCABELLA.

Romana Fideicommissi de Cincijs.

Lunæ 15. *Nouembris* 1638.

ARGVMENTVM.

Filij in conditione positi, censentur vocati, stante sic Statuto loci, & quando censeantur etiam ad portionem patruorum. Filij, quantumuis nati à patre odioso non censentur exclusi à fideicommisso facto descendentibus, ante delictum licet enormissimum, erant nati, exemplo peccati Adæ; nam si aliquis filius esset natus ante peccatum non perdidisset vestem innocentiæ, nec fuisset subiectus horridæ morti.

SVMMARIVM.

1 *Filij in conditione positi vigore Statuti Vrbis censentur vocati.*

2 *Filij in conditione positi, quando censeantur etiam vocati ad portionem patruorum.*

3 *Alienationis amplissima prohibitio, vt bona stabilia remaneant in familia; quid operetur.*

4 *Filij nati à patre odioso, non videntur comprehensi sub generali vocatione masculina.*

5 *Pater, quod odium habuerit filios ex eo arguitur si nonnullis reliquerit legitima, & reliquis totam hæreditatem.*

6 *Et hoc maximè si legitimam reliquerit illis, honorabili titulo institutionis, & etiam dum aliud legatum considerabile ipsis reliquerit.*

7 *Pater, quod reliquerit plus vni filio, quam alteri, ex hoc non potest argui odium erga eum, cui minus reliquit, sed benè amor erga illum, cui plus fuit relictum.*

8 *Filius, quando succedit ad fideicommissum ex propria persona, non attenditur an sit odiosus patri.*

9 *Nepotes, & descendentes censentur ab Auo dilecti non propter patrem, sed per se ipsos.*

10 *Nepotes censentur dilecti ab Auo, tanquã eius agnationem, & diuturnitatem familiæ conseruantes.*

11 *Auus dici solet, quod plus amat Nepotes, quam filios.*

12 *Auus, licet ex hæredes filios, non tamen censetur ex hoc excludere Nepotes.*

13 *Filius, quãdo ex delicto Patris non censeatur exclusus à fideicommisso descendentium.*

14 *Filij natis ante delictum Patris non possunt dici processisse à radice infecta.*

15 *Pueri existentes in infantali ætate, dicuntur prorsus innoxij à quouis delicto.*

16 *ad Fideicõmissum vocati, à tali vocatione non possunt excludi sine eoque dolo, seu culpa.*

17 *Filij nati ante commissum delictum à Patre de crimine lesæ Maiestatis, non punirentur.*

18 *Peccatum originale afficit omnes descendentes Adæ.*

19 *Adam si habuisset filios ante peccatum ab eo commissum filij illi nõ essent affecti peccato originali, nec eius pœnis. Et quare num.* 20.

21 *Pater, si habebat filios ante commissum valdè atrox delictum illi non debent priuari successione, ad quem iure proprio erant vocati.*

22 *Filij, quando sunt vocati ad fideicommissum independenter à Patre, in eo succedunt etiã reluctante Patre.*

Istam præsentem decisionem iam diu ad decis. 570. part. 5. recent. promisi in lucem dare, & sanè quidem diù distuli promissionem persoluere, & quia melius est tarde, quam numquam persoluere debita, ideòque nunc mihi delcatur tale debitũ, dum modo illud persoluo actualiter.

DECISIO CCCLXVI.

RESOLVTVM fuit coram bo: mem: Card. Virili sub die 17. Maij 1627. post reiteratam, & maturam causæ discussionem vnanimi DD. consensu DD. Fœlicem, & Christophorum fuisse vocatos, non autem tres alias familias de Cincijs. Cum autem ijdem Fœlix, & Christophorus coram me institissent pro causæ expeditione, dd. verò tres familiæ peterent nouam audientiam; DD. stante lapsu decennij à die, quo dicta resolutio capta fuit, ordinarunt, vt iuxtà stylum Rotæ causam prius proponerem super iisdem, illaque hodie proposita censuerut standum esse in decisis; Quoniam dd. Fœlix, & Christophorus, cum tanquam descendentes, & de linea masculina Francisci Testatoris eorum Aui fuerint in cõditione positi, subintrat clara dispo-
1 sitio Statuti Vrbis *lib.* 1. *c.* 142. † quod censeantur tacitè vocati, & perindè est, ac si verbis dispo-

dispositiuis nominati, ac substituti fuissent,
Gabr.cons.115.num.11.lib.1. Peregr.cons.55.nu.1.
lib.4.& de fideicomm. art.28.num.2.& 25. Gregor.
decis.337.nu.5.& decis.574.nu.1. & fuit dictum
in Romana fideicommissi de Incoronatis 13. Nouembris 1637. coram R. P. D.meo Pirouano, & in Romana fideicõmissi de Cardellis 19. Decembris 1636.
coram me; Et non solum ad portionem Patris,
sed etiam patruorum, cum simus in fideicõ-
2 misso † facto ab ascendente, & fuerit proces-
sum ad plures substitutionum gradus, & po-
sita in conditione linea masculina, & concur-
rat etiam expressa, ac amplissima alienationis
3 prohibitio, † vt bona stabilia in perpetuum
in familia conseruarentur, vt vltrà allegatos
in decis. quæ reuidetur, tradunt *Ricc.decis.395.*
num.8.lib.2. Grat.discept.371. num.16. 17. & seq.
Modern. Brix.de substit.quæst.240.nu.8. 19. & 22.
Rot.decis.320.nu.18.part.1.recent. & fuit dictum
in causa *Auximana fideicommissi 22. Martij 1638.*
coram R.P.D.meo Dunozetto.

Nec visum fuit subsistere quod dd. Fœlix,
& Christophorus descendant à filio Testatori
4 odioso, & sic † non videantur comprehendi
sub generali vocatione lineæ masculinæ, *l.Lucius Titius, ff. de leg.2. Surd. decis.41. nu.1. & seq.*
Moder.Brix. d.tract.de substit.quæst.317.nu.2.& 3.
& seqq. Quoniam placuerunt responsiones da-
tæ in decis.siquidem de tali odio nullo modo
constat,neque potest argui ex eo quod Testa-
tor instituerit Iacobum in legitima, & aliis
5 filijs reliquerit† totam hereditatem,quia cum
illum in totum non exhæredauerit, nec ver-
ba aliqua protulerit, ex quibus argui possit
odio habuisse, sed agnouerit in filium relin-
quendo legitimã honorabili titulo institutio-
6 nis,& vlterius eidem legauit etiam scut.† 100.
auri manifestè potius arguitur positiua dile-
ctio, *l. Amicissimus in princip. ff. de excus. Tut.* Ex
eo autem, quod cœteris filiis plus reliquerit.
7 non benè infertur† ad positiuum odium erga
Iacobum, sed solum ad maiorem erga alios
amorem, ac dilectionem, *iuxt. text. in auth.hoc amplius, vbi Cyn. C. de fideicomm. Ruin. consil.3.*
nu.15.& seq.lib.2.Soccin.Iun. cons.71.nu.19.lib.1.
cum alijs per sim. de prat. interpret.vltim. voluntat.
fol.63.nu.20. & Modern.Brixien. vbi suprà q.468.
num.8. vt benè deducitur in decisione.

Et in omnem casum, quatenus aliquod
odium in Iacobum probaretur, nihilominus
in proposito non deberet nocere filijs, qui ad
8 successionem in bonis † Francisci Testatoris
non veniunt ex persona ipsius Iacobi Patris,
sed ex persona propria, & principaliter, & de
per se sub nomine lineæ masculinæ ipsius te-
9 statoris familiæ vocati, qui cum † sint nepo-
tes, & descendentes censentur dilecti ab Auo
non propter Patrem, sed propter se ipsos tan-
quam apti ad eiusdem Testatoris agnationẽ,
10 ac diuturnitatis † memoriam cõseruandam,
iuxtà text. in l. liberorum in fin. ff.de verbo signific.
ob quam rationem nepotes etiam plusquam
11 filios diligi † consueuisse dicit *Curt. Iun. consil.169.num.13. Cassan. cons.67.num.30. Surd. decis.73.num.6.* benè *Alex.in cons.53.num.21, lib.4,*
Vbi in specie ex hoc infert, quod licet Testa-
12 tor excluserit filios, non sequitur † exclusisse
nepotes.

Non obstat parricidium per Iacobum pa-
tratum. Quia cum Fœlix, & Christophorus,
vt supradictum est,non fuerint vocati intuitu,
& cõtemplatione patris, nec veniant ex illius
persona, sed propria,& tanquam ipsius Testa-
13 toris descendentes masculi, & † apti familiã,
& agnationem effectiuam conseruare, ob ta-
le delictũ excludi non debent, vt per *Vasquez de success. resol.tit.de his quibus, vt in dignit.tom.2.*
§.20.num.12. vers.ego si filius, Pasch.de patr.potest.
part.5.cap.8.nu.13.& seq. Scip.Rouit.cons.1.nu.45.
& seq. cum alijs in decis. allegat.

Et DD. visum fuit cessare omninò præ-
14 dictam difficultatem ex eo quia † dd. Fœlix,
& Christophorus erant iam nati ante delictũ,
15 & sic † dici non possunt processisse à radice
infecta, & de tempore ipsius delicti erant in
infantili ætate constituti, & ob id prorsus in-
noxii,quibus propterea nulla ratio, aut æqui-
tas suadet, vt sine aliqua culpa puniri, & Aui
16 bonis,† ac successione priuari debeãt,vt vltra
allegatos in decis.in qua distinctè fuit ad con-
traria responsum *trad.Gasp. Anton.Thes.quæst.forens.80. num.3.lib.3. & ex text. in l.ex facto, ff. ad*
Treb. & in l.filium, & in l.emancipatum, §.1. ff.de
Senat. & in l.2. C.de libert. & eorum liber, & alij
loquentes de crimine læsæ Maiestatis per Pa-
17 trem † commisso, latè prosequitur, & com-
probat, & longè communiorem dicit *Ludou.*
Molin.de iust.& iur.tract.2.quæst.658.nu.20.& 21.
& in quarto fundamento idẽ firmat exemplo
peccati originalis, & pœnarũ, quibus omnes
18 Adami † posteri ob illud punimur;Quemad-
modum nisi quis natus, vel conceptus fuisset
antequam Adam Dei præceptũ fuisset trans-
19 gressus, vtique neque peccatum † originis
contraxisset,nec pœnis, quibus à Deo genus
humanum ob illud punitur fuisset affectus,
vt affirmat *D. August.ad Bonifacium, & refertur*
1.quæst.4. c. iam itaque, & de consecr. dist.4. c.quæris, & tenet communis *Theolog.scola 1.2. q.81.*
quia scilicet ille vti iam ab Adamo separatus,
20 nec in eo potentia contentus in † illo non
& propterea, nec pœnis illius peccati fuisset
punitus, ità nec etiam à republica filii iam
nati, antequam Pater crimen aliquod atrox,
21 & enorme admisisset, pœna aliqua † ob tale
crimen postea ab eo patratum affici,& substi-
tutionis,ac fideicommissi iure sibi de eo tem-
pore, quo nati fuerunt acquisito,& ex firma,
ac inuariabili spe omninò independenter à
22 Patris voluntate, immò etiam ea † reluctan-
te formato, priuari debent.

Et ita, &c. decisum dd.Fœlice,& Christo-
phoro tantum informantibus, Familijs verò
pluries citatis, & informare non curantibus,
&c.

R.P.D.

R. P. D. PEVTINGERO,
Romana Redditionis Rationis.
Luna 10. Decembris 1646.

ARGVMENTVM.

Ratio semel reddita, licèt iterùm reddi debeat quādo constat de errore, tamen de huiusmodi errore constare debet ex claris, & perspicuis coniecturis; & quando autem adest res iudicata nō sufficit docere de errore, sed vltrà errorem constare debet de dolo.

SVMMARIVM.

1 *Redditio rationis satis est Procuratori, quod facta sit cum principali.*

2 *Creditori non competit actio contra Procuratorem debitoris post redditam cum illo rationem, licèt debitor Procuratori demandasset, ut d. creditori satisfaceret.*

3 *Tutor tenetur solùm reddere rationem de fructibus qui ad eius manus peruenerunt, & asserenti in maiori quantitate fuisse recollectos incumbit onus id probandi.*

4 *Rationem semel redditam denuò reddi non debet, & quid si fuisset omissa aliqua partita.*

5 *Furtum non præsumitur.*

6 *Tutor debet ponere ad creditum hæreditatis fœtus Animalium nasci solitorum, & pelles demortuorum.*

7 *Fœtus Animalium nasci solitorum, subrogantur loco mortuorum.*

8 *Ratio semel reddita, non est ampliùs reddenda, quando adest res iudicata.*

9 *Ratio semel reddita, vt denuò reddenda sit, debet constare de verò dolo.*

10 *Et de errore, & dolo claris, & perspicuis probationibus docere debet.*

Ista decisio est in eadem causa de qua est supra decisio 158. hac eadem par. 11. recent. coram eodem bon. mem: Peuting.

DECISIO CCCLXVII.

CVM Claudia de Fortis, à Francisco Baratello decedeñ Tutrix, & pro tempore Curatrix in Testamento filiorũ suorum Fælicis, & Francisci Mariæ deputata, à Creditoribus defuncti, pro reddeñ ratione conuenta coram A. C. producto Inuentario ab ipsa confecto, & libris Tutelaribus rationem reddidisset, àc periti vtrinque, & deindè tertio electo, creditrix in scut. 3833. b. 57. ÷ declarata fuisset, ad eiusdemque relationem sententiam fauorabilem reportasset, causaque deserta, commissa à Signatura Sanctissimi restitutione in integrum aduersus sententiam A. C. R. P. D. Lanuuio ipse, reuocata prima sentētia, Claudiam ad denuò reddendam rationem cōdemnauit, tertia postmodum instantia coram bo: memor: Lomellino non finita, nunc coram R. P. D. Oddo de Voto Rotæ pendente, dubitaui, An ratio fuerit legitimè reddita, & Domini, restringeñ pro nunc difficultatem ad quinque partitas à Perito denuò electo in sua relatione reseruatas, responderunt, respectu harum non teneri nouam reddere rationem, sed esse legitimè redditam.

Partita enim herbarum Casalis Vaccareccię pro annis 1619. 1620. & 1621. quod Franciscus Baratellus conduxerat pro pensione annua scut. 1603. non est connumerañ ad debitum Claudiæ, quia eædem herbæ pro pastu equorum, & bouum pro cultura eiusdem Casalis ibi retentorum necessariæ erant iuxtà praxim de qua testantur Periti in fide, *data in Summar. Claudiæ num. 8.* & quamuis appareat, quod ipsa ex d. Casali vendiderit rubra 110. herbarum, *Summario Cappellæ num. 7.* harum pretium compensañ venit cum pretio herbarum Casalis Campi Mortui, pariter à Claudia pro hyemali pastu dictorum animalium emptarum, nec in debitum hæreditatis positarũ, & quod eædem herbæ hyemales ab ipsa fuerint emptæ probatur ex necessitate, de qua testantur Periti, *Summ. Claudiæ nu. 4.* & ex verisimilitudine, dum constat, nonnullas aquas Francisci in Territorio Franciscæ, Campo Mortuo contiguo, iudicialiter pro damno dato fuisse captas, *dicto Summario num. 5.*

Neque partitas fructuum Casalis Turris Nouæ pro anno 1618. debito Claudiæ inferri
1 potest, † quia aduerteñ est eo anno Franciscũ virum eius, simplicem dumtaxat fuisse Procuratorem Bizarri, ad quem vtpotè dicti Casalis conductorem, fructus spectabant; adeòque satis fuit cum eo cõputa solidasse, eique tanquam principali rationem reddidisse, *Rota decis. 77. num. 4. & decis. 273. num. 11. part. 4. tom. 2. recen.* Tanto magis quia magna pars dictorum fructuum ad manus ipsius Bizarri peruenit, & constat Franciscum plures summas DD. Aldobrandinis, Casalis locatoribus, soluisse, aliisque Bizarri diuersis Creditoribus,
2 *Summario Claudiæ num. 1.* † quibus creditoribus contra Franciscum actio non competit, licet ipse Bizarrus mandasset Francisco, vt iisdem satisfaceret, sufficit enim eidem Bizarro rationem reddidisse, *d. decis. 273. num. 11.*

3 Quo verò ad fructus anni 1619. † Claudiæ sufficit ad creditum hæreditatis posuisse fructus, ab ipsa perceptos, & asserenti in maiori quantitate fuisse collectos, incumbit onus id probandi, neque vltra illos, qui ad eius manus peruenerunt, rationem reddere tenetur, *ad text. in l. vltima, §. final. Cod. de administr. Tut. Eugen. consil. 19. lib. 1. Rota decis. 389. ante num. 1. dictu part. 4. tom. 2. recent.*

Quamuis etiam circa partitam frumenti in Casali Vaccareccię Claudia ad creditum hæreditatis Francisci viri solùm posuerit rubra 539. ÷ & ex ipsa mercede, soluta vectoribus frumenti ad Vrbem, constat, aducta fuisse rubra 800. de quibus totis reddere rationem debuisset, detracta tamen summa rubrorum 539. ÷ de quibus iam erat ratio reddita, & aliorum rubrorum 64. quæ summæ ratione decrescentiæ mensuræ Vrbis ad rationem

octo

octo pro centenario ex fide Peritorum, *Summar. Claudiæ nu.6.* & sic remanserit debitrix in
4 rubris 197.† nihilominus rationem semel instantibus creditoribus redditā de anno 1627. denuò reddere non tenetur, quia non præsumitur, quod huiusmodi partitam per dolum describere omiserit, imò ex lapsu 20. & amplius annorum benè præsumi potest obliuio, *Rouit. cons.66. num.19. lib.1. Surd. decis.216. nu.31. Rot. decis.360. num.5. part.6. recent.*

Pariter in secunda partita equarum in qua Claudia agnoscit ad sui debitum esse addenda scut.281. pro tot equis á se venditis, & alias confessa fuit coram A. C. quibus licet addi possint aliæ, quas furto subtractas, vel mor-
5 tuas esse prætendit, † cum de furto, quòd non præsumitur, non doceat *Bart. in l. si quis ex argentarijs, §. An hac hæredi num.4. ff. de eden. Rot. de-*
6 *cis.639. num.1. part.4. recent.* † & quatenus demortuæ fuissent, pretium pellium ad creditum hæreditatis poni debuisset, prout etiam nulli ex equis nasci soliti, *Escobar. de ratiocin. cap.18. num.1. & seqq. Rot. decis.690. sub num.5.*
7 *vers. nec vlla,* † vbi quod redden̄ est ratio fœtuum animaliū, quæ subrogantur loco mortuorum *part.1. recentior.*

Verùm quia Claudia in noua exhibitione partitarū reseruauit facultatem adden̄, & minuen̄, & militat etiam ratio exclusiua doli sæpiùs allegata, de quo ipsa tanquam Tutrix,
8 quæ † iam semel rationem reddidit, & sentētiam fauorabilem de anno 1627. super redditione rationis in iudicatum transactam reportauit, conuincen̄ foret, *Add. ad Gregor. decis.536. nu.5. ante fin. Rot. decis.184. num.4. part.2. recent. & in Bononien. Administrationis 20. Februarij 1611. coram Cardinali Sacrato, & coram eodem in Bononien. de Bouijs 16. Februarij 1612.* Imò adhuc, computatis dictis partitis ad sui debitum, Claudia remaneat creditrix in summa scut.6185; quorum è bonis hæreditatis viri
9 Francisci impossibilis est recuperatio, † tum etiam ad effectum, vt ratio semel reddita sit iterum ex integro redden̄ necesse est constare de verò dolo, cum enim rationes, semel calculatæ, habeant præsumptionem pro se, quod
10 rectè, & ritè dispunctæ fuerint; † is, qui contrarium asserit, claris, & perspicuis probationibus de errore, & dolo, quem interuenisse allegat docere debet, *Menoch. de arbitr. cas.209. num.4. Dec. Escobar. & alij relati in Romana Computorum 23. Iunij 1640. coram R.P.D. meo Cerro, Rota in Bononien. Redditionis Rationis 17. Februarij 1606. coram Penia.* Ideò Domini censuerunt quoad supradictas partitas, ipsam Claudiam reddere nouam rationem non teneri, vtraque parte informan̄, &c.

R. P. D. CORRADO
Postea S. R. E. Cardinali.

Romana Successionis.

Veneris 14. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Statutum Vrbis lib.1. cap.131. sub rubric. de lucr. dot. seù donat. propter nuptias disponens, quod si vxor post consummatum matrimonium liberis extantibus decedat, maritus superstes totam dotem lucretur, an cum effectu deroget *l. hac edictali, C. de secund. nupt.* latissimè tractatur, & resolutio est negatiua, in contrarium adductis plenè respondendo: Quid autem dicendum sit de augumento dotis, an illud comprehendatur sub dispositione *d. l. hac ædictali,* eruditè resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *L. hac ædictali, C. de secund. nupt. contrario statuto abrogari potest.*
2 *Et quando censeatur abrogatum.*
3 *L. hac ædictali seruari debet, quando neque ex verbis statuti, neque ex voluntate statuentium appareat derogata.*
4 *L. hac ædictali censetur derogatum si statutum disponat, quod maritus totam dotem lucretur.*
5 *Contrarium firmatur, & verba illa,* liberis extantibus, *de communibus filijs sunt intelligenda.*
6 *Neque ex hoc benè infertur, quod si dd. verba statuti intelligerentur de communibus filijs, filij ex primo matrimonio essent exclusi, & quare num.7.*
Sed statuti dispositio censetur solum concepta in casu, quo filij ex communi matrimonio supersint. num.11. & 19.
Et operatur exclusionem aliorum filiorum, quos ex alijs nuptijs maritus suscepisset, num.20.
8 *Intellige quando ex alijs non constat, de eis quoque ex eorum exclusione statuentes cogitasse, secus è contra num.10. & seq.*
9 *L. hac ædictali censetur per statutum derogatum, si disponat, quod maritus mortua vxore in omni casu medietatem dotis lucretur.*
12 *Et quid si demandaret,* quod maritus totam dotem lucretur? *& huiusmodi dispositio quomodo veniat intelligenda. num.13.*
14 *Mulieri quando licitum sit dotem secundo viro liberè constituere, itaut ex pacto totam lucrari possit.*
15 *Relatiuum declarat orationem antecedentem.*
16 *L. hac ædictali non est derogatum per statutum Vrb. lib.1. cap.131. & eius dispositio quomodo sit intelligenda.*
17 *Maritus reseruare tenetur communibus filijs proprietatem dotis, ex coniuge prædefuncta lucratæ.*
18 *Et quid extantibus filijs ex illa in præcedenti matrimonio procreatis.*
21 *Gabr. cons.13. sub num.33. lib.2. refutatur.*
22 *Statutum Vrbis lib.1. cap.131. non defert proprietatem, nec aliud lucrum dotis filijs matrimonij communis, sed quid disponat.*
23 *Lucrum dotis quod maritus vxore præmortua acquisiuerat,*

fuerat, quomodo post ipsius mortem deferatur filijs ex communi matrimonio procreatis existentibus filijs ex priori matrimonio.

24 *Lucrum dotis à statuto delatum liberis non extantibus, an debeatur viro præmortua uxore, relictis filijs ex primo matrimonio.*

25 *Dos quoad vsumfructum spectat ad virum, quo verò ad proprietatem spectat ad filios.*

27 *Mulier, quando possit de sua dote hæredem instituere virum quoad vsumfructum, & filios quoad proprietatem, & quando secùs, num. 27.*

28 *Et quando vir dicatur primario contemplatus, & num. 30. 31. & 33.*

29 *Adde quod quando primario fuit vir contemplatus dispositio remanet irrita tam respectu vsufructus quam etiam proprietatis.*

32 *Fundamentum suæ intentionis debet quis iustificare.*

34 *Augumentum dotis non comprehenditur sub dispositione l. hac edictali, C. de secund. nupt.*

35 *Intellige quando ille, qui augumentum dedit sibi restitui stipulatus esset.*

36 *Secùs quando illud fuerit pleno iure mulieri donatum, & in eius dominium, ac patrimonium transactum.*

Et quid si in Instrumento dotali adesset clausula, ad habendum.

37 *L. hac edictali, Cod. de secund. nupt. complectitur omnia bona, tempore mortis extantia, & nu. 39.*

Decisio ista est in eadem causa de qua supra decisio 406. parte 9. recent. tomo 2. & est pariter coram eodem bon. memor. Corrado.

DECISIO CCCLXVIII.

RESOLVTIO in hac causa emanata die 18. Maij 1646. coram me impugnabatur pro parte D. Comitis Fabij ex eo præcipuè quod Statutum Vrbis *lib. 1. cap. 131. sub rubric. de lucr. dot. seu donat. propter nupt.* deroget in effectu *l. hac edictali, C. de secund. nupt.* Ideoque cesset in proposito casu eius dispositio. Eòq; magis quoad portionem additam doti D. Imperiæ per M. Antonium Incasatum eius patruum, ac proprietatem eiusdem dotis per eã filijs posteriores matrimonij titulo institutionis relictam in testamento. Verùm auditis iterùm partibus, causaque denuo discussa visa fuit Dominis confirmanda.

1 Quia licet vera sit, † atque recepta conclusio, quod illius legis dispositio continens ius positiuum contrario statuto abrogari potest, iuxta *l. omnes populi, ff. de iust. & iur. Bald. in l. 1. sub num. 8. vers. & præmitte vnum, C. de inoffic. dot. Stephan. Bertrand. in ead. leg. in princip. à numer. 19. vers. quod si non pactum, & num. 30. vers. addo, quod etiam, Soccin. cons. 35. sub num. 2. vers. primo quia, lib. 4. Roland. cons. 72. nu. 3. vers. sed statutum, lib. 1. Rota penes san. mem. Gregor. decis. 173. num. 7. vers. quoad legatum, & seq. & bon. mem. Buratto dec. 396.*

2 *num. 7. vers. sed respondebatur.* † Attamen procedit quando ex verbis expressis, vel ex ineuitabili vtriusque sanctionis repugnantia adeò certa, & necessaria resultat derogandi voluntas, vt non possit in dubium probabiliter reuocari, aliàs enim non censetur per huiusmodi statuta ab ea recessum, neque filijs præcedentis matrimonij præiudicatum, vt not. *Bart.* (quem communiter sequuntur DD.) *in eadem l. hac edictali num. 2. vers. per hoc dixi, C. de secund. nupt.* & explicat *Castr. in d. l. 1. sub num. 4. vers. nisi diceret expresse, C. de inoff. dot. Ias. in Auth. præterea sub num. 15. vers. pro veritate, ibique Dec. sub nu. 7. vers. & ista conclusio, C. vnde vir. & vxor. & Socc. sen. d. cons. 35. num. 5. vers. non obstant rationes, lib. 4 ac Soccin. iun. cons. 70. sub num. 2. vers. & licet ferè omnes, lib. 2. Bertrand. ubi supra num. 26. versic. quæ communis opinio ac seq. Zuccard. cons. 43. sub nu. 1. vers. attamen ista opinio, Franch. decis. 435. num. 24. vers. item dicebatur, & seq.* & alios refert *Molphes. ad consuetud. Neapol. par. 3. de success. ex testam. q. 12 per tot. Rota decis. 432. num. 3. vers. quod statuto, ac seqq. par. 1. & decis. 255. num. 7. vers. alterum quod derogetur, part. 4. diuers. & in recent. decis. 133. sub num. 3. vers. nec obstat Rauennæ Statutum, parte 4.*

3 Cum † igitur neque ex verbis, neque ex dispositione dicti statuti apparet huiusmodi derogandi voluntas. Ideo meritò lex ipsa seruari debet, vt in his terminis respondit *Rota in Romana prætensæ dotis 25. Decembris 1594. coram Corduba d. decis. 255. par. 4. diuers. & bo. mem. Card. Seraph. in eius Voto*, in quadam causa inter hæredes Farri, & Gasparem Ambrosinum *in §. 1. vers. alter casus statuto comprehensus est, & infra in §. ita censet*, & probat *Moder. Roman. discept. 197. per totam.*

4 Neque obstat, † quod conditio illa existentiæ liberorum, sub qua statutum defert lucrũ totius dotis maritus, ibi, *Si vxor post consumatum matrimonium marito superstite liberis extantibus decedat, maritus totam dotem lucretur &c.* æquè verificetur in liberis primi matrimonij, qui eo nomine indefinitè prolato pariter comprehenduntur, vt in hac materia censuit *Rayner. de Forolin. inter cons. Signorol. 68. & 263.* quem alij sequuntur.

5 Quia contraria † opinio verior est, atque receptior, nam huiusmodi verbum respectu ipsorum coniugum prolatum de communibus filijs intelligitur, atque magis quando ob illorum existentiam lucrum defertur parentibus, nisi aliunde probetur contraria statuentium intentio, vt in specie not. *Bart. ex illo tex. in l. cum Vir. vers. nota ad id quod dixi, ff. de cond. & demonstr. & in eodem casu contr. Rayner. probat idẽ Signorol. consil. 69. num. 4. vers. item hoc statutum. & seq. Rum. cons. 59. num. 16. vers. præterea, ac seq. lib. 3. Soccin. iun. d. consil. 70. num. 4. vers. nam cum statutum, lib. 2.* & latè prosequitur *Pinnut. in tract. de lucr. dot. gloss. 5. à num. 2. versic. cæterum stante prædicta liberorum conditione, ac seq.* & in terminis Statuti Vrbis comprobat *Gabr. consil. 13. à nu. 1. vers. in quo tamen articulo, ac seq. qui num. 7. versic. Verum, & seq.* ponderat eius verba dicit hoc esse indubitatum *lib. 2.* & firmauit *Rota in Romana lucr. dot. 16. Decembris 1580. coram bon. mem Card. Blanchetto in §. non obstat quod Monasterium, & in d. Romana prætensæ dotis coram Corduba 255. nu. 4. vers. nam in ea parte, in qua dicitur parte 4. diuers.*

& Car-

& Cardinal. Seraphinus in dicto eius Voto in §. & *quamuis.*

6 Nec ideo retorqueri potest interpretatio in filios primi matrimonij; quod si verba statuti intelligãtur de natis ex posteriori, illi videantur exclusi, ex traditis per *Bald. in cons. 405. quedam D. Elena à num. 6. vers. sed quid si maritus, & seqq. lib. 5. Roman. consil. 44. ex supranarrato themate num. 5. versic. post hac prædicta, Socc. cons. 52. sub num. 3. in fin. versic. ex quibus, ac seq. lib. 3. Natt. cons. 308. num. 1. vers. sed decretum istud,* & relatos per *Surd. cons. 91. sub num. 1. vers. & quando dictum ac alios.*

7 Nam illa qualitas † exprimi quidem, ac subintelligi solet pro certiori adimplemento, ac verificatione conditionis affirmatiuæ, vel negatiuæ, sub qua lucrum ex huiusmodi statuto defertur, vel negatur marito; sed non inde necessaria resultat exclusio filiorum primi matrimonij, ac dictæ legis correctio, de qua nulla facta fuit mentio, quinimmo illis extantibus statutum ipsum ex ea congruam recipit interpretationem, ac moderationem (vt infra dicetur *in §. Deinde infertur.*) quando

8 ex † alijs non constat de eis quoque, ac eorum exclusione cogitasse, ac intendisse statuentes, vt contigerat in casu *Bald. in d. consil. 405. lib. 5.* loquentis de Statuto Ciuitatis Florentiæ expressam faciente mentionem de filijs primi matrimonij, eosque à successione maternæ dotis excludente, vt legitur ibi *num. 1. versic. in qua Ciuitate,* (de quo etiam meminit *Castr. in d. l. 1. sub nu. 4. vers. idem fine facto, C. de inoff. dot.*) *& Roman. in d. cons. 44.* loquẽtis de Statuto Mu-

9 tinæ, † disponente, quod vxore mortua, maritus non habens filios ex ea lucretur in omni casu medietatem dotis, quibus sanè verbis (in omni casu) nititur eius responsum, cum alias contrarium sentiret, vt ipse declarat, *ibid. sub numer. 4. vers. & tunc dicendum est, ac infr. sub num. 6. vers. & decisio Bart. & Bald. &c.* (licet reprobetur *à Ias. in d. Auth. præterea, sub d. num. 15. vers. aliquando & tertio, et vers. tamen puto, C. unde Vir. & Vxor.* quem sequitur *Betraid. in d. l. hac adictali. in princip. num. 29. vers. addo & tertio &c.* ac alij relati per *Eugen. consil. 2. num. 32. vers. quia primo, & seq. lib. 2.*) *& Natt. cons. 308.* loquentis in decreto Montisferrati (super quo etiam respondit *Surd. d. cons. 91.*) cuius pariter alia ponderat verba sub *num. 1. vers. si enim decretum hoc voluisset &c. & infra vers. alias illa tot verba,* (& nihilominus inferiùs in *Vers. reperio tamen &c.*

10 *fatetur articulum esse ambiguum &c.* † sicque in alio Statuto *Bellon. consil. 13. num. 15. Vers. tertio, & seqq. & Menoch. consil. 4.* loquens in Statuto Papiæ, in quo facta fuit expressa mentio primi matrimonij, ac filiorum ex eo, vt legitur in Hypothesi, ac in toto illo Consilio, Soccin. autem haud sibi constans istud ex professo respondit in *cons. 35. lib. 4.*

Quare tutius, ac æquius est regulam constituere contrariam, quod scilicet ex verbis eiusmodi ad liberos communis matrimonij relatis, filij præcedentis coniugij non censean-

11 tur exclusi, † sed statuti dispositio in eum casum concepta, quo illi soli supersint, nisi aliundè clarè probetur statuentium voluntas vt post *Iacob. Butr.* tradit idem *Bald. in cap. 1. num. 3. Vers. quæro dicit statutum &c. ac mar. it. succedat uxor. in benef. & in d. l. hac adictali, in 2. lect. sub num. 1. Vers. quid ergo, & seq. Alex. consil. 142. uiso statuto nu. 4. Vers. præterea, lib. 7. Ruin. cons. 61. num 13. Versic. secundo moueor, lib. 1.* & hanc dicit communem, & veriorem sententiam, *Soccin. d. cons. 35. à num. 4. Vers. his tamen non obstantibus, usque ad num. 8. lib. 4. & Rimin. iun. cons. 241. nu. 62. Versic. sed etiam cessare debet statutum Mediolani, ac seq. Phanuc. de lucr. dot. d. gloss. 5. num. 39. in decimo casu, Versic. nihilominus in hanc sententiam,* & in his terminis probauit *Rota d. decis. 255. d. n. 4. Vers. nam in ea parte, ac seqq. & Card. Seraphin. in eius Voto supracitat. ac Modern. Rom. d. discept. 197. sub num. 1. Versic. licet enim reseruetur in statuto, & seqq. per tot.*

12 Minus obstant † verba sequentia, *maritus totam dotem dotem lucretur &c.* quæ alterius participationem excludunt, & propterea videntur incompassibilia cum dicta lege.

Quoniam illa respiciunt, atque determinant ipsum casum, quo marito lucrum defertur extantibus, scilicet solis filiis matrimonij communis, non autem alterant, neque extendunt statuti dispositionem ad alium casum, quo filij præcedentis coniugij supersunt. Sed is tanquam omissus secundum ius commune definiri debet, vt in terminis statuti Florentini eisdem verbis disponentis, indicatum fatetur, *Bald. in dicta l. 1. sub num. 8. versic. contrarium fuit determinatum. C. de inoff. dot.* idemq; probat in eadem *l. hac adictali, in 2. lect. supracitat. num. 1. & in usibus feud. d. cap. 1. sub num. 3. an marit. succed. uxor. in be-*

13 *nef.* † dicens huiusmodi statuta intelligenda esse in casu, quo licitum est mulieri dotem secundo viro liberè constituere, itaut ex pac-

14 to totam lucrari possit, † quod tunc contingit quando nulli ex præcedentibus nuptijs filij supersunt, secùs autem illis extantibus, & super eodem statuto respondit *Castr. cons. 148. uiso casu, & allegationibus in fin. princip. vers. & communiter tenetur, ac in cons. 368.* presupposito quod præfatum decretum *sub num. 1. ad fin. versic. sed etiam dico &c.* vbi pariter dicit communem *par. 2. Soccin. dicto cons. 35. à num. 4. vers. his tamen non obstantibus, & seqq. lib. 4. Phanuc. de lucr. dot. in loco mox citat. & in vers. ad secundum dicitur,* & sequitur *Rota dicta decis. 255. num. 4. vers. nam in ea parte, ac seqq. & Card. Seraph. in d. eius Voto in §. 1. vers. ubi nem adsunt filij alterius thori, & in §. quod itaque censet, ac in §. fin. vers. aut volumus non esse derogatum, & d. Modern. Roman. d. discept. 197. à num. 13. vers. non esset tamen recedendum &c.*

Prædicta verò certiora sunt in terminis præfati Statuti Vrbis, quia non disponit simpliciter, quod extantibus liberis, maritus totam dotem lucretur, sed orationem continuãdo subiungit, *quã tamen secundum iuris dispositionem liberis communis matrimonij reseruare tenea-*

15 *tur &c.* † quod sanè relatiuum declarat orationem antecedentẽ *iuxta l. ea tamen adiectio, ibi*

16 *quã gloss. fin. Bart. & DD. ff. de legat. 3.* † itaut censeatur delata marito ea dos, & in eo casu, qua, & in quo ex iuris communis dispositio-

ne filiis communis matrimonij debet illius proprietas reseruari, iuxta trad. per *Bald. in dicto consil.495.num.12. versic. secunda autem pars, ac seq. & num.13. versic. sed hic est necessarium, lib.5. Cephal. consil.636.num.5. vers. quod relatiuum, Menoch. consil.177.num.22. vers. præterea, Surd. dec.282. sub numer.6. vers. quia relatiuum, & consil.127. sub num.47. vers. relatiuum autem, Marot. consil.5. sub num.5. vers. præterea*. Cum itaque attento iure
17 communi tum demùm maritus reseruare teneatur communibus filiis proprietatem eorū, quæ ex dote, siue nuptiali donatione coniugis prædefunctæ lucratur, iuxta *text. in Auth. Vxore mortua, ibi, filijs communibus omnimodo reseruatur quantum ad proprietatem &c. Cod. de secund. nupt.*
18 quando nulli extant alij ex illa in præcedenti matrimonio progeniti, nam his extantibus nullum ea lege ipsis præiudicium infertur, vt declaratur in Authentica, *Neque Virum quod ex dote &c.* (vnde sumpta est) *in cap.1. propterea, ibi proprietatem verò eorum filijs omnino seruanda, bis quæ super parentibus ad secundas uenientibus nuptias*
19 *sancita sint, in suo ordine seruandis &c.* † Ideo sequitur, quod d. qualitas (communium, siue communis matrimonij liberorum) in hoc statuto expressa, & respectiuè subintellecta, non excludit filios primi matrimonij, qui nec à iure communi eisdem verbis disponente censentur exclusi, sed restringit (vt dictum est) successionem mariti in tota dote ad eum casum, quo soli extant ex eodem coniugio suscepti, nec alii concurrunt, vt etiam fuit responsum in *dicta decis.255. numer.5. vers. cum ius commune, ac seq. par.4. diuers.* & sentit *Card. Seraphin. in d. eius Voto §.4. vers. alter casus statuti com-*
20 *prehensus est &c.* † Amplius eiusdem qualitatis expressio operatur etiam exclusionem filiorum, quos ex aliis nuptiis susceperit maritus. Et hoc pariter conuenit cum iure communi (ad quod statuentes se retulerunt) *in leg. cum alijs sanctionibus, C. de secund. nupt. ut dixit Rota dicta decis.255. numer.7. vers. neque obstat obiectio, & in alia Romana successionis 19. Maij 1607. coram bon. mem. Card. Marquemontio, in recent. decis.140. in fine vers. nec illa verba statuti, par.3.*
21 Hincque erronea † conuincitur opinio *Gabriel. in dicto consil.13. sub d. num.33. in fin. versicul. mortuo Gaspare &c. & seqq. lib.2.* dum censuit nō esse quidem hoc statuto abrogatam dispositionem *d. l. hac edictali,* & propterea extantibus mulieris liberis ex priori coniugio susceptis lucrum secundi viri ad æqualitatem cum singulis eorum esse reducendum; sed post eius mortem totius dotis proprietatem, detracta portione legitimæ prioribus debitæ, ad filios posterioris matrimonij ex eo statuto spectare.
22 Quia dictum statutum † non defert proprietatem, nec aliud lucrum filiis matrimonij communis; sed illud tantū reseruat, quod eis competit ex iuris communis dispositione, vt apparet ex verbis supra relatis, & respondit *Rota penes sanct. mem. Greg. decis.198. num.3. vers. quoniam, ut bene deducitur, ac seq.* & latius *dec.633. à num.4. versic. secundo intentio statuentium, ac seq. par.2. ac d. decis.140. sub nu.3. vers. & quoad liberos, & vers. nec statutum, ac num.4. versic. sed quod*
23 *intentio statuti fuerit, par.3. recent.* † Cumque de iure communi ipsis tunc deferatur, quando soli supersunt, non autem vbi alii concurrunt propterea, nec plus operatur statutum, *Rota dicta decis.255. num.4. vers. præterea, & seq. par.4. diuers.* & sensit *Seraph. reprobans opinionem Gabr. in d. eius Voto in §. quod itaque censet, usque ad fin.*
24 Deinde infertur † non aduersari *decision. in dicta Romana lucrum dotis 16. Decembris 1580. coram bon. mem. Card. Blanchetto*; nam ibi dicitur quidem, quod si mulier habens filios ex primo matrimonio decedat nullis ex posteriore susceptis, secundo viro superstite is lucrum à statuto in secunda parte liberis non extantibus delatum habebit, quippe purificata sit conditio, quæ de liberis communibus intelligitur, vt supra dictum est. Quod sanè verissimum est, nam licet statutum non deroget *l. hac edictali*, nec ideò præiudicet filiis primi matrimonij, non tamen prohibetur maritus consequi lucrum, eius vigore delatum pro ea tamen parte cuius est capax, secundum ipsius legis dispositionem. Ad cuius ideo normam illud hoc casu reducitur, ac moderatur ad portionem æqualem cum singulis prioribus filiis (quod non fuit in ea decisione explicatum, quia non erat illius disputationis subiectum) vt benè declarant *Bart. in l. hac edictali numer.2. versic. per hoc dixi, & Bald. in 2. lect. sub num.3. vers. & faciunt prædicta ad Statutum Ciuitatis Perusii, Castr. in d. Auth. præterea num.3. versic. si statutum dicat, C. unde uir. & uxor. Roman. d. consil.44 num.4. vers. & hoc si non existentibus, Soccin. iunior d. cons.70. sub numer.2. vers. primo quia &c.* dicens hanc verissimam, & indubitatam DD. sententiam *lib.2. Zuccard. d. consil.43. à nu.4. vers. primo quia, & num.22. vers. dicendum est, Bursatt. consil.212. num.18. vers. quarto &c.* dicens, & ipse hanc communem indubitatam, & verissimā conclusionem, *Abb. Brun. de statut. exclusin. firmatt.6. quæst.27. sub num.317. ad fin. vers. & ubi essemus in casu,* & alii relati per *Surd. consil.422. nu.9. vers. hinc etiam uidemus, & seqq. Franch. d. dec.435. num.17. vers. & decisio prædicta, ac seq.* & fatetur etiam *Gabr. d. consil.13. num.10. vers. ergo quia non apparet, & numer.27. versicul. sed quia non apparet, ac num.33. vers. cum igitur, lib.2.* & sequitur *Seraphin. in d. eius Voto in §. & quamuis admittā, dicens in §. seq. in vers. ultra quod magis peccat etiā in eo &c.* de hoc non esse agendum, quando extant filii communes, cum eis tantum non extantibus deferatur marito, hacque etiam ratione redarguit dicta per *Gabr. in eo consil.13. num.36. vers. uerum cogitandum est, ac seq.*
25 Præterea non obstat † Testamentum Imperiæ, in quo hæredem vniuersalem in vsufructu dotis instituit secundum virum, in proprietate verò filios ex eo susceptos, quod illi licuisse prætenditur attenta dispositione præfati statuti, ac etiam iuris communis, quoad ipsos filios per *text. in §. illud quoque (penult.) in auth. de nupt.*
26 Quia dispositio statuti † non comprehendit hunc casum, vt hactenus fuit probatum, quā etiam Testatrix excessit in pluribus ad fauorem ipsius viri, ac eius intuitu ordinatis, vt

mox

mox dicetur. Illa verò iuris communis fa-
uore filiorum ex poſteriori matrimonio pro-
cederet, quando inſtitutio facta fuiſſet puro
amore, ac contemplatione illorum, vt habe-
tur in *eodem text. in verſ. ſi quidem aliquem.* Non
27 autem † ſecundi viri, quia tunc in fraudem
legis ordinata præſumitur, atque ideo irrita
prorſus eſt, perinde ac ſi de ipſius perſona ſcri-
pta fuiſſet, vt deciditur in *d. l. hac edictali, in §.
ſin uero poſtquam,* ibi, *omni circumſcriptione, ſi qua
per interpoſitam perſonam, uel alio quocumque modo
fuerit excogitata ceſſante &c. ibique gloſſ. in uerbo
alio quocumque, & DD. ac in auth. de nupt. in §. op-
timè,* ibi, *nulla machinatione, neque per ſuppoſitas
perſonas, neque per aliquam aliam cauſam interponi
ualente &c.* & ibi, *gloſſ. in uerbo per ſuppoſitas* cum
alijs relatis in præcedenti deciſione in *§. nec
obſtat quod licitum ſit parentibus, ac ſeq.* in qua
fuit etiam latè probatum inſtitutionem præ-
dictam factam fuiſſe principaliter contempla-
tione mariti, non filiorum ex pluribus ibi ad-
ductis *in §. quod autem prænarrata &c.* quæ viſa
fuerunt Dominis adhuc vigere.

Neque vrgent obiectæ animaduerſiones ex
eo, quod inſtituti fuerunt à matre filij ſecun-
di matrimonij iam nati, atque dilecti, nullum-
que ex eorum inſtitutione acquiratur patri
emolumentum.

Quia contrariæ multo efficaciores ipſo te-
28 ſtamento reſultant, † in quo excluſo nomi-
natim filio prioris matrimonij etiam à legiti-
ma, inſtitutiſque hæredibus vniuerſalibus na-
tis ex poſteriori, non ſolum non fuit prohibi-
tus eorum patri, ac Teſtatricis marito vſuſ-
fructus, ſed in eo fuit ſpecialiter inſtitutus cũ
plena adminiſtratione, & liberatione à reddi-
tione rationum. Vnde illius notabile com-
modum, ac euidens contemplatio probatur,
vt benè declarat *Caſtr. conſ. 150. uiſo caſu, & al-
legationibus ſupraſcriptis ad fin. verſ. in caſu autem
noſtro par. 2. Theſaur. deciſ. 170. num. 28. verſic. am-
pliatur tertio, Laderch. conſ. 147. num. 1. verſ. primo
quia mater, & poſt alios Eugen. conſ. 1. num. 30. verſ.
ſecundo principaliter lib. 2.* Deinde fuit proprijs
filijs, ac eorum deſcendentibus ſubſtitutus,
non ſolum ipſe, verum etiam cæteri deſcen-
dentes ab eo, ex alia fortè vxore ſuſcipiendi,
quod ſanè illius meram contemplationem
conuincit; vt in his terminis reſpondit *Caſtr.
d. conſ. 150.* concludens *in fin. verſ. nec obſtat &c.*
29 diſpoſitionem † huiuſmodi irritam eſſe, non
ſolum quoad vſumfructum in quo ſecundus
maritus fuit inſtitutus vel ſubſtitutus, ſed etiã
quoad proprietatem filijs relictã, quia inde re-
ſultat præſumptio, quod tota diſpoſitio facta
fuerit contemplatione illius animo fraudandi
legem, per *text. in l. Sulpitius, verſic. ſi color, ff. de
donat. inter uir. & uxor* idemque probant *Alber.
de ſtatut. lib. 2. quæſt. 112. Barbat. conſ. 12. perſpecta
contingentia ſub numer. 7. verſ. & ſi allegatur, lib. 1.
Guglielm. Benedict. in cap. Raynutius, in uerb. uxorem
deciſ. 5. ſub nu. 215. uerſ. quo ſtante ſtatuto, Menoch.
de arb. Iud. caſ. 459. num. 27. uerſic. ſeptimus eſt caſus
ac ſeq. Eugen. d. conſ. 1. num. 31. uerſ. tertio fortius,
30 lib. 2.* † Vlterius conceſſa facultas tam filijs in-
ſtitutis, ac eorum deſcendentibus, quàm ma-
rito, ac cæteris ex eo deſcendentibus diſponẽ-
di de eiſdem bonis ad fauorem Franciſcæ ip-
ſius neptis, & deſcendentium ex illa, quod pa-
riter eius contemplationem præſefert, *l. ſed,
& ſi plures, §. in arrogato in fin. & ibi Bart. num. 4.
uerſ. reſpondeo, ff. de uulg. & pupill. Odofred. in dicta
hac edictali ſub num. 13. uerſ. ſed quid dicemus, &
Bald. ibid. in 2. lect. num. 5. uerſ. in text.* ibi, *circum-
ſcriptione ceſſante, Iſern. in cap. 1. num. 10. ad finem.
uerſ. quod autem contemplatione mea, de alienat. feud.
pater. Tretacinq. uar. reſol. lib. 3. tit. de matrim. reſ. 5.
col. antepenult. in fin. uerſ. hinc infertur. Menoch. de
arb. Iud. d. caſ. 459. num. 28. uerſ. itam etiam, Rimin.
iun. conſ. 192. num. 28. uerſ. ad ſecundum uero reſpon-
detur, & conſil. 243. num. 27. uerſic. quod item.* Ac-
31 cedit † eiuſdem Teſtatoris declaratio, ibi,
*Dichiarando di uolere, che la mia robba veſti nelli
infraſcritti miei heredi, non ſolo per l'amore, che li
porto, ma per gratitudine di ſeruigi, e benefici dal
Sig. Conte Fabio mio marito à me, & à mia madre,
& in recompenſa delle ſouuentioni dategli, e ſeruigi
rileuanti da lui fatti al Sig. Marco Antonio Incaſati
mio zio, e per riſpetto mio anche al medeſimo Signor
32 Lelio mio figliuolo del primo matrimonio &c.* † quę
tamen beneficia non fuerunt (vt par erat ad
l. qui teſtamentum, ff. de probat.) iuſtificata. Vnde
reſultat efficaciſſimum intentionis illius teſti-
monium, vt benè concludit per *text. in l. labeo,
§. idem Tubero, uerſ. & quidem non arbitror, ff. de
ſuppell. legat. Angel. in l. fin. numer. 2. uerſ. aut poſt
quæri utrique, C. de uſufruct. Menoch. præſumpt. 35.
num. 2. uerſ. uerba ſanè, ac ſeqq. lib. 6. Carol. Bardell.
conſ. 4. ſub num. 66. uerſ. prout certè ſtaretur, & ſeq.*
33 Ac demùm totus teſtamenti contextus † ex
quo apparet excluſio totalis primi filij, Inſti-
tutio ſecundi viri in vniuerſo vſufructu cum
plena adminiſtratione, ac liberatione; eiuſque
filiorum in proprietate non quidem liberè;
ſed cũ grauamine ſubſtitutionis ad fauorem
eiuſdem parentis, ac aliorum ex eo deſcendẽ-
tium; Illiuſq; neptis admiſſio; Decimæ par-
tis dotis diſpoſitio ad pias cauſas arbitrio ip-
ſius viri commiſſa, reiecto quouis iuſtifica-
tionis, ac reddendæ rationis onere. Quæ om-
nia in hac materia coniecturali, ac difficilis
probationis, ſatis vtique videntur conuince-
re totum teſtamentum cum inſtitutione, ac
cæteris prænarratis conditum fuiſſe præcipuè
mariti affectione, & contemplatione, atque
ea forma conceptum ad euitandam legis pro-
hibitionem, ac proinde omnino nullius ro-
boris eſſe, vt dictum eſt ex *text. in d. l. hac edi-
ctali in §. ſin uero poſtquam, & in dicto §. optimè, in
Auth. de nupt.* ac in ſpecie concludunt *Riminald.
iunior d. conſ. 243. à num. 31. uerſ. circumſcriptioque,
& num. 34. & uerſ. & cum in fraudibus, ac ſeq. La-
derch. d. conſ. 147. ſub num. 1. uerſ. quarta eſt, quia
ex toto teſtamento deprehenditur &c. Maſtrill. deciſ.
175. à num. 20. uerſ. eoque magis, & ſeqq. ac Bar-
dellon. d. conſ. 4. à num. 44. uerſ. primo quia in dubio,
& ſeqq. per tot.*

34 Poſtremo non obſtat, † quod dos Imperiæ
pro qua parte occaſione poſterioris matrimo-
nij fuit aucta à Marco Antonio eius patruo
non comprehendatur ſub diſpoſitione *d. l. hac
edictali.*

35 Nam conclusio procederet † si M. Antonius eam partem ex propriis bonis additam sibi, vel secundo viro, aut eius filiis soluto matrimonio restitui stipulatus fuisset, vt facere poterat, & in his terminis loquntur Bald. & alij
36 DD. adducti per informantes. † Verùm cum id non fecerit, ea quoque tanquam pleno iure mulieri donata, *iuxta l.unic.§.accedit. C.de rei uxor. act.* & proinde in eius dominium, ac patrimoniũ translata *l.1. ff.de donat.* sub eiusdem
37 legis dispositione comprehenditur; † quæ omnia illius bona tempore mortis extantia complectitur, vt probat idem contextus, ibique *gloss.1.in uerb.hac edictali, ad fin. uersicul.nunc qualiter, & Alberic.in princip.uers.& prima pars, & in §.quia uerò hactenus, in Authen.de nupt.* & post alios *Surd.consil.196.num.56.uers.imo facilius &c.* & latiùs fuit dictum in precedenti decisione in §. *praeterea non obstat, quod dos Imperia. ac sequ. usque ad fin.*
38 Nec releuat clausula, *Ad habendum &c.* † & aliæ, que leguntur in Instrumento dotali cum Com. Fabio celebrato; Quia non respiciunt liberam dotis dispositionem, quam ipse conseruare, ac restituere promisit, sed bonorum, quæ illi fuerunt data in solutum pro summa conuenta, vt de illis tamquam emptis, ac proprijs effectis disponere posset, non obstante, quod fuissent assignata pro dote, & fundo dotali, *Bero.consil.63.num.11.uers.praeterea lib.3. Roland.cons.64.num.10. uers.ulterius considerandum est lib.4. & fuit dictum in Ciuitatis Castelli, seu Perusina dotis 18.Aprilis 1614. coram bon.mem. Remboldo in §. his accedit clausula ad habendum &c.* & in aliis, ac in specie respondit *Ruin. dict. consil.59. num.12. uers. minus etiam obstat &c. lib.3.* Præ-
39 ter † quod si dotem ipsam concernerent, ac liberam de ea disponendi facultatem Imperię tribuerent, (quod non est) non tamen de illa potuisset disponere (alio per donantem non expresso) contra legis prohibitionem, omnia quoque bona (vt dictum est) in eius pleno dominio existentia comprehendentem ad *l.nemo potest, ff. de leg.1. l.non dubium, C.de legibus*, & in his terminis respondit *Fulgos. cons.63. Blasius q. Io.Petri num.3. uers. ad id autem, quod sequenti loco proponitur. Franch.d. decis.435. num.23. uers.item dicebatur,* & comprobant alij adducti *in Farfen. bonorum coram me 23. Ianuarij huius anni in §. fin. uers. de residuo autem &c.*

Atque ita fuit resolutum vtraque parte informante &c.

R. P. D. BICHIO.

Meliteñ Parochialis.

Lunæ 28. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Sententia executoris, & litteræ Apostolicæ non sunt exequendæ si non fuerunt iustificatæ, & sententia ex defectu citationis fuit nulla. Gratia Apostolica emanata propter homicidium Beneficiati requirit plenam probationem homicidij, citato illo qui homicidium commisit.

SVMMARIVM.

1 *Citatio in executione gratiæ Apostolicæ est de necessitate, si id in litteris fuit cautum.*
2 *Citatio regulariter est necessaria in executione litterarum Apostolicarum, quando gratia tendit in praeiudicium intrinsecum alterius.*
Et isto casu citatio per contradictas non sufficit, quando personalis non processit. num.3.
Gratia Apostolica emanata ob culpam alienius dicitur tendere in praeiudicium illius. num.2.
4 *Fundamentum gratiæ consistens in homicidio, & irregularitate alterius est iustificandus coram executore plenè, & concludenter, & numer. 5. & 6.*
6 *Homicidium tanquam materia obiectiua plenas probationes requirit.*
7 *Sententia condemnatoria ad triremes, quando in actis non constat aliunde de homicidio praesumitur lata in contumaciam.*
Etiam si fuerit dictum in sententia constare de delicto per veras probationes. num.8.
Ideoque non probat homicidium. num.10.
9 *Sententia criminalis in dubio semper praesumitur latam in contumaciam.*
Ideoque homicidium non probaret. num.10.
Fortius si fuerit purgata contumacia per excarcerationem. num.11.
12 *Valor per non excessum naratus est iustificandus coram executore.*
Nec sufficiunt probationes per ascensum. num.13.
14 *Executor ex defectu citationis dicitur nulliter, & ex defectu non iustificationis dicitur iniustè procedere.*
15 *Sententia nulla, & litteræ Apostolicæ non iustificatæ non sunt exequendæ.*

Decisio ista est in eadem causa de qua supra decisio 8. quæ est pariter coram eodem bon. mem. Bichio.

DECISIO CCCLXIX.

EXECVTOR prouisionis Apostolicæ ad fauorem Ceravoli, tanquam de vacanti per obitum Vincentij vltimi possessoris, non obstante collatione post illius mortem facta ab Ordinario in personam Iosephi Palermi, eo quod idem Ioseph, propter homicidium commissum irregularis, & sic incapax beneficij esset, debuisset ad executionem litterarum Apostolicarum procedere citato dicto Iose-
1 pho; † Tum quia id præcisè imponitur in eisdem litteris, ibi, VOCATO DICTO IOSEPHO, vnde citationis necessitas resultat, *Felin.in cap. fin. num.23. de praescript. Abb.in Clemen. 1.Eodem numero, de offic. delegat.* Tum etiam, quia regulariter, vbi gratia tendit in præiudicium intrinsecum alterius, prout tendit quæ ob alterius culpam emanauit, cita-
2 tione opus est; vt distinguendo benè declarat

Flores

Flores de Menà variar. resolut. lib. 1. quæst. 4. nu. 26. & duobus sequent. vbi allegat concordantes, & fuit dictum in *Compostellana Parochialis 25. Iunij currentis coram R.P.D. meo Otthobono.*

3 Nec sufficit citatio per contradictas, † quãdo, vt in casu nostro, personalis non præcessit *Caputaq. decis. 107. num. 4. parte 1, Seraphin. decis. 1276. num. 4. Rota decis. 636. num. 2. parte 2. recentior. & in Colimbricen. Decanatus 27. Iunij 1595. coram bon. mem. Iusto, impress. apud Marchesan. de commiss. tomo 2. folio 221, Adden. ad Gregor. XV. decis. 430. num. 5.*

Debuisset etiã coram eodẽ executore iustificari narratiua homicidij, & irregularitatis à
4 Iosepho incursę, quæ † est fundamentũ gratiæ, vt in terminis dixit *Rot. dec. 379. sub n. 9. vers. gra-*
5 *tia enim par. 1. recent. dec. 481. nu. 9. par. 2.* † Et quidem plenè, & cõcludenter *Gonzal. super regul. 8. gloss. 15. num. 124. post Gomez, & alios ibi allegat.* Tanto magis, ratione materiæ objectiuæ, vi-
6 delicet, homicidij; † de quo plenæ probationes requiruntur, *Farinacc. consil. 170. numer. 11 Rota decis. 313. num. 8. inter impress. apud Farinac. post cons. ex text. in l. sciant cuncti. C. de probat.* & traditis à *Surd. cons. 163. num. 21.*

At in casu nostro executori fuit solùm exhibita sententia criminalis condemnatoria ad triremes contra Iosephum in partibus existen. lata, quæ cum in actis de prætenso homicidio aliunde non constet præsumitur lata in
7 contumaciam, † iuxta *Theoricam traditam à DD. in cap. cum olim de re indicat.* quam sequuntur *Marescott. variar. resolut. lib. 2. cap. 34. nu. 11. Seraphin. decis. 355. num. 11. Rota decis. 665. nu. 3. parte 1. recent. repetita inter impress. Duran. decis. 76. num. 6. & decis. 175. num. 1. & 2.* Vbi hoc
8 ampliatur, † quamuis Iudex dixerit in sententia constare de delicto per veras probationes, *inter impress. post consil. Farinac.* Prout etiam in
9 dubio † præsumitur, *l. Papinian. §. meminisse, ff. de inoffic. testamen. Farinacc. de inquisit. quæst. 11.*
10 *num. 42. versic. ex prænarratis,* † quæ propterea homidium non probat, vt dixit *Rota dec. 665. num. 2. parte 1. recent. decis. 145. num. 2. apud Farinac. post consil. Lotber. de re benefic. lib. 3. qu. 18.*
11 *numer. 167. & quæst. 28. num. 98.* † Eo minùs, quia per comparitionem Iosephi, eiusque tanquam innocentis successiuam excarcerationem, contumacia purgata fuit, & eius effectus euanuit, *Seraphin. dicta decis. 354. numer. 13. Lotther. de re benef. lib. 3. qu. 18. num. 163. Farinac. de inquis. quæst. 11. sub num. 92.*

12 Erat præterea † iustificandus valor narratus in ducatis 74. per non excessum, *Rota decis. 444. num. 1. parte 2. recentior. & in Tudertina Parochialis 20. Nouembris 1626. coram recol. memor. Coccino, & decis. 491. numer. 3. penes Buratt.* ad
13 quem effectum † non sufficiunt allegatę probationes per ascensum, *Seraphinus decis. 1017. num. 5. Rota decis. 82. num. 1. versic. nec valor, penes Coccin. decis. 444. numer. 1. versic. nihilominus, par. 2. recentior. & in Gerunden. Prioratus 29. Iunij 1646. coram me.*

Cum itaque executor nulliter ex defectu citationis: & iniustè ob non iustificationem
14 narratorum processerit, † non esse ad executionem sententiæ ab ipso latæ procedendum responsum hodie fuit. Quia nec sententia
15 nulla, † nec litteræ Apostolicæ non iustificatæ merentur executionem, vt notant *DD. in cap. 2. de rescriptis;* & dixit *Rota penes Buratt. decis. 459. num. 1. & decis. 491. num. 5. & inter recent. decis. 842. num. 18. par. 4. tom. 2.*

Et ita decisum, informante solum Iosepho; Altera tamen parte sæpè citata.

R. P. D. PEVTINGERO.

Comen. Collegij.

Lunæ 5. Iulij 1649.

ARGVMENTVM.

Collegium erectum pro alendis Iuuenibus, intelligitur pro illis, qui sunt de loco Testatoris; quid autem dicendum sit, si dicto loco esset aggregatum aliud Castrum, & Iuuenes dicti Castri fuissent aliquando admissi in dicto Collegio, eruditè resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Legatum in genere relictum pro alendis Iuuenibus, intelligitur solum pro illis, qui sunt de Patria Testatoris.*
2 *Voluntas Testatoris in materia legatorum præcipuè sequenda est.*
3 *Litteræ Apostolicæ super erectione Collegij, seu, &c. deseruiunt pro interpretatione voluntatis fundatoris, & illis standum est.*
4 *Actus proximi habendi sunt in cõsideratione, & pro obseruantia attendi debent.*
5 *Actus qui dedit causam liti non est habendus in consideratione.*
6 *Obseruantia non suffragatur vbi voluntas Testatoris est clara.*
7 *Tolerantia nihil operatur quando id quod toleratur, si in iudicium deduceretur non permitteretur.*
8 *per Aggregationem loci non potest quis dici effectus Ciuis loci aggregati.*

Ista decisio est in eadem causa, de qua suprà decisio 296. part. 10. recent.

DECISIO CCCLXX.

ITERVM Domini hodie dixerunt in Collegio ex fundatione Bartholomæi Papij de Ascona de anno 1580. pro alendis eiusdem Terræ Iuuenibus ordinato, solos Conciues esse admittendos priuatiuè quoad Iuuenes Ronchi, & Locarni, confirmando potissimùm in hac parte decisionem sub die 17. Martij prętertiti in hac causa coram me emanatam, ea
1 videlicet ratione, † quia dum Bartholomæus fundator erat de eadem Terra Oriundus verisimiliter censetur in beneficium suorum Conciuium disposuisse, *ad text. in l. si quis ad declinandam 38. §. vbi autem, C. de Episcop. & Cleric. gloss. in cap. 1. verb. Pauperes de Testam. in 6. Paris. cons. 38. num. 28. lib. 3. Feder. de Sen. cons. 282. nu. 2.*

teraten. Saluiani 12. *Maij* 1698. *coram bon: mem: Patriarcha Manzanedo*, penès *Zacch. de oblig. Cameral. decis.* 130. *nu.* 6. nec valet replicatio, quod
13 non detur † retentio pro vsura alterius contractus, sed eiusdem cuius ratione fuit facta assignatio, quia non prætenditur per Quainos pro vsura diuersi contractus, sed eiusdem cuius ratione fuit facta assignatio supradictarum tornaturarum 80. præsertim quia in Instrumento assignationis adest amplissima præseruatiua cujuscumque hypothecæ anterioris, & ideò multo magis competit retentio ex
14 causa solius dicti census anterioris, cum † in materia retentionis multum operetur intentio partium, vt per *Salicet. in l. 1. col. 2. vers. aut est actum, vt pro alio debito detineatur, C. etiam ab Chirographar. pecun.* & per protestationem, & præseruationem eiusdem clarè apparet,
15 quod † partes præseruarunt ius, & facultatem retinendi, etiam ex altera causa, *Surd. conf.* 385. *num.* 20. *Gratian. discept. forens. cap.* 357. *num.* 37. & 38.

Præterea censuerunt DD. competere retentionem pro iuribus reportatis à Lomellonis Veronis, & Maluasia creditoribus anterio-
16 ribus D. Marchione in quorum † locum soluendo successerunt Papotti, & Quaini pro rata librarum 20. millia in circa iisdem creditoribus anterioribus soluta ex iuribus supra allegatis; non enim visum fuit DD. subsistere in facto, quod soluendo Lomellinis extinxerint debitum proprium, quia in emptione prædij Montis Richi accollauerint in se onus extinguendi census prædictos, nam ex lectura Instrumēti satis patet Papottos non accollasse in se onus extinguendi totum debitum fructuum census, sed tantum ratam, quæ super erat satisfactis primo Maluasijs Veronis, & illis de Sanctis, indè verò si quid solutis dd. supererat, promiserunt illud erogare in extinctionem crediti dicti census illorum de Lomellinis, vndè pro eo quod postea soluerunt vltra ratam pretij prædicti prædij Mon-
17 tis Richi benè † potuerunt reportare cessionem à Lomellinis ad effectum subintrandi in illorum anterioritatem, *l. final. C. de his, qui in prior. credit. loc. succed. l. si quis tum haberet, in princip. & l. ait prætor, §. ita demū de his, quæ in fraudem credit.* ex quibus iuribus anterioribus possunt se tueri in possessionem dictarū 80. tornaturarum assignatarum in extinctionem crediti anterioris D. Marchioni. De cessione iurium reportata à creditoribus satisfactis in actu solutionis constat ex Instrumentis facientibus probationem probatam; nam respectu partitæ scutorum 1191. auri in auro factæ à Maluasijs probatur ex publico Instrumento dato in summario respectu scutorum 300. monetæ librarum 4. pro scuto solutorum Veronis pariter iustificatur ex Instrumento cum amplissima iurium cessione, idemque militat respectu scutorū 3600. iuliorum 10. pro scuto solutorum Lomellinis, & respectu aliorū scutorum 3500. iuliorum 10. solutorū ipsis Lomellinis, pro quibus non est admittenda cōpensatio, & diminutio crediti illorum de Papottis, & Quainis, sed pro summis solutis debetur retentio, maximè cum non possit dubitari de anterioritate cum Dominus Marchio metiātur suam hypothecā à die 9. Octobris 1598. & census illorum de Maluasijs probetur impositus 12. Nouembris 1530. census illorū de Verona 27. Octobris 1588. & illorū de Lomellinis, & Grimaldis 2. Martij 1589. & similiter iustificatur censum Capuccinarū esse anteriorem cum fuerit impositus 3. Aprilis 1598. & sic ante emptionem D. Marchionis, vt ex supra allegatis instrumentis, ex qui-
18 bus † remanent probatæ solutiones, anterioritates, & iurium cessiones, per quas Papotti & Quaini ad omnem effectum successerunt in locum cedentium.

Neque obstat, quod D. Marchio prætendat ex credito DD. de Papottis, & Quainis esse diminuendos fructus tornaturarum 30. duorum prædiorum Babinæ, & Saluatoriæ, quæ fuerunt eis de anno 1619. assignata pro tornaturis 170. in extinctionem fructuum huius census cum pacto, quod si in mensuratione facienda fuissent reperta maioris quantitatis dictarum tornaturarum 170. illud plus cederet in extinctionem fructuum eiusdem census ducurrendorum, & ideò cum deindè fuisset probatum dicta duo prædia fuisse in totum tornaturarum 200. & sic excedere dationem factam in tornaturis 30. fructus eadem decursi à die dationis in solutum debeant diminui ex nostro credito, sicuti illud diminuitur pro valore dictarum tornaturarum 30. quia obiectum tollitur cum assignatio fuisset facta pro fructibus decursis, & decurrendis de volūtate ipsius Saxatelli debitoris, & translatum integrum dominium prædiorum in DD. Papottos, & Quainos creditores pro decursis, & decurrendis vtique statim euaserunt bonæ fidei possessores, itaut in posterum fecerint fructus suos, & quamuis
19 solutiones † fructuum census anticipatæ sint prohibitæ ex Bulla sanct: mem: Pij Quinti super censibus, latè explicata per *Cenc. de censib. part. 2. cap. 1. quæst. 3. artic. 2. per totam*; nihilominus dicta constitutio non habet locum in so-
20 lutionibus † voluntarijs qualis fuit ista, quæ processit ex mera voluntate debitoris absque aliquo pacto conuento in impositione census, vt tenuit *Rota in Bononien. Census coram bon. mem: Card. Pamphilio decis.* 123. *n um.* 5. *cum seqq.* penès *Cenc. de censib.* quam deindè approbauit in altera *Bononien. Census* 10. *Iunij* 1611. *coram bon: me: Card: Lancellotto*, sed tantum in coactis,
21 & ex † particulari partium conuentione prouenientibus, vt sic distinguendo declarat *Cenc. in gloss. super Bulla glossa* 9. *per totam*, ea ratione, quia constitutio prohibet tantum pactum de soluendo anticipatè, & sic motiuum non applicatur; & fructus non sunt imputandi.

Neque sunt computanda semina per Saxatellum dimissa coloris pro primo anno, quia sunt accessoria, & necessaria pro perceptione fructuum ex dictis prædijs, & quia in specie
22 adest pactum illa dimittendi, † & sic dicuntur pars contractus, & veniunt in venditione, *gloss.*

gloss.in l. qui concubina, §. si fundum, ff.de legat.3.
Mantica de tacit.& ambig.lib.4.tit.16.nu.46.& seqq.
latè Tiraq.de retract.lignag. §.23.gloss.1.per totum.
Minus est cõputanda partita librarũ 3076.
exacta per Quainos à Cozzano Affictuario
Saxatelli occatione fructuum dictorum cen-
23 suum, cum fuerit soluta verò creditori, † &
bona fide consumpta quo casu non potest per
anteriorem creditorem auocari, vt latè in
decisione R.P.D. mei Macchiauelli 9. Iunij præteriti,
& quamuis regula limitetur in casu decoctio-
24 nis, † quia tunc potest auocari, Seraphin. de-
cis.1074. num.4. tamen in præsenti non doce-
tur de tali decoctione; quæ non præsumitur
25 vulgata,† l.in bell. ff.de captiu. & post lim.reuers.
quinimò ex deductis in facto constat de con-
trario cum nunquam foro cesserit, nec omnia
26 bona fuerint assignata † creditoribus; & do-
ceatur Alexandro plura remansisse bona, quæ
semper ab eo fuerunt administrata, sanct. mem.
Gregor. XV. decis.406.num.10.& 11.& ideò non
potest dici decoctus per ea; quæ notat Angel.
cons.62, & quatenus etiam decoctio probare-
tur, cum nihilominus iura cessa per Lomel-
linos, & Grimaldos, ac Moniales Capucci-
nas longè superent æstimationem 80. torna-
turarum eadem ratione, qua firmatum est
superiùs cõpetere retentionem respectu ipsa-
rum tornaturarum 80. competit etiam pro
27 dictis libris 3076. non potest igitur D. Mar-
chio condicere pecuniam à Quainis posterio-
ribus, nisi præuia excussione bonorum com-
munis debitoris ex natura actionis subsidia-
28 riæ, † quæ non datur nisi excusso principali
debitori, Bart.in l.pupill.vers.ego dixi, vbi Alberic.
num.2. ff. de his, quæ in fraud. cred. idem Bart. in
l.1. num.1.& 2. vbi etiam Salycet. numer.2. ff.de
distract.pignor. Peregr.de iure fisc.lib.3.tit.6.num.8.
in fin. vers.intellige cum principaliter.
Nec partita scutorũ 1550. exacta à Quainis
ab Equite Vandino confideiussore in censu
Spadæ potest operari diminutionem crediti
cum non fuit soluta simpliciter, sed cum pre-
seruatiua iuriũ, & animo repetendi tanquam
erroneè facta, quæ cum possit auocari non
29 potest in ea fieri fundamentum per D. Mar-
chionem dum Vandinus docto de errore
possit iterato eam repetere, ideòque si cessat
actio erit quoque sublata incertitudo, & cõ-
pensatio.
Denique prædicta immissio retardari non
potest exceptione anterioris hypothecæ de-
ducta ex causa dotis maternæ scutorũ 3000.
auri in auro debitæ filijs Saxatelli, qui in In-
strumento venditionis prædij, de quo agitur
obligarunt pro euictione illius omnia sua bo-
na. & sic etiam creditum dotale Matris; quia
præterquam quod satisfaciunt responsiones
datæ in decisionibus R. P. D. mei Macchia-
uelli ex pluribus cessat difficultas. Primò,
quia obligatio Annibalis, & Iulij filiorum,
30 tunc † minorum est nulla vti facta absque
solemnitatibus necessarijs tàm de iure, quàm
vigore Statutorum Imolæ. Secundò, quia
probatur dotem fuisse restitutam stante do-
natione vniuersali facta per maritum Lucre-
tiæ, quæ non subsistit, quod non fuerit vni-
31 uersalis cum non comprehenderit † bona
futura, & excipiantur emphytheotica; satis
enim est respectu futurorum, quod fuit de
omnibus bonis iuribus, & actionibus, in quo
32 stat formalitas † vniuersalitatis, etiam sine
expressione causæ, ad text.in l.non quocunque mo-
do, §.fin. de legat.1. & in l.huiusmodi legat.in princ.
cum ibi notat. ff.eod. cum alijs allegat. in decis. 11.
Maij 1635. coram R.P.D. meo Macchiauello. Re-
spectu verò emphytheuticorum in illis nulla
cadit difficultas cum ageretur de bonis, quæ
ex pacto, & prouidentia spectabant ad voca-
tos in Inuestitura, & tanquam prohibita
33 alienari † non veniunt in dispositione vni-
uersali vndè hæc expressa reseruatio, quæ
34 inerat contractui non alterat illius † qualita-
tem, ad l.Corn. ff.de hered. instit. l.3. ff.de legat.1
Tertiò, probantur consumpta supradicta iura
dotalia ex eoquod Annibali, & Iulio pro illo-
rum satisfactione in graduatoria sentẽtia fue-
runt assignata tot bona stabilia dum Iudex ne
dum mandauit assignari bona dotalia, sed etiã
confirmauit expressè eorum possessionem,
ibi: Eo propterea dictos hæredes in possessione dicto-
rum bonorum confirmamus, &c. ex quibus sequi-
tur, quod ipsi præuia hac iudiciali bonorum
assignatione ad illorum fauorem acceptaue-
rint dicta bona in extinctione eorum crediti
dotis maternę mutando sibi causam possesso-
35 ris † absque alia declaratione verò hoc titulo
assignationis superueniente, Mantic. decis.245.
nu.12. Acchil.decis.4. ad fin.de caus. possess. & pro-
priet. vbi dicitur hanc opinionem tanquam
36 magis † æquam, & legibus consentaneam
semper fuisse seruatam, Put.decis.451.lib.1. Ro-
ta decis.324.num.2.part.1.diuers.& decis.557.nu.2.
part.1. recent. Nec releuat quod ex quo adhuc
viuebat pater titulus superueniens non fuit
validus ad translationem dominij, nec præ-
buerit sufficiẽtem occasionem mutandi cau-
sam possidendi, ideòque prædicta assignatio
sit intelligenda loco assecurationis non loco
dationis in solutum, quia fuit responsum,
37 licet bona materna † quoad vsumfructum
pertineant ad Patrem tamen, quoad proprie-
tatem, & dominiũ esse filiorum, l.1. & l.qua-
cumque, C. de bonis, quæ liber. & l. 1. in princip.
ibi dominio videlicet earum ad liberos perti-
nente, C.de bonis matern. Et propterea dum Iu-
dex mandauit assignari filijs Alexandri tot
bona pro concurrenti quantitate crediti dotis
maternæ, vtique censetur illis adiudicasse
proprietatem, & dominium bonorum, non
38 autem ius vsusfructus adhoc; † vt sententia
intelligatur iuxtà iuris communis dispositio-
nem, prout semper intelliguntur verba sen-
tentiæ, l.Herennius, ff. de euictione; l.miles, §.de-
cem, ff.de re indic. Bartol.in l.si fundus, §.in vendi-
catione sub num.4. ff.de pignor. Rot.coram sanctmem.
Gregor. XV. decis.74. num.7. & decis.176. num.3.
Nec facit quidquam defectus æstimationis
39 bonorũ, quia tanquam actus† extraiudicialis
de iure talis æstimatio præsumitur adhibita,
vt per Rot. decis.406.num.1.& decis.437. num.12.
part.1. recent.

Tan-

Tandem ex solutione debiti vigore obligationis factæ à Lucretia cum Annibale, & Iulio filijs ad fauorem illorum de Rotis ante venditionem factam D. Marchioni apparet creditum dotale esse extinctum eo quia creditum illorum de Rotis absorbet totam hanc dotem, cum esset longè maioris summæ, vt ex benè deductis in facto pro Papottis, & Quainis, & comprobatis in illorum *Summario numer. 10. & 12.* ex quibus apparet fuisse relaxata duo mandata ad instātiam eorumdem de Rotis diuersa, & separata, quæ simul congesta absorbent, & superant creditum dotale, vt ex dictis Instrumentis, & mandatis Rotalibus datis in summario quatenus, etiam doceretur de solutione dotis in suprascripta summa scutorum 3000. auri in auro, & licet opponatur de nullitate obligationis ex defectu solemnitatis adhibendæ in contractibus mulierum, & minorum, hæc exceptio quatenus posset opponi per D. Marchionem,
40 attamen † cum mandata fuerint relaxata executa, & executiones consummatæ, & perempta per rem iudicatam, *l. 1. & seqq. ff. & C. de re iudic.* & in omnem euentum, prout fuit dictū in vltima decisione R. P. D. mei Macchiauelli in hoc Iudicio non est agendum de nullitate sed agendum via ordinaria; in Iudicio reciso tio per tres conformes.

Ex quibus, & alijs deductis in decisionibus in hac causa factis iterum fuit dictū dandam immissionem, & causam expediendam, &c.

R. P. D. BVCCABELLA.

Romana Fideicommissi de Cincijs.

Lunæ 15. Nouembris 1628.

ARGVMENTVM.

Filij in conditione positi, censentur vocati, stante sic Statuto loci, & quando censeantur etiam ad portionem patruorum. Filij, quantumuis nati à patre odioso non censentur exclusi à fideicommisso facto descendentibus, ante delictum licet enormissimum, erant nati, exemplo peccati Adæ; nam si aliquis filius esset natus ante peccatum non perdidisset vestem innocentiæ, nec fuisset subiectus horridæ morti.

SVMMARIVM.

1 *Filij in conditione positi vigore Statuti Vrbis censentur vocati.*
2 *Filij in conditione positi, quando censeantur etiam vocati ad portionem patruorum.*
3 *Alienationis amplissimæ probibitio, vt bona stabilia remaneant in familia; quid operetur.*
4 *Filij nati à patre odioso, non videntur comprehensi sub generali vocatione masculina.*
5 *Pater, quod odium habuerit filios ex eo arguitur si nonnullis reliquerit legitima, & reliquis totam hæreditatem.*
6 *Et hoc maximè si legitimam reliquerit illis, honorabili titulo institutionis, & etiam dum aliud legatum considerabile ipsis reliquerit.*
7 *Pater, quod reliquerit plus vni filio, quam alteri, ex hoc non potest argui odium erga eum, cui minus reliquit, sed benè amor erga illum, cui plus fuit relictum.*
8 *Filius, quando succedit ad fideicommissum ex propria persona, non attenditur an sit odiosus patri.*
9 *Nepotes, & descendentes censentur ab Auo dilecti non propter patrem, sed per se ipsos.*
10 *Nepotes censentur dilecti ab Auo, tanquā eius agnationem, & diuturnitatem familiæ conseruantes.*
11 *Auus dici solet, quod plus amat Nepotes, quam filios.*
12 *Auus, licet ex hæredes filios, non tamen censetur ex hoc excludere Nepotes.*
13 *Filius, quādo ex delicto Patris non censeatur exclusus à fideicommisso descendentium.*
14 *Filij natis ante delictum Patris non possunt dici processisse à radice infecta.*
15 *Pueri existentes in infantali ætate, dicuntur prorsus innoxij à quouis delicto.*
16 *ad Fideicōmissum vocati, à tali vocatione non possunt excludi sine eoque dolo, seù culpa.*
17 *Filij nati ante commissum delictum à Patre de crimine lesæ Maiestatis, non punirentur.*
18 *Peccatum originale afficit omnes descendentes Adæ.*
19 *Adam si habuisset filios ante peccatum ab eo commissum filij illi nō essent affecti peccato originali, nec eius pœnis. Et quare num. 20.*
21 *Pater, si habebat filios ante commissum valdè atrox delictum illi non debent priuari successione, ad quem iure proprio erant vocati.*
22 *Filij, quando sunt vocati ad fideicommissum independenter à Patre, in eo succedunt etiā reluctante Patre.*

Istam præsentem decisionem iam diū ad decis. 570. part. 5. recent. promisi in lucem dare, & sanè quidem diù distuli promissionem persoluere, & quia melius est tarde, quam numquam persoluere debita, ideòque nunc mihi deleatur tale debitū, dum modo illud persoluo actualiter.

DECISIO CCCLXVI.

RESOLVTVM fuit coram bo: mem: Card. Virili sub die 17. Maij 1627. post reiteratam, & maturam causæ discussionem vnanimi DD. consensu DD. Fœlicem, & Christophorum fuisse vocatos, non autem tres alias familias de Cincijs. Cum autem ijdem Fœlix, & Christophorus coram me institissent pro causæ expeditione, dd. verò tres familiæ peterent nouam audientiam; DD. stante lapsu decennij à die, quo dicta resolutio capta fuit, ordinarunt, vt iuxtà stylum Rotæ causam prius proponerem super iisdem, illaque hodie proposita censuerunt standum esse in decisis; Quoniam dd. Fœlix, & Christophorus, cum tanquam descendentes, & de linea masculina Francisci Testatoris eorum Aui fuerint in cōditione positi, subintrat clara dispo-
1 sitio Statuti Vrbis *lib. 1. c. 142.* † quod censeantur tacitè vocati, & perindè est, ac si verbis dispo-

dispositiuis nominati, ac substituti fuissent, *Gabr.cons.115.num.11.lib.1. Peregr.cons.55.nu.1. lib.4.& de fideicomm. art.28.num.2.& 25. Gregor. decis.337.nu.5.& decis.574.nu.1.* & fuit dictum *in Romana fideicommissi de Incoronatis 13. Nouembris 1637. coram R. P. D.meo Pirouano, & in Romana fideicōmissi de Cardellis 19. Decembris 1636. coram me*; Et non solum ad portionem Patris, sed etiam patruorum, cum simus in fideicō-
2 misso † facto ab ascendente, & fuerit processum ad plures substitutionum gradus, & posita in conditione linea masculina, & concurrat etiam expressa, ac amplissima alienationis
3 prohibitio, † vt bona stabilia in perpetuum in familia conseruarentur, vt vltrà allegatos in decis. quæ reuidetur, tradunt *Ricc.decis.395. num.8.lib.2. Grat.discept.371. num.16. 17. & seq. Modern. Brix.de substit.quæst.240.nu.8. 19. & 22. Rot.decis.320.nu.18.part.1.recent.* & fuit dictum in causa *Auximana fideicommissi 22. Martij 1638. coram R.P.D.meo Dunozetto*.

Nec visum fuit subsistere quod dd. Fœlix, & Christophorus descendant à filio Testatori
4 odioso, & sic † non videantur comprehendi sub generali vocatione lineæ masculinæ, *l.Lucius Titius, ff. de leg.2. Surd. decis.41. nu.1. & seq. Moder.Brix. d.tract.de substit.quæst.317.nu.2.& 3. & seqq.* Quoniam placuerunt responsiones datæ in decis.siquidem de tali odio nullo modo constat,neque potest argui ex eo quod Testator instituerit Iacobum in legitima, & aliis
5 filijs reliquerit† totam hereditatem,quia cum illum in totum non exhæredauerit, nec verba aliqua protulerit, ex quibus argui possit odio habuisse, sed agnouerit in filium relinquendo legitimā honorabili titulo institutio-
6 nis,& vlterius eidem legauit etiam scut.† 100. auri manifestè potius arguitur positiua dilectio, *l.Amicissimus in princip. ff. de excus. Tut.* Ex eo autem, quod cœteris filiis plus reliquerit.
7 non benè infertur† ad positiuum odium erga Iacobum, sed solum ad maiorem erga alios amorem, ac dilectionem, *iuxt. text. in auth.hoc amplius, vbi Cyn. C. de fideicomm. Ruin. consil.3. nu.15.& seq.lib.2.Soccin.Iun. cons.71.nu.19.lib.1. cum alijs per sim. de prat. interprat.vltim. voluntat. fol.63.nu.20.& Modern.Brixien. vbi suprà q.468. num.8.* vt benè deducitur in decisione.

Et in omnem casum, quatenus aliquod odium in Iacobum probaretur, nihilominus in proposito non deberet nocere filijs, qui ad
8 successionem in bonis † Francisci Testatoris non veniunt ex persona ipsius Iacobi Patris, sed ex persona propria, & principaliter, & de per se sub nomine lineæ masculinæ ipsius te-
9 statoris familiæ vocati, qui cum † sint nepotes, & descendentes censentur dilecti ab Auo non propter Patrem, sed propter se ipsos tanquam apti ad eiusdem Testatoris agnationē,
10 ac diuturnitatis † memoriam cōseruandam, *iuxtà text. in l. liberorum in fin. ff.de verbo signific.* ob quam rationem nepotes etiam plusquam
11 filios diligi † consueuisse dicit *Curt. Iun. consil.169.num.13. Cassan. cons.67.num.30. Surd. decis.73.num.6.* benè *Alex.in cons.53.num.21, lib.4,* Vbi in specie ex hoc infert, quod licet Testa-
12 tor excluserit filios, non sequitur † exclusisse nepotes.

Non obstat parricidium per Iacobum patratum. Quia cum Fœlix, & Christophorus, vt supradictum est,non fuerintvocati intuitu, & cōtemplatione patris, nec veniant ex illius persona, sed propria,& tanquam ipsius Testa-
13 toris descendentes masculi, & † apti familiā, & agnationem effectiuam conseruare, ob tale delictū excludi non debent, vt per *Vasquez de success. resol.tit.de his quibus, vt in dignit.tom.2. §.20.num.12. vers.ego si filius, Pasch.de patr.potest. part.5.cap.8.nu.13.& seq. Scip.Rouit.cons.1.nu.45. & seq. cum alijs in decis. allegat.*

Et DD. visum fuit cessare omninò præ-
14 dictam difficultatem ex eo quia † dd. Fœlix, & Christophorus erant iam nati ante delictū,
15 & sic † dici non possunt processisse à radice infecta, & de tempore ipsius delicti erant in infantili ætate constituti, & ob id prorsus innoxii,quibus propterea nulla ratio, aut æquitas suadet, vt sine aliqua culpa puniri, & Aui
16 bonis,† ac successione priuāri debeāt,vt vltra allegatos in decis.in qua distinctè fuit ad contraria responsum *trad.Gasp. Anton.Thes.quæst.forens.80. num.3.lib.3. & ex text. in l.ex facto, ff. ad Treb. & in l.filiam, & in l.emancipatum, §.1. ff.de Senat. & in l.2. C.de libert. & eorum liber,* & alii loquentes de crimine læsæ Maiestatis per Pa-
17 trem † commisso, latè prosequitur, & comprobat, & longè communiorem dicit *Ludou. Molin.de iust.& iur.tract.2.quæst.658.nu.20.& 21.* & in quarto fundamento idē firmat exemplo peccati originalis, & pœnarū, quibus omnes
18 Adami † posteri ob illud punimur;Quemadmodum nisi quis natus, vel conceptus fuisset antequam Adam Dei præceptū fuisset trans-
19 gressus, vtique neque peccatum † originis contraxisset,nec pœnis, quibus à Deo genus humanum ob illud punitur fuisset affectus, vt affirmat *D.August.ad Bonifacium, & refertur 1.quæst.4. c. iam itaque, & de consecr. dist.4. c.quæris,* & tenet communis *Theolog.scola 1.2. q.81.* quia scilicet ille vti iam abAdamo separatus,
20 nec in eo potentia contentius in † illo non & propterea, nec pœnis illius peccati fuisset punitus, ità nec etiam à republica filij iam nati, antequam Pater crimen aliquod atrox,
21 & enorme admisisset, pœna aliqua † ob tale crimen postea ab eo patratum affici,& substitutionis,ac fideicommissi iure sibi de eo tempore, quo nati fuerunt acquisito,& ex firma, ac inuariabili spe omninò independenter à
22 Patris voluntate, immò etiam ea † reluctante formato, priuari debent.

Et ita, &c. decisum dd.Fœlice,& Christophoro tantum informantibus, Familijs verò pluries citatis, & informare non curantibus, &c.

R.P.D.

R. P. D. PEVTINGERO,
Romana Redditionis Rationis.
Luna 10. Decembris 1646.

ARGVMENTVM.

Ratio semel reddita, licèt iterùm reddi debeat quãdo constat de errore, tamen de huiusmodi errore constare debet ex claris, & perspicuis coniecturis; & quando autem adest res iudicata nõ sufficit docere de errore, sed vltrà errorem constare debet de dolo.

SVMMARIVM.

1 *Redditio rationis satis est Procuratori, quod facta sit cum principali.*
2 *Creditori non competit actio contra Procuratorem debitoris post redditam cum illo rationem, licèt debitor Procuratori demandasset, ut d. creditori satisfaceret.*
3 *Tutor tenetur solùm reddere rationem de fructibus qui ad eius manus peruenerunt, & asserenti in maiori quantitate fuisse recollectos incumbit onus id probandi.*
4 *Rationem semel redditam denuò reddi non debet, & quid si fuisset omissa aliqua partita.*
5 *Furtum non præsumitur.*
6 *Tutor debet ponere ad creditum hæreditatis fœtus Animalium nasci solitorum, & pelles demortuorum.*
7 *Fœtus Animalium nasci solitorum, subrogantur loco mortuorum.*
8 *Ratio semel reddita, non est ampliùs reddenda, quando adest res iudicata.*
9 *Ratio semel reddita, vt denuò reddenda sit, debet constare de verò dolo.*
10 *Et de errore, & dolo claris, & perspicuis probationibus docere debet.*

Ista decisio est in eadem causa de qua est supra decisio 158. hac eadem par. 11. recent. coram eodem bon. mem: Peuting.

DECISIO CCCLXVII.

CVM Claudia de Fortis, à Francisco Baratello decedeñ Tutrix, & pro tempore Curatrix in Testamento filiorũ suorum Fælicis, & Francisci Mariæ deputata, à Creditoribus defuncti, pro reddeñ ratione conuenta coram A. C. producto Inuentario ab ipsa confecto, & libris Tutelaribus rationem reddidisset, ac periti vtrinque, & deindè tertio electo, creditrix in scut. 3833. b. 57. ÷ declarata fuisset, ad eiusdemque relationem sententiam fauorabilem reportasset, causaque deserta, commissa à Signatura Sanctissimi restitutione in integrum aduersus sententiam A. C. R. P. D. Lanuuio ipse, reuocata prima sentẽtia, Claudiam ad denuò reddendam rationem cõdemnauit, tertia postmodum instantia coram bo: memor: Lomellino non finita, nunc coram R. P. D. Oddo de Voto Rotæ pendente, dubitaui, An ratio fuerit legitimè reddita, & Domini, restringeñ pro nunc difficultatem ad quinque partitas à Perito denuò electo in sua relatione reseruatas, responderunt, respectu harum non teneri nouam reddere rationem, sed esse legitimè redditam.

Partita enim herbarum Casalis Vaccareccię pro annis 1619. 1620. & 1621. quod Franciscus Baratellus conduxerat pro pensione annua scut. 1603. non est connumerañ ad debitum Claudiæ, quia eædem herbæ pro pastu equorum, & bouum pro cultura eiusdem Casalis ibi retentorum necessariæ erant iuxtà praxim de qua testantur Periti in fide, *data in Summar. Claudiæ num. 8.* & quamuis appareat, quod ipsa ex d. Casali vendiderit rubra 110. herbarum, *Summario Cappellæ num. 7.* harum pretium compensañ venit cum pretio herbarum Casalis Campi Mortui, pariter à Claudia pro hyemali pastu dictorum animalium emptarum, nec in debitum hæreditatis positarũ, & quod eædem herbæ hyemales ab ipsa fuerint emptæ probatur ex necessitate, de qua testantur Periti, *Summ. Claudia nu. 4.* & ex verisimilitudine, dum constat, nonnullas aquas Francisci in Territorio Franciscæ, Campo Mortuo contiguo, iudicialiter pro damno dato fuisse captas, *dicto Summario num. 5.*

Neque partitas fructuum Casalis Turris Nouæ pro anno 1618. debito Claudiæ inferri
1 potest, † quia aduerteñ est eo anno Franciscũ virum eius, simplicem dumtaxat fuisse Procuratorem Bizarri, ad quem vtpotè dicti Casalis conductorem. fructus spectabant; adeòque satis fuit cum eo cõputa solidasse, eique tanquam principali rationem reddidisse, *Rota decis. 77. num. 4. & decis. 273. num. 11. part. 4. tom. 2. recen.* Tanto magis quia magna pars dictorum fructuum ad manus ipsius Bizarri peruenit, & constat Franciscum plures summas DD. Aldobrandinis, Casalis locatoribus, soluisse, aliisque Bizarri diuersis Creditoribus,
2 *Summario Claudia num. 1.* † quibus creditoribus contra Franciscum actio non competit, licet ipse Bizarrus mandasset Francisco, vt iisdem satisfaceret, sufficit enim eidem Bizarro rationem reddidisse, *d. decis. 273. num. 11.*
3 Quo verò ad fructus anni 1619. † Claudiæ sufficit ad creditum hæreditatis posuisse fructus, ab ipsa perceptos, & asserenti in maiori quantitate fuisse collectos, incumbit onus id probandi, neque vltra illos, qui ad eius manus peruenerunt, rationem reddere tenetur, *ad text. in l. vltima, §. final. Cod. de administr. Tut. Eugen. consil. 19. lib. 1. Rota decis. 389. ante num. 1. dicta part. 4. tom. 2. recent.*

Quamuis etiam circa partitam frumenti in Casali Vaccareccię Claudia ad creditum hæreditatis Francisci viri solùm posuerit rubra 539. ÷ & ex ipsa mercede soluta vectoribus frumenti ad Vrbem, constat, aduecta fuisse rubra 800. de quibus totis reddere rationem debuisset, detracta tamen summa rubrorum 539. ÷ de quibus iam erat ratio reddita, & aliorum rubrorum 64. quæ summæ ratione decrescentiæ mensuræ Vrbis ad rationem

octo

octo pro centenario ex fide Peritorum, *Summar. Claudia nu.6.* & sic remanserit debitrix in
4 rubris 197. † nihilominus rationem semel instantibus creditoribus redditã de anno 1627. denuò reddere non tenetur, quia non præsumitur, quod huiusmodi partitam per dolum describere omiserit, imò ex lapsu 20. & amplius annorum benè præsumi potest obliuio, *Rouit. cons.66, num.19. lib.1. Surd. decis.216. nu.31. Rot. decis.360. num.5. part.6. recent.*

Pariter in secunda partita equarum in qua Claudia agnoscit ad sui debitum esse addenda scut.281. pro tot equis à se venditis, & alias confessa fuit coram A. C. quibus licet addi possint aliæ, quas furto subtractas, vel mor-
5 tuas esse prætendit, † cum de furto, quòd non præsumitur, non doceat *Bart. in l. si quis ex argentarijs, §. Au hac hæredi num.4. ff. de eden. Rot. de-*
6 *cis.639. num.1. part.4. recent.* † & quatenus demortuæ fuissent, pretium pellium ad creditum hæreditatis poni debuisset, prout etiam nulli ex equis nasci soliti, *Escobar. de ratiocin. cap.18. num.1. & seqq. Rot. decis.690. sub num.5.*
7 *vers. nec vlla*, † vbi quod redden̄ est ratio fœtuum animaliũ, quæ subrogantur loco mortuorum *part.1. recentior.*

Verùm quia Claudia in noua exhibitione partitarũ reseruauit facultatem adden̄, & minuen̄, & militat etiam ratio exclusiua doli sæpiùs allegata, de quo ipsa tanquam Tutrix,
8 quæ † iam semel rationem reddidit, & sentẽtiam fauorabilem de anno 1627. super redditione rationis in iudicatum transactam reportauit, conuincen̄ foret, *Add. ad Gregor. decis.536. nu.5. ante fin. Rot. decis.184. num.4. part.2. recent. & in Bononien. Administrationis 20. Februarij 1611. coram Cardinali Sacrato, & coram eodem in Bononien. de Bonijs 16. Februarij 1612.* Imò adhuc, computatis dictis partitis ad sui debitum, Claudia remaneat creditrix in summa scut.6185; quorum è bonis hæreditatis viri
9 Francisci impossibilis est recuperatio, † tum etiam ad effectum, vt ratio semel reddita sit iterum ex integro redden̄ necesse est constare de verò dolo, cum enim rationes, semel calculatæ, habeant præsumptionem pro se, quod
10 rectè, & ritè dispunctæ fuerint; † is, qui contrarium asserit, claris, & perspicuis probationibus de errore, & dolo, quem interuenisse allegat docere debet, *Menoch. de arbitr. cas.209. num.4. Dec. Escobar. & alij relati in Romana Computorum 23. Iuny 1640. coram R.P.D. meo Cerro, Rota in Bononien. Redditionis Rationis 17. Februarij 1606. coram Penia.* Ideò Domini censuerunt quoad supradictas partitas, ipsam Claudiam reddere nouam rationem non teneri; vtraque parte informan̄, &c.

R. P. D. CORRADO
Postea S. R. E. Cardinali.

Romana Successionis.

Veneris 14. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Statutum Vrbis lib.1. cap. 131. sub rubric. de lucr. dot. seu donat. propter nuptias disponens, quod si vxor post consummatum matrimonium liberis extantibus decedat, maritus superstes totam dotem lucretur, an cum effectu deroget *l. hac edictali, C. de secund. nupt.* latissimè tractatur, & resolutio est negatiua, in contrarium adductis plenè respondendo: Quid autem dicendum sit de augumento dotis, an illud comprehendatur sub dispositione *d. l. hac edictali*, eruditè resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *L. hac edictali, C. de secund. nupt. contrario statuto abrogari potest.*
2 *Et quando censeatur abrogatum.*
3 *L. hac edictali seruari debet, quando neque ex verbis statuti, neque ex voluntate statuentium appareat derogata.*
4 *L. hac edictali censetur derogatum si statutum disponat, quod maritus totam dotem lucretur.*
5 *Contrarium firmatur, & verba illa,* liberis extantibus, *de communibus filijs sunt intelligenda.*
6 *Neque ex hoc benè infertur, quod si dd. verba statuti intelligerentur de communibus filijs, filij ex primo matrimonio essent exclusi, & quare num.7.*
Sed statuti dispositio censetur solum concepta in casu, quo filij ex communi matrimonio supersint. num.11. & 19.
Et operatur exclusionem aliorum filiorum, quos ex alijs nuptijs maritus suscepisset, num.20.
8 *Intellige quando ex alys non constat, de eis quoque ex eorum exclusione statuentes cogitasse, secus è contra num.10. & seq.*
9 *L. hac edictali censetur per statutum derogatum, si disponat, quod maritus mortua vxore in omni casu medietatem dotis lucretur.*
12 *Et quid si demandaret,* quod maritus totam dotem lucretur? *& huiusmodi dispositio quomodo veniat intelligenda. num.13.*
14 *Mulieri quando licitum sit dotem secundo viro liberè constituere, itaut ex pacto totam lucrari possit.*
15 *Relatiuum declarat orationem antecedentem.*
16 *L. hac edictali non est derogatum per statutum Vrb. lib.1. cap.131. & eius dispositio quomodo sit intelligenda.*
17 *Maritus reseruare tenetur communibus filijs proprietatem dotis, ex coniuge prædefuncta lucratæ.*
18 *Et quid extantibus filys ex illa in præcedenti matrimonio procreatis.*
21 *Gabr. cons.13. sub num.33. lib.2. refutatur.*
22 *Statutum Vrbis lib.1. cap.131. non defert proprietatem, nec aliud lucrum dotis filijs matrimony communis, sed quid disponat.*
23 *Lucrum dotis quod maritus vxore præmortua acquisiuerat,*

fuerat, quomodo post ipsius mortem deferatur filijs ex communi matrimonio procreatis existentibus filijs ex priori matrimonio.

24 *Lucrum dotis à statuto delatum liberis non extantibus, an debeatur viro præmortua vxore, relictis filijs ex primo matrimonio.*

25 *Dos quoad vsumfructum spectat ad virum, quo verò ad proprietatem spectat ad filios.*

27 *Mulier, quando possit de sua dote hæredem instituere virum quoad vsumfructum, & filios quoad proprietatem, & quando secùs, num. 27.*

28 *Et quando vir dicatur primario contemplatus, & num. 30. 31. & 33.*

29 *Adde quod quando primario fuit vir contemplatus dispositio remanet irrita tam respectu vsufructus quam etiam proprietatis.*

32 *Fundamentum suæ intentionis debet quis iustificare.*

34 *Augumentum dotis non comprehenditur sub dispositione l. hac adictali, C. de secund. nupt.*

35 *Intellige quando ille, qui augumentum dedit sibi restitui stipulatus esset.*

36 *Secùs quando illud fuerit pleno iure mulieri donatum, & in eius dominium, ac patrimonium transfactum.*

Et quid si in Instrumento dotali adesset clausula, ad habendum.

37 *L. hac ædictali, Cod. de secund. nupt. complectitur omnia bona, tempore mortis extantia, & nu. 39.*

Decisio ista est in eadem causa de qua supra decisio 406. parte 9. recent. tomo 2. & est pariter coram eodem bon. memor. Corrado.

DECISIO CCCLXVIII.

RESOLVTIO in hac causa emanata die 18. Maij 1646. coram me impugnabatur pro parte D. Comitis Fabij ex eo præcipuè quod Statutum Vrbis *lib. 1. cap. 131. sub rubric. de lucr. dot. seu donat. propter nupt.* deroget in effectu *l. hac adictali, C. de secund. nupt.* Ideoque cesset in proposito casu eius dispositio. Eoq; magis quoad portionem additam doti D. Imperiæ per M. Antonium Incasatum eius patruum, ac proprietatem eiusdem dotis per eā filijs posteriores matrimonij titulo institutionis relictam in testamento. Verùm auditis iterum partibus, causaque denuo discussa visa fuit Dominis confirmanda.

1 Quia licet vera sit, † atque recepta conclusio, quod illius legis dispositio continens ius positiuum contrario statuto abrogari potest, iuxta *l. omnes populi, ff. de iust. & iur. Bald. in l. 1. sub num. 8. vers. & præmitte vnum, C. de inoffic. dot. Stephan. Bertrand. in ead. leg. in princip. à numer. 19. vers. quod si non pactum, & num. 30. vers. addo, quod etiam, Soccin. cons. 35. sub num. 2. vers. primo quia, lib. 4. Roland. cons. 72. nu. 3. vers. sed statutum, lib. 1. Rota penes san. mem. Gregor. decis. 173. num. 7. vers. quoad legatum, & seq. & bon. mem. Buratto dec. 396.*
2 *num. 7. vers. sed respondebatur.* † Attamen procedit quando ex verbis expressis, vel ex ineuitabili vtriusque sanctionis repugnantia adeò certa, & necessaria resultat derogandi voluntas, vt non possit in dubium probabiliter reuocari, aliàs enim non censetur per huiusmodi statuta ab ea recessum, neque filijs præcedentis matrimonii præiudicatum, vt not. *Bart.* (quem communiter sequuntur DD.) *in eadem l. hac adictali num. 2. vers. per hoc dixi, C. de secund. nupt.* & explicat *Castr. in d. l. 1. sub num. 4. vers. nisi diceret expresse, C. de inoff. dot. Ias. in Auth. præterea sub num. 15. vers. pro veritate, ibique Dec. sub nu. 7. vers. & ista conclusio, C. vnde vir. & vxor. & Socc. sen. d. cons. 35. num. 5. vers. non obstant rationes, lib. 4 ac Soccin. iun. cons. 70. sub num. 2. vers. & licet ferè omnes, lib. 2. Bertrand. ubi supra num. 26. versic. quæ communis opinio ac seq. Zuccard. cons. 43. sub nu. 1. vers. attamen ista opinio, Franch. decis. 435. num. 24. vers. item dicebatur, & seq.* & alios refert *Molphes. ad consuetud. Neapol. par. 3. de success. ex testam. q. 12 per tot. Rota decis. 432. num. 3. vers. quod statuto, ac seqq. par. 1. & decis. 255. num. 7. vers. alterum quod derogetur, part. 4. diuers. & in recent. decis. 133. sub num. 3. vers. nec obstat Rauennæ Statutum, parte 4.*

3 Cum † igitur neque ex verbis, neque ex dispositione dicti statuti apparet huiusmodi derogandi voluntas. Ideo meritò lex ipsa seruari debet, vt in his terminis respondit *Rota in Romana prætensæ dotis 25. Decembris 1594. coram Corduba d. decis. 255. par. 4. diuers. & bo. mem. Card. Seraph. in eius Voto*, in quadam causa inter hæredes Farri, & Gasparem Ambrosinum *in §. 1. vers. alter casus statuto comprehensus est, & infra in §. ita censet*, & probat *Moder. Roman. discept. 197. per totam.*

4 Neque obstat, † quod conditio illa existentiæ liberorum, sub qua statutum defert lucrū totius dotis maritus, ibi, *Si vxor post consumatum matrimonium marito superstite liberis extantibus decedat, maritus totam dotem lucretur &c.* æque verificetur in liberis primi matrimonij, qui eo nomine indefinite prolato pariter comprehenduntur, vt in hac materia censuit *Rayner. de Foroliu. inter cons. Signorol. 68. & 263.* quem alij sequuntur.

5 Quia contraria † opinio verior est, atque receptior, nam huiusmodi verbum respectu ipsorum coniugum prolatum de communibus filijs intelligitur, idque magis quando ob illorum existentiam lucrum defertur parentibus, nisi aliunde probetur contraria statuentium intentio, vt in specie not. *Bart. ex illo tex. in l. cum Vir. vers. nota ad id quod dixi, ff. de cond. & demonstr. & in eodem casu contr. Rayner. probat idē Signorol. consil. 69. num. 4. vers. item hoc statutum. & seq. Ruin. cons. 59. num. 10. vers. præterea, ac seq. lib. 3. Soccin. iun. d. consil. 70. num. 4. vers. nam cum statutum, lib. 2.* & late prosequitur *Pisanuc. in tract. de lucr. dot. gloss. 5. à num. 2. versic. cæterum stante prædicta liberorum conditione, ac seq.* & in terminis Statuti Vrbis comprobat *Gabr. consil. 13. à nu. 1. vers. in quo tamen articulo, ac seq. qui num. 7. versic. Verum, & seq.* pondera eius verba dicit hoc esse indubitatum *lib. 2.* & firmauit *Rota in Romana lucr. dot. 16. Decembris 1580. coram bon. mem Card. Blanchetto in §. non obstat quod Monasterium, & in d. Romana prætensæ dotis coram Corduba 255. nu. 4. vers. nam in ea parte, in qua dicitur parte 4. diuers.*

& Car-

& Cardinal. Seraphinus in dicto eius Voto in §. & quamuis.

6 Nec ideo retorqueri potest interpretatio in filios primi matrimonij; quod si verba statuti intelligatur de natis ex posteriori, illi videantur exclusi, ex traditis per *Bald. in conf. 495 quadam D. Elena à num. 6. vers. sed quid si maritus, & seqq. lib. 5. Roman. consil. 44. ex supranarrato themate num. 5. versic. post hæc prædicta, Socc. conf. 52. sub num. 3. in fin. versic. ex quibus, ac seq. lib. 3. Natt. conf. 308 num. 1. vers. sed decretum istud*, & relatos per *Surd. conf. 91. sub num. 1. vers. & quando dictum* ac aliis.

7 Nam illa qualitas † exprimi quidem, ac subintelligi solet pro certiori adimplemento, ac verificatione conditionis affirmatiuæ, vel negatiuæ, sub qua lucrum ex huiusmodi statuto defertur, vel negatur marito; sed non inde necessaria resultat exclusio filiorum primi matrimonij, ac dictæ legis correctio; de qua nulla facta fuit mentio, quinimmo illis extantibus statutum ipsum ex ea congruam recipit interpretationem, ac moderationem (vt infra dicetur *in §. Deinde infertur.*) quando

8 ex † alijs non constat de eis quoque, ac eorum exclusione cogitasse, ac intendisse statuentes; vt contigerat in casu *Bald. in d. consil. 495. lib. 5.* loquentis de Statuto Ciuitatis Florentiæ expressam faciente mentionem de filijs primi matrimonij, eosque à successione maternæ dotis excludente, vt legitur ibi *num. 1. versic. in qua Ciuitate*, (de quo etiam meminit *Castr. in d. l. 1. sub nu. 4. vers. idem fine prolo, C. de inoff. dot.*) & *Roman. in d. conf. 44.* loquētis de Statuto Mu-

9 tinæ, † disponente, quod vxore mortua, maritus non habens filios ex ea lucretur in omni casu medietatem dotis, quibus sanè verbis (in omni casu) nititur eius responsum, cum alias contrarium sentiret, vt ipse declarat, *ibid. sub numer. 4. vers. & tunc dicendum est, ac infr. sub num. 6. vers. & decisio Bart. & Bald. &c.* (licet reprobetur *à Ias. in d. Auth. præterea, sub d. num. 15. vers. aliquando & tertio, et vers. tamen puto, C. unde Vir. & Vxor.* quem sequitur *Betrand. in d. l. hac edictali in princip. num. 29. vers. addo & tertio &c.* ac alij relati per *Eugen. consil. 2. num. 32. vers. quia primo, & seq. lib. 2.*) & *Natt. conf. 308.* loquentis in decreto Montisferrati (super quo etiam respondit *Surd. d. conf. 91.*) cuius pariter alia ponderat verba sub *num. 1. vers. si enim decretum hoc voluisset &c. & infra vers. alias illa tot verba*, (& nihilominus inferius in *Vers. reperio tamen &c.*

10 *fatetur articulum esse ambiguum &c.* † sicque in alio Statuto *Bellon. consil. 13. num. 13. Vers. tertio, & seqq. & Menoch. consil. 4.* loquens in Statuto Papiæ, in quo facta fuit expressa mentio primi matrimonij, ac filiorum ex eo, vt legitur in Hypothesi, & in toto illo Consilio, Soccin. autem haud sibi constans istud ex professo respondit in *conf. 35. lib. 4.*

Quare tutius, ac æquius est regulam constituere contrariam, quod scilicet ex verbis eiusmodi ad liberos communis matrimonij relatis, filij præcedentis coniugij non censean-

11 tur exclusi, † sed statuti dispositio in eum casum concepta, quo illi soli supersint, nisi aliunde clarè probetur statuentium voluntas, vt post *Iacob Butr.* tradit idem *Bald. in cap. 1. num. 3. Vers. quæro dicit statutum &c. ac mar. it. succedat uxor. in benef. & in d. l. hac edictali, in 2. lect. sub num. 1. Vers. quid ergo, & seq. Alex. consil. 142. uiso statuto nu. 4. Vers. præterea, lib. 7. Ruin. cons. 61. num 13. Versic. secundo moueor, lib. 3.* & hanc dicit communem, & veriorem sententiam, *Soccin. d. conf. 35. à num. 4. Vers. his tamen non obstantibus, usque ad num. 8. lib. 4. & Rimin. iun. conf. 241. nu. 62. Versic. sed etiam cessare debet statutum Mediolani, ac seq. Phanuc. de lucr. dot. d. gloss. 5. num. 39. in decimo casu, Versic. nihilominus in hanc sententiam*, & in his terminis probauit *Rota d. decis. 255. à n. 4. Vers. nam in ea parte, ac seqq. & Card. Seraphin. in eius Voto supracitat. ac Modern. Rom. d. disceptat. 197. sub num. 2. Versic. licet enim reseruetur in statuto, & seqq. per tot.*

12 Minus obstant † verba sequentia, *maritus totam dotem dotem lucretur &c.* quæ alterius participationem excludunt, & propterea videntur incompassibilia cum dicta lege.

Quoniam illa respiciunt, atque determinant ipsum casum, quo marito lucrum defertur extantibus, scilicet solis filijs matrimonij communis, non autem alterant, neque extendunt statuti dispositionem ad alium casum, quo filij præcedentis coniugij supersunt, Sed is tanquam omissus secundum ius commune definiri debet, vt in terminis statuti Florentini eisdem verbis disponentis, indicatum fatetur *Bald. in dicta l. 1. sub num. 8. versic. contrarium fuit determinatum, C. de inoff. dot.* idemq; probat in eadem *l. hac edictali, in 2. lect. supracitat. num. 3. & in vsibus feud. d. cap. 1. sub num. 3. an marit. succed. uxor. in be-*

13 *nef.* † dicens huiusmodi statuta intelligenda esse in casu, quo licitum est mulieri dotem secundo viro liberè constituere, itaut ex pa-

14 cto totam lucrari possit, † quod tunc contingit quando nulli ex præcedentibus nuptijs filij supersunt, secùs autem illis extantibus, & super eodem statuto respondit *Castr. conf. 148. uiso casu, & allegationibus in fin. princip. vers. & communiter tenetur, ac in conf. 368.* presupposito quod præfatum decretum *sub num. 1. ad fin. versic. sed etiam dico &c.* vbi pariter dicit communem *par. 2. Soccin. dicto conf. 35. à num. 4. vers. his tamen non obstantibus, & seqq. lib. 4. Phanuc. de lucr. dot. in loco mox citat. & in vers. ad secundum dicitur*, & sequitur *Rota dicta decis. 255. num. 4. vers. nam in ea parte, ac seqq. & Card. Seraph. in d. eius Voto in §. 1. vers. ubi vero adsunt filij alterius thori, & in §. quod itaque censet, ac in §. fin. vers. aut volumus non esse derogatum, & d. Modern. Roman. d. disceptat. 197. à num. 11. vers. non esset tamen recedendum &c.*

Prædicta verò certiora sunt in terminis præfati Statuti Vrbis, quia non disponit simpliciter, quod extantibus liberis, maritus totam dotem lucretur, sed orationem continuādo subiungit, *quā tamen secundum iuris dispositionem liberis communis matrimonij reseruare tenea-*

15 *tur &c.* † quod sanè relatiuum declarat orationem antecedentē *iuxta l. ea tamen edictio, ibi*

16 *qui gloss. fin. Bart. & DD. ff. de legat. 3.* † itaut censeatur delata marito ea dos, & in eo casu, quæ, & in quo ex iuris communis dispositio-

ne filiis communis matrimonij debet illius
proprietas reseruari, iuxta trad. per *Bald. in di-*
cto cons. 495. num. 12. versic. secunda autem pars, ac
seq. & num. 15. versic. sed hic est necessarium, lib. 5.
Cephal. consil. 636. num. 5. vers. quod relatiuum, Me-
noch. cons. 177. num. 22. vers. præterea, Surd. dec. 282.
sub numer. 6. vers. quia relatiuum, & consil. 127. sub
num. 47. vers. relatiuum autem, Moroti consil. 5. sub
num. 5. vers. præterea. Cum itaque attento iure
17 communi tum demùm maritus reseruare te-
neatur communibus filiis proprietatem eorũ,
quæ ex dote, siue nuptiali donatione coniugis
prædefunctæ lucratur, iuxta *text. in Auth. Vxore*
mortua, ibi, *filijs communibus omnimodo reseruatur*
quantum ad proprietatem &c. Cod. de secund. nupt.
18 quando nulli extant alij ex illa in præcedenti
matrimonio progeniti, nam his extantibus
nullum ea lege ipsis præiudicium infertur, vt
declaratur in Authentica, *Neque Virum quod ex*
dote &c. (vnde sumpta est) *in cap. 1. propterea*, ibi
proprietatem verò eorum filijs omnino seruanda, his-
que super parentibus ad secundas uenientibus nuptias
19 *sancita sint, in suo ordine seruandis &c.* † Ideo se-
quitur, quod d. qualitas (communium, siue
communis matrimonij liberorum) in hoc sta-
tuto expressa, & respectiuè subintellecta, non
excludit filios primi matrimonij, qui hoc à
iure communi eisdem verbis disponente cen-
sentur exclusi, sed restringit (vt dictum est)
successionem mariti in tota dote ad eum ca-
sum, quo soli extant ex eodem coniugio su-
scepti, nec alij concurrunt, vt etiam fuit re-
sponsum in *dicta decis. 255. numer. 5. vers. cum ius*
commune, ac seq. par. 4. diuers. & sentit *Card. Sera-*
phin. in d. eius Voto §. 1. vers. alter casus statuti com-
20 *prehensus est &c.* † Amplius eiusdem qualita-
tis expressio operatur etiam exclusionem fi-
liorum, quos ex aliis nuptiis suscepisset mari-
tus: Et hoc pariter conuenit cum iure com-
muni (ad quod statuentes se retulerunt) *in leg.*
cum alijs sanctionibus, C. de secund. nupt. ut dixit Ro-
ta dicta decis. 255. num. 7. vers. neque obstat obiectio,
& in alia Romana successionis 19. Maij 1607. coram
bon. mem. Card. Mantiquemontio, in recent. decis. 140.
in fine vers. nec illa uerba statuti, par. 3.

21 Hincque erronea † conuincitur opinio *Ga-*
briel. in dicto cons. 13. sub d. num. 33. in fin. versicul.
mortuo Gaspare &c. & seqq. lib. 2. dum censuit nõ
esse quidem hoc statuto abrogatam dispoſi-
tionem *d. l. hac edictali*, & propterea extantibus
mulieris liberis ex priori coniugio susceptis
lucrum secundi viri ad æqualitatem cum sin-
gulis eorum esse reducendum; sed post eius
mortem totius dotis proprietatem, detracta
portione legitimæ prioribus debitæ, ad filios
posterioris matrimonij ex eo statuto spectare.

22 Quia dictum statutum † non defert proprie-
tatem, nec aliud lucrum filiis matrimonij
communis, sed illud dantũ reseruat, quod eis
competit ex iuris communis dispositione, vt
apparet ex verbis supra relatis, & respondit
Rota penes sanct. mem. Greg. decis. 198. num. 3. vers.
quoniam, ut bene deducitur, ac seq. & *latius dec. 653.*
à num. 4. versic. secundo intentio statuentium, ac seq.
par. 2. & d. decis. 140. sub nu. 3. vers. & quoad libe-
ros, & vers. nec statutum, & num. 4. versic. sed quod
23 *intentio statuti fuerit, par. 3. recent.* † Cumque de
iure communi ipsis tunc deferatur, quando
soli supersunt, non autem vbi alij concurrunt
propterea, nec plus operatur statutum, *Rota*
dicta decis. 255. num. 4. vers. præterea, & seq. par. 4.
diuers. & sensit *Seraph. reprobans opinionem Gabr.*
in d. eius Voto in §. quod itaque censet, usque ad fin.

24 Deinde infertur † non aduersari *decision. in*
dicta Romana lucrum dotis 16. Decembris 1580. co-
ram bon. mem. Card. Blanchetto; nam ibi dicitur
quidem, quod si mulier habens filios ex pri-
mo matrimonio decedat nullis ex posteriore
susceptis, secundo viro superstite is lucrum à
statuto in secunda parte liberis non extanti-
bus delatum habebit, quippe purificata sit
conditio, quæ de liberis communibus intelli-
gitur, vt supra dictum est. Quod sanè verissi-
mum est, nam licet statutum non deroget
l. hac edictali, nec ideò præiudicet filiis primi
matrimonij, non tamen prohibetur maritus
consequi lucrum, eius vigore delatum pro ea
tamen parte cuius est capax, secundum ipsius
legis dispositionem. Ad cuius ideo normam
illud hoc casu reducitur, ac moderatur ad
portionem æqualem cum singulis prioribus
filiis (quod non fuit in ea decisione explica-
tum, quia non erat illius disputationis subie-
ctum) vt benè declarant *Bart. in l. hac edictali*
numer. 2. versic. per hoc dixi, & Bald. in 2. lect. sub
num. 3. vers. & faciunt prædicta ad Statutum Ciuita-
tis Perusii, Castr. in d. Auth. præterea num. 3. versic. si
statutum dicat, C. unde uir. & uxor. Roman. d. cons. 44.
num. 4. vers. & hoc si non existentibus, Soccin. iunior
d. cons. 70. sub numer. 2. vers. primo quia &c. di-
cens hanc verissimam, & indubitatam DD.
sententiam *lib. 2. Zuccard. d. cons. 43. à nu. 4. vers.*
primo quia, & num. 22. vers. dicendum est, Bursatt.
cons. 212. num. 18. vers. quarto &c. dicens, & ipse
hanc communem indubitatam, & verissimã
conclusionem, *Abb. Brun. de statut. exclusiu. form.*
art. 6. quæst. 27. sub num. 317. ad fin. uers. & ubi esse-
mus in casu, & alij relati per *Surd. cons. 422. nu. 9.*
vers. hinc etiam uidemus, & seqq. Franch. d. dec. 435.
num. 17. vers. & decisio prædicta, ac seq. & fatetur
etiam *Gabr. d. consil. 13. num. 10. vers. ergo quia*
non apparet, & numer. 27. versicul. sed quia non
apparet, ac num. 33. vers. cum igitur, lib. 2. & sequi-
tur *Seraphin. in d. eius Voto in §. & quamuis admittã,*
dicens in §. seq. in vers. ultra quod magis peccat etiã
in eo &c. de hoc non esse agendum, quan-
do extant filij communes, cum eis tantum
non extantibus deferatur marito, hacque
etiam ratione redarguit dicta per *Gabr. in eo*
cons. 13. num. 36. vers. uerum cogitandum est, ac seq.

25 Præterea non obstat † Testamentum Impe-
riæ, in quo hæredem vniuersalem in vsufru-
ctu dotis instituit secundum virum, in pro-
prietate verò filios ex eo susceptos, quod illi
licuisse prætenditur attenta dispositione præ-
fati statuti, ac etiam iuris communis, quoad
ipsos filios per *textum in §. illud quoque (penult.)*
in auth. de nupt.

26 Quia dispositio statuti † non comprehendit
hunc casum, vt hactenus fuit probatum, quã
etiam Testatrix excessit in pluribus ad fauo-
rem ipsius viri, ac eius intuitu ordinatis, vt

mox

mox dicetur. Illa verò iuris communis fa-
uore filiorum ex posteriori matrimonio pro-
cederet, quando institutio facta fuisset puro
amore, ac contemplatione illorum, vt habe-
tur in *eodem text. in verſ. ſi quidem aliquem.* Non
27 autem † ſecundi viri, quia tunc in fraudem
legis ordinata præſumitur, atque ideo irrita
prorſus eſt, perinde ac ſi de ipſius perſona ſcri-
pta fuiſſet, vt deciditur in *d. l. hac edictali, in §.*
ſin uero poſtquam, ibi, *omni circumſcriptione, ſi qua*
per interpoſitam perſonam, uel alio quocumque modo
fuerit excogitata ceſſante &c. ibique gloſſ. in uerbo
alio quocumque, & DD. ac in auth. de nupt. in §. op-
timè, ibi, *nulla machinatione, neque per ſuppoſitas*
perſonas, neque per aliquam aliam cauſam interponi
ualente &c. & ibi, *gloſſ. in uerbo per ſuppoſitas* cum
alijs relatis in præcedenti deciſione in *§. nec*
obſtat quod licitum ſit parentibus, ac ſeq. in qua
fuit etiam latè probatum inſtitutionem præ-
dictam factam fuiſſe principaliter contempla-
tione mariti, non filiorum ex pluribus ibi ad-
ductis *in §. quod autem prænarrata &c.* quæ viſa
fuerunt Dominis adhuc vigere.

Neque vrgent obiectæ animaduerſiones ex
eo, quod inſtituti fuerunt à matre filij ſecun-
di matrimonij iam nati, atque dilecti, nullum-
que ex eorum inſtitutione acquiratur patri
emolumentum.

Quia contrariæ multo efficaciores ipſo te-
28 ſtamento reſultant, † in quo excluſo nomi-
natim filio prioris matrimonij etiam à legiti-
ma, inſtitutiſque hæredibus vniuerſalibus na-
tis ex poſteriori, non ſolum non fuit prohibi-
tus eorum patri, ac Teſtatricis marito vſuſ-
fructus, ſed in eo fuit ſpecialiter inſtitutus cū
plena adminiſtratione, & liberatione à reddi-
tione rationum. Vnde illius notabile com-
modum, ac euidens contemplatio probatur,
vt benè declarat *Caſtr. conſ.* 150. *uiſo caſu, & al-*
legationibus ſupraſcriptis ad fin. verſ. in caſu autem
noſtro par. 2. Theſaur. deciſ. 170. num. 28. verſic. am-
pliatur tertio, Laderch. conſ. 147. num. 1. verſ. primo
quia mater, & poſt alios Eugen. conſ. 1. num. 30. verſ.
ſecundo principaliter lib. 2. Deinde fuit proprijs
filijs, ac eorum deſcendentibus ſubſtitutus,
non ſolum ipſe, verum etiam cæteri deſcen-
dentes ab eo, ex alia fortè vxore ſuſcipiendi,
quod ſanè illius meram contemplationem
conuincit, vt in his terminis reſpondit *Caſtr.*
d. conſ. 150. concludens *in fin. verſ. nec obſtat &c.*
29 diſpoſitionem † huiuſmodi irritam eſſe, non
ſolùm quoad vſumfructum in quo ſecundus
maritus fuit inſtitutus vel ſubſtitutus, ſed etiā
quoad proprietatem filijs relictā, quia inde re-
ſultat præſumptio, quod tota diſpoſitio facta
fuerit contemplatione illius animo fraudandi
legem, per *text. in l. Sulpitius, verſic. ſi color, ff. de*
donat. inter uir. & uxor idemque probant *Alber.*
de ſtatut. lib. 2. quæſt. 112. *Barbat. conſ.* 12. *perſpecta*
contingentia ſub numer. 7. verſ. & ſi allegatur, lib. 1
Guglielm. Benedict. in cap. Raynutius, in uerb. uxorem
deciſ. 5. ſub [illegible]*. 215. uerſ. quo ſtante ſtatuto, Menoch.*
de arb. Iud. caſ. 459. num. 27. uerſic. ſeptimus eſt caſus
ac ſeq. Eugen. d. conſ. 1. num. 31. uerſ. tertio fortius,
30 *lib. 2.* † Vlterius conceſſa facultas tam filijs in-
ſtitutis, ac eorum deſcendentibus, quàm ma-
rito, ac cæteris ex eo deſcendentibus diſponē-
di de eiſdem bonis ad fauorem Franciſcæ ip-
ſius neptis, & deſcendentium ex illa, quod pa-
riter eius contemplationem præſefert, *l. ſed,*
& ſi plures, §. in arrogato in fin. & ibi Bart. num. 4.
uerſ. reſpondeo, ff. de uulg. & pupill. Odofred. in dicta
hac edictali ſub num. 13. uerſ. ſed quid dicemus, &
Bald. ibid. in 2. lect. num. 5. uerſ. in text. ibi, *circum-*
ſcriptione ceſſante, Iſern. in cap. 1. num. 10. ad finem,
uerſ. quod autem contemplatione mea, de alienat. feud.
pater. Tretacinq. uar. reſol. lib. 3. tit. de matrim. reſ. 5.
col. antepenult. in fin. uerſ. hinc infertur. Menoch. de
arb. Iud. d. caſ. 459. num. 28. uerſ. itam etiam, Rimin.
iun. conſ. 192. num. 28. uerſ. ad ſecundum uero reſpon-
detur, & conſil. 243. num. 27. uerſic. quod item. Ac-
31 cedit † eiuſdem Teſtatoris declaratio, ibi,
Dichiarando di uolere, che la mia robba reſti nelli
infraſcritti miei heredi, non ſolo per l'amore, che li
porto, ma per gratitudine di ſeruigi, e benefici dal
Sig. Conte Fabio mio marito à me, & à mia madre,
& in recompenſa delle ſouuentioni dategli, e ſeruigi
rileuanti da lui fatti al Sig. Marco Antonio Incaſati
mio zio, e per riſpetto mio anche al medeſimo Signor
32 *Lelio mio figliuolo del primo matrimonio &c.* † quę
tamen beneficia non fuerunt (vt par erat ad
l. qui teſtamentum, ff. de probat.) iuſtificata. Vnde
reſultat efficaciſſimum intentionis illius teſti-
monium, vt benè concludit per *text. in l. labeo,*
§. idem Tubero, uerſ. & quidem non arbitror, ff. de
ſuppell. legat. Angel. in l. fin. numer. 2. uerſ. aut poſt
quæri utrique, C. de uſufruct. Menoch. præſumpt. 35.
num. 2. uerſ. uerba ſanè, ac ſeqq. lib. 6. Carol. Bardell.
conſ. 4. ſub num. 66. uerſ. prout certè ſtaretur, & ſeq.
33 Ac demùm totus teſtamenti contextus † ex
quo apparet excluſio totalis primi filij. Inſti-
tutio ſecundi viri in vniuerſo vſufructu cum
plena adminiſtratione, ac liberatione; eiuſque
filiorum in proprietate non quidem liberè;
ſed cū grauamine ſubſtitutionis ad fauorem
eiuſdem parentis, ac aliorum ex eo deſcendē-
tium; Illiuſq; neptis admiſſio; Decimæ par-
tis dotis diſpoſitio ad pias cauſas arbitrio ip-
ſius viri commiſſa, reiecto quouis iuſtifica-
tionis, ac reddendæ rationis onere. Quæ om-
nia in hac materia coniecturali, ac difficilis
probationis, ſatis vtique videntur conuince-
re totum teſtamentum cum inſtitutione, ac
cæteris prænarratis conditum fuiſſe præcipuè
mariti affectione, & contemplatione, atque
ea forma conceptum ad euitandam legis pro-
hibitionem, ac proinde omnino nullius ro-
boris eſſe, vt dictum eſt ex *text. in d. l. hac edi-*
ctali in §. ſin uero poſtquam, & in dicto §. optimè, in
Auth. de nupt. ac in ſpecie concludunt *Riminald.*
iunior d. conſ. 243. à num. 31. uerſ. circumſcriptioque,
& num. 34. & uerſ. & cum in fraudibus, ac ſeq. La-
derch. d. conſ. 147. ſub num. 1. uerſ. quarta eſt, quia
ex toto teſtamento deprehenditur &c. Maſtrill. deciſ.
175. à num. 20. uerſ. eoque magis, & ſeqq. ac Bar-
dellon. d. conſ. 4. à num. 44. uerſ. primo quia in dubio,
& ſeqq. per tot.

34 Poſtremo non obſtat, † quod dos Imperiæ
pro qua parte occaſione poſterioris matrimo-
nij fuit aucta à Marco Antonio eius patruo
non comprehendatur ſub diſpoſitione *d. l. hac*
edictali.

Flores de Menk variar. resolut. lib.1.quæst.4.nu.26. & duobus sequent. vbi allegat concordantes, & fuit dictum in *Compostellana Parochialis 25.Iunij currentis coram R.P.D.meo Otthobouo.*

3 Nec sufficit citatio per contradictas, † quãdo, vt in casu nostro, personalis non præcessit *Caputaq. decis.107. num.4. parte 1, Seraphin.decis. 1276. num.4. Rota decis. 636. num.2. parte 2. recentior. & in Colmbricen.Decanatus 27.Iunij 1595. coram bon. mem. Iusto, impress. apud Marchesan. de commiss. tomo 2. folio 221, Adden. ad Gregor. XV. decis.430.num.5.*

Debuisset etiã coram eodẽ executore iustificari narratiua homicidij, & irregularitatis à

4 Iosepho incursę, quæ † est fundamentũ gratiæ, vt in terminis dixit *Rot.dec.379.sub n.9.vers gra-*

5 *tia enim par.1.recent.dec.481.nu.9.par.2.* † Et quidem plenè, & cõcludenter *Gonzal.super regul.8. gloss.15. num.124. post Gomez, & alios ibi allegat.* Tanto magis, ratione materiæ obiectiuæ, vi-

6 delicet, homicidij; † de quo plenæ probationes requiruntur, *Farinacc. consil.170. numer.11 Rota decis.313. num.8. inter impress. apud Farinac. post cons. ex text. in l. sciant cuncti. C. de probat.* & traditis à *Surd.consf.163.num.21.*

At in casu nostro executori fuit solùm exhibita sententia criminalis condemnatoria ad triremes contra Iosephum in partibus existen. lata, quæ cum in actis de prætenso homicidio aliunde non constet præsumitur lata in

7 contumaciam, † iuxta *Theoricam traditam à DD.in cap.cum olim de re iudicat.* quam sequuntur *Marescott. variar.resolut. lib.2. cap.34. nu.11. Seraphin. decis.355. num.11. Rota decis.665.nu.3. parte 1. recent. repetita inter impress. Duran. decis. 76. num.6. & decis. 175. num. 1. & 2.* Vbi hoc

8 ampliatur, † quamuis Iudex dixerit in sententia constare de delicto per veras probationes, *inter impress. post consil. Farinac.* Prout etiam in

9 dubio † præsumitur, *l. Papinian. §. meminisse, ff. de inoffic.testamen. Farinacc. de inquisit.quæst.11.*

10 *num.42. versic.ex prænarratis*, † quæ propterea homidium non probat, vt dixit *Rota dec.665. num.2. parte 1. recent. decis.145. num. 2. apud Farinac. post consil. Lother. de re benefic. lib.3. qu.18.*

11 *numer.167. & quæst.28. num.98.* † Eo minùs, quia per comparitionem Iosephi, eiusque tanquam innocentis successiuam excarcerationem, contumacia purgata fuit, & eius effectus euanuit, *Seraphin.dicta decis.354.numer.13. Lotther.de re benef. lib.3.qu.18.num.163. Farinac. de inquis.quæst.11. sub num.92.*

12 Erat præterea † iustificandus valor narratus in ducatis 74. per non excessum, *Rota decis. 444. num.1. parte 2. recentior. & in Tudertina Parochialis 20.Nouembris 1626. coram recol. memor. Coccino, & decis.491. numer. 3. penes Buratt.* ad

13 quem effectum † non sufficiunt allegatę probationes per ascensum, *Seraphinus decis.1017. num.5. Rota decis.82. num.1. versic. nec valor, penes Coccin. decis.444.numer.1. versic. nihilominus, par.2. recentior. & in Gerunden. Prioratus 29. Iunij 1646. coram me.*

Cum itaque executor nulliter ex defectu citationis; & iniustè ob non iustificationem

14 narratorum processerit, † non esse ad executionem sententiæ ab ipso latæ procedendum responsum hodie fuit. Quia nec sententia

15 nulla, † nec litteræ Apostolicæ non iustificatæ merentur executionem, vt notant *DD. in cap.2. de rescriptis*: & dixit *Rota penes Buratt. decis.459. num.1. & decis.491. num.5. & inter recent. decis.842.num.18.par.4.tom.2.*

Et ita decisum, informante solum Iosepho; Altera tamen parte sæpè citata.

R. P. D. PEVTINGERO.

Comeñ Collegij.

Lunæ 5.Iulij 1649.

ARGVMENTVM.

Collegium erectum pro alendis Iuuenibus, intelligitur pro illis, qui sunt de loco Testatoris; quid autem dicendum sit, si dicto loco esset aggregatum aliud Castrum, & Iuuenes dicti Castri fuissent aliquando admissi in dicto Collegio, eruditè resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Legatum in genere relictum pro alendis Iuuenibus, intelligitur solum pro illis, qui sunt de Patria Testatoris.*

2 *Voluntas Testatoris in materia legatorum præcipuè sequenda est.*

3 *Litteræ Apostolicæ super erectione Collegij, seu &c. deseruiunt pro interpretatione voluntatis fundatoris, & illis standum est.*

4 *Actus proximi habendi sunt in cõsideratione, & pro obseruantia attendi debent.*

5 *Actus qui dedit causam liti non est habendus in consideratione.*

6 *Obseruantia non suffragatur vbi voluntas Testatoris est clara.*

7 *Tolerantia nihil operatur, quando id quod toleratur, si in iudicium deduceretur non permitteretur.*

8 *per Aggregationem loci non potest quis dici effectus Ciuis loci aggregati.*

Ista decisio est in eadem causa, de qua suprà decisio 296. part.10. recent.

DECISIO CCCLXX.

ITERVM Domini hodie dixerunt in Collegio ex fundatione Bartholomæi Papij de Ascona de anno 1580. pro alendis eiusdem Terræ Iuuenibus ordinato, solos Conciues esse admittendos priuatiuè quoad Iuuenes Ronchi, & Locarni, confirmando potissimùm in hac parte decisionem sub die 17.Martij prętериti in hac causa coram me emanatam, ea

1 videlicet ratione, † quia dum Bartholomæus fundator erat de eadem Terra Oriundus verisimiliter censetur in beneficium suorum Conciuium disposuisse, *ad text.in l.si quis ad declinandam 38. §.vbi autem, C.de Episcop.& Cleric. gloss.in cap.1. verb.Pauperes de Testam.in 6. Parisf. consf.38.num.28.lib.3. Feder.de Sen. consf.282.nu.2.*

Couarr. in cap. cum sibi num. 14. de Testam. Surd. de Aliment. tit. 1. quæst. 93. num. 13.

2 Hæc autem † Testatoris voluntas præcipuè in hac materia sequenda est, vt tradit *Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 3. per tot.* & tenuit *Rot. decis. 216. num. 1. in princ. part. 2. & decis. 112. num. 5. part. 1. recentior. Caualer. decis. 640. num. 6.*

3 prout † eandem secutus est in suis litteris erectionis Gregor. XIII. Pontifex, asserens hoc Seminarium fuisse à Papio pro conseruatione Iuuentutis Asconæ in vera Religione institutum, quod sæpiùs in iisdem litteris repetitum legitur, & loco interpretationis deseruit, cui standum est, *Bald. in l. 2. num. 1. C. de seru. manum. & cons. 259. super 1. puncto nu. 1. lib. 4. Castr. consil. 437. sub nu. 2. in fin. lib. 2. Mantic. suprà allegat. lib. 3. tit. 1. nu. 20. & 31. Simon de Prat. de intepr. vltim. vol. solut. 4. nu. 1. & seqq. & solut. 7. nu. 1. & 2. lib. 1. Rot. decis. 365. num. 2. part. 5. recent.*

4 Hanc etiam ipsa † fundatoris voluntatem S. CAROLI executoris post erectionem Collegij nominationis, videlicet, trium Puerorum de Ascona, & iussio nominandi alios tres pueros de eodem loco confirmauit, qui quidem actus statim post fundationem subsecuti plurimi ponderis sunt, & pro obseruantia attendi debent, *Soccin. Sen. cons. 6. nu. 4. & seq. Rot. decis. 39. nu. 12. part. 2. diuers. d. decis. 216. nu. 2. in fin. part. 2. & decis. 105. num. 10. part. 7. recent. Caualer. decis. 122. num. 5.*

5 Non obstat † si Communitates Ronchi, & Locarni, aliæque vicinæ ex admissione forsan aliàs gratuitò facta suos etiam Ciues admitti prætenderent, quia vltima admissio, quę dedit causam liti non est habenda in consideratione, *Gregor. XV. decis. 4. num. 2.* ibique *Addentes littera A. sub num. 19. & decis. 417. nu. 4. in recent. decis. 53. nu. 49. part. 5. Caualer. decis. 634. num. 10. & decis. 650. num. 2. Reuerendiss. Vrgellen.*
6 *decis. 23. nu. 19. & decis. 74. num. 49.* † Aliæ verò in præteritum factæ tanquam contra voluntatem fundatoris, & contra mentem Papæ erigentis Collegium suffragari non possent, ad not. per *Felin. in cap. cum accessissent num. 4. de constit. Natt. cons. 160. num. 46. lib. 1.* quos refert, & sequitur *Rot. decis. 63. num. 10. part. 5. recentior. Buratt. decis. 129. numer. 6. in fin. Coccin. decis. 203. num. 15. & decis. 66. num. 12. part. 7. recent.*

7 Et cum † tunc Communitas Ronchi esset vnita Communitati Asconæ potuit fortè tolerari dicta admissio, quæ si aliàs fuisset in Iudicium deducta exigente Iustitia permitti non debuisset, *ad text. in c. iam dudum 19. in fin. de preb. Oldrad. cons. 14. sub nu. 7. in fin. Ias. consil. 192. num. 32. circa med. lib. 2. Rota coram Gre-*
8 *gor. XV. decis. 162. num. 11.* † cum ex Aggregatione non propterea dici possint esse effecti Ciues loci aggregati, nec dicta Testamentaria dispositione iuuari, vt præter adductos in *decis. quę reuidetur §. Admittendos in fine*, tradunt *Anchar. consil. 437. num. 2. Rolan. consil. 1. num. 46. & seq. lib. 2. Dec. cons. 360. num. 7. lib. 2.*

Et ita vna tantum, &c.

R. P. D. MELTIO,

Postea Episcopo PAPIEN.

Tiburtina Castri S. Angeli.

Veneris 11. Martij 1650.

ARGVMENTVM.

Citatio, quando veram contumaciam inducat. Procurator quando dicatur effectus Dominus litis. Instrumentum ex quibus non dicatur in forma probanti. Datio in solutum potest ipso iure conuerti in veram venditionem, & quomodo. Stipulatio quando censeatur etiam facta pro hæredibus: Pactum legis commissoriæ quando possit sustineri in contractu pignoris. Promissio facta in casum molestiarum quando data, vel non data scientia inferenti molestias.

SVMMARIVM.

1 *Decendium ad appellandum currit à die habita notitiæ, etiamsi quis fuerit citatus per contradictas. & num. 2.*

2 *Citatio per contradictas non inducit veram contumaciam.*

3 *Contumacia vera non oritur ex citatione facta personaliter procuratori reuocato.*

4 *Mandatum procuræ non potest reuocari etiam parte renuente dummodo procurator sit factus Dominus litis.*
Secus è contra. num. 5.

6 *Actus reportationis regestri à procuratore factus non efficit illum Dominum litis.*

7 *Citatio ad videndum describi fructus tanquam non concernens merita causæ non inducit litis contestationem.*
Quod fortius procedit si procurator nunquam in actis comparuit. num. 8.

9 *Registrum à procuratore receptum non sufficit pro acceptatione mandati.*

10 *Contradictæ non possunt exequi si prius non fuerit præmissa citatio personalis.*
Etiamsi lis fuerit cum auctoribus citati contestata, quod fortius procedit si citatus non sit citatus tanquam hæres suorum Auctorum, sed tanquam principalis. num. 11.

12 *Instrumentum non recognitum non est in forma probanti.*
Quod procedit, & si Instrumentum sit antiquum quando dubitatio consistit in substantia, & veritate scripturæ. num. 13.

14 *Instrumentum non est in forma probanti si non probetur Notariatus Notarij.*
Item si non fuerit subscriptum à Connotario, qui coniunctim de eo se rogauit. num. 15.

16 *Datio in solutum potest ex pacto conuerti in venditionem, & cessionem proprietatis.*
Et potest in iustum pinguiorem titulum ipso iure transfundi. num. 17.

18 *Verba ex nunc prout ex tunc sunt retrotractiua, & retrotrahuntur ad eundem diem stipulationis, ac si pure stipulatio concepta fuisset. & n. 45. & 46.*
Quod procedit etiam in præiudicium tertij cui medio tempore conditione pendente fuerit ius requisitum. num. 47.

19 *Posses-*

19 *Possessor iure dominij facit fructus suos.*

20 *Reintegratio quando non concedatur contra singularem successorem.*

21 *Verbum, ipsi, est personalissimum, & restringitur tantum ad personas expressas, nec illorum hæredes comprehendit.*

22 *Hæredes, & si non sint expressè nominati, attamen veniunt quando materia est de sui natura ad illos transmissibilis.*

23 *Dictiones personales censetur potius apposita demonstratiuè, quàm taxatiuè quãdo materia de sui natura est ad hæredes transmissibilis. & nu. 24. & 26.*

25 *Pro hæredibus in dubio semper præsumitur stipulatum.*

27 *Stipulatio si ex parte unius fuit facta pro se, & hæredibus talis etiã præsumitur pro parte alterius.*

28 *Mens, & non verba contrahentium sunt attendenda ad cognoscendam realitatem, vel personalitatem pacti.*

29 *Hæredes possunt dici creditores sicuti dicebantur eorum authores cum vna, & eadem persona dicantur cum illis.*

30 *Stipulatio concepta pro hæredibus in prima parte Instrumenti censetur pariter pro hæredibus concepta in secunda quando fuit cepta cum clausulis relatiuis. & num. 31.*

32 *Pactum legis commissoriæ in contractu pignoris non substinetur. & num. 39.*

Fallit quando pignus non constituitur tempore debiti, sed longè postea, & de ratione. numer. 38. & 40.

Item fallit in contractu dationis in solutum, & venditionis. num. 33. & seqq.

34 *Verba,* dedit, & cessit, *important venditionem cum translatione dominij. & num. 35.*

37 *Venditor licitè potest in aliquibus casibus in se suscipere periculũ rei venditæ, & emptorem à damno liberare.*

41 *Pactum legis commissoriæ admittitur in pignore, quando pignus vendatur iusto pretio. & num. 43.*

42 *Vsuræ pignoris sunt prohibitæ.*

44 *Pretium iustum dicitur illud quod resultat ex fructibus ad rationem quinque pro centenario.*

48 *Verbum futurum non recipit functionem præteriti. Contra. num. 49.*

50 *Fructus pignoris medio tempore exacti in casum pacti legis commissoriæ spectant ad emptorem.*

51 *Assignatio fructuum est incompatibilis cum datione in solutum proprietatis.*

52 *Pactum pœnale non afficit hæredes, & successores notitiam de eo non habentes.*

53 *Pactum principaliter adiectum pro cautione, & securitate creditoris contrahentis potius importat modum, & conditionem qualificatiuam contractus, quàm pœnam.*

54 *Ex contractu qualificato non potest acquiri ius nisi cum ea qualitate.*

55 *Correspectiuorum vno cessante, ius ex altero acquiri non potest.*

56 *Promissio facta in casum molestiarum obligat eo ipso quod molestiæ fuerint illatæ siue datæ à sciente, siue ab ignorante, & siue pactum sit conditionale, siue pœnale.*

57 *Text. in l. 2. ff. de condit. & demonstr. declaratur. & num. 59. & 60.*

58 *Conditio dicitur casualis, vel mixta quando à potestate promissoris non pendet.*

61 *Hæres veniens contra factum defuncti incidit in illum.*

62 *Hæres contrafaciens stipulationi negatiuæ purificat conditionem.*

63 *Conditio in contractibus necesse non est, vt impleatur ex proposito.*

64 *Excessus hæredis dicitur excessus defuncti.*

65 *Restitutio in integrum denegatur hæredi contrauenienti promissioni factæ à defuncto, cui alteri fuit ius quæsitum.*

Quod verum intelligas si contraueniat agendo, nam si se defendendo ignoranter fecerint non est ei deneganda restitutio in integrum. num. 66.

Decisio ista est in eadem causa de qua suprà decisio 330. part. 11. recent.

DECISIO CCCLXXI.

NON constare de re iudicata, nec locum esse exequutioni sententiæ resolutum fuerat coram me 28. Iunij 1646. quam resolutionem, reproposita hodie causa, placuit Dominis confirmare.

Siquidem exluditur res iudicata per appellationem interpositam pro parte Serenissimi D. Ducis Parmę 24. Nouembris 1644. ex quo habuit notitiam sententiæ contra eum prolatæ,
1 † ac ab eo tempore cœpit currere decendium à lege præfixum, *gloss. in Auth. hodie, in verb. à sententia, Cod. de appellat. DD. relati per Scacc. de appellat. quæst. 12. sub num. 1. vers. primo quia, & num. 13. versic. secundus casus est, Rota decis. 734. nu. 2. part. 3. recent.* quod procedit licet
2 fuerit citatus per contradictas, † quia ex huiusmodi citatione quis non efficitur verus contumax. *Vant. de nullit. ex defect. citat. num. 91. vers. erit tamen aduertendum, Rot. decis. 2. num. 16. de dol. & contum. in nou. & decis. 22. post mat. de appell. in eisdem, & decis. 46. eodem titul. in antiq. decis. 55. sub num. 2. part. 1. diuers.* & fuit resolutum *in Volaterrana Prioratus 15. Decembris 1638. coram R. P. D. meo Bichio cum alijs valdè diffusè adductis in decisione in hac causa emanata coram me, sub dicta die 18. Iunij 1646. §. Quia citatio per contradictas.*

Nec vera contumacia prætendi potest ex citatione personaliter exequuta contra Mangellum Procuratorem generaliter constitutum ab eodem Serenissimo D. Duce.
3 † Quia mandatum procuræ per prius reuocatum fuerat, & quamuis dicatur talem reuocationem non potuisse fieri altera parte tenuente, ani-
4 maduerti debet, † quod hoc procedit quando Procurator factus est Dominus litis per illius contestationẽ, vel alios sequentes actus concernentes, merita causæ, *l. post litem, & l. si defunctus, ff. de Procur. l. Procuratoribus, C. eodem tit. cap. quamuis de Procurator. in 6. Rota penès bon. me. Buratt. decis. 440. sub nu. 2. vers. & post litis contestationem,* secus est autem in proposito casu, in quo nedum non fuerat lis cum Mangello contestata, sed nec quidquam ab eo actum

fuerat

purificatum fuerit ex molestijs illatis, à Francisco, & Hieronymo fratribus de Vrsinis, qui manu armata dictum Castrum inuaserunt anno 1538. ac eius possessionem occupauerunt, à qua deindè fuerunt eiecti in executionem sententiæ san:mem: Pauli III. declarantis quæcumque ab eis gesta fuisse iniusta, & illicita, vt constat ex depositionibus Testium, ac ex ipsa sententia respectiuè relatis in *Summ. præcedentis positionis D. Ducis Parmæ sub num. 1. & 2.* vtique apparet præcedentem contractum da-
16 tionis insolutum fructuum, † ac reddituum dicti Castri purificato stipulationis casu fuisse cõuersum in venditionem, & cessionem proprietatis, iuxtà *textum in l. ea quæ, vbi Paulus respondit pecuniam, quam vir vxori donauit ex stipulatione proposita si conditio eius extitit peti posse, quoniam ex donatione in pecuniam creditam conuersa est, &c. vbi gloss. in verb. conuersa est, Bald. & alij, ff. de donat. inter vir. & vxor.* & in hunc pinguio-
17 rem titulum † ipso iure transfusum, *text. in l. 3. §. qui fideicõmissum. ff. de hæred. instit. ac in l. fundo, & ibi gloss. in verb. intelligitur, ff. ad l. falcid. & Theoric. Bald. in l. 2. sub num. 63. vers. sed pone, C. de seruit. & aqua, Castr. cons. 345. circa bona sub num. 5. vers. per quod patet, & cons. 390. primo videndum sub nu. 1. vers. quinimò lib. 1. Rota decis. 97. num. 7. vers. & in puncto, ac sequen. confirmata decis. 108. part. 5. recentior.* talisque transfusio in plenum dominium Alphonsinæ facta intelligitur ex ipsa die 10. Maij 1504. qua initus fuit contractus cum huiusmodi cõuentione, stantibus illis verbis, *ex nunc prout ex tunc vendidit, &c. cessit, &c. transtulit, &c. & mandauit ipsis creditoribus respectiuè transferens ex nunc prout ex tunc omne dominium directum, & vtile, ac proprie-*
18 *tatem, &c.* † quæ habent vim retrotractiuam ad diem celebrati cõtractus ad illudque tempus retrahunt effectum stipulationis perindè, ac si ab initio purè illa concepta fuisset, vt respondet *I.C. in l. huiusmodi 64. vbi gloss. & DD. ff. de verbor. oblig. Gabr. cons. 69. num. 4. vers. verbum autem lib. 1. Surd. cons. 189. nu. 12. vers. stante ergo, Menoch. consil. 1111. num. 26. & sub num. 39. vers. 1. lib. 1. Mantic. de tacit. lib. 14. tit. 46. sub numer. 22. vers. ex verbis autem, & mente contrahentium, Rot. penès Pen. decis. 195. sub nu. 13. vers. tunc enim cum seqq. & decis. 685. numer. 6. vers. prædicta enim clausula,* adeò vt fructus Castri ab Alphõsina ante molestias illatas percepti computari non possint in sortem, sed ad eam spectent iure dominij in vim dationis insolutum, cuius plenioris tituli vigore cum Castrum tan-
19 quam proprium possederit, † fructus etiam suos fecit, *ad text. in l. huiusmodi, ff. de verbor. oblig. & in l. lege fundo, ff. de leg. commissor.* & comprobatur ex regula *l. fructus cum ibi notatis, C. de act. empt.* Vndè amplius locus esse non potest petitæ reintegrationi pro parte D. Ducis Braccia-
20 ni ad Castrum, † de quo agitur cum præsupposito satisfactionis crediti Alphonsinæ ex redditibus dicti Castri, *argum. l. bona fides, vers. si totius rei æquitatem cũ ibi notat. C. de acquir. possess. Oldrad. cons. 274. in causa quæ vertitur sub num. 4. versic. sed quando, & seqq. Pontanus de spol. lib. 3. num. 39. vers. in qua exceptione dominij, Menoch. de recuper. possess. remed. 15. sub num. 89. vers. contrariam itaque sententiam, &c. cum seqq. & sub nu. 479. vers. secundus est casus, ac seqq.*

Neque obstare visum fuit primum obiectũ, quod contra dictum pactum afferebatur, vt nempè illud fuerit non realiter, sed personaliter conceptum fauore DD. de Medices, & ipsius Alphonsinæ, ibi: *Casu quo ipsi de Medices, & Alphonsina molestentur*, ponderando prono-
21 men illud, *ipsi*, † quod tanquam personalissimum restringit efficaciam pacti ad personas expressas nec sinit illud ad hæredes transire, *ad text. in l. si tibi decem 18. §. si quis, & §. si pactus sim, & in l. qui in futurum 58. ff. de pact.* Nam cum versemur in materia de sui natura trans-
22 missibili ad hæredes, † censetur etiam stipulatum pro hæredibus, & successoribus, quamuis de illis aliqua expressa mentio facta non fuerit, *l. veteris, C. de contrah. & committ. stipul. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gloss. 1. nu. 1. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 1. num. 33. & seqq. Rot. decis. 682. nu. 4. par. 1. diuers. & in rec. dec. 587. n. 1. & dec. 669. nu. 1. part. 1. & decis. 369. nu. 2. cum seqq. par. 4. to. 2.*
23 Dictiones enim personales † tali casu censentur appositæ demonstratiuè potiùs, quàm taxatiuè, *ad text. in l. si pactum, ff. de prob. & in l. iurisgentium, §. pactorum, ff. de pact. & in l. si necessarias, §. de vendendo, ff. de pign. act.* ibi: *Sed, & si creditoris dumtaxat persona fuerit comprehensa etiam hæres eius iure vendet si nihil in cõtrarium actum sit,*
24 & in terminis dictionis, *ipse*, † quod non faciat actum personalem, tradit *Surd. consil. 384. num. 45. in fin. cum seqq.* vbi id comprobat per *text. in l. si pactum, ff. de probat.* qui loquitur non solum in terminis dictionis, *ipsis*, sed cum additione, *metipsis*, ibi: *Quia plerumque tam hæredibus, quam nobismet ipsis cauemus,* & in puncto aliarum taxatiuarum, quod non censeantur
25 adiectæ ad excludendos hæredes, † quibus in dubio contrahentes voluisse prospicere semper præsumitur, tradit *Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 1. nu. 36. & seqq.* latè *Ciriac. controu. for. 212. nu. 16.*
26 *& 17. & seqq.* † vbi etiam reiecta distinctione loquitur de pacto negatiuo in personam concepto, & idem firmauit *Rot. decis. 550. nu. 23. & dec. 659. n. 6. & 7. par. 4. to. 3. rec.* fortius hæc procedunt in proposito casu, in quo pactũ verius fuit affirmatiuè, quam negatiuè conceptum, cum datio in solutũ proprietatis Castri facta legatur in casu illatæ molestiæ. Et pro comprehensione hæredum in materia de sui natura ad hæredes transitoria, vltra præsumptionem iuris concurrit etiam mens contrahentium deducta ex eo, quod cum stipulatio pro parte promittentis facta fuerit pro se, & hære-
27 dibus, † & sic sit realis, talis etiam præsumi debeat ex parte stipulantis ex natura correlatiuorum, *Bald. in l. 2. num. 3. C. si aduersus transactionem, Rot. in recent. decis. 62. numer. 68. part. 5.* Tùm, & magis ponderata ratione finali propter quam pactum fuit appositum in Instrumento, videlicet pro maiori cautela, & securitate exactionis crediti, quæ sicuti habebat causam successiuam, & perpetuam quousque nedum Alphonsina, verùm etiam eius hæredes remansissent satisfacti de suo credito; ita dicen-

& seqq. Purpurat. conf.557. sub num.9. vers.praterea, & num.21. vers.primo igitur cum seqq. Mantic. de tacit.lib.11.tit.9.nu.9. Tiraq. de retract. conuent. ad fin. titul.num.124. Guidopap. decis.6. in princip. Surd.decis.259.num.12.

Nec pactum adiectum, quod eueniente casu belli, vel alterius impedimenti ex quo impediretur perceptio dd.fructuum ex facto Summi Pontificis, vel DD. Columnensium absque culpa dd.de Medices ille non cederet eorum damno, sed DD. de Vrsinis repugnat essentiæ contractus emptionis,& venditionis,
37 seu dationis insolutum, † Nam licitè potest
venditor aliquos huiusmodi casus in se suscipere, & ab eorũ periculo, seu damno emptorem releuare, iuxtà l.primam.§.si conueniat, ff.de post. Castr.conf 145. videndum est primò, &c. sub nu.3. vers.potuit tamen venditor,&c. lib.2. Decian. conf.2.num.144. vers.praterea, ac seqq. lib.1.

Præterea pactum legis commissoriæ, nec minus improbatur in pignore, quando prout
38 in proposito† casu non fuit illud conuentum
de tempore contracti debiti, sed longè postea l.Titius,& ibi Gugl.de Cun.Bart.& Bald.& Salyc. ff.de pignor.action.& l.quamuis, vbi Bart.paulò post princip.& Castr. num.1. ff. de solut. Tiraquell. de retract.conuent.in præfat.num.17. vers.nam,& licet, Couarr. variar.resolut.lib.3.cap.2.num.8. versic.tertiò hinc, cum alijs relatis per Mant.de tacit.lib.11.tit.10 nu.2.& 3. vbi assignat rationem diuersitatis, quia debitor ab initio dum pecunia eget facilè inducitur ad contrahendum arbitrio cre-
39 ditoris, vt pecuniam accipiat, † & ideò pactũ
à lege improbatur, ex quo continet asperitatem, & violentiam, l.vlt. C.de pact.pignor. quæ ratio cessat, quando pactum appositum fuit ex interuallo, quia tunc tenetur tantum debito satisfacere, nec habet necesse pro alliciendo creditore, qui sibi pecuniam mutuet consentire dationi in solutum pignoris maioris
40 æstimationis, † quam sit pecunia debita,
Corn.conf.133.num.1. lib.1. Bero.conf.36.num.6. lib. secundo.

Accedit vlterius quod pactum legis Commissoriæ admittitur etiam in pignore quotiescumque conuentum fuit, vt non soluto in certam diem debito, res pignori obligata censeatur creditori vendita pro iusto pretio,
41 quia† tunc cessat euidenter causa prohibitio-
nis, l.si fundus, §.vlt. & ibi Bart. in princip. dicit casum esse notabilẽ,& singularem, ff.de pignor. Bart.in l.quamuis num.1. & Castr.num.1. vers.sed si ageretur,ff.de solut. Bald.in l.prima nu.2. vers.secus si dicit, C.de pact. pignor. Tiraquell. de retract. conuent.ad fin.tit. num.138. & seqq. lex enim nil
42 aliud curat nisi † quod euitentur vsuræ in
venditione, vel datione insolutum rei pignoratæ mediante iusto pretio, d.l.si fundus, §. fin. ibi: Iure emptionis possideat rem iusto pretio, ff. de pignor. quod etiam procederet si conuentum esset, vt res pignori obligata censeretur vendita pro summa debita dummodo tamen appareret summam debitum æquare iustum pre-
43 tium pignoris, † quia, & in tali casu cessant
rationes læsionis, & vsurarum, propter quas reprobatur in pignore pactum huiusmodi, Abb.in cap.significante num.7. de pignor. Alex. consil.178. num.3.lib.7. Tiraquell. de retract. conuent. ad finem tituli d.num.124. vers.quin, & rationes.

Iustitia autem pretij in proposito casu visa
44 fuit satis euidens, † quia cum creditum Al-
phonsinæ fuisset calculatum in summa scutor. 25. mill. aptum erat reddere annua scuta 1250. iuxtà tradita per gloss. in auth.perpetua, verb.iusta, C. de sacros. Eccles. Iasan. in l.si fundum num.5.de leg.1. & per Rotam decis.553. num.8. coram san.me.Gregor.XV. & ita non solum æquabat, sed etiam longè excedebat valorem Castri, cuius annui firmati tantum fuerunt in annuis ducatis 480.

Neque refragatur, vt de tempore molestiarum illatarum, quod ad effectum cognoscendi iniustitiam pretij attendendum esse pretendunt informantes D. Ducis Bracciani, non autem tempus initi contractus, creditum Alphonsinæ esset valdè diminutum ex redditibus Castri medio tempore perceptis; Vndè datio insolutum ex hoc facta præsupponitur pro pretio iniusto; Quia, vt superius etiam dictum fuit fructus Castri ab Alphonsina percepti ante molestias illatas non debent computari in sortem, nam ad eam spectarunt iure dominij in vim dationis insolutum, quę cum sit cõcepta in casum molestiarum, cum clausula, ex nunc prout ex tunc, habente vim retro-
45 tractiuam ad diem contractus † habetur, ac si
ab initio pura fuisset, ad tradita per Menoch. conf.1111.num.26. & num.39. vers.1. & num.40. Lancellott.Gall.conf.32.nu.8.& seqq. dicta namqs clausula inducit perfectionem actus de præ-
46 senti, collato, † solum effectu in tempus fu-
turum, Ylen.in l.huiusmodi 64. num.3. ff.de verb. obligat, & conf.111.num.23. circa med. versic.nam quando vol.6. Felin. in cap. licet causam nu.6. paulò post initium, vers.non autem de probat. Mandos. super reg.32.quæst.30.num.7. ante med. vers.illa clausula, Negusant. de pignor. 2.part. 2.membr. num.5. Rota coram Buratt. decis.179. num.8. & ibi Adden. littera B. vbi quod dicta clausula operatur, vt actus possit sumere initium ex quocumque
47 tempore etiam in præiudicium tertij; † cui
medio tempore, ac pendente conditione fuit ius quæsitum, Modern.Peruſ. de manut. obser.20. num.7. cum seqq.

Neque vis dictæ clausulæ tollitur, ex præsupposita contraria voluntate contrahentium ex eo deducta, vt cum eueniente casu molestiarum conuenta fuerit datio insolutum pro pretio summæ in qua apparebit creditrix Alphonsina, vtique contrahentes videantur sensisse non de quantitate crediti in præteritum, scilicet de tempore contractus, sed de tempopore purificatæ conditionis per molestias illatas, ponderando verbum illud, apparebit, quod
48 tanquam futuri temporis † non recipit fun-
ctionem præteriti, Clem.1. cum ibi notat. ff.quod quisque iuris, Oldrad. conf.310. post.num.2. Rot.coram san. mem. Gregor.XV. decis.338, num.4. & 5. quia omisso, vt in sumepo Antonij Rocchi legatur verbum, apparebant, importans tempus præteritum non est incongruum, quod
49 etiam verba futuri † temporis aliquando de-
mon-

monstrent præteritum prout in terminis verbi, *apparebit*, probat *text. in l. verbum oportebit*, ibi: *Verbum oportebit tam præteritum, quam futuri tempus significat, ff. de verb. significat. & verb. erit*, probat *text. in l. verbum erit*, ibi: *Verbum erit interdum, etiam præteritum non solum futurum tempus demonstrat; ff. eodem tit.* cessare semper visa fuit omnis difficultas ex eo quia cũ sequuto molestiarum casu partes cõuenerint, vt venditio censeri debere facta purè, & absolutè vsque ab initio verba illa, *pro pretio, & nomine pretij illius summæ in qua creditrix apparebit D. Alphonsinæ*, intelligi nõ possunt de alia summa, quàm de integro credito, quod ea habebat de tempore initi contractus consistente in summa scut. 25. mill. & fructus medio tempore percepti, non alio iure intelliguntur percepti, quàm iure venditionis, quia venditor habebat penès se pretium in quo constituebatur creditum Alphonsinæ emptricis, & in simili-

50 bus terminis, † quod fructus medio tempore exacti ad emptorem spectent ex æquitate, *l. curabit, C. de act. empt.* cum venditor vsus sit pretio, firmat *Bologn. in addit. ad Ioann. de Anan. cons. 19. num. 22. vers. ex præfatis*.

Neque releuat, quod purificata conditione per molestias illatas adhuc non vacat fieri prætensa retrotractio ad diem primi contractus, cum à principio inducta fuerit certa species contractus scilicet assignationis fru-

51 ctuum † incompatibilis cum datione insolutum proprietatis. Nam assignatio fructuum, quæ resolubilis erat contingentibus molestijs quinimò, & ipsa qualificata ab eadem conditione molestiarum, eo ipso, quod molestiæ superuenerunt de medio sublata fuit, eiusque locum subingressa fuit, venditio, ac cessio proprietatis, non secus, ac si à principio purè, & absolutè illa concepta fuisset.

Obstare demum, neque visum fuit tertium principale obiectum, quo impugnabatur huiusmodi pactum, vt scilicet tanquam pœnale

52 non potuerit afficere hæredes, † & successores præfati Ioannis Iordani ex quo non probetur eos fuisse de tali pacto monitos, vel explicatam illius notitiam habuisse sine qua pœna incurri non potest; Nam præter quod illud fuit principaliter adiectum pro cautione, & securitate, ac interesse creditorum, qui non aliter contenti fuissent recipere tenues illos redditus insolutũ pro dictis creditis tantæ summæ, nisi cũ adiectione talis pacti illud visum fuit Dominis magis præseferre condi-

53 tionem, † seù modum totum ipsum contractum à sui principio qualificantem, *l. final. §. Lucius Titius, ff. de contrah. empt. & l. si fundus la 16, §. finali, ff. de pignor.* adeò vt nullum ex eo fuerit Ioanni Iordano eiusque hæredibus,

54 & successoribus ius quæsitum, † nisi cum ea qualitate fauorem D. Alphonsinæ, ac DD. de Medices respiciente, *ad text. in l. ea quæ, ff. de donat. inter vir. & vxorem, & l. si legatũ, ff. de adimend. legat. Didac. de sponsal. part. 2. cap. 3. §. 3. num. 8. vers. verùm huic obiectioni, & resolut. 2. sub num. 7. vers. secundò pactum, &c. in fin. vers. at si ea pactio lib. 3. Cancer. variar. resol. part. 3. cap. 7. sub nu. 302. vers. mihi verò cum seqq.* & bènè declarat *Duran. in eius tractat. de condit. & mod. impossibili part. 2. cap. 3. sub num. 45. vers. sed contrarium verius est, cum seqq.* ac respondit *Rot. in recentior. decis. 693. sub nu. 4. vers. in secundò verò casu, & seqq. part. 1.* & nuper *in Bononien. pecuniaria sub die 19. Ianuarij 1650 coram R. P. D. meo Verospio in §. Hinc opitulari non poterit*.

Obiecta autem pœnalitas pacti ex eo elicita, quod ius quæsitum debitori mediante cõuentione de implenda satisfactione ex fructibus sublatum fuerit per subsequens pactũ abdicatiuum dominij in casum molestiarum non fuit habita in cõsideratione, quia ius sibi satisfaciendi ex fructibus non fuit à creditoribus concessum simpliciter, sed correspectiue ad promissiones per Ioannem Iordanum, actas, & signanter ad eam quod ipsi credito-

55 res non molestarentur; † In correspectiuis autem si vnum cesset ius ex altero quæsitum dici non potest, *l. Alumna, §. fin. ff. de adimend. legat. Rot. decis. 677. num. 1. part. 1. diuersor. Mantic. decis. 257. num. 3.*

Sed tollitur in proposito casu omnis difficultas; Nam cum versemur in promissione facta per Io. Iordanũ pro se eiusque hæredibus, & successoribus, & pro molestijs ab eis, seù ab alijs quibuscumque inferendis, commissa fuit stipulatio eo ipso quod molestiæ illatæ fue-

56 rũt † siue à scientibus, siue ab ignorantibus, & tàm si dictum pactum fuerit pœnale, quàm conditionale ad textum expressum *in l. filius familias, §. in hac stipulatione*, vbi notat Doctores omnes, & præcæteris latè explicat *Donel. sub num. 5. vers. certum est enim, ff. de verbor. oblig.* & idem sensit *Ioann. Paliarens. in addit. ad consil. Federic. de Senis 122. §. ego nescio*, ibi: *Et tamen quantumcumque hæredes ignorent stipulationem pœnalem à defuncto interpositam, & propter ignorantiam non impleant, quod in stipulatione principaliter deuenit pœna committitur contra eos, quantumcumque ignorantes*.

Neque applicabilis visus fuit *text. in l. 2. ff. de*

57 *condit. & demonstr.* † Tum quia I.C. ibi loquitur de conditione potestatiua per ipsum legatarium adimplenda, vt commodum consequi debeat cui alias censeri non potest obtemperasse nisi ex proposito illam adimpleat, quod non procedit in conditionibus casualibus, & mixtis, qualis dici potius debet conditio de qua in præsenti agitur, ex quo stipulatio concepta legitur non solum in casum molestiæ inferendæ ex facto, & culpa ipsius Ioann. Iordani, ac eius hæredum, sed etiam vxoris, ac successorum quorumcumque, quorum appellatione cum veniant fideicommissarij, ac alij valentes allegare titulum independen-

58 tem à dicto promittente, † vtique factum promissoris ab eius potestate non dependebat sicque conditio casualis, aut mixta dici debet, *ad trad. per Menoch. de præsump. lib. 4. præsump. 133. nu. 6. cum seqq.* in qua proindè non viget dispo-

59 sitio dictæ legis secundæ. † In his enim solus exitus, ac existentia conditionis, non autem animus, ac propositi agentis consideratur, *l. in testamento la seconda, ff. de condit. & demonstrat. l. lega-*

i. legatum, & de condit. infert. & explicat *gloss. in d.l.2. in verb. dederit. vers. nota quod conditio, Bart. num.4. vers. quaro quid, &c. Bald. nu.1. vers. nota, Odofred. in vers. sed si relinquitur sub conditione casuali, Gofred. propè finē, vers. in eadem gloss. Alberic. sub num.2. versic. quare dic, Ioannes Imol. num.2. vers. item nota Castr. sub num.5. vers. in textu. Rota coram Duran. decis.330. num.60. vers. nec releuat, & seqq.* Tum etiam quia dispositio dictæ legis procedit in conditionibus appositis in vltimis voluntatibus, non autem in contractibus
60 in quibus non attenditur, † quo animo hæres fecerit, vt teneantur, sed quid defunctus promiserit, quæuè sit hæreditariæ stipulationis conditio, vt ea existente omninò teneatur, siue scienter, siue ignoranter fecerit, *text. est ad literam in l. cum filiusfamilias 49. §. in hac stipulatione*, ibi: *Per hæredem fieri videtur quamuis absit, & ignoret, ff. de verbor. oblig.* & ibi Doctores omnes, & signanter *Bart. in princ. Bald. nu.2.* vbi notat generaliter, quod hæres veniens
61 contra contractū defuncti † incidit in illum, *Castr. in princip. Angelus in princip. Alberic. num.9. vers. quando stipulatio cōmittitur, &c. Alex. in princ. Cuman. in princip. Iason. num.1.* vbi quod hæres ignoranter cōtrafaciens stipulationi negatiuæ
62 purificat † conditionem, quia in contractibus non est necessè impleri conditionem ex
63 proposito † licet secùs sit in vltimis voluntatibus, *per text. in d. l.2. ff. de condit. & demonstr. Zasius sub num.1. & seqq.* vbi assignat rationem diuersitatis, quia in vltimis voluntatibus exactius seruari debet voluntas Testatoris, scilicet ex proposito non tumultuariè, in contractibus autem attenditur merum factum,
64 quia † excessus hæredis imputatur, ac si esset excessus defuncti, & latè explicat *Vgo Donell. in allegat. l. cum filiusfamilias, ff. de verbor. oligat. sub d. num.5. vers. certum est enim, & nu.6. vers. ex quibus subdit hæc adeò procedere*, vt nec hæres, vel successor promissoris in integrum restitui possit, cum nulla iustitiæ, aut æquitatis ratio patiatur, vt is audiatur aduersus stipulationis conditionem commissam, & contrahentium
65 iuris alteri iam quæsiti, † quod etiam sensit *Bart. in eadem l. cum filiusfamilias sub n.1. vers. credo Dynum verum dicere, &c. Angel. sub numer.3. vers. in gloss. in verb. & ignoret, &c. Cuman. num.4. vers. tamen cōmunis sententia, &c. Alberic. sub nu.9. vers. solue vt notat Dynus, &c. Zas. sub num.7. versic. hoc dictum;* Et licet *gloss. in d. §. in hac stipulatione; verb. & ignoret*, contrarium sentire videatur, vt nempè competat ignoranti restitutio in integrum ex clausula generali, tamen id intelligendum venit quando hæres possidebat & contrauenit excipiendo, ac se defendendo,
66 at secùs est si cōtraueniat agendo, † quia tunc non datur restitutio, ex quo actor priusquam agat debet diligenter inquirere omnia, quæ sibi obstare possunt sic dictam glossam declarat *Bart. sub num.1. Cuman. nu.4. Castr. colum.1. vers. intellige, Ias. num.2. in fin. vers. capio glossam, & num.3. Imol. num.12. vers. sed in eo.* Hic autem versamur in secundò casu, quia DD. Vrsini agendo molestarunt hæredes D. Alphonsinæ, vndè nec restitutio illa competit.

Et ita vtraque parte, &c.

R. P. D. CORRADO,

Posteà S. R. E. CARDINALI.

Fesulana Beneficij, seù Oratorij.

Luna 14. Martij 1650.

ARGVMENTVM.

Instituendus non est qui præsentari non valet, & quando Iuspatronatus est hæreditarium, tunc potest primus acquirens ponere conditiones, vt præsententur nam idonei de vna, vel de alia familia cum hoc non sit Ecclesiæ præiudiciale, quod non procedit in Iurepatronatus Gentilitio, vel Conditionali. Confirmatio donationis Iurispatronatus quando debeat interuenire in ipso actu, vel possit suppleri posteà etiam mortuo donante.

SVMMARIVM.

1 *Iustitia nil consonum quam ex mutatione facti reformetur sententia.*
Facto mutato mutanda est sententia. num.1.
2 *Instituendus non est qui præsentari non potuit.*
3 *Clausula posita in vna oratione continuatiuè, & non absolutè non refertur nisi ad proximum determinabile.*
4 *Relatio non potest fieri ad præcedentia, quæ habent propriam, & specialem determinationem.*
5 *Participium quid importet, & quando resoluatur.*
Et an comprehendat præcedentia, vel ad illa referri possit. num.6.
7 *Præsentare ad Iuspatronatus quis potest semetipsum & supplicare pro sui ipsius institutione.*
8 *Verba sunt intelligenda de illis cui magis congruunt & cui probabilius adaptantur.*
9 *Verbum*, Prædictis, *est restrictiuum, & separat nominatos superius à nominatis posterius.*
10 *Obseruantia certiorem reddit interpretationem verborum.*
11 *Personæ loquentis non censetur in dispositione comprehensa.*
Fallit quando aliter ex ratione, vel verbis resultat intentio contrahentium. num.12.
13 *Donatio conditionalis, & restricta non potest producere pleniorem effectum suæ conditionis, & restrictiones.*
14 *Iuspatronatus acquisitus pro se, & suis hæredibus est hæreditarium.*
15 *Iuspatronatus hæreditarium cum Episcopi consensu potest in alios transferri.*
Etiam sub conditione, quod personæ idoneæ per aliqua familia præsententur quia non præiudicatur Ecclesiæ.
16 *Voluntas Testatoris, ac forma ab eo in Iurepatronatus præscripta non est mutanda.*
Quod procedit in Iurepatronatus gentilitio, vel aliter conditionato quod non potest fieri hæreditarium, vel simplex. num.17.
Et quid in Iurepatronatus simpliciter hæreditario. num.18.
19 *Primus acquirens Iurispatronatus hæreditarij potest de eo liberè disponere etiam ad exclusionem hæredes.*

20 *Verbum hæredes in materia de sui natura transitoria ad extraneos comprehendit etiam illos.*

21 *Iuspatronatus non efficitur gentilitium ex verbis,* pro suis hæredibus, *nisi aliundè concludenter hæc qualitas probetur, num.20.*

Fortius si à sui origine hæreditarium apparet, ibidem.

22 *Donatio confirmata à Vicario habente specificam facultatem si non illa, sed ordinaria vsus fuerit non valet.*

Contrarium, quia confirmatio censetur facta illa auctoritate quæ est legitima ad validè substinendum actum. num.22.

23 *Confirmatio actus facta ab habente specificam, & ordinariam auctoritatem si vsus fuerit verbis auctoritate ordinaria, & alias omni via, modo, iure, & forma validiori qua potest.*

Non censetur se restrinxisse ad ordinariam, sed specificam etiam comprehensisse, & num.24.

25 *Donatio Iurispatronatus potest confirmari ab Episcopo non solum de tempore donationis, sed etiam postea.*

Quod amplia etiam præmortuo donante. Dummodo res sit integra, nec agatur de præiudicio alterius nisi ipsius donantis, & hæredum, num.26.

Quando enim res non est integra, & donans pænituit tunc confirmatio facta post donationem nil valet, num.27.

Ista decisio est in eadem causa de qua suprà decis.131.

DECISIO CCCLXXII.

IVSPATRONATVS Ecclesiæ, siuè Oratorii SS. Stephani, & Margheritæ in loco de Simonte Fesulanæ Diœcesis, quod legitimè competebat Bartholomæo Ioan. de Baldinis fuit à Iacobo, & Dominico eius filijs, ac hæredibus pro duabus ex tribus partibus, in quibus Patri successerant (Episcopo approbante) translatũ titulo donationis in Io: Franciscum Caciuolum eorum ex sorore germana nepotem stipulantem pro se, ac suis hæredibus, vt apparet ex publico Instrumento celebrato anno 1594. die 20. Iunii, Ille verò post plures annos idem donauit Sebastiano q. Laurentij de Lutis stipulanti pro se, ac eius fratribus, eorumq; descendentibus masculis per lineam masculinam in infinitum, eisque deficientibus pro descendentibus masculis per lineam masculinam à Io: Maria fratre de Laurentij; Ac demum pro hæredibus vltimi defuncti; Ea lege quod presentatio Rectoris in casu vacationis fieri debeat per maiorem natu, qui alium quam ex prædictis Descendentibus, (quatenus extent) presentare non possit, Et cum expressa reseruatione iuris præsentandi sibimet ipsi donanti, deindè Francisco Mariæ, & postremo loco Leandro eius filijs donec vixerint his verbis concepta, *Reseruato iure præsentandi ad prædictum Oratorium tamen sibi primò loco Io: Francisco donatori, secundò loco Francisco Mariæ, & tertiò loco Leandro eius filijs toto tempore eorum vita, & donec, & quousque quilibet eorum naturaliter vixerit, vt supra ordine prædicto seruato. Nolens se de huiusmodi Oratorio institui, ac inuestiri, teneatur vnum ex prædictis descendentibus à Laurentio ad idem Oratorium præsentare, & eligere, &c.* prout legitur in Instrumento confecto die 15. Nouembris 1622. Vicarij Generalis Fesulani decreto post eiusdem donantis obitum confirmato die 27. Aprilis 1623. Leander autem tunc solus superstes, & reseruatarius d. iuris præsentandi illud donauit eum Episcopi consensu Antonio Fossio die 3. Augusti 1645. Quare cum nuper contigerit d. Beneficij vacatio per obitum Philippi de Lutis illius vltimi possessoris, Iste supplicauit Ordinario Fesulano pro collatione. At Bartholomæus de Lutis præsentatus ab Horatio tanquam maiore natu ex descendentibus dicti Laurentii institerit pro institutione, & duas sententias conformes obtinuit in partibus. Verùm causa in tertia instãtia ad Rotam delata primum quidem visus fuit præferendus Antonius, de cuius potiori iure constabat ex posteriori legitima donatione Leandri, quam Bartholomæi ex præcedenti Io: Francisci, quæ nec fuerat Episcopi auctoritate confirmata, sed solius Vicarii, nec viuente Leandro poterat suffragari Horatio, à quo ille fuit præsentatus, vt plenè, ac doctè deductum legitur in præcedentibus decisionibus coram R. P. D. meo Bichio sub diebus 5. Decembris 1646. & 31. Ianuarij, ac 26. Iunij 1648. iuxtà quarum tenorem sententia prolata fuit. Hodie tamen in præsenti appellationis instantia præsupposita, (concordi partium consensu) sufficienti facultate d. Vicarii, exhibitisque Instrumentis diligentiùs extractis, aliud censuerunt Domini respondendum, qui secundum propositas casuum species, ac circumstantias responsa dare solent. Ideòque nil mirum est, sed iusti-
1 tiæ maximè consonum, † quod mutato facto reformetur sententia, *l. si ex plagys, §. in cliuo, vers. respondi, &c. ff. ad leg. Aquil. l. quidam referunt, versic. & in proposito igitur, ff. de iur. codicill. Bald. cons.304. non est nouum, in princ. lib.1. & cons.52. obligatio prima facta, sub num.2. versic. pridie consului, &c. lib.3. Federic. de Sen. consil.152. quia ius incipit à facto, sub num.1. Pen. decis.152. num.15. vers. & ideò, &c.*

Siquidem constat ex verbis mox relatis eiusdem Instrumenti donationis Io: Francisci in quo reseruatum fuit ius presentandi Leandro præfati Antonij auctori, quod ille quatenus nollet pro se ipso Ordinario supplicare, tenebatur præsentare vnum ex descendentibus Laurentij de Lutis, quæ sanè qualitas cum non conueniat personæ ipsius Antonij
2 ex alia familia progeniti. † Ideò ille non potuit legitimè præsentari, vel suplicare Ordinario, nec instituendus est, *iuxt. theoric. Abb. in cap. cum in cunctis, §. inferiora, sub num.10. versic. exemplum, &c. & seq. de elect. Barbat. consil.33. sub nu.9. vers. cum ergo voluit Testator, &c. & seq. lib.2. Nicol. Bellon. cons.56. sub nu.14. versic. vlterius, &c. Rot. penès Card. Seraphin. decis.1270. sub num.1 in fin. vers. tunc etiam quod magis placet, &c. Mantic. decis.115. numer.5. vers. neque obstat, &c.*

Pen.

Rom. decis. 600. num. 2. vers. nam quando, &c. Buratt. decis. 680. sub num. 1. Duran. decis. 8. num. 3. vers. de iniustitia verb, &c. & decis. 25. num. 3. vers. debuit praeterea, &c. & in recent. decis. 15. sub nu. 1. & seq. par. 2. & decis. 474. nu. 82. vers. constat ulterius, &c. part. 4. tom. 2.

Nec obstat quod ex verba non referantur, neque afficiant personas Ioãnis Francisci donantis, ac Francisci Mariæ, & Leandri eius filiorum, sed illorum tantùm de Lutis.

Quia contrarium clarè probatur ex ipso contextu. Primò scilicet aduertendo duas esse illius Instrumenti partes. In quarum altera habetur donatio Iurispatronatus ad fauorem dd. de Lutis. In altera verò reseruatio iuris pręsentandi ad fauorem donantis, ac eius filiorum donec vixerint. Vtramque sanè perfectam, ac suis particularibus conditionibus distinctam. Nam in prima specialiter additum legitur, quod pręfati de Lutis alium pręsentare non possint, quam ex descendentibus d. Laurentij, eisque deficientibus Io: Mariæ eius fratris (quatenus extarent) sin minus alium sexagenarium sub pœna priuationis: In posteriori verò quod nolens se institui, ac inuestiri de hoc beneficio teneatur aliquē ex prædictis descendentibus Laurentij præsentare. Ideòque verba hæc nullo pacto referri possunt ad donatarios, quibus idem onus sub alia ampliori forma iam fuerat expresè iniunctum, sed ad ipsos tantùm Ioan. Francisci filios, quos continuatiuè, ac immediatè, peculiariterque respiciunt, & congrua constructione comprehendunt, itaut vnaquæque oratio proprijs adiectis verbis determi-
3 netur. † Tum quia clausula posita in vna oratione continuatiuè, & non absolutè non refertur nisi ad proximum determinabile:
4 Tum † quia non fit relatio ad præcedentia quæ propriam, & specialem habent determinationem, *l. sed, & si pratorem, §. hac clausula, vers. deindè, ff. ex quib. caus. maior. l. cohæredi, §. qui patrem, ff. de vulg. substit. l. cum vulgari, ff. de dot. prælegat. l. doli clausula, ff. de verb. obligat. Bart. in l. talis scriptura, §. fin. sub num. 3. vers. & dic aut illa clausula ponitur inter vnum capitulum, &c. vers. primo si in præcedentibus erat specialiter prouisum, &c. ff. de leg. 1. & per Bald. in l. 1. sub num. 5. vers. quia quando prima clausula, &c. & vers. sed quando clausula, &c. C. de legit. hæred. Alex. cons. 48. super extractione, sub num. 7. versic. optimè facit, &c. lib. 1. Roman. cons. 152. sub num. 3. vers. prima quia quando, &c. & versic. tertia etiam potest esse ratio, &c. Paris. consil. 39. num. 2. vers. & suadetur, &c. lib. 1. Bec. cons. 101. num. 29. vers. præterea, &c. Rota apud Pen. decis. 43. num. 23. versic. vnde, &c. cum seqq. Buratt. decis. 21. num. 9. vers. & qualibet oratio, &c. cum seqq. & in recent. decis. 473. sub nu. 12. vers. & hoc deducebant, &c. & decis. 580. sub nu. 5. vers. fuit responsum, &c. part. 4. tom. 2. & 3.*

Secundò quia dicta verba incipiunt à parti-
5 cipio: *Nolens, &c.* † quod præsefert conditionem in tempus futurum explicandam cum relatiuo substantiæ congruentis, ac restringit, & qualificat principalem orationem, cui immediatè adijcitur scilicet pręcedentem reseruationem iuris præsentandi factam fauore filiorum, vt non intelligitur promiscuè de omni persona, perindè, ac si dictum fuisset, *Reseruato tamen iure præsentandi sibi, & Francisco Mariæ, ac Leandro eius filys, itaut qui nolit, seù noluerit se ipsum institui (idest supplicare Ordinario pro institutione) teneatur vnum ex prædictis descendentibus præsentare,* iuxt. *gloss. in Clem. 1. in verb. si dignitatibus, vers. item intelligitur, &c. & ibi Imol. num. 17. vers. nota benè, &c. de prabend. & dignit. Bart. in l. 1. sub num. 34. vers. septimo principaliter videndam est de participio, &c. cum seqq. ff. de cond. & demon. Corn. cons. 167. num. 4. vers. ideò participium, &c. lib. 4. Cephal. cons. 144. num. 36. vers. illa igitur verba, &c. Surd. decis. 241. num. 4. vers. illud enim participium, &c. cum seqq. Rot. decis. 70. sub nu. 8. vers. quarto ex alijs verbis, &c. part. 2. diuers.*
6 Ideòque † alia præcedentia non comprehendunt, neque ad ea referri possunt, *iuxt. theoric. Bart. in l. fin. sub num. 1. vers. si enim illa clausula, ff. de reb. dub. Alex. d. cons. 48. sub num. 8. vers. confirmautr ex his, lib. 1. Bero. consil. 64. sub num. 33. uers. huic rationis, &c. cum seqq. lib. 2. Rot. penès san. mem. Gregor. decis. 433. num. 14. uers. cessat etiam, quod dicitur, &c.*

Tertiò, quia eadem verba duas referunt personas littera, & sensu prorsus diuersas, illius scilicet qui pręsentare, & illius qui pręsentari debet. Cum autem in sensu actiuo intelligi nequeant de his, qui ex eadem familia illorum de Lutis prouenîunt, quippè qui maior ex illis natu pro tempore ius habens pręsentandi poterat in casu vacationis ex permissione Sacrorum Canonum absque huius-
7 modi reseruatione† supplicare Ordinario pro sui ipsius institutione, *Abb. in cap. per nostras, sub num. 2. uersic. credo posse dici, &c. & num. 4. de iur. patron. Rot. decis. 599. num. 12. uersic. magis placuit alia responsio, &c. part. 4. tom. 3. & recent.* & fuit dictum in hac causa *coram R. P. D. meo Bichio 5. Decembris 1646. in §. fin. & 31. Ianuarij 1648. in §. fin.* Et quatenus id agere nolet, tenebatur omninò alium ex eadem familia præsentare iuxtà pręcedentem formam donationi inser-
8 tam, atque pręscripta: † Ac proindè in hoc sensu magis congruant, & probabilius adaptentur filijs donantis tam respectu oneris eis iniuncti pręsentandi descendentes ex Laurentio de Lutis, quod erat necessariò exprimendum, cum alias vigore generalis reseruationis pręsentare potuissent quascũque personas sibi magis acceptas. Quam respectu adimissionis ipsorum quatenus velent institui, qui sanè casus erat pariter excipiendus, nam aliàs à necessitate præsentãdi descẽdẽtes præfatos præcisis verbis imposita nõ fuissent omninò exempti. Ideò de ipsis non autem de illis intelligi debent, *ad l. 1. §. lex falcidia, ff. ad leg. falc.* & explicat *Bald. in d. l. 1. sub nu. 5. in fin. uers. item si præcedentia, &c. C. de legit. hæred. Paris. d. cons. 39. sub nu. 20. in fin. uers. nam ille uersiculus, &c. cum seqq. lib. 1. Bec. d. consil. 101. num. 78. uers. & relatio, &c. Surd. cons. 379. num. 5. uers. & relatio, &c. Pen. d. decis. 43. nu. 26. uers. quod tunc potissimũ, &c. & san. me. Greg. decis. 66. num. 8. uers. uerba illa, &c. & decis. 348. num. 2. uers. sed contrarium fuit resolu-*

tum, &c. Buratt. d.decis.21.num.11. uers.tum quia cessat,&c. cum seqq. Hancque comprobat intelligentiam verbum illud (prædictis) ibi : *Nolens se institui , &c. teneatur unum ex prædictis descendentibus à Laurentio præsentare,&c.* obseruando quod non fuit dictũ *teneatur alium ex eisdem descendentibus à Laurentio,&c.* vt cõgruum erat, si partes in vtroque sensu tam actiuo,quam passiuo de personis ex eadem familia descendentibus intendissent, *sed,*dictum fuit *nolens se institui, &c. teneatur unum ex prædictis descendenti-*

9 *bus à Laurentio præsentare, &c.* † quod quidem verbum (prædictis) est restrictiuum,& distinguit , ac separat personas suprà relatas ex familia dd.de Lutis prę̨sentandas à filijs donatoris in hac posteriori parte nominatis præsentare debentibus, *iuxt.theoric. Bart.in d. l.talis scriptura, §.final. sub num.4. uers. primo uidendum est, &c. cum seq. ff. de leg.1. Castr. cons.67. in casu præsenti,sub num.3. uers.quæ uerba,&c. lib.2. Bero. consil.132. sub num.6. vers.idem colligitur,&c. cum seq.lib.3. Rol.cons.34.num.30.& seq.lib.4. Honded. consil.72.num.24. vers.cum ratio,&c.lib.1. Rot.decis.316.num.7. versic. quæ verba , &c. part.6. & decis.110. num.22. versic.dictio enim , &c. cum seq. part.7. recent.*

Quartò, quia concurrit obseruantia eidem donationi proxima , nam cum primum post eam vacauit d. Beneficium per obitum Vincentij Ceccarelli prouisi Apostolici per resignationem anno 1631. d.Franciscus Maria filius maior Io:Francisci in cuius persona ius præsentandi vigore d. reseruationis tunc residebat,prę̨sentauit prę̨fatum Philippum nuper defunctum ex descendentibus d.Laurentij de Lutis , qui per tres sententias conformes ad-

10 missus fuit ; † Vndè certior resultat dd. verborum interpretatio , *ad l. si de interpretatione , ff.de legib. Paris.cons.50. sub num.19. vers.item hoc etiam interpretatur , &c. lib.4. Gabr. cons.196. sub num.6.vers.puto ad illos tantum pertinere,&c.lib.2. Rot. penès Card.Seraph.d.decis.1414. sub numer.1. vers.& hoc confirmatur,&c. Buratt.decis.679.nu.8. versic.addebatur prædictis,&c. & decis.680.num.6. vers.præmissis accedit,&c. & in Florentin.Iurispat. de Ricasolis 10.Martij 1603. coram bon.mem.Card. Lancellot. in princip.& §.1. & in Ianuen. Iurispat. 10.Iunij 1613. coram S.D.N. in recent. decis.499. sub num.3.vers.præterea,&c. ac decis.707.sub nu.6. vers.non obstat,&c. part.1. & decis.366. numer.21. vers.& ultimus status, &c. part.5.*

Nec turbat quod sermo generalis non soleat comprehendere personam loquẽtis, quæ

11 propria† lege non censetur obstricta, *iuxt.reg. l.inquisitio, C.de solut.*

Quia non agitur modo de persona Io:Fran-

12 cisci , vel de actu ab eo gesto ; † Nec regula obiecta procedit quando ex ratione , seù verbis ipsis apparet aliam fuisse partium intentionem, *Bart.cons.226. cauetur statuto,sub.num.1. vers. secundo quia ista dispositio,&c. lib.1. Salyc. in d. l.inquisitio, sub num.2. vers. aut de persona, &c. Curt.Iun.cons.195. num.44. uers. & ideò, &c. Menoch. præs.44.num.30. uers.declaratur quinto , &c. lib.3. Rot.decis 412.nu.5. uers.ad illud,&c. part.1. recent. & in alijs .*

Prætereà non obstat , quod Io:Franciscus non potuerit mediante huiusmodi donatione facta illis de Lutis præiudicare filijs comprehensis in pręcedenti ipsi pro se, ac suis hæredibus stipulanti per fratres de Baldinis facta cũ libera facultate præsentandi personas idoneas sibi benè visas, vt in ea legitur . Immò neque voluerit quippè , reseruando ius præsentandi filijs suis , illud idem prout anteà cõmpetebat pręseruasse censeatur .

Quoniam voluntas clarè patet ex verbis , quibus ille non reseruauit filijs simpliciter ius pręsentandi, sed sub conditione, ac restri-

13 ctione prędicta, † ideòque pleniorem producere non potest effectum, *l.si unus, §.ante omnia, ff.de pact. l.in agris,* vbi not. *DD. ff.de acquir.rer. domin. Crauett.cons.15. sub num.5. uers.posito quod eum conuenire posset, &c. & consil.739. sub num.2. uers.secundo,&c. & seq. Bec. cons.34. sub num.26. uers.præmissa, & cons.74. sub nu.7. Surd.decis.122. num.19. uers.facit,&c.& cons.402.num.5. uers.reseruatio limita, &c.*

Potestas verò ex eo probatur,quod ius hoc patronatus ex tenore d. donationis fratrum de Baldinis factæ Io:Francisco pro se , ac suis

14 hæredibus stipulanti † erat sui natura hæreditarium, *iuxt. text.in cap.1. & cap. quoniam de iur. patron. & Clem. plures, eodem tit. Calder. consil.4. eod.tit. Rot.penès Burat.dec.183.nu.1. uers.quamuis enim,&c. Duran. decis.147.nu.3. vers. quia Iuspatronatus,&c.* cum alijs latè adductis *in Pistorien. Parochial. seù Iurispatron. coram bon.mem. Merlin. 9. Februarij 1624. & 31.Martij 1628. in princip. & in Florentina Iurispatron. 14. Februarij 1639. coram eodem in §.quod autem in decisione, &c. at in Neapolitan.Iurispatron. 27. Ianuarij 1644. coram R.P.D.meo Ottbobono in §.Verum quia .* Ideòque validè potuit idem Io:Frãciscus cum Episcopi, seù Vicarij legitimam (vt præsupponitur) facultatem habentis consensu de illo dispo-

15 nere ad fauorem dd. de Lutis, † ac proprijs hæredibus onus imponere pręsentandi personas idoneas ex ea familia, quod non præiudicat Ecclesiæ , iuxtà sententiam *Archid. in dicto cap.unic. sub nu.2. uers.sed contra credo, &c. de iur. patron. in 6. Lambertin.de iur.patron. lib.1. part.2. quæst.1.artic.7. fol.mihi 113. & quæst.4. art.4. sub num.5. uers. sed bis omissis, &c. ac seq. usque in fin. fol.129. & lib.3. quæst.5. artic.3.sub num.9. uers.si uerò istæ qualitates , &c. fol.17. Didac. resolut.18. sub num.9. uersic.eadem profecto ratione, &c. lib.2. Molin.de primogen.lib.1.cap.24.num.30. uers. sexta conclusio,&c. Rot. penès Card.Seraph.d.decis.1414. num.1. uers.nec difficultas,&c. & in Fesulan. Parochial. coram Reuerendiss. D. meo Decano 15. Martij 1638. in §. nec obstat , & 24.Maij eiusdem anni in §.Vltra quod , &c. & coram bon.memor.Merlin. 4.Decembris anni prædicti in §. final. uers. quoniam cum Iuspatronatus sic hæreditarium,&c. & alij .*

Nec ideò dici potest voluntatem Testato-

16 ris alterasse , † ac formam ab eo pręscriptam mutasse contra dispositionem Sacrorum Canonum .

Etenim obiecta conclusio vera quidem , atque communis in Iurepatronatus gentilitio , vel aliter conditionato pro certo genere perso-

17 personarum, † quibus præiudicari non potest efficiendo illud hæreditarium, vel simplex, in quibus terminis benè procedunt, *Text. in cap. nos quidem, de testam. & in clem. qui contingit, de Religios. dom.* ac rationes, & auctoritates adductæ *Ferrett. in cons. 134.* in cuius casu Testator in fundatione Cappellæ disposuerat expressè, *Quod Iuspatronatus spectaret ad Menghinum eius fratrem cum hoc, quod post mortem Menghini esset illius hæredum, vsque in infinitum, vt ibi legitur sub num. 2. vers. moneor per verba Testamenti, &c.* ac aliæ ponderatæ *in dict. Pistorien. Iurispatronatus coram bon. mem. Merlino 31. Martij 1628. in §. amplius aliqui ex Dominis dicebant, &c. & per Io: Guttierez cons. 1. sub nu. 9. vers. neque obstat obiectio, &c. & infr. ad med. vers. tum quia vbicumque est certa dispositio Testatoris, &c. ante eos Rocch. de Curt. de iur. patronat. in verb. pro eo quod sub nu. 32. vers. ego autem arbitror, &c. cum seq. Lambertin. dict. lib. 3. quæst. 5. artic. 3. nu. 8. vers. vndè in hac materia, &c.*
18 *& seqq. fol. 17.* † Non est adeò recepta in hæreditario simpliciter, vt distinguit idem *Rocch. de Curt. de iur. patronat in verb. ipse, vel is à quo causam habuit, &c. sub num. 72. vers. & ideò in eo, &c. cum seqq. Add. ad Alexand. cons. 18. attentis narratis sub num. 6. vers. bene facit, &c. lib. 6. Didac. dict. resolut. 18. sub num. 9. versic. item, & illud, &c. ac num. 10. lib. 2. Molin. dict. quæst. 24. num. 30. & seq. in 6. & 7. conclusione, &c. lib. 1. P. Sanchez consil. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 91. & 92. Rot. decis. 267. num. 5. vers. quia plures, &c. & seqq. part. 6. recent.* Neque illam in ea causa Pistoriens. coram bo. mem. Merlino admisit Rota, sed fuit tantum motiuum aliquorū ex Dominis per modum dubitationis propositum, vt ibi legitur Minusque in præsenti tam coram R. P. D. meo Bichio, vt habetur in d. decisione *sub die 5. Decembris 1646. in §. cum igitur.* Quam hodie coram me.

Verùm in proposito casu omnis cessat hæsitatio. Quia dicta donatio facta Io: Francisco nullam habet conditionem insertam, seù formam præscriptam, sed purè, ac simpliciter facta fuit illi pro se, ac eius hæredibus stipulanti cum libera facultate præsentandi post mortem Donantium personas idoneas benè visas, vt in ea legitur. Quo casu cum eius persona fuerit principaliter contemplata, hæredes autem consecutiuè, & dependenter ex propria stipulatione iuxtà naturam negotij, ac subiectæ materiæ, non autem per modum grauaminis, seù conditionis, ac formæ à do-
19 natoribus adscriptæ comprehensi. † Vtique potuit tanquam primus acquirens ita disponere, ac hæredes excludere qui eo ipso titulo, quo fuerit auctoris beneficio vocati, eiusdem dispositioni parere tenentur, *iux. not. per Archid. in d. cap. vnic. sub num. 2. vers. sed contra credo, &c.* quem ibi sequuntur in hac casu *Ancharan. sub num. 3. vers. tangit etiam, &c. & Franch. sub nu. 4. vers. tertiò intellige, &c. de iur. patron. in 6.* & alijs relatis declarat idem *Ferrett. d. cons. 134. num. 12. vers. nam primus fundator, seù dator, &c.* & probant *Alex. d. consil. 18. num. 5. vers. & potuit etiam Meuius, &c. ac seq.* ibique *Adden. d. litt. B. lib. 6. Rocch. de Curt. de iur. patron. in d. verb. ipse, vel is à quo sub d. num. 72. versic. & ideò in eo qui acquisiuit pro se, & hæredibus, &c. Hieron. Gigant. consil. 52. sub num. 6. versic. dubium tamen, &c. cum seq. Rot. decis. vltim. sub num. 6. vers. non obstat de iur. patron. in antiq. & in recent. decis. 675. sub nu. 2. vers. ideò argumentum, &c. part. 1. & Modern. Roman. de re benefic. lib. 2. quæst. 11. num. 4. versic. & sanè, &c. cum seqq.*

Neque repugnat verba illa, *Et suis hæredibus, &c.*

Quia interpretantur secundum subiectam
20 materiam; † Ideòque in hac, quæ sui natura transitoria est ad extraneos (vt dictum est) illos quoque comprehendunt, vt plenè declarat *Bart. in l. Gallus, §. etiamsi parente, sub nu. 4. versic. si verò illa verba referuntur ad rem, &c. ff. de liber. & posth. Io: de Imol. cons. 21. sub num. 4. versic. vbi autem non apparet, &c. Alex. consil. 26. ponderatis his, nu. 6. vers. & cum verba, &c.* ac per tot. *lib. 5. Soccin. Iun. cons. 58. nu. 6. vers. illa enim verba, &c. lib. 2. Dec. cons. 215. visa transactione, sub num. 4. ad fin. vers. nam verbum illud, &c. & seqq. Rol. cons. 28. nu. 6. vers. idemque, &c. lib. 3. Alciat. cons. 17. sub num. 3. vers. idemque, &c. lib. 3. Gabr. conclus. lib. 6. de verb. signific. concl. 2. num. 2. versic. primo amplia, &c. Rot. decis. 329. sub nu. 4. ver-*
21 *sic. verbumque illud, &c. part. 5. recent.* † Nec ideò Iuspatronatus efficiunt gentilitiū, nisi aliundè concludenter probetur hæc qualitas (cum etiam apud illos de Baldinis à sui origine eodem hæreditario iure, vt ex ipsa donatione colligitur, reperiretur, *Rot. in d. Iannen. Iurispatronatus 23. Ianuarij 1623. coram Sanctiss. D. N. in §. non obstat etiam quod dicebatur, &c. & in dicta decis. 707. num. 8. vers. accedit, &c. cum seqq. part. 1. recent. ac in Florentina Canonicatus 14. Maij 1629. coram Eminentiss. D. meo Card. Verospio decis. 288. nu. 1. & seqq. per tot. part. 5. earundem, & in dicta Pistorien. Parochialis, seù Iurispatronatus 31. Martij 1628. in §. quo enim ad primam, &c. coram bon. mem. Merlino,* & latius *in d. Florentina Iurispatronatus 14. Februarij 1639. in §. quod autem in decisione, &c. coram eodem.* Quod magis comprobatur ex ipsa donatione Antonio licet extraneo facta per Leonardum, vt ibidem fuit obseruatum in fine.

Non obstat demum, quod dicta donatio
21 Io: Francisci nullius sit roboris; † Tum quia licet Vicarius legitimam haberet facultatem, ea tamen vsus non fuerit in confirmatione illius, sed ordinaria; Tum quia non fuit confirmata viuente ipso donante, sed post eius mortem.

Nam præter quod decretum confirmationis Vicarij censetur fuisse interpositū aucto-
22 ritate legitima, † qua posset actus validè sustineri, *cap. nisi de præbend. l. 3. ff. de test. milit. l. quoties la seconda, ff. de reb. dub. l. quoties, ff. de uerb. obligat. Bart. in quæst. 5. sub num. 2. uersic. secundo, &c. Bald. consil. 82. ex infelicitate fati, num. 2. uersic. tu dic, &c. lib. 1. Rolan. consil. 61. num. 23. uers. quinto considerandum est, &c. cum seq. lib. 3. Gratian. decis. Marcb. 51. num. 30. uersic. cum etiam, &c. Rot. penès Card. Seraphin. decis. 415. num. 2. uers. & est regula generales, &c. Buratt. decis. 113. num. 8. uers. actus enim, &c. & decis. 316. num. 5. uers. tamen præsumi debet,*

debet, &c. cum seq. & in recent. decis. 469. uers. præterea, &c. part. 2. decis. 248. sub nu. 4. uers. & propterea, cum seq. part. 5. Eliditur prorsus obiectio
23 in proposito casu, † quia ille non se restrinxit ad ordinariam auctoritatē, sed alia quacumque validiori ipsi competente vsus fuit, vt legitur in Instrumento eiusdem confirmationis 27 Aprilis 1623. ibi; *Præfatus uerò D. Vicarius Generalis, &c. Instrumentum Donationis Iuspatronatus, ac omnia, & singula in illo contenta, & expressa sua ordinaria auctoritate, & alias omnibus modo, uia, iure, causa, & forma, quibus de iure ualidioribus potuit, & potest confirmauit, & approbauit, &c.*
24 Quibus † equidem verbis manifesta patet illius voluntas vtendi quacumque facultate sibi concessa pro omnimodò illius actus robore, ac firmitate, *Felin. in cap. cum super, sub nu. 11. uers. quod autem importet, &c. de offic. delegat. & in cap. cum ex officij sub num. 31. uers. & procedit hoc absque dubio, &c. de præscr. Dec. consil. 11. quoniam iudicantium responsa num. 11. uersic. & apparet, &c. & cons. 14. pro tenui facultate, num. 3. uersic. quia uirtus d. clausulæ, &c. cū seq. Rot. decis. 329. nu. 3. uers. & pro non restrictione, &c. part. 1. & decis. 69. per tot. part. 2. diuers. sanct. mem. Gregor. decis. 204. nu. 18. uers. quod sine difficultate procedit, &c. Buratt. d. decis. 316. num. 10. uers. & quia, uel maximè, &c. cum seq. & decis. 366. num. 7. uers. secundo legitur, &c. & dec. 847. nu. 1. uers. quæ clausula, &c. & in recent. decis. 733. nu. 9. uers. nec refragatur, &c. part. 2. & decis. 643. sub num. 4. uers. quæ interpretatio, &c. part. 4. & 229. num. 9. uers. stante maximè clausula, &c. part. 5. cum alijs relatis per Modern. Roman. discept. 692. num. 64. uers. stante præsertim clausula, &c.*

Confirmatio autem non solum in ipso do-
25 nationis actu, † sed post eum valide fieri potuit, *iux. text. in c. suggestū, vbi gloss. in uerb. subsecutus, &c. & DD. de iur. patronat.* Ac etiam præ-
26 mortuo donante, † quando res est integra, (vt in hoc casu) nec agitur de preiudicio alterius, cui fuerit interea ius particulariter acquisitum, sed dumtaxat ipsius donantis, vel hæredum, qui non possunt eius facto contrauenire secundum opinionem, quam sequuta fuit *Rot. in antiq. sub tit. de Iurepatron. decis. ultim. sub num. 4. uers. alij uerò, &c. cum seq. usque ad fin. & in Pientina Iurispatronatus 23. Martij 1611. coram bo: mem: Corcino, in recent. decis. 337. num. 7. uersic. non obstat tertium, &c. part. 2. & in Tarraconen. Administrationis Cappell. 10. Decembris 1633. coram Dunan. decis. 418. sub num. 7. uers. cum eius consensu, &c. & seqq.* & prius etiam *in Interamnen. Iurispatronatus 9. eiusdem mensis coram eodem dec. 415 sub num. 4. uersic. non obstat etiam, &c.* à qua fuit
27 deindè recessum 3. Iunii 1634. † quia de tempore cōfirmationis subsecutæ res non erat integra, nam donatrix penituerat, & alteri idem Ius donauerat, vt legitur *in decis. eiusdem 463.* iuxtà distinctionem factam *coram Put. dec. 181. lib. 2. in correct.* & in hac quoque causa *coram R. P. D. meo Bichio, dicta die 5. Decembris 1646. in §. hoc procedit re integra, &c.* quæ hodie pariter Dominis placuit.

Quare fuit resolutum d. Antonium non esse instituendum, ac proindè sententiam Rotalem in hac parte reformandam. An autem Bartholomæus debeat institui particulariter discuti poterit.

R. P. D. BICHIO.

Montis Cassineñ Iurisdictionis.

Lunæ 27. Martij 1651.

ARGVMENTVM.

Confessores Monialium quando indigeant approbatione Ordinarij, & declaratur Constitutio san. mem. Gregorij XV. Monasterium quando, & ex quibus dicatur exemptum ab Ordinario latè discutitur. Ecclesia exempta à iurisdictione Episcopi, quomodo dicitur consistere territorum separatum.

SVMMARIVM.

1 *Confessarius Monialium SS. Cosmæ & Damiani Terræ Talliacotij deputatus ab Abbate Montis Cassini non indiget approbatione Ordinarij.*
2 *Declarationes Sacræ Congregationis Concilij Tridentini Rota solet reuerenter amplecti.*
3 *Confessarius Monialium subiectarum Prælatis Regularibus non eget approbatione Ordinarij.*
4 *Moniales SS. Cosmæ & Damiani Terræ Talliacotij sunt prorsus exemptæ ab Ordinario, & in totum sunt subiectæ Abbati Montis Cassini.*
5 *Iurisdictionis nomine continetur tàm ciuilis, quàm criminalis.*
6 *Dictio,* aliquid, *est uniuersalis secundum subiectam materiam, & comprehendit etiam minima.*
7 *Episcopus potest excommunicare, & interdicere suæ iurisdictionis subditos.*
8 *Subiecti iurisdictioni Episcopi debent ab eo suscipere Crisma, Oleum sanctum, Consecrationes Altarium, & Ordinationes, & similia.*
9 *Exemptio à iurisdictione Episcopi, ex quibus resultat, à num. 4. & seqq.*
10 *Pontificalia exerceri non possunt in Ecclesia quæ sit in Diœcesi, vel Diœcesi alterius Episcopi.*
11 *Ecclesia simpliciter exempta à iurisdictione Episcopi constituit territorium separatum impropriè & ad certos effectus tantum.*
12 *Ecclesia etiam si infra limites alicuius Diœcesis, quando verè, & propriè dicatur constitutiuè territorium separatum, à numeris antecedentibus.*
13 *Executio litterarum in quibus adest aliqua enunciatiua dicitur agnoscere veritatem illius enunciatiuæ.*
14 *Enunciatiuæ plures vltra centum annos, & adminiculatæ valdè influunt ad qualitatem enunciatam probandam.*
Non obstantibus enunciatiuis contrarijs, quæ ad anterius tempus referri possunt. num. 15.
16 *Translatio iurisdictionis Monasterij in alium, priuatiua iurisdictionis Ordinarij resultat à litteris sacræ Congregationis super negocijs Regularium.*
A Priuilegijs super exemptione, & illorum obseruantia. num. 17. & 18.
17 *Exemptio concessa Ecclesiæ, salua iustitia, & reuerentia*

ventiæ alicui debita, denotat in eo potestatem quasi Episcopalem.
19 Vnio denotans potestatem quasi Episcopalem in vniente.
20 Confirmatio electionis Abbatissæ, est actus iurisdictionis.
21 Indulgentias concedere, est actus Episcopalis potestatis.
22 Visitare Monasterium, est actus Ordinariæ iurisdictionis.
23 Episcopus solus potest aliqua sancire circa clausuram Monialium, etiam in Monasterijs Regularium.
24 Abbas qui Sacramentum confirmationis administrauit in aliqua, hoc non posset si Ecclesia non esset illi subiecta, & separata à Diœcesi Episcopi.
25 Episcopus solus in propria Diœcesi potest comminare censuras ab illis absoluere, & visitare Sanctissimum Sacramentum, ac alias sacras suppellectiles.
26 Monasterium exclusum ab omni iurisdictione Episcopi, dicitur propria Diœcesis Abbatis.
27 Moniales sunt subiectæ Visitationi, & correctioni Episcopi Diœcesani.
28 Confessores tàm ordinarij, quàm extraordinarij non possunt deputari, Monialibus etiam Regularibus nisi sint approbati ab Episcopo.
29 Constitutio Gregorij XV. super Confessoribus Monialium declaratur.

DECISIO CCCLXXIII.

CONFESSARIVS Monialium Monasterij SS. Cosmæ, & Damiani Terræ Tallacotij deputatus per Abbatem Montis Casini, An indigeat approbatione Ordinarii Marsicani, dubitatum hodie fuit, & negatiuè
1 responsum, † quia ità alias declarauit Sacr. Congreg. Eminentissimorum Sacri Concilij
2 Tridentini Interpretum, † cuius declarationes Rota semper solet reuerenter amplecti, vt testatur *Buratt. decis. 479. num. 2.* & fuit dictum in *Maioricen. Parochialis 13. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Celso, & in Alexandrina Canonicatus 13. Februarij proxime præteriti, coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Iustaque ex abundanti eadem declaratio ap-
3 paret, † nam Confessarios Monialium Prælatis Regularibus subiectarum, quales, vt infra dicam sunt istæ, approbatione Episcopi non egere, disponitur in Sacro Concilio Tridentino sess. 25. de Regular. cap. 11. circa fin. vers. atque alijs Monasterijs, & tradit *Azzor. instit. moral. par. 1. lib. 13. cap. 9. q. 2. vers. quæ res, Armend. in addit. ad recopillat. Nauarr. lib. 2. tit. 18. lib. 7. de relig. num. 98. Barbos. de potestat. Episcop. alleg. 25. num. 47. & in Collect. ad Concil. Trident. dicta sess. 25. de regular. cap. 10. num. 4. alique relati à Moderno Monacho Vallisumbr. de iure Abbatissar. disp. 16. qu. 2. num. 2.*

Esse autem has Moniales, ac Monasterium exemptum prorsus à potestate Episcopi Marsicani, & subiectũ iurisdictioni Abbatis Mon-
4 tis Casini, † probatur quoad primam partem ex priuilegijs Apostolicis Alexandri Tertij, Clementis Tertij, Cælestini Tertij, Honorij Tertij, & Alexandri Quarti, relatis in Summ. Abbatis num. 4. & quatuor seqq. quorum aliqua, nedum Monasterium, & Moniales, eorumque bona suscipiunt sub B. Petri, & Sedis Apostolicæ protectione, sed vltrò statuunt; Primo, quod nullus Marsorum Episcopus in hanc Ecclesiam, vel eius Moniales, & Clericos illi inseruientes, aliquid Iurisdictionis exerceat, vnde excluditur prorsùs Epi-
5 scopi Marsicani Iurisdictio † tùm ciuilis, tùm criminalis, quàm appellatione Iurisdictionis comprehendi, notant *Doctores in l. 2. ff. de iurisdict. omn. Iud.* & in puncto similis priuilegij aduertit *Maceraten. var. resolut. lib. 3. resol. 4. num. 2.*
6 ponderata præsertim dictione, *aliquid*, † quæ vniuersalis est secundum subiectam materiã, & omnem etiam minimum Iurisdictionis actum comprehendit, *Cened. post lib. pract. & can. quæst. singul. 5. num. 5. Barbos. dict. 21. num. 2. Gratian. discept. 509. num. 35. Surd. decis. 283. nu. 8. Monach. decis. Florent. 50. num. 18.* necnon proxima subsequenti prohibitione, quod nulli Episcopo fas sit Moniales, vel Clericos præfatos excommunicationis, vel interdicti vinculo
7 innodare, quod licuisset Marsicano, † si aliqualis Iurisdictio penès ipsum remansisset, *cap. cum Cappellæ 16. cap. quanto 26. de priuileg. Io. Andr. in tract. de interd. nu. 23. Cokier. de iurisd. in exempt. part. 2. qu. 41. num. 122. Gigas de pension. qu. 60. num. 1. Belencin. de charit. subsid. qu. 24. nu. 2.* & in puncto ponderauit *Rota in Rossanen. exemptionis 20. Aprilis 1640. §. quod confirmari, in fine coram Reuerendissimo Salamantino.*

Secundò, quod Chrisma, Oleum sanctum, Consecrationes Altarium, seu Basilicarum, Ordinationes Clericorum, qui ad sacros Ordines fuerint promouendi absque omni contradictione, & appellatione Moniales suscipiant à quocumque maluerint Episcopo ad
8 earum Ecclesiam ab ipsis vocato, † quæ omnia cum peti ab Episcopo Marsicano debuissent, nisi lex omnis, tàm Iurisdictionis, quàm Diœcesis ab eo abdicata esset, quia concernunt ordinem, & dignitatem Episcopalem, ac pertinent ad legem Diœcesanam, *Io. Andr. in cap. 1. num. 7. de priuileg. in 6. Brunell. de legat. conclus. 10. col. 3. Gratian. disceptat. 212. sub numer. 49. Lotther. de re benefic. lib. 1. qu. 25. sub num. 6. sanct. memor. Gregor. XV. decis. 434. num. 13. textus est in cap. veniens, §. Chrisma, de prascr. cum alijs allegat. à Moderno Carpensi controuer. forens. cap. 220. n. 119*
9 *in fin. & num. 120.* † exinde clarè dignoscitur ab vtraque lege Episcopi Marsicani Monasterium, & Moniales fuisse solutas, *Cokier. de iurisd. in exempt. par. 2. q. 45. n. 16. & par. 4. q. 11. n. 2 & 3. Barbos. de potest. Episc. alleg. 105. n. 65. Lotther. de re benef. lib. 1. q. 24. sub n. 135. vers. at non sufficit.*

Eo magis, quia non solùm fuit Monialibus cessum prædicta petere à quocumque Episcopo maluerint in propria, siue alterius Ecclesia celebrante, sed etiam ad ipsarum Monialium Ecclesiam vocato, & sic permittitur alieno Episcopo absque Marsicani consensu ad libitum Monialium Pontificalia exercere
10 in hac Ecclesia, † quod non liceret si illa esset in Diœcesi, vel de Diœcesi Episcopi Marsicani,

ni, *Aldan.in compend.canon.resolut.lib.1.tit.4.nu.3. Speculat.par.3.tit.de Cler. peregr. sub num.5. versic. licet enim, Cokier.de iurisdict.in exempt. qu.11.sub num.3. versic. sed non tamen. Barbos. in Collect. ad Concil.Trid. sess.14. de reform. cap.2. num.3. & de potest.Episc.alleg.30.num.15.*

Ex quibus corollariè sequitur, quod eadẽ Ecclesiam, & Monasterium constituat territorium separatum non impropriè, & per modum æquiparationis, & ad certos tantum ef-
12 fectus, † vt de simpliciter exempto, declarat *Rota decis.207. num.3. versic.non etiam, & num.4. par.2.diuers. decis.324.num.7.par.1.recent. Lotther. de re benefic.lib.1. qu.24.num.124. & seq. Cochier.*
12 *de iurisdict.in exempt.par.2.qu.45. num.121.* † sed verè, & propriè, quamuis sit intra limites Diœcesis Marsicanæ, *Gemin.in cap.cum Episcopus n.4 de offic.ordin.in 6. & in cap.2.num.19.de constit.eod. tit. Rota dicta decis.207.num.5.in fin. versic. seu taliter, part.2. diuers. decis.105. num. 2. inter impress. post consil. Farinac.lib.2.decis.42.num.2.& 6. decis.65. numer.3. apud Modernum de iure Abbat. tom.3. decis.635. num.2. versic.vnde, par.3.recent.decis.54. num.2.vers.adeo quòd, & num.5. coram Mart.Andr. cum alijs allegat. per Adden.ad Burattum decis.578. num.21.* & distinguendo inter exemptionem simplicem, & plenam, tradit *Lotther.dicto lib.1. qu.24.num.127.Gratian.discept.212.num.33.* Maximè, quia nusquam in supracitatis priuilegijs Monasterium enunciatur, vt solet sub alicuius Episcopi Diœcesi, quinimò tam in Epistola Cardinales Medices anno 1499. Summ. num.13. quàm in litteris derogatorijs Innocentij VIII. directis eodem anno ipsi Episcopo Marsorum Summario num.18. Monaste-
13 rium dicitur nullius Diœcesis, † quas litteras cum idem Episcopus executioni demandauerit agnouisse videtur veritatem huius enunciatiuæ, *ad textum in cap. ex ore, versic. per hoc de his quæ fiunt à maior.part.Capit. Dec.consil.206.*
14 *sub num.7.* † Cumque enunciatiuæ sint duæ, & antiquissimæ, vltra centum annos, ac adminiculentur, vt infra longæua possessione Abbatis Montis Casini valdè conducunt ad probandam qualitatem enunciatam, *Put. dec.149. num.2. lib.3. Rota inter recent. decis.91.numer.2. in fin. decis.316.num.6.par.1. decis.54.num.10. coram Mart. Andr. & in puncto decis.66.num.6. apud Mo-*
15 *dernum de iure Abbat. tom.3.* † referendo enunciatiuas contrarias, quę fortè adessent ad tempus ante priuilegia Apostolica, vt in proximis terminis respondit *Rota decis.54.numer.6. in fin. coram Mart. Andrea.*

Quæ verò ad secundam partem, videlicet subiectionem omnem Monasterij, ac Monia-
16 lium Abbati Montis Casini, † & in eum translationem potestatis quasi Episcopalis priuatiuè ad Episcopum Marsorum probatio resultat tùm ex Epistola sacræ Congregationis super negociis Regularium scripta de anno 1585. ad Abbatem Montis Casini, & data in Summario numer. 2. ibi, *Sapendo la Paternità Vostra, che da centinara d'anni in quà quel Monasterio* (scilicet Monialium Talliacotij superiùs nominatorum) *è stato sottoposto à Monte Casino, e che gli Abbati pro tempore come Ordinarij l'hanno visitato, gouernato, e corretto le Monache, & i Preti, però con la presente ordiniamo à V.P. che debba mandarui subito vn Monaco della Congregatione vostra; si come si è fatto sempre per il passato &c. ad arbitrio dell' Abbate, il qual Monaco habbia da cõfessare &c. & hauer cura così del temporale, come dello spirituale &c. e se Monsignor di Marsico, e suo Vicario desse in ciò impedimento alcuno, che non vogliamo crederlo &c. ci procuraremo il remedio conueniente.* Tùm ex ipsis supra memoratis priuilegijs Apostolicis, in quibus conceditur exemptio Monialibus, salua Montis Cassinensis debita
17 iustitia, & reuerentia; † hæc enim reseruatio denotat in Abbate Cassinensi potestatem quasi Episcopalem, cum Episcopo reuerentia huiusmodi debeatur, *Felin.in cap.cum inter, n.3. & 4. de re iudicat. Seraphin. decis.1024.numer.18. Rot.in Cathacen.prætensæ obedientiæ 25.Maij 1650. §. primo, vers. etiam admisso iure reuerentiali coram me*, & in puncto huius Monasterij, & Abbatis *decis.83. num.4. apud Comitulum.* Tùm ex eorumdem priuilegiorum bis centenaria, & ampliùs obseruantia, & actibus successiuis
18 ab Abbate gestis, † mox recensendis, vtramque legem iurisdictionis, & Diœcesis respicientibus, qui sensisse Pontifices potestatem omnem in Abbatem per eadem priuilegia transferre declarant, *Gabr.consil.66.num.24. Seraphin.decis.600.num.3.* & in proximis terminis *Ciriac.contrmicou.141.num.38. relatus à Modern.Carpensi controu. forens. cap.110. num.10. Mart. Andr. decis.54. num.16. Rota inter impressas apud Moder. Perus. de manut.decis.71.num.1.*

Constat siquidem Abbatem vsque de anno 1266. confirmasse statuta à Monialibus edita, Summario num.9. De anno 1335. vniuisse huic Monasterio Ecclesiam S. Ioannis de Camerata, Summario num.11. quod de-
19 notat subiectionem, & respectiuè potestatem Episcopalem vnientis, *Feder.de Sen. consil.111. num.8. Oldrad. consil.257. num.5. & seqq. Rota in Meleuitana Vnionis 22. Iunij 1640. coram Reuerendissimo D. meo Decano.* De anno 1537. 1541. 1588. confirmasse electiones Abbatissarum cum assertione, quod Monasterium est membrum, & grancia Sacri Monasterij Cassinensis ipsique immediatè subiectum, Summario
20 num. 12. † quæ confirmatio est actus iurisdictionis, *cap. ex frequentibus de instit. Lotther. de re benefic.lib.2.qu.18.num.27.& 28. Seraph.dec.637. num.1. Buratt.decis.578.num.8.& 9. Rota in Marsicen. Iurisdictionis 18. Februarij 1647. coram me.* Indulgentias non semel concessisse Moniali-
21 bus, † quod pariter Episcopalis potestatis est, *cap. accedentibus, de excess. Prælat. Nauarr. de Indulg.notab.31. Azor.instit.moral.par.2.lib.3.cap.55. qu.3. Barbos.de potest. Episc. allegat.88. num.27.* & denotat subiectionem Monialium cõcedenti, *Vgolin.de potest. Episc.cap.41. §.2.num.2. versic.secundo, Barbos.d.alleg.88.num.26.*

Insuper pluriès, ac pluriès incipiendo ab anno 1319. Summario num.10. & prosequẽdo vsque ad annum 1595. Summ. num.14. & duobus seqq. visitasse Monasterium, & Mo-
22 niales, † quod ab Ordinaria iurisdictione pendet, *cap.1.in fine, de censib. in 6. Barbos.de potestat.*

testat. Episc. allegat. 102. num. 4. & seq. Gratian. discept. 212. num. 36. Rota decis. 117. num. 5. apud Modernum de iure Abbat. tom. 3. Et hic aduertendũ est, quod in visitationibus huiusmodi Abbas plurimos actus exercuit, legem iurisdictionis, ac Diœcesanam concernentes; multa enim
23 sanciuit circa clausuram Monialium, † quæ soli Episcopo demandata est etiam in Monasteriis Regularium, *ex Concil. Trid. sess. 25. de regular. cap. 5. & notat Suarez de Relig. tomo 4. tract. 9. de variet. Relig. lib. 1. cap. 11. in fin. fol. 344. Barbos. de potest. Episcop. allegat. 102. num. 3. & allegat. 105. num. 31. Cokier. de iurisdict. in exemp. par. 2 qu. 45. num. 5. Piaseccius in prax. Episc. par. 2. cap. 3. art. 7. numer. 2. cum alijs relatis à Sperello decis. for. Ecclesiast. 97. num. 19.* Administrauit Sacramen-
24 tum Confirmationis, † nec administrare potuisset, si Monasterium non esset separatum à Diœcesi Episcopi, & sibi subiectum, *Emanuel quæst. Regular. tomo 1. qu. 18. art. 3. Azor. inst. mor. part. 2. lib. 3. cap. 30. qu. 4. versic. in primis, Couarr. var. resolut. lib. 1. cap. 10. num. 6. & 14. Nauarr. consil. 14. num. 2. de priuileg. Barbos. de potest. Episcop. alleg. 30. num. 4. & 15.* Comminatus fuit censuras Ecclesiasticas, aliasque pœnas pecuniarias Monialibus, & Clericis Ecclesiæ inseruientibus, eosdemque ab excommunicatione incursa absoluit. Visitauit Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, Olea sancta, Fontem sacri Baptismatis, Calices, omnemq; sacram
25 suppellectilem, † quod sanè solius Episcopi munus est in propria Diœcesi, *Barbos. de potestat. Episc. alleg. 74. sub num. 18. vbi alleg. concord. Rota in Barchinon. Iurisdictionis 4. Iulij 1646. §. 1. coram me.* Ac tandem aliquando prohibuit Monialibus, & Clericis, ne in pertinentibus ad ordinem, siue iurisdictionem Episcopalem adeant Episcopum Marsicanum, vt signanter legitur in Visitatione anni 1560. Summario num. 12.

Quapropter cum ex præmissis, quæ non fuerunt deducta in summarijssimo possessorio tempore decisionis 83. coram Comitulo, clara sit exclusio Episcopi Marsorum ab omni iurisdictione, & plena iurisdictio Abbatis
26 in hoc Monasterio, † illud propterea dicitur propria Diœcesis Abbatis, *Anchar. in cap. postulasti, num. 45. de for. compet. Gratian. discept. 212. num. 33. Rota decis. 100. sub num. 3. apud Modern. de iure Abbat. tomo 3.* facit *Cokier. de iurisdict. in exempt. parte 1. quæst. 9. numer. 7. versic. ratio est,* prout etiam deponunt testes dati in Summar. num. 16.

Et per consequens non vrget nouissima Constitutio sanct. memor. Gregorij XV. quæ incipit, *Inscrutabili*, relata per *Modernum*
27 *de iure Abbat. disput. 16. sub qu. 2.* † subijciens Moniales visitationi, & correctioni Diœce-
28 sani Episcopi, & prohibens, † ne Confessores tàm ordinarij, quàm extraordinarij ad confessiones Monialium, etiam Regularibus subiectarum audiendas, deputentur, nisi prius ab Episcopo Diœcesano idonei iudicentur,
29 & approbationem obtineant. † Quia loquitur de Episcopo Diœcesano, qualis ex prædictis non est in hoc Monasterio Episcopus Marsorum, nec militat in locis alterius iurisdictioni, omnimodè subiectis, ac territorium separatum constituentibus, vt declarauit Sacra Congregatio Concilij Interpretum, *relat. à Modern. de iure Abbatiss. d. disputat. 16. post nu. 3. versic. ad tertium, fol. 178.* & in terminis similium Decretorum Concilij Tridentini, aduertit *Grilinzon. consil. 142. numer. 21. & 22. Gratian. discept. 212. num. 33. 36. & 39. alijque relati à Modernò Carpensi controuer. forens. cap. 57. numer. 26. num. 28. & num. 31. & cap. 220. num. 112. & 113. Rota apud Modern. de iure Abbat. decis. 117. num. 3. & 4. vers. præterea tom. 3.*

Atque ita decisum, vna tantum parte informante, citato tamen pluriès Reuerendissimo Episcopo Marsorum.

R. P. D. MELTIO,

Posteà Episcopo PAPIEN.

Aquilana Iurispatronatus.

Mercurij 1. Februarij 1651.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus pluribus in eadem oratione coniunctis relictũ, quando per ius accrescendi, seù non decrescendi penès eos remaneat, quasi inter ipsos fuerit facta reciproca substitutio, & quãdo ad eorum hæredes transmittatur, acerrimè discutitur. Iuspatronatum gentilitium, seù mixtum ex quibus benè inferatur, latissimè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Vacatio beneficij, & valor illius unde benè inferatur, & iustificata remaneant.*
2 *Clericatus benè iustificatur ex litteris patentibus Ordinarij.*
3 *Iuspatronatus, ut dicatur Laicale, quid sufficiat.*
4 *Iuspatronatus accrescit compatrono superstiti quando eodem contextu omnes coniunctim fuerunt vocati ad d. Iuspatronat. & num. 6.*
5 *Ius accrescendi in iurepat. quando intret.*
7 *Iuspatronatus, quando per ius accrescendi, seù non descrescendi penès compatronos coniunctim vocatos remaneat, & quando ad hæredes transmittatur.*
8 *Hæredes conuincit verbis quasi in vnum corpus redacti, intelliguntur tacitè substituti.*
9 *Iuspatronat. mixtum scilicet gentilitium cum qualitate hæreditaria, non admittit ad præsentandum illos, in quibus deficit dicta qualitas gentilitia.*
10 *Maximè quando Iuspatronat. fuit relictum masculis cum dictione taxatiua tantum.*
11 *Et quando in defectum masculorum fuissent à Testatore vocatæ fœminæ.*
12 *Fœminæ quamuis non conseruent agnationem, dicuntur tamen de agnatione.*
13 *Iuspatronat. esse mixtum, ex quo deducatur.*
14 *Iuspatronat. relictum hæredibus masculis, intelligitur hæredibus sanguinis, non hæredibus bonorum.*
15 *Iurispatronat. non dicitur gentilitium, seù mixtum,*

ex

ex quo illud Testator reliquerit hæredibus masculis.

16 *Secus quādo cum dicta qualitate masculinitatis alia concurrerent coniectura.*

17 *Verba*, di Casa sua, *familiam, & agnationem denotant.*

18 *Maximè quando adest masculorum prælatio.*

19 *Verbum*, medesimamente, *quid importet.*

20 *in Iurepatron. prælatio passiua inducit quoque prælationem actiuam.*

21 *ex Obseruantia subsecuta, satis remanet interpretata mens Testatoris.*

22 *Præsentatus, vt institui debeat, non attenditur quis sit verus Patronus, sed quis sit in quasi possessione præsentandi.*

23 *Quasi possessio præsentandi non transfertur in hæredem quamuis suum, absque actuali apprehensione.*

24 *Quasi possessio præsentandi in Auctore, suffragatur successori pro iustificatione pertinentiæ Iurispatronatus.*

25 *Amplia procedere quando nullus ex patronis reperitur in quasi possessione præsentandi ex persona propria.*

Decisio ista est in eadem causa, de qua decisio 162. suprà hac eadem par. 11. recent. sub die 12. Iunij 1651.

DECISIO CCCLXXIV.

VACANTIBVS per obitum Stephani Fraticelli duabus Cappellaniis, vna sub Inuocatione Natiuitatis B. MARIAE Virginis sitâ in Collegiata Sancti Syluestri, & altera ad Altare maius Parrochialis Ecclesiæ S. Benedicti Aquilanæ Diœcesis de Iurepatronatus Laicorum, Catherina, & Elisabetha præsentarunt Ioannem Cassinam, qui successiuè obtinuit de dd. Cappellanijs à Sanctissimo prouideri sub narratiua præsentationis omnium Patronorum; Cæsar verò, Antonius, Baptista, Olimpia, & Elisabetha de Riuera præsentarunt Iosephum Niueram, qui, & ipse narrando quod à medietate Patronorum fuisset præsentatus aliam prouisionē Apostolicam cum derogatione alterius medietatis Patronorum impetrauit: Quare orta inter istos sic præsentatos, & prouisos controuersia coram Ordinario Aquilano super cōsequutione dd. Cappellaniarum emanauit sententia per quam fuit declaratum litteras Apostolicas ad Ioannis fauorem expeditas esse exequendas, illique adiudicandas Cappellanias, à qua appellatione interposita per Riueram, ac huius appellationis instantia mihi commissa, dubitaui: cuinam adiudicandæ essent Cappellaniæ controuersæ, & Ioanni Cassinæ eas adiudicandas esse DD. fuit responsum, eo quia eius gratia in omnibus apparet iustificata.

1 Illarum † enim vacatio per obitum Stephani Fraticelli, prout etiam valor cuiuslibet earum in 24. ducat. auri de Camera per non excessum probatur ex confessione eiusdem Riueræ venientis ex eadem vacatione, & qui in suis litteris minorem expressionem valoris fecit, *Rot. decis. 544. num. 4. part. 4. decis. 302. nu. 21. part. 7. recent.* & fuit resolutum *in Bonon. Archipresbyteratus 23. Maij 1648. coram R.P.D. meo Corrado, & in Asculana Iurispatronatus 1. Iuly præteriti coram me, sub §. Vacatio siquidem.*

2 Clericatus † satis iustificatus remanet ex literis patentibus Ordinarij, iuxtà *text. in cap. 2.* vbi *Abb. in primo notabil. de Cleric. Peregrin. & in cap. post cessionem*, ibique *DD. de probat. Card. Cavaler. decis. 483. numer. 2. & decis. 572. num. 4. Gregor. XV. decis. 78. nu. 5. Rota in Calaguritana præstimony 10. Maij 1649. coram R.P.D. meo Ottbobono §. Vacatio enim Beneficij, & in Alerien. Canonicatus 29. Aprilis 1650. coram R.P.D. meo Celso, §. primò.*

3 Patronatus, † vt sit laicalis neque controuertitur à Riuera, & hoc sufficit, quia Ordinarius non est in causa pro libertate Beneficij, sed lis est tantùm inter præsentatos super sola pertinentia, *Rot. in d. Asculana Iurispatronatus 1. Iulij 1650. coram me, §. Patronatus laicalis ad med. vers. vltra quod dum Ordinarius*, vbi plures referuntur decisiones concordantes.

Iuspatronatus autem, quod in totū spectet ad Catherinam, & Elisabetham sorores de Basilijs, quæ præsentarunt Cassinam probatur ex eo, quia Scipio Balius, qui dd. Cappellanias fundauit, reseruauit ius ad illas præsentandi Io: Francisco, Iosepho, & Ioanni Angelo eius fratribus, ac eorum hæredibus, & successoribus masculis tantum, & in eorum defectum fœminis cum onere semper præferendi in præsentatione illos de familia Testatoris vsque ad quartum gradum, qui casus deficientiæ masculorum cum deindè euenerit, eo quia tàm Ioannes Franciscus, quàm Ioseph primò vocati defecerunt sine descendentibus masculis, Ioānes autem Angelus post se reliquit solum Ioānem Baptistam masculum, à quo causam habuerunt Catherina, & Elisabetha illius sorores germanæ, ac hæredes, quæ præsentarunt Cassinam, vtique cōtrouerti non potest, quin ad has solas mulieres totum Iuspatronatus

4 pertineat; † Portiones namque Io: Francisci, & Iosephi per eorum obitus sine descendentibus masculis fuerunt per ius accrescendi, siue non decrescendi consolidatæ in persona Io: Baptistæ superstitis, & vocati ratione coniunctionis verbalis, quæ clara est, dum in eodem contextu verborum omnes vocantur ad d. Iuspatronatus coniunctim, nulla inter ipsos facta distributione pertinentiæ, quæ oculis demonstrari possit, *l. si quis ita hæres, ff. de hæred. instit. & l. stipulati de verbor. signific. Bart. in l. re coniuncti num. 13.* & ibi *Iason num. 11. ff. de leg. 3. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 10. tit. 1. num. 1*

5 *& 2. Soccin. Iun. cons. 193. num. 10. lib. 1.* † stante autem coniunctione verbali proculdubio inter coniunctos intrat ius accrescendi, *ad text. in l. si duobus, §. final. ff. de leg. 1. l. vnica, §. sin autem Cod. de caduc. tollen. Ias. in d. l. re coniuncti num. 2. de leg. 3.* & ibi *Rip. nu. 125. & 158. Corn. cons. 307. num. 9. lib. 1. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 10. tit. 3. num. 3. & seq. Rot. decis. 506. num. 1. versic. ex hac autem part. 4. diuers. & in Romana fideicommiss. de Marianis 27. Iunij 1650. in fin. coram R. P. D.*

6 *meo Rojas*; † Et licet prędictæ auctoritates loquan-

quantum in materia vltimarum voluntatum, benè tamen applicantur etiam in materia Iurispatronatus cum militet eadem ratio, & idem in terminis Iurispatronatus, firmarunt *Paris.cons.48.num.20. vers.nam cum tale Iuspatronatus, & sub num.23. vers. quia mortuus, Rocch.de Curt.in tract.de Iurepatr.in verb.ius, quaest.6.nu.10. versic.ex ista conclusione; Lambertin.eodem tractat. art.5.quaest.4.part.2.lib.1.* & dixit *Rota in Aretina Cappellania 1.Iuly 1584. coram Bubalo, Parmen. Beneficij 18. Ianuarij, & 19. Martij 1590. coram Penia, quae inter eius impressas est decis.61. sub nu.2. & per tot. & decis.75.num.3.& 17. Foroliuien. Iurispatronatus 7.Iunij 1599. coram Card. Lancellotto Iun. ac in recent. decis.217. num.18. vers. portio enim part.6.*

7 Neque obstat, † quod ius accrescendi locum non habeat, quādo portio fuit per singulos in vocatione coniunctos acquisita, ideoq; in isto casu portio Iosephi, quae ei iam acquisita fuerat non potuerit accrescere Io. Baptistę quamuis verbis coniuncto, sed ea ad Cęsarem ac alios de Riuera suos ex filia nepotes, ac hęredes transmissa fuerit; Quia obiectū locum sibi vendicare posset, quando Iuspatronatus simpliciter pluribus in eadem oratione coniunctis relictū reperiretur, tunc enim quamuis sint in vocatione coniuncti, postquam singulis pro sua portione est illud acquisitum, verùm est quod cessat ius accrescendi, at hic Iuspatronatus nedum fuit reseruatum primò vocatis, sed etiam eorum haeredibus, & successoribus masculis tantùm, ex quo sequitur, vt cum dictus Ioseph decesserit nullis superstitibus masculis, portio quae ei competebat conditionaliter, & qualificatiuè ad masculos tantùm non fuerit transmissa ad suos hęredes sed ea penès masculos superstites per ius non decrescendi remanserit, *leg. si Titio, & Meuio, §. Iulianus, ff. de leg. 2. Bald. consil. 379. lib.4.*

8 Et † regulariter coniuncti verbis quasi in vnum corpus redacti partem coniunctorum sibi hęredum quasi suam pręoccupant, *leg.1. §.his ita definitis, vers.hoc ita tam variè, C.de caduc. tollen. Rot.coram Penia d. decis.61.num.2. cum seq.*

9 Quae faciliùs procedunt † cōsiderando quod versamur in Iurepatronatus mixto, scilicet gentilitio cum qualitate hęreditaria, in quo propterea Cęsar, & alij hęredes Iosephi de familia Riuera, non autem de familia de Basilijs, de qua erat Scipio Testator admitti non possunt ad pręsentandū deficiente in eis qualitate gentilitia, *Paris.cons.48.nu.8. & seq. lib.4. Rocch.de Curt.de Iurepatr. uerb.ipse uel is, quaest.33. num.73. Rot.in recent. decis.247.num.5. part.5. decis.96.nu.18. decis.166.nu.24.part.6. & decis.208.*
10 *num.1.part.7.* † & in pręcisis terminis Iurispatronatus relicti masculis cum taxatiua tantū, *Lambertin.de Iurepatr.lib.1.par.2.art.8.quaest.2.n.1.*
11 & sic † totum Iuspatronatus hodie spectat ad pręd ictas Catherinam, & Elisabetham sorores, & haeredes Io: Baptistae vltimi masculi defuncti tanquam vocatas ab ipso fundatore in defectum masculorum; & vti habentes etiam qualitatem hęreditariam, & agnatitiam à fundatore requisitam, *Paris. cons.51.num.13. lib.1. & consil.35. in fin. lib.3. Gabriel. consil.95.*
12 *num.3.lib.1.* † Foeminae enim quamuis non conseruent agnationem dicuntur tamen de agnatione, vt per *Paris.cons.35.nu.6. & cons.27. nu.50.lib.2. Soccin.Iun. consil.94.nu.9.& 10.lib.1. Lotther.de re benef. lib.2.q.11. n.82. cum duob.seqq.*

13 Mixtura verò † huius Iurispatronatus qualitatis gentilitiae cum haereditaria probatur primò ex dispositione fundatoris, qui non reseruauit ius praesentandi fratribus eorumque haeredibus, & successoribus simpliciter, sed cum qualitate masculinitatis, ibi: *Masculis tantum*, ex vocatione quippè masculina tacita resultat agnationis contemplatio, ad tradita per *Surd. consil.344.num.18. Fusar. consil.24.num.43. & de substit. quaest.499.num.1. Mantic. de coniect. vltim.volunt. lib.7.tit.5. sub num.15. Thesaur. decis.96.num.19. Rot. decis.14.num.2. part.1. recent. & in Romana fideicommissi de Zephiris 8. Februarij 1647. §.huic annectitur, in Caesaraugustana beneficij de Linares 10.Februarij 1645. coram R. P. D. meo Bicho, §. sed protestante Aduersario,* † & qua-
14 litas masculinitatis adiecta verbo haeres facit intelligi de haeredibus sanguinis, non de haerede bonorum, *Alex. consil.105.numer.2. lib.1. Ruin.consil.122.num.2.& 5. versic.non obstat lib.1. Paris.cons.55.nu.9.volum.2. Gabr. de verb.signific. conclus.3.num.1. Rot.in recentior.decis.290. num.5.*
15 *part.4.* † Et quando haec sola qualitas masculinitatis non sufficeret pro reddendo Iuspatronatus huiusmodi de haereditario gentilitium, vel mixtum, vt respondit etiam *Rot.in Ianuen. Iurispatronatus 23. Ianuarij 1612. coram S.D.N. relata in Piscien.Beneficij 7.Nouemb.1629. coram bon.mem.Vbaldo, & in Fauentina Iurispatronatus 16.Maij 1636. coram bon. mem. Pirouano, in recent. decis.275.num.6. & decis.307.nu.9. part.7.*
16 negari † tamen non potest, quin iuncta cum alijs multum conferat ad inducendam qualitatem gentilitiam.

17 Quae clariùs etiam elicitur † ex subsequentibus illis verbis: *Che l'altra Cappella sia medesimamente Iuspatronato di Casa sua*, ponendo maximè verba illa: *di Casa sua*, quae familiam, & agnationem denotant, *l. pronunciatio, §.praelatio familiae, ff.de verbor.signific.& l.1.in fin.princ. ff.ad Sill. Ancharan. cons.152.num.4. Alexan. con-*
18 *sil.213.numer.3. volum.6.* † praesertim quando prout hic, adest masculorum praelatio, *Corn. cons.55.num.5. volum.1. Mantic. de coniect. vltim volunt. lib.8.tit.12.nu.17. Rot.in recent. decis.290. num.3. & 5. part.4.& decis.217.nu.1.& 2. part.6.*
19 *Gregor.XV.decis.464. num.4.* † nec non ponderando aliud verbum, *medesimamente*, quod benè demonstrat disponētem habuisse eamdem intentionem in praecedentibus.

20 Considerarunt etiam † DD. quod fundator expressè disposuit, vt in Iurepatronatus passiuo praeferendi essent illi de familia de Basilijs vsque ad quartum gradum, ergo dicendum est, quod etiam in actiuo, dum vocauit masculos tantum, & in eorum defectum foeminas intelligere voluit de masculis, & foeminis eius propriae, & non alienae familiae, ad firmata per *Rot. decis.49.numer.19. & 20. part.4. tom.2. recentior.*

Con-

21 Confirmantur prædicta † ex subsequnta observantia, nam defunctis Iosepho, & Ioan. Angelo de Basiliis superstite tantùm Io: Baptista dicto Io: Angeli filio dum vacauit vna ex dictis Cappellanijs per dictum Basilium erecti de anno 1625. scilicet illa sub Inuocatione B. MARIAE Virginis in Collegiata S. MARIAE de Tempera, solus Io: Baptista præsentauit coram Ordinario, & dicta præsentatio suum habuit effectū cum declaratione, quod Iuspatronatus spectabat ad dict. Io: Baptistam. *Summar. Ioannis Cassinæ num.* 10. ex qua obseruātia nedum satis remanet interpretata mens fundatoris, *Rota in recent. decis.* 185. *nu.* 2. *part.* 5. *Buratt. decis.* 647. *nu.* 12. & 18. & fuit firmatum *in Cremonen. Præposituræ 23. Maij 1644. vers. accedit etiam obseruantia, coram R. P. D. meo Corrado*,

22 sed † vlterius resultat quasi possessio præseruandi ad fauorem Io: Baptistæ, à quo cum causa habeant Catherina, & Elisabetha, quæ præsentarunt Cassinam, hoc sufficit, vt narratiua præsentationis omnium Patronorum iustificata dicatur, siquidem adhunc effectum non attenditur quis sit verus Patronus, sed quis sit in dicta quasi possessione præsentandi, cum Papa censeatur intellexisse Patronis in ea existentibus, vt responsum fuit in *Clusina beneficij 5. Iulij 1649. coram R. P. D. meo Bichio*, §. *Quo minus in hoc iudicio*.

23 Nec releuat † si dicatur quod constet de quasi possessione Catherinæ, & Elisabethæ, quæ alias nunquā præsentarunt, ac illis suffragari non possit quasi possessio Io: Baptistæ earum auctoris, ex quo illa non transfertur in hæredem quamuis suum absque actuali appræhensione, ad tradita per DD. *in l. cum hære-*

24 *des. ff. de acquir. possess.* † Nam quidquid sit an dicta quasi possessio continuetur in hæredem quoad factum certum est, quoad effectum scilicet pro iustificatione pertinentiæ Iurispatronatus ad fauorē successoris quasi possessionem præsentandi sui auctoris suffragari etiam si actualiter apprehensa illa non fuerit, ita firmauit *Rot. in Gerunden. Beneficij* 11. *Martij* 1648. *coram R. P. D. meo Celso*, & *in Asculana Iurispatronatus* 1. *Iulij præteriti coram me sub* §. *Non obstat*

25 *quod in possessione*, vbi etiam ponderatum fuit id faciliùs procedere, quando prout hic nullus ex modernis Patronis reperitur in quasi possessione præsentandi ex persona propria, nam tunc quilibet iuuari potest ex possessione sui auctoris, ac indè probatur pertinentia Patronalis, quamuis possessio in hæredem non transierit.

Et ita informante tantùm Cassina resolutum fuit.

R. P. D. CORRADO,
Posteà S. R. E. CARDINALI.

Neapolitana Matrimonij.

Lunæ 10. Martij 1651.

ARGVMENTVM.

Matrimonium probatur per duos Testes licet non rogatos deponētes illud coram Parocho celebratum fuisse, cum ad illius validitatem sufficiat sola Parochi præsentia moralis, & nō physica, quod procedit, & si fuerint ommissæ denunciationes.

SVMMARIVM.

1 *Validitas sententiæ iustificatur ex ipso processu.*
2 *Matrimonium contractum coram Parocho nullo interueniente canonico impedimento validum est.*
3 *Matrimoniū probatur per duos Testes legitimè examinatos, & matrimonio interuentos.*
Amplia etiam si non fuerint rogati. num. 4.
Amplia etiam si non concordent in formalitate verborum, sed tantum in substantia. num. 5.
Quod fortius erit si præcessissent sponsalia, & postea subsecuta fuerit coniugum cohabitatio. nu. 6.
7 *Matrimonij validitas ex sola præsentia morali, & nō physica Parochi.*
8 *Consensus Parochi non requiritur in matrimonio, sed tantum Coniugum.*
9 *Parochi præsentia adhibetur in matrimonio, vt innotescet Ecclesiæ consensus Coniugum.*
10 *Denunciationes non sunt adeo substantiales, vt earum ommissio reddat irritum matrimonium.*
Denunciationes ommittens absque licentia Ordinarij peccat mortaliter. num. 10.

Decisiones duæ in hac causa nempè sub diebus 11. Martij, & 1. Iulij 1650. coram Reuerendiss. P. D. Rojas sunt inter eius impress. decis. 333. & 339.

DECISIO CCCLXXV.

SENTENTIAM Rotalem pro validitate matrimonij inter D. Ioannam Mariam de Xart, & D. Michaelem Vaex Ducem de Casamassima contracti à R. P. D. meo Rojas prolatam Censuerunt hodie Domini in appellationis instantia mihi commissa esse confirmandam.

Nam illius validitas iustificatur ex ipso
1 processu, † in quo fuerunt seruata seruanda, *iuxt. decis. Verall.* 262. *part.* 2. & penès *san. mem. Gregor. decis.* 218. *num.* 1. *versic. Quia de validitate, &c. Buratt. decis.* 812. *num.* 1. *vers. de Validitate namque, &c.* ac *in recent. decis.* 708. *nu.* 1. *vers. Constabat enim, &c. part.* 1. & *in Vlixbonen. Matrimonij 19. Nouembris 1625. coram bon. mem. Pirouano decis.* 725. *vers. Illa namque valida est, &c. part.* 4. *to.* 2. Iustitia verò probatur ex deductis in præcedenti decisione coram R. P. D. meo Rojas sub die 1. Iulij 1650. quæ visa fuerunt hactenus inconcussa.

Con-

Constat enim ex depositionibus duorũ testium legitimè examinatorũ prefatos Coniuges die 10. Febr. 1648. in Ecclesia Parochiali conuenisse, ibique coram Parocho illos benè audiente, atque intelligente mutuo consensu per verba de presenti vnanimiter expresso matrimonium contraxisse† (quod nullo interueniente canonico impedimento) validum vtique fuit, *c. sufficit 27. quaest. 2. c. cum apud, c. tua de sponsal. & matrim. Card. in Clem. vnic. sub num. 16. vers. si dico, &c. de consang. & affinit. Didac. super tit. de spons. part. 2. cap. 4. §. 1. sub num. 4. vers. sin autem, &c.* & in puncto respondit *Nauarr. consil. 20. sub eod. tit. de sponsal. secundæ impress. Lugdun.* latè *Rebell. de obligat. instit. part. 2. de contr. in gener. lib. 2. q. 4. sect. 2. per tot. Rot. penès Buratt. decis. 713. per tot. & decis. 893. per tot. ac in recent. decis. 74. num. 2. vers. quibus non obstantibus, & seqq. per tot. part. 4. & decis. 127. num. 6. versic. quia cum adhuc effectum, &c. & seqq. part. 7. & in Vlixbonen. Matrimonij 2. Maij* 1616. *coram bon. mem. Pirouano in §. Ideo cum verba, &c.*

3 Et concordibus † prædictorum testimonijs ritè receptis rectè probatur, *ad l. vbi numerus, ff. de testib. c. in omni negotio eod. tit. Rot. penès Card. Seraph. decis. 1099. nu. 2. vers. de matrimonio autem non potest dubitari, &c. Card. Mant. decis. 372. nu. 1. versic. & quidem, &c. cum seqq. Buratt. decis. 192. num. 1. versic. qui etiam, &c. & decis. 530. numer. 1. vers. certum est autem, &c. & d. decis. 713. num. 7. vers. & ideò sufficiunt testes, &c. & in rec. decis. 374. sub num. 6. versic. nam fuit responsum, &c. part. 3.*

4 Licet † ad eum actũ specialiter vocati, atque rogati non fuissent, *P. Ledesm. de matrim. quaest. 45 art. 5. in 4. dubio, vers. ex dictis sequitur, &c. fol. mihi 203. Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 39. sub nu. 7. vers. & quidem, &c. ac num. 10. versic. hinc infertur, &c. cum seqq.* & alios refert *Gutierez de matrim. cap. 69. sub nu. 13. vers. vbi secus esse dicit, &c.*

5 Neque † concordarent in formalitate verborum, sed tantùm in substantia, *Rot. decis. 430. sub numer. 2. versic. difficultas, &c. cum seq. part. 1. & decis. 273. nu. 15. vers. non obstat quod testes, &c. part. 4. diuers. & penès Card. Mant. d. decis. 372. sub nu. 15. vers. fuit responsum, &c. Buratt. d. decis. 713.*

6 *num. 9. vers. non obstat quod testes, &c.* † Eoque magis cũ ex præcedentibus inter eos sponsalibus, & cohabitatione post contractum matrimonium nonnullos menses subsecuta illorum matura, & liberata voluntas comprobetur, *iuxt. not. per Card. in d. Clem. vnic. sub d. nu. 16. in fin. vers. vbi conclude, &c. de consangu. & affinit. Didac. in d. cap. 4. §. 1. sub num. 4. vers. vel quando præcessisset tractatus, &c. Natt. cons. 249. sub nu. 2. vers. præterea dicitur, &c. & seqq. Rot. penès Card. Mantic. d. decis. 372. sub num. 19. vers. quæ probatio, &c. cum seq. & Buratt. dict. decis. 530. num. 8. versic. tertio fuit, &c. cum seq. & decis. 713. num. 2. vers. tamen prædicta opinio, &c. cũ seq. & d. dec. 74. sub num. 2. vers. idque efficaciter probatur, &c. cum seq. part. 4. & decis. 264. num. 12. vers. quinimò, &c. part. 5. recent. & in Toletana Matrimonij 24. Nouembris 1608. coram bon. mem. Card. Sacrato versic. quod præcesserit tractatus, &c.*

Neque obstat, quod illi proprium consensum; ac voluntatem vltrò explicauerint nulla præmissa Parochi interrogatione.

Quia necessaria non erat ad validitatem d. matrimonii huiusmodi Parochi interrogatio, sed fuit sufficiens prædicta illius præsen-

7 tia, † non solum physica, sed moralis pro solemnitate præscripta ad euitandum clandestinitatis vitium, vt respondit ex sentẽtia S. Congregationis *Rot. penès Card. Seraph. d. decis. 1099. sub num. 5. versic. nec obstat quod non fuerint prolata verba matrimonialia à Parocho, &c. ac Buratt. dict. decis. 713. num. 10. vers. & S. Concilium, &c.* vbi *Add. referuntur concordantes,* & latè probat *Sanchez de matrim. lib. 3. disput. 38. num. 4. vers. prima conclusio, &c. cum seq.* vt rationes adducit, & cõtrarijs benè respondet *Guttier. de matrim. dict. cap. 69. sub num. 3. vers. neque obstat, &c.* vbi refert resolutionem ipsius S. Congregationis, *& Pont. in simil. tractat. lib. 5. cap. 20. sub num. 2. vers. circa quam decreti partem, &c. & num. 3. versic. secundo, &c. cum alijs relatis per Bonacin. de Sacrament. Matrimon. quaest. 2. punct. 8. sub numer. 39. vers. quæro secundo, &c.*

Nec proindè refert quod idem Parochus non præbuerit assensum suum, d. contractui, sed intermisso S. Missæ Officio ab Altari recesserit.

Quia non requiritur eius consensus, sed

8 illorum tantùm, † de quorum agitur coniun-

9 ctione, *d. c. cum apud de sponsal. et matrim.* † Præsentiæ autem illius solemnitas adhibetur, vt præstitus ab ipsis contrahentibus innotescat Ecclesiæ, *iuxt. text. in l. coram Titio*, ibi: *Coram Titio aliquid facere iussus non videtur præsente eo fecisse nisi is intelligat, etc. scire autem non etiam velle is debet, nam et inuito eo rectè fit, quod iussum est, etc. ff. de verb. signific.* & ita fuisse responsum à Sac. Congregatione refert *bon. mem. Card. Bellarm. ad S. Concil. sess. 24. de reform. matrim. cap. 1. in declarationibus col. 5. in fin. vers. item non est de substantia matrimonij, etc. fol. mihi 342. quam secuta fuit, Rot. penès Card. Seraphin. d. decis. 1099. sub d. nu. 5. vers. non obstat quod non fuerint prolata verba, &c. ad fin. vers. quæ voluit, &c. ac Buratt. d. decis. 893. nu. 6. vers. quia fuit responsum, etc. et in alia Vlixbonen. Matrimonij 16. Nouembris 1622. coram bo. me. Manzanedo, in recent. decis. 431. num. 3. versic. quod procedit, etc. ubi Add. à nu. 13. et seqq.* referuntur concordantes, *et sub die 19. Nouembris 1625. coram bon. mem. Pirouano decis. 725. sub num. 15. versic. quin data etiam nolluntate Parochi, etc. part. 4. tom. 2. et 3. ac in Granaten. Matrimonij 28. Aprilis 1636. coram Eminentissimo D. meo Verospio decis. 124. sub nu. 16. vers. demum, etc. cum seq. part. 7. earundem.* Idemque probauit in his terminis *Nauarr. d. cons. 20. sub tit. de sponsal. P. Ledesm. de matrim. d. quaest. 45. not. 5. in 2. dub. vers. maior autem difficultas est, &c. & versic. in qua re, &c. fol. mihi 200. et seq. et in 4. dubio fol. mihi 202. vers. ex his declarationibus, etc. Sanchez de matrim. lib. 3. dict. disput. 39. num. 9. versic. cæterum dicendum est, &c. Pont. de matrim. lib. 5. cap. 21. sub num. 12. vers. sed quid dicendum, etc. et alijs relatis Guttier. d. cap. 69. sub num. 3. in fin.* vbi refert resolutiones dictæ S. Congregationis, *& num. 10. vers. tertio observandum est, etc. cum seq. Germon. de indult. in §. Tibi quod vixeris sub n. 73. vers. & licet matrimoniũ, &c.*

Rebell.lib.2.quæst.7.sect.2. versic. verum non videtur, &c. & quæst.8. sub num.3. versic.porrò qualiter Parochus, &c. cum seq. & alios refert *Ricc.in prax. for. Ecclesi.to.1.resol.224.n.3. vers.& sufficiunt, &c.*

Minùs obstat defectus denunciationum ad præscriptum *S. Concil. Trid. sess.24. de reformat. matrim. cap.1.*

Quoniam illæ quidem seruari debent, sed non sunt adeo substantiales ad validitatem
10 matrimonii,† vt ob earum omissionem irritum sit iudicandum, licet eas absque Ordinarij licentia omittentes grauiter peccent, *Nauarr.in manual. cap.22. sub num.7. versic.tertio aduertendum, &c. Didac.super tit.de spons. d.part.2. cap.6. sub num.6. ad fin. versic.contrahit enim, &c.* quam sententiam per Sac.Congregationem approbatam, refert idem *Card. Bellarm. in loco supracitat. in princip. vers.si omittantur denunciationes, &c. fol.mihi 340. & Guttier. d.cap.69. num.4. vers. de Parocho autem, &c.* eamque secuta fuit *Rot.apud Card.Seraph. d.decis.1099.nu.4. vers.non obstat quod non fuerint facta denunciationes, &c. Buratt. d.decis.530.num.15. vers.respectu denunciationum, &c. & d.decis.803.num.7. vers.cuius contrarium, &c.ac in recent.decis.71.sub nu.11. vers.quia fuit responsum, &c. part.1. & decis.390. sub nu.5. versic.quibus non obstat, &c. ac decis.431. num.11. versic. minus non obstat defectus, cum seqq. part.4. tom.2. & decis.493. num.16. vers. vltra quod, &c. part.5. & in Bononien. fideicommiss.Bartholomæi de Bologninis 12.Maij 1645.coram Reuerendiss. D.meo Terracinen.in §.Nec quidquam, &c.Honded.cons.72 num.22. vers.imò quia, &c. cum seqq. lib.2. Rebell. d. quæst.7. sect.2. sub princip. vers. si tamen secundo, &c.* cum aliis relatis per *Bonacin. de Sacrament.Matrim.d.quæst.2.punct.6. sub nu.6. vers.Matrimonium clandestinum, &c.*

Atque ita, &c. Alterum tantùm, &c.

R. P. D. M E L T I O,
Posteà Episcopo PAPIEN.

Ampurieñ, & Ciuitateñ deputationis Vicarij.

Lunæ 13.Maij 1651.

A R G V M E N T V M.

Declaratoria est publicanda aduersus contumacem in committendo licet antea oblationem verbalem de parendo præstiterit, nec est denuo intimandum mandatum, nec seruandi quatuor termini ad docendũ se paruisse, quia non est noua declaratoria, sed eadem cum prima, cuius effectus fuerunt suspensi per oblationem verbalem.

S V M M A R I V M.

1 *Oblatio verbalis quando pro paritione sufficiat.*
2 *Contumax est ille qui contrauenit præcepto.*
3 *Declaratoria est publicanda aduersus postea contrauenientem licet antea per oblationem verbalem paruerit.*
Quia patientia non solum est præstanda de præterito, sed etiam de futuro. num.4.
5 *Mandatum de manutenendo habet tractum successiuum, successiuam ideòque requirit paritionem, nec semel paruisse sufficit.*
6 *Declaratoria eo fortius contra contumacem est publicanda quando ex oblatione verbali de parendo ab eodem facta apparet fuisse animo eludendi, & declaratoriam declinandi.*
7 *Declaratoria quando possit publicari absque noua intimatione mandati, & noua seruatione terminorum ad docendum se paruisse.*
8 *Declaratoria fertur absque seruatione terminorum ad docendum se paruisse quando contumacia est in committendo.*
Termini ad docendum se paruisse seruari solent ad expectandam paritionem. num.8.
9 *Prohibitio facta Canonicis tàm afficit eos vti singulos, quàm Clerum, & sic vti vniuersos.*
10 *Exclusus ab vno gradu vocationis censetur exclusus ab alijs quoque gradibus in quibus eadem res cõtinetur.*
11 *Prohibitio neque directè, neque indirectè est contrauenienda quando eadem militat ratio, & idem sequitur effectus. & num.12.*
13 *Publicatio declaratoria incursa ob contumaciam in committendo effugitur præuia reuocatione actus in committendo commissi.*

Decisio quæ hic allegatur in præsenti decisione sub die 20. Octobris 1649. coram eodem Reuerendiss. D. Papieñ est impress. suprà decis.349. part.9. recent. tom.2.

D E C I S I O CCCLXXVI.

RESOLVTVM fuit coram me sub die 20. Octobris 1649. Capitulum, & Canonicos Ecclesiæ Collegiatæ Villæ de Tempio
1 per † solam oblationem verbalem ab illis factam sufficienter paruisse mandato de manutenendo à Rota cõcesso Capitulo Ampurieñ in quasi possessione deputandi Vicarium Capitularem pro vtraquè Diœcesi Ampurieñ & Ciuitateñ, eo quia cum tale mandatum nullum præceptum positiuum contineret, quod ad sui implementum actum pariter positiuum requireret, sed tantum præceptum prohibitiuum, & negatiuum oblatio de parendo in tali casu habetur pro ipsamet paritione. Verùm quia postmodum euenit casus vocationis sedis per mortem Episcopi sequutam de mense Octobris anni præteriti 1650. & Canonici dictæ Collegiatæ insimul congregati cum Clero Ciuitateñ deputauerunt in Vicarium Capitularem pro illius Diœcesi Matthæum Gulielmum Rectorem Ecclesiæ Parochialis Villæ de Bordigiada, vt probant Testes formiter examinati, cum quibus concordat alij Testes examinati ad perpetuam rei memoriam, qui Vicarius sic electus exercuit, ac de præsenti exercet iurisdictionem, prout deponunt ijdem Testes, & etiam constat ex deputatione Fiscalis Mensæ Capitularis facta ab eodem Vicario, *Summ.Capituli Ampurieñ num.3.* necnon ex licentia quæstuandi per eumdem concessa Mauro de Mezza, dicto

Sum-

Summar.num.4. reclamantibus de his omnibus Capitulo, & Canonicis Ampurieñ fuit dubitatum an recedendum esset à decisis, itaut interdictum,& declaratoria alias intimata dictis Canonicis Collegiatæ de Tempio nunc contra eos tanquam in parendo contumaces veniret publicanda, & DD. affirmatiuè responderunt.

Contumacia siquidem imó expressa eorum contradictio manifestè hodie detegitur
2 ex electione dicti Vicarij, † quæ cum sit de directo contraria mandato Rotali in quo præcipitur Capitulum Ampurieñ conseruandum esse in sua quasi possessione deputandi Vicarium Capitularem pro vtraque Dioecesi vtiquè apertam,& manifestam illius contrauentionem præsefert, *Buratt.decis.748.nu.3.dec.825.num.2. decis.916.num.1. Rota decis.121.nu.6. inter impress. apud Modern. de manut.* & ob dictam
3 contrauentionem† declaratoria alias intimata debet habere suum effectum non suffragante paritione deducta ex oblatione verbaliter facta antequam sedes vacaret, quia in ea non potest dici mandatum effectuatum,neque de-
4 claratoria consumpta † ex quo patientia non solum præstanda erat de præterito, sed etiam de futuro, *Put.decis.326.in fin.lib.1.in correct.Rot. in recent.decis.1.num.21.part.7.*& mandatum de manutenendo quia habet tractũ successiuum,
5 successiua † pariter, & continuata esse debet illius paritio, adeò vt non sufficiat semel paruisse, *l.si pro parte,vers.verum autem,ff.de in rem.vers.gloss. in cap. duo sunt, verb. videbatur 96.dist. Abb.in cap.1.num.10.de iudic.Rot.in Cæsaraugustana Distributionum,seù Attentatorum 25.May 1646. §.quia quoad mandatum coram R. P. D. meo Cerro, & in Alexãdrina pensionis 11.Ianuarij 1649. §.fin. coram R.P.D.meo Celso, Buratt. decis.268 num.2.* Immò subsecutus euẽtus declarat quod oblatio facta de parendo nõ emanauit animo realiter, & cum effectu parendi quotiescumque euenisset casus vacationis, † sed ex causa
6 declinandi imminentem declaratoriã, & eludendi huiusmodi speciosa oblatione effectum mandati Rotalis vnde eo magis declaratoria est hodie publicanda prout in his terminis resoluit *Rota in Marsicen. Iurisdictionis 10. Martij 1649. coram R. P. D. meo Bichio §. nec Archipresbytero.*

7 Neque ad hunc effectum † opus est noua intimatione eiusdem mandati,vt fuit dictum *in Toletana admissionis 1.Iunij 1624. coram bo. me. Vbaldo Senior.impress.penès Moder.Perus.de manut. decis.617. sub num.6. Put. decis.324. num.3. lib.1.* prout nec minus noua seruatione quatuor terminorum ad docendum se paruisse, quia non est hæc noua declaratoria, quæ relaxetur ob non paritionem noui mandati de manutenendo, sed eadem cum prima cuius effectus licet suspensus fuerit stante oblatione alias facta per Canonicos Collegiatæ de Tempio de parendo, dum hodie deueniunt ad actum contrarium, & expresè contraueniunt, effe-
8 ctus declaratoriæ reuiuiscit. † Præterea quando, prout hic, contrauentio, & contumacia est non solum in omittendo, sed etiam in committendo, fertur declaratoria absque seruatione dd. terminorum; qui seruari solent ad expectãdum paritionem, *Vestr.in prax.lib.2. cap.4. num.8. uers.quod si ad executionem*, & dixit *Rot.decis.354.num.2.par.3.recent. & in Cracouien. Præpositura S.Floriani 12.Decembris 1650.§.final. coram R.P.D.meo Bichio.*

Neque à contumacia excusari possunt Canonici sub prætextu, quod non per se solos, sed vna cum Clero deuenerint ad electionem
9 Vicarij Capitularis. † Quia mandatum eos afficit, & vti vniuersos,& vti singulos, sicque cum vtroquè nomine fuerit eis prohibita deputatio Vicarij Capitularis, illi semper prohibiti fuerunt deuenire ad aliquam deputationem,siue electionem, tàm per se solos quàm
10 vnà cum Clero; † Nam vtrobiquè militat eadem ratio prohibitionis, prout in simili exclusus ab vno gradu vocationis, censetur exclusus ab alijs quoque gradibus in quibus eadem res continetur, *Bald. in l.2. §.final. ff. ad Trebell. Dec consil.186.num.4. Gabr. consil.132. quæst.4.num.44.lib.1. Rot.coram Buratt. decis.272. numer.2.* Alias daretur facilis aditus reddendi elusorium mandatum de manutenendo concessum Ampuriensibus eligendi Vicarium
11 Capitularem priuatiuè quoad alios, † Nec est curandũ an directè,vel indirectè quis contraueniat prohibitioni quando ratio prohibitionis est eadem etiam in indirecta, *Ruin. consil.44. nu.17.lib.4. Aym.cons.780.nu.8. Negusant. quæst.258. num.23. & 24. Surd. decis.30.numer.8.*
12 & † quando idem sequitur effectus, *Bald. cons.107.nu.3.lib.5. Negusant. d.quæst. nu.8. & 9.*

Publicationem igitur atque effectum declaratoriæ alio pacto effugere non poterunt Canonici Collegiatæ Villæ de Tempio,
13 quam † reuocando deputationem Vicarij cum omnibus inde secutis,ac adhibendo omnem diligentiam, vt ille Vicariatum dimittat, & ab exercitio iurisdictionis prorsus se abstineat,prout alias in similibus terminis firmauit *Rota in recentior. decis.276.num.2. & seqq. part.5. & in dicta Marsicen. Iurisdictionis 10. Maij 1649. coram R. P. D. meo Bichio §.nec Archipresbytero.*

Et ita resolutum fuit informante tantum Capitulo Ampurieñ, altera tamen parte citata, & expectata.

R. P. D. ALBERGATO.

Bituntina Fideicommissi.

Luna 20.Martij 1651.

ARGVMENTVM.

Fideicomissum alias non trãsmissibile per prædecessum Substituti, fit transmissibile si constat de voluntate Testatoris elicita ex coniecturis siue expressis, siue tacitis hic recensitis.

SVMMARIVM.

1 *Immissio in uim fideicommissi ad hoc ut concedatur, quæ requirantur.*

2 *Substitutio compendiosa ex quibus verbis resultet.*
3 *Substitutio compendiosa post aditam hæreditatem continet fideicommissariam.*
Quod procedit etiam si alijs verbis ciuilibus directis esset coniuncta. num. 4.
5 *Obitus absque filijs probatur ex testibus fortius si reddant causam scientiæ. num. 6.*
6 *Obijsse quem præsumitur sine filijs.*
7 *Substitutus prædecedens instituto non transmittit hæredibus fideicommissum.*
8 *Fideicõmissum transmittitur etiam Substitutus prædecedat dum constat de voluntate Testatoris ex coniecturis siue tacitis, siue expressis. & num. 18.*
Quod procedit etiam in fideicommisso transuersali. num. 10.
9 *Testator potest facere transmissibile quod de sui natura non est tale.*
11 *Transmissio in fideicommissis resultat ex positione filiorum in conditione.*
Fortius si fuerit positi in conditione cum qualitate legitimitatis ex qua inducitur vocatio. num. 12. & 17.
Item ex digressu ad aliam substitutionem. nu. 13.
Item si alias deberet admitti odiosus Testatoris. num. 14.
Item si alias deberet admitti vltimus substitutus. num. 15.
Item si fuit probibita Trebellianica. num. 16.
19 *Legitimatio personæ probatur ex testibus.*
20 *Inuentarium probant identitatem bonorum, & in præiudicium habentes causam à conficiente facit probationem probatam.*
21 *Fortius si coadiuuetur ex testibus.*
22 *Inuentarium probat bona fuisse in hæreditate illius in qua enunciantur.*
23 *Possessio probatur ex testibus.*
24 *Solemnitas de iure Regni, quod testamentum debeat reassumi in coiro cum subscriptione Iudicis, & testibus recessit ab aula.*
Nec afficit in foro Ecclesiastico. num. 25.
26 *Testamentum extractum à Notario rogato, vel successore non requirit citationem partis.*

DECISIO CCCLXXVII.

ANTONIA de Electis hæredibus sibi ex Asse institutis Marco Antonio Cazzano eius filio infante, & altero filio masculo nasciturо (quem postea non edidit) in hæc verba substituit: *Item vuole essa Testatrice, che morendo detti suoi heredi in pupillari ætate, vel quandocumque senza figliuoli legitimi, e naturali da lor corpo legitimamente descendenti, in tal caso vuole, che in detta sua heredità deua succedere Octauia de Electis sua Sorella vtrinque congiunta moglie d'Antonio Giacchetti, la quale in caso predetto la lascia iure institutionis, & omni alia meliori via per sua herede vniuersale, & non alias, con conditione, che morendo la detta Ottauia sua Sorella senza figliuoli legitimi, e naturali da suo corpo legitima descendenti, in tal caso vuole, che in detta sua heredità debba succedere la Cõfraternità di Santa Maria delli Martiri;* adiuncto ei onere dotandi puellas prout latius in Testamento; Cum autem Octauia substituta superstitibus quinque alijs filijs ex se, & d. Antonio Giacchetto eius viro legitimè progenitis prædecessisset Marco Antonio hæredi, post huius obitum iidem Octauiæ, filij contra Io: Franciscum patrem, & hæredem præfati Marci Antonij iudicium immissionis instruxerunt in partibus coram Ordinario Bituntino, a quo cum sententia absolutoria ad fauorem Io: Baptistæ hęredis dicti Io: Francisci lite pendente defuncti emanasset. Causa mihi in gradu appellationis commissa proposui dubium, An ipsis fratribus de Giacchettis esset danda immissio, cui Domini affirmatiue responderunt, quia omnia in hoc iudicio necessaria concurrunt; existentia nempè fideicommissi illius purificatio ad fauorem actorum, identitas bonorum, & vtrumque possessionis extremum, antiquæ, videlicet fideicõmittentis, & hodierne rei conuenti ex quibus
1 concedenda† venit immissio ex remedio *l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.* quod etiam fideicommissarijs cõpetit, vt pluries firmauit *Rot. coram Caualer. decis. 204. nu. 4. coram bon. me. Card. Millin. decis. 275. nu. 1. in Romana fideicommissi de Victorijs 9. Decemb. 1626. §. ex quibus, coram Merlino, in Bononien. fideicommissi de Pancaldis 11. Martij 1641. in princ. corã Eminentiss. D. meo Card. Panzirolo in eadem 19. Iunij 1643. §. ex dictis, coram R. P. D. meo Cerro, & in Romana fideicommissi de Zuccaris 4. Februarij 1650. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Existentia autem fideicommissi litteralis legitur in Testamento, ibi: *Morendo detti suoi he-*
2 *redi in pupillari ætate, vel quandocumque,* † quæ verba proculdubium important compendiosam, vt de verbo, *morendo,* est *text. in l. precibus, C. de impub. & à l. subst. Rot. coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 339. num. 12. in recent. decis. 656. num. 2. part. 4. decis. 157. nu. 1. part. 4. tom. 2. decis. 579. nu. 7. part. 4. tom. 2. in Aesina fideicomm. 18. Martij 1648. §. quod autem, coram R. P. D. meo Celso,* & de verbo *quandocumque,* notat *Bart. in l. centurio nu. 17. ff. de vulg. & pup. Paris. consil. 130. num. 17. lib. 2. Neuiz. cons. 53. num. 3. Crass. in §. substitutio qu. 60. nu. 6. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 51. nu. 5. & seqq. Fusar. de subst. quæst. 223. num. 4. & seqq. quæst. 255. nu. 83. Rot. coram Penia decis. 465. nu. 1.*
3 ac † propterea post aditam hæreditatem fideicõmissariam continent *d. l. precibus, C. de impub. & à l. subst. Perez. de fideicom. art. 34. nu. 65. Molin. de primog. lib. 1. cap. 6. nu. 15. vers. his accedit, Fusar. quæst. 246. num. 1. Rot. decis. 349. nu. 3. part. 7. recent. & in Bononien. fideicom. de Guidottis 5. Iunij 1648. §. adiungitur, coram bon. me. Arguelles,* etiam si illa
4 alijs verbis † directis ciuilibus essent coniuncta, *gloss. in §. vlt. inst. de pupill. subst. Bart. in l. recusare, §. Titius in fin. ff. ad Trebell. Decian. in l. 2. ad fin. C. de impub. & à l. subst. Menoch. de præsump. lib. 4. præsumpt. 55. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 3. Fusar. d. quæst. 246. num. 6. quæst. 255. num. 15. & seq.*

Illius verò purificatio ad fauorem Fratrum
5 de Giacchettis iustificatur ex † obitu Marci Antonij sine filijs ex depositionibus quinque testium probato, *Rot. decis. 972. numer. 1. part. 1. recent. coram san. mem. Gregor. XV. decis. 166. nu. 78. & in Calaguritana præstimonij 10. Maij 1649. §. vacatio, coram R. P. D. meo Otthobon.* quibus cum reddant causam scientiæ illius mortis, & non

pro-

procreationis liberorũ eo magis est deferen-
6 dum, † cum etiam adminiculum recipiant à iure, quo quis sine liberis decessisse præsumatur, *Alex.cons.20.num.12.cons.39.num.2.lib.1. Menoch. de præsumpt.lib.4.de præsumpt.182.num.5. Rot.decis.426.nu.3.part.1.recent. in Bononien.fideicommiss. Bartholomæi de Bologninis 24. Maij 1645. §.quando verò, coram Reuerendiss.Terracinen.& in Romana fideicommiss. de Alicornis 3. Iunij proximè præteriti §.illius autem, coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Nec turbat, quod Octauia substituta prædecesserit præfato Marco Antonio hæredi,
7 & sic fideicommissum expirauerit, † nec ad hæredes transmitti potuit. *ex text. in l. hæredes mei, §.cum ita, ff.ad Treb. l.4.ff.de alim.& cib.leg. l.vnica, §.sin autem sub conditione, C.de cad.toll.*

Quia licet regula sit pro non transmissio-
8 ne: † ab ea tamen passim receditur, vbi ex coniecturis siue expresse, siue tacitè ex Testamento resultantibus constat de voluntate Testatoris in contrarium *Bald.in l.vnica,sub nu.5. C.de his qui ante aper.tab. Paris.cons.77.nu.1.lib.2. Gabr.de hæred.inst. concl.2.num.15. Rot.coram san. mem.Gregor.XV.decis.56.num.2. decis.551.num.3.*
9 cum † ille possit facere transmissibile, quod alias sui natura non est tale, *Soccin.Sen. in l.hæredes mei, §.cum ita col.5. ff.ad Trebell. Curt. Iun. cons.16.num.6. Decian. resp.88.nu.65.lib.2. Fusar. plures cumulans quæst.490.nu.49. Rot.coram Burat. decis.568.num.4. & in Nucerina fideicomm. 1.Iulij præteriti §.minusque refert, coram R.P.D.meo Mel-*
10 *tio,* † nedum si agatur de fideicõmisso ascendentium, sed etiam collateralium, *Paris. consil.25.num.8.lib.2. Soccin.Iun.cons.167.col.1.& 3. lib.2. Hond. cons.56. num.4. lib.2.* alijque plures relati per *Moder.Lucan.cons.56.nu.51. per Fusar. d. quæst.490. num.73. Blaiz. de maior at. part.1. in præfat. numer.37.* & in terminis fideicommisso transuersalis, firmauit *Rota in Bononien.fideicom. de Fornasarijs 1.Aprilis 1650.coram R. P. D. meo Verospio.*

Hæc autem voluntas Antoniæ Testatricis in proposito casu concurrere DD. visa est ex positione in conditione eorundem Octauiæ substitutæ filiorum, ibi: *Con conditione che morendo detta Ottauia sua Sorella senza figlioli legiti-*
11 *mi, e naturali, &c.* † quæ vrgentissimam pro transmissione inducenda præbet coniecturam *ad text.in l.Lucius la seconda, ff.de hæred inst. Dec. cons.397.num.6. cons.515. num.1. Ruin. cons.140. nu.14.& seq. lib.2. Ceph.cons.16.nu.42. cons.283. num.24. Gabr. consil.121. num.33. lib.1. Menoch. cons.325.num.58. Honded. consil.70.num.33.lib.1. Crass. in §.fideicõmissum q.68.num.3. Rust.de liber. in cond. posit. lib.6. cap.4. num.1. Fusar. d.qu.490. num.147. Rot.coram Mant.decis.319.num.2. coram san.me.Greg.decis.551.num.6.* ibique *Add. nu.13. coram Buratt.decis.568.num.7. & in d.Bononien.fideicomm.de Fornasarijs coram R.P.D.meo Verospio in §.si quidem,* eoque magis quia præfati Octauiæ filij fuerunt positi in conditione cum qualitate legitimitatis,& quod sit ex corpore
12 legitimè descendentes,† hoc enim plurimum vrget pro valida coniectura inducenda non solum ad effectum transmissionis, sed etiam vocationis. *Soccin.Iun. cons.110.nu.15.cons.145. num.39.lib.3. Surd. cons.443.nu.48. & decis.126. num.7. vers.in facto, Hond. cons.95.num.42.vol.1. cons.51.nu.85.cons.54.nu.20.vol.2. Fusar.cons.31. num.3. cons.131.num.8. & de subst. qu.437.nu.64. Pereg. cons.91.num.36. lib.1. cons.52.num.5.lib.4. Mant.de coniect.lib.12.tit.3.num.7. & seqq.Cyriac. contr.96.num.59.Rot.coram Seraph.decis.939.nu.9. decis.1329.nu.7. coram san.mem.Gregor.decis.329. num.6. coram Buratt. decis.897.num.2.*

Præterea fuit etiam consideratus digressus
13 ad alia substitutionem, † quam & si vnicam ad effectum vocationis ponderat *Anchar. consil.74. Pereg. cons.132. num.6. vers.3. principaliter lib.5. Laratha cons.48.num.2. Rot.decis.266.par.1. decis.380. part.2. decis.61.part.7.recent.*

Accedat quod non facta transmissione admitteretur vel Io:Franciscus odiosus testatri-
14 ci, † quæ eum administratione filiorum priuauit quod ad effectum,de quo agitur, considerat *Pereg.cons.43. à princ.lib.3. Mant.de coniect. lib.11.tit.20. num.25. Fusar. in sæpè cit.quæst.490. num.185. Buratt.decis.568.num.9.* vel bona deuenirent ad Confraternitatem vltimo loco
15 substitutam, † quam non est verisimile Testatricem voluisse nepotibus præferri, vt in terminis de loco pio notat *Alex. cons.64. nu.5. ante fin.lib.5. Pereg.d.cons.132.num.6. vers.3.principaliter lib.5. Fusar.d.quæst.490.num.142.*

16 Concurrit † etiam prohibitio Trebellianicæ *Gozad.cons.64.num.3. Decian.cons.103,nu.27. lib.2. Fusar. cons.145.nu.21.* & quod Testatrix post positionem liberorum in conditione dixit, hoc casu, *substituo Confraternitatem, &c.*
17 ex † quo illorum vocatione, arguit *Cels. Vgo cons.20.ante num.39. Rust.de lib.in cond.posit.lib.1. cap.6.nu.12. Fusar. quæst.437.nu.128.* hæ autem coniecturæ licet seorsim cõsideratæ aliquam
18 possent pati difficultatem, † simul tamen vnitæ sufficere videntur ad inducendam trasmissionem hæreditatis Matri debitæ in filios, *ad not.in l.si stipulatus,ff.de vsur. Mandel.cons.464. num.5. in fin. lib.3. Bero. cons.104.num.13.vol.2. Ceph. cons.251.num.87. Giouagn. cons.38.num.34. lib.1. Mant.de coniect. lib.11.tit.3.num.27. Rot. coram san.mem.Gregor. decis.329.num.10. decis.337. nu.4. coram Reuerendiss. Vrgellen. decis.126.nu.37. in recent.decis.142.num.4.part.4. decis.237.num.3. part.5. & in d.Bononien. fideicommiss.de Fornasarijs coram R.P.D. meo Verospio §.ad eliciendum, in fin.*

Firmato igitur ex prædictis fideicommisso, illiusque purificatione ad fauorem Fratrum de Giacchettis, cętera requisita pro obtinenda immissione indubitata sunt nam legiti-
19 matio personarum, † nempè quod illi sint filij Octauiæ, probatur ex quatuor Testibus formiter examinatis, *Rot.decis.10.num.1.part.7. recent. in Bononien.fideicomm.de Amorinis 18.Maij 1648. §. quod autem, coram R. P. D. meo Meltio, & in d. Romana fideicommiss. de Alicornis 3. Iunij præteriti, §.cum igitur, coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Identitas verò bonorum incontrouertibilis redditur ex Inuentario per Marcũ Antonium hæredem, & dict. Io: Franciscum confecto;
20 quod † in præiudicium Io: Baptistæ ab eis cau-

causam habentis facit probationem probatam
l.fin. C.arb.tut. Peregr.de fidei comm. art.44.num.2.
Rot. decis.426. num.2.part.1.recent. coram Buratt.
decis.637.num.6. ibique *Add.nu.15. in Bononien.*
fideicommiss. 16.*Martij* 1640. *coram R. P. D. meo*
*Bichio, & in Melenitana fideicomm.*20.*Iunij* 1650.
21 *coram R.P.D.meo Otthobono*, † cum illud præ-
sertim ex Testibus etiam coadiuuetur, vt ad
propositum ponderauit *Rot. in Bononien. fidei-*
commiss. de Nascentorijs 20. *Iunij eiusdem*, §.*alte-*
rum, coram R.P.D.meo Peutingero.

Quod autem huiusmodi bona fuerint in
hæreditate Antoniæ Testatricis constat ex di-
22 cto Inuentario, † in quo talia enunciantur,
& in illius hæreditate reperta asseruatur, *ad*
text.in l.Tutor qui repertorium in princ.ff.de admin.
tut. Grat.discept.765.nu.59. Fusar.quæst.618.nu.1.
Rot.coram san.mem.Gregor.decis.575.num.3.in rec.
decis.407.part.2. decis.344. vtrobique nu.2.part.3.
& in d.Bononien.fideicommiss.de Amorinis 18.*Mar-*
tij 1648. §.*bona autem, coram R.P.D. meo Meltio*,
& quod eadem hodie possideantur per Io:Ba-
23 ptistam † probatur ex testibus datis in *Summ.*
actor. num.6. & ex litis substentatione, *iuxt. de-*
cis.Verall.369.par.2.Rot.coram Seraph.decis.1415.
num.3. coram Buratt. decis.693. num.5. decis.728.
num.3. coram Coccin.decis.161.num.2. in Beneuen-
tana domus 13.*Nouembris* 1648. §.*possessio, coram*
R.P.D.meo Otthobono, & in Leodien. Dominiorum
25. *Iunij* 1649. §.*siquidem, coram R. P. D. meo*
Corrado.

Habita verò non fuerunt in consideratione
ea, quæ ex Constitutionibus Regni obijcie-
bantur contra Testamentum, quod videlicet
non esset in forma probanti ex defectu illius
reassumptionis in carta de coiro, & subscrip-
tionis Iudicis, & duorum, vel trium testium.
24 Quia † istæ solemnitates iam ab Aula recesse-
runt, & de facto non seruantur, vt testantur
Minadous. decis.11. Rouit. in pragm.2. de fid. instr.
25 *num.15.* † quod maximè procedit in foro Ec-
clesiastico, in quo illæ tanquam laicales, nec
etiam de iure seruari debent, vt in terminis
respondit *Rot. coram Reuerendiss.Vrgellen.dec.91.*
num.8. & seq.

Minus obstat, quod in extractione huiusce
Testamenti citatio partis non interuenerit;
26 Quia † hæc non requiritur, vbi illud, vel à
Notario rogato, vel ab eius successore extra-
ctum fuit, *Bart.in l.si quis ex argentarijs, §.cogen-*
tur sub num.3. ff. de eden, Rot.coram san. me. Greg.
decis.3.nu.1. coram Caual.decis.548.nu.3.in recent.
decis.294.nu.25.part.7. in Barchinonen, Iurisdictio-
nis 1.*Iulij* 1644. §. *iura autem, coram R.P.D. meo*
Bichio, latèque probat *Fenzon.ad Stat.Vrb.lib.3.*
cap.36. num.11. cum seqq.

Et ita conclusum fuit Giacchettis dandam
esse immissionem vtraque parte bis Infor-
mante.

R. P. D. PEVTINGERO.

Romana Vineæ.

Veneris 24.Martij 1651.

ARGVMENTVM.

Hæres cum *benefic. leg. & inuentarij*, bona per de-
functum alienata auocare potest, quoties ad
illa venit alio titulo quam hæreditario. Exce-
ptio retentionis turbida non admittitur.

SVMMARIVM.

1 *Validitas sententiarum in dubio semper præsumi-*
tur.
3 *Hæredi debetur immissio in bonis à Testatore pos-*
sessis.
4 *Venditio facta contrà modum à Testatore sub ex-*
pressa nullitatis declaratione præscriptum, est ipso
iure nulla.
5 *Alienantis iure extincto ipsa quoque alienatio re-*
manet extincta.
6 *Hæres non potest impugnare factum defuncti.*
7 *Hæres cum* benefic.leg.& inuentarij *potest auo-*
care bona per defunctum alienata, alio tamen iu-
re quam hæreditario.
Inuentarij beneficium præseruat omnes actiones hæ-
redi competentes. num.7.
8 *Possessio capta lite pendente est attentata.*
9 *Persona eadem reputatur, quæ eodem iure defensio-*
nis vtitur.
10 *Creditum illiquidum non dicitur aptum ad reten-*
tionem consequendam.
11 *Retentio ex causa non equè priuilegiata non admit-*
titur, vbi amplia in causa attentatorũ vitio subia-
cente.
12 *Immissio vtrique conceditur quãdo vtrique satisfieri*
potest.

Decisiones in hac causa emanatæ coram
Eminentiss. D. Cardin. Otthobono videri
possunt inter eius impress.

DECISIO CCCLXXVIII.

PRO confirmatione sententiæ à R.P.D.meo
Otthobono in hac causa latæ ad fauorem
D.Ioãnæ Baptistæ de Curtis Domini respon-
derunt, quia illius validitas non controuerti-
1 tur, † & in dubio semper præsumitur, vt fuit
dictum in *Florent.Donationis, seù separationis bo-*
norum 2.*Decembris prox. præt.* §. *præsertim ad fin.*
cum ibi concord.coram me. Iustitia verò patet ex
vocatione D. Ioannæ Baptistæ resultante ex
claris verbis testamenti q. Camilli de Curtis
non vitiati, nec cancellati, in quo ipsa in ca-
sum deficientiæ lineæ masculinæ R.P.D.Frã-
cisci Curti ad fideicommissum ab eo institu-
tum vocata legitur; Vndè cum dictus Fran-
ciscus sine filijs masculis decesserit, *vt in Sum-*
mar.Domina Ioannæ Baptista num.8. & firmatur
in *decisione* 25.*Maij* 1648. §.*nam stante coram Re-*
uerendiss.Terracinen. cum pluribus congestis in
Romana fideicommissi de Alicornis 3.*Iunij* 1650. in

§.illius

§. illius autem, coram Reuerendiss. D. meo Decano, nec dubitari possit quin Camillus testator vineam, de qua agitur donec vixit possederit, prout illam hæreditario eius nomine dictus Franciscus retinuit, interque bona hæreditaria Camilli descripsit, vt constat ex publicis
3 Instrumentis, *eodem Summ. nu. 9. & 10.* † vtique præfatæ D. Ioannæ Baptistæ in dictam vineam debita fuit immissio, *ex remed. l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. Rot. decis. 472. nu. 1. part. 3. decis. 111. nu. 1. decis. 148. num. 6. & 7. part. 4. tom. 2. decis. 330. num. 1. & 2. & decis. 408. num. 1. part. 5. recent.*

Non obstat, quod vinea hæc vigore facultatis alienandi à Camillo fideicommittente hæredibus concessæ per dictum Franciscum primum Camilli hæredem validè fuerit Nicolao Clarello vendita sub die 7. Febr. 1646. quia huic obiecto optimè respondet *decisione edita 2. Iunij 1649. in §. sed neque coram R. P. D. meo Otthobono*, Debuisset enim ille non solum in ipso actu venditionis, sed etiam antequam deueniretur ad illam, seruare modum in testamento sibi præscriptum sub expressa nulli-
4 tatis declaratione, *vt in dicto Summ. nu. 3.* † quo non seruato certum est venditionem huiusmodi nullam fuisse, *ad text. in c. cum dilectis 22. in fin. de rescript. Mant. de tacit. lib. 4. tit. 6. num. 9. Surd. decis. 144. num. 17.* & tenuit *Rota in Perusina Pensionis 9. Decembris* 1650. *post princip. vers. quâ quidem forma, coram me*, Et propterea nullum exindè D. Ioannæ Baptistæ post eum vocatæ præiudicium inferri potuit; Nam extincto
5 ipsius alienantis Iure † ipsa quoque alienatio per consequens necessarium extincta remansit, iuxtà *text. in l. fin. C. comm. de leg. Rota coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 40. num. 46.* & in dicta *Romana fideicommiss. de Alicornis 3. Iunij* 1650. *§. non obstat ad fin. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Nec refert, quod Ioanna Baptista tanquam
6 hæres dicti R. P. D. Francisci † factum illius quoad d. venditionem impugnare non possit, *ad text. in l. vindicantem 17. ff. de euict. & l. cum à matre 14. C. de rei vendic.* quia placuit responsio, quod ipsa non est hæres simpliciter, sed cum beneficio legis, & Inuentarij; Ideoque bona per defunctum alienata auocare non prohibetur, dum ad ea consequenda alio iu-
7 re, quam hæreditario venit, † cum hoc sit speciale Inuentarij beneficiũ, vt omnes actiones hæredi competentes præseruet, & quoad dmanum vitandum constituat eum, ac si hæreditatem non adiuisset, *l. fin. §. in computatione, Cod. de iur. delib.* latè *Surd. cons. 7. num. 31. & seq. Laderch. cons. 138. nu. 4. & 5. Rota decis. 724. nu. 2. part. 3. recent. cum alijs relatis in Bononien. fideicommiss. de Rubeis 30. Maij 1646. sub §. non obstat il 3. coram R. P. D. meo Corrado.*

Minus obstat possessio huius vineæ capta à Fabio Segnero in executionem sententiæ A. C. de mense Nouembris 1646. quia vtraque emanauit lite hac in Rota pendente, ad quam idem Fabius vigore specialis Cõmissionis admissus fuerat sub die 20. Aprilis 1619
8 & † proindè neutra ab attentatorum vitio defendi potest, *tot. tit. ff. & C. vt lite pend.* & præter adductos in *d. decis. 2. Iunij 1649. in §. quod autem, coram R. P. D. meo Otthobono*, dixit *Rota decis. 159. num. 5. part. 2. recent. coram Card. Caualer. decis. 280. & coram Gregor. XV. decis. 305. num. 1.*

Neque Fabium excusat adducta diuersitas causæ, & personarum quia causa eadem omninò est ex eisdem Instrumentis censuum ab ipsomet in Rota productis die 18. Ianuarii eiusdem anni 1619. prout eadẽ erat eius persona ac rei conuenti, licet enim non fuerit idem Camillus cum quo lis agebatur coram A. C. sed Nicolaus Clarellus titulo emptionis à Camillo causam habens, eadem tamen vtique reputatur illius persona, ac rei con-
9 uenti, † dum eodem defensionis iure vtebatur, vt patet ex intimationibus à dicto Francisco factis, *Summ. Fabij num. 13. l. de eadem re 5. l. si à te 9. §. Iulianus scribit, l. si mater 11. §. eadem causam, l. cum queritur 12. cum seqq. ff. de except. rei iud. Lancell. de attentat. post inhib. part. 2. cap. 20. limit. 24. num. 18.*

Frustrà demum Fabius d. Vineæ retentionem allegat ex causa anterioris Crediti ratione dd. censuum de annis 1597. & 1598. eidem cessorum, quia hoc prætensum creditum tanquam illiquidum ex pensionibus domus per eum inhabitatæ, & nomine proprio respectiuè locatæ ab ipso perceptis, vt patet ex Instrumento 12. Martij 1616. stipulato, ac ex subsecutis exactionibus relatis in *d. Summ. D. Ioannæ*
10 *Baptistæ nu. 12.* † nullo pacto retentionis commodum tribuit, *Rota coram Reuerendiss. Vrgellen. decis. 113. nu. 7. coram Gregor. XV. decis. 254. nu. 3. decis. 433. num. 5. part. 2. & decis. 411. nu. 24. part. 5. recentior.* & alias in hac causa ponderatum fuit *3. Iuny 1619, in §. nec obstat cessionem, coram bon. mem. Remboldo, 24. Iuny 1648. §. cessat pariter, coram Reuerendiss. Terracinen. & 2. Iunij 1649. §. fin. coram R. P. D. meo Ottbobono.*

Et parum refert, quod ex eisdem pensionibus d. domus Victoriȩ Fabij cognatæ alimenta pro rata scut. 2000. dotis maternæ solui debeant iuxtà resolutionem Rotalem sub die 1. Iulij 1620. coram bo. mem. Remboldo emanatam, quia vltra quod dicta quantitas nunquam adhuc declarata fuit, firma semper remanet veritas dictæ locationis à Fabio proprio nomine factæ ex qua redditur illiquidũ assertum eius creditum.

Præsertim quia eiusdem vineæ possessionẽ cum manifesto attentatorum vitio adeptus
11 fuit, † quo casu retentionis exceptionem ex causa non æquè priuilegiata spernẽ esse tradit post alios *Lancell. de attentat. part. 3. cap. 24. quæst. 28. per tot.*

Debetur insuper immissio Dominæ Ioannæ Baptistæ, quia ex Instrumento assignationis dictæ domus factæ Victoriæ per Stephanum Camilli debitorem die 28. Aprilis 1614. *Summ. Fabij nu. 6.* clare colligitur, quod dicta Domus est valoris scut. 5000. ad minus, & sic ex ea tàm Victoriæ, quàm ipsi Fabio pro prætenso eius credito commodè satisfieri potest;
12 Vndè † intrat optima æquitatis ratio aliàs à Rota In proposito ponderata *in decisione 559. sub num. 5. versic. cæterum part. 5. recent. & in Romana*

mana, seù Sabinen. Census 20. Nouembris 1624. coram bon. memor. Vbaldo impress. apud Modern. in tract. de Cens. decis. 451. sub num. 11. & 12.

Et ità vtraque, &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Romana Fideicommissi de Carpianis.

Veneris 5. Maij 1651.

ARGVMENTVM.

Immissio conceditur fideicommissario docto de fideicommisso, & de identitate bonorum. Transactio facta ab hęrede grauato non afficit fideicommissarium nisi concurret necessitas transactionis, & bona fides.

SVMMARIVM.

1 *Decisiones de stylo Rotæ supponuntur.*
2 *Identitas rei fideicommissariæ probatur ex possessione adepta illius rei tanquam fideicommissariæ.*
3 *Immissio tàm contra hæredes grauati, quàm contra tertios conceditur docto de fideicommisso, & de identitate bonorum.*
4 *Possessio obtenta iure creditoris non impedit possessionem tradendam fideicommissario tanquam Domino cum sint inter se compatibiles, & diuersa. & num. 5.*
5 *Possessio à creditore obtenta adstipulatur fideicommissario qui non sibi, sed debitori possidet.*
6 *Transactio non benè iustificata, nec in actis producta attendi non debet.*
7 *Transactio non afficit fideicommissarium ex propria persona agentem.*
8 *Transactio ab hærede grauato super fideicommisso facta non afficit fideicommissarium nisi probetur causa necessaria, & bona fides.*
Et ex quo bona fides excludatur. num. 9.
9 *Transactio super re non controuersa non potest in præiudicium vocatorum fieri à grauato.*

Decisio, quæ hic allegatur sub die 13. Ianuarij 1651. & aliæ in hac causa emanatæ erunt infrà in seq. parte.

DECISIO CCCLXXIX.

MONASTERIO Sancti Bernardini de Vrbe ex persona Sororis Catherinæ (quæ professionem ibidem emiserat Regularem) immissionem Domorum, de quibus agitur, hodie DD. adiudicarunt; Quia fideicōmissum in ijs à quondam Iacobo de Carpianis institutum, ac fauore ipsius Catherinæ per obitū Oliuerij vltimo loco prędefuncti purificatum iustificatur, non solum ex Testamento Iacobi,
1 † sed etiam ex decisione hactenus edita coram me 13. Ianuarij præteriti, ex inconcusso huius sacri Tribunalis stylo in hac disputatione dubij diuersi per necesse supponenda, vt dixit *Rot. decis. 354. num. 8. part. 4. & 604. nu. 4. part. 5. recent. & in Bononien. Pecuniaria de Lambertinis 3. Iulij 1647. in §. 1. coram R. P. D. meo Bichio, & in Bonon. Fideicōmissi de Amorinis 21. Iunij 1649. in §. quia licet coram R. P. D. meo Meltio*: Domorum
2 verò identitatem ex eo cōcludit, † quod Scarlattus detentor, ac Reus modo conuentus, illarum possessionem vti spectantium ad fideicommittentis hæreditatem adeptus fuit, & retinet adhuc pro credito, cum eodem fideicommittente mediante persona grauati contracto, vt notat *Pereg. de fideicommissis art. 44. num. 20. Fusar. de substit. quæst. 618. num. 29. Rot. decis. 456. num. 4. part. 2. recent. & in Romana Saluiani 18. Martij 1650. in §. hinc instantibus Monacis*
3 *coram R. P. D. meo Bichio*; † His enim concurrentibus contra grauati hæredes, ac tertios quoque possessores immissio ex remedio legis vltimæ concedi solet, *iuxt. gloss. finalem in l. penultima, C. ad Senat. Consul. Trebell.* & post eā notat *Bart. num. 6. cum seqq. Gabr. cons. 44. num. 6. cum seqq. lib. 2. Pereg. de fideicommissis art. 48. nu. 20. Rot. decis. 301. num. 5. & decis. 306. num. 1. part. 6. recent.* & in alijs relatis in *Bononien. fideicommissi de Rubeis 30. May 1646. coram R. P. D. meo Corrado, & in Romana fideicommissi de Alicornis 3. Iulij præteriti, coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Hanc autem immissionem impedire non poterit retentio domorū alias Scarlatto tanquam fideicommittentis creditori decreta; Dum sine præiudicio ipsius petita fuit à Monasterio, cui proindè possessio iure creditoris, & ad effectum sibi tantummodo satisfaciendi de fructibus, atque pensionibus anteceden-
4 ter obtenta, † non obstat, quin fideicommissario tanquam Domino, ac proprietario quoque tradatur immissio, dum cōpatibilis esset cum altera creditoris, ab eaque existit omninò diuersa, *ad text. in leg. 3. §. ex pluribus, ff. de acquir. possess. Bart. in l. si duo num. 4. ff. vti possidetis, Rota in Romana, seù Cesenaten. Hæreditatis 4. Iunij 1635. in §. 4. & vltimo, coram bon. me. Pirouano, & in Ianuen. fideicomissi 4. May 1590. coram Platto post Fenzonium ad Vrbis Statutum decis. 123 vers. non obstat possessio, & in Romana Bonorum de Sanctacruce 5. Iuny 1610. coram Sacrato*, vbi præterea, quod retentio creditori decreta fideicommissario potius adstipuletur dum non
5 sibi, sed debitori possidet, † ac illius hæredi, *ad text. in l. sciendum, §. creditor, ff. qui satisdare cogantur, & l. serui nomine, ff. de vsucap. Bart. in l. ab empt. num. 10. ff. de pact. Surd. consil. 481. num. 14. Menoch. de recuperan. remed. 14. num. 37.*

Nec eamdem immissionem poterit retardare transactio inter Scarlattum, ac Oliuerium grauatum, & Iuliam de Nutis, vt asseritur celebrata. Cum illa vti non benè iusti-
6 ficata, † nec in actis producta attendi non debeat, *iuxt. decis. Rot. 445. num. 8. part. 1. diuersor. & 278. num. 2. part. 4. recent. & coram Gregor. decis. 224. nu. 5. vbi latè Add.* Neque fideicommis-
7 sarium ex propria persona † ad immissionem agentem nec transigentium hęredem afficiat, *ad text. in l. Imperatores, ff. de transact. & in l. 1. C. eodem tit. Rot. coram Gregor. decis. 418. num. 10. & part. 5. recentior. decis. 147. num. 1. 306. num. 10. & 337. num. 14.* præsertim quia non constat
8 bona † hæc speciali fideicommisso subiecta, ex iuxtâ, ac necessaria causa Scarlatto fuisse dimissa.

dimissa; & plenè in ipsum bona fide translata, *Natt.cons.304.nu.8. Pereg.de fideicommissis art.52. num.91. Fusar.de substitut. quæst.562.num.2,& 4. & 708.nu.11.& in cons.139.num.5. Odd.de prohib. alienat.quæst.29. num.162,& 166. Rot.decis.306. num.10. part.5. recent.& in Bononien.fideicommissi de Blanchis 20.Aprilis 1646.& 28.Iunij sequentis*
9 *anni coram R.P. D. meo Rojas.* † Et hæc bona fides excludatur in casu proposito ex lite super fructibus vertente solummodo non autem super Iure proprietatis, super qua non controuersa proindè transigi non potuit in præiudicium vocatorum, *ad text. in l.1. ff. de transact.& in l.2. C.eodem tit.* notant *Doct.in l.de pupillo, §.si pluribus, ff. de oper. nou. nunc. Hond. consil.49.num.4. lib.1. Osach,decis.91.num.6. Rot. decis.271.num.21. part.6. recent.*

Et ita altera tantum parte Informante decisum, &c.

R. P. D. BICHIO.

Maioriceñ Celebrationis Missarum.

Veneris 28.Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Ecclesia habens quasi possessionem est in illa manutenenda, & quasi possessio exactibus obligationis acquiritur non autem facultatiuis. Actus possunt esse facultatiui respectu Canonici Turnarij, necessarij verò respectu totius Turni; Et ex quibus dicantur obligatorij.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia habens quasi possessionem illa vel Promotor eius nomine est in ea manutenendus.*
2 *Quasi possessio seruitij acquiritur dum probatur aliquando seruitium fuisse præstitum.*
3 *Quasi possessio non acquiritur ex actibus facultatiuis.*
4 *Facultatiuas, & spontaneitas excluditur ex obligatione aliquid faciendi.*
5 *Quasi possessio adhoc vt sic manutenibilis sat est, quod reuocetur in dubio an actus fuerint facultatiui, nec nè nisi præsumptio vehemens aduersetur.*
6 *Verbum,* fiant, *est præceptiuum, & sic importat obligationem, & spontaneitatem excludit.*
Verbum, dicat, *est præceptiuum, & sic importat obligationem. num.6.*
7 *Verbum,* seruetur, *indefinitè prolatum in re de sui natura habente tractũ successiuum importet onus perpetuum.*
8 *Turnus non cadit nisi inter Canonicos, & proindè ipsimet sub illo comprehenduntur.*
9 *Potestas concessa Canonicis de non celebrando, aut canendo intelligitur iuxta arbitrium boni viri, scilicet si sint legitimè impediti.*
10 *Libertas concessa cui ex Canonicis non potest dici concessa toto Capitulo.*
11 *Actus potest esse volũtarius respectu Canonici Turnarij, & necessarius respectu solius Turni.*
12 *Turnus diuidit in singulos Canonicos exercitium eiusdem oneris.*
13 *Verbum,* mancamento, *supponit præexistentiam.*
14 *Deficere in adimplendo non dicitur quo adimplere non debet.*
15 *Capitulum recedere non valet ab onere acceptato.*
16 *Negatiua coarctata quando dicatur à Teste includi, licet illam expressè deponat.*
17 *Obseruantia longi temporis nedũm probat obligationem, sed fauore piæ causæ ex integro illam parit.*
Imò sufficit obseruantia decemnalis. num.18.
18 *Actus non præsumuntur facultatiui ob illarum multiplicitatem.*
19 *Actus dantes causam liti non attenduntur.*
20 *Actus faciendi à Canonicis si semel aut bis sint facti à non Canonico creditur ob legitimum impedimentum accidisse.*
21 *Possessorium Summariissimum leuiores probationes admittit.*

Aliæ decisiones in hac causa emanatæ erunt in seq. part.

DECISIO CCCLXXX.

CELEBRAT Cathedralis Ecclesia Maioriceñ duplicis generis Festiuitates dictas de Aloy, alias nuncupatas Capitulares, alias Fidelium deuotione fundatas, ac dotatas. De primis non est quæstio, sed in secundis recusantibus Canonicis canere per se ipsos Euangelium Missæ solemnis: Reuerendissimus Episcopus decreuit Ecclesiæ manutentionem in quasi possessione, recipiendi ab illis seruitium cantus Missæ, & Euangelij. Deuolutoquè per appellationem Canonicorum negotio ad hoc Sacrum Tribunal, & mihi commisso, decidendum hodiè proposui. An Promotori Ecclesiæ sit danda manutentio, in quasi possessione canfaciendi Euangelium à Canonicis in solemnitatibus prædi-
1 ctis; Et affirmatiua sententia placuit: † Nam quasi possessio recipiendi seruitium huiusmodi cum sit penès Ecclesia ipsi, (siuè eius nomine Promotori) competit manutentio, vt ferè in his terminis respondit *Rot. in Salamantina Stipendiorum 16.Ianuarij 1606.& 3. Decembris 1607. coram Cardinali Lancellotto Iuniori impressa apud Modern.Perus.de manutentione decis.96. num.2. & 3. & decis.97.*

Nequè Canonici negant idem seruitium, in præteritum præstitisse pluries; quod etiam affirmant testes deponentes de visu per longissimum tempus, *dat. in Summario Promotoris num.4. & 5.* & satis esset aliquandò ita fuisse
2 seruatum: † vt quasi possessio diceretur Ecclesiæ quæsita, *iuxtà Theor. Ripa in c. cum Ecclesia Sutrina num.91.de cons.possess. & propriet. Roman. cons.311.nu.7. Oldrad.cons.312.num.2. Dec. consil.117.sub num.2. vers.quod autem, Garz.de benef. part.5. cap.5. num.59. Rot. decis.137. part.2. apud Caputaquen.* & alias sæpissimè: sed asserentes id spontè fecisse; ac proindè actus fuisse voluntarios; eo prætendunt adduci non posse

ad

ad probandam assertam quasi possessionem;
3 quippè † quæ ex actibus facultatiuis nõ acquiritur, *l. Proculus, ff. de damn. infect. Decian. consil. 144. num. 133. lib. 4. Rot. decis. 473. num. 1. part. 3. recentior. cum reliquis allegat. à Modern. Perusin. de manut. obser. 53. num. 2. & seqq.*

Verum Promotoris replicationes infra adducendæ visæ sunt obligationem canendi spontaneo, & facultatiuo cantui contrariam,
4 *Rip. † in cap. cum Ecclesia Sutrin. num. 55. de caus. poss. & propriet. Menoch. præsumpt. 67. nu. 1. & seqq. lib. 6. Add. ad san. mem. Gregor. XV. decis. 162. sub litt. E. vers. primo sciendũ, Rot. apud Pen. decis. 135. num. 9. & in Pampilonen. Iuris nominandi Vicarium 15. Maij 1644. §. quia hoc, coram R. P. D. meo Pentingero*, suadere posse; vt saltem dubium sit:
5 an † actus canendi fuerint facultatiui; quod sufficit ad obtinendam desuper manutentionem, nisi præsumptio valdè vehemens aduersetur, *Add. ad san. me. Gregor. XV. decis. 162. nu. 15. in fin. relat. à Modern. Auenionen. quæst. & resolut. lib. 1. cap. 15. num. 17. & à Modern. Perus. de manut. dicta obseru. 53. nu. 16. Rot. Bonon. diuers. decis. 138. num. 58. & 59. Seraph. decis. 325. num. 3.*

Adest siquidem Capitulare decretum editum die 5. Septembris anno 1603. disponens quod festa, de quibus agitur: fiant à Canoni-
6 cis per Turnum: verbum enim *fiant*, † cum sit præceptiuum, *Clem. exiui de Paradiso, vers. item ordo de verb. signif. Paris. consil. 19. num. 132. lib. 2.* prout & subsequens verbum dicat, ibi: *dicat Euangelium*, importare videtur præcisam obligationem; spontaneam excludere, vt in puncto celebrationis Missæ; aduertit *Modern. Carpensis controu. for. cap. 38. num. 22. & seqq.* Consonat aliud decretum Capitulare sub die 17. Septembris eiusdem anni; Mandans, quod in hisce festis seruetur Turnus: ponderando ver-
7 bum, *seruetur*, quod indefinitè prolatum † in re de sui natura tractum successiuum habente iniungit onus: sic perpetuò faciendi, *Felin. in cap. 2. num. 5. fall. 2. & 5. de tregua, & pace, Cyn. in l. si quis hæredem nu. 2. vers. nam quidem, C. de instit. & substit. Ias. in l. si ab arbitrio sub num. 13. vers. secundo, & fortius, ff. qui satisd. cog. Ang. consil. 34. num. 9. Rot. decis. 677. num. 2. part. 1. diverso-*
8 *rum*: † Turnus autem ex Ecclesiæ instituto non cadit nisi inter Canonicos, qui proindè per se ipsos canere debent, *Garz. de benef. part. 3. cap. 2. num. 495.*

Nec obstat quod in vtroquè decreto detur Canonico existenti in Turno potestas non celebrandi, aut canendi, si nolit; nàm præter
9 quod vnus ex Dominis animaduertit. † Intelligendũ hoc esse de voluntate legali iuxtà boni viri arbitrium: hoc est, si legitimo impedimento detineatur, vt in fortior. termin. *Gutier. consil. 1. num. 11. vers. & prædicta, Barbat. consil. 33. num. 8. vers. quia ad hoc respondeo lib. 2. Garz. de benef. part. 3. cap. 2. num. 504.* & alij quos ad rem nostram allegat *Modern. Carpen. dicto cap. 38. sub num. 27. vers. verum, & num. 28.* non rectè à libertate concessa Turnario infertur,
10 quod † omnes Canonici possint recusare; dùm vltrò disponitur, quod eo recusante,
11 Turnus ad alios transeat: † quia stant simul quod actus respectu Canonici Turnarij sit voluntarius, necessarius verò respectu totiùs Capituli; in quo residet formale onus canen-
12 di: † solùmque Turnus diuidit in singulos Canonicos eiusdem oneris exercitium; vt ex *doctr. Bart. in l. inter Tutores nu. 16. ff. de admin. tut.* tradit in term. Turni inter Canonicos, *Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 21. & 29.* & dixit *Rot. penès Seraphin. decis. 980. num. 10. & 11. Montisalti Beneficij 15. Decembris 1645. §. & additur coram me.*

Eò magis quia decreta; arbitrium nolendi tribuunt quidem existenti in Turno, sed in hac parte non loquuntur de alijs Canonicis immediatè sequentibus; imò explicitè mandant, quod ad illos Turnus transeat, ibi: *Canonicum ad quem spectat Turnus, & eo non acceptante transeat Turnus ad alium immediatè sequentem Summar. Promot. num. 6.* nec non quia emanarunt non ad minuendam Capituli obligationem; sed augendum, diffundendumquè illius emolumentum, ac exercitium in omnes Canonicos cum prius illi solum participarent; quos fundatores festorum inuitassent: vt deponit, Quartus Testis *dicto Summ. nu. 4.* quam obligationem Capitulum agnouit etiam in alio decreto anni 1650. vbi inhærendo decretis anni 1603. vt facilius obseruentur nequè ex parte Capitularium deficiat seruitium, ibi: *Per facilitare, che non ci sia mancamento de Signori Capitulari, che officiano li detti giorni.* Cõstituit vt vltrà ordinariam distributionem alia extraordinaria celebranti Missam, & canenti Euangelium soluatur à mensa Capituli, *Summario, num. 7.* Nequè enim Capitulum propriam mensam extraordinaria distributione grauasset, prò adimplemento huius seruitij nisi ad
13 illud teneretur, † & verbum illud, *mancamento*, supponit præexistentiam debiti, † cum deficere in adimplendo non dicatur qui non debet, *leg. non intelligitur 3. §. multa, ff. de iur. Fisc. l. amissione 5. §. primo, ff. capit. Domin. l. Caius 11. in fine, ff. vsur. l. si extraneus 34. in principio, ff. iur. doc. l. non videntur 84. l. non potest videri 100. l. non potest videri 209. ff. reg. iur.*

Quod etiam demonstrant tùm fundationes harum festiuitatum, in quarum aliquibus assignatur certum emolumentum Canonico canenti Euangelium, *Summar. Promot. num. 2.* aliæ fuerunt à Capitulo acceptatæ cum onere solitæ solemnitatis: quod pernecessè intelligitur cum cantu Canonici, vt explicant Te-
15 stes *Summar. ibid. num. 4. in fin.* † vt propterea Capitulũ ab onere acceptato recedere non valeat, vt in prox. termin. ratiocinatur *Rot. apud Peniam decis. 146. num. 1. & 2.* Tum subsequens obseruantia probata ex pluribus testib. quorum signanter quintus examinatus ad instantiam Promotoris, *Summ. num. 4.* est ætatis 80. annorũ, & deponit quod spatio 66. annorum in quibus Beneficiatus est Ecclesię huius Cathedralis, semper vidit Euangelium in his festiuitatibus cani à Canonico, nec vnquam vidit, quod alius non Canonicus cecinerit, id quod in teste verisimiliter informato quia
16 Beneficiatus est, † includit negatiuam coarctatam, licet non subdat aliter fieri non potuisse,

tuisse, quin sciuerit *Aretin. in cap. cum causam num. 37. de testib. Paris. consil. 162. num. 14. lib. 4. Farin. cons. 151. num. 18. Add. ad sanct. memor. Gregor. XV. decis. 325. nu. 27.* Cumque omnes testes Promotoris deponant de obseruantia longi temporis hæc ipsa in re diuinum cultum respiciente obligationem Capituli nè dùm pro-
17 bat, † sed quatenus opus sit ex integro parit fauore Ecclesiæ, *Felin. in c. ad Apostolicam nu. 3. de Simon. port. Abb. in c. suam nu. 9. eod. tit. Guttier. Canon. quæst. lib. 2. quæst. 21. num. 144. Cassad. decis. vnic. num. 2. & 5. de consuetud. Rot. decis. 360. sub num. 7. versic. vltra quod part. 1. recent. decis. 143. num. 5. decis. 1135. num. 2. & 3. coram Penia*, vbi subditur omnes affirmare quod sufficiat con-
18 tinua præstatio decem annorum: † eo facilius ad obscurandam qualitatem voluntarij, seù facultatiui, quæ ob actuum multiplicitatem non præsumitur, *Adden. ad Gregor. XV. decis. 162. nu. 15. ante fin. vers. 2. excluditur, & vers. 3. vbi agitur, Cæs. de Graff. decis. 1. num. 3. de caus. poss. & propriet. Seraph. decis. 212. nu. 2. decis. 321. nu. 4. cum alijs relatis à Modern. Perus. de manut. obser. 53. num. 20. & seq. vbi infert quod exindè acquiritur possessio manutenibilis.*

Hanc ipsam obseruantiam probant Testes Capituli non attento quod deponant de duo-
19 bus actibus contrarijs, † qui cum dederint causam liti, non merentur attendi, *Gionagr. cons. 28. nu. 18. lib. 2. Lancell. de attent. part. 2. cap. 4. lim. 1. num. 111. & seqq. Rot. coram sanct. mem. Gregor. XV. decis. 4. num. 2.* prout attendi non meretur, quod semel aut bis canente Missam Canonico, cecinerit Euangelium non Canonicus: quia existunt declarationes Sacræ Congregationis Rituum relatæ à *Barbos. de Canon.*
20 *& dignit. cap. 34. sub nu. 7.* † idquè factum credere pium est ob legitimum aliquod impedimentum, vt in prox. term. ponderat *Modern. Carpen. contrau. cap. 38. num. 47.*

Quæ omnia, vt suprà dicebatur Domini non attulerunt ad effectum aliquid decernendi in petitorio, sed solius summarijssimi pos-
21 sessorij, † quod leuiores probationes admittit ex allegat. in *decis. 396. num. 1. decis. 548. nu. 2. decis. 626. num. 2. inter impress. post tract. Modern. Perus. de manut.*

Et ità decisum vtrâque parte informante.

REVERENDISS. R. D. CERRO

Sacræ Rotæ Romanæ DECANO.

Leodien. Successionis.

Veneris 14. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Testator, si reliquerit alicui omnia sua bona prouenientia de latere, & linea sui Patris. Dubitatum, quæ bona veniant, & resolutio est venire omnia bona paterna, siue sint profectitia, siue aduentitia, & aliàs, vt hic in decisione. Testamenti vna pars, quando aliam interpretetur, Testamentum primum, licet soleat declarare secundum, tam quando sileat talis conclusio.

SVMMARIVM.

1 *Bonorum paternorum appellatione, quæ veniant. & num. 2.*
3 *ad Successionis effectum solum causa immediata, & non mediata attenditur.*
4 *Bona quod peruenerint à patre, vel peruenerint ab eius maioribus paria sunt. & num. 5.*
6 *Verba apposita ad aliquid cōtra distinguendum non disponunt.*
7 *Bona, vt dicantur patrimonialia quid sufficiat.*
8 *Criuell. decis. 199. Senatus Dolani in quibus terminis loquatur. Declaratur num. 9.*
10 *Testamenti vna pars, alteram declarat, & quando procedat tale argumentum. & num. 12.*
13 *Testamentum anterior declarat posterior.*
14 *Testamentum primum, quoties in substantialibus reuocatur, nulla impellente necessitate, tunc ex eo non desumitur sequentis testamenti declaratio.*
15 *in Legatis stricta facienda est interpretatio.*
16 *Legatum aliud est, & aliud particularis institutio.*

In eadem causa facta fuit alia decisio sub die 1. Iulij 1654. coram eodem Reuerendiss. Cerro. Vbi resoluta fuerunt nonnulla dubia circa supradictum articulum, vt habetur in fine decisionis, & decisio erit in seq. part. 12. recent.

DECISIO CCCLXXXI.

IOANNES Philippus de Matthijs in eius vltimo Testamento inter coetera disposuit, *Quod omnia sua bona, quæ reperirentur ad ipsum spectare die sui obitus, & prouenientia ex latere sui Patris*, vndè inter Elisabettam vxorem Laurentij Dormael (quam non cōtrouertitur esse illius proximiorem consanguineam ex dicto latere paterno) ac Mariam, & Catherinam de Oranis collitigantes dubitari contingit, quænam bona venirentur sub dicta dispositione. Et proposita causa DD. existimarunt sub
1 ea venire † omnia bona paterna, siue aduentitia sint, siue profectitia, ac non solum pro-
2 uenien̄ à maioribus dicti sui † Patris, sed etiā ab ipsomet Patre quomodocumque acquisita; Quia cum ad effectū successionis atten-
3 datur solum causa immediata, vndè † bona proueniunt, non considerata amplius illorum acquisitione origine, *ad Text. l. si Auia. C. de donat. Castr. in l. qui scitis, §. si autem num. 3. in fin. vers. inspicitur, C. de bon. quæ liber. Barbos. in l. post datum 41. num. 77. ff. solut. matrim. Rouit. cons. 106. num. 7. Cancer. var. resolut. part. 1. cap. 1. de subst. nu. 44. vers. circa prædictū, Tiraq. de retract. lignag. §. 14. gloss. 2. num. 1. Peregr. decis. Patau. 77. num. 8. vsque in fin. Ioseph de Sess. decis. Aragon. 52. nu. 18. vsque ad 25.* Nulla probabilis differentia con-
4 stitui potest inter acquisita à Patre, & † prouenientia ab eius maioribus cum omnia indistinctè appellentur paterna, & promiscuè
5 accipiantur, atque cuncta † ex parte, & latere Patris prouenire dicantur, *Bald. consil. 104. sub nu. 1. lib. 2.* benè *Socc. Iun. cons. 1. num. 25. cum pluribus*

ribus seqq. lib.2. Verba enim ibi *prouenientia,*
6 *& ex latere Patris*, censentur † solum adiecta ad contradistinguenda patrimonialia à matrimonialibus, vt scilicet illa, paternis, ista verò maternis assignentur, non autem satis est, vt
7 dicantur patrimonialia, vel de latere † Patris, quod ab ipso aut ab aliquo illius ascendente proueniant, *Soccin. Iun. consil. 1. d. num. 25. versic. Hoc stante sequitur lib. 2. Bary de success. rubr. de success. intest. lib. 12. tit. quomodo Collateral. succed. inuic. sub num. 11. vers. Nam hac differunt, fol. mihi 339.*

Neque vrgent authoritates ab altera parte
8 allegatæ, *Criuell. enim decis.* † *Dolan.* 109. non negat bona à Patre quæsita ex latere Patris dici non posse, licet ex alijs verbis per ipsum relatis ad effectũ diuidendi bona inter proximiores disponat, inspiciendam esse illorum originem vsque ad cõmunem stipitem, quod tamen nullatenus perimit casum nostrum,
9 cum † maximè moueatur ex verbis generalibus specialis cõsuetudinis, & sic pariter *Cassan. aliyque in contrariũ adducti*, non excludunt, quod bona si à Patre inceperint, paterna, & ex parte, vel latere dici non valeant.

Non obstat, quod dictus Testator in eodem Testamento particulariter disposuerit de prędicta Domo per eius Patrem acquisita, atque
10 exindè conuincatur, quod † cœtera illius bona sub dicto Legato nullatenus comprehendere voluerit.

Quia pręter quod adhuc concludenter non constat d. Domum fuisse à Patre acquisitam; Nam aduertebant DD. quod huiusmodi argumentum probabiliter retorquetur cum enim acquisita à Patre comprehendantur sub dicto Legato necesse penitus fuit d. Domum excipere ad excluden. illius virtualiter comprehensionem quod sanè non fuisset necessarium si illa ibidem non contineretur, vt litteraliter probat *Text. in c. quæ sit, §. Denique*, ibi
12 proponebat enim qui legauerat † Argentum, & rationes excepisse, nam, qui hæc inquit excipit non potest non videri de cœteris rebus, quæ in ea essent, sensisse, &c. *ff. de fund. instruct.* Vigore enim huius exceptionis omnia alia bona eiusdem generis inclusa censentur, *Natt. cons. 159. n. 30. & 31. Rot. decis. 56. nu. 2. & 3. & decis. 203. num. 1. part. 4. recent. & in Recanaten. Bonorum 29. Aprilis 1641. coram me, §. Ita pariter.*

Nec subsistit quod voluntas dicti Testatoris relinquendi proximioribus solum bona
13 maiorũ desumatur † ex alio præcedenti illius Testamento in quo illis expresè reliquerat omnia bona sibi deuoluta per mortem Patris & à Prædecessoribus prouenientia, &c.

Quia quoties prout hic, Testator primum Testamentum in substantialibus reuocatur
14 nulla † impellente necessitate, verior, & communior est opinio, quod ex eo desumi non valeat ipsius voluntatis interpretatio, neque subsequentis Testamenti declaratio, *ex Theor. Bart. in l. Statius nu. 2. ff. de Iur. fisc. Dec. in cap. 1. in prima lect. num. 58. vers. sed adde in secunda lectione num. 14. de constit. Sim. de Prat. de Interpret. vltim. volunt. lib. 1. fol. 5. sub num. 54. circa med. vers. contrarium in eadem dispositione fol. mihi 20. Menoch. lib. 4. præsumpt. 176. num. 1. & 8. Cyriac. contr. 96. num. 54. Fusar. de substit. quæst. 345. num. 22. Rota decis. 258. num. 9. part. 5. recent.*

15 Quod denique in legatis † stricta fieri debeat interpretatio, procedit in dubio non autẽ in claris ex congestis per *Card. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 7. cap. 1. num. 32.* vltra quod in pro-
16 posito non versamur propriè in legato, sed in particulari institutione de bonis Paternis contradistincta ab alia de Maternis facta ad fauorem illarum de Oranis collitigantium.

An autem sub dicta dispositione veniant bona quæsita Patri Testatoris ex Dote suæ Vxoris, iuxtà alligatam consuetudinem Leodieñ Domini mandarunt, quod super ea particulariter videatur.

Et ita vtraque, &c.

F. I N I S.

Omnia ad maiorem Indiuiduæ, & semper Tranquillæ
SANCTISSIMÆ TRINITATIS,
Ac supremæ Cœli, Terræque Gloriosæ Imperatrici
MARIÆ VIRGINI, ET MATRI,
Nec non Sanctorum omnium, & Angelorum, Laudem.

Atque ad maiorem Studiosorum, & miserorum Litigantium (qui sæpè, vt acquirant argentum, perdunt aurum, & sæpius varias animi, bursæque angustias, vt pillulas, coguntur deglutire) vtilitatem, & solamen.

INDEX RERVM, ET MATERIARVM LOCVPLECTISSIMVS SACRÆ ROTÆ ROMANÆ, DECISIONVM

In hac præsenti Vndecima Parte Recentiorum contentarum

A PAVLO RVBEO I. C. ROMANO SELECTARVM.

ALPHABETICO ORDINE DIGESTVS.

A

ex Actis

Actus

ADITIO.

Alie-

Alie-

ALIMENTA.

ALTERNATIVA.

ANTE-

Appel-

CIRCA BENEFICIA ECCLESIASTICA QVOAD PRAELATIONEM.

CIRCA BENEFICIA ECCLESIASTICA QVOAD POSSESSIONEM.

DE BENEFICIIS ECCLESIASTICIS CIRCA RESIGNATIONEM.

CIRCA BENEFICIA ECCLESIASTICA QVOAD PRAELATIONEM.

CIRCA BENEFICIA ECCLESIASTICA QVOAD POSSESSIONEM.

DE BENEFICIIS ECCLESIASTICIS CIRCA RESIGNATIONEM.

omne

BONA ECCLESIASTICA.

B R E V E.

CA-

C

CA-

tem

Com-

Con-

C E S S I O.

C E S S I O N A R I V S.

Cita-

Com-

Con-

Con-

CONFESSIO CIRCA PROBATIONEM.

CONFESSIO FACTA IN TESTAMENTO.

CONFESIIO CIRCA MATERIAM DOTALEM.

CONFIRMATIO APOSTOLICA.

CONFIRMATIO IN GENERE.

Con-

ad Con-

CONTRADICTOR.

CONTRAHENTES.

D

DAMNVM.

DATARIA.

DATIO IN SOLVTVM.

DEBITOR.

Deci-

DOS.

E

ECCLESIA.

Quod

Emptor

Epi-

EXCESSVS.

Exces-

Exi-

F

FABRICA.

FIDEICOMMISSVM.

Fi-

Fidei-

per

Fratri

FRVMENTVM.

FVN-

Ma-

H

HABILITAS.

HAEREDITAS.

HAERES.

HAERES BENEFICIATVS.

HOMICIDIVM.

H O M O.

Hy-

I

Igno-

IMPEDIMENTVM.

IM-

IN-

Inuen-

Irre-

Iudi-

IVRAMENTVM.

IVRISDICTIO.

I V S.

validè

IVSPATRONATVS.

IVSTITIA.

L

LEGITIMA.

L E X.

LIBERATIO.

LIBERTAS.

Liber-

LITTERAE.

LOCATIO.

LOCVPLETARI.

LOCVS.

Locus

LVCRVM

M

MAIOR

MALA FIDES

MELIORAMENTA.

N

NARRATIVA

NATVRA

NECESSITAS

NEGATIVA

NEGOTIVM

NE-

Nepos

super

OFFICIALIS.

OFFICIVM.

Onera Ecclesiæ deduci debent ex probatione valoris, *decis.191.numer.6.Bichio.*

ORDO

ORIGINALE

P

PACTVM

Idem

Pa-

Part. XI. Recent.

LlII 2 POS-

POSSESSOR.

POTESTAS.

Prę-

Præ-

Præ-

PROMISSIO.

PROMITTENS.

Promit-

reauth.

QVIETANTIA

R

RATIFICATIO

RATIO

Ratio

RECEPTIO

RECOGNITIO

RECTOR

Regu-

RELI-

Quia

RENOVATIO.

RENVNCIATIO.

RESCRIPTVM.

RESERVATIO.

Scien-

Senten-

Sen-

STIPVLATIO.

STYLVS.

SVBHASTATIO.

SVBIECTIO.

SVB-

Suspi-

TERTIVS.

TESTAMENTVM.

TESTATOR

à Te-

cum

Tranſa-

Tre-

Tutor

VERBA IN SPECIE.

A

B

C

D

E

V R B S.

V S V R A.

V S V S.

V S V S F R V C T V S.

INDEX DECLARATIONVM

Circa varios Textus Iuris Canonici, Imperialis, Variarum Constitutionum. Item circa Varia Statuta, Decisiones, & Doctores.

CIRCA VARIA CAPITVLA IVRIS CANONICI.

CIRCA VARIAS CONSTITVTIONES.

CIRCA DIVERSAS REGVLAS CANCELLARIAE.

CIRCA VARIAS LEGES.

CIRCA VARIA STATVTA.

CIRCA

CIRCA VARIAS DECISIONES.

CIRCA VARIOS DOCTORES.

INDEX VERBORVM

Sub quibus fuit extensum antecedens Index Rerum, & Materiarum.

Ele-

Pro-